8
8-d
38

7
1 M
1

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

8-8-d 58

~~8-8-d 15.~~

73.7.35
73
A
35
A
18

IOSEPHI
LAVRENTII
LVCENSIS
POLYMATHIA.

IOSEPHI LAVRENTII LVCENSIS POLYMATHIA:

SIVE

VARIÆ ANTIQVÆ ERVDITIONIS LIBRI SEX.

IN QVIBVS RITVS ANTIQVI, ROMANI, EXTERNI, quà Sacri, quà Profani, quà Publici, quà Priuati; Sacrificiorum, Nuptiarum, Comitiorum, Conuiuiorum, Fori, Theatri, Militiæ, Triumphi, Funeris, explicantur:

Iique è Philoſophiæ, Politiæ, Philologiæ adytis eruuntur; Prouerbiis, Hiſtoriis, rebúſque Criticis illuſtrati, enucleantur.

CVM INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS.

Coll. Rom. Cat.

Bibl. Secr. Inscrip.

LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



POTENTISSIMO DVCI,

CAROLO

SANCTA-MAVRO,

DVCI MONTAVSERIO,

PARI FRANCIÆ,

REGIORVM ORDINVM

EQVITI TORQVATO;

NORMANNIÆ, INCVLISMENSIS,

Santoniæ, Alſatiæ Prouinciarum Præfecto.

QVOD hos Tibi potiſſimùm, DVX POTENTISSIME, *reconditioris Polymathiæ & eruditionis Libros nuncupandos cenſuerim, ſi quis erit cui non admodum probari contigerit; Tibi, inquam, quem & Prouinciarum ampliſſimarum adminiſtratio, & primaria Regni negotia, ſi non Aulicus fauor, ſtudia; ſtrepitus longè aliò auocant: Næ illum ego conſultiùs arguam, qui in tam vulgatâ, támque*

que conſtanti ſingularis tuæ virtutis atque ingenij famâ, ſolus neſcire potuerit, quàm non ſis impar & gerendis maximis rebus, & ſcientiis omnibus pertractandis. Ea nimirum ſemper fuit animi tui præſtans ac vegeta vis, vt qui neceſſitate temporum & illuſtriſſimæ, in qua natus es, Familiæ officiis & exemplis, militaribus te potiſſimùm artibus exercueris, iiſque quantamcunque virtus eximia gloriam parare poteſt ac laudem, cumulatiſſimè adeptus fueris; Tantùm tamen otij bellicis laboribus ſubducendum cenſuiſti, quantùm ad excolendum præſtantiſſimis Artibus ingenium ſagaciſſimum ſatis eſſet: Et feciſti feliciter. Tametſi enim eâ non egeres prædicatione, DVX EXCELLENTISSIME, *quam à liberalibus Diſciplinis, in vmbrâ atque otio ambiunt, qui ſe Muſis deuouent totos; concilliaſti tamen eâ etiam ex parte Nomini tuo celebritatem ſingularem ac famam; eámque tantam, quantam qui hoc æuo inter literatos maximè enitent, ſi conſequuti forent, præclarè ſecum actum exiſtimarent. Quidni igitur etiamnum ſubciſiuis horis noſtram iſtam Epitomen euoluendam putares? quæ cùm ſelectiſſima quæque Rituum antiquorum, Philologiæ, Hiſtoriæ, Politices arcana compendio facili complectatur, rerum iucundiſſimarum, imò Viris Principibus Imperiorúmque Adminiſtris omnino dignarum memoriam feliciter reuocabit. Si feceris,* DVX POTENTISSIME, *vt Tibi ſemper ac tuæ famæ conſtiteris; ita & votis meis, & plus quàm ſatis huius Operis commendationi abundè feceris. Vale & faue.*

Tibi

Addictiſſimo & obſequentiſſimo
LAVRENTIO ANISSON.

DE

DE POLYMATHIÆ LIBRIS

AD LECTOREM.

IN ptimum guſtum, propoma, inſuaue fortaſsè, candidiſſime Lector, tibi appoſui, Epiſtolarum primam Centuriam, miſſum, Laconicum licet; ſuccedat in alterum guſtum POLYMATHIA. Centuriare mihi Eclogario in votis quæcumque paſſim obuia, in mea ſchediaſmata relata, horis ſubſeciuis, quæ mihi vix, ac ne vix quidem, φιλομαθῶ. Alij feliciori diplomate vſi melius ſuccenturiabunt; ab hac promulſide, ſeu alicâ, Pontificales epulas daturi. Lapides me loqui, quidam obiiciunt, antiquarios; quid tum poſteà? lapides, fateor, ex antiquitatis ruderibus & parietinis, ad lapidicinas damnatus, in lucem erui, vel in vſum. Hinc ſcommata; hinc ſannæ. Quod publicis ædificiis, idem ſcriptoribus vſu venit, Modicæ laudes, culpæ æternæ manent: Si enim in lapillum leuiter, imprudenter, impegerimus; impudenter, *Væ Victis*, exclamatur, & quaſi de lapide empti exſibilamur, explodimur. Nil tamen morot (vt ille ait) Lacones imi ſubſellij, quibus ſunt verba ſine penu. Hoc vnum ſcio, Racemationem ab aliorum vindemia; ſpicilegium à meſſe me feciſſe, legiſſeque ſcobem ex aurifodina. Minuta ergo, & vilis mea opella? At Hor. Sat. 4. Lib. 2. monet.

Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe, quantus,
Conſiſtit ſumptus? neglectis flagitium ingens.

Quàm verò difficile poſt Roſcium in orcheſtrâ ſecundas agere, & placere? ineptum omninò ἑλὶξ κάιστρος ἄπτει. Epidipnides non ſemper inſuaues, vel ſaturis; nec mea opella exhæres, quia vinciaria. Centones ergo quaſi è panniculis vndique coactis conferſi. Purpurati ideò exeſte, ſagati adeſte. Hæc veſtis, ſi non cum calceo lunato, at cum perone, & ſocco. Sabulo vtuntur vulgò ad pauimentorum lacunas explendas; & meis ego gerris ad celocem ingeniorum ſaburrandam; quod laborioſum magis, quàm ingenioſum. Aliena me compilaſſe liuiduli gannient. Secundas egi; honorem verò candidi Pſylli potius, quàm ſpolium proloquentur.

Mulra, fateor, ab hac ſcriptione, reperi notara aliis, mutatis, mutuatis mulris; laciniam de meo addidi. Quaſi venaticus canis leporarium indagatus, aliis prædam ĩnnuo (abſit arrogantia dicto) qui ſagaciori nare eò vſque odorabuntur, donec leporem fuerint perſecuti, & aſſecuti.

cuti. Ego boue leporem non inſectabor, cum non mihi librorum copia, non ocium ad id ſuppetat, grauioribus emancipato curis: Ordo nullus, tituli nulli; in tumultu locus tantùm mutatur, non meritum, nec dignitas.

Ad res pulcherrimas, exclamat Seneca pater, de breuitate vitæ c.14. *ex tenebris ad lucem erutas, alieno labore deducimur*; & ego alieno: alij meo fortaſsè, ſi ego tanti. Eandem ſerram reciprocamus omnes; nihílque dictum, quod non prius dictum. Quare in his colligendis, operæpretium me non feciſſe, haud præterit, neque ex hoc muſtaceo laudem quæro. Hac mea induſtria Philomuſæ iuuentuti viam, quaſi Hermes, digito innuere volui, nam

Grande moræ pretium ritus cognoſcere.

Quicquid hoc, bona fide, ita me Deus amet, tibi appoſitum; non ad Archimedis libellam elaboratum, non omnibus numeris abſolutum (nihil enim ſimul natum, & perfectum) ſi tuo palato non erit ingratum, vltimam manum aliis meis elucubrationibus imponam, quæ mihi in aduerſariis iacent: tu verò inibis à me gratiam non vulgarem.

Quæcumque ſcripſi, legere ſi dignaberis,
Apináſque noſtras, quas ipſe nec iam noui;
Malè collocare ſi voles bonas horas,
Et inuidebis otio tuo lector.

Sicubi autem ego lapſus, quod humanum, tu, humaniſſime Lector, manu auxiliatrice in gradum reſtitue. Peliam recoquam, vbi quid incoctum duim: talum reponam, vbi malè ceciderit. Et quia me carpent, ſcio, qui hæc non capient: tu qui artem probè calles, artificem vel excuſa, vel defende. Quiſquis odit artificem, artem non nouit. Hane demum Mercutij ſtatuam cenſe, quam vel vnum, ſolidúmque vetuſtate marmor olim efficiebat; aut congeſti ſuperſtitione lapilli veluti ſupplebant. Lapis hic antiquarius, antiquus, aut lapidum aceruus, Hermæ dicatus, Numen ſuum habebit. In ſingulis eſt fortaſsè, quod negligendum: in omnibus, quod, æſtimandum; ſinguli ſuum Nomen ſortiti, & fortaſsè ſuum Numen: hoc ſaltem verere, vel cum illorum contemptu. Salue. Γνῶθι, Σύγνωθι, Ἀνάγνωθι.

Petronianum illud ſubcino.

Inueniat, quod quiſque velit: non omnibus vnum eſt,
Quod placet: hic ſpinas colligit, ille roſas.

INDEX
DISSERTATIONVM, ET SYNOPSEON
in hoc Opere contentarum.

LIBER PRIMVS.

DISSERTATIO I.

CENSVS olim Templis, & reditus annui. Vnde illi. Stips cur, à quibus, quo auctore primo Romæ collecta. Pecunia tum publica, tum priuata Templis credita. Æraria Pontiff. & Collegiorum. Stipes ex Oraculis. Theſauri in ſepulcris, & puteis. Pecuniæ ſacculi, & alia anulis obſignata. Litigantium Sacramentum quid, & vbi depoſitum. Vſus; & reparatio pecuniæ ſacræ. Litigantium mos. Quid, quæ, quotuplex æſtimatio litis. Peregrinorum opes, & teſtamenta Veſtalibus; tabulæ reliquæ Æditui commendatæ. Pecunia in ſinu Deorum. Pediſequi Dominorum pecuniam geſtabant; & alia de Crumena. pagina 1.

DISSERTATIO II.

Solemnis maris Adriatici deſponſatio Venetiis feſto Dominicæ Aſcenſionis die. Origo eiuſdem Bucentauri delineatio, etymon, inſtitutio. Adriatici maris imperium penes Venetos quantum. Syracuſani mare deſponſant calice, & floribus. Deſponſatio maris per anulum, & gemmam. Thalamegos nauis, Thalamij remiges. Claſſis luſtrandæ ritus. Panegyris varia, cùm maria aperiuntur. Panathenæa, Quinquatria, Hilaria. Statuæ Phorphyreticæ in plateâ D. Marci Venetiis. Modus ſciendi Romæ, quot nati, quot mortui, quot virili toga cincti. Nati in acta relati. Profeſſio eorundem publica, cuius moris reliquiæ Venetiis adhuc vigent. pag. 4

DISSERTATIO III.

Nauium tutela quid. Ea nunc Animalium, nunc Deorum imaginibus inſignita. Diſcrimen inter [illegible], & tutelam. Tutelæ locus? Patraici Dij. Tutelares Dij quomodo placati. Tutela nunc Oleâ, nunc Lauro redimita. Coronatæ naues etiam in portu. Oleæ ramus ſupplicum inſigne. Coronarum omen, & vſus multiplex. Dedicatio nauium, & expiatio. Luſtratio Claſſis, agrorum, exercitus, aliarum rerum. Armiluſtrum. Vota velis inſcripta. p. 8

DISSERTATIO IV.

Ærarium Sacrum. Ærarium Græcorum, & Romanorum. A quibus, & quibus Numinibus vtrumque dicatum. Quid in Romano ſeruatum. Cur idem modò Sanctum, modò Sanctius dictum. Sancta loca quæ. Aurum viceſimarium. Oppetere mortem. Ritus morientium in bello mordendi terram. p. 11

DISSERTATIO V.

Styli cum pugillaribus geſtati. Graphium, & illius vſus. An licitum arma in Vrbe geſtare. Pœna geſtantium. In itinere permiſſum. Arma ante fores Templorum relicta. Milites latrones dicti. Quando iis vſi Romani. Salus dicta Imperatoribus ſine armis. Arma ciuibus à militibus ablata. In itinere zona, oleum, gladius geſtatus. De cingulo, zona militari, virginali. Quando, & cur ſoluta. p. 12

DISSERTATIO VI.

Quid apud Tacitum, Clauarium: donatiui genus. An milites calceis vſi, an clauis confixis, an aureis? Tentipellium quid. Epigr. Enodatus locus Suetonij in Auguſto. Multa de calceis, ſoleis, & crepidis antiquorum. p. 15

DISSERTATIO VII.

Antecœnium priſcis in vſu, & ex quibus. Garum, & eius pretium. Oxygarum. Propoma circumlatum in menſâ. Initium cœnæ ab Ouo, Lactucâ, Chocleis, Oliuis, Mulſo. Cœnæ caput. Aſellus promulſidarius, & de Promulſide nonnulla. Alica tenuiorum promuſis. Mulſum datum ab Imperatoribus poſt triumphum, & alia de eodem Mulſo, & Aqua mulſa. p. 16

Index Diſſertationum

DISSERTATIO VIII.

Antiquorum prandium quale. Stantes olim prandebant,& ſeorſim;Cœnabant ſimul. Cœnantes ſedebant, & diſcumbebant, & cum matulis. Sellæ, Throni, Scamna in conuiuiis. Accubitus in luxu, in luctu ſeſſio vſitata. Mulieres cum viris vbi, & quando diſcumberent. In menſâ coram Imperatoribus, & Principibus, qui ſederent. Conuiuarum numerus. Quandonam inter Spectacula prandere cœptum. Quo tempore finitum prandium æſtiuum. p.18

DISSERTATIO IX.

Seruorum nequitia. Herus Seruo monoſyllabus. Seruorum nomina,& notæ. Piſces olim cariſſimi, & non niſi diuitum. Obſoniuori helluones. Tintinnabulum in foro piſcario. Serui cur à Cois ſacris amoti. Cura rerum venalium penes Ædiles. Ars Serui titulo inſcripta. Mancipia pileata ſub coronis. Stigmata Militum, Seruorum. D.Pauli Stigmatiæ cicatrices, ſpleniis occultatæ. Nomina Seruorum nõ honorata. Noctuæ Captiuorum Stigma. Cheronenſium ritus in ſactis. Seruorum veſtis, & feſta. Vindiciæ ſecundum libertatem,& ſeruitutem. Etymon verbi Dormio. Tentoria pellicea. Nocturna viſa, reſponſa Deorum in pellibus. Incubare Ioui. Ægroti in Æſculapij fano. Sacra in ſomnis peracta. p.20

DISSERTATIO X.

D. Magdalena cur ad pedes diſcumbentis Domini. Serui præcincti olim ad pedes diſcumbentium, eiſque reliquiæ diſtributæ. Quandonam cum dominis cœnarent. Puerorum, & Puellarum locus in menſà. Seruorum menſtruum ſtipendium, cibus, potus. In cœnaculo dormiebant. Dimenſum quid, & quando datum. De Allio Paræmiæ, & alia. p.24

DISSERTATIO XI.

Præfectorum ærarij cura: Parentes nomina liberorum apud eos publicè profeſſi. Mos Venetorum laudatus. De Natalitiis, Luſtrico die, Luſtratione puerorum, Genethliis. Geneſia. Natalitia Martyrum. Aquæ luſtratio. Dij Præſides infantium. Nominis imponendi ritus. Legati nomen profitebantur In tabulis Præfectorum ærarij. Iidem in templis excepti Fortuna aurea in cubiculis Principum. Antoninus ſolus ſine ciuili ſanguine Princeps. Decoctores bonorum quâ infamiæ notâ inuſti. Qui primi catamidiati ſub Adriano. Ante ipſum in 14. Ordinibus infames ſedebant. Aſoti qui. Anulis qui vterentur,& quibus. Anuli oppigneratio deploratæ egeſtatis indicium. Certandi mos depoſito anulo. Anulum detrahere quid. Anulorum inſtitutio, vſus, materia, digiti. p.26

DISSERTATIO XII.

Cura liberorum qualis. Ancillæ, & Serui peculiares qui. Plautus explicatus. Progymnaſtarum,& Pædagogorum nomina, cura, diſcrimen, tempus. Diogenes Pædagogus. Ætas idonea magiſtratibus petendis. Priſca diſciplina Puerorum ſub Pædagogis ex Plauto. Inſtitutio Puerorum varia apud Nationes varias. Ætates hominis ex Plauto, & Cenſorino: & cui earum vnaquæque Numini conſecrata. p.29

DISSERTATIO XIII.

Horarũ,& diei diuiſio. Horæ olim inæquales; æſtiuæ longiores, brumales breuiores. Vnde Horologium: quotuplex: à quibus inuentum: quando: vbi: & alia de Clepſydrâ Tempus cœnæ obſeruatũ à paraſitis, Horologium excitatorium quale. p.32.

DISSERTATIO XIV.

Parœmia, *Aliud in titulo, aliud in pyxide*, enucleata, Cuique rei venali ſuus titulus affixus, Laurus inſperſa. Laurus cuſtodiæ ſymbolum, data cum caricis Kal Ian. Prædiis, Ædibus, Libris venalibus titulus ſuus, & pretium Philoſophi non lecturi programma ſcholis affigebant. Valetudo rerum venalium explorata. p.34

DISSERTATIO XV.

Auguratus quid, quotuplex, & quanti factus. In Conſulibus deſignandis antiquorum mos paſcendi pullos: item in aliis rebus grauibus. Romani à Cõſulibus: Athenienſes à Prytanidibus annos numerabant, Lacedæmonij ab Ephoris, Quid Geruſia, Indictiones, Nomophylaces, Prytaneum, Prytanides, Gerondes, &c. p.35

DISSERTATIO XVI.

Venam tẽtare quid? Vena ægritudinis index. in brachio, pulſus dictus, & cur. Digitos à medicis tactos putauit quiſpiam, ſed exploditur. Enodatus Ennodij locus. p.36

DISSERTATIO XVII.

Naues aſcendentium ritus antiquus. Sydera cur adorata: quæ: quomodo. Vectorum formula. Terra oſculata ab exeuntibus è naui,& in eandẽ ingredientibus. p.37

DISSERTATIO XVIII.

Intra pudicitia maledictum, quid apud Senecam. Iuliæ filiæ Auguſti impudicitia. Impudica intra infamiam. Noxæ eximere, Noxæ dedere. Iuuenali lux. Qui duo, qui tria nomina haberent, Tria Kappa peſſima. Trium litterarum homo. p.38

DISSERTATIO XIX.

Ætatis virilis ſignum apud Romanos. Quo die, loco, ac ritu ſumpta ab iiſdem virilis toga. Lacedæmoniorum mos. Syſſitia accubitus: ad Phiditia: ad Andria. Sub pallio manus continebant Græci: ſub togâ Romani primis annis tyrocinij fori. Palliare. Iuuenes in foro non ante 30 annum. Seniorum mores laudari. Coram Regibus Perſarum manus tunicis tegebantur. p.39

DISSER

DISSERTATIO XX.

Functis olim ſingulæ dictiones interiectæ,& ſingulę litteræ maiores Minores negotioſis permiſſę. Codicilli qui. Diſcrimen inter Epiſtolas, & Codicillos. Notæ quæ. In atriis Majorum imagines. In poſtibus hoſtium ſpolia. Stemma quid,& eius ab imaginibus diſcrimen. De ſpoliis, manubiis, ſtemmatibus, imaginibus, vſu, & materiâ earumdem. p.40

DISSERTATIO XXI.

Seneca explicatus. Prandium an antiquis in vſu? Quale illud, ac quotuplex,& quibus cibis conſtaret. Caricæ auſpicia prandiorum. Quoties in die priſci comederent. Prandij etymon. Homeri tempore an Prãdium. Prandium aduentorium. Aduentantes mariti nuntiũ pręmittebãt. Caricarum vſus in prandio. Iiſdem nouum annum auſpicabãtur. Strenarũ tempus. Auſpicari artes. Kal. Ianuarij quid olim actum. p.43

DISSERTATIO XXII.

Virgilij locus enodatus. Turritæ naues quæ, & earum inuentor primus. Turres in prorâ,& puppi. Numerus remigum. Onerariæ velis actæ. Vniremes, Biremes, Triremes, &c. Thranitæ, Zygitæ, Thalamij. Claſſi eidem nullus bis pręfectus. Remiges pugnaturi remos ponebãt. Portũ attingẽtes terram adorabant. Sternutationis omen. p.44

DISSERTATIO XXIII.

Poëtarũ pruritus in ſuis carminibus legẽdis. Ea lecta in Balneis, & cur. Horatij locus elucidatus. Balneatores verboſi. Quid cani,& balneo. Balnea, & Cœnacula Bibliothecis ornata. Recitatio in conuiuiis, & lectis dormitoriis. Parietes cerati qui. Balnea quando clauſa, quando aperta Lauandi tempus,& alia. p.45

DISSERTATIO XXIV.

Taciti error duplex, vbi de Iudæis. A ſue cur iidem abſtineant: cur itiden Cretenſes,& Ægyptij. Multa de ſue. Ceratium. Charraceum quid. p.47

DISSERTATIO XXV.

Tintinnabuli etymon,& vſus varius in multis Foculi itẽ menſarij,& Flabelli antiquus vſus. Interdiu fores ſemper apertæ. p.48

DISSERTATIO XXVI.

Seruorum veſtis qualis. An diuerſa ab illâ Dominorum? Toga, Tunica, Penula, Cucullus. Libertas Romana in veſtitu. Veſtiſpicus Seruus. Seruorum miniſterium gratum Laribus. Anulo ferreo vſi ſerui. Iidem immunes à militiâ tam apud Romanos, quam Græcos. Heroës qui. Honos habitus ſeruis bello occumbentibus. Κρωπίς. Archonti ferrum tractare nefas. Veſtis eiuſdem. Heroum libamina in funere. Sacra ad tumulũ eorũdem. Dracones iiſdem ſacri. Enſes ſuprà caput dormientium. Serui oricalcho. Liberi argento, & auro certare ſoliti: illi nummo, hi talento. Serui Comici cum pallio ſuprà collum. Seruorum ſtrenuorum nomina columnis inciſa. p.48

DISSERTATIO XXVII.

Ædituí etymon, & officium. Faniſſæ. Fana mãne aperta; noctu clauſa. Quæ Templa ſemper clauſa, vel aperta Ianus in Sacris primus, Veſta poſtrema. A farre principium ſacri. Varius adorandi ritus. Supplices velati. Conſulentes ſedebant. Adire manum Deorum, incerare genua eorumdem. Adoratio Imperatorum. Lotio, ablutio, ſparſio in Sacris. Candidati adibant templa. Legatio pro pace qualis. Caduceum in funeſto nuntio coronatum. Oleę rami in ſupplicationibus lanâ cincti: Ramalia feſta. Ereſiona carmina. Ramus Oleæ in Panathenæis. Θαλλοφόροι Supplicum ritus. Precatio ad genua. Iræ deprecandæ modus, Pręmium Epimenidis. p.52

DISSERTATIO XXVIII.

Candidæ veſtis vſus apud Romanos. Candidati vnde. Ii præter nomen, æs alienum profeſſi, vt & rei. Nota Candidatorum optima. Quibus nominibus occurrentes ſalutarent. Auſpicia Candidatorum. Pater in causâ filiorũ iudex, & cum quibus: Adulteria cognita à maritis Olim Adulteræ inſepultæ, & ſine funere. Adulterium duplex. Adulterorum pœnæ variæ. Nulla poteſtas filiorum viuente Patre. Filij luebant patris crimina apud Græcos; ſecus apud Romanos. p.56

DISSERTATIO XXIX.

Iuſtiniani locus de lege Regiâ explicatus. Legis Regiæ origo. Quo die recitari ſolita Auctoritas Senatus quanta. Populi Rom. poteſtas. Lex Regia à Populo ad Senatum traducta. Imperatores quomodo lecti. Onuphrij Panuinij de iiſdem locus expenſus. p.58

DISSERTATIO XXX.

Mens bona in votis publicis: in Genij tutelâ Homines, Vrbes, Regna. Angeli cuſtodes. Fortuna redux. Patroni, & Amici Genij dicti Per Genium viri iurare ſoliti. & potiſſimum Principis Pœna deierantis per Genium & caput Principis. Iuramenta. Pactorum locus. Iuramentum Parentum. Fœminæ iurabant per Iunonem. Aræ à iurantibus tactæ. Amantium iuſiurandum per Venerem, Militum per Martem, Virorum per Caſtorem, Fœminarum per Herculem; Vtrorumque per Pollucem. p.59

DISSERTATIO XXXI.

Arbitri laus, & locus. Ritus antiquus expiandi porris, & apio. Victores in iſthmiis apio coronati. Apio opus. Agyrtæ, Æruſcatores celebres apud Rhodios. Coroniſtæ, Chelidoniſtæ qui. Hiſtriones malè audiebant. Actores Atellanarum honeſti. p.60

Index Diſſertationum

DISSERTATIO XXXII.

Præconis Etymon,& officium multiplex. Fauere linguis. Terminalis tuba. Hoſtium capitalicitari quid. Ceryces duplices. Præconis maieſtas, & gladij ius. p.62

DISSERTATIO XXXIII.

Inuenientes aliquid proiecti, vel amiſſi in viâ, quâ vſi formulâ. Cõmunis Mercurius. Formula, *in commune* explicata. Hermæum. Rei amiſſæ inquirendæ modus. Pretium datum inuentori. Conquiſitores. Iouis inuentoris aræ. Cœna facta pro re inuentâ. Amiſſi ter vocati vt mortui. Inclamare Hylam. Conclamatum eſt. Mercurius, & Hercules diuitiarum præſides. p63

DISSERTATIO XXXIV.

Mel, & ficus eſæ à feriantibus. Ficuum præſtantia. Mercurialis ficus, Ficuum vtilitas, & elogium. Ficus primus fructus à glande: melioris vitæ exordium. Sacræ Athenienſibus. Soli mel libatum, non vinum. Mel an inebriet? Exemplo Illicet. Oracula ſcripta in foliis vt ſuffragia: data ſtato die. Initium eorumdem. Vaticinia Sibyllarum. Oracula in limine. p.64

DISSERTATIO XXXV.

Coronæ proiectæ ante pedes Deorum. Hippona Dea quæ. Imago eius; vbi, & quî ornata, & coronata. Roſæ encomia. Templa redimita roſis. Aſſentator Terentij, & Athenæi. p.66

DISSERTATIO XXXVI.

Reorum caput obnuptum. De pileo antiquorum: an in vſu & quando, quid apud Romanos, quid apud Græcos ſignificaret. Quotuplex pileus. Quibus Diis capite recto, quibus detecto, facerent. Feſti diei religio quanta olim. Ancilium religio, & alia ad ſacra ſpectantia. Caput operiendi mos in re dubia, ſacra, periculoſa, & cum hoſti occurrerent, & cur. Item articuli digitorum contriti, & alia non trita. p.67

DISSERTATIO XXXVII.

Terminalis lapis vnctus, adoratus, ei ſacrificatum, & quo modo, eius defigendi ritus, Prouerbium explicatum, *Quemuis lapidem vnctum adorare.* Eius religio, vnde ad Romanos. Lapides Terminales, & lapides Diui quid differant. Fidei, Termino, Menti ædes. Terminum mouentis pœna. Termini erecti lætitiæ, moti cladis ſigna Obſidum caput reticulo purpureo amictum, item meretricum. Redimiculum luxuriæ ſymbolum, & alia. p.69

DISSERTATIO XXXVIII.

Publici profeſſores litterarum acciti à Principibus. Ludus litterarius à quo primum mercede apertus. Gymnaſia vbi, & quot. Cynoſarges nothorum gymnaſium à quo iuſtitutum. Quantus honos habitus magiſtris. Varij ritus ſepulchrales. Veſtes iniectæ; & columnæ ſuperimpoſitæ ſepulcris. Salarium Philoſophis impertitum de publico. Quid Minerual, quando ſolutum, quomodo, & alia ad hæc. p.72

DISSERTATIO XXXIX.

Senecæ locus emendatus, *Nemo ſibi contigit.* Fortuna quàm lubrica. Serui ſcelere conuicti aquâ ardente loti, ex Senecâ. Rarò ante cœnam toti loti diſcumbentes. Lotæ plerumque ante menſam manus, & pedes, & cur. De Balneis, eorum vſu, fine, modo, hora, vtenſilibus, partibus, appararibus, miniſtris, & aliis ad balnea ſpectantibus. p.73

DISSERTATIO XL.

Aurelianæ à Bancâ nobilis familiæ Vicentinæ Eulogium. De Origano pago quædam. Item de Orgiis Bachi, aliiſque eius ſacrificiis. Seruati ſeruatori quanta deberent. Cibus, potus caſtrenſis olim qui. Ignis ſpeculatorius in turribus & caſtris. Huius vſus varius in bello, pace, gaudio, & luctu. Perſarum ritus mittendi nuncij velociſſimi, & alia ad militares ritus ſpectantia. p.77

DISSERTATIO XLI.

Riſus antiquis Deus habitus, annuo feſto celebratus, quibus corollis. De Lubentia, & de Geloto Diis. Riſus encomium pulcherrimum. Quædam de myrto. Riſum quomodo compeſcebant, an lauro, & cur? An coronati in theatro ſederent, & quinam. Coronati Athenis ſuffragium ferebant. p.80

DISSERTATIO XLII.

Seruorum varia officia. Ianitor ſeruus In catena, cum virga arundinea & cur. Catena cui in manumiſſione dicata, Arundo ad ianuam aliquando appenſa; ea etiam cauponis inſigne. Veneficis, & malignis oculi exuſti. Veneficorum pœna apud Perſas. p.81

DISSERTATIO XLIII.

Canes excubantes præ foribus catenati; noctu ſoluti: picti ſuper fores & lupi aliquando. Sedilia etiam in ipſo limine; qui primus aſſediſſet, primus admiſſus. Epigraphe ianuæ, & oſtiis adſcripta, Caue, caue canem; caue caue Lupum. Arſe, verſe. E canibus haruſpicina quæ. Canes quibus immolari. Canes Romanis ingrati cur? Anſeres contra. Haruſpicina è quibus animalibus. Canes immolari in Lupercalibus, & cur. Aliaque de Laribus, & canibus. p.83

DISSERTATIO XLIV.

Lactucæ in primâ, & poſtremâ antiquorum menſa appoſitæ, & cur: dimidiatæ auaritiam, integræ liberalitatẽ innuebant.

Idem

Idem de carduis. Partes ciborum quibus datæ. Hygeæ, ſeu Sanitati qua re libatum; quomodo hæc veſtita. Eadem de Æſculapio. Valetudo quanti. Pacem, ſanitatémque peterites quid peragerent. Hygeæ ſignum vbi locatum. p.85

LIBER SECVNDVS.

DISSERTATIO I.

IVramenta antiquorum varia, vana, ridicula quædam. Iuratum olim per braſſicam, per platanum, & huiuſmodi abſurda, & cur. Item per ventum, & acinacem. Quantus honor olim Platoni habitus. Cœna quotannis in illius honorem. Lycurgo etiam ſummus honos habitus, Tyrtæo, Homero, & Æſchylo. Iuramenta varia. Iuramentorum formulæ; & qui Dij omiſſi in iuramentis. p.87

DISSERTATIO II.

Quid manumiſſio, Quotuplex. Quot ad eam neceſſaria. Seneca, Perſius explicatus. Quid feſtuca. Quid vertigo. Quid vindicta. Salutatio poſt manumiſſionem. Manumiſſi inſignia. Et alia ad manumiſſionem ſpectantia. p.90

DISSERTATIO III.

Nobilitatis inſignia, in pueris etiam inaures habitæ. Pueri mortui non cremati vt viri, ſed ſepulti cum cereis: non inferiæ illis, non alia habita iuſta. Subgrundiaria ſepulchra. Ad ſupplicium quomodo ducti noxij. Iniectio glebæ ſepulturæ genus. Iuſta quæ mortuis facta. Cadauera inſepulta quomodo expiata. Pulueris iniectio ſepulturæ genus apud Latinos, & Græcos. Abitio pro morte. Poſtliminio reuerſis quis ritus, & alia. p.91

DISSERTATIO IV.

Quomodo cadauera expiata, & ſcelera luſtrata in honorem defunctorum. Græcorum mos cadauera cuſtodiendi, & flendi totis noctibus. Cuſtodiri etiam latrones cruci affixi. Quinam inſepulti. Locus Apuleij de ſepulturâ, de veſte lugubri, & alia de funere, & ritu cuſtodiendi cadauera. Vbi capite damnati ſepulti. Luctus publicus & priuatus quando finiretur. Virgines vitiatæ, & deinde ſtrangulatæ Ad ſupplicium quomodo ducti nocentes. Lugendi modus, & alia multa de parentalibus, ſepulcrorum ornatu, de vrnis, &c. p.93

DISSERTATIO V.

Pro mortuis etiam ſoluta vectigalia Romanis à Britannis, qui quando deuicti? vectigales facti: & quod vectigal ſolutum? Tributum quotuplex. Manus exertæ, & intentatæ in iurgio. A præcone manu ſilentium indictum. Magiſtratus electio per manus extenſionem. Horcius Deus iuſiurandi athletarum, iudicum. Puri Dij iurati. Victimâ non veſcebantur, ſuper quâ iuratum. De iudicibus certaminum, & ludorum. De Magiſtratibus, &c. p.97

DISSERTATIO VI.

Piaculum olim capillos, & vngues ſecare in naui, dum malacia: tempeſtate ſæuiente licitum, & cur; & tempeſtate ſedatâ; item in luctu, in lætitiâ, & alia. Crinium abraſio quæ, quando facta. Locus Diui Pauli enucleatus. Hercules imploratus in diſcrimine. An antiqui criniti. Quibus crines, & barbam ponerent, quando promitterent aut raderent. Ritus varij variorum de abraſione capillorum, barbæ. De Tonſoribus, & huiuſmodi. p.98

DISSERTATIO VII.

Pacis templum, & Fidei à quo primùm ædificatum. Roſini error. Pallor, & Pauor in Deorum numerum relati à quo. Ex quâ materiâ Deorum ſimulacra. Fortunæ, Victoriæ iouolucris ſignum. Sacrificium Meſſeniorum. Imagines nullæ, aut ſimulacra Dei ſub Numâ, & cur? Idola quis primus Romam inuexit. De hoc fœneratorum ſacrilegium. Hebræi ſine imagine Dei. Deorum imagines Romani à quibus mutuati. Quæ gentes nullum ſimulacrum colerent, & alia. p.101

DISSERTATIO VIII.

Accuſati ſub Patrono ſedebant. Prouocantes verò ad populum ſupraſtabant. Obſecrare iuſſi a magiſtratu. Rei abſoluti pedem ſiniſtrũ Regum, aut Imperatorũ oſculabantur, & quo veſtitu. Calcei quando detracti. Ritus Athenis reorum, & accuſatorum. Iniuriæ, & innocentiæ lapis apud Athenienſes quid. Accuſatores ſtantes dicebant. Cruenta iudicum ſubſellia, controuerſiæ in templis compoſitæ. Leuato velo cauſæ cognitæ. Finis quis orationis. Rei à quibus cuſtoditi, Plauti apologia. Faſces, arma, ſcuta, quando inuerſa. p.103

DISSERTATIO IX.

Vinum niuatum, glaciatum æſtiuo tempore in vſu, & delicus, Neronis inuentum. De colo niuario & aqua decocta. Fructus ex frigidâ etiam deſumpti. Vectigalia Romanorum triplicia. Portorium, quid, & quotuplex. In ponte ſoluta vectigalia. Vectigales Prouinciæ datæ dynaſtis benemeritis, ex more noſtro. De aquæ refrigeratæ, & calefactæ potu, vt in menſis. De Thermopoliis & aquæ calidæ miſtione, &c. p.105

DISSERTATIO X.

Sumendi aliquid è re ſacra mos priſcus, & lacerandi veſtes conſecrandas, & ponendi pecunias in ſinu Deorum, & cur? Feſtum omnium Deorum apud Græcos, vt apud nos, omnium Sanctorum; aliaque Athenienſium inſtituta de hoc. Dei ignori ara. Die feſto alacriùs agebant. Conuenie-

bant ad pacta dirimenda. Hygia Dea cuius filia, & ſoror. Huius ſimulacrum. Salus Dea. Sanitatis ſymbolum. De ſternutamento. Omina triſtia tria. p.107

DISSERTATIO XI.

Lectulus triplex antiquis, lucubratorius, dormitorius & diſcubitorius; eorum diſcrimen. De Lectiſterniis multa, & de Puluinaribus. Pluuiæ petendæ ritus. Lapis manalis quid. Fontium ſacra ad pluuiam auertendam. Siccitas longa quo ſacro auerruncata. p.109

DISSERTATIO XII.

De acclamationibus, & plauſu antiquorum. Quænam fauſtæ, quæ infauſtæ. Harum genera varia. Quæ acclamatio fieri ſolita à plebê congiarium recipiente ab Imperatore. Eadem vſurpata, & in priuatis amicis. Congiaria olim data nobilibus ad inopiam redactis. Pro libris cudendis Alexandri munificentia in Ariſtotelem. Quid congiarium à donatiuo diſcrepet; Qui Clariſſimi dicti. Æternitatis titulus. Magnifici nomen honeſtum. Symmachi laus. Decoctores quâ pœnâ mulctati. Cophinoſis quid. p 111

DISSERTATIO XIII.

Vnciales litteræ quæ. Literarum menſura. Pater patratus vnde dictus. De ſupputatione per digitos. Quis Hittius. Manus pro ſcriptione; Digiti ſupputatorij. Leges olim rubræ: Vnde rubricæ, & cur. Quænam ſcelera publicis imprecationibus deuota. Quæ bona precatio, quæ mala vità functis facta. Imprecatio Virgiliana, & quid eam præcedebat ex more. p.114

DISSERTATIO XIV.

Præ foribus Templorum, Gymnaſiorum & Ædium ſimulacra Deorum, veluti, Mercurij, Herculis, Apollinis, Triuiæ, &c. Hermæ quid. Limen ſalutatum ab iis qui perpetuo domum erant derelicturi. Salutantes iurabant. Salutati Lares. Poſtes cur ſacri. Salutandi ritus varij. Oſcula & prehenſationes in ſalutationibus; Aliaque ad ritum ſalutandi, non iniucunda ſciru, ſpectantia. p.116

DISSERTATIO XV.

Quid nomenclator; quotuplex officium: tam principibus, quàm priuatis viris in vſu. Quid amicus primæ, quid ſecundæ admiſſionis. Quid admiſſionalis; & alia non protrita. Leuato velo cauſas cognoſcere quid. p.118

DISSERTATIO XVI.

Ad Clepſydram oratores orabant; quamdiu. Quis hoc primus inſtituit. Quid dictum causâ perorata. Meretrices quædam dum Veneri operabantur, iis vſæ, hinc dictæ clepſydræ. Hæ Libertinæ plerumque. Quæ harum ſacra. Myrtus ab his ore geſtatâ. Item à capris venalibus. Conuiuiis ea tradita, & cur. Myrtus in ſepulcris, aris, & coronis. Muſica, ſaltatio, ſcholia, in conuiuiis antiquorum. p.119

DISSERTATIO XVII.

Vinum an, & quod mulieribus interdictum. Item claues cellæ vinariæ. Spartani domum è conuiuio ſine facibus cur redirent. Apud Romanos lucernæ prælatæ redeuntibus è conuiuio. Qui Oenoptæ conuiuiorum, & Pocillatores. Oenoptæ Lychnos cœnantibus dabant. Ebrietas infamis apud Lacedæmonios. Modiperatorum munus, & alia. p.120

DISSERTATIO XVIII.

Diis ſuperis vota facientes manus ad Cœlum tollebant, ad mare maritimis, ad inferos inferis. Sepulcra publico ſumptu extructa viris inſignibus, priuatis non licitum hæc habere Athenis. De libationibus, iugulationibus, ſacrificiis Diis inferis, & ſuperis factis. Hæc quàm diuerſa. De aris illorum. Tumuli quibus exornati. De aquâ luſtrali. De euocandi ritu. De ſacris inferorum. De tonſurâ Clericali, & aliis ad hanc rem. p.121

DISSERTATIO XIX.

Quod poculum vltimum, & quomodo vocatum. Quotuplex poculum, & cui ſacrum. Quis menſæ Genius. Quâ præfatione vſi in primo poculo præbibendo, aliaque non trita. De libatione à cœnâ Mercurio. Vini vſus. Conuiuia publica, Andria, Phiditia cur inſtituta. Quid in illis peractum. De Lacedæmoniis. De Prytaneo. Dioſcurorum prandium. Menſa Ægyptia, Democratica, Satrapica, &c. Loti pedes quando. p.114

DISSERTATIO XX.

Formulæ precandi cœnantium. Libationes factæ à cœna ſuper linguis, & cur. Quomodo manus lotæ ante cœnam, poſt cœnam, & alia multa circa hanc lotionem notatu digna. De purificatione item. Quid Magdalia. Manus odoramentis ſparſæ, & ſimilia. De Telio Ioue, Iunone. Quod ſacrificium. Quod perfectiſſimum, & pro vitâ functis. Mantilia data poſt cœnam cum vnguentis, &c. p.125

DISSERTATIO XXI.

Medici olim ſerui Vindicantur ab hac calumniâ. Medicinæ laus. Medicorum dignitas. Quid Parabolani medici. Catarrhi, quàm ferales, & quomodo illis conſultum apud Pœnos ex Herodoto. Medici iure anuli donati ab Auguſto. Ægroti expoſiti in foro ad ſalutem. Canes ægroti ad Dianam. Canes emeriti feriantes. Faces Dianæ latæ. p.127

DISSERTATIO XXII.

Manus poſt ſingulos miſſus olim lotæ. Poſt lotionem datum poculum Bonu Genio. Item poſt bellaria, & alia ad compotationem ſpectantia. Quod poculum temperatum, quod non. Temetum libatum Bono Genio,

Genio, qui idem cum Ione ſeruatore, & alia. A minoribus poculis ad maiora cœnarum. An ſingulis conuiuis ſingula pocula data? De cœnâ Delphicâ. p.128

DISSERTATIO XXIII.

Conuiuales ritus varij ex Athenæo. Coronatum, & vnctum pectus præter caput. Quomodo vocatæ hæ coronæ. Ebrij exacti è conuiuiis. Et quomodo coronati. Quæ pœna non ſoluentis griphum. Quod præmium ſoluentis griphum, & vigilantis in lucem vſque. Cantiunculæ in propinationibus. Coronæ conuiuales Diis dicatæ, & regibus. Formulæ conuiuales bene precandi. Coronati poſtes etiam Amantum, & ſepulcra, tumuli defuncti. Flores ſepulcrales qui. Arbores quæ ſatæ circa ſepulcra: De Apio, &c. p.130

DISSERTATIO XXIV.

De vini libatione, & quo tempore facta, & cui Deo. De Antheſterione, & Pythœgiâ. De vinalibus. Duplicia Vinalia. Hilaria, Aloa, Vacunalia. Quid vinum Calpar, Inferium, Sacrima, Præmeſſum. Libationes ex epulis Diis Penatibus factæ. Peracto negotio, quid dictum. Cottabus quid, quando, quomodo factus. Quis cottabi inuentor. Quando eius vſus. Reliquiis menſæ mortuis parentatum. p 133

DISSERTATIO XXV.

Dies, & mercatus meretricius, quando, vbi, & cui Meretrices Veneri operatæ coronas dicabant. De Marſyæ ſtatuâ, & cur poſita in foro, vbi vadimonia. Idem de Iuliâ filiâ Auguſti. Proſtibulum vnde; & proſedæ cur dictæ meretrices. Buſtuariæ. Semitariæ, Summœnianæ, Suburranæ meretrices, Scrantiæ, Bliridæ, &c Floralia ludi meretricum, Aphrodiſia, & ſimilia. Aquarioli qui. p.135

DISSERTATIO XXVI.

De ieiunio Romanorum ex lib. Sibyllinis, Ægyptiorum, Hebræorum, & aliorum Ethnicorum vſu recepto, aliquando valetudinis, & religionis gratiâ. Cœſtus Veneris. Varia variorum Ieiunia. Statio quid in ſacris Litteris. Quænam ſalutatio matutina, & quænam veſpertina. Quid Vale, quid Aue, diſcrimen horum. p.137

DISSERTATIO XXVII.

Oſculum quid. Explicatus Apuleius, notatus Beroaldus. Oſcula libare, figere. Crines, & aures apprehenſi in deoſculando. Oſcula per annulos miſſa aliquando. Cogitabundi deſcriptio, Plauti Eulogium. p.139

DISSERTATIO XXVIII.

Manus, & pectus diuitum patronorum, & dominorum oſculabantur clientes, & ſerui, quod etiam factitatum ab candidatis, ambientibus, &c. Manus tactæ in gaudio. Genij vocati Patroni. Abigendarum muſcarum ritus. Deus Muſcarum Myodes. Apomyos. Muſcę abſunt ab Olympiis, &c. p.140

DISSERTATIO XXIX.

Circumitores vigilũ equites, & quo nomine indigitati. Vigilum vigilantia ſeuera, nulli ſine commilitone à commeatu regredi licitum, & alia de Militari diſciplina. Oracula capiendi ritus varij apud Græcos. Ægroti in Fano Æſculapij; & non ægroti aliquando dormiebant, de morbi euentu conſulturi. Tabellæ in eius templo. Oraculi reſignati pœna. Somnia de Rep. quanti. Vota quibus credita, narrata, &c. p.142

DISSERTATIO XXX.

Inſani Laribus porcum immolabant, & qui ab eâ liberabantur inſaniâ, & cur; & quomodo aliter vocati à Plauto, & aliis. Supplicia nulla de reis ſumpta noctu, nec feſtis diebus. Locus ſuppliciorum extrà Vrbem; vbi & carnificis ædes. Coquorum locus pœnæ puteus. Ceada vbi, non abſimilis ſaxo Tarpeio. Decas, Tullianum, locâ carceris quid, & de aliis carceribus Romanis, Græcis, Barbaris. Humanitas in capitales. Vinum datum moritoris. Sacrificium de bonis damnatorum. p.143

DISSERTATIO XXXI.

Propinandi mos antiquiſſimus, vnde originem traxerit. Formula propinandi. Amantes nominati in compotationibus. Quota pocula exhauſta. Cibus, & pocula æqualiter diuiſa. Potuaria Ancilla quomodo dicta. Eius officium. Inuerſio poculorum, & alia. Amantium mores varij ad ianuam. Amaſiarum carmen flebile. Imagunculæ ad ianuam amantium. p.147

DISSERTATIO XXXII.

Lucernis vſi Hebræi, & Romani diebus feſtis, ad portas appẽſis. Vnde hunc morem mutuati vtrique. Matutinæ preces Ethnicis in vſu, & à quibus hic mos emanarit: Veſperi etiam ludis, de quibus pulcherrimus locus in Luciani Dialogo. De Salutatione. Matutinæ, & Veſpertinæ preces. Templa diluculo aperta. Ante menſam, & poſt factæ preces; & alia de Lucernis antiquorum, & Feſtis lucernatis. De lucernis item ſepulcralibus multa. De igne, & Veſtalibus quædam. p.259

DISSERTATIO XXXIII.

Vtriuſque linguæ periti, Græcæ, & Latinæ ſcilicet, olim maximè commendati. Modus deprecandi antiquus. In gaudio Cœlum adoratum, manúſque ad illud ſublatæ, aliaque peracta. Legumina Athenis cocta. Faba cur legumen impurum. Bene eſſe, formula. Propinationes variis variæ factæ. Item pro Principe, abſentibus, & aliis Imprecationes bibere recuſantibus. p.152

DISSERTATIO XXXIV.

Piſcatores ſtantes vendunt. Pretium piſcium appenſa in tabella deſcriptum. Lex Piſanæ ciuitatis de piſcium pretio antiquiſſima. Nec licitum olim viuos piſces vendere, nec aqua aſpergere. Piſces ſacri Ægyptiis. De piſcium immolatione. Quinam iis veſcerentur, qui abſtinerent. Piſcatorij ludi, & alia. p.153

DISSERTATIO XXXV.

Dapiferi quinam. Ferculum quid. Cibi primi miſſus. Primæ menſæ qui cibi. Qui ſecundæ. Bellaria nulla apud Lacedæmonios. Lauri folia, & eiuſmodi in ſecunda menſa. Tabellæ ferculorũ conuiuatori datæ, & cur. Vini prægustatio hoſpitibus data, & quanta eius vis ad amicitias aucupandas. Quot Cœnarum genera. In ſportis priſcos cœnas ad amicos detuliſſe. Symbola quid. Cœnæ antiquorum frugales. Prouerbia cœnarum lautarum & frugalium. Epulum publicum vbi factum, à quo inſtitutum, illud contemnentis pœna. p.154

DISSERTATIO XXXVI.

Opſonium vnde dictum: & quorum erat illud in cœnam parare. Sybaritarum luxus, & liberalitas in nouo opſonio reperto Flores in manu, in auribus etiam priſcorum. In affinitate contrahendâ, ſponſæ ſponſus phialam donat. In puerperio dona miſſa. Natalitia celebrantes quo nomine compellati. Mathematici vocati in natalibus. Natalitia quotuplicia. Conuiuia natalitia, & alia ad hanc rem ſpectantia. Puerorum inſignia. Puerum tollere, & exponere quid, & vnde hic mos. De puerperio. De ſacris variis pueritiæ. De die natali varij ritus enucleantur. p.156

DISSERTATIO XXXVII.

Comeſſatio quid. Comus Deus qui. Meretricium quis primus permiſerit, & cur. Nonaria mulier quæ. Adulterarum pœna. Stupri profeſſio apud Ædiles. De ſcortorum toga, vectigali. Mulieres nullæ in caſtris. Serui venales nudi proſtabant, item ſcorta, catamiti, & cur. Titulus cuique cellæ lupanaris, & fronti impudicarũ mulierum. Quæ merces illarum, quod vectigal, & quis primus inſtituit Centones habebant non tantùm in quaque cellâ, ſed etiam in maiori lupanaris ianua. p.159

DISSERTATIO XXXVIII.

Gynæconomi officium. Numerus conuiuarum apud varias Gentes: Quibus Numinibus dicatus. Cuius munus illum recenſere. Præcepta inuitandi ad conuiuium. Vocatores quinam. De Coquis & eorumdem officio, ac ſuplicio. Quãti Coqui habiti. De Præconibus, quorum officium nouilunia indicare, & in ſacris monere vt cauerent a verbis malè ominatis. Dextra ſublata operis inchoandi indicium. Manus motus, & digitorũ quid innueret. De Nouiluniis multa. Manu ſilentiũ mindictum; manu etiam vſi lictores in turba remouenda. Qui ritus in auctione. Præconum decuriæ. p.161

DISSERTATIO XXXIX.

Chirothecę, Dactylothecę olim in vſu cõtrà frigoris vim. Manipuli dictæ chirothecæ, & alia ad hanc rem. Tunica vtrinq; manicata quorum. Parthorum anaxyris. Lacedæmoniorũ veſtitus. Alala militum clamor. Ante prælium vota militaria concepta, & perſoluta. Bellum venale, apud Lacedæmonios. Athenienſium laus in pugna. Laconicæ claues. p.164

DISSERTATIO XL.

Menſę benedictio etiam priſcis in vſu. Inter bibendum ſibi mutuò bene precari, & ante inuocarus Iuppiter ſeruator. *κυλικεῖον* ſeu, *bottiglieria*, olim in vſu. Vindemiatorum, viatorumque licentia. Cuculi qui dicti. Preces ante menſam, & poſt menſam factæ. Cœna vnde dicta. Chariſtia quæ. Epulæ ſacrificiorum appendices. Cibus non ſumendus non libatus. Monophagia quæ, & alia. p.165

DSSERTATIO XLI.

De nominis mutatione. Nomina mutabant Serui libertate donati, adoptati, in Deorum, & ciuium numerum relati: vel per fraudem: Meretrices etiam meretricium profitentes, eique renunciantes, cum ad bonam frugem reuertebantur. Aræ in apotheoſi. De Apotheoſis origine, & progreſſu. Calcei quando mutati. Soleæ & Crepidæ diſcrimen; hæ mulierum, & conuiuarum calceamentum. Pergula locus Scortorum vilium. Ebrium eſſe de die, turpe. p.166

DISSERTATIO XLII.

D. Chriſtophorus cur noſtris templis præ foribus appictus. Hercules quoque, & cur extra fores, aliique Dij. Antelij Dij. Alexicacus pro templis Ethnicorum. Gymnaſiorum præſides Hercules, Mercurius, Apollo, Amores additi. Scholæ philoſophorum, templa. Inſtitutio puerorum triplex. De Herme Agoræo, & alia ad hunc ritum ſpectantia. Dianæ quoque ſignum prę foribus Gymnaſiorum. Portæ vrbium ſignis Deorum decoratæ. Primitiæ dicatæ tutelari. Præſides varij menſæ, theatri, circi, palæſtræ, &c. Aræ dedicandæ ritus. p.168

DISSERTATIO XLIII.

Vinum temperatum antiquis. Vinum dilutum, ſiue miſtum datum ſeruis. Vini temperandi primus auctor. Prouerbium, vel quinque bibe, vel tria, vel non quatuor. Martialis enodatus. Vini miſtio qualis, & quotuplex. Nunquam potabis tria. Potus triplex, pro triplici hominum condicondicione. p.171

DISSERTATIO XLIV.

Serui ab aliis docti ſeruis non ab ingenuis, neque inter ingenuus. Matronæ non doctæ probatæ; cootra ſcorta docta commendata. Meretrices Mathematicis, & Philoſophicis imbutæ, & cur, Athenis. Serui vbi ſepulti: vbi fœx plebis. Serui æs pendebant in theatro. Allio veſcentes prohibiti à ſacris Matris Deûm. Saturnalia feſta Seruorum. Eleutheria feſta quæ, & quando celebrata. Eleutheria feſta Lucenſium, Soteria. p.175

DSSERTATIO XLV.

Cantorum, Cytharœdorum lex, veſtis, corona, ioſignia, quãta olim modeſtia, & quãti æſtimati; item Poëtæ. Oſcula iactata à Cytharœdis in theatro. Virginum modeſtia in lauandis hoſpitibus. Epigramma quanti emptum. Homeri, Tyrtæi, Æſchyli quantus honos. Mali Poëtæ lapidibus petiri: boni floribus, & frondibus ornati. Inſani lapidati. Poëtarum certamina. Famoſum carmen carbone in foribus notatum. p.173

DISSERTATIO XLVI.

Seneca laudatus, elucidatus. Formula ooua antiqua dimittendi à funere populum. Ritus oſſa colligendi, lauandi, & à quibus poſt rogum. Noo niſi interdiu mortuis parentatum. Qoid ſacrum Nouendiale, quãdo vità functi memoria facta, quid dici conſueuit? Sicyoniorum mos cadauera condendi. Veſtes funebres paratæ ante mortem. In luctu faſces, arma, &c. ſubmiſſa. Lex Numæ de luctu pro mortuis. Viduis in luctu nubere interdictum Θ littera præfixa militibus mortuis. Anuli detracti Imperatoribus morientibus, traditi ſucceſſoribus. Quæ cadauera oſtenſa. Rogi extructi etiam abſentibus. Saccus vndecimus pro ſepulturâ militum, & alia funebria. p.175

DISSERTATIO XLVII.

Prætor reum damnaturus prætextam ponit; Claſſicum canitur ante illius domum, circa muros, & in arce. Damnatorum veſtes laceratæ per contumeliam à lictore, nomina eorum, & obæratorum columnis inſcripta. Damnatorum, nomina ad ærarium delata. Mercurius pictus in carcere, & cur. Manos iudicum oſculatæ ab iis, pedibus, & genibus eorum aduolutis. Rei abſoluti, tonſi ibant in Capitoliom. Supplicantium ritus varij. Tumuli amicorum ſentibus, & ſpinis purgati, ornati titulis, etiam diuitum. Inimicorum tumuli horridi relicti. Portenta exuſta lignis infelicibus. Quænam ea ligna. p.177

DISSERTATIO XLVIII.

Deorum ordines varij. Sommates, Medioxumi, Heroës. Quæ eorom victimæ. Selecti, Colentes, Indigetes. Qoæ Necia feſta. Patriciorum quoque partitio triplex; & à quibus. Patricij maiorum, minorum gentium. Dij etiam maiorum, & minorum gentium. Deorum tres ordines. Quibus ſupplicabant. Quàm antiquos mos cereos appendendi in templis. Conſulum numerus variatus, à quo. Conſules ordinarij ſuffecti quinam. Conſules deſignati gratias populo agebant. Quis Conſul maior. Quis primus è plebe. Quanta auctoritas ſenatus. Quanta plebis, ſeu populi. Cenſoria Auctoritas quanta, & alia. p.179

DISSERTATIO XLIX.

Bene precandi, & famem auerruncandi mos priſcus; nunquam deſerendi menſam vacuam, neque permittendi lucernam per ſe extingui; nec apponendi cibum niſi libatum. Mos Perſarum menſæ. De libatiooe in menſà. Quid, quotuplex libatio. Libatio cibi, & potus, & cuius. Lotio, & preces ante libationem, & poſt. Peracto conuiuio quid factum. Menſæ cur nunquam relictæ vacuæ. De mappà menſarum. Auguria ſuperſtitioſa menſarum. Carnes victimarum cibus potiſſimùm antiquorum. Viſceratio quid: Carnes aſſatæ, aliaque. Publicè edendi modus triplex. Bulimi expulſio, & Famis, quid, & quando. p.180

LIBER TERTIVS.

SYNOPSIS I.

De Religione priſca Romanorum & aliorum. De Auguribus, Haruſpicibus, Veſtalibus, & aliis Sacerdotibus, & potiſſimum de Pontifice maximo, eiuſque dignitate & iure. Item de aliis Pontificibus & Miniſtris ſacris. p 185

SYNOPSIS II.

De Templis antiquorum. Quid Templum, quotuplex, deque eius partibus, ornatu, ſignis, donariis, dedicatione. Demum de ſacris miſcellaneis exterorum & huiuſmodi. p.191

SYNOPSIS III.

De Sacrificiis antiquorum, quà publicis, quà priuatis: de eorum priſcis ritibus. De Victimis, votis, precationibus, ſupplicationibus, deuotionibus, Miniſtris ſacrorum. p.195

SYNOPSIS IV.

De Magiſtratibus Romanorum. p.205
§.1. Magiſtratus Maiores, Minores, Ordinarij, Extraordinarij, Vrbani, Prouinciales & eorum Miniſtri. ibid.
§ 2. De Senatu Romano. ibid.
§.3. De Conſulibus. p.204
§.4. De Cenſoribus. p.205
§.5. De Prætoribus. ibid.
§.6. De Dictatore, Magiſtro Equitum, Decemuiris, Triumuiris, & Tribunis militum. p.206
§.7. De Magiſtratibus Minoribus. ibid.

§ 8. De

§.8. De Magiſtratibus Vrbanis. p.207
§.9. De Proconſulibus. p.208
§.10. De Miniſtris Magiſtratuum. p.209

SYNOPSIS V.

De Veſtimentis & Calceis antiquorum. Item, de ornamentis, tam virorum quàm fœminarum. p.220

SYNOPSIS VI.

De Luſtrationibus, Expiationibus & aliis huiuſmodi. p.221

SYNOPSIS VII.

De Coloribus. p.225

SYNOPSIS VIII.

De Sponſalibus & Nuptiis antiquorum. p.228

SYNOPSIS IX.

De Funeribus antiquorum. Ritus funebres antiqui ante rogum, in rogo, & poſt rogum explicantur, illuſtrantur. p.233

SYNOPSIS X.

De Tormentis ac Suppliciis antiquorum. p.236

SYNOPSIS XI.

De Triumpho. Triomphales ritus priſci Romani, & Ouales enodantur, explanantur. Externi quoque. De Ornamentis & Coronis militaribus. p 249

SYNOPSIS XII.

De Conuiuiis antiquorum. Conuiuales ritus antiqui in ſuas partes diſtributi, deſcripti, enucleati. De Conuiuis etiam multa. De Miniſtris, menſis, poculis & cœnaculis. De Sternutamentis, De pane, vino, & aliis ad Conuiuia ſpectantibus. p.253

SYNOPSIS XIII.

De ludis & legibus funebribus. p.257

SYNOPSIS XIV.

De Sepulcralibus externis ritibus, ex Herodoto & aliis. p.259

SYNOPSIS XV.

De Nuptialibus legibus Romanis & externis. De Diuortiis, Nudipedalibus, & aliis huiuſmodi. p.261

SYNOPSIS XVI.

De Temporis vſu Chronologico. De Annis, menſibus, & diebus. p.264

SYNOPSIS XVII.

De Teſſeris; quæ & quotuplices, quis earum inuentor & alia. De Scytale. De Sortitionibus, Calculis & huiuſmodi. p.266

SYNOPSIS XVIII.

De Gymnaſtica, & Gymnaſiis antiquorum. De locis Gymnaſiorum. Quot & quæ Gymnaſia. Exercitationis varia genera. De lucta. De Pugilatu. De Diſco. De Curſu. De Saltu. De Haſta. De Pila. De Folle, &c. De ludis Scenicis & Circenſibus. De ludis Græcis. De Gladiatoribus & huiuſmodi. p.268

SYNOPSIS XIX.

De Aquila & ſignis militaribus. Dubia quatuor propoſita. 1. De Aquilæ vſu militaris. 2. De Suffragiis Romanorum. 3. De Iure Patriciorum. 4. De Gallia Narbonenſi in Prouinciam redacta. Primum enucleatur, De Aquilæ militaris vſu. A quo primum inuenta & inuecta Romam, in caſtra & vnde. Eius vſus in legionibus, locus in caſtris. Quantus eius cultus. Loci varij ad hoc probandum prolati. De vexillis & cæteris ſignis militaribus. De illorum diſcrimine, & aliis ad militaria ſpectantibus. p.270

SYNOPSIS XX.

De Suffragiis in Comitiis. De Adoptione. De Prouinciæ iure Romanorum. Nodi tres reliqui diſſoluti. Primus, An ſinguli ciues Romani In Comitiis ſuffragium ferrent. Comitia quot, quando inſtituta, Curiata, Centuriata, Tributa. Iudicium de his. De magnitudine Romana: Alter, Quis primus nobilium in plebeios aſcitus, & cur. Quædam de adoptione tam Romana, quàm externa. Tertius, Gallia Narbonenſis quando, & à quo In Prouinciam redacta. Quid Prouincia: quotuplex. Quid, in Prouinciæ formam reducere. Quæ Prouinciæ vectigales, quæ immunes, & alia ad hoc ſpectantia. Ritus Athenienſium, de peregrinatione filiorum circa finitimas regiones. p.274

SYNOPSIS XXI.

De Iride ſeu Arcu cœleſti. Iridis etymon, cuius filia, quod eius officium. Dei luſtrati per Iridem, fœminæ liberatæ per eam à corpore: cur Thaumantis filia. Arcus cœleſtis deſcriptio. Coloris illius tres, quæ illorum cauſæ. De radiis Solis, quomodo inde varij colores efformentur. Iris an in nube efformetur, & quomodo diſpoſitâ. Cur ſemicircularis. Præterea proponitur & expenditur doctiſſimi Vitellionis doctrina non triuialis, De Iridis cauſâ, coloribus, materiâ & formâ. Item Ioan. Archiepiſcopi Cantuar. Ioſephi Blancani, Mathematicorum inſignia de Iride Signa Prognoſtica. Poëtarum de Iride vaticinia. p.280

SYNOPSIS XXII.

De Rebus publicis & Politiis. De Rerump. formis variis. Diſſenſio inter Platonem & Ariſtotelem circa hoc. Concordati hi inter ſe. Triplex corruptæ Reip. forma Monarchia, Ariſtocratia, Democratia quid. Reip. forma quæ peſſima. Laus Monarchiæ & Ariſtocratiæ. Tyrannidis vituperatio. De origine, progreſſu, fine Rerump. De Rebuſpub. mixtis. Laus Venetæ Reip. perfectiſſimæ. Regni & Monarchiæ exempla. Rerump. formæ variæ. De forma Reip.

Reip. Iudæorum. De forma Rerumpub. Athenienſium, Spartanorum & Cretenſium. Poſtremò, de Reipub. Romanæ variis formis & mutationibus: Ac de Rep. domeſtica & interna. p.284

SYNOPSIS XXIII.

De Mane & Matutinis. Mane vnde dictum. Veſpertina ſtudia an laudata. Manus bonus Manica. Matutinus animus vegetior. Matutinæ preces, ſacra. Horæ ante meridiem ſacræ. Grauiſſima quæque mane, leuiſſima veſpere peracta. Lex Romana de horis matutinis. Primitiæ omnes Deo debitæ. Luſtrationes matutinæ. Memoria matutina. p.288

SYNOPSIS XXIV.

De Melle mellitiſque. Eius deſcriptio, & definitio. Quomodo gignatur. In quo diſcrepat à Manna. De promulſide & mulſo; in quo diſcrepet ab alica. Mel vitam ſeruat; producit; à putredine defendit. Mel olim ſacrum, & expiationibus adhibitum. Menſa Pythagoræ, & alia de mellitis, eorúmque vſu & beneficio. p.290

SYNOPSIS XXV.

De Sale ſalitiſque. Eorum commoda. Salini euerſio in menſa inauſpicata. Sal ſymbolum amoris. Sales animi. Salaria. Sal cum pane & caſeo cibus quotidianus. Sale mortui conditi. Salinum ſacrum. Nullam ſacrum ſine ſale olim. Menſa profana non ſine Salino: Salinum remotum ab incantationibus. Sale cur Ægyptij abſtinent. Salis modius amicitiæ experimentum. p.291

LIBER QVARTVS.

SYNOPSIS I.

De militari cenſu. De Sacramento, de delectu, de vacatione. De legione & eius partibus. De Ducibus, de armis, de ſignis. De acie, vbi & quomodo ſtructa. De tuba, tibia, teſſera, diſciplina. De caſtrorum partibus, dimenſione & munitione. De excubiis & maniis. De exercitiis, de legibus, de ſtipendio, de pœnis, & præmiis. De armis, de machinis, atque de aliis ad militiam ſpectantibus antiquorum. p.293

§.1. Quid militia & quid milites. ibid.
§.2. Modus belli indicandi. p.294
§.3. Militiæ genera. ibid.
§.4. De Delectu militum. ibid.
§.5. De Ordine militiæ. p.295
§ 6. De Legione & Ducibus militię. p.296
§.7. De Ducibus militum. ibid.
§ 8. De acie & aliis ad militiam ſpectantibus. d.297

SYNOPSIS II.

De Machinis antiquorum. In Oppugnatione, Pugna, Repugnatione, de Armis militum, ac Telis. p.299

SYNOPSIS III.

De Diſciplina militari. p.308

SYNOPSIS IV.

De Limitibus Imperij Romani. Quid Marchio. p.311

SYNOPSIS V.

De Aſylis antiquorum. p.313

SYNOPSIS VI.

De Epulis ſacris. p.316

SYNOPSIS VII.

De Libationibus antiquorum. p.319

SYNOPSIS VIII.

De Gymnaſtica & Ludis priuatis antiquorum. p.320

SYNOPSIS IX.

De Ludis publicis Circenſibus, Theatralibus & Amphitheatralibus antiquorum; & potiſſimum de Gladiatoribus. p.324

SYNOPSIS X.

De Conuiuiis Natalitiis, Puerperalibus, & Infantilibus. De die Natali, Ablactatione & Capillis. p.330

SYNOPSIS XI.

De Hoſpitiis & Fœderibus antiquorum. p.332

SYNOPSIS XII.

Concilium, Conciliabulum. Forum quid. Item, Comes, Marchio, Baro, Mareſchallus. ibid.

SYNOPSIS XIII.

Agnus immolare aliquando vetitum, & cur: Item de bobus. Ludi cur inuenti. De Aſſimo, Iudices euocati. Tria loca Romæ celeberrima. De Cerebro nec guſtato, nec nominato antiquis, & cur. p.336

SYNOPSIS XIV.

Fiſtulæ vſus & materia. Vaſa ærea ſtanno illita, & cur. Fictilia picata. Cantorum & Poëtarum licentia. Hoſpites à Virginibus loti. Lactucæ mortuorum cibus. Quantus honos habitus à Romanis Athenienſibus. Vates, Vaticinium. p.337

SYNOPSIS XV.

Dies primus menſis Pythagoreis dictus; Similis. Ariſta, quid. Domitiani Conſulatus & Cenſura. Crepuere fores, quid. Vbi Epulum Triumphantium. Cicadæ eſitatæ. De Vino. Propoma, Propinatio. Acratopoſia quid. Vrtica Lens. p.339

SYNOPSIS XVI.

De Eunuchis multa: cur inauſpicati, inepti rebus. Quis primus eos caſtrare vetuerit. De numero Coſſ. Aſpidis & cicutæ vltimum ſupplicium. In tectis ædium ſpecta-

cula

cula & ignes. Ritus antiquus vocandi in ius. p.341

SYNOPSIS XVII.

Sparſæ pecuniæ in populum quando: id inhibitum in Conſulatu. Diſcrimen Congiarij à Donatiuo, & Strena. Sanitas, decermen portatum à templo domum. Hymni varij antiquorum. p.342

SYNOPSIS XVIII.

Pythagoræ ſymbolum, ſuper terram non nauigandum, omiſſum ab aliis, explicatum. Recta linea ducenda. Symbolum à ſymbola differt. Stipulari, quid. De Conuiuiis ſymbolicis & Erogationibus. p.344

SYNOPSIS XIX.

Quoties antiqui in die comederent, tum Romani, tum Græci. Item de inuitatis ad cœnam: qui excluſi, qui admiſſi & alia. p.345

SYNOPSIS XX.

Prouerbia aliquot Petroniana reperta, explanata, notis illuſtrata. Laus Petronij. Precationes fauſtæ antiquorum. p.347

SYNOPSIS XXI.

Apuleij laus: ex eodem quædam Prouerbia excerpta & illuſtrata. Item ex aliis. Sacra Græcorum varia. p.349

SYNOPSIS XXII.

Militis etymon. Errare, quid. Lux facta Plauto & Terentio. Stantes in Senatu verba faciebant. De Tripudiis antiquorum & Auguriis: & de Auſpiciorum iure. pagina 350

SYNOPSIS XXIII.

De nomine A. Gellij, & de Rhetorica Ciceronis iudicium. Qui honos habitus Magiſtratibus in occurſu. De Clientibus & iure patronatus. Exilium, Relegatio, Interdictio aqua & igni. Deportatio, quid olim. p.352

LIBER QVINTVS.

Sacros & Profanos Ritus ordine Alphabetico complexus. p.355

LIBER SEXTVS.

Continens ſacra.	p.359
Conuiualia.	p.464
Militaria.	p.469
Nuptialia.	p.481
Funebria.	p.486

Summa Priuilegij Regis Chriſtianiſſimi.

LVDOVICI XIV. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, ac parentibus litteris cautum, ne quis in Regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos annos quindecim, à die primæ editionis abſolutæ inchoandos, excudendum, vendendúmque quouis modo & ratione curet Librum, qui inſcribitur *Ioſephi Laurentij Polymathia*, ab eodem Auctore emendata & tertia parte aucta, præter LAVRENTIVM ANISSON, Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos quibus ipſe conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus Regis ſubditis, eundem Librum extra Regni ſui fines typis edendum curare, vel quemquam vbicumque fuerit, ad id audendum impellere & excitare; citra prædicti LAVRENTII ANISSON conſenſum: idque ſub confiſcatione Librorum, aliiſque pœnis in originali Diplomate expreſſis contra delinquentes. Datum Pariſiis die 9. Martij 1665.

Deſiit prælum die 28. Nouembris 1665.

Signatum,

MABOVL.

POLYMA

POLYMATHIÆ IOSEPHI LAVRENTII LIBER PRIMVS.

ANDREÆ FOSSÆ ABBATI PROCVRATORI Generali Canonicorum Regularium.

Diſſertatio Prima.

Cenſus olim Templis, & reditus annui. Vnde illi. Stips cur, à quibus, quo Auctore primo Romæ collecta. Pecunia tum publica, tum priuata Templis credita. Æraria Pontiff. & Collegiorum. Stipes ex Oraculis. Theſauri in ſepulcris, & puteis. Pecuniæ ſacculi, & alia anulis obſignata. Litigantium Sacramentum quid, & ubi depoſitum. Vſus, & reparatio pecuniæ ſacræ. Litigantium mos. Quid, quæ, quotuplex æſtimatio litis. Peregrinorum opes, & teſtamenta Veſtalibus: tabulæ reliquæ Ædituis commendatæ. Pecunia in ſinu Deorum. Pediſequi Dominorum pecuniam geſtabant: & alia de Crumenâ.

Cenſus annui Templorum. Capitolij vectigal.

CAPITOLIVM primùm, & cætera Templa apud Ethnicos Vectigalia, & Cenſus annuos, ad tutelam, ornatum, reſtaurationem habuiſſe veriſimile duco. Ex quo noſtra conſuetudo inualuit, vt Eccleſiæ Operas habeant; & hinc vulgò, *Operarij ſacri.* Colligo id ex Seneca Philoſopho, qui Conſolatione ad Heluiam cap. 10. ita ſcribit, de guloſiſſimo Apicio loquens, *Cum ſeſtertiùm millies* (duos milliones, & ſemis) *in culinam congeſſiſſet, cum tot congiaria Principum, & ingens Capitolij vectigal ſingulis comeſſationibus hauſiſſet, ære alieno oppreſſus, &c.* Notat & probat auctoritatibus Turn. adu. lib. 11. cap. 2. non tantùm Romæ fuiſſe Capitolium, ſed etiam Pompeiis in Campaniâ, Capuæ, Narbone, & in multis municipiis, & coloniis, imitatione Romani.

Operarij Templorum.

Cenſus Téplorum ex qua ſtipe.

Hi Cenſus, & Reditus conſtituti è ſtipe collectâ in theſauris. Idem Seneca Epiſt. 117. *Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, nec auro, argentóque ſuſpenſis, nec in theſauros ſtipe infusâ; ſed pia & rectâ voluntate.* Varro de L. L. apertè. *Dij cum theſauris aſſes dant, ſtipem dicunt.* Seneca de Beneficiis lib. 7. cap. 4. *Omnia Deorum ſunt, tamen Dijs poſuimus donum, & ſtipem iecimus.* Hunc morem imitantur arculæ præ foribus noſtrorum templorum affixæ, *Gazophylacium* Iudæis dictum. Sacram ſtipem potiſſimùm colligebant Sacerdotes Matris Deûm. Ouidius.

Ante Deûm Matrem cornu tibicen adunco
Cum canit, exiguæ quis ſtipis æra neget?

Gallis Matris Deûm licebat ſtipem à populo poſcere lege à Metello latâ. Cauſam ſcribit Ouidius his verſibus.

—— dic, inquam, cur ſtipe quærat opes?
Contulit æs populus, de quo delubra Metellus
Fecit, ait, dandæ mos ſtipis inde manet.

Cicero in ſeueriſſimis illis, & ſanctiſſimis legibus, ſic iubet. *Præter Idææ Matris famulos, eóſque iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito.* Rationem addens, inquit. *Stipem ſuſtulimus, niſi eam, quam ad paucos dies propriam Idææ matris excepimus.* Vnicuique Deo agri aliquot iugera aſſignata, refert Suidas, è quorum locatione ſumptus fiebant in ſacrificiis, neque enim è religione, ſed locatione rem diuinam faciebant *fol.* 118.

Culacritæ, dicti olim, qui pecuniæ præerant ad res diuinas erogandæ & cuſtodes pecuniæ, iudicibus diſtribuendæ. *Mithragyrtes*, dictus ſacris Phrygiæ Deæ iniciatus, qui ſtipem cogebat canens, ac tympana geſtans matri Deum.

Romanorum pecunia publica vbi aſſeruata. Vbi publica Græcorum.

Nec tantum pecunia ſacra in Templis; ſed & profano; tam publica, quam priuata. Ideò Romani in Saturni templo pecuniam aſſeruabant, vt à me alibi notatum; Græci verò, referente Cæſare de Bello Ciuili 3. in Dianæ Epheſinæ. Pauſanias in Atticis. *Delphos etiam ipſos, penes quos erat ſacrata Deo pecunia*, &c. Æmylius Probus in Annibale calculum addit. *Itaque capit tale conſilium, amphoras complures complet plumbo: ſummas operit auro, & argento, his Gortyniis præſentibus deponit in templo Dianæ, ſimulans ſe ſuas fortunas illorum fidei credere.* Item in Ariſtide. *Eius arbitrio quadringenta, & ſexaginta talenta quotannis Delum ſunt collata; id enim commune ærarium eſſe voluerunt.* Thucydides lib. 1. Ταμιεῖον Δῆλος ἦν αὐτοῖς, καὶ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίγνοντο. *Aerarium eis erat Delus: & conuentus in eo templo fiebant.*

Priuatæ pecuniæ templis commendatæ.

Priuatæ etiam pecuniæ templis commendatæ, quod & ſacro, & profana hiſtoria teſtatur. Sacra Machabæorum *l. 2. cap.* 3. de pecuniis, & ærariis in ſacro templo Hieroſolymitano repoſitis. *Nunciauit*, inquit, *pecuniis innumerabilibus plenum eſſe ærarium Hieroſolymis, & communes copias immenſas eſſe, quæ non pertinent ad rationem Sacrificiorum.* Et paulo poſt. *Tunc ſummus Sacerdos oſtendit depoſita eſſe hæc, & victualia viduarum, & pupillorum: quædam verò eſſe Hircani Tobiæ viri valdè eminentis, &c.* Legatur totum illud caput, & alia.

Etiam apud Ethnicos.

Sed apud profanos hoc idem vſurpatum vides. Plautus in Bacch. Act. 11. Scena 111. *Nos ibi apud Theotimum omne aurum depoſiimus, qui illic Sacerdos eſt Dianæ Epheſiæ.* Et deinceps. *Quin ipſa in æde Dianæ conditum eſt, ibi demum publicitus ſeruant.* Iuuenalis Satyra 14.

——*Et ad vigilem ponendi Caſtora nummi.*

Cæſar Primo Belli Ciuilis, *Arma Imperantibus à municipiis exiguntur, & è fanis tolluntur.* Cicero 5. ad Atticum, Epiſt. vltimâ. *Vt in fano deponerent CC. talenta, non conceſſi.* Et in lib. de legibus. *Sacrum, ſacróue commendatum, qui clepſerit, rapſeritq; parricida eſto.* Et alibi clariùs. *Alexander in Ciliciâ depoſuiſſe apud Solos in delubro pecuniam dicitur: Et Athenienſis Cliſthenes Iunoni Samiæ, ciuis egregius, cum rebus timeret ſuis, filiarum dotes credidit.* Herodianus etiã in *Commodo* Templum Pacis commemorat improuiſo incendio conſumptum, & ingenti multorum iacturâ, qui eò diuitias ſuas congeſſerant.

Pontifices, & Collegia ſuũ ærarium habebant. Fiſcus quid. Præfecti ærarij, Arcarij dicti. Quid Ærarium ſacrum

Pontifices, & Collegia omnia habuiſſe nõ ſolùm pecunias Caius I. C. tradit; verùm etiam arcas, & ærarium, ſeu fiſcum. Fiſcum enim Pontificum reperio fuiſſe eam pecuniam, quæ pœnæ nomine arcæ Pontificum inferebatur. Vnde Præfecti ærarij, Quatuoruiri ſcilicet, *Arcarij* vocabantur, qui erant Curatores ærarij Pontificum. Ærarium autem continebat certas poſſeſſionum ſacrarum pecunias, quæ ex illorum prædiis, & reditibus cogebantur. Præterea Pontifices locabant eadem prædia; pecuniam tractabant, exigebant, rationemq; accepti, & expenſi conficiebant. Tota igitur hæc pecunia vel erat mulctatitia, vel cogebatur ex prædiis, & reditibus.

Curatores pecuniæ Pontiff. qui, & quid agerẽt. Pecunia Pontiff. vnde lecta.

Suetonios in Auguſto cap. 101. *Ædes ſacris opulentiſſimis donis adornauit, vt penè qui in cellam Capitolini Iouis 16. mill. pondo auri, gemmaſque ac margaritas quingenties ſeſtertiûm vnâ donatione contulerit.* Idem ibidem cap. 57. *Omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex voto pro ſalute eius ſtipem iaciebant.* Item. *Kal. Ian. Strenam in Capitolio etiam abſenti, ex quâ ſummâ pretioſiſſima Deorum ſimulacra mercatus, vicatim dedicauit.* Cicero primo de Legibus. *Ad hæc ſtipes collecta ex Oraculorum reſponſis.* Lucianus in Ioue confutato. *Quare non video, quam ob rem & mercedem exigatis propter vaticinium*, alloquitur enim Cyniſcus Iouem. Thucydidis Scholiaſtes. Ἔθος γὰρ τοῖς παλαιοῖς χρήματα κοινὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς τεμένεσι. *Mos antiquis facultates communes in templis reponere.* Ita Plautinus Euclio Fidei Fano ſuam ollam auri plenam commendauit. Aliáque ea de re, loca ſexcenta apud alios extant.

Stipes ex Oraculis.

Theſauri in ſepulcris.

Theſauros olim etiam in Sepulcris conditos colligimus ex Virgilij Æneidos. 5.

——*Veteres tellure recludit,*
Theſauros, &c.

Cimeliarchus quis.

Ità Homeri Scholiaſtes Iliad. 3. κειμήλια, *Monumenta* explicat. Inde Græcis κειμηλιάρχος, *Theſauri cuſtos.* Terentius in Eunuchi Prologo, *Vnde is ſit theſaurus ſibi, aut vnde in patrium monumentum peruenerit.* Plutharch. in Pyrrho: *Galli autem gens auidiſſima, regum ibi humatorum aggreſſi ſunt monumenta aperire, theſauros diripuerunt, reliqua cum ludicro diſſipauerunt* &c. Hi theſauri aliquando cum inſcriptione. Idem in Lyſandro, *Acanthiorum Delphis theſaurus, hanc habet inſcriptionem, Braſidas, & Acanthij de Athenienſibus &c.* In Dianæ templo apud Epheſios pecuniæ non ciuium tantum, ſed & externorum cuſtodiæ cauſa deponebantur, quas idcirco obſignatas offerebant, colligitur ex Dion. Chryſoſtom. *orat.* 31. vt notat Nouat. *Sched. l.* 3. *c.* 23. Poſtea hoc lege abolitum, ne vlli liceret vnâ cum mortuis pecuniam ſepelire.

In puteis etiã pecunia, & theſauri.

Depoſita demum pecunia, & pretioſiora quæque in puteis. Clariſſimè Q. Curtius lib. 11. *Cúmque poſt id eam poſceret pecuniam, ſolum à muliere ad puteum seductũ fuiſſe, in quo diceret pretioſiora rerum ſuarum occultari*, &c. Dracones incubantes theſauris eoſque cuſtodientes finxit antiquitas: dicti enim ſunt ἀπὸ τοῦ δέρκειν quod eſt videre, quia clariſſimam habent oculorum aciem, pomaque aurea Heſperidum cuſtodiebãt. Ideoque. Æſculapio attribuuntur, quòd vigilantiſſimi putantur, quæ res medecinæ maximè neceſſaria eſt. Feſt.

Pecuniæ ſacculi anulis ſignati.

Pecuniæ ſacculi anulis obſignati. Apuleius lib. 10. Metam. *Ne fortè aliquis iſtorum, quos offers, æreorum nequam, vel adulter reperiatur, in hoc ipſo ſacculo condítos eos anulo*

tuo

tio prauita, donec altero die mutuario præſente comprebenetur. Hic anulus erat, credo, ferreus, vt colligitur ex eodem Apuleio. *Anulum ferreum deprehenſum cum ſigno ſacculi conferunt.* Antiquiſſimum verò ritum ſignandæ pecuniæ in ſacculis Plutarchus refert de Lyſandro, ſacculos pecuniæ obſignatos tradente Gylippo.

Cibi obſignati anulo.

Cibi etiam anulo obſignati, ne ſubriperentur, vt habent Plinius *lib.* 13. *cap.* 1. & Clemens Alex. *Pædic lib.* 22. *cap.* 11. qui aſſerit, anulum mulieri datum, non ad ornatum; ſed, vt eo res obſignarentur. Salinum cum ſale ſeruis obſignatum Plautus in Perſa ait. *Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines vetulos, auidos, aridos bene admordere, qui Salinum ſeruo obſignant cum ſale.* Horrea diuites obſignabant, & ſordidi Raphanos, vt obſeruat Theophraſtus de obſcœnitate hominis obſoletiſſimi.

Salinum etiã.

Horrea præterea & Raphani.

Litigantium mos.

Nummorum ſumma depoſita à litigantibus pro litis æſtimatione.

Sed ad rem. Alium ritum lego litigantium. Qui apud Pontificem certam nummorum ſummam deponebant pro litis qualitate, quam nummorum ſummam, eo quòd in ſacro reponerent, *Sacramentum* appellabant. Teſtatur id M. Varro lib. 4. de L.L. in fine non obſcurè. *Ea*, inquit. *Pecunia, quæ in iudicium venit in litibus, Sacramentum à ſacro. Qui petebat, & qui inficiabatur de alijs rebus, vterque quingentos æris ad Pontificem deponebat. De alijs rebus item certo alio legitimo numero aſſium. Qui iudicio vicerat ſuum Sacramentum à ſacro auferebat, victi ad ærarium redibant.* Hinc illæ forenſes Formulæ. *Sacramento certare, contendere.* Polluce verò teſte, Παρακαταβολὴ, dicebatur *muléctatitia, depoſitáque pecunia*, quæ ſponſione facta apud acta deponitur, pœnæ nomine temerè litigantis, quæ in rei priuatæ controuerſia decima pars erat æſtimationis; in Reip. quinta. Hanc τὰ πρυτανεῖα dicebant Græci, Latini *Sportulam*. Tam enim Actor, quam Reus in Prytaneo deponebant, at in tranſlatione, atque in prouocatione ad aliud iudicium ab appellatore tantum deponebatur. Vnde, παρακαταβάλλειν, eſt *iuſto Sacramento, vel Sponſione contendere.* In Sponſione tamẽ ſatis erat, interpoſita ſtipulatione, & ſatiſdato de pecunia mulctaticia cauiſſe; in Sacramẽto verò ipſam vtrinq; deponere neceſſe fuiſſe declarãt M. Varonis illa 2. de L.L. *Qui petebat, & qui inficiabatur, de aliis rebus vtrinque quingentos æris ad Pontificẽ deponebant: de aliis rebus itẽ certũ alium legitimũ numerũ aſſiũ; qui iudicio vicerat, ſuũ Sacramentum à ſacro auferebat, victi ad ærarium redibant.* Hinc *Sacramento contendere.*

Sacramẽtum depoſitum.

Sacramento certare.

Depoſita pecunia litigãtium quota & quomodo dicta.

Prytania pecunia à quo depoſita, & vbi.

Sponſio in quo differat à Sacramento.

Sacramentum igitur pignus eſt publicum ſponſionis, & ad ærarium redit. In Romano foro ſportula appellata, in Athenienſi πρυτανεῖα generalis hæc vox pro quolibet ſumptu litigantium, peculiariter pro pecunia iudicibus pedaneis danda. Hoc tamen fuit diſcrimen inter ſportulas & πρυτανεῖα, quod illæ ſine circuitu dabantur iudicibus pedaneis à litigantibus: hæ publicè præſtabantur, vt inde ſumerent iudices, Caſaub. *ad Athen.*

Pecunia ſacra cui vſui deſtinata.

Hæc ſtipes, ſeu pecunia ſacra apud Pontifices depoſita, vſui rerum diuinarum, Sa-

Ioſeph. Laurentij Polymath.

crificiorumque deſtinata: cuius penuria ſi laboraſſent, aliunde corradebatur, nempe ex conſecratis Damnatorum bonis, quæ poſſeſſiones ſacræ dictæ, quòd earum reditus ſacris addicti; & neceſſitate vrgente à priuatis corrogabatur ad ſacrum ærarium ſubleuandum. Cum tempore verò, quia maxima Sacrorum multitudo eouſque increbuit, vt nec publicum nec priuatum ſufficeret ærarium, imò exhauriretur, Neruæ Imperatoris edicto cautum, vt numerus Sacrorum imminueretur ad publicum, ſacrúmque ærarium reſtaurandum.

Pecuniæ ſacræ defectus quomodo ſarcitus.

Neruæ edictum de ærario ſacro.

Alium litigantium morem in Plutarchi Erotico lego his verbis. *Cæterùm ſicut in Ægypto aliquando vidi vicinos duos litigantes, cum ſerpens arrepſiſſet, ambos eum Bonum Genium vocare, ita quidem, vt ſibi vterque vindicaret, &c.* Quanta verò litis olim æſtimatio foret, Dionyſius his verbis docet cap. 10. *Litis verò æſtimationem placuit ſtatuere, non capitale ſupplicium, neque exilium, neque aliquid aliud inuidioſum, ne hoc ipſum illis ſalutem afferret; ſed bona eorum Cereri dicare voluit, quæ pœna omnium mitiſſima, lege præſcribebatur.* Litis æſtimatio eſt, rei, quæ in cõtrouerſiã adducta eſt, vna cũ eo, quod propter eam actoris interfuit, in certam pecuniæ ſummam redactio. Eius autem duæ ſunt partes: æſtimatur enim primum quanti res eſt, deinde quanti auctoris intereſt; quanti autem res eſt ſic æſtimatur, vt verum rei pretiũ exquiratur; id autẽ, quod intereſt actoris duabus conſtat rebus: nam & damnum propter rei culpam, dolúmue acceptum, & lucri amiſſi ratio ducitur. Videndi hic Iuriſperiti.

Litigantium mos alius.

Litis æſtimatio quanta.

Litis æſtimatio quid.

Litis æſtimatio duplex.

Quanti Res eſt.

Quanti Actoris intereſt.

Credebant inſuper Æədituorum fidei, & commendabant pactionum, fœderum, contractuum teſtamẽtorúmque Tabulas omnes, quæ in Deorum delubris cuſtodiri ſolebant, vt in *lib.* 3. *§. de tabulis exigendis* Vlpianus aſſerit L. *Cuſtodiam teſtamenti Æditũus ſuſcepit*: Cui ſubſcribit Papinianus in *L. Cum Pater* 77. §. Donationis 26. de legat. 2. *Donationis prædiorum epiſtolam ignorante filio, mater in æde ſacra verbis fideicommiſſi non ſubnixam depoſuit, & litteras tales ad Æditũum miſit &c.* Sed maiorem Veſtalibus Virginibus fidem fuiſſe adhibitam, & præcipue Maximæ Virgini, quæ aliis præerat, & cæteros Sacerdotes omnes dignitate præcellebat, reperio. Imperatores quippè ipſi, & alij Principes viri ſua Teſtamenta illis credebant. Vnde Suetonius in Iulio cap. 83. *Poſtulante ergò L. Piſone ſocero teſtamentum eius aperitur, recitatúmque in Antonij domo, quod Idib. Sept. proximis in Lauicano ſuo fecerat, demandaueráatque Virgini Veſtali Maximæ.* Tacitus in 1. *Annalium* de teſtamento Augusti loquens id planè affirmat. Apud Veſtales depoſitas opes, non à Ciuibus modò; ſed à Peregrinis etiam refert Plutarchus in M. Antonio. *Quippè non tantùm proſcriptorum ſubhaſtauerant bona, circumuenientes inſuper calumniis neceſſarios, & coniuges, neque ſolum omnis generis monetam vectigalia: verum etiam, vi compererunt apud Virgines Veſtales quadam à Peregrinis, & Ciuibus depoſita, illuc profecti, ea abſtulere.* Tabulas quoque apud eaſdem depoſitas, licet per

Æditũis creditæ tabulæ.

Veſtalibus teſtamenta Principum credita.

Depoſitæ pecuniæ apud Veſtales et à Peregrinis.

Pecuniæ poſitæ in ſinu Deorum.

Auctores à nobis in medium allatos pateat apertiſſimè;non pigebit tamen Plutatchi in Antonio locum ſubnectere. *Tabula depoſita apud Virgines Veſtales erant,quas poſcenti Cæſari denegauerunt illa tradere:ſi accipere vellet, ipſe veniret,mandauerunt,&c.* Pecuniam verò depoſitam in ſinu Deorum,eamque inuentá poſt longum tẽpus docet Athenæus *lib.* 1. de quod Polemo ad ſtatuam Cleonis.

Pediſequi Dominorum pecuniam geſtare ſoliti.

Pedetentim à publica ad vernaculam ſtipem refero pedem. Pediſequi Dominorum pecuniam geſtabant, quod & à Principibus viris obſeruatum vulgò iam video. Apuleius in Apologia indicat his verbis. *Vnum etiam denarium ex eo numero habere M. Catonem Philoſophum, quem ſe à pediſ.quo in ſtipem Apollonij accepiſſe Cato confeſſus.* Reſpicit ad priſcum morem,quo Viri honeſti per Vrbem incedentes pecunias ſecum non geſtabant: quod ſi quicquam ad manum habere volebant liberaliter, pediſequorum comitantium id munus erat. Ita apud Plautum Menęchmus alloquitur ſeruum Meſſenium, *Cede mihi marſupium.* & apud Auctores alios nõ vno in loco. Phœnices Deos ſuos fingebant cum crumenis & marſupiis,quòd nullum maius æſtimarent diuinitatis ſymbolũ,quàm pecuniã,ex quo, & Mercurij ſtatua (vt notat Cauſſinus) videbatur Conſtãtinopoli ſacculum geſtans. Petronius concludit,

Dij cum crumena.

Pecuniæ vis.

Multa loquor,quid vis nummis præſentibus opta;
Eueniet,clauſum poſſidet arca Iouem.

Qui non erant ſoluendo,crumenã vacuam præferebant.

Tyrrhenorum mos perelegans,& dignus, qui his adnectatur. Qui ſoluendo non erat, cogebatur pueros ſecum adducere marſupia vacua præferentes,per ludibrium. Heraclides in Politicis Latinè. *Si quis debito obnoxius, ſoluendo non ſit, inſequuntur eum pueri vacuum geſtantes marſupium,in eius contumeliam.* Alioquin crumenam collo appenſam deferre ſolitos antiquos innuit Plautus in Truc. *Homo crumenam ſibi de collo detrahit.*

DOMINICO MOLINO
Patritio Veneto Senatori, rei literariæ Patri.

DISSERTATIO II.

Solemnis maris Adriatici deſponſatio Venetijs feſto Dominicæ Aſcenſionis die. Origo eiuſdem. Bucentauri delineatio,etymon,inſtitutio. Adriatici maris Imperium penes Venetos quantum. Syracuſani mare deſponſant calice, floribus. Deſponſatio maris per anulum & gemmam. Thalamegos nauis, Thalamij remiges. Claſſis luſtrandæ ritus. Panegyris varia, cùm maria aperiuntur. Panathenæa, Quinquatria, Hilaria. Statuæ Porphyreticæ in plateâ D. Marci Venetiis. Modus ſciẽdi Romæ, quot nati, quot mortui, quot virili togâ cincti. Nati in acta relati. Profeſſio eorundem publica, cuius moris reliquiæ Venetijs adhuc vigent.

Venetiarum elogium.

VENETIAS Vrbem admirandam, diuinitiùs inſtitutam, ſapienter adminiſtratam, Vrbium orbem, orbis Miraculum ſemper ſuſpexi, & potiſſimum, cùm inſpexi ſolemni Aſcenſionis Dominicæ die, Sereniſſimi Ducis maieſtatem, Purpuratorum patrum Venetorum regium conſeſſum auguſtiſſimum in annuâ maris deſponſatione, quæ mihi memoriam refricuit eorum, quæ in Athenęo *lib.* 11. legi. Verùm, vt mea Schediaſmata tantæ Vrbis ſplendore illuceſcant, adnectere mihi ſit fas illius inſtituti admirandi primordia, mutuatâ face à veſtratis clariſſimi Iuſtiniani hiſtoria Veneta, & aliis incorruptioribus monumentis. Bucentaurum ita deſcribit Iuſtinianus *lib.* 14. eſt nauigium maximum, atque ornatiſſimum. Nam ſtructura eius ſublimis,columelliſque frequentioribus culta, auróque ad proram à puppi præfulgida, hoſpitéſque inſignes, aliique eminentioris fortunæ viri, qui ad Vrbem veniunt,ea nauigij machina à Principe, & Patribus officij gratia excipiuntur: Ducaléque ſolium in frontiſpicio, ſuperiori tabulato, collocatum, vbi Princeps inter legatos, conſiliarióſque medius ſublimis reſidet, & circum per ſubſellia ſummus ille Patrum Ordo maieſtatis, & ſilentij plenus. In inferiori autem tabulato remiges nauigium tonſis agunt, & remulco interdum, dum aquæ in contrarium fluunt, tanta moles trahitur, publicúmque erigitur vexillum, & iuxta illud Principis auratum ſcutum; ſummitáſque Bucentauri holoſericeum, purpureúmque habet opertorium funibus alligatum,ne ventus rapiat. Ad proram poſitum eſt Iuſtitiæ ſimulacrum auro fulgens, cuius dextra nudum enſem, læua autem æquilibrium tenet; roſtrúmque inſigne prominet, vt nauigij forma conſpectior ſit. Dicta Bucentaurus à, *bu*, quod magnum aliquid ſignificat, & *Centaurus*, antiquum nauium inſigne, vel quaſi, *Bis Taurus*, quæ olim Æneæ nauis. Alij Ducentaurum appellatam volunt, quaſi ducentorum hominum nauigium capax. Inſtitutio huius machinæ primùm facta fertur anno reparatæ ſalutis 1311. Alij altiùs originem indagant,nempe anno 1177. in aduentu Imperatoris Federici Ænobarbi, ſeu Barbaroſſæ, cùm ille,pro componenda pace cum Pontifice Alexandro III. Senatúſque, Venetias acceſſit. Hic enim Imperator Pontificem odio Vatiniano inſectatus, abire Roma, Venetiáſque petere, tanquam ad aſylum tutum, coëgit. At Imperator in Venetos claſſem Duce Ottone filio immiſit, qui à Venetis debellatus, captus & ad patrem remiſſus,ab eo impetrauit,vt Venetias concederet de pace actutus, quod feliciter factum, Pontiféxque in integrum reſtitutus pietate, & virtute Venetorum. Quibus, vt

Bucentauri deſcriptio.

Etymon Bucentauri.

Bucentaur inſtitutio.

Pontifex

Venetorum priuilegia ab Alexandro III. Anulus donatus Venetis ab eodem pro deſponſatione maris.

Pontifex paria faceret, præter plurima alia priuilegia Veneto Senatui conceſſa, gratulabundus Principi anulum potrexit aureum, dicens. *Ziane Dux accipe, & me authore hoc mare tibi Venetiaque armis obnoxium deſponſato, quod tu, & futuri Principes quotannis ſtato die in perpetuum ſeruabitis, vt omnis poſteritas memoriâ repetitâ intelligat, maris poſſeſſionem patriâ virtute, ac nauali diſciplina veſtram eſſe iure belli quandoque factam; atque, vt vxorem viro, ita illud deſponſationis annua munere veſtro ſubiacere Imperio.* Hoc quia factum ferunt ſolenni die Aſcenſionis Domini; ideò quotannis hæc celebritas eodem die, magno hominum, & Principum concurſu concelebratur. Princeps enim cum Principum legatis, Senatúque purpurato, vectus Bucentauro, anulum aureum à Patriarcha conſecratum è puppi in vndas proiicit (aqua luſtrali prius ſolenni ritu in mare profuſa) dicens: *Deſponſamus te mare in ſignum veri, perpetuique imperij.* Ad hæc ſerta florea Principi, Senatuique Veneto boni ominis, & lætitiæ gratia impertiuntur.

Maris deſponſatio. Anulus, & flores in deſponſatione Maris Adriatici.

Hactenus Iuſtinianus. At incorruptiora Sereniſſimæ Reip. monumenta, multò ante quàm in Vrbem illam ſe reciperet Romanus Pontifex Alexander, deſponſationem iſtam celebratam tradunt. Habent illa ſcilicet, tum primùm eam celebrari cœptam, cùm primùm armis incincti Maiores Veneti clariſſimi, iidémque fortiſſimi Viri, Adriatici maris Imperio iure belli æquiſſimo potiti ſunt; quod tunc temporis accidiſſe conſtat, cùm totum illum maris tractum deſertum ab omnibus ob Imperij lapſum, ſoliſque piratis peruium, ſic arma Veneta repurgarunt, vt tutam in eo præſtiterint, cunctiſque patentem, ac liberam in poſterum nauigationem. Quod cum Romani Pontifices, Cæſares etiam ipſi, aliique terrarum Orbis Principes cognouiſſent, & id ipſum rectè factum confeſſi ſunt, & apertè ſemper, ac candidè comprobarunt.

Sed in Panegyri Cl. Iuſtiniani duo præ cæteris obſeruo, Maris deſponſationem per anulum, & impertitionem florum, quæ longa indagine inueſtigata, aliunde originem ducere mihi videntur. Semper enim maximè illud mihi perſuaſum fuit, nihil à prudentiſſimis, & ſapientiſſimis Reipublicæ Venetæ Patribus vſu receptum, quod non rationi conducat, & hæreat aptè, quod & mordicùs deindè tuentur. Vtrumque non obſcurè Athenæus innuit lib. 11. his verbis. *Syracuſis in extrema Inſula iuxta Olympiaca (ſcilicet Iunonis) templum extra vrbis muros, eſt quidam focus, vnde calicem naui deducunt tendentes in altum, vſque dum Clypeus Mineruæ templo impoſitus videri poſſe deſinat; ibi tùm calicem fictilem in mare demittunt, coniectis prius in illum floribus, fauis, thuris granis integris, & aliis præterea quibuſdam aromatis.* Quod quidem ab illis peractum, vt maris imperium præſeferrent, Neptunóque maris numini litarent, tanquam, Genio proprio. Et licet nulla ibi anuli mentio apud Athenæum, ſed eius

Maris deſpōſatio Siculis vſitata.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

loco calicis fictilis, cuius porrectio amicitiæ confirmatio eſſe videtur: longè tamen ſapientiùs Veneti anulum deſponſationis hieroglyphicum, & fidei mari dilargiuntur; Sponſus enim ſponſæ hæc donat. Et anuli deiectionem in mare Pauſanias in Atticis ſic deſcripſit. *Minos ira incenſus in Theſeum maledicta contulit, & Neptuni filium eſſe negauit, quod, quam habebat, cœlatam gemmam in mare ſi abieciſſet, non eſſet eam ad ſe reportaturus. Vix ea locutus, dicitur gemmam abieciſſe: Theſeum vero memorant cum ea, & corona, quam ab Amphitrite acceperat, è mari emerſiſſe.* At florum inſperſio Iuuentutis perpetuæ ſymbolum, & ſpei videtur.

Anuli in mare proiectio.

Nauis quoque Bucentaurus facta (credo) ad imitationem illius, quam Ptolemæus Philopator Rex Aegyptius primum fabricauit, ita deſcriptam ab Athenæo. *Longitudo eius ſemiſtadium; latitudo, qua eſſet ampliſſima, triginta cubitis; figura eius, neque longis nauibus, neque rotundis aſſimilis.* Hæc à Strabone dicitur Thalamegos, ſeu Thalamifera, à Græco verbo θαλαμεύω, *in thalamo verſor*; perinde ac ſi tunc nuptiæ peragantur, vel ab his, θαλάμιος, θαλαμίτης, qui dicitur temulcus. Hinc thalamij remiges qui in infima parte triremis remigant, & ſedent. At de his doctores alij conſulendi, rem ego tantùm digito indico, & ad alia feſtino non aliena.

Ad cuius ſimilitudinem Nauis Bucentaurus effecta.

Thalamegos Nauis.

Thalamij remiges.

Ritus enim deſponſandi maris celeberrimus Venetiis anſam mihi præbet percommodam ad alia & ad hanc rem. Expiandi Dei maris, luſtrandæque Claſſis modum vſitatum olim ex illis P. Virgilij *lib. 5. Æn.* facilè eſt colligere,

Luſtratio Claſſis.

Ipſe caput tonſæ foliis euinctus oliuæ,
Stans procul in prora, pateram tenet, extaque ſalſos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.

Quare primo veris tempore nauigaturi iter ſibi maritimum ſternebant Sacris. Liuius lib. 29. *Imperator præmiſſis ad Deos precibus è prætoria naue cruda exta, cæſa victima, vti mos, in mare porricit, tubaque ſignum dedit proficiſcendi.* Idcirco apud Appianum 5. Ciuil. *Cum parata adeſſent omnia, Cæſar claſſis exercitum hoc modo purgauit. Altaria primum maris in littore ſita alluuntur vndis, multitudo omnis circumquaque magno ſilentio per naues aſſidet: Sacerdotes in mari conſidentes ſacra faciunt, terque per exercitum ſcaphis circumuecti purgamina ſacra deferunt, Ducibus vna adnauigantibus, & purgamina extollentibus, vt ab exercitu infelicia quæque depellant. Diuidentes deinde ea, partem in altaribus impoſitam flammis adolent.* Huius Sacri pro felici traiectu prætereà meminerunt Pauſanias, Pindaros, Xenophon, & alij. *Paralos* erat nauis ſacra, qua Delphos Theori ad rem diuinam faciendam mittebantur ad hos vſus deſtinata, vt Maria aperiri dicuntur, ita claudi. Vegetius, ex die 3. Id. Nou. vſque ad diem 6. Id. Martij Maria claudi teſtatur. Gratiani Imperatoris conſtitutione ex Alciati parerg. à Kal. Octobr. in Kal. Apr. nauigatio ſuſpenditur.

Fiebat Vere primo.

Paralos.

Maria quando clauſa & aperta.

Athenis tres olim naues publico vſui deſtinatæ, *Theoris*, quâ vehebantur in Delum quotannis è Theſeio voto, Plato in Phædone: *Paralus*, quâ mittebantur Delphos, aut aliò, rem diuinam facturi; Ariſtoph. interpres. *Salaminia*, quæ euocatos ad iudicium ſubueheret. Plat. *Pericl.* Vidè Farnabium *ad Lucanum lib.* 3.

Agrarium, nauim imperatoriam vereri legè nemo intrabat cum Imperatore, niſi Drungarius vigiliæ, & rei naualis, &c. Buleng. *de Imperat. Rom.* Quod ſi olim aurea

Dona aurea Fluminibus donata.

dona in flumina iacta ob diuinitatis venerationem, vt notat Senecâ Quæſt. Nat. lib. 4. cap. 11. *In hac ora ſtipem Sacerdotes* (loquitur de Nilo) *& aurea dona Præfecti, cùm ſolenne venit ſacrum, iaciunt*: quantò magis facerent Neptuno fluminum parenti?

Libatio quid?

Libare antiqui ſolebant quod vel in aram faciebant vel in menſam, quæ loco aræ erat, vel in focum, qui ſacer habebatur, vel in mare in honorem Deorum marinorum, aliumve in locum aliquid de poculo pleno, quod erant potaturi, effundebant leuiter, vt paſſim ſcriptores autumant.

Libatio in Mari.

De libatione verò in mare Thucydides lib. 6. vbi ſoluente claſſe è Pireæo, ſic ſcribit. *Tubâ ſilentium indictum eſt, tum legitima ante profectionem vota nuncuparunt, non per ſingulas naues; ſed vniuerſi per præconem, miſcentéſque per omnem exercitum in aureis, & argenteis poculis, tum vectores, tum Duces libabant.* Diodorus lib. 13. idem eodem modo innuit. Iuſtinus quoque lib. 12. loquens de Alexandro Magno. Pindari locum de Iaſone Argonautarum Principe proficiſcente ſubnecto Latinè. *Auream manibus ſumens phialam Dux in puppi, patrem Cœlitum, fulmine armatum Iouem, & celeriter meantes fluctus, ventorúmque impetus inuocabat, noctéſque, & maris vias, diéſque lætificos, & optabilem reditus ſortem.*

Mare antiquis ſanctiſſimum, atque nitidiſſimum fuit habitum, quia nil fœdi patitur, & omnia cadauera, & immunda ad littora egerit, & quia marinæ vndæ ad medelam, & expiationem vſurpatæ, ideo in maria expuere nefas putarunt. Magi principium illud venerantes nauigationem vetabant. Romani ſolebant quæcumque inſolita, aut prodigioſa contigerant, mali ominis auerruncandi cauſa, expiationibus quibuſdam procurare, Androgynóſque ſiue Hermaphroditos Aruſpicum præcepto in mare demergendos portabant: cauſam vidè apud Caſelinm *lib.* 1. *cap.* 3. *variorum.*

Purificatio Claſſis.

Huic moti annexus alius, quem breuiter firmo ex Apuleio. *Nauem faberrimè factam, picturis miris Ægyptiorum variegatam ſummus Sacerdos tedâ lucidâ, & ouo, & ſulphure, ſolenniſſimas preces de caſto præfatus ore, quam puriſſimè purificatam Deæ nuncupauit, dedicauitque.* Sed de hac purificatione, ſeu luſtratione claſſis alibi ſcripſi; ſatis hic mihi leuiter indicaſſe, quanta religio priſcis olim litandi maris falſo Deo; Venetus verò omnium Opifici Deo, qui mare, qui terras, qui cœlum temperat, & quicquid extat, nutu fecit, & moderatur imperio iuſtiſſimo. Nondum mihi tempero, quin locum ſuperaddam pulcherrimum ad ritum hunc illuſtrandum maris luſtrandi, & vendicandi ex Herodoti Polymniâ, *Poſtero autem, tantiſper morati ſunt, dum Solem exorientem cernerent, omnifarios odores in pontibus congerentes, ac myrto iter conſternentes. Vbi Sol exortus eſt, ex aureâ phialâ Xerxes libans in mare apud Solem vota concepit; ne quid ſibi aduerſi contingeret; quò prius deſiſteret Europam ſubigere, quam ad illius terminos perueniſſet. Hæc precatus, phialam in Helleſpontum abiecit, aureúmque craterem, ac gladium Perſicum, quem Acinacem vocant. Hoc pro comperto dyudicare non poſſum, verùm Soli dedicans gladium dimiſerit in pelagus: an Helleſpontum, quod eum flagellaſſe pœniteret, in compenſationem gladio donauerit, &c.*

Xerxis ritus maris arrogandi.

Meminit etiam Phialæ in mare proiectæ Plinius lib. 8. cap. 46. his verbis. *Memphi eſt locus in Nilo, quem a figurâ vocant Phialam, omnibus annis ibi auream pateram, argenteámque mergentes diebus, quos habet natales Apis: ſeptem hi ſunt, mirúmque neminem per eos dies à crocodilis attingi: octauo, poſt horam diei ſextam, redire belluæ feritatem.*

Facem aliam profero. Panegyrim iſtam tempore verno tantâ cum pompâ concelebratam, cum maria aperiuntur, Græci, & Romani imitati: illi Panathenæa, hi Quinquatria dixère, quippè Mineruæ ſacra, ſic dicta à Mineruâ, & quinque dierum numero quibus ſoliti celebrari. Nam Primo ſacrificia peracta lego, Secundo, Tertio, Quarto Gladiatorum ſpectacula edita, Quinto vrbis luſtrationem factam.

Panathenęa. Græcis, Quinquatria Romanis vere celebrata.

Idque feſtum triduò antè vernale ęquinoctium contingebat. Quintus hic dies Hilariis ſacer, ità dictus à maximâ populi lætitiâ, & pompâ ludis, ſpectaculis, & epulis refertâ; quæ ſi publica, ob Regis inaugurationem, vel triumphum facta; ſi annua, ob cælum, & mare apertum celebrata.

Hilaria.

Vegetius: *Poſt natalem, vt ità dicam, nauigationis, qui ſolemni certamine, publicéque ſpectaculo multarum gentium celebratur.* Ideò Athenienſes hiſce feſtis nauigium ſacrum Delum mittebant.

Nauis Delũ Athenis miſſa.

Innuit Plato in Phædone his verbis. *Nam pridiè, quàm indicaretur, ornari contingit puppim nauis eius, quam mittunt Athenienſes in Delum. Hæc eſt illa nauis, vt aiunt, in qua Theſeus olim bis ſeptem illos ſecum tulit in Cretam, ſeruauitque illos, & ille ſeruatus eſt, &c.* Proſequitur inibi idem Plato Athenienſium dies illos feſtos, & quid peractum, dum hæc nauis rediret è Delo.

Hilaria Athenis celebrata.

Hinc Veneti ſanctiùs quotannis aperto aëre, & cœlo, cum hyemis ſæuientis aſperitas ceſſit, & cœli patefacti Cœlorum Regem aſcendentem admittunt, aperti ſibi aditus ad maris Adriatici imperium, annuâ celebritate triumphantes, memoriam æternant. Panathenæa ergò Magna ſingulis luſtris celebrata, primùm ab Erichthonio Vulcani, & Mineruæ filio, poſteà Theſeo amplificata.

Panathenęorum origo & celebritas. Panathenæa Magna, & Parua.

In hac celebritate, neque ſenes, neque ignobiles, neque viri certabant, ſed pueri tan-

tùm

tùm armati ſaltabant,& cum ſingulæ Athenienſium coloniæ bouem ad ſacrificia mitterent, omnes ob carnium copiam vltra ſatietatem comedebant. Decertabat puer quoque in Iſthmiis non ſenior,at imberbis: prœmium victori datum oleum in amphoris redimito oleagino certo.

Peplum Mineruæ.

Peplumque Mineruæ ferebat, quod erat ſtragulum in quo depingebâtur ex more apud Athen. qui ſtenuè ſe belli geſſiſſent.

Catanyptes.

Catanyptes verò erat ſacrificium Mineruæ Athenis, cum peplum infrà ſordidatum aliquis eluehat. Etym.Gyraldus, Suidas. Panathenæa parua ſingulis annis celebrata,cum ver,vt ait Plin. *lib.* 1. *cap.* 47. aperit nauigantibus maria, quæ feriis auſpicabantur. Apul.lib.11. *Diem, qui dies ex iſta nocte naſcetur, æterna mihi nuncupauit religio, nauigabili iam pelago, rudem dedicantes carinam primitias commeatus mei libant ſacerdotes.* Hæc Panathenæa celeberrima quoque Venetiis quotannis.

Neptuni ſacrum.

De Chio ad Coum:de mari ad ſacrum Neptuni, marinorumque Deorum, Laconicè, de more. Neptuno taurus immolatus, non ſecuri percuſſus, ſed cultro iugulatus, niger, vt & Diis marinis, Tempeſtatibus, & Inferis, in littore maris.

Sacrum Marinorum Deorum.

In ſacris marinorum ſanguis collectus in paterâ fundebatur in mare cum precibus. Sin autem in mari initiarentur, victimarum ſanguinem non in paterâ excipiebant, ſed in mari, quod faciebant antequam de naui exirent, vt Deos locorum ad quæ diuertebant, benignos ſentirent. Vina etiam effuſa in flumina, vt ait Apollon. *lib.* 11. ex Maiolo: at in ſacrificiis Deorum ſuperorum reliquiæ in focos coniectæ,quod hi dij ętherei nidore carnium, & odore thuris oblectarentur.

Piſcis imperium maris.

Piſcis,maris imperium apud Ariolos innuit, & piſcibus redundant Veneta maria. Auguſtus cum propè Siciliam contra Pompeianos infeliciter pugnaſſet,iniquo id pertulit animo,donec piſcis,vltrò è mari ſaliens ad pedes eius accidit, atque à vatibus ob eam cauſam reſponſum eſt,Siciliam in eius poteſtate fore. Seruius quoque *in Deliacis lib.* 6. ſcribit Athenienſibus in Delo ſacrificantibus, lauandis manibus aquam haurientem puerum vrnam demerſiſſe, ac è phialâ ſimul cum aquâ piſces effudiſſe;oraculumque à Deliacis vatibus redditum, maris fore Dominos. *Vince igitur mari, iam terra tua eſt.*

Statua Porphyretica in platea D. Marci Venetus.

A mari ad aream D. Marci me confero, vbi in angulo ædis admirabundus intuitus Porphyreticas ſtatuta ex integro marmore quatuor, hærentes binas binis, eas vt vidi agnoui ſtatim, quod à me adnotatum in Maggio, qui aſſerit ſtatuas iſtas è Græcia aduectas, quæ ſunt Harmodij, & Ariſtogitonis, qui Athenienſium tyrannum Hipparchum trucidarunt; quam hiſtoriam legimus in Thucydidis *lib.* 6. Hi viri ob tyrannicidium ſtatuis decorati ſe mutuò amplectentes in amoris, & fidei monumentum. Has ſtatuas Alexandrum à Xerxe aſportatas reſtituiſſe Athenienſibus meminit Arrianus Hiſtoricus, déque iiſdem ad hunc modum Plinius lib. 34. cap. 4. *Athenienſes, neſcio, an primi omnium Harmodio, & Ariſtogitoni tyrannicidis publicè poſuerunt ſtatuas. Hoc actum eodem anno, quo & Reges Roma pulſi. Excepta deinde res eſt à toto orbe terrarum humaniſſimâ ambitione.* Cur verò bis gemini? Cauſa me latet. Vulgò aliter. Vulgi iudicium eſto. Conſtitutæ hæ ſtatuæ, Syriaca arte cælatæ, in angulo publico, vt quotidiè in atrium, palatiumque conuenientes Senatores tyrannidem abolendam, tyrannicidas gloria decorandos intelligant.

Quando Venetias adſportatæ.

Eædem porrò ſtatuæ, Venetias aſportatæ Duce Sereniſſimo Petro Gradonico anno clↄccxci, ex oppido Acra Syriæ expugnato à Menicheſadar Saracenorum Rege; ibi enim multi Veneti inquilini, qui inde abire coacti, ſe Venetias contulere aſcitíque in Patriciorum ordinem.

Quo pacto ſciretur Romæ quot nati, quot mortui, quot togam virilem ſumpſiſſent.

Ad alia, nec prorsùs aliena, nec ingrata gradior. Nam illud mihi ſemper viſum admiratione dignum, quod Romæ factitatum; vt ſcirent, quot ſingulis annis olim Romæ naſcerentur, quot togam virilem ſumerent, quot vitam cum morte commutarent. Nempe in ſumendi virili togâ quiſque denarium in ædem Iuuentutis deferebat; in ærarium Ilithyæ pro naſcentibus; in Veneris Libitinæ pro defunctis. Apertiſſimè Dionyſius lib. 4. *Tradit L. Piſo, Annalium primo, voluiſſe eum, & Vrbanæ multitudinis ſcire numerum, tum viuentium, tum morientium, tum eorum, qui togam virilem ſumerent; ſtatuiſſéque quanti pretij nummos pro ſingulis inferre deberent cognati in ærarium Ilithyæ pro naſcentibus, in Veneris Libitinæ pro defunctis, in Iuuentutis pro virilem togam ſumentibus. Vnde poterat noſſe annis ſingulis quantus eſſet in vniuerſum numerus Ciuium, tum quàm multi ex his eſſent per ætatem idonei militiæ.* Quod & ab eruditiſſimo Dempſtero notatum.

Nati in acta relati.

Illud ampliùs hic obſeruo. Statim atque naſcebantur liberi, à parentibus in acta publica referebantur. Hinc illa Satyrici;

In acta referre.

Fient iſta palam, cupient & in acta referri: Apuleij. *Pater natum ſibi filium cæterorum more profeſſus eſt*: Et Iul. Capitolini in Gordiano, *Filium Gordiani nomine Antonini, & ſigno illuſtrauit, cum apud Præfectum ærarij, more Romano profeſſus filium, publicis actis nomen eius infereret*: & in M. Aurelio. *Inter hæc liberales cauſas ita minuit, vt primus iuberet apud Præfectos ærarij Saturni vnumquemque Ciuium natos liberos profiteri, intra tertium diem nomine impoſito.* Ea verò re id fiebat, vt de paterno iure conſtaret. Nam cum hoc fiebat, in acta referebantur.

Profeſſio Natorum Romæ apud Præfectos ærarij.

Profeſſionum duo fuiſſe genera tradunt Iuriſconſulti. Aliæ enim Natales, quas παιδογονίας, Modeſtinus vocat; aliæ Cenſuales: illis natos ſibi liberos apud Acta parentes profitebantur, ſiquidem ætas probari dicitur, ἐκ τῶν παιδογονιῶν. Cenſuales verò iam inde à Seruij Tulli temporibus ſingulis luſtris, ſiue ſingulo quinquennio fiebant, vnoquoque ciue Rom. in Campo Martio declarante, & profitente quantum in bonis haberet, & quot capita eſſent, & ætas cuiuſque Briſſon. *ſelect.* 3. *antiq. lib.* 1. *cap.* 3.

Eandem probationem liberorum factam coniicio Athenis; nam teſte Harpocr. & Suida, μεῖον, Meion, erat ouis, & victima, quam tribulibus pendebant, qui liberos profitebantur, certo pondere expenſam, atque is, qui profitebatur μειαγωγὸς dicebatur. Syracuſani quoque idem factitarunt; vt videre licèt apud Plutarch. in Nicia his verbis: *Cœperunt hæ nauem hoſtilem, ea portebat tabellas, in quas nomina ſua Syracuſani tributim perſcripſerant: hæ procul vrbe, in Æde Iouis Olympij fuerant depoſita, tunc autem ad conquiſitionem & delectum iuuentutis deportabantur.* Capitol. in Gordianis. *Iam illud ſatis conſtat, &c. quum apud præfectum ærarij more Romano profeſſus filium, publicis actis eius nomen inſereret.* Hanc profeſſionem Ioſeph in Bethleem nato I x s v fecit Cæſare Imperante. Præter natos antiqui etiam profitebantur merces apud Acta pro vectigalibus, Pamel. *ad Tertull.* Actorum libri dicebantur, in quibus liberorum profeſſiones ſuſceptorum ſcribebantur, ex Briſſon. *ſelect. lib.1. cap.3.* Et morem hunc (ne videar extra oleas aberraſſe) Sapientiſſimi etiam Veneti Patricij ad amuſſim ſeruant, publicè profitentes nomina natorum, vt nobilitatis ſtemmate potiti iure poſſint in Reip. adminiſtratione.

Eadem profeſſio Venetiis vſitata.

CAROLO ANTONIO
Magiſtrio Senatori Regio
apud Mediolanenſes.

DISSERTATIO III.

Nauium tutela quid. Ea nunc Animalium, nunc Deorum imaginibus inſignita. Diſcrimen inter παράσημον, & tutelam. Tutelæ locus. Pattaici Dij quomodo placati. Tutela nunc Oleâ, nunc Lauro redimita. Coronatæ naues etiam in portu. Oleæ ramus ſupplicum inſigne. Coronarum omen, & vſus multiplex. Dedicatio nauium, & expiatio. Luſtratio claſſis, agrorum, exercitus, aliarum rerum. Armiluſtrum. Vota velis inſcripta.

Tutela nauium quid.

NAVIUM tutela dicitur propriè locus in prorâ, vbi Dij tutelares cælati, ſeu picti, Græcis hæc dicta παράσημον, Latinis *inſigne*, quo ea dignoſcebatur, & à quo nomen ſortiebatur. Hæc tutela aliquando animalium effigie inſignita. Tacitus Annal. 6. *Nec quiſquam ariete ſacrificauerit, credito Phryxum vexiſſe: ſiuè id animal, ſeu nauis inſigne fuit.* Feſtus in Europâ. *Alij, ait, eam à prædonibus raptam, & naue, cuius tutela effigiem Tauri habuerit, in eam regionem eſſe delatam.* Seneca Epiſt. 56. *Nauis non bona dicitur, cuius aureum roſtrum, nec cuius tutela ebore calata, &c.* Lactantius lib. 1. cap. 11. *Nauis tutelam habuit in Aquilam figuratam. In proris* (Suidas refert) *triremium Athenienſes ſimulacra quædam lignea Mineruæ collocabant, quorum nauigaturi rationem habebant.* Præter imagines Animalium, Deorum quoquem naues habuere, quibus erant commendatæ, vt refert Alexander ab Alexandro *Gen. dierum lib.4. cap.11.* & confirmat Statius Theb. 8.

Tutela nauium effigie Animalium.

Effigies etiã Deorum maximè Apollinis, & Mineruæ.

——*Inſcriptáque Deus qui nauigat alno.*

Minerua plerúmque, aut Apollo depicti. De Mineruâ Silius.

Troianam oſtentat trepidis de puppe Mineruam.

Et Val. Flaccus.

Puppe procul ſummâ vigilis poſt terga magiſtri.

Haſtrat aurata genibus Medea Minerua.

De Apolline Maximus Poëtarum lib. 10. Æneidos.

——*Huic totum inſignibus armis*
Agmen & aurato fulgebat Apolline puppis.

Hinc naues ab iiſdem Numinibus nominatæ. Ouidius de Triſtibus.

Eſt mihi, ſitq; precor, flaua tutela Mineruæ.
Nauis & à pictâ caſſide nomen habet.

Et tutelares Dij nauis vſurpati aliquando pro naui. Perſius Sat. 6. Dij tutelares nauis pro naue.

——*Iacet ipſe in littore, & vnà*
Ingentes de puppe Dij.

Hic obiter noto, (quod & ab aliis fortaſsè) diſcrimen inter παράσημον, & tutelam; quòd παράσημον, erat fera aliqua, vt Leo, Aries, Phryxus, Vacca, Anſer, Aquila, & huiuſmodi; Tutela verò, ſignum aliquod Deorum, Dearumuè proprium, vel eorum latentium ſub aliquâ formâ; vnde nauis, quæ Iouis tutelam effigie Tauri, aut Aquilæ habuit, habuit Iouem ſub eá effigie latentem. Hæc tutela vocata Inſigne, quatenus aliquando non Deus, ſed inſigne illius Dei. Ita Caſſis Mineruæ inſigne illius nauis fuit Ouidianæ. Hæc Numina tutelaria poſita quidam putant in puppi, vt colligitur ex illo loco.

Tutela in quo differat ab Inſigni.

Inſigne nauis quid.

Tutela locus in naui.

Ingentes de puppe Di,

Et illo,

Accipit & pictos puppis adunca Deos.

In prorâ alij ſtatuunt. Sanè Dij Phœnícum, quos Pattaicos nominant, in prorâ ſtatuebantur ex Herodoto in Thaliâ. Crediderim cum doctiſſimo Cerdâ, Græcos & Latinos in puppibus, Barbaros locaſſe in proris ex locis productis, & aliis: item παράσημον diuerſum locum ſortitum à tutelari Numine nauis; & aliquando confundi tutelam, & παράσημον. Opinor ex Lex. Phil. tutelam propriè in puppi; at Paraſemum in prorâ. Tutela ſemper erat Deus, aut Dea; at in Paraſemo Deus, animal &c. Item nauis à paraſemo nomen habet, vt, Piſtrix, Centaurus, &c. Pattaici Dij.

Sed hoc, dices, lippis & tonſoribus no-

tum

tum. Hoc verò mihi planè igotum, quomodo illis litarent, & operarentur, quod tamen factitatum lego. Petronius mihi facem præbet illis verbis. *Itaquè, vt tutela nauis expiaretur, placuit quadragenas vtrique plagas imponi, & ſic viliſſimo ſanguine placant tutelam.* Placabantur igitur hi Dij tutelares, vt propitij eſſent nauigantibus. An ſanguine & verberibus ſeruilibus? Me latet. Sed & alio expiationis genere. Idem Petronius alibi, his verbis: *Protendit ramum olea a tutela nauigij raptum.* An illi Dij ramis oleæ inſigniti, vt perpetuò placati, & pacati eſſent? Ita ſentio. Ibi enim, tanquam in ſacrario & larario, reſidebant, & præſidebant. Et meritò olea ad tutelam appenſa, quæ ab Homero Ithacenſi antro applantata fertur, quòd typum mundi haberet, qui præcipuus diuinæ prouidentiæ effectus, cuius olea hieroglyphicum, quam Palladi (quæ & ipſa prouidentia dicta) veteres conſecrarunt: Quidni igitur eâdem tutelares Deos circumornarent, vt eorum prouidentiâ nauis regeretur in illis procelloſis vndis; &, quia olea victoriam bono omine prænunciat, vt eadem nauis è monſtris marinis, ac tempeſtatibus ad portum victrix enauigaret?

Quomodo placati Dij tutelares.

Oleæ ramus affixus tutelæ.

Olea prouidentiæ ſymbolum.

Sed & lauro tutela nauium coronata. Diſco ex Silio lib. 11. apud quem lego.

Lauro etiam coronata tutela.

—— *Lauro redimita ſubibat*
Optatos puppis portus.

Duo enim erant tempora, quibus coronas imponere tutelæ nauium mos erat, pacis vnum, alterum triumphi: & triumphi quidem tempore imponebantur ex Lauro; in pace verò ex Oleâ, vt indicat Petronij locus. Caueſis autem coronas iſtas cum iis confundas, de quibus Maro lib. 4.

Quandonam olea, quando lauro coronatæ naues.

Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Nam illis coronatæ puppes in lætitiæ ſignum. Apertè Naſcimbenius ad eum locum *Lætitia* (inquit) *ſecuritatiſque animi ſignum naues aliquò migraturas coronare ſolebant.* De quo ritu idem Maro lib. 1. Georgicorum.

Puppes coronatæ lætitiæ ſignum.

Ceu preſſa cum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Ouidius 3. Amorum.

Iam mea votiuâ puppis redimita coronâ
Læta tum ſcentes æquoris audit aquas

Et 2. de Remedio.

Hoc opus exegi: feſſa date ſerta carinæ;
Contigimus portum, quò mihi curſus erat.

Puppes nauium propriè coronatæ. Silius *Lauro redimita ſubibat optatos puppis portus.* Vide Cerdam *ad 4. Virg. Æneid.*

Coronatæ etiam naues in portu.

Ex quibus morem alium eruo. Non tantùm nauigaturos; ſed etiam in portu quieturos naues ramis, corolliſque redimire ſolitos ad boni ominis, & lætitiæ argumentum, vel in prora, vel in ſummo malo affixis, & his oleaginis plerumque; Oliuæ enim ramus ſupplicum inſigne. Sic legati Locrenſes apud Liuium *Dec. 3. lib. 4.* & Rhodij apud eumdem Dec. 5. lib. 5. *Supplicant Romanis, & nauem Oliuæ ramis velatam demiſſi Carthaginenſes ad Scipionem mittunt.* Virgilius.

Oleæ corona in puppibus.

Oleæ ramus ſupplicum inſigne.

Iamque Oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes.

Quamquã precantes nó tantùm capite coronati; ſed manibus etiã ramos geſtare ſoliti quod tamen ad ſupplicantes referremalo.

Sed illud præ cæteris obſeruandum, tantum omen olim in coronis, vt nil auſpicarentur ſine illis. Vnde Euclio Plautinus Aulul. *Nunc thuſculum emi, & haſce coronas floreas, vt fortunatas faciant natæ nuptias.* In aditu etiam lucorum coronati antiqui. Sic Æneas adiens Siciliam Æneid. 5.

Coronati omnia auſpicabantur. Adeontes loca coronati.

——*Cingit materna tempora lauro.*

Et 7. Latinum petens.

—— *Frondenti tempora lauro.*
Implicat.

Quod ipſum ex Aeſchylo percipies in Supplicibus, vbi Oreſtes promittit ſe iturum Delphos cum corona. Profecturi pariter apud Plautum coronati: Et Antonius iturus ad bellum Parthicum coronam ſumpſit ex ſacra olea. Precaturi etiam coronabantur, vt alibi dicam. Quin ipſæ quoque Virgines, cùm primùm de nuptiis cogitabant, coronas geſtabant. Cicero ex vetere Poëta 3. de Oratore *Coronam ob collocandas nuptias tibi ferebas.* Claudianus de Proſerpina lib. 2.

Profecturi coronati. Item precaturi.

Nunc ſociat flores, ſeſeque ignara coronat,
Augurium fatale thori.

Thalami denique coronati. Cyrillus Alex. *Sponſa, & noua nupta è thalamis nuper coronatis excurrentes, & lectulum genialem deferentes.* Et alia, de quibus Eruditiſſimus Paſchalius in Opere de Coronis.

Coronati thalami.

Appendicis ergò hæc pauca Nauim attingentia ſubdo: ſi arrident, audi; ſi irrides, abi cum bono Genio. Nauis dedicationem, & piacula quędã Apuleius 11. Metam. oſtendit. *Ibidem ſimulacris ritè diſpoſitis, nauem faberrimè factam, picturis miris Ægyptiorum circumſecus variegatam, ſummus ſacerdos tæda lucida, & ouo, & ſulphure, ſolemniſſimas preces de caſto præfatus ore, quam puriſſimè purificatam Deæ nuncupauit, dedicauitque*: & quæ ſequuntur, *Ecce littera vetum inſtaurabat.* Hæc nauis (ex Beroaldo) ſymbolum nauigationis Deæ Iſidis, in cuius dedicatione, quòd ait Apuleius purgationes factas, tæda, ouo, ſulphure, cum Ouidio congruit, qui de tæda, & ſulphure, hæc habet.

Nauis dedicatio, & piacula.

Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat.

Purgationes Nauis tæda, ouo, ſulphure.

De ſuphure, & ouis iſta.

Et veniat, quæ luſtret anus, lectũq; locumque.
Refferat & tremula ſulphur & oua manu.

De hac purgatione per ouum Lucianus, Macrobius, & alij meminere.

Virg. 6. Æneidos tres purgationes refert animarum.

—— *Aliæ panduntur inanes,*
Suſpenſæ ad ventos, aliis ſub gurgite vaſto.
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

Hinc oſcillorũ iactatio, & Paliliorum ſaltatio per ignẽ & Mulieres apud Homerũ Vlyſſem à cæde recentẽ ſalutantes tędas præferunt, Caſell. Veterem morẽ refert Clemens Alex. luſtrandi aqua, ſale, & lente miſtis ex Ariſtophane. Vndis etiam ſomnia procurata, ſeu expiata Caſell. aſſerit. Æs in luſtrationibus

bus vim magnam habere Heronis ſpiritalia planè demonſtrant, his verbis, *In porticibus templorum apud Ægyptios rota ex ære mobiles fiebant, vt intrantes eas voluerent, æs enim vim catharticam habet; ſtatuebantur etiam quædam vaſa ærea aquæ luſtralis, quâ ingredientes ſe ſpargebant*, de quo Plutarchus de maculis in orbe Lunæ dicens, *Ideo in defectibus plerique ſolent æra pulſare, ac ſonitum, fragoremque aduerſus animas reddere*: ſubſcribit Apollodorus in libro Deorum, & Sophocles introducit Medeam veneficiis operantem, herbas legere cultro æreo, ſuccumque in vaſa ærea exprimentem; neque aliis vaſis veneficæ vtebantur, quàm æreis: æs enim catharticâ vi præditum, vt refert Ariſtoteles in Problem. ideoque haſta Achillis ærea Telephum ſauciauit, & curauit, vnde Prouerbium. *Achillis haſta*. Sulphure vtebantur in luſtrationibus antiqui, & aquâ marinâ, quia vtraque ſuâ acrimoniâ abſtergit, ſordeſque repellit, quamuis tenaces. Facibus etiam vtebantur ad illuminandum, ſicut illis ad purgandum. Ouo demum vſi quod mundi ſimulacrum referret ex Macrobio, & aliis. *Oxythymia*, dicebantur expiationes, quas domibus luſtrâtis in triuia ferebant. Expiatas quoque lucernas mero ſi quid diri denunciaret earũ lumen, eas tangendo innuit Prop. Eleg. 3. lib. 4. *Seu voluit tangi parca lucerna mero.* Æs quoque adhibebant, quod eo, vt ſcribit Apollodorus Lemures abigantur, quare & in Lunæ deliquio ænea vaſa pulſabant & Medea ſuccos apud Sophoclem, infundit in æneos cados. Auertendi verò mali cauſa terram tangebant, & Græci lapillos iactabant ex Hypati Macedonis carmine. Inſanos ſiue luſtratos alibi dico: hoc eodem vſi antiqui ad næuorum depulſionem docet Turnebus *aduerſ. lib. 29. 32.* Tibull. *lib. 1. eleg. 10.*

Luſtratio claſſis quæ.

Aliam nauium luſtrationem in Alexandro ab Alexandro lego lib. 5. cap. 27. his verbis. *Si verò claſſes, naualeſque copiæ luſtrarentur, diſpoſita claſſe in littore, aram, quæ mari alluebatur, conſtruere conuenit, in quâ Sacerdotes victimas caderent, mox circumſtante exercitu, caſam victimam, atque exta per claſſem in littore diſpoſitam nauiculis circumferrent, cum ſolemni carmine, & precatione, ducibus vnà inſidentibus in ſcaphis: diuiſaque beſtiæ partem in mare cum viſceribus porricerent: partem verò flammis adolerent, eo modo claſſem luſtrari, & calamitates depelli opinati, &c.* Hæc Alexander de hac luſtratione, & ferè ex his, Liuio *dec. 3. lib. 9.* Appiano *lib. 5. Belli Ciuilis*, & Virgilio *5. Æneid.*

Luſtratio agrorum quæ Solitaurilia.

Dum luſtro hæc, alia etiam illuſtro luſtralibus extis. Luſtratio agrorum ita fieri ſolita ex Catone de re ruſt. cap. 41. *Imperabant Solitaurilia circumagi cum Diuis volentibus, dicentes, quodcunque bene eueniat: Mando tibi Mani, vt illa Solitaurilia, fundum agrum, terramque meam quotâ ex parte, ſiue circumagi, ſiue circumferenda cenſeas, vti cures luſtrare.* Dein Ianum, Iouémque vino præfati, ſic dicebant, *Mars pater te quæſo precorque vti ſies volens propitius mihi, domo, familiæque noſtræ, quoius rei ergo agrum, terram fundúmque meum Solitaurilia circumagi iuſſi, vti tu morbos viſos, inuiſoſque, viduertatem, vaſtitudinémque, calamitates, intemperantiáſque prohibeſſis, defendas, auerrunceſque; vtique tu fruges, frumenta, vineta, virgultáque grandire, benéque euenire*: & quæ ſequuntur preces. Quod autem in agris ſuis priuati luſtrandis facere conſueuerant; hoc in publicis Sacerdotes publicè, præfati communes Deos, & agreſtem Martem, vt omnem à vineis publicis calamitatem auerterent, vineta ſuceteſcerent, & ſuos fructus darent.

Luſtratio exercitus.

Ab agris, vnde boni milites, ad exercitus luſtrationem vocor. Exercitus luſtrabatur, apud Romanos in campo Martio inſtructus, Sue, aut Hirco, & Oue, & Tauro: Milites ipſi lauro coronati rem diuinam faciebant ſub dio. Hoc dictum Armiluſtrum. Primum inſtitutum ſub Seruio Rege. Illæ victimæ ter circum acies inſtructas præcedente pompà ducebantur, Martíque Deo immolabantur. Mitto luſtrationes alias; quæ fiebant Ambarualibus, id eſt luſtrandis aruis, & ſegetibus; Solitaurilibus, ſingulis luſtris peractis, luſtralibus etiam dictis: poſt funus, in Sacris, in inſanis, in pueris, de quibus alibi ſuo loco. Et in circum redeo, à quo luſtricum ob ſactum exceſſi, extremam lineam ducturus. In carbaſo enim lego ſcriptas litteras, quæ indicarent, id votum eſſe proſperæ nauigationis, ex quo coniectare libet, aliquando ex voto inſcripta vela, vt ſolent vexilla à militibus militiâ functis; vel æra merentibus militaria, de quo aliàs à me, & fuſiùs; doctiùs ab aliis.

Armiluſtrum.

Luſtrationes variæ.

Vota ſcripta in velis.

Verum cum hoc triennio fame, peſtéque Inſubria cum Ethruria fuerit atrociſſimè conflictata atque orci victimæ tot hominum myriades peſſum ierint: ad vtramque auertendam quid Romani fuerint commenti lego in Vardo, alibi fortaſsè innuo. Plantam oleaginam velleribus & corollis inuolutam foribus, quod & in lætitiâ faciunt, ramis arborum, lauri maximè appoſitis imponebant, Græci εἰρεσιώνην appellabant ramum oleaginum, lanâ obuolutum, arborum fructibus circumpendentibus, qui ante ianuas ad viam ſuſpendi erat ſolitus in honorem Apollinis ex oraculi præcepto in memoriam interfecti Pythonis. De quo Suid. & Ariſtoph. interpres. Huc arbitror pertinere quod de Locrenſium legatis Liuius ait, qui in velamentis ſupplicum ramos oleæ more Græcorum porrigentes cum flebili vociferatione humi procubuerunt, nos quoque ab longâ ſtrage εἰρεσιώνην ſupplicabundi per ſuperum puluinaria ſanitatem apprecamur.

MARCO ANTONIO Gilio Decano S. Michaëlis Lucæ.

DISSERTATIO IV.

Ærarium Sacrum. Ærarium Græcorum, & Romanorum vbi. A quibus, & quibus Numinibus vtrumque dicatum. Quid in Romano ſeruatum. Cur idem modo Sanctum, modo Sanctius dictum. Sancta loca quæ. Aurum viceſimarium. Oppetere mortem. Ritus morientium in bello mordendi terram.

NE meſſem metam alienam, ſpicilegium facio à longâ, exactâ, & feraci meſſe eruditiſſimi Dempſteri, aliorúmque de Ærario Sacro, & inquiro primum, cur ita dictum toties Symmacho lib.1. epiſt.60. vbi hæc habet. *Vtpote ſacri adminiſter ærarij*: lib.4. epiſt.37. *Paulus amicus meus iamdiu ærario ſacro militat*: Et lib.10. epiſt.33. *Ergo & nunc libens ſume è ſacro ærario decreta ſubſidia.* Sacrum ideò dictum volunt, quia in æde Saturni conditum ærarium Romanis, Græcos imitatis, qui in templo Apollinis ſuum conſecrarunt, licet Athenæus *lib.6.* aſſerat Lacedæmonum tantùm ærarium fuiſſe templum Delphicum, his verbis. *Apollini Delphico quicquid auri Lacedæmone, & argenti prius erat, dicatum fuiſſe narrant.* Saturni templo ideò Ærarium commendatum ex Gyraldi *Syntag.* 4. quia nullum ſit furtum in eius finibus commiſſum, aut quia ſub illo nihil erat cuiuſquam priuatum.

Ærarium ſacrum cur.

Græcorum ærariū vbi, & à quo primum ſacratum.

In Saturni æde cur.

Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant.

Plutarchus *in cauſis Rom.* ideò ait, quòd eo regnante non fuit auaritia, nec improbitas, ſed iuſtitia. D. Cyprianus ait eâ cauſâ, quòd primus in Italiâ nummos inſtituit ſignare, & propterea Saturni ærarium vocari. Ianum, ait Macrobius, ſic æra ſignaſſe: in vnâ parte cui capitis effigies, in alterâ Saturni nauis expreſſa eſt. Porrò Ærarium primum inſtitutum ad pecuniam ſeruandam apud Græcos à Minyâ, refert Pauſanias *in Bœoticis.* Apud Romanos illud à Valerio Publicolâ primum Saturno commendatum lego apud Plutarchum in eiuſdem Publicolæ vitâ hoc verborum contextu. *Vbi enim opus erat ad bellum pecunias pro facultatibus ciues conferre, cum neque ipſe id munus obire vellet, & obeundo amicos deterreretur; nec omnino publicas pecunias in priuatam domum inferri æquum duceret, ærarium in Saturni ædem reſtituit, quæ hodie etiam manet. Conceſſit autem populo, vt Quæſtores duos creare poſſet, creatique ſunt primi P. Veturius, & Minucius, & pecunia permulta coacta*; Quæ quidem verba: non modo innuunt Ærarij Romani inſtitutorem primum; ſed etiam, cui Deo fuerit commendatum, & quorſum; quinam demum primi illius Quæſtores, ſeu Curatores fuerint, vt vides. *Theoricum*; ærarium Athenis ex quo ſumptus bellici principio fiebant, qui poſtea in alios vſus ludorum ſpectaculorumque ſunt conuerſi.

Romanorum ærarium vbi, & à quo primum Saturno ſacratum.

Primi Quæſtores ærarij Romani.

Quid in ærario Romano ſeruatum.

In hoc ipſo ærario literæ publicæ aſſeruatæ ex illis Ciceronis in Verrem. *Primum mihi literas publicas, quas in ærario conditas habebant, proferunt.* In eo prætcrea mulctæ, tributa, ſpolia hoſtilia, manubiæque reconditæ. Ad hæc Senatus conſulta, & leges, vt eſt apud Tranquillum in Dictatore. Præterea libri elephantini, in quibus 35. tribus deſcriptæ, & rationum, aliaque.

Etiam Decreta patrum, de quibus (referente Tacito lib.3. An.) *Senatuſconſulto ſancitum, ne ante diem decimum ad ærarium deferrentur, idque vitæ ſpatium damnatis prorogaretur*, cui ſubſcribit Suetonius in Tiberio cap.75.

Quare volunt dictum *Sanctum*, quia illud templum religioni dicatum, & Diuo. Sed cur non dictum *Sanctum*, quia ſanctione confirmatum, adeò vt violari nefas? Hinc loca Sancta, quæ aduerſus iniuriam, & vim muniuntur. Dicti ideò Tribb. pleb. Sacroſancti, quia eos violare piaculum maximum, nec ſine capitali noxâ; vnde & Sacroſancta templa iure aſyli vtentia. Cur autem Saturno potius dicatum, pete ab eodem Dempſtero, Volfango Lazio, & Plutarcho *Quæſt. Rom.42.*

Ærariū cur ſanctum dictum, & ſanctius.

Sancta loca quæ.

Sed quia apud auctores ſanctum aliquando legitur ærarium, aliquando Sanctius; Sanctum puto illud dictum, quod aliàs vulgare, in quo ſcilicet ordinaria tributa recondita, idque in exteriore fano; Sanctius verò in penitiore ædis receſſu muniriori loco, in quo ſcilicet aurum viceſimarium, hoc eſt, quod ex viceſimâ colligebatur, ad vltimos Reipublicæ laborantis caſus reſeruatum. Ita lib.7. dec.3. *Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant Coſſ. aurum viceſimarium, quod in Sanctiori ærario ad vltimos caſus ſeruaretur, promi placuit.* Ita Venetorum gaza pretioſior D. Marci ſacello commendatâ. Putabant veteres dracones conſeruandis, & cuſtodiendis theſauris deſtinatos, vt colligitur ex Cic. Phil.13. *An is non reddet, qui quaſi theſaurum draco, &c. occupauit*: ſubſcribit Rhod. l.30. cap.3. *Peruulgatum eſt*, inquit, *adiuor, adytorum, oraculorum nec non theſaurorum cuſtodia præfici dracones*: hinc vellus aureum, & Heſperidum mala cuſtodita à draconibus legimus.

Aurum viceſimarium.

Ad finem feſtinanti iniecit mihi manus tua poſtrema pagina, de verbo, *Oppeto*, de quo alij ante me. Ideò, quod alius condiuit coquus, non alio condiam modo.

Oppetere mortem vnde dictum.

Lucem

Lucem mihi præfert in his tenebris locus perelegans Virgilij 8. Æneidos.

——Terram ſimul ore momordit.

Et Seneca in Hercule Fruente.

Vltrice dextra fuſus aduerſam Lycus
Terram cecidit ore.

Mordent terram morientes belli.

Nam inde colligo olim ſtrenuos, fortéſque viros belli morientes, terram momordiſſe, nè quid effœminati eiulatus, aut præter decorum viri fortis in victores effutirent, dicerentque. Hinc idem Virgilius Æn. 11.

Procumbit moriens, & humum ſemel ore momordit.

Erit igitur, *oppetere*, moriendo ore terram petere dentibuſque.; Vir enim fortis dulce, & decorum putat pro patriâ mori.; Mors at fugacem perſequitur virum, eumque non cenſet ſui iuris, cui precaria eſt vita.

HIERONYMO BOSSIO Iuriſconſulto Regio, Eloquentiæ Interpreti in Palatinâ Mediolanenſi.

DISSERTATIO V.

Styli cum pugillaribus geſtati. Graphium, & illius vſus. An licitum arma in Vrbe geſtare. Pœna geſtantium. In itinere permiſſum. Arma antè fores Templorum relicta. Milites latrones dicti. Quando iis vſi Romani. Salus dicta Imperatoribus ſine armis. Arma ciuibus à militibus ablata. In itinere Zona, oleum, gladius geſtatus. De cingulo, Zona, militari, virginali. Quando, & cur ſoluta.

Styli cum pugillaribus olim geſtati. Graphium quid.

DOctos minimè latet olim geſtatos ſtylos à iunioribus ad literas exarandas in pugillaribus, dictum hoc, *Graphium*, *Celsos*, *Gyphium*, quod erat inſtrumentum ferreum, non abſimile noſtro calamo, anteriùs acutum, retrò, quaſi planitiem habens, quo olim in ceratis tabulis ſcribere ſoliti, & alterius extremitatis obtuſitate delere ſolebant. Hinc, *ſtylum conuertere*, dicebant de quo Ænigma Sympoſij.

De ſummo planus, ſed non ego planus in imo.
Verſor vtrinque manu, diuerſo et munere fungor;
Altera pars reuocat, quidquid pars altera fecit.
Inde alij ſtimulos, & acumina ferrea vibrant.

Prudentius.

Quâ parte aratus cera ſulcis ſcribitur,
Et quâ ſecti apices abolentur, & æquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area.
Sæpè ſtylum vertas, iterum, quæ digna legi ſunt,
Scripturus, &c.

Romanos itaque nunquam gladio, aut pugione accinctos, vt hos ſicarios; ſed graphiis, quæ cum pugillaribus circumferebant, colligo ex Senecâ lib. 1. de Clementiâ cap. 14. *Erixonem equitum Romanum, qui ſuum filium flagellis occiderat, populus in foro graphiis confodit.* Ex Suetonio etiam in Cæſare. *Cæſar Caſſij brachium arreptum graphio traiecit.* Thecis fuere impoſita graphia, quia ærea, ferrea, acuta valdè, atque ad cædem apta. Plutarchus in Gracchis. *Ibi è veſtiglo confoditur Antyllius longis ſtylis fodicatus, ad id ipſum (vt aiunt) paratis.* Graphium deinde oſſeum; Chariſius, *oſſe ſcribebant.* Titinus, *velim ego oſſe arare campum cereum*, ad periculum euitandum rediit iterum ſtylus ferreus. Voſſius. *Gram. l. 1. c.* 33. Nam cuilibet paſſim pro libito arma portare non licuit. Vnde M. Antonius, vt refert Dio *lib.* 42. gladio accinctus cum multitudine ſtipantium ipſum militum vſus, ſuſpicioni fuit Romanis monarchiam ambire. Idem lib. 44. *Curiam* (loquitur de coniuratione in Cæſarem) *ad rem peragendam, delegere locum inſidiis opportuniorem, gladios facilè ſe habituros ſperarunt, in ſcriniis loco libellorum locatos, tum cæteros inermes non poſſe ſuccurrere opinati, &c.* Sed iis tantùm, qui militari obſtricti iuramento, & quibus poteſtas erat geſtandi gladium, quod *gladiatorium* exin nominabatur. Liuius Dec. v. de Genthij Illyricorum Regis captiuitate. *Cum prætore eo die eſt epulatus, deinde in cuſtodiam C. Craſſo Trib. militum traditus, vix gladiatorio accepto decem talentis ab Rege Rex, vt in eam fortunam recideret.* Inde gladiatorij ludi. Suetonius in Augusto. *Nam graſſatorum plurimi palam ſe ferebant ſuccincti ferro, quaſi tuendi ſui cauſâ.* Et paulò poſt. *Igitur graſſatores, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus, inhibuit.* *Auguſtum ſi nanciſceréris, non eum benignum Senatum, non laniena, non carnificina eſſes tuorum ciuium.* Idem in Claudio cap. 36. *Quodam cum ferro circa ſacrificantem ſe deprehenſo, Senatum per præcones propere conuocauit, &c.*

Romani in vrbe ſine armis, ſed cum ſtylo.

Graphia thecis impoſita.

Non cuiuis licitum arma portare.

Gladiatorij. ludi.

Ex quo colligo tantò minus licuiſſe arma geſtare in templis. Ita Plato de Repub. regendâ; *Aurum quidem in quædam fana intrantes foris relinquunt, ferrum autem, vt ſemel dicam, in nullum important templum.*

Ante fores templorum arma relicta.

Nec ſolùm apud Romanos; etiam apud Græcos paſſim, arma geſtare illicitum. Lucianus Dialogo de Gymnaſijs. *Præterea multa cautum eſt, ne quis in Vrbe cum nihil neceſſe ſit, ferrum geſtet, aut armatus procedat in publicum.* Idem Dialogo Scytha. *Anacharſis cognoſcere potuiſſet popularem ſibi Toxarim more Græcorum exornatum, mentum habentem detonſum, incinctum, nullo ferro munitum &c.* Quare milites olim dicti latrones

Græcis arma portare illicitum.

Milites dicti latrones, mercenarij tamen. Militibus ſtipendiariis quando primò vſi Romani.

nes. Plautus Milite Glor. *Vt in tabellis, quas conſignaui hic heri latronibus, ego denumerem ſtipendium.* Et aliâ Scena. *Vt latrones, quos conduxi hinc ad Seleucum.* Non tamen omnes milites dicti latrones; ſed mercenarij tantùm, qui ſerò à Romanis adhibiti. Alexander ab Alex. lib. 6. cap. 22. *Mercenario milite populus Romanus perrarò adiutus fuit: ſolum enim Punico bello Q. Fabio Maximo, & T. Sempronio Graccho Coſſ. ope externâ adiutus bella geſſit; & in Hiſpaniâ Celtiberiâ ſtipendiarij militis auxilio fultus, legiones duxit, quos latrones, quod mercede militarent, quaſi ſeruientes, nuncupauit antiquitas, qui plerumque circa Imperatoris latera excubabant.* Feſtus Pompeſus lib. 10. *Latrones, inquit, eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, λατρεύειν, ideſt ſeruientes; nam λατρεία, eſt ſeruitium.* Alibi autem ſcilicet lib. 27. *Stipatores corporis cuſtodes, quos antiqui latrones vocabant; ſtipati enim ferro circumdant corpora Regum.* Seruius in lib. 12. Æneidos initio. *Λατρεύειν, inquit, dicimus obſequi, & ſeruire mercede. Vnde latrones vocantur conducti milites; moris autem erat, vt hos Imperator, & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen.* At Varro lib. 3. aſſerit dictos fuiſſe latrones *à latere, nam circum latera erant Regis. Poſtea ſtipatores a ſtipando appellati, &c.* Valeſ. Max. lib. 11. cap. 1. aſſerit, nulli cum telo, Maſſilienſium oppidum intrare licitum, ideoque præſto illi eſt, qui id cuſtodiæ gratia acceptum exituro reddat, vt hoſpitia ſua quemadmodum aduenientibus humana ſunt, ita ipſis quoque tuta ſint. Meorum Lucenſium hic quoque mos laudatiſſimus, aſſeruandi arma ad vrbis portas externorum adeuntium, cum teſſera. ſi enim ſinguli Lucenſi in vrbe inermes, cur externi armati eruntt ciuitas enim LVCA, pace concordiâque nutritur, Aureæque LIBERTATIS munere, qua Dei munificentiâ perfruitur feliciter. Hermathenam intra pomœrium, Areopagum extra colens Paci operatur, Felicitatiſq; ciuili.

Milites dicti latrones à ſeruiendo, & quod eorum officium.

Milites, latrones dicti à latere.

Barbarũ geſtare arma.

Barbarorum erat, ſicariorum, & graſſantium arma geſtare. Ouidius 11. de Triſtibus

Et latro, & cautus præcingitur enſe viator;
Ille ſed inſidias, hic ſibi portat opem.

Idem de Triſtibus.

Dextera non ſegnis ſtricto dare vulnera ferro,
Quem iunctum lateri barbarus omnis habet.

Ariſtoteles 2. Polit. cap. 6. barbarum morem hunc vocat, his verbis. *Antiquas leges valdè ſimplices, & barbaras fuiſſe conſtat. Græci ſiquidem tunc armati ferro incedebant, vxoreſque emebant inuicem.* De hac emptione à me alibi. Inde mos ille inualuit ſub Imperatoribus, vt Senatores ſalutaturi Imperatores excuterentur à ſatellitibus, ne quid ferri haberent, vt notat Spartianus factitatum à Seuero. Suetonius in Veſpaſiano cap. 12. *Nam conſuetudinem ſalutantes ſcrutandi, manente adhuc bello ciuili, omiſerat.* Perquiſitio illa in omnes à Veſpaſiano ſublata eſt. Sicarij igitur tantùm, graſſatores, & milites armati incedebant. De Sicariis, Mar.

Salutaturi Imperatores excutiebãtur à ſatellitibus.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

tianus ad legem Corneliam de Sicariis, & Theophilus ad eandem legem.

Hi vel infamiæ notâ inurebantur, vel à militibus occurrentibus arma illis auferebantur. Petronius Satyrico. *Ponere iuſſit arma, & profuit Eumolpo miles ille, qui mihi abſtulit gladium.* Hinc forma illa graſſantium increbuit. *Pone arma, & malo caue.*

Arma à militibus ablata heatis. Dictũ graſſantium.

Quibuſdam gentibus gladius in vrbe interdictus, vt refert Buleng. *de Imperat. Rom.* aliis adeo in vſu fuit, vt domi, foriſque enſibus accincti eſſent. Romæ & in Græciâ per vrbes ſine gladio, & pugione ciues fuere. Parthi, & Galli ſemper enſe accincti. Omnes Perſæ promiſcue, vel inter epulas feſtoſque dies gladijs accincti cernuntur. Quem Græcorum veterem morem abieciſſe primos Athenienſes Thucydides eſt auctor. Quadi apud Ammianum *lib.* 27. eductis mucronibus, quos pro numinibus colunt, iurauere ſe permanſuros in fide. Gladius humi defixus Alanis pro claſſe colitur. Denique villatici, vrbanique, auctore Euſeb. *lib.* 1. vbique gentium enſes ferebant, & in militaribus viis, & per vicos, & agros. Imperatoribus Romæ hoc ſingulare fuit, vt gladio accincti eſſent, & pugionem gererent, nec in eorum oculis pugionem, aut enſem nudare fas cuiquam eſſet. Præfectus quidem Prætorio, ipſique milites Prætorij ferro accincti, ſed apud Imperatorem ferrum ſtringere capitale fuit. Dignitatibus igitur apud Imperatorem cum gladio, & cingulo apparere licuit, non vero hominibus priuatis. Buleng. *de Imperat.* At militibus graſſantibus, & depopulantibus ab Imperatore non ablata, ſed obſignata lego in Plutarchi Pompeio. *Milites, cum acciperet in itinere, flagitia committere, gladios eorum obſignauit, qui ſignum amouiſſet, in eum conſuluit.* Plaut. in Mercat. Act. 5. Sc. 11. *Zonam ſuſtuli. Eam nunc rem exquiris intus. C. Iam machæra eſt in manu, tollo ampullam, & hinc eo.* Peregrè enim abituri, Zonam, in quâ pecuniam condebát, oleum ad vſum, & gladium ad ſui tutelam ſumebant, non autem in Vrbe ferebant. Zona igitur hæc militaris, in quâ pecunia geſtata, & à quâ gladius pendebat, dictus etiam baltheus, ſeu baltheum. Quare milites nunquam ſine hac Zonâ, niſi ignominiæ gratia. Plautus in Pœnulo. *Tu qui Zonam non habes, qui in hanc veniſti vrbem?* Hanc ob cauſam veteres diſcinctos, veluti diſſolutos, ignauos, & militiæ minimè aptos putabant; præcinctos verò fortes, & ſtrenuos. Perſius Sat.

Zona, oleum, gladius viatorum.

Zona militaris dicta etiam baltheum.

Milites diſcincti ignaui.

Non pudet ad morē diſcincti viuere Nattæ?

Auguſtus, teſte Suetonio, milites delinquentes iuſſit pedibus ſtare, diſcinctos.

A bello ad pacem Zonam refero; hæc enim virginitatis ſymbolum, vt aliàs bellicæ fortitudinis. Trœzeniorum virgines Zonam Palladi Apaturiæ ante nuptias dedicabant, ſicuti crines Hippolyto, auctore Pauſaniâ. Apud Romanos, teſte Feſto, cingulo noua nupta ex lanâ ouis confecto præcingebatur, quod vir primâ nocte in Deæ Virginalis honorem ſolnebat; eratque nodo Herculano vincta, dicabaturque

Zona virginitatis ſymbolum. Zona Palladi à quibus dicata, & crines cui.

Cingulum nouæ nuptæ quod.

Iunonis Cinxiæ fanum.
Zonæ ſolutio cuius rei ſymbolum.
Zona Dianæ à quibus dicata.
Diana Solùizonia.

Iunoni Cinxiæ. Zonæ ſolutio ſymbolum etiam fuit puerperij, eáque de cauſa mulieres partu leuatæ Zonam Dianæ dicabant, vnde dicta hæc Soluizonia, cui Athenis fanum dicatum, quæ & dicta Ilithya, Lyſizona. Theocritus. *Hic vbi Lucinam vocitabat Lyſizonam.*

Gladius Præſidum, & Pugio Tribunorum.

A cingulo militari ad gladium iterum calamum verto obiter, tu cenſe. Alij melius. Vide. Gladij ergo ius meri imperij eſt, vt Iuriſconſulti aiunt, quod quidem ex ea tractum conſuetudine quòd principes Romani præſidibus, & præfectis Prætorio, iiſque quibus hoc imperium eſſe volebant, gladium dabant. Papin. 5. Sil. t1.

Felix qui magno iam nunc ſub præſide iuras,
Cuique ſacer primum tradit Germanicus enſem.

Parazonium.

Tribunis verò pugio traditus dictus Parazonium. Martial. lib. 14. epigr. 32.

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,
Arma Tribunitium cingere digna latus.

Nefas clypeû abiicere.

Dio Traianum ſcribit dixiſſe cum Parazonium Suræ cingeret. Hoc pro me, ſi rectè imperaro, vtaris: ſin ſecus, in me. Ita in his, vt optimè Turnebus *aduerſ. lib.* 12. meritum honorem diſtinguebat magnitudo ferri: ac gladio cingebãtur Imperatores duces, præſides; pugione tribuni, ideo ignominioſè miſſi, hoc diſcincti: de quo alibi. Noto in Plut. proœmio Pelopid. gladiũ & haſtam licitum abiicere, non autem clypeum quo vſi ad ſui defenſionem, illis verò patriæ & ducum, ex Græcorum legibus. Lege locum, & cenſe.

Qui dicti gladiatores.
Gladiatorũ duo genera.

Zonam ſoluo, ſed gladium repeto. Vt autem gladiatorum mores moros melius inueſtigemus; Gladiatores, priùs inquirendum, quinam eſſent. Gladiatores ſerui erant, quos laniſtæ armorum artem edocebant, vt, & pugnandi, & populum delectandi cauſa, digladiarentur. Gladiatorum duo fuere genera; ordinarij alij, alij poſtulatitij, vt innuit Seneca Epiſtola ad Lucilium. *Nunc* (inquit) *omiſſis nugis mera homicidia ſunt: nihil habent, quo tegantur, ad ictum totius corporis expoſiti, nunquam fruſtra manum mittunt, hoc plerique ordinariis paribus, & poſtulatitiis præferunt.*

Ordinarij gladiatores qui.

Rhodiginus *lib. 2. cap.* 10. vult ordinarios gladiatores dici eos, qui in primis gladiaturæ periti ſunt, ſuóque apparatu, & ritu digladiantur: poſtulatitios verò dici eos, qui, præter conſuetos, exhiberi Principis benignitate conſueuerunt.

Poſtulatitij Rudiarij & Emeriti gladiatores qui.

Plinius lib. 9. hæc habet. *Poſteà pugnauere ſinguli Principibus Claudio, & Neroni in conſummatione gladiatorum.* Conſummati gladiatores rudiarij, & emeriti erant, vt ille Veianius Horatij in Epiſtolis, qui fixis ad Herculis poſtes armis, & rude donatus latebat.

Gladiatorũ munus quis primus ediderit.
Gladiatorũ origo vnde.
Gladiatores buſtuarij cur.

Primus, qui gladiatorium munus ediderit, cenſetur à multis Iunius Brutus in honorem defuncti patris. Florus in Epitome Liuij lib. 16. *D. Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus.* Origo Gladiatorum à re funebri, credo, exemplo Etruſcorum Græcorum, qui à Græcis mutuati, vnde buſtuarij dicti gladiatores qui ante ſepulcra dimicabant, non ſolùm Principum, & Imperatorum, ſed etiam priuatorum, & fœminarum. Deinde voluptatis gratia Gladiatores inducti in ludos, & epulas, & ſolemnia feſta: quæ ſpectacula, tonquã immania, Conſtantinus primus Imperator, ſexcentis annis ab inſtitutione, de medio ſuſtulit.

Gladiatores in funeribus ludis, epulis, &c.

Gladiatores quis primus ſuſtulerit.
Gladiatorũ locus duplex.
Gladiatores exercebantur à laniſtis.

Gladiatorum locus duplex, ludus, & arena. In ludo exercebantur a laniſtis. Laniſtæ emebant futuros gladiatores, quorum alij tyrones, alij veterani; Tyrones rudibus batuebant cum laniſtis, veterani rude donabãtur. Rudis erat, gladius è ligno, quo exercebantur in ludo. In arenâ etiam, ſeu in circo, foro, amphitheatro, ad rogũ, in exequiis gladiatorium munus præbebatur. Rudis à miſſione diſtinguebatur. Miſſio liberabat gladiatorem in eum diem, vel, in id munus: Rudis in omnem vitam, niſi volens ipſe, vel pecunia pugnaſſet. Miſſio dabatur læſo, & victo. Rudis victori, vel, à laniſta, vel, editore, poſtulante plerumque populo. Rudis duplex, altera ligneus gladius incurrus, quo batuebatur à tironibus; altera ſcipio, qui dabatur veteranis gladiatoribus in ſignum magiſterij. Miſſio cum non dabatur, victus arma ſubmittebat, ſupplicabat: victor clamabat. *Hoc habet.* Populus ſi infeſtus victo, & inexorabilis, *Recipe ferrum*, diris vocibus clamabat policemque vertebat, & à victore occidebatur. Fauoris, & miſſionis ſignũ erat pollicem premere. Rader. *in Mart. de ſpect. ep.* 27. Gladiatores olim fuerunt è ſeruis damnatis, captiuis; paulatim etiam è liberis, qui pretio ſe vendebant: interdum ex Equitibus, & Senatoribus, & fœminis. Ideò gladiatorum duplex genus, coactum, & voluntarium; coacti ſunt ſerui damnati, captiui; volũtarij liberi, qui pretio ſe addicebant, & propriè auctorati dicti; auctoramentũ enim eſt pretium gladiatoris.

Rudis quid.
Gladiatorũ ludi vbi exhibiti.
Gladiatores ſerui.
Gladiatores liberi etiam.
Gladiatorũ duplex genus.
Auctoramẽtum quid.
Gladiatorũ iuramentum formula.

Formula iuris iurandi gladiatorum hæc habetur in Petronio. *Iuro in verba N. N. vri, vinciri, verberari, ferroque necari.* Horatius.

Quid refert vri virgis, ferroque necari,
Auctoratus eas, an turpi clauſus in arcâ?

Gladiatorũ varia nomina.

Gladiatorum alij Sequutores ab inſequendo retiarium dicti: alij Retiarij rete ferentes in pugnâ; alij Threces, alij Myrmillones; à genere armorum dicti: alij Hoplomachi, ſiue Samnites; alij Eſſedarij, qui ex eſſedo pugnabant; alij Andabatæ oculis clauſis, ex equis pugnantes dicti deſultorij; alij Dimachæri, qui duobus gladiis pugnabant; alij Laquearij laqueũ ferentes; demũ pegmatici, fiſcales, poſtulatitij, cateruarij, & ordinarij.

Gladiatoriæ pugnæ ritus ante, in, & poſt pugnã.
Gladiatorũ luſoria tela, & decretoria.
Gladiatorij ludi tuba cœpti, & terminati.

Ante pugnam gladiatoriam editor futurum munus Gladiatorum eorúmque nomina, & numerum edicebat; in pugna, poſt ſolemnem circumductionem, in arena ab editore paria committebantur, armáque illorum explorabantur, & prælusionis loco cum puris haſtis ſine ferro præludebant, quæ dicta luſoria tela; deinde ad decretoria veniebant, quia velut prætoris decreto feriò digladiabantur. Tum ludi committebantur, tubáque terminabantur. Poſt pugnam præmio, aut rude Victores donabantur, idque pro populi arbitrio. Demum Gladiatores

emeriti

Gladiatores emeriti arma Herculi ſacrabant.

emeriti arma Herculi conſecrabant, tanquam Deo Athletarum præſidi, cuius ara in Amphitheatro. Ideò aptè cecinit Horatius.

Spectatum ſatis, & donatum iam rude quæris,
Mecænas, iterum antiquo me includere ludo.
Non eadem eſt ætas, non mens. Veianius, armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro,
Ne populum extremâ toties exoret arenâ.

Poſtremum noto. Vt Romani Imperatores Prætorianis militibus, & Centurionibus ad cædem vti ſolebant, ſic olim tyrannos Thracibus earum rerum miniſtris, & ſatellitibus vſos fuiſſe, qui ſe ſtigmatis notabant, vel vt Cicero *lib.3 1.de Offic.* notis compungebant. Proinde idem in Piſonem, *Conſulem veſtrum tanquam aliquem Thracem ad cædem faciendam conduceret:* quod factum à Thracibus, vt notat Turn. *aduer. lib.3. cap.16.* ob Orphei necem vt ſceleris recordarentur ex Strabone *lib.1.* Sed à mulieribus, non viris, illæ enim Orphea lacerarunt.

QVINCTIO SARACENO
Equiti I. C.

DISSERTATIO VI.

Quid apud Tacitum Clauarium, donatiui genus. An milites calceis vſi, an clauis confixis, an aureis? Tentipellum quid. Epigri. Enodatus locus Suetonij in Auguſto. Multa de calceis, ſoleis, & crepidis Antiquorum.

Taciti locus explicatus de Clauario.

NVPER quid apud Tacitum, Clauarium donatiui genus, nodum ſoluendum propoſuiſti, & cuneum de tuo etiam addidiſti. Locus Taciti 3. Hiſt. *Clauarium, donatiui nomen eſt, flagitantium ſeditioſæ militum voces terrebant.* Lipſius ad hæc, ſuo more, paucis, ſed ſacris. *Quod prætextum, & originem habuit, quaſi ad militares claues, de quibus res iam nota.* Fas mihi (à tanto viro veniâ imploratâ) exclamare, *Non liquet.* Etſi, quid ego formica camelo? Alciatus ad hunc locum pro Lipſio. *Clauarium donatiui nomen eſſe Tacitus auctor eſt, ipſe clauem in Conſtitutionibus Cæſarum legi, nomen cuiuſdam indictionis extraordinariæ tribui eſſe.* Quapropter lib. 13. C. Iuſt. titulus eſt in hæc verba; *De prætoribus, & cellarione, & glebâ, & claui, & thole. Et 7. ſolidorum.* Alij ne muſſitant quidem.

De calceis. Calcei depoſiti ab accubituris.

Verùm de calceis pauca prælibabo in genere ex aliis deprompta, vt militares attingam. Romanos legimus conſueuiſſe calceos, ſiue ſoleas ponere antequam accumberent, ne videlicet lectos conſpurcarent; ſoleas verò magis in vſu, quam calceos habuiſſe. Plautus, *Deme ſoleas, cedo vinum.* Solea (teſte Gellio) plantas tantùm pedis tegebat, teretibus iuncta habenis, cætera propè nuda. Hoc genere calceamentorum vtuntur hodie cucullati Patres, dicti, Capuccini. Calceus propriè erat viatorum: vnde calcei depoſitio pro quiete, ſeu ceſſatione, vſurpatur; Et paraſitus ille apud Plautum, ſe cum calceatis dentibus venturum ad cœnam, hoc eſt, bene paratis & inſtructis, gloriatur.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Solea quid.

Calcei viatorum.

Calceis albis Rom. vſi.

Calceis albis vſos Romanos Martialis innuit.

Sordidior cœna cum ſit toga, calceus autem
Candidior primâ ſit tibi, Cinna, niue.

Calcei lunati quorum.

Calceus lunatus inſigne nobilium Romanorum, vt voluit Plutarchus, additâ lunulâ circa talum. Iuuenalis de Quintiliano.

Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Lege Plutarchum *in quæſt.79.* Erat ergo Senatoribus proprius. Cicero Phil. 13. *Mutauit calceos, pater conſcriptus factus eſt,* id eſt, *lunatos calceos* ſumpſit. Budæus *in Pandectis*, vt Iſidorus, calceos lunatos Senatorum vocat, additque Romulum calceos patricios reperiſſe aſſutâ Lunâ. Lunâ vero non ſideris in formam, ſed notam centenarij numeri ſignificabant, quòd initio Pstricij centum fuerint. Inuenio in Tacito loquente de Scipione, & Germanico, ſolitos nudis pedibus incedere, his verbis. *Sine milite incedere pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu, Scipionis æmulatione, &c.* Hæc in 2. Annal. Taciti: & in Plutarcho de Phocione, *Hic nudis pedibus ruri, & in caſtris incedebat, niſi atrocior hyems fuiſſet, hinc iocantes milites nullum certiùs ſæuientis frigoris putabant argumentum, quam Phocionem calceatum videre.* In fœminis hoc idem. Terentius Phormione, *Capillus paſſus, nudus pes, &c.*

Luna in calceis quid ſignaret.

Nudis pedibus priſci.

Fœminæ etiã nudis pedibus.

Crepidę etymon, & quorum illa.

Crepida à crepando dicta, cuius ſolea aſtragalum habet. Thuſcum erat calceamentum, vel potiùs Græcum, vt colligitur ex primâ Perſij Satyr.

Non hic, qui in crepidis Græcorum ludere geſtit.

Romanorum enim calcei erant, vt Græcorum crepidæ, illorum toga, horum pallium; ideò illi cum liberius, & hilarius agere volebant Neapolim, aut Athenas ſe conferebant, vt palliati & crepidati incederent, quod obiectum Scipioni, Sullæ & Antonio. Serò crepida Romam venit, & crepidati malè audiebant, vt dictum alibi. Philoſophi quoque crepidati. Harum vſus (credo in tricliniis) à ſoleis dimiſſis.

Crepidati malè audiebant.

Mullei calcei medio crure tenus, erant Senatorum, Mulleoli lunulati dicti, quod lunulam aſſutam haberent; aliorum verò erant puri perones dicti, Mendoça *Saturn. lib.8. cap.8.*

Mullei qui, & quorum. Calcei nigri Romanorũ.

Mullei ex Feſto calceorum genus, quibus Reges Albanorum primi, deinde Patricij vſi ſunt. Nigros aliquando geſtaſſe calceos

Romanos Horatius Satyr.6. adſtruere videtur.

——Nigris medium impediit crus
Pellibus, & latum dimiſit pectore clauum.

Calceus mulierũ albus. Calceus meretricum ruber.

Quare coniectare licet, ad differentiam virorum, mulierum eſſe calceamentum album. Meretricum calcei erant rubri. Perſius Satyr.5.

——Soleâ puer obiurgabere rubrâ.

Calcei ſeruiles gypſati.

Seruiles calcei ſi erant, erant gypſati. Ouidius.

Reſpice gypſati nomen inane pedis.

De gypſatis, ſeu cretatis pedibus ſeruorum à me aliàs. Erant præterea, calcei venatorij, calcei Comicorum ſocci, calcei Tragicorum cothurni. Calceorum materia varia, corium crudum bubuli, aliquando ferrum, aliquando lignum, de quibus Authores legendi.

Addo de calceis militaribus ad rem noſtram, an milites, & quibus calceis vſi. Clauarium igitur, vt priùs locum Taciti enodem, puto eſſe idem, quod Calcearium apud Suetonium in Veſpaſiano *capite* 8. quod erat quoddam donatiuum, quod dabatur in coëmendis militum calceis. Feſtus in voce, *Clauata*, mihi facem præfert, dicens. *Clauata dicuntur, aut veſtimenta clauis intexta, aut calceamenta clauis confixa*, quibus hodie & noſtri montani ruſtici, & milites Hungari vtuntur. Subſcribit eruditiſſimus Turnebus meæ ſententiæ *libro 3. cap.7. Aduerſariorum.* Hegeſippus *de bello Iudaico* tradit, Iulianum Hecatontarcham, hoc eſt, Centurionem, propter clauos, quibus creberrimis & acutis, calceos (vt cæteri ſolent milites) fixos habebat, in lubrico ſolo lapſum fuiſſe, & ab hoſtibus Iudæis interfectum. Plinius lib.9. cap.18. *Piſces*, ait, *ſquamis conſpicui crebris, atque præacutis clauorum caligarium effigie.* Hinc dicti, Claui caligares, qui & aliquando aurei facti. Iuſtinus *lib.39.* loquens de luxuriâ Regis Antiochi. *Argenti*, inquit, *aurique tantum, vt etiam gregarij milites caligas auro figerent.* Valerius Maxim. *lib.9.* Antiochum Syriæ Regem, & milites exercitus cuiuſdam magnâ ex parte aureos clauos crepidis ſubiectos habuiſſe.

Claui caligares. Claui aurei in calceis.

Clauarius Suetonij pater. Tenripellium quid. Epigri qui.

Hinc fortaſsè deriuatum nomen patris Suetonij, qui Clauarius fuit appellatus. Clauularis curſus meminit Marcell. lib.23. dicens, *Cum familiis eos ad Orientem proficiſci iubet facultate permiſſa clauulari curſus*, id eſt, curſu publico militibus *caligatis conceſſo*; caligæ enim eorum clauulis confixæ. Calices etiam dicti clauati, inſertis duntaxat clauorum capitibus ad ornatum, vt aliis emblematis. Clauatæ etiam veſtes clauis latioribus ſenatorum, anguſtioribus equitum: hinc latus clauus ſenatorius; anguſtus clauus equeſtris dictus. *Clauator* verò dictus ſeruus militaris, calo alio nomine ſeu clauiger à clauâ, quam geſtabat, & miles Clauator, qui clauâ ligneâ pergraui exercebatur ad palum, vnde Palaria dicta.

Hoc genus calceamenti dictum credunt quidam *Tentipellium* vt Feſtus habet, quod eſt genus calceamenti ferratum, quo pelles extenduntur. Illi claui dicti epigri, qui propriè illi ſunt claui, quibus lignum ligno adhæret. In Auguſto hæc habemus. *Lignum ligno per ſubſcudes, epigros clauos, & gluten bituminis non poteſt adhærere.* Epigri igitur claui, qui calceis ſuppacti, vel impacti. Clauis aureis ſuppactos habuiſſe calceos diuites innuit Plautus Bacch. Act. 2. Sc.3. *Sed diueſne eſt illic Theotimus? etiam rogas? qui ſoccis habeat aureum ſuppactum ſolum.*

Claui aurei diuitum.

Corollarium addo eruditiſſimi Mendoçæ 8.*Satur.* Claui ſunt quidam veluti flores panno intexti, à quibus clauata veſtis illa dicitur, quæ huiuſmodi clauis, vel intextis vel aſſutis diſtinguitur. Eadem à palmarum ſimilitudine palmata, à verrucis clauo ſimilibus, verrucata appellatur. Cæterum clauorum quidam lati erant, quidam anguſti: vnde anguſtus clauus Romanorum equitum. Latus verò clauus ſenatorum duntaxat erat inſigne.

Milites calceati.

Quòd verò milites calceati incederent Hypſeâ cæcior videret, qui legeret Lampridium *in Alexandro*, vbi inter veſtimenta militaria connumerat & calceamenta: & apud eundem milites calceati dicuntur. Et Flauius Vopiſcus in Epiſt. militari Aureliani ſcribit. *Militis arma terſa ſint, ferramenta ſamiata, calceamenta fortia.* Quin imò & Veſpaſianus non ſolum militibus calcearium petentibus non permiſit; ſed & in poſterum in ignominiam excalceatos incedere iuſſit.

Excalceati milites ob ignominiá.

Clauarium igitur poſcebant hi milites ſeditioſi, nempe donatiuum, ab Imperatoribus dari ſolitum militibus, pro emendis calceis clauatis, quod & dictum Calcearium.

Donatiua erant commoda militibus diſtributa præter ſtipendium mera liberalitate ob victorias, natalia, aut inaugurationes, quæ aliquando annua conuocaris in vnum locum militibus dies ſtatutus, erant Kal. Ianuariæ. Donatiua erant nummi, coronæ, torques, & huiuſmodi, quæ apud ſigna deponebantur. Aliud inſuper donatiuum erat, quod commodum erat emeritæ militiæ, & dari ſolitum ob iuſtam miſſionem, ideò emeritum erat in agris præmium & in pecunia; præter agros enim veterani pecunia donabantur. Sed vetus parœmia me monet, *Ne ſuprà pedem calceus.* His ſuperſedeo.

Zucchellæ Zucchellio Medico Philoſopho.

DISSERTATIO VII.

Antecœnium priſcis in vſu, & ex quibus. Garum, & eius pretium. Oxygarum. Propoma circumlatum in menſâ. Initium cœnæ ab Ouo,

Lactuca, Cochleis, Oliuis, Mulſo. Cœnæ caput. Aſellus promulſidarius, & de Promulſide nonnulla. Alica tenuiorum promulſis. Mulſum datum ab Imperatoribus poſt triumphum, & alia de eodem Mulſo, & Aquâ mulsâ.

Antecœniũ priſcis in vſu, & ex quibus conſtaret.

ANTECOENIVM, quod nos vulgò (*antipaſto*) dicimus, priſcis fuiſſe in vſu, nemo in Auctoribus mediocriter verſatus ignorat; ſed, ex quibus rebus conſtaret, Athenæus *lib.2.& 3.* diſſerit, quod duobus verbis complectitur *Heraclides dicens, λέγω δὲ λαχάνων, καὶ ταρίχων γένη, dico autem olerum, & taricherum genera.* Olera enim, & res ſalitæ præcipua fuerunt antecœnij materia. Plutarchus eruditè vocat, *λεπτὰ καὶ μικρὰ, tenuia, minimáque.* Sed quæ iſta tenuia? Salita puto, Garum in primis tam antiquis celebre, de quo Martialis lib.13.

Olera, & res ſalitæ antecœnium.

Garum in primis.

Accipe faſtoſum munera rara garum.

Et alibi.

Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

Garum cur faſtoſum, ac nobile.

Vocat enim faſtoſum, & nobile garum, quia plurimi fiebat, *ſingulis millibus nummûm permutantibus eius congios pene binos*, vt inquit Plinius *lib.31.c.7.* Vbi etiam habet inter alia multa, garum fieri ex inteſtinis Garorum ſale maceratis; ſed optimum ex ſcombris, & ideò Martialis dixit *lib.13.*

Ex quo fieret.

Expirantis adhuc ſcombri de ſanguine primo;

Et ſuprà, de eodem loquens,

Heſperius Scombri temperet ora liquor.

Iſidorus lib.20. *Garum eſt liquor, qui olim conficiebatur ex piſce, quem Græci γάρον vocabant. Et quamuis nunc ex infinito genere piſcium fiat, nomen tamen priſtinum retinet, à quo initium ſumpſit.* De Garo etiam Athenæus *lib.2.* ſcripſit ex Cratino, & Æſchylo; & *lib.9.* de Ponticorum Oxygaro, quod inter prima fercula retulit Martialis modò laudatus lib.1. in Ligurinum, cum ait:

Depoſui ſoleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas, Oxygarúmque Liber.

Oxygarum idem ac Garum.

Oxygarum autem idem, ac Garum. Apicius lib.1. cap.6. *Oxygarum (quod ſonat Garum, ſiue liquamen acetoſum) digeſtibile habet piperis ſemiunciam.* Sed ad hæc, quæ de Garo diximus, illuſtranda, audire præſtat Iunium lib.6. Animalium cap.7. *Garum, tantoperè priſco ſæculo nobilitatum, conſtat ſaniem fuiſſe cruentam ex inteſtinis piſcium, præcipue Scombrorum, quos Macquarellos recentior ætas nominat, eliquatam, quod à ſalſamenti conditaneo iure περιχαρὲς epitheto dixit in Triptolemo fabulâ Pherecrates Comicus. Laudatiſſimum autem maximi pretij fuit, quod Garum ſociorum vocitant, ſuperbo admodum titulo.*

Plutarchus ſecus de primis ferculis, Sympoſ.9. quæſt.9. his verbis. *Magnum etiam illud de præbitionibus, quas vocant propomata.* Ioſeph. Laurentij Polymath. *Nam antiqui, ne aquam quidem biberunt, antequam ediſſent, nunc ante cibum captum vino oppleti humectato, & feruente corpore cibum aggredimur, tenuia, & acuta, vique incidendi prædita ad appetitum excitandum ingerentes, & deinde aliis veſcentes.*

Hoc propoma in lancibus appoſitum, circumferri ſolitum, vt ſingulis conuiuarum carpendi ad libitum fieret poteſtas, Athenæus in fine 3. inquit. *Mediocris cibus, priuſquam bibas, ſumi debet, is maximè, qui ſolet ante alia appoſita circumferri.* Quod & lib.4. & alibi confirmat.

Verum aliud paracœnium, ſeu antecœnium reperio apud alios Scriptores, Ouum, vnde parœmia, *Ab ouo vſque ad mala.* Ouum enim appoſitum in primâ menſâ, mala in poſtremâ. Ita Cicero Papirio. *Habuiſſes non hoſpitem; ſed contubernalem. At quem virum? non eum, quem tu es ſolitus promulſide conficere; integram famem ad ouum affero, itaque vſque ad aſſum vitulinum opera perducitur,* cùm videlicet primus guſtus ſumebatur. Videndus Porphyrio *lib.11.* ad illa, *Ab ouo ad mala*, & Fuluius Vrſinus *in Appendice ad Triclinium Ciacconij*, & alij. Obiter hic ſubnecte ex Nouarini Schediaſmatis, oua ſale condiri ſolita, & capillo ſecari. Itémque ouum pueris petentibus tribui ſæpè ſolere. Vide locum.

Oua in primâ menſâ.

Lactuca etiam adhibita, & Cochleæ in primâ menſâ. De vtriſque Plinius epiſt.5. ad Erutium. *Paratæ erant lactucæ ſingulæ, Cochleæ ternæ, oua bina cum mulſo, & niue.* Martialis *lib.13.*

Lactucæ, & Cochleæ in prima mẽſa.

Dum pinguis mihi turtur erit, lactuca valebis,
Et chocleas tibi habe; perdere nolo famem.

De Lactuca ſeorſim idem Martialis.

Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo.

Et alibi, loco ſuprà laudato.

——*Affertur protinus ingens.*
Inter lactucas, oxygarúmque Liber.

Hoc eſt, Inter prima fercula, vt idem ſubiicit Martialis. Et alibi quærit idem Vates (vt à me aliàs quæſitum, reſponſum quoque) cur inchoet lactuca noſtras dapes, quæ olim claudere ſolebat cœnas. De Cochleis Horatius 2. Serm.

Toſtis marcentem ſquillis recreabis, & Afrâ.
Potorem Cochleâ.

Noto verò hic obiter, putaſſe quoſdam hoc Antecœnium dictum prandium, quod ex leuiſſimis conſtaret, vnde illud ſolitum circumferri,

Antecœniũ dictum prãdium.

————*Ille ſalubres*
Æſtates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, &c.

Auſpicabantur etiam cœnas ab Oliuis, licet iiſdem quandoque finirent Martiale teſte.

Hæc, quæ Picenis venit ſubducta trapetis,
Inchoat, atque eadem finit oliua dapes.

At celeberrimum antecœnium, mulſum,

Mulſum antecœniũ celeberrimum. Cœnæ caput quod.

ſeu promulſis, ex melle, & vino in primum guſtum apposita. Varro de re Ruſticâ. *Fauus venit ad altaria, & mel ad principia conuiuij.* Inde ſequebatur cœnæ caput, quod erat primum quodque, & præcipuum ferculum, de quo Cicero 5. Tuſculan. *Ius nigrum, quod erat caput cœnæ.* Mitto hoc ius Apicij candidatis, & repeto primum guſtum promulſidarium ex Aſello. Vinum illud melle dilutum leniſſimum legebant: ideò ab Horatio Aufidius carbone notatur, & ſcommate ſic.

Aſellus promulſidarius. Vinum quod aptum promulſidi.

Aufidius forti miſcebat mella Falerno.
Mendoſè; quoniam vacuis committere venis
Nil niſi lene decet.

Propoma dicta promulſis. Propomã quomodo factum.

Hinc promulſis à Græcis dicta πρόπομα, quod erat potionis genus ex vino, & melle deſpumato, vt in vini ſextarios quatuor, vnus mellis adderetur; ac ſic mixtura fiebat citra cocturam. Hac voce vtitur Apuleius, & item Athenæus πρόπομα τοῦτο οὐδὲ ... , vt & ſequentibus (πρόπομά τι καὶ τοῦ δείπνου ...), *propoma ante prandium circumfertur*, &c. Quæ propomata, non modo ſanitatis, ſed & voluptatis cauſa frequenter vſurpantur, veluti compotationis præludia. Prima enim ſitis mitigabatur in antecesſum mulſo, & rebus mellitis. Hinc vaſa promulſidaria, in quibus promulſis aſſeruata. Petronius Arbiter. *Lautus cenuina rarè poſt aſellum promulſidarium diaria poſcit.* Deinceps. *Cæterum in promulſidari aſellus erat Corinthius.* Promulſis igitur, ſeu mulſum antiquiſſimum πρόπομα, vt Platina teſtatur ex Plinio, & ante ipſum Dioſcorides, & Homerus. Nam Circe ſociis Vlyſſis mel recens vino Pramnio miſcuit in Odyſſ. Et Hippocrates mulſi meminit pluribus in locis. Componitur mulſum ex vino, & melle, & potiſſimum ex vetuſtiſſimo vino, ſed optimum, & iucundiſſimum ex auſtero, & melle, vt notant Dioſcorides, & Plinius.

Vaſa promulſidaria.

Promulſis ſeu mulſum propoma antiquiſſimum. Mulſum ex quibus fieret.

Vilis menſa ſine promulſide.

Vilis verò erat menſa, cui non præluſiſſet promulſis. Horatius lib. 3. Sat. 2.

Sperne cibum vilem, niſi Hymettia mella Falerno, &c.

Martialis.

Attica nectareum turbatis mella Falernum,
Miſceri decet hoc à Ganymede merum.

Alica tenuiorũ promulſis.

Loco promulſidis, ſeu mulſi tenuiores ab alicâ cœnas inchoabant. Martialis.

Nos alicam, mulſum poteris tibi mittere diues:
Si tibi noluerit mittere diues, emes.

Mulſi commoda.

Nam mulſum maioris ſemper fuit pretij ex Plinio,

Mulſo corpora augentur; multi ſenectam mulſo diu produxere. Illud Pollionis ad Auguſtum tritiſſimum, qui ſe ſenectutis ætatem multum produxiſſe teſtabatur, *intus mulſo, & foris oleo.* Dioſcorides etiam affirmat, *Mulſum corpus alere, aluo prodeſſe, vrinam pellere, appetendi vim excitare.* Quid ni igitur cœnarum hoc eſſet præludium ab Hippocrate maximè commendatum? Hoc mulſum dictum μελίκρατον, ſeu μελιτίτης, ſeu οἰνόμελι. Eſt verò aliud genus

Pollionis dictum, intus mulſo, & foris oleo.

Mulſi nomina varia.

οἰνόμελιτος, quod ex vino, & aromatibus paratur, quod dicitur nectar ὑδρόμελι. Erat aqua mellita, ſeu aqua melle miſta, quam Latini aquam mulſam dixere.

Aqua mulſa.

Mulſum (addo) etiam datum ab Imperatoribus militibus poſt triumphum. Plautus Bacch. *Vt ſit mulſum, quo triumphent milites.* Alibi. *Verumtamen acciperentur mulſo milites.*

Mulſum datum ab Imperatoribus militibus poſt triumphum.

Ab antecœnio cœnæ caput auſpicabantur. Caput cœnæ erat præcipuus miſſus, & ferculum. De prima menſa, ſeu antecœnio ſatis. Ad ſecundam me confero; hæc olim ex Plinio *lib. 19. cap. 8.* ſemen candidi papaueris cum melle, & lactucâ, Virg. Moret.

Mel ſummis digitis delibandum.

Grataque nobilium requies lactuca ciborum

Martialis præ cæteris *lib. 5. epigr. cap. 120.* eleganter deſcribit ſecundam menſam.

Menſa munera ſi voles ſecunda,
Marcentes tibi porrigentur vuæ,
Et nomen pyra quæ ferunt Syrorum,
Et quas docta Neapolis creauit.
Lente caſtanea vapore toſtæ.
Vinum tu facies bonum bibendo.
Poſt hæc omnia fortè ſi mouebit
Bacchus, quam ſolet eſuritionem,
Succurrent tibi nobiles oliuæ,
Piceni modò quas tulere rami,
Et feruens cicer, & tepens lupinus.
Parua eſt cœnula; quis poteſt negare?

MONTINO RICATTO Iuriſconſulto Vicario Prætorio Bergomi.

DISSERTATIO VIII.

Antiquorum prandium quale. Stantes olim prandebant, & ſeorſim; cœnabant ſimul. Cœnantes ſedebant, & diſcumbebant, & cum matulis. Sellæ, Throni, Scamna in conuiuiis. Accubitus in luxu, in luctu Seſſio vſitata. Mulieres cum Viris vbi, & quando diſcumberent. In menſa coram Imperatoribus, & Principibus qui ſederent. Conuiuarum numerus. Quandonam inter Spectacula prandere cœptum. Quo tempore finitum prandium æſtiuum.

QVAMVIS de prandio ab eruditis multa, eáque non protrita, & à me pauca alibi; hoc tamen ſuffragium fero: Prandium fuiſſe leue, tenue, & paratu facillimum, ideoque illos ſtantes prandiſſe, vt innuere videtur Afranius his verbis,

Prandium leue, tenue. Stantes prãdebant olim tenuiter, & parcè.

Equidem prandere ſtantem incinctã togã,
Panem comedere, guſtare, ientare res eadem,
quod

quod nō ſēper domi ſumebatur, ſed in foro, in lecticâ, vbicumque eſſent. Hora ientaculi tertia, aut quarta, ſeptima prandij, vnde Martialis eum, qui ad quintam venerat pranſurus, ſerò venire dixit, vt ientaret: nimis tempori vt pranderet.

Mane veni potius, nam cur te quinta moretur?
Vt iences ſerò, Cæciliane venis.

Tertiâ enim horâ vngebantur, lauabantur, guſtabant, deinde prandebant, alij verò impranſi totum diem durabant. Salm. ad Fl. Vopiſc.

Horatius Sat. 6. lib. 1.

Pranſus non auidè, quantū interpellet inani Ventre diem durare.

Plutarchus Symp. Quæſt. hæc habet. *Apud nos prandia obſonij expertia, tenuia, ac ſalubria, tanquam medicamentum ſunt, quibus ad tam ſplendidas, & copiâ diſtentas cœnas vtimur*, Et lib. 7. Quæſt. 6. inquit, *Eſt autem Romanis dipnon cœna quaſi communio, quia antiquitus ſeorſum ſolebant prandere Romani, cœnare cum amicis*, &c. à Barbaris vſitatum Plutarchus in Cimone innuit, his verbis. *Vrbis deinde Principes, vt conſueuerunt veſperi cœnantes, Damon cum ſuis in Curiam irruentes.*

Prandebant ſeorſum, cœnabāt ſimul.

At verò cœnantium alios ſediſſe, alios diſcubuiſſe lego in Athenæo lib. 5. his verbis. *Sediſſe conuiuas Homeri tempore*: Et lib. 1. *Sedebant in cœnis Heroes, non accumbebant, qui mos, vt inquit Duris, etiam interdum aſſeruabatur apud Alexandrum Regem. Is enim aliquando quadringentos duces in ſellis aureis, & argenteis veſte purpurea ſtratis ſedentes conuiuio excepit. Hegeſander ſcribit, neminem in cœnâ apud Macedonas accumbere ſolitum, qui aprum extra retia non interemiſſet.* Idem paullò ſuprà refert, morem Græcorum defœdum, inter alia inſtrumenta perditi luxus, etiam matulas ſub tricliniis habuiſſe, quas ſæpè cum mero incaluiſſent, in capita, inuicem ſibi illidebant. Plautus Capt. *Niſi qui colaphos perpeti potis paraſitus, frangique ollas in caput.* Has ad crepitum digiti poſcebant ab Eunuchis. Martialis lib. 3. in Zoilum:

Cœnantes diſcubuerunt & ſederunt. Lex Macedonum de accumbendo. Cum matulis diſcumbebant.

Ad crepitum digiti matellam ab Eunuchis poſcebant.

Digiti crepantis ſigna nouit Eunuchus.

Et lib. 4. de Panaretο potore.

Cum peteret ſeram media iam nocte matellam,
Arguto madidus pollice Panaretus.

Petronius Satyrico *Trimalcio lautiſſimus homo digitos concrepuit, ad quod ſignum matellam ſpado appoſuit.*

Priſcis igitur temporibus cum frugalitas, ac modeſtiâ vigeret, ſedebant, vt notat Virgilius.

Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.

Vnde Iſidorus Etymol. lib. 20. *apud Veteres*, inquit, *non erat vſus accumbendi, vnde, & conſidere dicebantur.* Sic Homerus Heroas ſuos, & procos Penelopes ſedentes facit in conuiuio; & Catullus in nuptiis Pelei.

Sedebant priſcis temporibus ad menſam frugaliter.

Sed præter ſellas, thronis vſi antiqui, ſedentes in menſis. Homerus.

Deinde in ſellis, atque thronis ſederunt.

Eſt autem thronus ſella cum ſubſellio, in quo ſedent liberi, ingenuique homines. Viliſſimum in hoc genere ſedi fuit Δίφρος, id eſt, *Scamnum.* Ex nominis etymo ſella ſignificatur, in qua duo, pluréſve ſedent. Itaque referente eodem Athenæo lib. 5. *Vlyſſi, quia mendicus eſſe videretur, δίφρον appoſuere cum exigua menſa.* In ſcamnis igitur, non in thronis ſerui ſedebant. Sordidi præterea, & viliſſima capita in ſcamnis excipiebantur. Plautus in Stich. Sc. 4. *Potius in ſubſellio Cynicè accipiemur, quàm in lectis.*

Thronus quid ad menſam. Scamnum viliſſimum.

Serui in ſcamnis.

Luxu Romæ luxuriante, Aſia deuicta, & Græcia ſubacta accubitus irrepſit luxurioſæ lætitiæ fomentum; ideò Cato Vticenſis, vel priſcam retinens frugalitatem, vel luctus ergo, nunquam accumbere; ſed ſedere voluit, vt dicetur.

Accubitus luxurioſorū erat. Sedebant in luctu ad menſam.

An verò paſſim mulieres cum viris diſcumberent? Dico. Apud Græcos mulieres non accumbebant in conuiuio virorum. Id habeo in Ciceronis Verrina 3. *Philodamus hoſpes Rubrio petenti, vt filiam ſuam ad ſe in conuiuium intrò vocari iuberet, vt aliquid reſponderet; negauit moris eſſe Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres.* Pudicitia, quam violant plerúmque petulantes conuiuæ, in cauſa huius. Contra apud Romanos fœminæ cum viris accumbebant, ſedentes ex Val. Maximo. Nam Iouis epulo ipſæ in lectum Iuno, & Minerua in ſellas ad cœnam inuitabantur. Sic in cœnâ Pontificali Metelli Pont. Popilia, Licinia Aruncia, Virgines Veſtales, & ipſius vxor Publicia Flaminia, & Sempronia ſocrus accubuere. Innuptæ tamen Virgines à conuiuiis amotæ. Hinc illa Corn. Nepotis in Prologo. *Contra ea pleráque noſtris* (Romanis) *moribus ſunt decora, quæ apud illos* (Græcos) *turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet vxorem ducere in conuiuium?* Et huic eidem rei exemplo locus ille apud M. Tullium lib. 5. Epiſt. ad Atticum, Epiſtola 1. *Sed prandimus in Arcano. noſti hunc fundum quo vt venimus, humaniſſimè Quinctus, Pomponia, inquit, tu inuita mulieres: ego viros acciuero, &c.*

Mulieres cum viris non diſcumbebant apud Græcos.

Romanæ mulieres cum maritis, & filiabus diſcumbunt.

Cum Romanis conſentiebant Illyrij, vt Athenæus lib. 10. refert, fœminas adhibentes in conuiuiis, vt ab iiſdem ebrij facti domum reducerentur. Ita Phæaces apud Homerum cum vxoribus, & filiabus, vt habet idem Athenæus *lib.* 12. Herodoto *lib.* 5. Ita Cōmodus Imperator cū meretricibus, agitabat conuiuia, quod & ab intemperantibus, & obſcœnis aliquādo factitatum.

Illyrij cum fœminis diſcumbunt.

Phæaces cum mulieribus Perſæ cum pellicibus.

Corollarium addo. In conuiuio, luctus cauſſa; non accubuiſſe; ſed ſediſſe viros; Teſtis Plutarchus, qui loquens de Catone Vticenſi in eius vita, ait, *Cœnabat ſedens ex eo die, quo cladem Pharſalicam intellexit, idque ad cæterum luctum addidit, neque recumbebat, niſi ſomni gratia*: Et iterùm. *Lotus cum multis cœnauit ſedens, vt conſueuerat poſt bellum; neque enim niſi ſomni cauſſa decumbebat.* De hoc alibi fuſiùs, cum de conuiuiis Antiquorum agemus.

Sedebant in epulis lugentes.

Mulieres itaque, & pueri honeſtiores ſedebant, vel æuo ſubſequente. Ideo tanquam probrum Cicero in Verrinis obiicit mulieri

Mulieres honeſtiores, & pueri ſedebant.

accumbenti. De pueris ſedentibus ita Tacitus 13. Annal. *Mos habebatur Principum liberos ſedentes veſci in adſpectum propinquorum propria, & parciore menſa.* Suetonius in Claudio cap. 22. *Adhibebat omni cœna liberos ſuis cum pueris, puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur.*

Senatores ante Principes, ſicut & Imperatores ſedebant ad menſam.

Nec tamen inficias iuerim aſſediſſe etiam Senatores, & Principes viros cum ab Imperatoribus conuiuiis excipiebantur. Hinc quidam opinantur dictam rectam cœnam (etſi alij aliter) qua conuiuæ rectè accumbentes ſedebant. Virgilius 8. Æn.

Hæc vbi dicta, dapes iubet, & ſublata reponi
Pocula, gramineóque viros locat ipſe ſedili.

Pauci diſcumbebant, multi ſedebant. Conuiuarum numerus. Quandonam inter ſpectacula prandere cœptum.

Quare (vt opinor) cum multi conuiuabantur, ſedebant; cùm pauci, accumbebant. De quibus illud Varronis, Conuiuarum numerum incipere oportere à Gratiarum numero, progredi vſque ad Muſarum. Horatius lib. 3. Ode 19. *Tribus, aut nouem miſcentur cyathis pocula commodis.* Sed de his legendi Ciacconius, Manutius Quæſt. lib. 1. cap. 4. & alij. Inter ſpectacula prandere quando cœptum, Dion. lib. 37. A. V. C. 615. M. Piſone, & M. Meſſala Coſſ. innuit his verbis. *Eodem anno a Cenſoribus omnes hi, qui magiſtratus geſſerant, in ordinem Senatorum ſunt relati, etiam vltra definitum Senatorum numerum. Populus etiam, qui ante hæc tempora ludos gladiatorios, nulla intercedente requie totos ſpectauerat, tùm primùm inter actionem ſurrexit, pranſuſque eſt. Iſque mos tum cœptus, hodiéque, quoties Imperator ludos exhibet, obſeruatur.*

Vt autem caput hoc, quaſi prandium paſſerinum fruſtillatim, minutatim diſſipatum, paſſeribus obiectem, addo. Apud Plautum Aſin. *Pranſitare polentam,* nil aliud eſſe, quàm eſſe ſeruum molitorem, quorum prandium polēta ex hordei farina: horum collo molentium machina quædam dicta *Panſicape* inſerebatur, ne polentam pranſitarēt, manuſve ori opponere poſſent. Serui ergo pro pane polentam eſitabant, cum fortaſſe piſtrino erant damnati.

Prandium quomodo finitum tempore æſtiuo.

Prandium finiamus his æſtiuis horis, & meridianis Horatiano illo Sat. 4. lib. 1.

——— Ille ſalubres
Æſtates ducet, nigris qui prandia moris
Finiet.

C. SANCTASOPHIÆ Doctori Theologo.

DISSERTATIO VIII.

Seruorum nequitia. Herus Seruo monoſyllabus. Seruorum nomina, & notæ. Piſces olim cariſſimi, & non niſi diuitum. Obſoniuori helluones. Tintinnabulum in foro piſcario. Serui cur à Cois Sacris amoti. Cura rerum venalium penes Ædiles. Ars Serui titulo inſcripta ſub coronis. Stigmata Militum, Seruorum, D. Pauli Stigmatiæ cicatrices ſpleniis occultatæ. Nomina Seruorum non honorata. Noctua captiuorum Stigma. Cheronenſium ritus in Sacris. Seruorum veſtis, & feſta. Vindiciæ ſecundum libertatem, & ſeruitutem. Etymon verbi Dormio. Tentoria pellicea. Nocturna viſa, reſponſa Deorum in pellibus. Incubare Ioui. Ægroti in Æſculapij fano. Sacra in ſomnis peracta.

Seruiſis animus nequam

SERVORVM vt & libertinorum varij gradus. Primi erant frugi ſerui, vt Actores, Diſpenſatores, Ordinarij. Secundi, ſeu medij, vulgares, vt mediaſtini. Tertij viliſſimi in neruo & compedibus. Ex compeditis alij pœnæ cauſa ob noxam, alij non pœnæ ſed cuſtodiæ, aut officij more, vt erant oſtiarij, Pithœus.

Quot ſerui, tot hoſtes, habet vetus Parœmia. Nam, vt admonet Plato de Legibus 6. *Seruorum animus nequaquam integer eſt; ſed mentis dimidium iis ademit Iuppiter, Homero teſte, quos ſeruituti fecit obnoxios.* Odit autem, quiſquis metuit. Virgilius vocat Fures in Eclog. 3.

Quid domini facient audent cum talia fures?

Seruus trium literarum ſeruorum nequitia.

Ariſtophanes *in Pluto* vocat ſeruum *κλεπτίστατον furaciſſimum*, quia ſerui plura clam dominis auferūt vnde non infrequenter fures dicti. Plautus vocat trium literarum Seruum. Ideò Athenæus lib. 6. hæc refert. *Documenta ſunt & quæ memorantur Seruorum in Italia omnigena furta, facinora, & quæ domini patiuntur ab illis detrimenta; cauendum, ne conterranei, ne concordes; nunquam illis otium; panis, & baculus diarium eorum.*

Herus ſeruo monoſyllabus. Explicatur parœmia.

Omnis herus ſeruo monoſyllabus, *πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος*, Heros enim laconiſmum decet, & ſi fieri poſſit, verbulo, oculi nictu, ſupercilio, vel adnuant, ναὶ, ἢ οὔ. Quare hoc prouerbium παίζειν cenſetur. Demetrius *πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος*, *omnis dominus ſeruo monoſyllabus.* Nam compendiarios vocis imperio Seruos dominus tenet. Item à domino ad ſeruum adagium transfertur. Omnis ſcilicet Seruus Domino vniſyllabus; vnius enim ſyllabæ voces audit Seruus (vt fur) à domino vel duarum ſyllabarum *Syrus, Geta, Dromo, Stichus.* Herourn verò Polyſyllaba,

Vniſyllaba olim nomina Seruorū, & cur.

ſyllaba, vt *Agamemnon, Menelaus*, &c. Quid ſi dicam cum eruditiſſimo Puteano, olim nomina Seruis vniſyllaba impoſita ob vilitatem ſortis vt compendio appellationis moniti, ſcirent compendiarium herilem eſſe ſermonem, & adeſſent promptius? Vnde Seruulus ille apud Athenæum monoſyllabus *Μῦς* Mus appellatus, & Simon calceolarius, vt eſt apud Lucianum, hæreditate auctus grandire nomen voluit, & Simonides appellari. Et quia triplex verberationis genus: fuſte, virgis, aut flagellis, poſtremum, quia infame, vnis Seruis reſeruatum, vt paſſim in Auctoribus legimus.

Verberationis genus triplex. Flagellatio propria Seruorum.

Gradus ſeruorum in amplis familiis tres; Ordinarij, Vicarij, Mediaſtini. Ordinariis aſſignata erant certa munera, vt alij eſſent ſutores, alij villici, alij penum curarent, alij cubiculum. Vicarij non habebant certum aliquem ordinem, ſed vices aliorum obibant. Mediaſtini, qui domum verrebant & aquam ac ligna portabant, & ſemper verſabantur in medio. In politicis ſunt ſerui. 1. natura, vt concepti ex ancilla. 2. ſerui capti ab hoſtibus. 3. ad publica opera damnati, ſeruati pœnæ. 4. qui ſe in ſeruitutem ſponte vendiderunt. 5. à piratis, aut latronibus venditi. Lex. Philoſ. ad vocem *Seruus*.

Seruilia verbera erant flagella, flagra, lora. Fuſtium verò caſtigatio erat leuior quàm flagellorum, quibus flagellabantur in atroci coërcitione, & ſeruili iniuria, vt notat Briſſon. *lib. 2. ſelectorum*. Quid mirum ſi flagellatum legimus atrociſſimè Redemptorem à barbaris Iudæis, vt qui formam ſerui induerit ac veluti viliſſimum mancipium fuerit exagitatum?

A nomine, pœnave Seruorum ad munus vela verto, & potiſſimùm circa menſam, cuius mentio cuíque iucundiſſima. Serui, conuiuales, ideſt, qui operam conuiuiis præſtabant, primo erant *κλήτορες*, id eſt, *Vocatores*: Deinde *Obſonatores*, qui in cibis parandis, coquendis, condiendis occupati. Tertiò *Scopary* à verrendo ſcopis pauimentum; dicti enim *Peniculi* quod penicillo menſam abſtergerent. Quarto *Lectiſterniatores*, à lectis ſternendis, & menſis. Quinto *Atriarij*, quorum cura ſupellex. Sexto *Dapiferi*, à dapibus ferendis, prægustandis. Septimo *Pocillatores*, ſeu *Pincernæ*, ſeu *ad Cyathos*, a cyathis fundendis, miſcendis. Octauo *Promocondi* procuratores cellarij, vnde *Cellarij* etiam dicti. Nono *Tricliniarchæ*, ſiue *Architriclini*, qui toti conuiuio præſunt, & prouiderit. Cum his vltrò ſe intrudebant, Paraſiti, Gnathones, & huiuſmodi farinæ ſcurræ, & vmbræ. Ex menſæ miniſtris quidam dicti ad pedes Serui *Circumpedes*, *Antepedes*; hinc ſedere ad pedes alicuius ferebantur viliſſimi, vt dicitur.

Serui conuiuales qui, & quot.

Serui ad pedes qui.
Serui ad menſam ornati, & nitidi.

Sed de paraſitis paulò inferiùs. Seruos exercere mihi in animo. Serui à Græcis *ἀνδράποδα* dicuntur, quaſi pedes virorum, quod ſerui ſubiecti ſunt dominis, vt pedes toti corpori, vel quia ſunt perfidi captantque occaſionem à dominis fugiendi, nouos ignotóſque dominos inquirendi. Ideo *αὐτομάτου θρὶξ*, ſeruilis pilus dictus prouerbialiter de faruis, vt referunt Suidas & Plato, ſeruiles adhuc pilos gerens præ inſcitia. Fuit & tonſura quædam peculiaris ſeruorum quam Athenis manumiſſi mutabant, ideò immoderatos affectus habentes dicti pilum ſeruilem præſeferre. Suid.

Hi miniſtri menſæ (obiter dico) antiquitus eleganti corporis veſtitu ornati, nam & Horatius lib. 2. Sat. 1.

Magna mouent ſtomacho faſtidia, ſeu puer vnctis
Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit.

Noto tamen in Athenæi lib. 1. cap. 9. ex Homero antiquos ſine riſu, atque pudore, ſibimet ipſis obſonia paraſſe, ſibique in epulis inſeruiſſe dictos *αὐτουργούς*. Sic Æginetæ Neptuno ſacrificantes, & hoc erat prandere ſibi, vt innuit Iuuenalis Sat. 13.

Prandebant ſibi quiſque Deus,

Ideſt, quiſque Deus ſibi miniſtrabat, & ſeruiebat. O Dij facerent, vt quiſque ſibi ipſi poſſet, & prandere, & cœnare, & reliqua vitæ munia obire!

Olim in menſa non turpe miniſtrare.

Reuertor ad Seruorum nequitiam, quorum fraudes mihi animo valdè inhærent, lancinant, manentque altâ mente repoſtæ. Ibidem Athenæus Alexis notam veram dignoſcendi Seruum refert, cum dicit, *Omnem pauperem, qui piſces emat multos, & ſæpe, neceſſario eſſe nocturnum graſſatorem.* Tanti piſces valebant olim, vt idem notat; qui niſi à diuitibus, & opulentis empti. Piſces ideò opponuntur ab Horatio vilibus herbis, Epiſt. 12.

Nota ſeruorum propria.

Piſces quanti antiquis.

Verum ſeu piſces, ſeu porrum, aut cæpe trucidas.

(Inter aues turdo Martialis primas dat. Perſius Sat. 6. liguritorem notat, qui probè nurit quo ſapore ſint turdi. *Sollers turdorum noſſe ſalinum.*)

Piſcis Barbus, referente Lipſio, venditus à Tiberio 125. nummis aureis. Quanti verò Murænæ, & alij piſces pretioſi æſtimati, legantur Plinius, & Budæus de aſſe. Cato in luxum ſui temporis inuehens, dicebat, pluris vendi piſcem, quàm bouem. Plut. 4. Symp. Quæſt. 4. hæc habet. *Obſoniuoros & obſoniorum cupidos vocamus, non qui bubulis carnibus delectantur, vt Hercules; non qui ficubus, vt Plato; non qui vuis, vt Arceſilaus, ſed qui ſubinde in foro piſcario verſantur, & tintinnabulum celeriter exaudiunt.* Ex quo percipio, olim tintinnabulum fuiſſe in foro piſcario ad horam præſcribendam piſcatoribus. A me alibi notatum ſcio de tintinnabulorum priſco vſu. Idem Symp. 9. Quæſt. 9. hæc refert. *Idcircò Pythagorei non lege tantum ab omnibus hominibus, ſed naturâ etiam ab omni innoxio iniuriam abſtinentes, minimè, aut omnino nequaquam vſi ſunt piſcibus pro cibo, cum præter iuſtitiam piſcatio videatur intemperantiam quamdam, & gulæ incontinentiam ſecum habere ſumtuoſa, & curioſa.* Et quæ ſequuntur lectione digna. *Itaque* (eodem Athenæo teſte) *ſi cui veſtis ablata noctu,*

Piſcis Barbus quanti venditus.

Catonis dictum de piſce.

Obſoniuori helluones qui.

Tintinnabulum olim in foro piſcario.

mane

BIBLIO. NAZ. VITTORIO EMANUELE

mane veniendum in forum piſcarium, & emptores ibi obſernandos, nam ſi videris pauperem ementem anguillas, & cætera, huic manus iniciendas, obtorto collo in carcerem detrudendum. De tintinnabulis alibi fuſius.

Et quia ex pauperibus Serui eliguntur, hinc collige, quales nobis deligendi, quæ, ſi à me notata, Megaricas Sphynges, Lauerniones, Seruilem non eſſem paſſus nequitiam. Quapropter Coi meritò, Iunoni cum ſacrificant, neque templum vllus Seruus ingreditur, neque guſtat quidquam ex iis, quæ ſunt apparata. Lege eundem librum Athenæi in calce. Sed, *quem Cos non nutrit* (vt eſt in adagio) *illum nec Ægyptus*: ad triremes illi ablegandi. Ad palam faciendum artem, inertiamve, titulos Serui omnes geſtabant, quod innuit Aulus Gellius ædilitio edicto, his verbis. *Titulus Seruorum ſingulorum, vt ſcriptus ſiet, curato,* &c. Vt intelligi rectè poſſit, quid morbi, vitiique ſiet; fugitiuus, erro, an frugi; id factum, quia penes ædiles cura rerum venalium, earum cognitio, quorum edictum erat ex Vlpiano, ſic. *Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi, vitiique cuique ſiet.*

Seruos Coi à Sacris arcent. & templis.

Titulos geſtabant ſerui, & cur.

Cura rerum venalium penes Ædiles & cognitio.

Serui ars præterea titulo eius inſcribebatur. Plinius in Epiſtolis: *Eſt homo probus officioſus, literatus, & ars quidem eius, & quaſi inſcriptio, Comœdus, in qua plurimum facit.* Qui & præcone iubente ſaltare, & currere ſoliti erant, vt curſu ſanitatem, & celeritate corporis valetudinem ſignificarent, & ſic emptores allicerent. Legendus Caſellius. Alia verò mancipia pileata venibant, quorum pileo denotabant venditores, horum nomine nihil præſtare.

Ars ſerui titulo inſcripta.

Mancipia pileata venibant.

Poleterium dictum olim locus, ſeu lapis, vnde mancipia venibant, quorum familiam ducebant mancipia pulcriora vt ſcitè emptores allicerent, & vendibiliorem facerēt, reliquam turpiorum: hinc fortaſſe manauit illud dictum *Ducere familiam*, apud Cic. *epiſt. fam. l. 7. ep. 5.*

Sub coronis præterea venibant pedibus cretatis, vt ab aliis, & à me alibi notatum. Nudi etiam venibant. Plutarchus in Ageſilao. *Cum illius iuſſu captiui, detractis veſtibus ſub corona venirent, veſtium autem exiſterent complures emptores, &c.* Præter titulos artis, famæ; geſtabant etiam alios inſaniæ cauſſa. O vtinam morem priſcum retineremus notandi eos in fronte, vt ab illis caueremus, tanquam à cane rabido, & angue venenato! Vnde dicti ſtigmatiæ, inſcripti, litterati: nam fronte notati erant fugitiui, ac tota facie. Petronius, *Implenit Eumolpus frontes vtriuſque ingentibus litteris, & notum fugitiuorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit.* Martialis lib. 9. Epig. 75.

Sub coronis pedibus cretatis.

Stigmata in fronte ſeruorum.

Stigmatiæ ſerui, inſcripti, litterati dicti.

Quatuor inſcripti portabant vile cadauer.

Plautus in Caſs. *Si hic literatus me ſinat, quod bonum, ac fortunatum mihi ſiet.*

Non ſolum Serui, ſed, & Tyrones capti in bello ſub Principibus (poſtquam ingenui deſierunt) compungebantur. Vegetius. *Victuris in cute punctis milites ſcripti, & matriculis inſerti, iurare ſolent.* Aëtius στίγματα καλῶν. Latinè *ſtigmata vocant, quæ in facie, aut alia parte corporis inſcribuntur, qualia ſunt militum in manibus.* Nomen Imperatoris fuiſſe opinor. Hic appellabatur regius character, vt colligitur ex D. Chryſoſtomo. Hom. 3. in 2. ad Corinthios. Latinè. *Sicut militibus ſignaculum, ita fidelibus ſpiritus imponitur, & ſi ordinem deſerueris, notus omnibus fies.* Hoc quoque è ſacris petitum. Prudentius.

Tyrones ſtigmatiæ.

Stigmata militum quas notas referebant.

Quid cum ſacrandus accipit ſphragitidas?
Acus minutas ingerunt fornacibus,
His membra pergunt vrere; vtque ignuerint,
Quamcumque partem corporis feruens nota
Stigmarit, hanc ſic conſecratam prædicant.

Stigmata ergò inuſta vel Seruis fugitiuis, vel Tyronibus, ne latitarent, & deprehenſi dignoſcerentur.

Hac de cauſſa D. Paulus ad Gal. 6. inquit. *Nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Ieſu Chriſti in corpore meo porto.* Stigmata enim à Dominis inurebantur Seruis; ita illis ſeruus Paulus ſe Chriſti mancipium profitentur, ſéque eum nunquam deſerturum, quod ſi fieret, ſtigmate inuſtus deprehenderetur. Vel dicit, ſe tanquam ſeruum fugitiuum (deſciuerat enim à vera fide, cum Chriſtianam inſectabatur) quare à Chriſto notatus ſtigmate, fatetur ſe illius perpetuo nexu fore mancipium. Alias huius loci interpretationes vide apud Sacros Interpretes, ne ſutor vltrà crepidam. Punctis notatos eſſe nobiles in Thracia refert Herod. lib. 5. his verbis, *Punctas nobis eſſe frontes nobile indicatur, non eſſe notatas punctis, ignobile.* An B. Paulus Chriſto carus nobilitatis Chriſtianæ hæc inſignia referebat, quam & omnes veri cultores Chriſti preſeferunt? Gloriatur enim in Cruce D. N. Ieſu Chriſti, & paſſionibus. Vel ſtigmata dicuntur cicatrices militum vulneratorum. Paulus ergò cicatrices ex verberibus, & vulneribus pro Chriſto toleratas vocat ſtigmata corpori ſuo impreſſa, quæ oſtentabat, vt olim milites ſua pro ſuis Imperatoribus. *Stigmata*, & puncta etiam inuſta militibus, ſed non in fronte vt ſeruis, ſed in manibus. I. Cuiacius. Ne in alieno choro, eóque ſacro, profanus ſaltare videar, his ſacris abſtineo, atque ergaſtulum repeto.

Stigmata cur ſeruis inuſta. D. Pauli locus illuſtratus.

Stigmatiæ nobiles apud Thraces.

Hæc ſtigmata tegebant ſpleniis. Martialis lib. 2.

Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem.

Vel promiſſis capillis in frontem. Petronius. *Simul vt nota quoque litterarum non adumbrata comarum præſidio tota ad oculos Ingentium accederent.* Auſonius Epig. 15. *Tam ſignus ſcriptor*, &c. Et 16. *Pergame*, &c.

Stigmata ſpleniis, ſeu capillis tegebant.

Aliquando Domini irati non compungebant Seruos notis, ſed deformabant cicatricibus, aut atramento, vt colligitur ex Vlpiano, Petronio, & aliis. In ſuris, brachiis, & manibus inſcribebantur aliquando ad tyronum imitationem, ne, ſi militiam ſubterfu

Serui cicatricibus aliquando notati, & atramento.

In ſuris, & manibus notati.

ſubterfugerent, latere poſſent.

Stigmata olim quoque inurebant ſibi in conſecrationibus idolorum, & potiſſimùm in Bellonæ ſacrificiis, humerorum ſectione hanc Deam venerabantur. Ita Lactan. de falsâ relig. cap. 21. *Ipſi ſacerdotes non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant, ſectis namque humeris, & vtraque manu diſtrictos gladios exercentes, currunt, efferuntur, inſaniunt.* Tertul. Apol. cap. 9. *hodie iſtiue Bellonæ ſacratus ſanguis de femore proſciſſo in palmulam exceptus datur ſignatis.* Nec viri tantùm, ſed etiam fœminæ id factitarunt. Tibul.

Ipſa Bibenna ſuos cadit violenta lacertos,
Sanguinéque effuſo ſpargit inepta Deam.

Stigmata ergò inuſta vel in Deorum honorem, vel hominum, vt ſe illorum mancipio addictos ad cruoris vſque effuſionem palam facerent.

Nomina ſeruorum non honorata.

Apud Athenienſes ſeruis nomen Ariſtogitonis, & Harmodij indere nefas, ob memoriam, & grati animi ergò, quòd tyrannicidæ extiterint. Domitianus Metium ſupplicio affecit; quòd nomen Magonis, & Annibalis indidiſſet ſeruis, tanquam Clariſſimorum virorum nomina contagio polluiſſet ſeruili. Samij captiuis Athenienſium inurunt noctuam; viciſſim Athenienſes Samiis Samœnam nauis genus lato ventre ab illis inuentam.

Noctua captiuorum ſtigma.

Mancipia ſub corona.

Mancipia vendita pileata, quòd ita venderentur, vt venditor nihil emptori præſtaret, neque emptor errorem ſuum venditoris fraudi imputare poſſet. Alij verò bello capti venditi ſub corona, quòd milites cuſtodiæ cauſâ captiuorum greges circumſtarent. At viliſſima mancipia de lapide, ideſt, ſcelerato, & rupe Tarpeia empti, è quâ præcipitarentur ſupplicio digni. Eorum pedes cretâ notati, qui trans mare aducti.

Mancipia de lapide empta.

Cheronenſiũ ritus in ſacris.

Coi ſeruos remouent à Sacris.

In Cheroneâ Sacerdos lorum tenens pro Maturæ æde clamitabat, *Non Seruum ingredi, non Seruam, non Ætolum, non Ætolam:* Coi item operaturi Iunoni, vnde dicti ſoli hominum libere ſacrificare. In ſacrorum apparatu Romæ lictor præfabatur. *Hoſtis victus, mulier virgo exeſto.* Mulieres enim innuptæ, aut ſeruitio preſſæ, vel ære coëmptæ abeſſe debebant: ideò Serui ingenuorum veſte Romæ non vſi, quippe qui neque colobia, neque calceos habebant, quæ liberis dabantur: crepidis quoque, aut mulleis vti Seruos, aut plebeios erat lege vetitum.

Seruorum veſtis.

Saturnalia ſeruorum feſtum.

Feſtum Seruorum apud Romanos erant Saturnalia, cum ſeruorum miniſteria ingenui occupabant, & ſerui pileos ſumebant, & à liberis nullo diſcrimine differebant, ſtipéſque inuicem dabant, & munera miſſitabant. Regna quoque ſortiebantur inter æquales, ac tanquam Reges imperitabant, magiſtratus purpuram induebant, reliqui, in veſte candida diem concelebrabant. Hic mos communis etiam cum Græcis, & Exteris. Nam per Mercurialia feſta, Hermea dicta, hoc ipſum fiebat in Creta, & conuiuantibus ſeruis domini illis ſeruiebant. In Trœzene Geræſtionis menſe per multos dies ſit conuentus, Panegyra dictus, quorum in vno ſerui cum ciuibus vna ludunt aſtragalis, & ſeruis domini conuiuium præbent. Sacæa Calendis Septembris per dies quinque agebantur in Babylonia, vbi ſerui dominis imperitabant, atque vnus eorum educebatur ex domo ſtolam regiæ ſimilem indutus, quem Zoganem appellabant, Athæneo teſte, *lib. 14. cap. 17.*

Hermea feſta ſeruorum.

Panegyris feſtum ſeruorum.

Sacæa feſtum ſeruorum.

Seruorum dies feſtus Idib. Auguſti, quod eo die Seruius Tullus natus ſerua, ædem Dianæ dicauerit in Auentino, cuius tutelæ ſunt cerui, à quorum celeritate fugitiuos vocant ſeruos, Feſt. Macrobius verò Nonas omnes à ſeruis celebratas ait. Lex. Phil.

Vindiciæ ſecundum libertatem.

Vindiciæ ſecundum ſeruitutem.

Noto hoc inſuper, ſi quis liber in ſeruitutem abducebatur, quilibet poterat eum in libertatem aſſerere, ſeu manum iniicere, & ad iudicem ire. Hæ dicebantur vindiciæ ſecundum libertatem. Contrà, ſi quis ſeruum ſuum autumabat, iniecta manu in ſeruitutem aſſerebat. Hæ dictæ vindiciæ ſecundùm ſeruitutem. Quod ſi quiſpiam contra niteretur, aut eum eximere conaretur, clamabat, ſe eius, quem adducebat, dominum, iudicio ſiſtebant fidei iuſſore dato. Martialis lib. 13.

Si de ſeruitio graui queruntur,
Aſſertor venias ſatiſque praſtes.

Laciniam addo ex Lipſio *ad 2. Annal. Taciti*: Domini vox ais, propriè non niſi in ſeruos: quamquam Auguſti æuo, & infra, à liberis patres appellatos reperire eſt, & à fratribus blandientibus fratres, quod tamen Auguſtus in ſua domo vetuit, vt notat Suetou *in eius vita.* Vide Raderum *ad Martial. l. 1. cap. 67.* Vt ſerui libertate donati grati in dominos eſſe debebant; ita reſpublicæ è ſeruitute in priſtinam vindicatæ libertatem, in vindices gratiſſimæ. Demetrius Poliorcetes Demetrium Phalereum Athenis dominantem vrbè expulit ac priſtinâ reip. libertatem reſtituit. Populus Athenienſis Senatuſconſulto cenſuit, vt quotieſcumque Demetriùs in vrbem veniret, iiſdem ritibus ac cæremoniis peregrè adueniens exciperetur, quibus Ceres, & Brachus: non ſolùm ſuffitibus, coronamentis, & libationibus vini, ſed etiam chori præceſſerunt, et obuiam cum proſodiis, ithyphallis, ſaltantes, & canentes, quæ omnia olim diis propria, cum in pompâ traducerentur. Vide Athen. *l. 6. c. 15.*

Mitto Seruos, ſed non manu; ad alia ſtylum conuerto non mortiferum, ſed ſoporiferum à te laceſſitus. De pellibus, quibus indormiebant, hæc à me paucis habe; ſed tu cenſe. Verbum *dormio* eruditiores dictum volunt (nec abnuo) à nomine *δέρμα* hoc eſt, à pelle, eò quod olim non in culcitris, ſed in pellibus lanatis dormirent. Athenæus lib. 6. *Poſtquam verò*, ait, *ſolus domum veni; ſuper ſtratas pelles dormio*, &c. Poſteà inuentis lectis, culcitris, & veſtibus ſtragulis, pauperibus relictæ ſunt pelles. Hinc fortaſſe natum illud adagium, *Intra tuam pelliculam te contine*: etſi aliter, & eruditè à Parœmiographo explicetur. Deinde tentoria pellicea facta & veſtes. Pellium vſus

A δέρμα i. pelle verbum Dormio, cur.

Pelles relictæ pauperibus.

Intra pelliculam te contineto.

plurimus

plurimus in caſtris, vt paſſim in Authoribus videre licet. Propertius.

Atque hinuli pellis totos operibat amantes.

Iuuenalis Sat. 6.

Silueſtrem montana torum cum ſterneret vxor
Frondibus, & culmis, vicinarúmque ferarum
Pellibus.

Lucanus lib. 5.

Tunc igitur pelles, nunc aurum, & purpura turis
Exercent hominum vitam, belloque fatigant.

Nocturna viſa in pellibus.

Pellium vſus in templis.

In pellibus etiam ſubſtratis ſomnia, ſeu viſa expectabant Athenienſes, quod oſtendit Pauſanias in Atticis, his verbis. *Deinde arietem immolant, cuius ſubſtrata pelle, dormientes nocturna viſa expectabant.* Quare non tantùm pellium vſus in bellis, & domibus, ſed in templis ad religionem captandam. Siquidem Sacrorum ſolemnium vigiliis populus ante lucem ad templa veniebat, vbi vel partem noctis aliquam inſomnem quidam ducebant ad accipienda Dei reſponſa, Virgilius. 7. Æneid.

Reſponſa Deorum in pellibus.

——— huc dona ſacerdos
Cum tulit, & caſarum ouium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis ſomnoſque petiuit.
Multa modis ſimulachra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruitúrque Deorum,
Colloquio, &c.

Hunc collimant Plautina illa *in Curcul.* de Æſculapio, quem videt in ſomnis Cappadox: Item de Ioue in Capitolio, *apud quem incubandum* facete reſpondet, & alibi. Vnde *incubare Ioui*, vt notat Seruius, *eſt dormire in Capitolio*, vt reſponſum poſſit accipi. Feſtus, *Cubans auſpicatur, qui in lecto quærit augurium.* Cicero lib. 1. de Diuinatione. *Atque etiam, qui præerant Lacedamoniis, non contenti vigilantibus curis, in Paſiphae fano, quod eſt in agro propter vrbem, ſomniandi cauſa incubabant, quia vera quietis oracula ducebant.* Ideò ægroti, vt à me alibi indicatum, in Æſculapij æde dormiunt, putantes ſibi inter dormiendum remedium præſcribi. Hæc Antiquorum opinio, nec abſurda prorſus, res ſacras in ſomnis peragi. Sacra Hiſtoria his adſtipulatur.

Incubare Ioui quid.

Ægroti in Æſculapij fano.

Sacra in ſōnis peracta.

Somniorum matrem, eſſe noctem putauit antiquitas, eáque à Luna immitti ſcribit Propertius, cuius in nocte dominatus eſt, vt Solis in die. *Sane illa immerita cauſata eſt omina Luna.* Solebant autem omina noctis expiare perenni aqua. Siquidem Dea apud Græcos exiſtimata, quæ vaticiniis per ſomnia præeſſe credebatur, in primis verò Deli culta cui ſcaphas offerre conſueuerant omnium rerum refertas, piſcibus duntaxat exceptis. Veteres ad depulſionem malorum ſomniorum, quam viderant ſpeciem oartabant Diis ac ſępenumero domeſticis, vt Veſtę, Gręci Apollini ἀποτρόπῳ, ſed & Soli, vt qui noctis tenebras diſcutiens ſua luce ſomnia irrita reddat. Apud Trœzenios Aldali vetus ara ſuper qua Muſis, & ſomno Deo rem diuinam faciebant, ſomnum affirmantes eſſe Muſis amicum. Sed ſomnia narro, qui ſomniaui ritu canterino.

Paraſiti.

Paraſitos ſupra intermiſſos iam repeto iiſq; inſiſto, quorũ hæc nota, vt cibi obiectu quocumque ducantur. Plaut. Moſt. act. 4. ſc. 2. *Qui paraſitus ſum? Ego enim dicam, cibo perduci poterit quouis.* Ideo variis ludicris ij obiecti, & parati omnia perpeti vt ventri inſeruiant. Incudi quidam ſe comparat apud Athenæum lib. 6. *Si toleranda plaga, incus ſum ac nodus.* Heliogabalus tamen ſuos paraſitos in Tricliniij verſatilibus violis & floribus oppreſſit, vt refert Lampridius in eius vita. Olim tamen paraſiti adeò in honore, vt Sacerdotibus æquarentur, cum ex bobus ſelectis tres partes fierent, vna in ludos, ſecunda in Sacerdotes, tertia in paraſitos diſtribueretur. Deos epulones, vana finxit antiquitas, quos Iouis paraſitos vocauit, vt notat. S. Auguſt. de ciuit. Dei c. 7. Item paraſiti & epulones in templo Herculis erant, cum ipſe Deus voraciſſimus haberetur. Hinc Athenis publicè alebantur, poſtea autem magiſtratus elegerunt diuites, vt ab hoc ſumptu Rempublicam liberarent, quibus paraſitos alendos traderent. Vide Nouar. Schediaſ. lib. 5. cap. 24. Non ſanè poteſt euadere occupationes, qui curarum auctoramentum non poteſt negligere. Hæc igitur curarum compendia mitto, quia liorum ſum χρῶν, tuus verò πᾶν. Et licet ego non mei mancipij, mancipio tamen hanc epiſtolam tibi dare minimè vereor, & euictione me præſtiturum ſpondeo. Eadem lege tu mancipio accipies, méque habebis commendatum, etſi ex Martiale,

——— ——— Peccat,
Qui commendatum ſe petit eſſe ſuis.

Tibi potiſſimum, qui me compedibus aureis tot beneficiorum adeò deuinxiſti, manicis adamantinis munificæ hoſpitalitatis obligaſti, tuis virtutibus Lucæ vſque addictum, vt ego tibi Pirithoo meo, vt cum Seneca in Hippolyto loquar,

——— Ditis clauſeris regnum licet,
Caniſque diras Stygius obſeruet fores,
Solus negatas inueniam Theſeus vias.

Vale Pietatis, antiquæque Probitatis exemplar ſingulare.

LAVRENTIO PIGNORIO V. R. Hiſtorico, & Antiquario Erudiſſimo.

DISSERTATIO X.

D. Magdalena cur ad pedes diſcumbentis Domini. Serui præcincti olim ad pedes diſcumbentium, eiſque reliquiæ diſtributæ. Quandonam cum Dominis cœnarent. Puerorum, &

& Puellarum locus in menſâ. Seruorum menſtruum ſtipendium, cibus, potus. In cœnaculo dormiebant. Dimenſum quid, & quando datum. De Allio Parœmiæ, & alia.

D. Magdalena ad pedes Domini ſtãs, non genuflexa cur. Cur ad pedes.

QVod D. Magdalena adſtiterit retrò pedes Domini cœnantis, eóſque lauerit, colligit eruditiſſimus Mercurialis, aliique multi, Chriſtum accumbendi Romanorum, Hebræorúmque conſuetudinem retinuiſſe. Sed ego altiori indagine perſcrutatus, hunc modum D. Magdalenæ ſua ſcelera grauiter deplorantis, deprehendo animi demiſſi, & abiecti, ad impetrandam veniam adeò argumentum Euangelicæ veritati conſonum, vt nigil ſuprà. Ea enim accedens viliſſimum, & maximè abiectum locum ſibi elegit, ergaſtulis & mediaſtinis deſtinatum. Serui enim ad pedes Dominorum diſcumbentium ſtabant, quod innuit Seneca 3. de Benefic. cap. 32. *Vt primum diluxit, ſeruus, qui cœnanti ad pedes ſteterat, narrat, quæ inter cœnam ebrius dixiſſet.* Martialis lib. 7. Epig. 19.

Ad pedes Dominorum Serui viliſſimi.

Miſto lagenam replet ad pedes vino

Idem lib. 3. Epig. 23.

Omnia cum retrò pueris obſonia tradas,
Cur non menſa tibi ponitur à pedibus?

Idem lib. 3. Epig. 82.

At ille retro flexus ad turbam pedum, &c.

Serui præcincti linteo inſeruiebant Dominis diſcumbentibus.

Et præcinctos quidem illos fuiſſe ex Horatio colligo.

Hic vbi ſublatis puer alte cinctus acernam
Gauſape purpureo menſam perterſit.

Et Apuleius lib. 2. *Ipſa lineâ tunicâ mundulè amicta, & ruſſeâ faſciolâ prænitente altiuſculè, ſub ipſas papillas ſuccinctula, illud cibarium vaſculum floridis palmulis rotabat in circulum.* Philo Iudæus omnes ſimul ſeruorum ad pedes ſtantium ornatus, de Romanorum luxurioſis conuiuiis agens, breuiter perſtringit lib. de vitâ contemplatiuâ. *Ex iis miniſtrantibus minores pueri & pincernæ grandiores aquam afferunt, & loti, nitidi, fucatique, ac concinnati (alunt enim capillitium) vel omnino intonſi, vel à fronte tamen præſectis in orbem crinibus, tenuiſſimas, candidiſſimáſque præcincti tunicas, anteriore parte ad genua demiſſas, poſteriore ad poplites. Vtrinque mollibus taniis adſtricti commiſſuras, propendentibus ad latera ſinibus, ſic ornati adſtant, nutus obſeruando, quid quiſque poſtulat.* Id genus Seruorum linteis cingebatur, quod autumat Seneca. *Ad hoc præſto aderit Miniſtrorum ornatiſſimorum turba linteis ſuccincta.* Annon humani generis Seruator, qui formam ſerui accepit, linteo ſe præcinxit, Diſcipulis miniſterium ſeruile obiturus in vltimâ cœnâ?

Seruorũ mos varius.

Chriſtus loturus pedes diſcipulorũ linteo præcinctus.

Reliquiæ, & analecta diſtributa Seruis ad pedes.

Ex locis ſupra citatis coniecturâ ducor Seruis ad pedes Dominorum diſcumbentium reliquias, & analecta fuiſſe diuiſa. Idem Seneca hoc confirmat epiſtola 77. *Quemadmodum cœnâ peractâ reliquiæ circumſtantibus diuiduntur.* Suetonius in Galba cap. 22. *Inter cœnam verò vſque ad abundantiam, vt congeſtas ſuper manus reliquias circumferri iuberet, ſpargique ad pedes ſtantibus.*

Romani Seruos non admittebant ad menſam, niſi manumiſſos, ita vt menſæ communicatio eſſet manumiſſionis ſignum, vt alibi à me probatum ex Tertulliano. Iiſdem tamen, vt teſtatur Plutarchus *Symp. 4. lib. 7.* ſemper aliquid cenſebant relinquendum, ita vt reliquiæ in illorum vſum cederent. Moris tamen fuit, cùm apud Græcos, tum apud Romanos, vt Saturnalibus Serui exæquato cum Dominis iure conuiuerent; imò vt Domini Seruis miniſtrarent. Vide de hoc Lipſium, & alios. Idem mos apud Cretenſes in Mercurialibus: Apud Trœzenios menſe Geræſtione: apud Babylonios in feſto Saceâ: apud Theſſalos in Peloriis, vt Domini ſeruirent ex Atheo. lib. 4. *Sic Hyacinthiorum die tertio apud Spartanos Serui ad ſacrificia, & epulas admittebantur.*

Serui manumiſſi cœnabant cum Dominis apud Romanos.

Item in Saturnalibus. Serui apud exteros quãdo cum Dominis cœnarent.

Verùm pueri veterum Romanorum ad fulcra lectorum ſedentes, cibum capiebant. Claudius Imperator (teſte Suetonio) adhibuit omni cœnæ liberos ſuos cum pueris, puelliſque nobilibus, qui more veteri ad lectorum fulcra ſedentes veſcebantur. Ex Tacito Principum liberi cum cæteris eiuſdem ætatis nobilibus ſedentes veſcebantur in aſpectu propinquorum, propriâ, atque puriore menſâ, vt à me alibi dictum. Apud Arcades (auctore Athenæo *lib. 4.*) liberi cum patribus ſuis lapidibus inſidentes nudi conuiuabantur.

Pueri, puellæque ad fulcra lectorum cœnabant.

Arcadum liberi quomodo accumberent.

Ad Seruos redeo, eorum mercedem inquiro. Menſtruum ſtipendium Senecæ tempore quinque modij, & quinque denarij. Seneca ipſa epiſt. 80. *Seruus eſt; quinque modios accepit, & quinque denarios, diurnum accepit, & dormit in cœnaculo.* Diurnum igitur ſtipendium erant quinque denarij, & mercedula eorum, atque in cœnaculo dormiebant, vbi tenuiores, & inopes. Ita Plautinus Amphitruo ait, *in ſuperiore qui habito cœnaculo.* Legendus Lipſius de modo Lucaris ad primum Taciti Annal. Ita pauperes qui cœnaculariam faciebant, cœnacula conducebant cum in ſuo non habitarent; qui autem omnium tenuiſſimi cœnacula tegulis proxima conducebant. Suetonius de Orbilio in lib. de Gram. *Namque iam perſenex pauperem ſe & habitare ſub tegulis quodam ſcripto fatetur*, hinc dicti pauperes habitare ſub tegulis, & à Martiale *lib. 1. epiſt. 162.* habitare tribus ſcalis.

Menſtruum ſtipendium Seruorum.

In cœnaculo dormitoriũ Seruorum.

Et ſcalis habito tribus, ſed altis.

Ante Senecam tamen, tempore ſcilicet non tam opulento, quaternos tantùm modios accepiſſe inuenio: & Donatus autumat Seruos quaternos modios accepiſſe frumenti in menſem, & id *Dimenſum* dicebatur, vtrum à menſe, an à dimetiendo? Incertum. A dimetiendo magis opinor. Plautus illi ſubſcribit.

Dimenſum quid, & quãdo datum.

Hoc argentum vobis dimenſum dabo.

Et in Sticho.

Vos meminiſtis, quòd Calendis peterem dimenſum cibum.

Dabatur igitur Kalendis dimenſum à Græcis, dictum ἀνθμητεῖν. Apud Græcos, qui menſes à Lunæ coitu auſpicabantur, in nouilunio merces dabatur. Lucianus in Dialog. de mercede conductis. *Cum inſtante nouilunio Pyrrhiis, & Zopyrionibus immixtus, manum itidem, vt alij ſeruuli, protendis.* Cujacius ait, ſelibram farris in diurnum victum quemque Romæ accipere ſolitum. Et lege Decemuitali vincti debitores, vel de ſuo viuebant, vel ſelibram farris in victum diurnum à crediroribus accipiebant.

Far, & ſal Seruorum.

Horatius *Sat. lib.* 1. dicit libram vnam farris fuiſſe Seruorum menſuram, his verbis,

Denique cur nunquam fugiſſet, cui ſatis vna
Farris libra foret, &c.

Potus Seruorum poſca, acetum. Cæpæ cum aceto iiſdem datæ.

Potum horum Plautus deſcribit in Rudente. *Hic Rex cum aceto pranſurus eſt, & ſale, ſine bono pulmento.* Acetum ergo Serui accipiebant, ſeu poſcam cum ſale. Lucianus videtur cum ſale coniunxiſſe cæpas in Dial. de mercede conductis, his verbis. *Habes ſuauiſſimum conuiuium, quod mihi quidem haudquaquam ſuauius ſit cæpis, candidóque ſale, liberè cum velim ex his, & quantum velim edenti.* Perſius Sat. 4. *Tunicatum cum ſale mordens cæpe.* Allium quoque cibus Seruorum Græcorum. Prouerbium de hoc extat. *Ne edas allia, & fabas*, quo ſignificabatur vitæ tranquillitas tempore pacis. Ideò ab allij eſu abſtinendum, cuius maximè belli vſus. In iudiciis fabas eſitabant, ne obdormiſcerent, vel refer ad calculos fabarios in ſuffragiis. Ariſtophanes in Equitibus. *Milites coëmptis prius alliis, & cæpis naues aſcendiſſe, vt inalliati magis ſtrenuè pugnarent.*

Alliũ datum Seruis Græcis. Prouerbia de Allio. Ne edas allia, & fabas.

Ne allij quidem caput. Allium in retibus. Allij vſus in expeditionibus.

Hinc & aliæ Parœmiæ, *Ne allij quidem caput*, ſub intellige, *appoſuit*, de homine ſordido: *Allium in retibus*, de ſordido commeatu. Attici enim, vt dixi, expeditionem adornantes, allium pro commeatu ſibi comparabant. Quare allium cibus viliſſimus, ſeruilis, & militaris; hodie quoque damnatorum ad triremes mancipiorum. Alliorum capita ad multarum noxarum depulſionem valere animis vetuſtas imbiberat, Perſius Satyr. 5.

Incuſſere Deos inflantem corpora, ſi non
Prædictum ter mane caput guſtaueris alli.

Columella etiam ouis, quæ incubantur, ſubſterni vtiliter aduerſus tonitrua putat dicens, lib. 1. cap. 5. *Plurimi etiam infra cubilium ſtramenta graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minus allij capita cum clauis ferreis ſubiiciunt, quæ cuncta remedia creduntur eſſe aduerſus tonitrua, quibus vitiantur oua.* Allium verò eſſe venenum efficaciſſimum, non cibum, Medeámque veneficam, hoc vel caros ſeruaſſe, vel inimicos perdidiſſe venuſtè iocatur Hor. Epod. 3. in allium. Vide

Alli[illegible] guſtantes à templo magnæ Matris [illegible]bantur, vt refert Athen[illegible].

ꝯꝯꝯꝯꝯꝯꝯꝯꝯꝯꝯꝯ

AVGVSTINO TERZAGO, S. T. D. Protonotario Apoſtolico, Canonico Mediolanenſi.

DISSERTATIO XI.

Præfectorum ærarij cura. Parentes nomina liberorum apud eos publicè profeſſi. Mos Venetorum laudatus. De Natalitiis, Luſtrico die, Luſtratione puerorum, Genethliis. Geneſia. Natalitia Martyrum. Aquæ luſtratio. Dij Præſides infantum. Nominis imponendi ritus. Legati nomen profitebantur in tabulis Præfectorum ærarij. Iidem in templis excepti. Fortuna aurea in cubiculis Principum. Antonius ſolus ſine ciuili ſanguine Princeps. Decoctores bonorum quâ infamiæ notâ inuſti. Qui primi catamidiati ſub Adriano. Ante ipſum in 14. Ordinibus infames ſedebant. Aſoti qui. Anulis qui vterentur, & quibus. Anuli oppigneratio deploratæ egeſtatis indicium. Certandi mos depoſito anulo. Anulum detrahere quid. Anulorum inſtitutio, vſus, materia, digiti.

Præfectorũ ærariorum cura.

M. Antonius Philoſophus, Imperator, (vt refert Capitolinus,) primus iuſſit apud Præfectos ærarij Saturni, vnumquemque ciuium natos liberos profiteri intra tertium diem, nomine impoſito, per Prouincias, & tabulariorum publicorum vſum inſtituit. Quare meritò, referente eodem ibidem, ſacrilegus poſt eius mortem fuit iudicatus, qui eius imaginem domi ſuæ non haberet. Statim atque naſcebantur liberi, à parentibus in acta publica referebantur, vnde ille Satyrici verſus.

Quiſque ciuium in Saturni templo ſuum nomen profeſſus. Tabulariorũ publicorum inſtitutum primum. Imago M. Ant. Philoſophi quanti habita. Acta publica quæ.

Fient iſta palàm, cupient & in acta referri.

Apuleius. *Pater natum ſibi filium cæterorum more profeſſus eſt.* Iulius Capitolinus in Gordiano. *Filium Gordiani, nomine Antonini, & ſigno illuſtrauit, cùm apud Præfectum ærarij, more Romano, profeſſus filium, publicis actis eius nomen insereret:* Et in M. Aurelio. *Inter hæc liberales cauſas ita muniuit, vt primus iuberet apud Præfectos ærarij Saturni vnumquemque Ciuium natos liberos profiteri intra*

tertium

tertium diem nomine impoſito. Quod fiebat, vt de paterno iure conſtaret; nam, cum id fiebat, in acta referebantur etiam parentes.

Venetus mos laudatur.

Hunc morem (vt dictum) prudentiſſimi Veneti Patricij ad amuſſim ſeruant, publicè profitentes nomina natorum, vt nobilitatis ſtemmate potiri iure poſſint in Reip. adminiſtratione. Acta diurna populi & Senatus I. Cæſar inſtituit conficienda. Suetonius in eius vitâ, *Inito honore primus omnium inſtituit vt tam Senatus, quam populi diurna acta conficerentur, & publicarentur.*

Nomē quando infanti poſitum, & cur. Luſtricus dies maribus, & fœminis. Nūdina Dea quæ. Luſtricus dies vnde dictus. Luſtratio puerorum.

Luſtrico deinde die nomina imponebantur, maribus nono, fœminis octauo, nonnunquam ſeptimo; quod (ex Ariſtotele) ſeptimus dies ſit fatalis nato: Athenienſes verò, & omnes Græci decimo die, quæ tantum innuo, vt penſum perſoluam. Hæc tamen nota. Nundina Dea Romanis à nono die naſcentium nuncupata, qui Luſtricus dicitur, quo infantes luſtrantur, & nomen accipiunt. Cur autem pueris Nono, puellis Octauo die ex Cenſorino, & Plutarchi Quæſt. erue. *Onomaſteria* dicebatur feſtum cum nomen imponebatur, vt *Gamelia*, ob nuptias, *Genethlia*, ob natiuitatem.

Luſtricus autem dies dicebatur ab expiatione, quæ aſperſione aquæ fieri ſolebat, vel immerſione ex Galeno, Auicennâ ſulphure, & igne ſuffitibus excitatis. Athenienſes verò circum ignem curſitabant die luſtrico. Perſius Satyr.2. hunc morem tradit.

Ecce auia, aut metuens Diuûm matertera cunis
Exemit puerum, frontémque, atque vda labella
Infami digito, & luſtralibus ante ſalinis
Expiat, vrentes oculos inhibere perita.

Genethlia Feſta. Geneſia Feſta Martyrum ... [illegible]

Perſarum legibus ſancitum fuit ex Athenæi *lib.4.* eum præcipuè diem præ reliquis omnibus coli, & conuiuiis celebrari, in quo quis in hanc lucem editus. Ita apud Iudæos, & Ægyptios. A Græcis dicta hæc Feſta Genethlia, quæ differunt à Geneſiis: nam Genethlia tribuuntur viris pro die natalitio; Geneſia verò mortuis, cum diem ſuum obiere. Hæc propria Feſta illa Martyrum, quæ a Chriſti fidelium cœtu celebrantur in obitu, Natalitia dicta, quòd morientes mundo, calamitatibus perfuncti, naſcantur in nouam vitam, perfruituri æuo ſempiterno feliciſſimè.

Aquæ luſtratio.

De aquæ luſtratione per totum corpus factâ iam antiquis conſuetâ inter Sacra, vide Macrobium *Saturn.lib.3 cap.1.* De aſpergine aquæ è rore marino partim ex oliuâ felici, partim è lauro confici ſolitâ, & in genere de veterum luſtrationibus, prout à nobis Chriſticolis vſurpantur in expiationibus ſacris, vide Turneb. *Aduerſ.lib.13. cap.21.*

Pilumnus Deus.

Pilumnus infantium Deus, eíque pro puerperâ lectum in atrio ſternebat, vt iidem explorarent, an vitalis eſſet natus. Pilumnus dictus, quia pellat mala infantibus.

Nominis imponendi ritus.

Huic ritui alium ſimilem ſuo æuo refert D. Ioan. Chryſoſtomus, vt natis infantibus accenderentur plures lucernæ, quibus ſingulis nomen imponebant, atque eius demum, quæ, cæteris extinctis, ſuperuixiſſet, nomen infanti imponebant; & addit, *Inde diuinabant longam infantis futuram vitam.*

Dij præſides auſpiciis cōiugalibus Pilumnus, & Picumnus.

Laxo hic ſermonis rete, vt alios expiſcari poſſim ritus Antiquorum de Diis, Deabúſque infantium. Pilumnus ex Marcello, & Picumnus Dij erant præſides auſpiciis coniugalibus. Varro de vitâ Populi Romani lib.2. *Natus ſi erat vitalis, ac ſublatus, ab obſtetrice ſtatuebatur in terrâ, vt auſpicaretur rectus, Diis coniugalibus Pilumno, & Picumno in ædibus lectus ſternebatur.* Ne verò conuerſi in pedes pueri brachiiſque deductis ægrius naſcerentur (referente Gellio ex Varrone) periculi deprecandi gratia, aræ ſtatutæ ſunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Poſtverta nominata eſt, Proſa altera, à recti peruerſique partus & poteſtate, & nomine.

Dij præſides infantium.

Alios Deos, Deáſque ſibi finxit Antiquitas, qui præeſſent naſcentibus, vt *Naſcionem*, quæ naſcentibus præeſſet; *Vaticanum*, qui os in vagitu aperiret; *Leuanam*, quæ de terrâ leuaret infantes; *Cuninam*, quæ præeſſet cunis; *Ruminam*, quæ mammam paruulo immulgeret; *Potinam*, quæ potionem; *Educam*, quæ cibum præberet; *Oſſilaginem*, quæ oſſa conſolidaret; *Nundinam*, quæ nono die luſtrico faueret; *Fabulinum*, qui fari puerum doceret; *Pauentiam*, quæ auerteret pauorem; *Carnam*, quæ viſcera conſeruaret; *Iuuentam*, vt iuuentutem felicitaret; *Orbonam*, ne orbos faceret; *Volupiam*, quæ voluptatem afferret; *Lubentiam*, quæ lubentes redderet; *Anculas*, ancillarum Deas. Chitonem Dianam dictam fuiſſe refert Gyral. Synt.12. à tunicis: ſolebant enim veteres infantium veſtes ipſi Deæ Dianæ ſuſpendere.

Romæ pueri ſtatim nati, ſi vitales erant tollebantur à parentibus, aut patronis. Stat. Sylu. l.5. *tellure cadentem excepi, fouique ſinu:* in Græcia verò in apio locati, vnde Statina Dea culta tunc, cuius numine ſublatus ex terrâ puellus erigitur, vt rectus eſſe incipiat. Qui non ſublati eſſent pro reiiculis habebantur; Proiectitij hi dicti, quibus ſuſpendebantur crepundia è collo, vnde agnoſci poſſent. Plaut. Rud. *Bulla aurea eſt, pater quam dedit mihi natali die.* Buleng. de Imperat. Rom. *lib.3.cap.47.*

Linquo nuces, & puerilia crepundia. Ad ærarium rurſum me refero, ne inter ærarios referar. Plutarchus *Quæſt.Rom.43.* aliud officium Præfectorum ærarij innuit, his verbis. *Id ſeruatur, vt legati accedant Præfectos ærarij, qui eorum nomina in tabulas referant.* Legatur eruditiſſimus Scriptor.

Legati nomē profeſſi in tabulis Præfectorum ærarij. Legati in templis excepti.

Subnecto de Legatis, obiter, in templis Deorum exceptis. Itaque templis pro Regiâ vtebantur antiqui, quod colligitur ex Virg. 7.Æneid.

Tali intus templo Diuûm, patriaque Latinus
Sede ſedens, Teucros ad ſe ſe in tecta vocauit.

Et in t.Trojanos in templo admittit Dido. Confirmat id Val. Flaccus Argon. *lib.*4. vbi Medea Iaſonem alloquitur.Sic apud Silium *lib.*1. non longè à fine, Legati Saguntini audiuntur à Romano Conſule in templo, & apud eundem *lib.*2.Legati Capuani etiam in templo. Vide Brodæum eandem rem admonentem *lib.*4. *Miſcell.cap.*17. qui locum affert Demoſthenis *de falsâ Legat.* obiicientis,vt crimen, Æſchini,quòd huic mori non paruiſſet.

Fortuna aurea in cubiculis Principum.

Ætarium claudo, recludo cubiculum Principum,in quo bonam, aureámque Fortunam reperio, quam tibi, boniſque omnibus propitiam, propriámque voueo. Iulius Capitolinus *in Antonino Pio*,titum Principum recludit, qui,vt diutiùs, & feliciùs regnarent, aureúmque ſeculum viuerent, auream ſtatuam Fortunæ in cubiculis aſſeruabant, & colebant, dicens, *Fortunámque auream, quæ in cubiculo Principum poni ſolebat, transferri ad eum*(M.Antoninum)*iuſſit*.Spartianus in Seuero. *Fortunam deinde regiam, quæ comitari Principes,& in cubiculis poni ſolebat, geminare ſtatuerat, vt ſacratiſſimum ſimulacrum vtrique relinqueret filiorum:ſed,vrgente morte,iuſſit alternis diebus eſſe apud eos.*

Antoninus ſolus ſine ſanguine ciuili Princeps.

De quo Antonino Pio, verè pio, mantiſſæ loco addo,quod Capitolinus honoris ergo addidit. *Hic enim Princeps ſolus ſine ciuili ſanguine omnium propè Principum vixit.*Hanc igitur fortunam Auream, ſiue Regiam, cultam in cubiculis Imperatorum,quique morituri tradebant ſucceſſoribus,vnde factum vt auream fortunam alicui precemur. Fortunam Lacedæm. vt eſt in prouerbio, admota manu inuocabant, fruſtra enim ea imploratur,ni noſtram addamus operam.Sed videndus de eo Pauſanias etiam *in Arcadicis*.

Decoctôres quâ infamiâ onuſti.
Catamidiari quid.

Alteram Fortunæ aleam ſubire cogor, non aureæ:ſed variæ,& incertæ,dum tibi de Decoctoribus alterum ſoluere penſum, conor.Fortè Spartianum in Hadriano præ manibus volutabam,temporis æſtiui horas fallendi gratiâ,in locum imprudens incidi. *Decoctores bonorum ſuorum, ſi ſua autoritatis eſſent, catamidiari in Amphitheatro, & dimitti iuſſit.*Catamidiari enim eſt,deridendum omnibus per theatrum præbere, à verbo κατωμιδίζειν, quod deridere, & ludibrio habere ſignificat. Budæus doctiſſimus vertit,*traducere.* In Cretâ adulteræ,ſicut Romæ captiui deridendi traducebantur.Vnde illa lex olim, & pœna in lenas; *Lenæ & Polygami mitellati per publica ciuitatis loca efferuntor, vt catamidientur,& rideantur.* Propert. *Nec ſic infamis totâ traduceret vrbe.*Onobaris, ὀνοβάτις mulier dicta ſu adulterio deprehenſa apud Cumanos, quod ea in forum ducebatur,& ſaxo ſuperimpoſita omnibus proponebatur,indéque aſino impoſita per vrbem vehebatur.Vide Adagiographum. Hic mos modò in vſu, vt Hæretici reſipiſcentes mitellati, in ſcalario ſuggeſtu laſciuientis plebeculæ ſcurrilitates obaudire cogantur. Sed ante Hadrianum huiuſmodi Decoctores infamiæ notâ inurebantur,quibus certus locus in Spectaculis aſſignatus, vt conſpicui omnibus eſſent,etiamſi infortunio aliquo, non

Hæreticorũ pœna.

Decoctores infames in Theatris expoſiti.

nequitia,decoxiſſent. Colligitur ex Cicerone Phil.2. his verbis: *Tenes ne memoriâ, te prætextatum decoxiſſe? Patris, inquies, iſta culpa eſt: concedo, etenim pietatis eſt plena defenſio: illud tamen audaciæ tuæ,quod ſedisti in 14.ordinibus, cum eſſet lege Roſcia certus locus conſtitutus Decoctoribus, quamuis fortunæ vitio; non ſuo decoxiſſent.* Græcè hi dicti Ἄσωτοι. Hinc apud Martialem, Ἀσώτως viuere, eſt incontinenter, prodigè viuere, & Aſoti(Cicerone de naturâ Deorum teſte) ex Ariſtippi;acerbi verò ex Zenonis ſcholâ exibant.

Aſoti qui.
Aſotos viuere quid.
Aſoti, & acerbi ex quâ ſcholâ.

Locus pereruditus in tuâ vltimâ de non geſtando arcto anulo, id eſt, non ſe coniiciendo in anguſtias, me laciniâ trahit ad aliquid delibandum de hoc, cum me iure anuli liberaliter donaris. Apud Romanos teſte Iſidoro *lib.*19.anuli de publico dabantur, & non ſine diſcrimine, nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris ſolidi. Anulis aureis tribuni mil. vſi, ferreis cæteri milites. Stewech. Anulum aureum, neque Seruus, neque Libertinus geſtabat, ant in publico: ſed anulo aureo Liberi vtebantur; Libertini argenteo; Serui ferreo. Item triumphantes,quod innuit Plin.lib.30. c.1. *Æqua fortuna triumphantis, & ſerui, coronam ſuſtinentis*, loquens de anulis. Apud veteres vltrà vnum anulum geſtare infame habitum viro. Gracchus in Meuium. *Conſiderate* (inquit) *Quirites ſiniſtram eius, en cuius auctoritatem ſequimini, qui propter mulierum cupiditatem, vt mulier, eſt ornatus.* Fœminæ non vſæ ſunt anulis, niſi quos virgini ſponſus miſerat, neque amplius, quam binis aureis,qui dicti pronubi, ferreos fuiſſe ſine gemmis ſua ætate Plinius ait *lib.*33. Anuli demum oppigneratio fuit indicium deploratæ egeſtatis. Iuuen.Sat.11.

Anuli de publico quibus dati.
Anulum aureum Liberi, ferreum Serui geſtabant.
Anulum argenteum Libertini geſtabant.
Viri vnum tantùm anulũ geſtabant.
Fœminæ quibus anulis vſæ, & quot.

Talibus à Dominis poſt cuncta nouiſſimus exit
Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.

Martialis epigr.57.lib.2.

Oppignerauit Claudij modo ad menſam
Vix octo nummis anulum, vnde cœnaret.

Anuli oppigneratio ſignum deploratæ egeſtatis.
Anulum detrahere quid.

Et ſe anulos detracturos dicebant; cùm omnia ſua profuſuros eſſe pollicebantur in alicuius fauorem.Suetonius in Iulio cap.33. *Nam cum in alloquendo, exhortandóque ſæpius digitum læuæ manus oſtentans,affirmaret, ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, anulum quoque æquo animo detracturum ſibi: extrema concio, quia faciliùs erat videre concionantem, quàm audire, pro dicto accepit, quod viſu ſuſpicabatur, promiſſúmque ius anulorum cum millibus quadringenis fama diſtulit.*

Anulorũ inſtitutio, & vſus.

Trojanis temporibus anulorum nullus vſus, cum Homerus codicillos miſſos dicat ſcriniis,colligatos nodis nõnullis. E Græcia ad Romanos anulorum vſus peruenit. Iis tantùm vſi, qui legati ad exteras gentes ituri erant, datis de publico, vulgóque ſic triumphabant,vt in publico tantùm aureis; intra domos verò ferreis vterentur. Sponſæ anulus ferreus,pronubus dictus,ſine gemmâ donabatur. Iudices, & Equites ferreos primùm anulos; deinde aureos geſtabant,

quibus

quibus à Senatoribus Equites diſcernebantur. Ælianus *lib.*10. *de anim.* narrat conſueuiſſe Ægyptios milites geſtare in anulis ſcarabæi effigiem, quaſi oporteret eſſe maſculos, qui pro patriâ pugnarent, quia omnes ſcarabæi mares naſcuntur. Ideò apud Polyb. Romani pollicentur Imperatoribus ſe fore viros, & viros bonos. Seneca epiſtola 37. *Promiſiſti virum bonum, Sacramento ligatus es.* Romani milites in anulis & clypeis Imperatorum effigies geſtabant, & nonnunquam candenti ferro in cute nomen eorum geſtabant inſcriptum.

Anulorum materia.

Macrobius *lib.*7. *Saturn. cap.*13. refert, Veteres non ornatus gratiâ; ſed ſiguandi causâ anulos circumtuliſſe. Vnde nec plures vno habere poterant, nec niſi liberi, & præter Tribunos (referente Appiano *lib.*3.) omnes anulo ferreo vſi, quo deinde promiſcuè vſi ſinguli aureo, luxu creſcente, alioqui enim trimodia anulorum Carthaginem Annibal in 2. Punici belli clade haud mittere potuiſſet. In luctu verò, funeſtiſque caſibus, aureo depoſito ferreum geſtabant.

Anuli ſignatorij. Anulorum digiti.

Anuli ſignatorij gemmâ erant ornati, in quâ inſculpta ſigna, vel hieroglyphica. Hos licet quacumque manu geſtarint, & quolibet digito, læuæ tamen addicti, quæ otioſior, ac digito minimo proximo: & licet cuilibet digito anulos deſtinaſſent, medium tamen, vt infamem excipiebant, tanquam *κατάπυγον*, *Cinædum*, anulus verò pronubus ferreus digito tantùm minimo proximo creditus.

Anulus peruius Flaminum.

Flamen Dialis apud Rom. anulo non niſi peruio, caſsóque vtebatur ex Gellio *lib.*10. *cap.*15.

Epicuri imago in anulis diſcipulorum.

Et Epicuri imagines in anulis habuere eius diſcipuli, fauſti id ominis, gratique animi argumentum rati. Romani Harpocratem, ſtatuáſque Ægyptiorum Numinum in digitis geſtabant, referente Plinio, Artemidoro *lib. Onirocr.* Eoque vſque elegantiæ, & mollitiei delicatiores Romæ peruenere, vt anulorum duo genera haberent æſtiuorum & hybernorum; illi leuiores, hi grauiores. Iuuen. Sat. 1.

Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum,
Nec ſufferre queat maioris pondera gemmæ.

Perinde ſcripſit Sat. 7.

Semeſtri vatum digitos circumligat auro.

Anuli enim æſtiui, & hyberni ſunt ſemeſtres.

HIERONYMO PALMÆ Iuriſconſulto.

DISSERTATIO XII.

Cura liberorum qualis. Ancillæ, & Serui peculiares qui. Plautus explicatus. Progymnaſtarum, & Pædagogorum nomina, cura, diſcrimen, tempus. Diogenes Pædagogus. Ætas idonea magiſtratibus petendis. Priſca diſciplina Puerorum ſub Pædagogis ex Plauto. Inſtitutio Puerorum varia apud Nationes varias. Ætates hominis ex Plauto, & Cenſorino: & cui earum vnaquæque Numini conſecrata.

Liberorum cura qualis.

OLIM liberi ita educati vt nunquam ſine cuſtode, ſeu Progymnaſtâ, ac Pædagogo, ſicuti nec puellæ ſine ancillis, quæ olim in lanificio vna eſſent, ſectarentur, & curarent. Dictæ hæ peculiares, quòd quaſi in peculio eſſent; ita Serui peculiares vocantur, quia in peculio Serui numerabantur; ſimiliter ac reliquæ rès eorum peculiares, vel vt diſtinguantur peculiares ſerui à publicis. Peculiares proprij cuiuſque, publici verò publicè conducti.

Serui peculiares puerorum. Ancillæ peculiares puellarum.

De his Seruis ita Plautus in Prologo Captiuorum. *Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem.* Hinc peculiares Serui in *l.*3. §. *Miles,* & c. *De ſius, & legit,* & *l.*21. *de pecul. leg.*

Locus Plauti explicatus. Progymnaſtæ & eorum munus.

Progymnaſtæ olim priuatim habebantur, quaſi præexercitatores, & qui docerent, & ducerent. Seneca epiſt. 83. *Progymnaſtas meos quæris? vnus mihi ſufficit Earinus puer, vt ſcis, amabilis, ſed mutabitur. Hic quidem ait, nos eandem criſim habere, quia vtrique dentes cadunt.*

Progymnaſtæ etiam virorum.

Ex quo colligo Progymnaſtas, & pueris, & viris deſtinatos, vt in curſu, gradu præirent, exercerent, ad gymnaſium ducerent, & deducerent.

Pædagogi puerorum tantum.

At Pædagogi (vt nomen ſonat) ſolùm erant puerorum doctores, & ductores, quod munus olim demandari ſolitum Seruis domeſticis. Plautus in Mercatore. *Seruum vnà mittit, qui olim a puero paruulo pædagogus mihi erat, quaſi vti mihi foret cuſtos.*

Diogenes pædagogus.

Notus eſt Diogenes, qui, cum in Cretâ venderetur, præconi dixit, vt clamaret, ſe vendere Seruum, qui ſciret imperare liberis, eaque lege hunc emit Xeniades, eique liberos ſuus credidit inſtruendos. Apud Terentium, *in Adelphis*, manumittitur Syrus, quod Æſchinum, & Creſiphontem à pueris curaſſet, docuiſſet, monuiſſet.

Plutarch. in Catone, *Vti capax eſſe cœpit, inſtituit eum ipſe in literis, licet ſcitum litteratorem haberet Chilonem nomine qui multos pueros erudiebat, nolebat autem filium, vt ipſe ait, à ſeruo malè audire, vel aures vellicare, ſi tardius diſceret.* Horum aures ſignatas refert Irenæus lib. 1. c. 24. *Alij verò ex ipſis ſignant cauteriantes ſuos diſcipulos in poſterioribus partibus extantis dextræ auris.* Ita victimæ ſigillo ſignatæ per ſphragiſtas. Plutar. de Iſide & Oſiri innuit, *Bouem qui immolandus eſt, ſigillo notabant Sacerdotes certi, qui ſphragiſtæ, id eſt, ſigillatores dicebantur, ſigilli autem ſculptura exprimebat, vt Caſtor perhibet, homo in genua deſidens, manibus poſt tergum reductis, iugulo enſe imminente.* Auditori Brachmarum neque loqui, nec ſcreare, aut expuere licitum. Strabo *lib.*11.

Rectè igitur adoleſcentes curæ Pedagogorum traditi, vt colligimus ex locis Plauti, Terentij iam citatis, & Cicerone ad Atticum *lib.* 12. his verbis, *Sed & Pædagogi probitas, & Medici aſſiduitas, & tota domus in omni genere diligens me rurſus id ſuſpicari vetat.* Petronius Satyr. *Subduxiſti te ab præceptoris colloquio.* Plautus in Bacch. *Act.* 1. *Sc.* 2. Lydus Seruus, & Pædagogus conqueritur cum Piſtoclero adoleſcente ſic: *Iam perdidiſti te, atque me, atque operam meam, qui tibi nequicquam ſæpè monſtraui benè.* Et paulò infrà. *Illuc ſis vide, non Pædagogum iam me, ſed Lydum vocat.* Et alia in eâdem Scenâ. Cuſtodes igitur Poëtis ſæpè dicti.

Cuſtodes Pędagogi dicti.

Horatius in Poëticâ.

Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto.

Idem.

An cuſtos, famuluſque Dei Silenus alumni.

Et in Satyris.

Dum cuſtodis eges, &c.

Pædagogi quamdiu.

Non ſolùm autem pueri ſub Pædagogis in pueritiâ; ſed adoleſcentes quoque ad eam vſque ætatem, quá petere magiſtratus per leges licebat. Idem Plautus in Bacch. Lyd. *Hoc quidem ego certe ſcio; nam olim Populi priùs honorem capiebat ſuffragio, quàm magiſtri deſinebat eſſe dicto obediens. At nunc priuſquam ſeptennis eſt, ſi attingas eum manu, extemplo puer Pædagogo tabulâ diſrumpit caput, &c.* O tempora, ô mores! Sed recentia, non priſca deploro, quorum ego ipſe oculatus teſtis.

Legitima ætas petendi magiſtratus.

Cuſtode remoto, Pædagogoque ablegato, virilis ætas ſuccedebat magiſtratibus idonea. Legitima verò ætas petendi magiſtratus, vt colligitur ex Auctoribus, erat annus vltrà vigeſimum.

Primo anno ſtipendij licet ſine Pędagogis eſſent iuuenes liberi, non tamen cuſtodibus, qua ex conſuetudine Virg. 5. Æneid. *Cuſtodem ad ſe ſe, comitemque impubis Iuli Epytidem vocat,* & Plaut. Moſtel. *Ad legionem cum itant adminiculum eis dantur aliquem cognatum ſuum;* Vnde virilis toga, toga libera dicta, quam induebant liberati à Pædagogis. Propert. *Nonaque libertas properata toga.* Ideo liberalia celebrabant.

Quænam fuerit olim antiqua diſciplina in liberis educandis ſub Pædagogis, corollarij vice nunc addo. Et fas mihi ſit locum integrum Plauti in eadem ſcena optimo cuique patrifamilias in medium proponere. Audi ſodes, ſi vacat.

Priſca diſciplina puerorum ſub Pædagogis ex Plauto.

Nego tibi hoc annis viginti feciſſe primis copia,
Digitum longè à Pædagogo pedem vt efferres ædibus.
Idque vbi obtigerat; hoc etiam ad malum accerſebatur malum,
Et diſcipulus, & magiſter perhibebantur improbi.
Ante Solem exorientem, niſi in palaſtram veneras,
Gymnaſij Præfecto haud mediocres pœnas penderes.
Ibi curſu, haſta, diſco, pugilatu, pila,
Saliendo ſe ſe exercebant magis, quàm ſcorto, aut ſuauiis.
Ibi ſuam ætatem extendebant, non in latebroſis locis:
Inde de hippodromo, & palaſtra, vbi reueniſſes domum,
Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres,
Tum librum legeres, ſi vnam peccares ſyllabam;
Fieret corium tuum tam maculoſum, quàm eſt nutricis pallium.

Apparet hinc liquidò, quæ vetus fuerit diſciplina Iuuentutis educandæ, in vitia maximè procliuis, & lubricæ: ideò Horatius in Poëticâ de Iuuene,

Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper.

De educatione, & diſciplina puerorum à Numa inſtituta videndus Plutarchus in eius vita, ſub finem.

Idem Plutarch. in Camillo hæc habet. *Faliſci autem quibus ſeptos vndique credebant ſe, freti munitionibus vſque adeò contemnebant obſidionem, eos enim obſidere Camillus in animo habebat, vt præter ſtationes in muris diſpoſitas, togati per vrbem reliqui obſeruarentur, liberique eorum circa ludos frequentes eſſent, & circa muros ambulationis exercitationiſque cauſa producerentur à magiſtro communi. Demandabant Græcorum more Faliſci liberos, vt eiſdem à prima ætate rudimentis contuberniique aſſueſcerent, &c.* Quare Græci quoque pueros ita inſtruebant, vt contubernales, & condiſcipuli eſſent pueri ſub eodem inſtitutore, & Pædagogo: & idem paulò inferius, *At Tuſculani errorem callidè aduertentes, cum eſſet iam in expeditione aduerſus ipſos Camillus, aratoribus agros, vt in alta pace compleuerant, patebant portæ, pueri in ludis litteris operam dabant, &c.* In vrbis cunabulis, Gabios mittebant pueros inſtruendos, Plutarch. in Rom. *At etiam Gabios delati pueri, litteras, aliaque didiciſſe dicuntur, vt ingenues decebat pueros:* loquens de Romulo, & Remo.

Contubernales in Ludis.

Græcę ſcholæ.

Gabiis docti Romani.

Potiſſima Puerorum inſtitutio circa victum verſatur, ideò eorum potus apud Perſas, ex Xenophonte áqua, quâ Spartanorum quoque pueri olim vſi. Cyri pædiam lege *lib.* 1. Spartanorum ſeueram diſciplinam puerorum habemus apud Plutarchum, & Ciceronem *Tuſculana* 5. Quare Lycurgi inſtituto pueri decimo quoque menſe Ephoris ſe oſtentabant, quo ab illis cęderentur, ſi pinguiores eſſent. Athenienſes pueri inſtituebantur litteris, palæſtra, & muſica, vt colligitur ex Xenophonte, ac Terent. in Eun. *Fac periculum in litteris, fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem.* Galli olim, ſi zonæ modum exceſſiſſent, mulctabantur. Apud Romanos obeſus eques equo publico priuatus. Indorum pueri apud Gymnoſophiſtas magiſtros referebant eo die, quæ bona egiſſent. Apud Romanos Principū liberi, & alij eiuſdem ætatis nobiles ſedentes in propinquorum conſpectu propria, & pariore menſa cibum capiebant. Claudius Imperator, ex Suetonio, adhibuit omni cœnæ liberos

Puerorum potus, & victus.

Spartanorum puerorum diſciplina.

Inſtitutio Athen.

Obeſorum puerorum pœna.

Principum liberi quomodo educati.

ros cum pueris, & puellis nobilibus, qui more veterum ad fulcra lectorum ſedentes veſcebantur. Deplorat ille ſui temporis, & nos noſtri vitia, quæ à parentibus in filios traducuntur. Iuuenalis Satyra 14.

Plurima ſunt, Fuſcine, & famâ digna ſiniſtrâ,
Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,
Quæ monſtrant ipſi pueris, tradúntque parentes,
Si damnoſa ſenem iuuat alea,ludit & heres
Bullatus, paruóque eadem mouet arma fritillo.
Nec de ſe meliùs cuiquam ſperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tubera terra,
Boletum condire, & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit, nebulone parente,
Et canâ monſtrante gulâ, cum ſeptimus annus
Tranſierit, puero nondum omni dente renato,
Barbatos licet admoneat mille inde magiſtros,
Hinc totidem, cupiet laute cœnare paratu
Semper, & à magnâ non degenerare culinâ.

Vide quantũ à priſca degenerabant diſciplina, vt non immeritò Horatius dixerit, *Ætas parentum peior auis, dabit progeniẽ nequiorem.* Seneca ep.4. *Omnium pædagogia velata facie vehuntur. Pædagogia* vocat pueros ſui temporis qui in delicijs habentur, quorũ facies, iter facientium ne ſol offuſcaret, velabatur: & dabit progeniem nequiorem, eſt io dies de fumo ad flammam vadimus; quiſque puer paternas canit cantiones. Mali corui vt dicitur malum ouum. Dum ætas, metus, magiſter prohibent, boni videntur. Exempla domeſtica, libertas viuendi, ſicariorum conſuetudo, cætera ſileo, proh ſcelus! nequiſſimos reddunt, quos bonæ frugis futuros mihi perſuadebam. Vix mihi tempero ad alia: nam theſauri noſtri, vt habet Lucianus in Xeuxide, & alibi carbones erant.

Perſarum mos in educãdis pueris.

Apud Perſas pueri optimè inſtituti, vt refert Herodotus in Clio. *Ante quinquennium filius in conſpectum patris non venit, ſed apud fœminas degit. Quod eâ gratiâ fit, vt ſi inter educationem decedat, nullam hæc prolis iactura patri afferat moleſtiam.* Alexander ab Alexandro ante ſeptennium, Strabo ante quadriennium pueros in conſpectum patris non veniſſe refert *lib.* 15.

Gallorum mos in educandis iiſdẽ.

Alium Gallorum morem affert Cæſar 6. Belli Gallici, *Vt reliquis* (inquit) *vita inſtitutis hoc ferè à reliquis differunt, quòd liberos ſuos, niſi cum adoleuerint, vt munus militia ſuſtinere poſſint, palam ad ſe venire non patiuntur, filiúmque puerili ætate in publico, in conſpectu patris aſſiſtere turpe ducunt, &c.*

Pueros Lacedemonij quomodo à temulentia arcerent.

Ilotæ qui.

Pueroru̇m nuda corpora apud quos, & cur.

Ante cibum quid à pueris factum.

Ad arcendos à temulẽtia pueros Lacedemonij, temulentiâ vſi fuere. Nam quoſdam, quos Ilotas vocabant, ebrios cum iuuenibus immiſcebant, vt ebrios tam malè ſe habentes cernendo (vt fit) abhorrerent ab ebrietate. Puerorum etiam nuda corpora apud Ephoros inſpecta, vt ſi vltra, quàm par eſt, pingueſcerent, parſimonia emendarentur. Ægyptiorum filij nullo veſcebantur cibo, niſi 180. ſtadia curſu confeciſſent.

Pueri ingenui pro ſeruis apud quos.

Puerorum cibus.

Ætates hominis ex Plauto, & cui dicatæ.

Pueris etiam ingenuis pro ſeruis vtebantur. Indi, Cretenſes, & alij, vt tot tranſactis malis libertatem verè cognoſcerent. Vide Tiraquellum ad Alex. ab Alex. *Genial. dierum lib.* 2. *cap.* 2. vbi naſturtio, pane, aqua, & ſale veſci ſolitos refert pueros, quorum ætas tenera informanda bonis inſtitutis, quæ ad ætatem virilem confirmanda.

Quia verò ab anno 10. vſque ad 18. ſub Venere credebatur metere adoleſcens, ideò Sacra ei faciebat, vt amore ſuo potiretur, & virgines ei icunculas conſecrabant, vnde Callidorus apud Pſeud. Act. 1. Sc. 1. ait, *Nihil hoc Iouis ad iudicium attinet: ſub Veneris regno vapulo, non ſub Iouis.* Innuere Comicus videtur, quod quidam philoſophantur de hominum ætate, quam Cenſorinus ſeptemplicem facit, cuíque ſeptennio deſtinatam, & cuique ſuum Planetam præeſſe. Primæ Lunam, in qua humiditas maxima. Secundæ Mercurium, ſydus inconſtans: Tertiæ Venerem, ob laſciuientem pruritum: Quartæ Solem, cum regnat vigor, decor, & dicitur iuuentutis æſtas, flos vitæ delibatus. Quintæ, Martem cum regnat calor, iracundia, & fortitudo: Sextæ Iouem ob prudentiam, vitámque ciuilem: Septimæ Saturnum ob ætatis ſterilitatem, & malignitatem. Alij aliter diſtinguunt, ego hac Spartâ contentus, ne ex longa longiorem faciam fabulam, de via, vt dicitur, in ſemitam regredior.

Eædem ex Cenſorino.

De educatione puerorum exterius.

Prima & præcipua puerorum educatio ſint domeſtica exempla virtutum.

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Vt parentes præluceant, magiſque filios doctos, quam diuites reddant. Quorſum (inquit Crates apud Plutarch.) tuitis homines, qui omne in comparandis pecuniis ſtudium facitis, filiorum verò, quibus ea relinquitis, nullam ſanè curam ſuſcipitis. Iuuen. *Hoſpite venturo, ceſſabit nemo tuorum,* & quæ ſequuntur: ſubdit.

Illud non agitas, vt ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum, vitioque carentem.

Optimè Quintilianus, Vtinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus: infantiàm ſtatim delicijs ſoluimus, mollis illa educatio neruos frangit. Quid non adultus concupiſcet, qui in purpuris repit? Ante, palatum eorum, quam mores inſtituimus. Præcipit Iuuen.

Nil dictu fœdum, viſuque hæc limina tangat,
Intra quæ puer eſt, procul hinc procul. &c.

Magiſtri quales.

Magiſtri quærendi liberis, ex Cyripædia, & Plutar. quorum inculpata ſit vita, peritiáq; nõ vulgaris, nam nemo docere poteſt, quod parum nouit. At qui minoris docet, pluris habetur; res nulla minoris conſtat patri quam filius. Quidam cum Ariſtippo agebat, vt filium ſuum ſuſciperet erudiendum: ſed cum Philoſophus pro mercede peteret quingentas drachmas, alter deterritus magnitudine pretij: Minoris, inquit, emerem mancipium. At hic, eme, inquit, & habebis duo Mancipia. Patres malunt vitio-

Parentum auaritia in didactris.

ſum nutrire, vt bene nummati, non morati, viuant filij: atque didactra quàm tenuiſſima, vix, ac ne vix quidem perſoluunt niſi coacti. Iuuen.

Rara tamen merces, quæ cognitione Tribuni
Non egeat. Sed vos ſæuas imponite leges
Vt præceptori verborum regula conſtet, &c.

Hinc illud ingrati animi vitium diſcipulorum in ſuos præceptores, mali enim corui, peſſimum ouum. Vnum ſi gratum reperias, ſat eſt

Rara auis in terris, nigroque ſimillima cycno.

Luſias Fluuius Æliano referente cum pellucidis manet liquoribus, piſces nigerrimos procreat; & à bona diſciplina, plerumque ſentina vitiorum. Litteras igitur, & natare diſcebant pueri non ſolùm Athenis, ſed & Romæ, hinc contumelioſè iactitatum prouerbialiter, *Neque natare, neque litteras nouit*: quod probat perſpicuè Adagiographus auctoritate Suetonij, Platonis, Ariſtidis.

IO. BAPTISTÆ VERTOVÆ Equiti Melitenſi.

DISSERTATIO XIII.

Horarum, & diei diuiſio. Horæ olim inæquales: æſtiuæ longiores, brumales breuiores. Vnde Horologium: quotuplex: à quibus inuentum: quando: vbi: & alia de Clepſydra. Tempus cœnæ obſeruatum paraſitis. Horologium excitatorium quale, & viatorium.

De horarum diei diuiſione.

DE HORIS ANTIQVIS, an cum noſtris conſentirent; ita Martialis lib.4. Epigr.8.

Prima ſalutantes, atque altera continet hora;
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quintam varios extendit Roma labores;
Sexta quies laxis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæſtris;
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima eſt Eupheme meorum;
Temperat ambroſias cùm tua cura dapes.
Et bonus æthereo laxatur nectare Cæſar,
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos, greſſu timet ire licenti
Ad matutinum noſtra Thalia Iouem.

Duodecim horæ diei, & totidem noctis quolibet olim tempore.

Loquimr de die Naturali, quem Romani inchoabant ſalutationibus; commeſſationibus claudebant. De horis Antiquorum à prima luce ad noctem vſque hoc Epigramma ἐξήγησιν habet, quæ tantùm duodecim, & todidem nocturnæ quolibet anni tempore; eáque inæquales; longiores diurnæ æſtiuæ; breuiores brumales. Sed in hoc mihi præcurrit, lampada ferens Cenſorinus ardentiſſimam, & ita diſſerens lib.10. *Dies partim Naturalis, partim Ciuilis. Naturalis dies, tempus ab oriente Sole ad Solis occaſum, cuius contrarium eſt tempus Nox, ab occaſu Solis ad ortum; Ciuilis autem dies vocatur tempus, quod fit vno Cæli circuitu, quo dies verus & nox continentur. Hic conſtat ex integro Solis ambitu, qui in viginti quatuor partes æquales diuiditur, dictus νυχθήμερος, quæ dicuntur æquinoctiales.*

Dies vel naturalis, vel artificialis.

Horæ æquinoctiales æquales.

Solis ſpatiū diurnum in quot partes diuiſum.

At quia totum Solis ſpatium ab ortu ad occaſum toto anni tempore in 12. erat diuiſum partes, dictas horas diei; hæ quia toto hoc tempore variæ, & modo maiores æſtatis, modo minores hyemis; hinc antiquis dictæ, temporales, naturales, & planetariæ; tùm, quòd ſecundum temporum varietatem, dierum nempe, & noctium ipſæ quoque variantur; tùm, quòd Natura magiſtra homines didicerunt, per tales horas diſtingui Planetarum dominia. Vnde illud in ſacroſancto Euangelio. *Nonne duodecim ſunt horæ diei?*

Horæ planetariæ, temporales, inæquales.

Illas quoque inæquales, *æquidiales*, ἰσημερινάς; has æquales καιρικάς, *temporales*, nuncuparunt. Id in cauſa, cur incertæ, modo breues, modo longæ, & horologia etiam incerta. Seneca mihi adſtipulatur. *Faciliùs inter Philoſophos, quam inter horologia conueniet.* Lex verò duodecim tabularum, ortus tantùm, & occaſus meminit. Poſt aliquot annos, meridies eſt adiectus, Accenſo Conſulum id pronunciante. Neceſſitate deinde vrgente quadripartitum fecêre diem, ſicuti caſtra quadripartitam noctem. Ideò in Hiſtoriis paſſim legitur de tempore nocturno, prima, ſecunda, tertia, & quarta vigilia. Quatuor vigiliæ noctis, in ſingulis terni vigiles erant, vt vnuſquiſque pro ſua hora excubaret, tres enim horas habet vna vigilia, Auſon. *Noctiſque per vmbram tergemini vigiles.*

Horologia olim incerta ob horas inæquales. Primæ horæ quænam.

Quadripartitæ horæ diurnæ, & nocturnæ.

Horarum ratio ex vmbra pendebat, quam Gnomonicen dixêre, quæ in horologio ſcioterico obſeruabantur, ideſt, vmbratili, quod erat concha hemicyclia, lineis debita proportione diſtincta, cui prælongus ex ære, aut ligno baculus; ſeu gnomon Soli appoſitus, ex quo vmbra in lineas incidens horas oſtendebat, vt hac noſtra tempeſtate. Lucianus Dial. Lexiphanes; *Nam vt gnomon medium iam horologium vmbra deſignat.* Hæc ſolaria dicta, quod ex Sole horæ cognoſcerentur. Quamuis Iſidorus propriè Solarium vocet locum Soli, & auris patentem in ſumma ædium parte. Solarium apud iuriſconſultos, vt docet Aleiatus, eſt vectigal, quod publico præſtatur ob ſoli publici occupationem, de quo meminit Vlpianus, *Si quis in Lapidicinis cædere voluerit, non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum ſolarium domino præſtet.* Solaria autem horologia eo libramento Antiqui habuère diſtincta, vt ſexta diei hora meridies deſignaretur, vt, cum lege naturæ radij ſolares, alij æſtiui ſint, & ſinguli dies æſtu pariter, frigore, & æquinoctio duodenis hiſce horis continerentur.

Horæ ex gnomone. Horologium Scioterıcum.

Solaria Horologia.

Solarium quid.

Hinc

Horæ diuerſæ hyeme, æſtate, aliiſque temporibus.

Hinc vmbrarum aliæ æquinoctiales, aliæ æſtiuæ, aliæ hybernæ. Hybernas, æſtiuas, & æquinoctiales horas horologia deſignabant. Huiuſmodi horologij picturam ob oculos tibi proponerem, niſi paſſim apud Scriptores de Gnomonica repetere facilè liceret.

Verùm, cum aliquoties ob nubes, Sol non cerneretur, & ita incertæ diei horæ eſſent, Scipio Naſica primus eas aqua diuiſit, Clepſydras ingenti neceſſitati remediū commentus & diem & noctem diuidens.

In horologijs ſolaribus vltra vndecimam horæ olim non notatæ. Salmaſ. 225.

Ægyptiorum horologiis, ſiue clepſydris inſculptum fuiſſe Cynocephalum è cuius natura guttatim aqua deflueret aſſerit Horus lib. 1. c. 16. quaſi vaſculū illud in modum tubi fiſtulatum in cynocephali formam artificioſè dolaretur. Sunt qui tradant, cynocephalum non modo meiere, ſed etiam latrare ſingulis horis; & horas dictas ab vrina ὖρ☉, enim vrina, hinc hora, vide L. Gyraldum, De anno, & menſibus.

Clepſydræ quis inuentor.

Primus Horologij inuentor.

Scioterieum horologium.

Primus Horologij inuentor Anaximenes Mileſius, Anaximandri diſcipulus, Lacedæmone oſtendit quod appellauit *Scioterieon* ex Plinio lib. 2. cap. 76. & lib. 7. cap. 60. cuius verba in medium producemus. *Princeps Romanis horologium ſtatuiſſe ante 12. annos, quàm cum Pyrrho bellatum eſt, ad ædem Quirini, Lucius Papirius Curſor, cum eam dedicaret à Patre ſuo votam, à Fabio Veſtali proditur.* Sed neque facti horologij rationem, vel Artificis nomen ſignificat; nec vnde tranſlatum ſit, & apud quem id ſcriptum inuenerit. Marcus Varro primum ſtatutum in publico ſecundum roſtra in columna, tradit bello Puncio primo à Marco Valerio Meſſalâ Conſule, Catinâ capta in Sicilia, deportatum inde poſt triginta annos, quàm de Papyriano horologio traditur, anno Vrbis 477. nec congruebant ad horas eius lineæ; paruerunt tamen ei annis vndecentum, donec Q. Martius Philippus, qui cum Lucio Paulo fuit Cenſor, diligentiùs ordinatum iuxta poſuit: id munus inter Cenſoria opera gratiſſimè eſt acceptum. Etiamnum tamen plerumq; incertæ fuerunt horæ vſque ad proximum luſtrum. Tunc Scipio Naſica Collega Lenati primus aqua diuiſit horas, æquè noctium, ac dierum, idque horologium ſub tecto dicauit, anno Vrbis DXCV. Tam diu Populo Romano indiſcreta lux fuit,

Clepſydra Romanorū.

Huiuſmodi horologia Clepſydræ appellantur (vt Græci nominis vis indicat) quòd aquam, qua horæ notabantur, incluſam, & occultam haberent. Vitruuius *lib. 9. cap. 9.* ſecundas mihi agit in fine. Hinc brumales horæ diurnæ breuiſſimæ ipſimet Vitruuio ibidem; *Rediensque circumactione ad Capricorni partem octauam, reſtituitur celeritate ſalientis* (aquæ) *ad brumales horarum breuitates.* Plautus etiam in Pſeudolo, hybernam horam pro anguſta poſuit. Longiſſimæ Solſtitiales eidem Vitruuio, vbi ſuprà, *tardius fluendo dilatat morando ſpatia. & efficit horas in Cancri ſigno Solſtitiales.* Legatur ibidem ille Auctor. Has vocat Martialis æſtiuas. *lib. 12. Epig. 1.*

Hybernæ horę breuiores æſtiuis.

Duodecima hora diei.

Quod verò hora duodecima eſſet vltima diei, clarè apparet ex omnibus Antiquitatibus. Id mihi adagium aliud planè indicat, *Hora duodecima ædificat*, quod de eo intelligitur, qui iam Senex, Acherontius, & Capularis multa molitur, tanquam diù victurus, & in prima hora vitæ ageret; quaſi vita noſtra duodecim horis, vt dies, conſtet. Sed de Clepſydra à me alibi.

Hora duodecima ædificare, Adag.

Has horas plerumque Pueri, ſeu Serui obſeruabant, vt colligit Athenæus lib. 9. ex Vlpiano. *Ego verò, qui non ſum mercenarius horarum nunciator, vt ille apud Timonem, qui horas ante cœnam obſeruat, de Hegemone dicam, quæ habeo comperta.* Quoniam verò horas non audiebāt, ſed eas ex vmbra in foro, aut alio patente loco cognoſcebant, illuc ſemper eundum, vt ſcirent *πόσα ἦν ἡ ἡμέρας*, *quæ ſpatia eſſent diei*, vt Attici loquuntur. Propterea in diuitum ædibus Seruorum propria ἦν & peculiaris cura horas obſeruare, & numerare. Quod colligo ex variis: Plinio lib. 7. *Cneus Babius Pamphylia Praturâ functus obiit, cum à puero quæſiſſet horas.* Martiale lib. 10. Epig. 62.

Serui horas recitabant.

Horas quinque puer nondum tibi nunciat,
& to,
Iam conuiua mihi, Caliciane, venis,

Iunenale.

——Clamore opus eſt, vt ſentiat auris,
Quem dicat veniſſe puer, quot nuncias horas.

Paraſitorum erat nunciare horas cœnæ. Horâ cœnæ nona.

Nunciabant igitur Serui, & Pueri horas; ſed potiſſimùm Paraſiti horam nonam deſtinatam cœnæ. Ideò dixit Martialis.

Imperas extructos frangere nona toros,

Et Cicero ad Pœtum. *Accubueram horâ nonâ*; quæ aliquando ſerior, aliquando tempeſtiuior pro tempore: verno, & autumnali, tertia ante noctem: æſtiuo plus, hyemali minus tertiâ. Sextâ vero hora ſemper meridiei addicta, quieti, aut prandio, de quo à me alibi. Reliquas horas Martialis ingenioſe deſcribit. Horis templa inſtituta docet Pauſanias.

Sexta hora ſemper meridies.

An verò tintinnabulo horas indicarent? Tempore ſequenti negare non auſim (vt alibi dixi) cum idem Martialis in ſuis Epig. cecinerit.

Redde pilam, ſonat æs Thermarum, ludere pergis?
Virgine vis ſola lotus abire domum.

Horologium excitatorium.

Habebant præterea horologium excitatorium, quo noſtrates vtuntur ad excitandos Iuuenes. Id quoque ex Luciani Dial de mercede conductis elicio. *Deinde mane ad tintinnabulum expergefactus, diſcuſſâ ab oculis dulciſſimâ parte ſomni, vna ſurſum ac deorſum circumcurſas*: Loquitur de aulicis incommodis. Erat præterea horologium portatorium, quod circumferebant, de quo Vitruu. *l. 9. cap. 9.* meminit appellátque *viatorium penſile.* Hodiè multiplicis formæ fiunt elegantiſſima geſtanturque paſſim. Verùm enim verò, *Hoc quoque, quàm volui, plus eſt, cane Muſa receptui.*

FOR

FORTVNIO LICETO Philoſopho Medico in Patauino Lycæo Phyſiologo ordinario.

DISSERTATIO XIV.

Paræmia, Aliud in titulo, aliud in pyxide, *enucleata. Cuique rei venali ſuus titulus affixus, Laurus inſperſa. Laurus custodiæ ſymbolum, data cum caricis Kal. Ian. Prædiis, Ædibus, Libris venalibus titulus ſuus, & pretium. Philoſophi non lecturi programma ſcholis affigebant. Valetudo rerum venalium explorata.*

Aliud in Titulo, aliud in Pyxide. Cuique rei venali titulus ſuus.

NON *aliud in titulo, aliud in pyxide.* Quæ parœmia (vt, dicis cauſa, obiter aliquid in medium proferam) priſcum refert morem, nec noſtri omnino diſſimilem. In tabernis ſiquidē quidquid venale proſtabat ſuo titulo erat inſcriptum. Seneca Epiſt. 43. *Non habemus iſta odorifera, nec emptorem decipimus, nihil inuenturum, ſi intrauerit præter illa, quæ in fronte ſuſpenſa ſunt.* Ouidius corollarium addit rei venali, laurum videlicet, Faſtorum V.

Laurus eidē adſperſa.

Vnde fit, hinc Laurus, lauro ſpargantur ab vda
Omnia, quæ dominos ſunt habitura nouos.

Laurus cuſtodiæ ſymbolum. Laureum baculum geſtare.

Laurus enim pro cuſtodiâ adhibita, & incolumitatis eſt ſymbolum ex priſco more. Vnde, laureum baculum geſtare ij dicti, qui inſidiis petiti euaſiſſent. Laurus etiam credita habere vim contra venena. Plin. *lib.* 15. demonſtrat laurum loſtrationibus adhiberi ſolitam. Videtur & contra fulmen vim habere, quandoquidem arborum vna fulmine non icitur: id adeo verum credidit Tib. Cæſar, vt nunquam non geſtaret capite coronam lauream, vt refert Sueton, in eius vita. In maleficiis amatoriis laurus virens in ignem coniici ſolebat, vt quæ maximos crepitus edat, tanquam amantium querimonias repræſentans.

Laurea corona.

Laurus in maleficiis amatorijs.

Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.

Vnde Prouerbium, *Clamoſior lauru.* Vide.

Item Ouidius in Transformationum libris.

Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis, mediamque tuebere quercum.

Lauru etiam ornata tentoria in gaudio perhibet Plutarch. in Æmilio, his verbis, *Ac cæteros ſerui occurrentes ad faces cum gaudio, & plauſu in tentoria luminibus fulgentia, ederaque exornata & lauro reduxerunt, &c.* Vnde iis, quæ perpetuo ſoſpitari conſeruarique volumus, laurum apponimus, quòd eius arboris folia fulmen non icit. Perſuaſum enim antiquis fuit, vbi laurus eſſet, neque à ſacro vllo morbo, neque à Dæmone infeſtari, neque à fulmine tangi: & ſalutaris ominis gratia, vt Pierius in ſuis Hieroglyphicis autumat, folia ipſius à populo Calendis Ianuarij magiſtratibus offerebantur vna cum caricis. Denuum lauri folia ſicca diu à vitio conſeruant, quibus immiſcentur; quod paſſim hac noſtra tempeſtate vſurpatum videmus in officinis.

Laurus ſalutaris. Laurus cum caricis Cal. Ianuarij.

Nec ſolæ merces in tabernis, ſed etiam prædia venalia propoſito, diuulgatoque libello, ſignificabantur. Quin & hoc idem in locandis ædibus ſeruatum, vt pendente de ædibus tabella proſcriberetur facienda locatio. Plautus Trin. *Ædes venales inſcribit litteris.* Terentius Heaut. *Inſcripſi illico ædes*: Epimetatica dicebantur inſcriptiones foribus impingi ſolitæ, quibus innoteſcebat, cuinam deſtinata foret domus, ſeu foret miles, ſeu hoſpes quoque. Metata enim partes ſunt domus militibus (vti aſſolet) in vrbe, vel alibi gratia hoſpitij aſſignatæ à menſoribus. Cæl. Rh. *lib.* 25. *cap.* 20. Et nos tabellam venditionis, aut locationis imponimus ædibus venalibus, aut locandis. In tabernis etiam librariorum tituli librorum poſtibus affixi. Martialis lib. 1. Epig. 118.

Prędis venalia, & ædes locandæ tabella ſignati.

Bibliopolæ libros venales in tabernis habebant inſcriptos.

Contra Cæſaris eſt forum taberna.
Scriptis poſtibus hinc, & inde totis.
Omnes vt cito perlegas Poëtas,
Illinc me pete, nec roges Atrectum.

Inſcriptiones ædium fiebant etiam in dedicationibus. Dionyſius lib 9. *Tunc ex S.C. Poſthumus eam dicauit, vt eius ædis inſcriptio teſtatur.* Cætera quoque proſcripta. Tertullianus de Anima cap. 13. *Ipſi poſtremò Philoſophi, ipſique Medici, quamuis de animo quoque diſputarent, faciem tamen operis, frontemque materiæ, De anima, vnuſquiſque proſcribit.* Hæc vocabatur πρόγραμμα. Ita, quando Doctores non erant lecturi, proſcriptionem præfigebant ſuo auditorio, quod Lucianus Libello *de Sectis* aſtruit.

Inſcriptiones in dedicationibus ædium.

Philoſophi non lecturi affigebant ſcholis.

Quia verò plerumque res venales morbo aliquo infectæ alias inficere poterant, vt hoc virium auerterent, priùs res venales explorabant, Gagate lapide incenſo. Id colligo ex Apuleio in Apologia 1. cum ait, *Incenſus Gagates lapis (vt apud priſcos lego) pulchrè & facilè hunc morbum exploret, cuius odore etiam in venalitiis, vulgo ſanitatem, aut morbum venalium experiuntur.* Sed ne bullatis (vt ait Perſius) mihi pagina turgeat, eam conſigno: vtique ex his tabernis, tanquam miles è caſtris ne turpiter cedam, relato gradu, ſaluis ſignis, ſalua militari dignitate, receptui cano. Tu verè laurea dignus Apollinari. Ita tuus cenſet Laurentius, & Laurus bona ſigna dedit.

Sanitas verū venalium explorata Gagate lapide.

FLAVIO QVÆRENGO Canonico Patauino, Ethices interpreti.

DISSERTATIO XV.

Auguratus quid, quotuplex, & quanti factus. In Conſulibus deſignandis antiquorum mos paſcendi pullos: item in aliis rebus grauibus. Romani à Conſulibus: Athenienſes à Prytanidibus annos numerabant; Lacedæmonij ab Ephoris. Quid Geruſia, Indictiones, Nomophylaces, Prytaneum, Prytanides, Gerontes, &c.

Auguratus olim in veneratione.

AVGVRATVS olim inſummâ veneratione. Hæc diſciplina in Etruſcis ſcholis recepta, qui ſoli olim huius artis peritiſſimi. Auguraculum, erat locus, vnde captabantur auguria.

Auguriorum duo erant genera, vt notat Turneb. *adu. l. 5. c. 7* quædã oblatiua, quædã impetratiua. Impetratiua petebantur à Diis, nec in impetrantis erat poteſtate ea accipere, vel non accipere, vel agnoſcere & non agnoſcere. Oblatiua, quæ vltrò nobis non petentibus oblata, in poteſtate noſtra erant agnoſcere, vel non agnoſcere, vnde erat illud dictum, Accipio omen, Virg. Æneid. 12.

Hoc erat hoc votis quod ſæpè petiui,
Accipio agnoſcoque Deos.

Id & in funeribus valebat, non inquam funeſtabatur, non polluebatur funere, qui funus non agnoſcebat. Liuius lib. 2. de Horatio, *Nihil aliud ad eum nuncium à propoſito auerſus, quàm vt cadauer efferri iuberet, tenens poſtem precationem peragit, & dedicat.*

Auguratus cum conſulatu connexus.

Auguratus cum aliis magiſtratibus plerumque connexus: & potiſſimum Conſulatu. Non ſolùm autem pullarij proprij erant, ſeu cuſtodes pullorum ad ſoliſtimum tripudium captandum, ſed etiam ipſi magiſtratus plerumque ſiue vrbani, ſiue militares.

Auguratus in vrbe.

De vrbanis fidem nobis aſtruit Saluianus eruditiſſimus iuxta, ac ſanctiſſimus author, qui ſuorum temporum conditionem ita deplurat lib. 6. de Gubernatione Dei. *Nunquid non in Conſulibus deſignandis & pullos adhuc gentilium ſacrilegorum more paſcunt, & volantis pennæ auguria quærunt?* Aurelius Prudentius in Romano Martyre.

Cum conſulatum initis, vt verno ſolent,
Pudet fateri, farre pullos paſcitis.

Auguratus in militiâ.

De militaribus eſt locus tritus Suetonij in Tib. cap. 2. *Apud Siciliam non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per contemptum religionis mari demerſis, vt biberent, quando eſſe nolunt, &c.*

Auguratus quadruplex poteſtas.

Aruſpicinæ, & auguratus quadruplicem poteſtatem tantùm delibo ad huius loci explicationem. Pendebãt primò fata à fibris, vt colligitur ex multis locis, tam poëtarum, quam hiſtoricorum; vnde dictæ fibræ habere mentes Deorum; exta ſpirantia conſuluntur. Deinde ſidera, & cœlum ipſum huic poteſtati obnoxium, æque ac Magorum, vnde dicta ſidera parere. Tertiò linguas volucrum adhibebant quæ augurator parebant, item pennæ: pleni libri auctoritatum huius ritus. Quartò fulmina ſubdita poteſtati augurum: fulmina enim, ex priſcâ diſciplina denunciare ſolita læta, aut triſtia mortalibus, vnde fulmina dicta præſaga, ſeu præſagire. Sed his ſuperſedeo, quæ eruditiſſimus Roſinus longiori ſubſellio tractauit, & pleno gradu accuratiſſimus antiquarius, nunquam antiquandus Thomas Dempſterus feliciſſime percurrit.

De auguriis quædam ſubnecto ex Seru. 5. Æn. dicente, *Auſpicari cuiuis etiam peregrè licet: Augurium agere niſi in patriis ædibus non licet.* Cum ex fulminibus auguria ſumerentur, hæc mens antiquos inuaſerat, vt ex ſeptentrionali parte ſignificantiura firmioraque cenſerentur ex eodem Seru. 2. *Æn.* Porrò Romanorum augurium ſimili firmandum, nam ſi diſſimilia ſint poſteriora, idem ait, ſoluuntur priora. Augurum lucernas apertas fuiſſe innuit Plut. Quæſt. Rom. cent. ait, *Cur eorum quos ante Auſpices, nunc vocant Augures, oportere putabant ſemper eſſe paratas Lucernas, neque operculum impoſitum?* Non omnes omnibus aues auguria exhibebant, nam columbæ ſolis regibus dabant, ex eodem Seru. 1. Æn. Et minora licet priora maioribus cedebant. Idem Seru. ad Eclog. 9. & ad. 3. Æn. ait Iugetis augurium quod ex iunctis iumentis fit. Obſeruatur enim, ne prodituro Magiſtratui diſiũctis bobus plauſtrum obuiam veniat. Augures demum, ſi poſt acceptum augurium ad aquas veniſſent, inclinabant ſe aquaſque bibebant. Idẽ Seru. ad 9. Æn. Vide Nouar. Sched. l. 9. c. 15.

Græci Olympiadibus tẽpora notabant.

Alteram ineo palæſtam indictam de annorum ratione; an diuerſa à noſtra eſſet, hæc habeo notata. Græci Olympiade tempora diſtinxerunt, quæ erat quinquennij reuolutio, dictum luſtrum à Romanis: Indictiones ſucceſſerunt Olympiadibus, victo Maxentio A Conſtantino Imperatore Anno Chriſti 313. ex Nicæni Concilij autoritate, quod tunc Chriſtiana libertas primo vindicata ſit.

Indictiones quando inſtitutæ.

Alij aliter: nempe ante Chriſtum natum trienoio, conſtaréque dixerunt Indictiones tribus luſtris, quorum primo prouinciæ pendebant aurum pecuniæ: altero æs ſtatuis: tertio ferrum armis conflandis, quibus peractis cum ſummo Pop. Rom. applauſu, quindecennio videlicet, alia Indictio incipiebat. Hanc & nos adhuc in ſacris, & publicis tabulis vſurpamus,

mus. Tu cenſe. De indictionibus vide eruditiſſimum Gyraldum, de annis, & menſibus, nuper in meas manus peruolutum, & alios. Indictio diuiſa in quinos annos; primis quinque in Aſiâ cenſus agebatur, ſequentibus in Africâ, vltimis in Europâ, ſicque ſingulis 15. annis cenſuales libri reformabantur. Æra verò erat ſingulorum annorum instituta ab Auguſto, Alciat. Parerg. *lib.*8. *cap.*1. Ego Pedarius.

Romani conſules.

Romani annum numerabant à Conſulibus, Athenienſes à Prytanidibus. Nam præter Areopagitas, qui magiſtratus erat perpetuus,

Prytanides Athenienſiũ

erant etiam Prytanides, οἱ πεντήκοντα, nempe quinquaginta viri, ſingulis menſibus vices commutantes, qui ſuo munere fungentes vocabantur οἱ πρυτανεῖς, ita dicti, vel à frequentiori curâ recondendi, ſeruandique frumenti in publicam neceſſitatem vel pecunias publicas: vel à πρυτανεύω, verbo Græco, quod eſt magiſtratum exerceo.

Prytanes vnde dicti.

Quare ab illis faſti dies, bellorum tempora, fœdera, legationes, edicta promulgata, & à quibus ratio temporis habita, vti apud Romanos à Conſulibus. Pauſanias in Laconicis hæc habet. *Ephori grauioribus præſunt negotiis, atque ex eis quidem vnum edunt, de cuius nomine, qui eis primus præſidet, annos ſuos diſtinguunt. In foro, curia, quo ſeniorum ordo ille conuenit, quam ipſi Geruſiam vocant, Ephororum, deinde Nomophylacum, legum his tutela commiſſa eſt, & eorum, qui Bidiai appellantur Baſilica. Ac Geruſia quidem ipſi patres ſunt, quibus Reip. ſumma eſt mandata.*

Nomophylaces legum caſtodes. Geruſia quid.

Prytaneum quid, vnde dictum.

Prytaneum, Græcè πρυτανεῖον, locus Athenis, io quo iudices, & magiſtratus verſabantur, conſulebántque. Eo in loco quoque alebantur publice benè meriti de Rep. qui honos habebatur maximus, vt ex Cicerone colligitur de Orat. *Vt ei* (inquit) *victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur.*

In Prytaneo qui alti.

Sic dictum, quaſi, πυροῦ ταμεῖον, id eſt tritici promptuarium, vel horreum publicum.

Prytanes quinam.

Vnde πρυτανεῖς appellati ſunt L. Viri, qui quotannis primo quoque menſe populum conuocabant περὶ ἐπιχειροτονίας, id eſt, ad legum diſquiſitionem. Vbi libera cuique in leges, vel pro legibus dicendi poteſtas; ſi quis tamen cuiuſquam legis abrogandæ mentionem feciſſet, nouam eius loco legem cogebatur vel ſtatim, & illo ipſo tempore ponere, vel aliquanto poſt, quod niſi dicta die præſtitiſſet, fraudem capitalem ſubibat.

Gerontes qui.

Geruſia, quos Senatum vocamus, ab ætate dicta, γέροντες enim ſenes ſunt: & quod Romæ Senatus, hoc fuit γερουσία Spartæ, ſeu Lacedæmone. Hic honos præmium ampliſſimum habitus vitæ integerrimæ; ſumma enim penes hunc Senatum Lacedæmone erat poteſtas, adeò vt, quiſquis in Geruſiam legeretur, ſtatim cum ſui ordinis ſocij dominus efficeretur ſuæ ciuitatis.

Geruſia ſenaculum.

Geruſia aliquando pro loco ſumitur Senaculi. Suida teſte, annos Athenienſium numeratos lego ab Archonte vno qui per excellentiam Archon dicebatur.

Ab Archonte anni numerati.

Archontes enim Athenis 9. quorum ſex Theſmothetæ, ſeu legiſlatores, vnus Rex, vnus Polemarchus, alius antonomaſticè Archon, qui & Hegemoo, & Prytanis vocatus. Adhuc pergo. Timolcon Corinthius, cum Syracuſas à Dionyſij tyrannide liberaſſet, instituit magiſtratum honeſtiſſimum annuum, quem Syracuſani Iouis Olympij famulatum appellabant, electuſque eſt primus Callimenes famulus Olympij Iouis, & ita deinceps honor per manus traditus eſt, annique à magiſtratu eiuſmodi adnotati fuere, vſque ad tempora, quæ mutationis Reip. initium fecêre ſub Romanis, tunc enim magiſtratus iſte, qui annos plures 300. durauerat, abolitus eſt, ex Diodoro *lib.* 16.

Anni numerati Syracuſis à Callimene.

Commodum hic occurrit Dionyſius Halicar. lib. 1. Antiq. *Albani Romuli, Remique ductu, Romam condidere: initio primi anni ſeptimæ Olympiadis, qua Daides Meſſenius in ſtadio vicit, Archonte Athenis Charope, decennalis imperij anno primo*, ita in cæteris Olympiadibus recenſendis. Cicero de Fato: *Moritur Epicurus, cum duos, & ſeptuaginta annos vixerit, Archonte Pytharato.*

Ab Archontibus Athenis, vt Romæ à Coſſ. anni numerati.

Qui ergo ex Arcontibus præerat Prytanis dictus, & Hegemon, quemadmodum Romæ Prætor Iudicibus. A Conſulibus Romanis annos, à Prytanidibus, ſeu Archontibus Athenienſes, ab Ephoris Lacedæmonij nominabant. Olympiadibus tamen vſam vniuerſam Græciam, veto videtur ſimile.

Prytanis præerat iudicibus.

Lacedæmonij ab Ephoris annos auſpicabantur.

BENEDICTO SYLVATICO, in Academia Patauina Medicinæ Ordinariæ Practicæ Prælectori.

DISSERTATIO XVI.

Venam tentare quid? Vena ægritudinis index in brachio, pulſus dictus, & cur. Digitos à medicis tactos putauit quiſpiam, ſed exploditur. Enodatus Ennodij locus.

VENA ægritudinis indicium certiſſimum, ægrotis olim & tacta, & explorata, eáque in brachio. Rationes huius ritus ex Rhodigino *lib.* 3. *cap.* 15. pete, & ex aliis de arte Medicinâ conſcribentibus.

Vena valetudinis indicium.

Quidam noo infimæ ſortis Scriptor, cuius nomen ſilentij nube inuoluo, & ſurdâ aure prætereo, putauit etiam ex digitis olim medicos ægrotantis ſtatum coniecíſſe, deceptus auctoritate Ennodij Epiſcopi elegantiſſimi, qui lib. 1. Ep. 12. ſic habet: *Peritorum mos eſt medicorum de ſucceſſu hominus digitos interrogare.* Ergo, (inquit) ex digitis coniiciebant, quem ſucceſſum morbus eſſet habiturus. Apage hæc commenta, fruſtra eſt, qui ita cenſet. Mihi nullius auctoritas imponet. In hæc deliramenta, & nugamenta non ſe coniecíſſet, ſi Ennodij locum integrum expen

Digitus pro vena. Locus Ennodij enodatus.

expendiſſet. Quem ſummis tantùm digitis attingens, cenſeo hunc habere ſenſum. Mos medicorum eſt, digitos ſuos, quibus tangunt ægroti brachium, interrogare de morbi ſucceſſu, nam digitis pulſum tangunt, ita Horatius in arte Poëtica.

Legitimumq; ſonũ digitis callemus, & aure.

Habeo (inde abeo) integrum locum, quo meam firmem ſententiam. *Peritorum mos eſt medicorum in venis deprehendere vires corporum, & de ſucceſſu hominis digitos interrogare* (interpretor) ſuos non malè habentis. De venâ hac vide Agellium *lib.*18. *cap.*10.

Tendãdi venam mos antiquiſſimus.

Quod venam manus brachio conterminam tentarent medici, Seneca Philoſophus oſtendit 6. *de Beneficiis*, *cap.*16. his verbis, *Itaque medico, qui nihil amplius, quam manum tangit, &c.* Et 2. de Tranquillitate, *Suſpicionibus inquietantur, medicíſque iam ſani manum porrigunt.* Suetonius in Tiberio cap.72. *Nam Chariclem medicum, quòd commeatu abſuturus è conuinio egrediens manum ſibi oſculandi gratia apprehendiſſet, exiſtimans tentatas ab eo venas, remanere, ac recumbere hortatus eſt.*

Vena pro arteria.

Videtur huc reſpexiſſe Perſius, cum inquit, Satyr.2.

Tange miſer venas, & pone in pectore dextram.

Et Seneca aliàs laudatus. *Non poteſt medicus per epiſtolas cibi, aut balnei tempus eligere; vena tangenda eſt.* Quibus ex locis pro arteriâ vſurpatam colligo. Sed quis apertiùs hoc innuat Ouidio in Epiſtolâ Cydippes?

Me miſeram, quod non medicorum iuſſa miniſtro,
Aſtringóque manus, inſideóque toro.

Et paulò infrà,

Dumq; ſuo tentat ſalientem pollice dextram,
Candida per cauſam brachia ſæpè tenet.

Ouidius de Ponto lib.1. eleg.11.

Et peragit ſoliti vena tenoris iter.

Venæ pulſatiles.

Hæ dictæ à medicis pulſatiles venæ. Plinius lib.10.c.73. *Arteriarumque pulſus in cacumine maxime membrorum euidens, inde ſeparari ferè morbum in modulos certos, legéſque metricas per ætates ſtabilis, aut citatus, aut tardus.* Hunc vocant motum arteriarum ex ſpiritus reciprocatione, & ex ſyſtole, diaſtoléque cordis proficiſcentem.

Vena pro pulſu.

Vena igitur κατ' ἐξοχήν ſemper his locis ſumitur pro pulſu.

FELICI OSIO S.T.D. Et in Patauino Gymnaſio Humaniorum Literarum primario Profeſſori.

DISSERTATIO XVII.

Naues aſcendentium ritus antiquus. Sidera cur adorata? Quæ? Quomodo? Vectorum formula. Terra oſculata ab exeuntibus è naui, & in eandem ingredientibus. Portunus Deus.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

EX hoc loco Petroniano, *Adoratis ſideribus nauigium intro*, ritum eruo non omnibus protritum, olim ab nauim intrantibus. Illis enim ſummum in mare imperium, quo nil inſidius, nil periculoſius, quòd Siderum, vel orientium, vel occidentium vi concitati, aut pacari experientiâ compertum habemus. Hinc Maroni Athenas nauiganturo Horatius ita precatur.

Sidera adorata ab intrantibus nauim.

Sic te Diua potens Cypri;
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,
Ventorumque regat pater, &c.

Namque, vt optimè canit Propertius,

Veneris aſtrũ adoratum à nautis.

Dea orta mari mare præſtat eunti,

Et vt alibi,

Quæque eſt orta mari, ius habet omne maris.

Virgilius 11.

—— Et ſanctum ſidus adorat.

Venus quoque dicta Pontifica à Pauſania *lib.*11. Non ſolum autem Veneris aſtrum adoratum, ſed & Caſtoris & Pollucis fratrum, vt canit Horatius; de quibus quid non cecinere Poëtæ? non commenti Scriptores? Eſſe nempe Numina illa maris, quæ ſola nauigaturi votis fatigant ſummis, inter cœleſtia ſidera relata, & à fatuis illis Ethnicis tam piè adorata. Iſis tempeſtatibus, ac nauigationibus præpoſita; Steuuech. *ad Vegetij lib.*5. Lucianus.

Caſtor, & Pollux adorati à nautis.

Præter hæc Numina, prodigioſi etiam Cometæ adorati, vt habet Philoſtratus τιμῶσι δὲ οἱ σοφοὶ καὶ τοὺς ἀστέρων τοὺς κομήτας, *venerantur ſapientes ex aſtris Cometas*, in quibus præſagia ſunt futurorum. De Veneris aſtro Aſtrologi conſulendi: de Caſtoris, & Pollucis, & de Cometis Meteorologici. Hinc lepidiſſimus Catullus ſuam Phaſelum à nauigatione peractâ, illis dedicat. Subſcribit Euſtathius καὶ δὴ αἰεὶ τὸν λιμένα ἱδρυμένοι, &c. *Et ſanè circa portum conſtituti, & totas manus ad ipſum extendentes clarum cælum, dicentes*, &c. Hinc in toto maritimo curſu illa naucleorum intenta, & continua ſiderum inſpectio, vt rectum, ac tutum curſum, dum rectum rationis clauum, teneant. At nos verâ Chriſti religione imbuti, in ſtellarum Auctorem, & maris Stellam MARIAM, θεοτόκον, *Deiparam*, noſtris precibus ſupplices tendimus manus, ne tempeſtatis fluctibus agitati decumanâ obruamur vndâ.

Cometæ adorati.

At precationis formulam ante nauis ingreſſum vſurpatam à nautis inuitantibus vectores, aut ſcandentes excipientibus, hanc lego, ἔμβαινε τύχῃ ἀγαθῇ, *Conſcende, quod bene vertat.* Et prius quàm nauim conſcenderent, littora tangebant, terrámque oſculabantur. Valerius lib.4. Argon.

Formulá vſurpata ante nauis ingreſſum.

Littora oſculata à nauigaturis.

Vltima tum patriæ cedens dedit oſcula ripæ.

Exeuntes quoque è naui gratulabundi, & venerabundi terram tangebant oſculantes, vt colligitur ex illo loco Virgil. 10. Æneid.

Terram tangentes nautę oſculabãtur.

Arrepta tellure ſemel.

Portunus Deus.

Et ex Pindari Ode 4. Pyth. *Accepit glebam admirandam, &c.* quæ legantur. Portunus Deus marinus, vt Seruius ait, qui portubus præeſt,ſic dictus a portando. Arnob.l.3. *Per maria*, ait, *tutiſſimum præſtat commeantibus nauigationem*, ſed cur inſanum mare tam frequentes expoſuit crudeliũ naufragiorum ruinas? Apuleius quoque huius meminit. Huic Portunalia feriæ inſtitutæ, cum eius Ædes in portu Tiberino facta, vt ait Varro. Apollini Iaſon, cum Argo nauem eſſet conſcenſurus, rem ſacram fecit, vt pluribus in primo docet. Hinc dictus Apollo ἐμβάσιος. Eidem quoque cum è naui exirent, ſacrificabant, quâ ex re ἐκβάσιος, hoc eſt, egrediens, eſt nuncupatus,vt idem aſſerit.

LVDOVICO SEPTALÆ Philoſopho Medico Mediolanenſi.

DISSERTATIO XVIII.

Intra pudicitiæ maledictum quid apud Senecam. Iuliæ filiæ Augusti impudicitia. Impudica intra infamiam, Notæ eximere; Noxæ dedere. Iuuenali lux. Qui duo, qui tria nomina haberent. Tria Kappa peſſima. Trium litterarum homo.

Senecæ locus explicatus.

GRIPHVS hic. Seneca de Beneſ.6.c.32. *Diuus*(ait) *Auguſtus filiam intra pudicitia maledictum impudicam relegauit, & flagitia principalis domus in publicum emiſit*, &c. En ego in publicam viam deſcendo, & Lipſium meum doctiſſimum ad hunc locum ita dicentem deprehendo, *Non capio, alius viderit.* Nunquid ego homuncio capiam? ego talpa, illo præ lynceo videbo? Quidam libri, *vltra*; atque omnino ego legam, *vltrà*, id eſt,adeo impudicam, vt hoc maledictum commune flagitia eius excederent. Plus erat,quàm impudica.

Iuliæ filiæ Auguſti impudicitia.

Non ſolùm igitur ex Lipſio erat impudica;ſed res erat in propatulo, quod maximè infame.Verùm,vt *(intrà)* legamus, faciunt, quæ ſequuntur, dum ait, *In publicum emiſit, & parum potens ira publicauerat.* Quare hunc ſenſum facerent verba: Relegauit quidem filiam; ſed non eâ mente, vt impudicitiæ notam inureret relegatione,& infamiâ.

Intra famam quid.

Intra famam (inquit Quintilianus lib.11.c.3.) *Hortenſij ſcripta ſunt.* Scilicet citra opinionem. *Intra legem epulari*, apud Ciceronem ad Pætum *lib.9.* eſt,minus conſumere,quàm lex præſcripſerit. Patria igitur pietas Auguſti voluit, filiam ſuam,quadrantariam licet Clytemneſtram,vulgò proſtitutam,ablegatam;& relegatam, ne ampliùs in vrbe celebri,quaſi in choro pilâ (vt ait Ennius) ludens datatim daret ſe, & communem faceret; intrà tamen,& citra pudicitiæ maledictum: non ſtigmatiam inuſſit; ſed exilio mulctauit.

Notæ eximere. Noxæ dedere quid.

Notæ quidem(vt dicunt Iuriſperiti) exemptam, etſi noxæ deditam. Noxa enim caput ſequitur, ita infamia exilium ſequuta.

Sed hoc ouum vrinum, ſiue hypenemium;tuum verò decumanum, prolificum, etſi ouum ouo ſimillimum. Ideò à te opperior. Vel aliter dicam,non aliud. Erat impudica adeò, vt pudicitiæ ipſi malediceret, quod nec proſtitutæ fœminæ, vel triobolaria ſcorta efficiunt. Scimus enim filiam interrogatam, cur brutorum animalium fœminæ ſe tantùm vere iniri paterentur, reſpondiſſe, quoniam rationis expertes erant; ſed & ſollicitaſſe amaſios,& vltrò concubitum ab iis efflagitaſſe in confeſſo eſt. Non hæc aurum obrizum, quia in meâ officinâ excoctum,nec probatum Lydio lapide.

In alterâ me ſiſto palæſtrâ, vt Griphum alterum ſoluam,méque hac plaga reſoluam. Iuuenalis Sat.3.

Iuuenalis locus explicatus.

Ducêris plantâ, velut ictus ab Hercule
Cacus,
Et ponêre foris, ſiquid temaueris vnquam
Hiſcere,tanquam habeas tria nomina,quando propinat.

Quid ſit habere tria nomina.

Tria nomina dicunt interpretes, nomen, agnomen, cognomen, quòd erat ſolùm nobilium tribus nominibus inſigniri, vt *C. Iulius Caſar.* Pauſanias in Achaicis. *Non enim Romani Græcorum ritu vnico à patribus accepto nomine appellantur, ſed tria ferè ſingulis, nec pauciora,plura etenim imponuntur nomina.*

Patricij duplici nomine vocari aliquando.

Ex Dionyſio Halicarnaſſeo lib.1.de duplici nomine Patriciorum lego hæc,vbi loci loquitur de Romuli inſtitutis. *Atque ad huius rei fidem faciendam tali argumento vtuntur, quòd Patriciorum vnumquemque, quoties Regibus eos conuocare viſum fuiſſet, Præcones de ſuo, ac patris nomine appellarent.*

Plebeij quot. Quomodo vocati in cõcionem Patricij, quomodo Plebeij.

Plebeios verò miniſtri quidam, iique frequentes cornibus bubulis concinentes ad concionem conuocarent; ſed neque illa per præconem euocatio, nobilitatis Patriciorum eſt argumentum, neque etiam buccina vox ignobilitatis Plebeiorum eſt indicium, ſed illud quidem honoris, hoc verò celeritatis eſt. Terræ filij, dicti, oothi, ignobiles, quorum genus ignorabatur, ex Empedoclis ſententia aliorúmque Philoſophorum putantium natos homines primos è terrâ, & quotieſcunque deerant parentes redibatur in generalitatem. Sic peregrinos, quorum ignota origo, dicebant Neptuni filios ex Thaletis ſententiâ, qui & homines, & omnia alia ex aqua procreata cenſebat. Caſaubon. *ad Perſij Satyr.*6. De tribus nominibus Romanorum, vide Plutarchum in principio vitæ C. Marij.

Cognomina duo fœminarum.

Fœminarum duo erant cognomina, vt notat Robertellus, præter nomen; quod erat familiæ gentilitium. Alterum, quo eas diſcernere poſſent à ſororibus, vt Maior, Minor,

ſi

Si duæ tantùm, ſi plures prima, ſecunda, tertia. Alterum verò, ſi gentilirium nomen erat, cognomine diſtinctum, Romani aliquem ſalutaturi honorificè vt liberum, aut ingenuum prænomine ſalutabant *Quinte*, puta, aut *Publi*; nam ſalutari cognomine, familiare erat, vt apud Cic. *Cæſar Pulchre*: vnde Polybius ſemper ſuperiorem Africanum Publium appellat honoris gratia, quaſi dignitas ingenuorum poſita ſit in prænomine, quo ſerui carebant, vt à me alibi dictum, & a Turnebo *lib.2. cap.19*.

Prænomine aut cognomine ſalutare.

Manumiſſi tria nomina habebant.

Tria nomina inquit Politianus verè politus, *Miſcell. cap.31.* habet, qui è ſeruitio manumittitur; hoc ſenſu, vt conuiuator, ne liberum quidem putet, neve pro libero fari conuiuam æquum cenſeat. Quid ſi dicerem in malam ſumi partem tria illa nomina? nempe Corneliorum, à quibus fortaſsè illud prouerbium non diſſentit, τρία κάππα κάκιστα, *Tria Kappa peſſima*; tres enim è Corneliorum familiâ peſſimos referunt hiſtoriæ, Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, Cornelium Lentulum, de quibus creditum in libris Sybillinis mentionem factam; etſi Græci hanc parœmiam referant ad Cappadoces, Cretenſes, & Cilices; vel ex Suidâ, Græci hominem malum ſignantes vnum K. cum peiorem duo KK. cum peſſimam tria KKK. notabant. Omitto interpretationem dicentium, tria nomina, id eſt, tres litteras, quaſi *fur* eſſet. Si meam rogitas ſententiam, in eam tribum pedibus eo, quæ litteram C. retulit in ciſtam, & infamiæ notam conuiuæ inuſſit, malè audienti, vt illi Cornelij tres. His exaratis Famiani Stradæ proluſio Plautina à me viſa fortè, & per fidem iiſdem planè verbis explicatur ſententia. Boni conſule. Dicto parui.

Tria Cappa peſſima.

HIERON. RVSCHIO S.T.D. & Vicario Generali Epiſcopi Lucenſis.

DISSERTATIO XIX.

Ætatis virilis ſignum apud Romanos. Quo die, loco, ac ritu ſumpta ab iiſdem virilis toga. Lacedæmoniorum mos. Syſſitia. Accubitus ad Phiditia: ad Andria. Sub pallio manus continebant Græci: ſub togâ Romani primis annis tyrocinij fori. Palliare. Iuuenes in foro non ante 30. annum. Seniorum mores laudati. Coram Regibus Perſarum manus tunicis tegebantur.

Quo die, loco, ac ritu ſumpta virilis toga.

DE ætate virili Romanorum hæc habeo notata; aſt paucis de meo more. Depoſita prætextâ iuuenes Romani togam virilem ſtatim ſumebant, annum agentes 17. Liberalium die. Vt puerorum prætexta purpurâ erat circumdata, ſic tyronum veſtis pura, candida, ſine vlla purpura: tyrones autem eos dico qui togam virilem ſumebant, qui & eodem die in forum deducebantur, qui dies tyrocinium dicebatur: hæc toga dicta *libera*, quod pueri liberi à cuſtodia pædagogorum liberalia peragebant 16. Kal. April. Ouid. 3. Faſt.

Reſtat vt inueniam quare toga libera detur,
Luce geri pueris, candide Bacche, tuâ.
Siue quod ipſe puer ſemper iuueniſq; videris,
Et media eſt ætas inter vtramque tibi.
Seu quia tu pater es, patres tua pignora natos
Commendant curæ numinibúſque tuis.
Siue quod es liber, veſtis quoq; libera per te
Sumitur, & vitæ liberioris iter

Et paulùm infrà.

Ergo, vt tyronum celebrare frequentia poſſet,
Viſa dies danda non aliena togæ.

Suúmque nomen in faſtis publicis profitebantur, ita, quaſi viri à virtute facti, ad militiæ munia, & ciuitatis dignitates aditum ſibi patefaciebant. Romani hunc morem, (vt puto) mutuati à Lacedæmoniis, apud quos lege cautum, ne quis honorum eſſet particeps, qui non & ſodalitatum, quæ conuiuiis publicis fiebant, quæ dicta Syſſitia, à verbo συσσιτέω, id eſt, *contubernio, & conuinio ſimul vtor.* Vocabantur etiam *Phiditia*, φειδίτια, ſiue quod φιλίας, hoc eſt *amicitiæ* causâ eſſent inſtituta, ſiue (vt puto) à verbo, φείδω, hoc eſt, *parco, abſtineo*, quòd illorum maximè proprium abſtinere, & ſuſtinere: parſimonia enim magnum vectigal. Huic mos non abſimilis apud Cretenſes, quorum fuere ἀνδρεῖα, quaſi *viriliá, & virorum conuiuia*. Nullus enim ibi admiſſus, qui non in virum euaſiſſet, & capax factus magiſtratuum, vti notat pluribus in Politicis Ariſtoteles, & alij. Quemadmodum igitur, needum ad epulas publicas admiſſus, is nec vir nuncupatus, nec idoneus Reipublicæ adminiſtrandæ, tam apud Lacedæmones, quàm apud Cretenſes; ita nullus Romanorum, niſi virili togâ ſumptâ.

Syſſitia.

Phiditia.

Andria Cretenſium.

Sumptâ verò hac togâ virili, forenſia ſtipendia auſpicabantur, & foro nomen dabant; ſed primo anno modeſtiæ ergo, quæ omnium Virtutum cuſtos, & ornamentum, brachium togâ cohibebant, nec liberum dimittebant. Seneca pater lib.6. Declam. Controuerſ.6. *Apud patres noſtros, qui forenſia ſtipendia auſpicabantur, nefas putabatur, brachium extra togam exerere.* Et M. Tullius in Cæcilianâ, *Nobis quidem olim annus erat vnus, ad cohibendum brachium togâ inſtitutus, & vt exercitatione, ludóque campeſtri tunicati vteremur.* Tertullianus libro de Pallio: *Cato iuridicina ſua tempore humerum exertus*, id eſt, *humerum veſte liberans.* Erat enim Oratorum hic habitus. Ammianus lib.26. *Eoque, vt expeditius loqueretur, brachio exertante.* Sedulius lib.1.

Toga virilis cur ſumpta, Primo anno fori brachiũ togâ côtentum à iuuenibus.

Qualiter aſſueti varias producere ſectas
Impugnant ſua dicta viri, qui brachia nudis
Oſtendunt exerta humeris.

Vnde perquàm egregie Sidonius, cum ſingulis Philoſophis ſuum habitum daret, de Ariſtotele, qui Philoſophus,& Orator fuit, inquit, *Ariſtoteles brachio exerto.* Igitur inquit Tertullianus iſtud non curauiſſe Catonem,ſed exerto brachio, & humero proclamare ſolitum. Græci intra pallium manus continebant. Vnde fortaſsè verbum, *palliare*; quod Apuleio eſt tergere, vel celare. Ait enim. *Nec palliari tam aperta res poteſt*, id eſt *operiri,diſſimulari.* An quia manus poteſtatem ſignificat? Vnde manumiſſio, è ſua poteſtate dimiſſio. Ouidius.

Intra palliū Greci manus continebant. Palliare verbum.

An neſcis longas regibus eſſe manus?

Turnebus *Aduer. lib. 7. cap. 3.* cauſam refert huius moris, vt videlicet modeſtiæ, & pudoris præſeferrent ſpecimen: qui enim brachium exerit,minus modeſtus eſſe videtur, quam qui togâ brachium cohibet, & Æſchines contra Timarchum priſcorum oratorum modeſtiam laudans, eos, ait, peroraſſe manus intra pallium continentes. Eodem etiam illo anno nefas eis erat corpus in Campo Martio nudare,ne corporis nudatione impudenti amorem quærere velle viderentur. Itaque tunicati in Campo ſe ſe exercebant.

Manus ſub pallio cur.

Verecundia Romana.

Plutarchus in Lycurgo alium Græcorum morem à iuuenibus obſeruatum mihi ſuggerit, his verbis. *Atqui iuuenes ante trigeſimum ætatis annum in forum nullo modo deſcendebant; ſed per cognatos,& amatores neceſſaria tranſigebant.* Sed audi ex eodem mitum Seniorum in iuniores amorem, & curam diligentiſſimam. Statim poſt: *Senioribus autem turpe erat,ſi frequentius circa huiuſmodi ſtudia viderentur;ſed maiorem diei partem in Gymnaſiis, & in his,quæ Leſcha nominantur, verſabantur. In hæc enim loca decorè, & modeſtè conuenientes, ſermones inter ſe conferebant, nulliúſque rei memoriâ tangebantur, quæ vel ad rem pecuniariam,vel ad ignobilem vſum ſpectaret,&c.* Quare manus à iuuenibus ſub togâ contenta non ſolùm apud Romanos primo anno fori, ſed etiam apud Græcos,ſaltem à modeſtis iuuenibus factitatum, vt videtur innuere Plutarchus in Phocione, dum eius mores pingit, ac delineat his verbis: *Siquidem neque ridentem,neque plorantem quiſquam Athenienſium temerè Phocionem vidit,neque in balneo publico lauantem,vt tradit Duris: neque extra pallium, cum amictus eſſet,manum eius exertum,&c.* Dentium cura nimis anxia olim, vt delicatis probro dabatur, & Apuleio inter reliqua crimina obiectum,quod dentifricium paraſſet, hinc Prou. *Lentiſcum manducare vel arrodere*, ex lentiſco enim dentifricium, & dentiſcalpium confecta.

Iuuenes in foro non ante 30. annū.

Seniorū mores laudati.

Qui verò tyrocinium fori ponebant, Piſandri galeam, vt [illegible]tur, & ſupercilium deponebant, ad Sen[illegible]orum, & plebis auram ſibi capt[illegible]dam. Hunc morem continendi m[illegible]us ſub pallio, aut tunicis coram Regibus Perſis quoque in vſu fuiſſe teſtatur Xenophon. lib. 2. rerum Græcarum, *Cyrúmque occidiſſe Autobiſacem, & Metreum filios Dariæ, ſororis Xerxis, patris Darij,quod ſibi occurrentes manus intra tunicas non contraxiſſent.*

Coram Regibus Perſarum manus tunicis tegebantur.

DIONYS. BILINZANIO S. T. D. Regenti Ordinis Seruitarum.

DISSERTATIO XX.

Punctis olim ſingulæ dictiones interiectæ,& ſingulæ litteræ maiores. Minores negotioſis permiſſæ. Codicilli qui. Diſcrimen inter Epiſtolas, & Codicillos. Notæ quæ. In atriis Maiorum imagines. In poſtibus hoſtium ſpolia. Stemma quid, & eius ab imaginibus diſcrimen. De ſpoliis, manubiis, ſtemmatibus, imaginibus, vſu,& materiâ earumdem.

VETEREM interpungendi morem à noſtro diuerſum fuiſſe ex veteribus lapidibus, & inſcriptionibus ſatis liquet. Nos enim ſingulas tantùm periodos interpungimus, illi ſingulas dictiones, quod Seneca innuit epiſt. 40. his verbis. *In Græcis hanc licentiam tuleris, nos, etiam cum ſcribimus, interpungere conſueuimus.* Quod ab eruditiſſimo Lipſio,& Mureto notatum, qui & hoc addit, ſolitos veteres maioribus tantùm litteris vti, quas nos *maiuſculas* appellamus, quibus nos in Capitibus nominum propriorum, & periodorum vtimur, illi per ſingulos verſus. Minores, quas nos *minuſculas* appellamus (vt notat Palmerius in Spicilegio) Notariis relinquebant, quorum vſum non niſi negotioſis, & occupatis indulgebant. Quare, quod de litterarum formâ Quintilianus, & Plinius diſſerunt, non niſi de maioribus intelligendum.

Interpungēdi mos vetus diuerſus à noſtro. Singulæ dictiones interpunctæ.

Maiuſculæ litteræ priſcis tantùm in vſu. Minores litteræ Notariis permiſſæ.

Quæ verò differentia inter codicilllos, & epiſtolas reperiatur, Seneca epiſt. 56. innuit ad hunc modum. *Video te, mi Lucili, cum maximè audio, adeò tecum ſum, vt dubitem, an incipiam non epiſtolas,ſed codicillos tibi ſcribere.* Ex quibus colligunt omnes, & præcipue Lipſius meus in ſuâ Inſtitutione Epiſtolicâ, codicillos inter præſentes, Epiſtolas inter abſentes intercedere. Erat & Epiſtola breuior Codicillis. Ideò dicit Seneca epiſt. 45. *Epiſtola non debet ſiniſtram legentis manum implere.* Inauſpicatum fuit ſi in literis omitteretur ſalutis præſcriptio, vt Plaut. Pſeud. vnde initium epiſtolarum. Si Vales bene eſt,&c.

Codicilli in quo differāt ab Epiſtolis.

Cæſar primus (vt refert Plutarchus in eius vitâ)

Cæſar primus repertor epiſtolæ inter præſentes.

vitâ) rationem reperit amicos per litteras conueniendi,cum coram agendi, nec occupationes, nec magnitudo Vrbis ſemper occaſionem daret:qui item primus, ex eodem, Oceano occidentali claſſem immiſit.

Codicillus qui apud Iuriſconſultos.

Codicillus apud I.C.eſt ſcriptura,vel littera,in qua teſtator ſuam figurat voluntatem, nulla indigens ſolemnitate, ſed ſolùm teſtatoris voluntate, qualicumque pronunciatione expreſſa,§.*Codicillos Inſt.de Cod.* Codicilli numero multitudinis ſunt epiſtolæ perfunctorie ſcriptæ ſine vlla verborum ſolemnitate, quod inter præſentes euenire ſolet, vt quotidiana nos docet experientia,

Quis primus docuit Notis ſcribere.

De Notis hæc noto. Videtur Caſſianus martyr,qui puerorum ſtylis confoſſus, notis ſcribere docuiſſe,vt habet Prudentius.

Magiſter litterarum ſederat
Verba notis breuibus comprehendere cuncta peritus, &c.

Iterùm.

Raptimque punctis dicta prapetibus ſequi
Fictis notare verba ſignis imbuens.

Ante hunc tamen lego Mœcenatem Notarum inuentorem in Dionis Auguſto, his verbis; *Hic primus baluenm aqua calida in vrbe conſtruxit, primuſque quaſdam Notas litterarum inuenit ad celeriter ſcribendum, eaſque complures per Aquilam Libertum docuit.* Ciceronem id quoque docuiſſe auctor eſt Plutarchus in Catone Minore, *Hanc orationem Catonis perhibent vnam extare,quòd Conſul expeditiſſimos ſcribas ante docuiſſet notas, qua minutis,& breuibus figuris vim litterarum complectebantur. Nondum enim vſi fuerant, neque habebant exceptores actuarios;ſed tum primùm rudimenta eos aſſerunt poſuiſſe. Notis ſcribere,* non eſt compendio litterarum verba complecti, vt ſubſcribit Turn. ſed quibuſdam fictis ſignis comprehendere,idque docebantur pueri,non tantùm ſcribere. *Notis ſcribere* opponitur *Sermonibus ſcribere, ſeu litteris,* vnde Notarij dicti. Auſonius vocat,*pueros notarum prapetum.* Martialis lib.ep.208. *Nondum lingua,ſuum dextra peregit opus*, à Notis Notarij dicti recentiores ſcribæ ex Buleng.

Modus ſcribendi duplex.

Diſcebant ergò priſci,vel ſcribere ſermonibus,vt nos vulgo, vel comprehenſionibus litterarum,ideſt,abbreuiationibus adceleriùs ſcribendum, vel quibuſdam notis, ſeu fictis ſignis.Manilius.

Hic & ſcriptor erit felix cui littera verbum eſt.
Quique notis linguā ſuperet,curſumq; loquētis.

Sed hæc leguleiis,& fori rabulis vſque nota, & decantata ad nauſeam,& ſtomachum.

Altera me poſcit arena de antiquorum inſignibus.Familiæ nobilitatem ab imaginibus pluribus,& antiquis recenſebant,quæ diuerſum ſibi locum in ædibus repoſcebant, atque hoſtium ſpolia. Namque in atriis imagines maiorum,& ceras aſſeruatas:at hoſtium ſpolia detracta in veſtibulis, & poſtibus innuit Senec. epiſt.84. *Præteri iſtos gradus, & magno aggestu ſuſpenſa veſtibula.*

Veſtibulum. Atrium.

Veſtibulum propie locus inter fores ædium,& viam. Atrium prima pars domus mediam aream continens,in quo priſci pecunias,cæteráque pretioſa aſſeruabant.Et quia hoc iuxta culinam, ideò ſemper atrum, inde dictum quidam volunt atrium, vbi plerumque imagines fumoſæ, & ceræ. In poſtibus exuuiæ, & hoſtium ſpolia ſuſpenſa.Ouidius.

In atrio quid aſſeruatum. In poſtibus ſpolia hoſtium.

Perlege diſpoſitas generoſa per atria ceras.

Iuuenalis.

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria;nobilitas ſola eſt,atque vnica virtus.

Virgilius.

Multaque præterea ſacris in poſtibus arma.

Horatius Ode 9. lib.3. vtrumque mirè complexus,

Cur inuidendis poſtibus & nouo
Sublime ritu moliar atrium?

Imagines verò eorum quos maximè amabant; in cubiculo ſeruabant,at viri docti in bibliothecis,& veterum auctorum.Colebantur autem imagines hæ in cubiculis cum laribus, eorumque cuſtodiæ puer apponi ſolitus, hic & ſimulacra torum genialem curantium numinum. Poſterioribus temporibus Fortunæ aureæ ſimulacrum in cubiculis Imperatorum cultum; vt à me alibi dictum; Caſaub.ad Suet.

Spolia fixa etiam in templis.

Spolia hoſtium etiam in templis,vt habeo ex Virgilij 7.Æneid.

Multaque præterea ſacris in poſtibus arma.

Statius de domo Martis *lib.*7.

Terrarum exuuiæ circum, & faſtigia templi, &c.

Spolia dicta donaria. Spolia nunquam ex ædibus refixa.

Hæc ſpolia dicta *donaria*, ſeu *ἀναθήματα*

Præterea præmia parta in certaminibus victoriæ ergo.Hæc ſpolia,vt notat Plinius *l.* 35. *cap.*2.non licebat emptoribus, alienatis ædibus,refigere:ex Appiano verò in Annibalicis nullos deinceps vſum illorum armorum habere poterat,vt quæ iam eſſent ſacra, niſi in graui periculo:*Cum armis egerent,quæſita aliis bellis, & ad decus affixa templis ſpolia detraxerunt.*De his Virgilius Æneidos 7.

Multaque præterea ſacris in poſtibus arma,
Captiui pendent currus, curuaque ſecures;
Et criſta capitum & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque roſtra carinis.

Spolia in thalamis.

Spolia hæc non ſolum in poſtibus & foribus ædium, aut columnis appenſa; ſed in ipſis quoque thalamis, & cubilibus, vt facile videre in Claudiano de nuptiis Honorij;

Cum ſupplex emerent Romanam Parthica pacem
Nobilibus gazis, opibuſque cubilia ſurgent
Barbaricis, omnes thalamo conferte triumphos, &c.

Manubiæ cur non reſtauratæ à Romanis.

Romani inter ea, quæ Diis ſunt dicata, ſolas manubias negligunt excolere, & interpolare, vel quia gloriam cum primis putant deflorеſcere, vt ſemper recens monumentum enitantur virtutis referre: vel quòd dies notas cum hoſtibus controuerſias cum obliteret, ſi ipſi eas reponant, aut renouent, inuidioſum ſit, & odioſum. Neque enim apud Græcos, qui lapideum primi, & æneum trophæum excitarunt, commendati ſunt. Plutarchus in Quæſt.Rom.

Liminibus enim, & poſtibus Romani Religionis multū tribuebāt, vnde Limen ſupe-

Limina, poſtes quam religioſi.

rum, & inferum ſalutatum à domum relinquentibus, vt ſe religione ſoluerent. Liminibus oſcula data, & poſtibus, vt videre licet apud Poëtas, & qui Ædem dicabat poſtem tenebat. Ad Deorumque placandam iram poſte caput rundebant, & apud Poëtas, amatores dant poſtibus ſerta.

Ridicula ſuſpenſa portis & caminis cur. *Inſignia nobilitatis duplicia.*

Addo notam parergo non indigno, in Iannis ædium, & è caminis ſuſpendi ſolita quædam ridicula, *βασκάνια* dicta, ad auertendum faſcinum, vt ſcribit Pollux *lib.* 7. Hæc nobilitatis inſignia in atriis locata duplicia, Cereæ nempe imagines, & ſtemmata. Martialis lib. 4. Epig. 11.

Atria nobilium ſtabant cum ſtemmate tota.

Seneca de Benef. *Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſuæ, longo ordine, ac multis ſtemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocant.* Qui locus vtrumque inſigne indigetat. Iuuenalis Sat. 8.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Maiorum, & ſtantes in curribus Æmilianos?

Ecce ſtemma depictum, deinde ſequuntur cereæ, mutilæque imagines.

Et Curios iā dimidios, humeroque minorem
Coruinum, & Galbam auriculis, naſoque carentem.

Stemmatis etymon. *Ramuſculis ornatæ imagines.* *Stemma quid?*

Stemma à verbo *στέφω*, ideſt *corono*, vnde *στέφανος corona*: nam ramuſculis in modum coronæ ornabantur imagines.

Stemma, vt innuit Interpres Sophoc. eſt lana ramo circumuoluta. Vittis laneis antiqui ornabant ſepulcra, templa, aras, & alia religioſa, quia veteres illigabant vinculis Deorum ſimulacra, ne hoſtili carmine euocarentur, quem morem Tyrios habuiſſe Curtius docet l. 4. Dij etiam vincti ferro ac plumbo, Cerda ad 4. Æn.

Eruditiſſimus Lipſius coronidem imponit his verbis. *Conſtat igitur ex his, imagines armariolis incluſas, fictas eſſe è cerâ; imagines verò inſertas ſtemmati pictas fuiſſe.* Stemma etiam eſt tota illa ſeries cuiuſcumque generis. Ita Stemma Piſonum erat in in atrio, ideſt, tota gentis ſeries. Quare Iſidorus inquit lib. 9. cap. 6. *Solent ad vocati ſtemmata, ſiue ramuſculos facere in genera, cum gradus cognationum partiuntur.* Nos dicimus *Arborem familiæ.*

Imagines vbi ſeruatæ, & à quibus.

Hæ icones ſeruabantur à Romanis, tum vt memoria maiorum clariſſimorum perennaret: tum vt poſteri viderent, quos imitari deberent. Principes familiæ in atriis eas ſeruabant. Romani patricij in Larario ſeu domus ſacrario, quas Senatorij viri in atriis reponebant, ad nobilitatis natalitia, & incrementa oſtentanda, vt refert Polyb. *lib.* 6. eaſque feſtis diebus, apertis armariis ligneis, oſtentabant, efferebantque in funere domeſticorum. Quæ ſicuti nobilitatem antiquitatémque præſeferebant, ita qui eiſdem carebant, noui homines dicebantur. Sueton. in Veſpaſ. *Flauia gens obſcura, & ſine imaginibus.*

Noui homines qui.

Neque ſolùm imagines propinquorum productæ in funere, verùm etiam principum, vel inimicorum Ita Cæſar in amitæ ſuæ funere Marij ſtatuas deferri voluit pro decore familiæ, ne quid deeſſet, quod apparatum diminueret, teſte Plutar. in illo. Ita in Auguſti funere, teſte Dione in Aug. delatæ non ſolum propinquorum ipſius ſtatuæ, except a I. Cæſaris, quod eſſet in Deorum numerum relatus, ſed & ſtatuæ ciuium Romanorum, quicumque principatum tenuiſſent ab ipſo Romulo. Quare illorum imagines qui in numerum Deorum relati erant, non ſequebantur funus gentilium: Item flagitioſorum. Eas coronis & floribus populus ſpargebat. Hæ imagines fuere pedeſtres, equeſtres, curules, militari habitu, vel ciuili. Deorum imagines legitimum ſtatum hominis ter ferè continebant: Heroum bis: Regum, & Imperatorum iſtis erant breuiores. Principes vt primum creati, imagines ſuas Romam, & in alias ciuitates mittebant, quæ ſi admitterentur, in eorum verba iurabant. Buleng. de Imperat. Rom. Imagines Imperatorum in militaribus ſignis adoratæ tanquam numina, eiſque in caſtris aræ collocatæ: in vrbe verò tantæ religioni ac venerationi habitas eque conſtat, non modo vt extrahere, rapere, violare eos, qui ad eas confugiſſet, eaſve prætuliſſent, ſed ne conflare quidam eas, ac vendere ſine capitis periculo liceret. Videndus Tacitus, Seneca, Suetonius, Xiphilinus, Spartianus, &c.

Imagines externorum ſeruatæ.

Quanta verò reuerentia Imperatores ſuas imagines tractari vellent, coniici poteſt ex verbis quæ habent Imperatores Arcadius & Honorius 15. Cod. Theod. tit. 1. Præterea in prouincias Imperatorum, & Regum imagines deferebantur, quæ magna reuerentia excipiebantur à populis, qui cum cereis & incenſis eis occurrebant: laureatæ autem dicebantur, vt notat Nouar. Sched. l. 4. c. 3. Item circa templa eas delatas cum floribus, & lauru colligitur ex Taciti Hiſtoria, vbi agens de Othonis victoria ait, *Populus cum lauru, & floribus Galbæ imagines circum templa tulit.*

Imaginum materia varia.

Imaginum plerumque materiam, ceram fuiſſe, & hinc ceram pro imaginibus vſurpatam paſſim modo laudatus Lipſius in Electis lib. 1. cap. 7. docet hoc pacto, *Aliter apud Maiores in atriis hæc erant, quæ ſpectarentur, non ſigna externorum artificum, nec ærea nec marmorea.* Expreſſi cerâ vultus ſingulis diſponebantur armariis, vt eſſent imagines, quæ comitarentur gentilia funera, idque colligit èx Capitolino in *M. Ant.* & Tacito *in vitâ Agricolæ.* Plinius verò *lib.* 37. *cap.* 2. aliam innuit materiam dicens: *Imago Cn. Pompeij è margaritis*, &c. Xiphilinus quoque de Auguſti funere loquens ait, tres Auguſti imagines ductas ad eius funus, primam ceream, alteram auream ex Curia, tertiam triumphali habitu. Capitolinus clarè nominat imagines aureas; quod factum, opinor, creſcente luxu, & ambitione cum Imperio. Hæ imagines non erant integræ totius corporis effigies, ſed humerorum tenus os repræſentabant.

IOAN.

IOAN. BENEDICTO à Secretis Illuſtr. PETRI CARDINALIS VALERII, Epiſcopi Patauini.

DISSERTATIO XXI.

Seneca explicatus. Prandium an antiquis in vſu? Quale illud, ac quotuplex, & quibus cibis conſtaret. Caricæ auſpicia prandiorum. Quoties in die priſci comederent. Prandij etymon. Homeri tempore an Prandium. Prandium aduentorium. Aduentantes mariti nuntium præmittebant. Caricarum vſus in prandio. Iiſdem nouum annum auſpicabantur. Strenarum tempus. Auſpicari artes. Kal. Ianuarij quid olim actum.

Senecę locus explicatus.

LOCVS eſt Senecæ mihi præ cæteris notatus Epiſtol.87. *De prandio nihil detrahi poteſt, paratum fuit non magis hora; nuſquam ſine caricis, nuſquam ſine pugillaribus. Illa, ſi panem habeo, pro pulmentario ſunt; ſi non, pro pane quotidie mihi annum nouum faciunt, quem ego fauſtum, & felicem reddo bonis cogitationibus, & animi magni magnitudine*: & quæ ſequuntur. Hic licet Philoſophum in ſcriptis, & verbis ageret, vt multi opinabantur, in victu tamen, & cultu alium ſemper prætulit. Tot milliones congeſti, tot ſuperba ædificia id apertè teſtantur. Quare hoc loco vulgarem prandij cibum & vſitatum potius colligo, caricaſque auſpicium fuiſſe noui anni, nuſquam verò Senecam accubuiſſe ſine pugillaribus, quia ſtudioſiſſimum, ac Philoſophiæ amantiſſimum ſe in ſcriptis planè oſtendit.

Iudicium de Seneca.

Prandium antiquorum tenue.

Caricæ auſpicium prādij, & anni.

Quidam Solem lucere ſubdubitare ſunt viſi, cum Priſcorum prandium in controuerſiam vetterint, quos trifariam, & quadrifariam in die eſitaſſe legimus; in ientaculo, in prandio, in cœnâ, in comeſſatione: quamuis homines liberaliter educati ad ſummum bis in die cibum ſumpſerint in cœnâ, & prandio. Hoc guſtum dixere, & puerorum potiùs, æſtate, tenuiſſimum, & eorum, qui multum laborant. Quare prandium rarum, idque parcum, & plerumque (vt notat Seneca) panis cum caricis paſſis, & palmulis. Hinc prandium Græcis dictum ἄριστον, veluti ῥᾶον, id eſt *ex obuiis, nec anxiè comparatis.* Plinius Cæcilius ita ſcriptum reliquit. *Poſt cibum ſæpè, quem interdiu leuem, & facilem more veterum ſumebat.* Prandium, Trebellius Pollio in vita Salonini ait, dictum quod ad bellum milites paret. Cat. *lib. 5. orig.* exercitum ſuum pranſum paratum cohortim eduxit foras, atque inſtruxit. Vnde prou. Pranſus paratus, non diſplicet. Cerdæ eruditiſſimo dictum prandium quaſi, τὸ πρὶν πονεῖν; antequam laborarent, quaſi poſt quod ſit laborandum. Dictum etiam prandium, quòd leuia tantùm quædam, & paratu facilia apponerentur. Hinc Celſus lib.7. *Si prandet aliquis, vtilius eſt exiguum aliquod, & ipſum ſiccum ſine carne, ſine potione ſumere*: & lib. 4. *Famem faciliùs fert adoleſcens, quàm puer. & vno cibo, quam prandio quoque aſſuetus*: & lib. 11. *Æſtate verò, & potione, & cibo ſæpiùs eget; ideò prandere quoque commodum.* Perſ.Sat.1. *Hoc eſt, cur palleat, cur quis non prandeat.* Ex quibus colligo rarius hyeme, ſæpiùs æſtate prandium ob diei longitudinem, ſitimque ſedandam maiores ſumpſiſſe. Sed quia doctiſſimus Plutarchus *Sympoſ.quæſt.*6. hanc rem diſertiſſimè tractat, eius verba hic referre non pigebit. *Hi docent illos, cum & laboribus dediti, & temperantes eſſent, manè panem ediſſe mero intinctum, aliud nihil. Itaque hoc fuit dictum, acratiſma, cum acraton ſit merum, hoc eſt à meracius potandi conſuetudine dictum vult, quoniam panis bucellam mero tingerent.* Quod hodie Venetiis à pleriſque negocioſis obſeruatum, qui in meridie vino Cretico panem intinctum, offam, ſeu placentam comedunt, vt ſic famem ſolentur, dum negotiis operam nauant. Seneca Epiſt. 83. *Panis deinde ſiccus, & ſine menſa prandium, poſt quod non ſint manus lauandæ.* En prandij parſimonia. Sed non ſolum parſimoniam ex prandij etymo deprehendo, verùm etiam pietatem, namque prandium Græcè ἄριστον dictum, à nomine Græco ἀρὰ, quod preces ſignificat, perinde ac ſi, non niſi Deos precati veteres ad prandium accederent. Vitellius, vt refert Trebellius, epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in ientacula, & prandia, & cœnas, comeſſationeſque, facile omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine.

Prandium ſit frugale.

Quoties in die antiqui comederint.

Frugales bis comedebāt.

Prandij etymon.

Plutarchi locus de prandio.

Quoties cibum in die ſumerent Homeri tempore, Athenæus *lib. 5.* diſputat his verbis. *Maior pars doctorum tres τροφὰς attribuebant Heroibus, ἄριστον ſub auroram, δεῖπνον circa meridiem, δόρπον ſub veſperam. Alij duas tantùm, Philemo verò quater illos comediſſe, ἀκράτισμα, ἄριστον, ἑσπέρισμα, δεῖπνον.* Quid verò Athenæus ſentiat? Bis, niſi me fallit. Conſule. Plutarchus in ſupra citato loco oſtendit, ἄριστον, eſſe idem cum *Acratiſmate*, Ita dictum, quaſi optimum, & matutinis horis, vel Homeri tempore, vſurpatum. Legatur ipſe, alijque de hoc fuſius diſputantes.

Homeri tempore an prandium.

Erat & prandium aduentorium, vti & cœna, peregrè aduenientibus præbebatur. Plautus Amph. Act.2. *Quia domi daturus nemo eſt prandium aduenientibus.* De Conuiuio aduentorio meminit etiam Plutarch.

Prandium aduētorium. Cœna aduentoria.

[Aduentantes mariti nuncios præmittebant.]

Symp.9. quæſt.7. Cum quo connecto obiter, quæ idem habet in Quæſt. Rom. de aduentoria ſalutatione, quam ſibi mariti peregrè, aut rure domum redeuntes arrogabant, hi enim redeuntes, præmittebant nuncium, ſe vxoribus adeſſe ſignificantes, vt veluti exoptantibus, & expectantibus lætum nuncium indicarent. *An potius*, inquit ille, *de illis audire ipſi cupiunt, ſaluaſne, & cupientes domi inueniant? An pluribus curis domeſticis mulieres, negotiiſque, cum abſunt viri, ſunt diſtrictæ, pluresque rixas, & motus aduerſus domeſticos habent? Quo igitur, his diſcuſſis, pacatè virum, & hilariter excipiant, hæc datur ſignificatio.*

[Caricarum vſus in prandio.]

Altera pars loci Senecæ, primo loco poſiti, de Caricis meminit, quæ & pro pane, & pro pulmentario, & pro auſpicio noui anni à Seneca parantur in prandio. Vbi obiter noto cum aliis, veterem morem ſibi inuicem mittendi boni ominis cauſa munera, videlicet caricas, & mella (vt dulces dies anni à dulcibus rebus auſpicarentur) & ſtipem, hoc eſt nummum ſignatum, quæ omnia ſimul Strenas dixere. Strenarum vſus ab ortu penè vrbis Martiæ adoleuit, auctoritate Tatij regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Strenuæ anni noui auſpices primus accepit. Strenuæ à ſtrenuitate dictæ, vel quaſi ſine threno, luctu, ait Non. De Strenis Metellus vetus poeta

[Caricæ miſſæ boni ominis gratia Cal. Ian.]

[Strenæ ex quibus conſtarent.]

Strena præterea nitent
Plures aureola munere regio,
Iani principis auſpicio data
Fauſto temporis omine,
Vt ferret ducibus ſtrenua ſtrenuis
Annus geſta recentior, &c.

Ita Ouidius Faſtorum I. de Kal. Ian.

Quid vult palma ſibi, rugoſaque carica? dixi,
Et data ſub niueo condita mella cado?
Omen, ait, cauſa eſt, vt res ſapor ille ſequatur,
Et peragat cœptum dulcis vt annus iter.
Dulcia cur dentur video, ſtipis adijce cauſam,
Pars mihi de feſto ne labet vlla tuo.
Riſit, &, ô quam te fallunt tua ſæcula! dixit,
Qui ſtipe mel ſumpta dulcius eſſe putas.
Vix ego Saturno quemquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.

[Artes auſpicabantur Cal. Ian.]

Ille locus Senecæ, & Ouidij, tanquam æditiuus, me manu ducit, ad noua Sacra indaganda; nempe morem antiquum Kal. Ianuariis artes auſpicandi. Seneca Epiſt.83, his verbis: *Quicquemadmodum legere, ſcribere, dicere aliquid: ſic auſpicabar in Virgine deſilire.* Ouidius etiam in Faſtis.

Quiſque ſuas artes ob idem delibat agendo,
Nec plus quam ſolitum teſtificatur opus.

Ratio huius.

Totus ab auſpicio ne foret annus iners.

[Auſpicari quid.]

Auſpicari verò (vt notat Martinus de Roâ *Sing. lib.*) non tantùm erat inire, ſed aliquid ex munere delibare, & leues aliquas, & tranſlatitias cauſas dicis cauſa propoſitas audire. Hinc merces ambitioſæ ad ianuas tunc poſitæ præ foribus. Solebant enim veteres primo die, quo honorem inibant, munus Magiſtratus ſui auſpicari aliquidque in ſpeciem agere. Tacit. *Ceterum poſtulandis reis tam continuus annus fuit, vt feriarum Latinarum diebus Præfectum vrbis Druſum auſpicandi gratia Tribunal ingreſſum adierit Calpurnius Saluianus in Sextum Marium.* Sic auſpicabantur artes ſuas anni initio: hinc noſtræ orationes auſpiciales in principio lectionis publicæ. His adde ſolitos Kal. Ian. ſplendida conuiuia, & choreas celebrare per vrbem cum cantu, Magiſtratus munera inire, manumiſſiones facere, fauſtas inuicem precationes impertiri: omnia enim principiis ineſſe ſolent.

[Auſpicari munus.]

[Auſpicalis oratio.]

[Quid olim Cal. Ianuar. actum.]

GASPARI CORBELLIO
Patauini Collegij I.C.

DISSERTATIO XXII.

Virgilij locus enodatus. Turritæ naues quæ, & earum inuentor primus. Turres in prorâ, & puppi. Numerus remigum. Onerariæ velis actæ. Vniremes, Biremes, Triremes, &c. Thranitæ, Zygitæ, Thalamij. Claſſi eidem nullus bis præfectus. Remiges pugnaturi remos ponebant. Portum attingentes terram adorabant. Sternutationis omen.

[Virgilij locus explicatus.]

[Turritæ Naues quæ.]

ILLVD Virgilij 8. Æneid de turritis puppibus,

Tanta mole viri turritis puppibus inſtant,

Pleriſque in hunc locum interpretantur, *eminentibus, altis, aut munitis turrium inſtar.* Ego, *turritis*, explico *turribus munitis*, quæ de tabulatis ſubitò erigebantur ſimul ac in prælium ventum foret, idque inuentum Agrippæ ferunt. Hinc illud Auſonij

[Inuentor primus turritarum nauium Turres in puppibus, & proris.]

Inter turritas Memphitica roſtra Liburnas,

Neque in puppibus ſolùm has extructas reperio; verum etiam in proris. Appianus de Bello Ciuili, καὶ πύργους ἐπὶ τῶν νεῶν εἶχον κατά τε πρῷραν, καὶ τὴν πρύμναν, *& turres in nauibus habebant, & ad proram, & ad puppim.* Plinius lib.32. *Sed armata claſſes imponunt ſibi turrim, propugnacula, vt in mari quoque pugnetur, veluti è muris.* Cæſar libro 3. de Bello Ciuili. *Atque alteram nauem, quæ erat ad cuſtodiam ab Acilio poſita, pluribus aggreſſus nauibus, in quibus ad libram fecerat turres* Turres præterea habuiſſe Antonianas in pugna illa nauali, quæ ad

Actium

Actium facta eſt cum Cæſarianis, liquet ex Dione, qui legendus.

Turres in nauibus Prætoriis.

Sed ex Liuio 4. Decad. lib. 7. exculpo maximè in nauibus Prætoriis has turres extructas, inquit enim. *Abſcedentes è turri prætoria nauis.* Tacitus Annal. 15. *Corbulo naues magnitudine præſtantes, & connexas stru* [illegible] *ac turribus auctas agit per amnem, &c.* Et li [illegible] *Claudebat pontem impoſita turris, & in extremam nauem educta, vnde tormentis, & machinis hoſtem propulſarent. Simul enim tres, aut quatuor vnam Antonij cingebant, tragulisque, & lanceis, & contis, & telis igniteis pugnabant. Antoniani ingerebant etiam catapultas ex turribus ligneis & tela.*

Naualis pugnæ ſignum.

Loquitur autem de pugna nauali inter Auguſtum, & M. Antonium. In naui verſamur, naualis pugnæ ſignum ſcrutemur ex Plut. in Lyſandro dicente, *Vt clypeus clarus è nauibus, & tuba è naui prætoria claſſicum cecinit, incurrerunt naues, &c.* hoc per tranſennam dictum.

De numero Remigum.

Sed ne nauteâ nauſeem, etſi celeuma canatur, remis veliſque ex hoc Oceano me expedio; nec tamen (quod mihi in votis) certum Remigum numerum reperio, quia nec remotum, quibus ij deſtinati. Bayfius enim de re nauali aſſerit ex Herodoto, & Thucydide, nauium actuariarum (nam onerariæ agebantur velis) alias quinquaginta remos, alias triginta, alias viginti habuiſſe.

Naues onerariæ actæ velis.

Vniremes, Biremes, Triremes quæ.

Quæ vno remorum ordine actæ, *Vniremes* dictæ, quæ duobus *Biremes*, inde *Quadriremes, Quinqueremes, &c.* Quod ſi cuique remo ſuus remex, facilè numerus conſtabit. Quid ſi aliquando vnus tantùm per ſingula tranſtra, vbi & multi remi? Ita Xenophon lib. 20. *Vniremes* vocat *biremes*, & *triremes*, quod vnico tantùm remige incitarentur, cum poſſent ternis agi, ſi remiges adfuiſſent.

Thranitæ, Zygitæ, Thalamij.

Horum quidem ſupremi dicti *Thranitæ*, medij *Zygitæ*, infimi *Thalamij*. Thranitarum labor inſignis: nam & longioribus vtebantur remis, quo nomine, & à Trierarchis maiora conſequebantur præmia.

Claſſi eidem nullus bis præfici poterat.

A remige ad Trierarchum, & pugnaturos. Plutarchus in Lyſandro refert, non potuiſſe bis eundem claſſi præfici. *Miſit cum iiſdem poſtulatis & Cyrus: ſed quia bis eundem claſſi vetabat lex præfici, nec sociorum voluntati deeſſe Lacedæmonij volebant.*

Remiges pugnaturi remos ſuſpendebant.

Pugnaturi autem remos ſuſpendebant, aliaque faciebant ex Plutarchi Antonio. *Antonius inuehentibus prima luce hoſtibus, timens, ne inanes propugnatoribus naues caperent, ad ſpeciem inſtruxit in tabulatis remiges armatos: remos erigi, & ſuſpendi ex vtroque nauium latere præcepit, atque ita in faucibus portus ad Actium obuerſas in hoſtem conſtituit, quaſi inſtructas remigio, & paratas ad confligendum, &c.* Qui autem diu peregrè fuerant in mari, & procellis, ventiſque acti, tandem, ſalutis Pharon diu exoptatam ſi conſpiciebant, terram læti adorabant:

In portum peruenientes ex longo itinere terram adorabant.

quod ex eodem Plutarcho in Antonio eruo. *Poſtquam tuto traducti Armeniam iniere, vt ſi tunc terram illam ex pelago conſpexiſſent, adorauerunt eam, atque in lachrymas ſe, & mutuos complexus præ gaudio effudere, &c.* Hoc genus adorationis vocat Plaut. Moſtel. *Tangere terram*, quod erat quoddam genus venerationis. Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 2. *Hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere.* Macrob. lib. 3. Satur. cap. 9. Virg. Æn.

Sed in hoc æſtu hæreo, & qui vadum hoc transferat opperior, aut remulco nauem hanc ex ſyrtibus extrahat. Numerum ſubduxi, rationes non conueniunt. Tuum, rem cognoſcere, & audaciæ ignoſcere, qui Onerariam ambiui, cum vix Celocem tegere poſſim. Dum finio,

——*Fauſtum ſternuit omen amor.*

Quantum omen in ſternutatione.

Sternutatio à dextra bonum omen.

Noto in Plut. de Genio Socratis, quantum omen in Sternutatione his verbis: *Genium Socratis fuiſſe ſternutationem ferunt, cùm ipſius, tum aliorum. Alio quidem ſternutante a dextra, ſiue poſt ipſum, ſolitum ſe fuiſſe ad agendum conferre; ſin a ſiniſtra fieret, ceſſaſſe.* Quare ſternutatio a dextra felix; à ſiniſtra, infelix. Vnde Plutarchus in Themiſtocle. *Clara ex hoſtiis flamma repente fulſit, & bonum omen ſternutamento à dextra parte datum eſt.* Ariſt. *probl.* 7. Sternutamentum ſignum augurale tradit: alij contra, cum captatis auſpiciis ſuperuenit rata illa facit, ſiue boni prænuntia ſint, ſiue mali.

Sternutamentum ſignum augurale.

Homeri exemplo, qui *lib.* 16. Odyſ. Penelope malum procis futurum ab Vlyſſe referente, Telemachum facit ſternutaſſe. Ex Plutarcho, Themiſtocli ad aras ſacrificanti à dextra ſternutans homo augurium fecit, quo præcipui captiui immolarentur. Hippiæ quoque dum ſternutauit, excuſſus dens ex Herodoto, *lib.* 6. augurium fecit futuræ calamitatis, hinc incuſſa religio, vt ſalutaremus ſternutantes, quod ſternutatio è capite procedit, vbi ſedes animæ, & ſpirituum.

Sternutantes cur ſalutati.

Strada eruditiſſimus, vt plerique illi Patres, Proluſ. 4. cauſas quinque recenſet, Religioſam, videlicet, Medicinalem, Facetam, Poëticam, Augutalem, quam luculenter exponit. Maiolus quoque obiter. Vide. Sternutantium ominationis ſollicitudinem, vt deprecarentur antiqui Græci, dicebant *ζεῦ σῶσον*, Iupiter ſerua nos *Di te ſalui*, Scal. ad Auſon.

ALAMANNO VRSVCIO
Lucenſi Patritio.

DISSERTATIO XXIII.

Poëtarum pruritus in ſuis carminibus legendis. Ea lecta in Balneis, & cur. Horatij locus elucidatus. Balneatores verboſi. Quid cani, & balneo? Balnea, & Cænacula Bibliothecis ornata. Recitatio in conuiuiis, & lectis dormitoriis. Parietes cerati qui? Balnea quando clauſa

clauſa, quando aperta. Lauandi tempus, & alia.

NON difficile perſpectu quantum non ſolum ſcribendi, ſed etiam legendi ſua ſcripta morbus penitiſſime Auctores occuparit priſcos, & potiſſimùm Poëtas, qui clamoſi adeò, vt cerebrum ſit illis in lingua, qui in circulis vbiuis conuocatis pruriant ſua recitare, aut recitari. Hinc Satyricus Venuſinus vrbanè hos perſtringit.

Non recito cuiquam, niſi amicis, idque coactus;
Non vbivis, coramue quibuslibet, in medio qui
Scripta foro recitent, ſunt multi, quique lauantes.

Ita feſtiuiſſimus Martialis lib.3.Epiſt 44. importunum inſectatur Poëtam,

Et ſtanti legis, & legis ſedenti:
In thermas fugio, ſonas ad aures.

In balneis carmina recitata.

Ex quibus præcipuè colligo, ſolitum in balneis, tanquam incude recudi, quicquid in Palladis, aut Apollinis officina eſſet cuſum. Illo enim omnes confluebant, tam patricij, quam plebeij litterati, vbi omnia ad amuſſim, & Ariſtarchicâ cenſura examinata, probata aut improbata, vel ad iudicium eruendum, vel ad aures deliniendas, vel ad horas fallendas, vel ad populi auram captandam. Subſcribit mihi locus Petronij Satyr. hæc dicentis. *Relictoque Eumolpo, nam in balneo carmen recitabat*, & quæ ſequuntur. Horatius in Arte,

Carmina cur recitata in balneis

Horatij locus elucidatus,

——— Bona pars non vngues ponere curat,
Non barbam, ſecreta petit loca, balnea vitat.

Etſi Lambinus hunc locum, non ad loci celeritatem; ſed ad Poëtæ illuuiem, ſordeſque referat. Ego tamen cenſeo in balneis pleraque ſcripta, recitata, & meditata aliquando. Suetonius in Auguſto cap.85. *Extat alter æque modicus* (liber ſcilicet) *Epigrammatum, quæ ferè tempore balnei meditabatur.*

Balneatores verboſi dicti.

Hinc Balneatores dicti nouarum rerum curioſi, verboſi, famoſi, vti tonſores, apud quos multa leguntur, dicuntur multa a linguacibus, dicacibus. Sed Luciani fax clariſſima mihi in hoc prælucet, qui prouerbialiter hac forma vtitur, τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ, *quid cani, & balneo*? Si enim canes in balneo nulli vſui, quid Sycophantæ in Muſarum Athenæo? Canini Sycophantæ balnearium Athenæum non ingrediuntor.

Prouerbium Quid cani & balneo.

Bibliothecæ iuxta balnea, & cœnacula.

Quare priſci Bibliothecas iuxta balnea collocabant. Seneca de Tranquilitate cap. 10. *Iam enim inter balnearia, & thermas Bibliotheca quoque neceſſarium domus ornamentum, expolitur. Ignoſcerem planè, ſi è ſtudiorum nimia cupidine oriretur, &c.*

In ruſticis quoque fund[illegible] bibliothecæ ſtructæ, quod ex Ma[illegible]tialis lib. [illegible].epig. 6.colligitur

Ruris Bibliothe[illegible] a delicati, &c.

Balnea Lucenſia quot.

Sen[illegible] de tranqui[illegible] [illegible]nio. Sidonio, &c.

Non po[illegible]in non [illegible], de Lucenſibus balneis quædam ſubtexere, quaſi fimbriam texto ab eruditiſſ. Ant. Minutulio Medico excell. & aliis. Ad pagum Corſeni, qui eſt munus 15. mil. paſſ. à Luca, quatuor balnea viſuntur, ego quoque teſtis oculatus. Primum dicitur de Corſena: Alterum Rubeum, olim dirutum: Tertium S. Ioannis. Quartum de Ducciis, de quibus nil diſſero, quod medicorum eſt. Præter hæc aliud mille paſſibus diſtans nuncupatum de Villa, Villa enim nomen pago amœniſſ. 16. mill. paſſ. ab vrbe Luca diſtanti. Hunc locum olim obſoletum, modò ſumma induſtria reſtauratum, nitorique reſtitutum Reſp. Lucenſis quàm maximè fouet, magnificis villis exornatum, atque viridariis amœniſſimis, ob aëris, aquarumque clementiam, atque ſalubritatem. Inſcriptionem ibi marmoream hanc legi. *Confert cctu corporis membris, curat omnes ſtomachi morbos, appetitum excitat, digeſtionem conciliat, vomitum reſtringit. Sanat cuncta hepatis vitia. Hepatis, atque venarum oppilationes aperit, colorem optimum facit, confert paſſionibus ſplenis. Sanat vlcera pulmonis, mundat venas, lapidem comminuit, arenulas prohibet. Macros impinguat. Lepram curat non confirmatam. Bibita antiquas febres expellit. Matricis vitia clyſterizata iuuat, toto corpore vlcera ſanat. Triginta lauantur diebus, qui eâ vtuntur. Octo, vel decem bibitur, purgatione præmiſſa.* Hæc breuiter deſcripta continet tabula. Vide Minutolium, Baccium, & alios. Ad rem.

Corſena.

Villa.

Inſcriptio Balneorum Lucenſium.

Non ſolùm autem balnea, ſed & triclina & cœnacula ornata Bibliothecis. In conuiuiis clientes, famulique ſemper aliquid legere, aut recitare ſolebant. Seneca in citato loco. *Sicut pleriſque ignaris, etiam ſeruilium litterarum libri non ſtudiorum inſtrumenta, ſed cœnationum ornamenta ſunt.* Non ſolùm igitur poëtabantur in balneis; verùm etiam in conuiuiis. Perſius Sat.1.

In conuiuiis recitari ſolitum.

In conuiuiis poëtabantur.

——— Quidquid denique lectis.
Scribitur in citreis.

Et in lectis etiam dormitoriis. Hinc ſolebant habere parietes ceratos, vt ſi quid fortè noctu in mentem veniret, ſtatim in eo ſcriberent. Horatius lib.2.Sat.3.

Et in lectis dormitoriis.

Parietes cerati.

——— ——— Immerituſque laborat,
Iratis natus paries Diis, atque Poetis.

Sed quia de Balneis memini, illa lego clauſa ante Solis occaſum, & aperta non ante auroram. Lampridius in Alex. Seuero. *Addidit & oleum luminibus Thermarum, cum non ante auroram paterent, & ante Solis occaſum clauderentur.* Et quamuis ſub cœnam hora eſſet lauandi in Thermis; attamen Pollio Vitruuius lib.5.cap.10.ait, *Tempus lauandi à meridiano ad veſperum conſtitutum eſt.* Aliter tamen alio tempore. Octaua nempe hora, propria, & deſtinata. Martialis lib. 10. Epig.8.

Balnea quando clauſa, quando aperta.

Tempus lauandi.

Nunciat octauam Pharia tua turba iuuenca,
Et pileata redit, iamque ſubitque choros.
Temperat hæc Thermas, nimios prior hora vapores.
Halat, & immodico ſexta Nerone calet.

Neronianæ, thermæ, vt Herculanæ, ob intenſiſſimum calorem prouerbio loc[illegible]m de-

de.:,

dere, ideo Ariſtophanis interpres in Nebulis ait, Vulcanum muneris vice ſubmiſiſſe Herculi feruida balnea. Quid feruidius noſtris Lucenſibus thermis? quæ niſi longo per tubulos tactu perducerentur, non ſanarent, ſed elixarent. Ego ipſe teſtis oculatus.

Balnea ſacra.

Ariſt. in probl. ait balnea apud veteres habita ſacra, propterea quod ex ſulphure, ac fulmine rebus natura ſacris promanent. Piſandrus verò tradit, Mineruam Herculi feſſo calidum balneum ſuppeditaſſe, nam, vt ait Pindarus in Nemeis, Ode 4. ne calida quidē aqua æque mollit, ac refocillat membra, quantum laudatio citharæ aptata.

DANIELI DE NOBILIBVS LVCENSI I.C. & Hiſtorico.

DISSERTATIO XXIV.

Taciti error duplex, vbi de Iudæis. A ſue cur iidem abſtineant: cur itidem Cretenſes, & Ægyptij. Multa de ſue. Cerarium, Chartaceum quid.

Taciti locus v. Hiſtor. Taciti error de Iudæorum origine.

TACITVS nunquam tacendus auctor, ſi quædam tacuiſſet, lib. quinto Hiſtoriarum in fronte, mendaciorum pleniſſimus, quę comminiſcitur de Iudæis, vbi in primis hæc de illis habet: *Iudæos Creta inſula profugos nouiſſima Libyæ inſediſſe memorant.* Vbi à monte Idâ Cretenſi Idæos, ac deinde Iudæos dictos opinatur, oriundos ex Cretâ. Et infrà: *Sue abſtinent memoria cladis, quod ipſos ſcabies quondam turpauerat, cui id animal obnoxium.* Hæc ille ſomniat. Tertull. *Apol. cap.* 16. vocat Tacitum 4. Hiſtor. mendaciorum loquaciſſimum, comminiſcentem caput aſininum adoratum à Chriſtianis, ac de eorum origine. De illorum origine conſulendi Sacri libri, quibus, ſacer eſto, qui refragatur. Sue abſtinent ex legis adhuc præſcripto, quia illud animal immundum. Sed mundis omnia munda. Ad rem. Tota aberrat via, qui ab ianoa aberrat. Ex veri orbita eum ſeduxit falſa opinio, oriundos Iudæos à Creta, quia Cretenſes ab animali illo immundo, tanquam ſacro abſtinent; quod apertiſſimè Athenæus lib. 9. his verbis. *Suem ſacrum eſſe apud Cretenſes animal, Agathocles his verbis ait. Iouem in Creta partu editum fuiſſe ad Dictem montem fabulantur, in qua, & arcanum ſacrum peraguntur. Ferunt etiam porcam mammas infanti præbuiſſe, & circumcurſantem, ne à præſentibus exaudiretur, vagitum eius occultaſſe. Quamobrem animal id veneratione ſumma dignum omnes arbitrantur, & ſuilla ea gens non veſcitur.*

Iudæi cur ſue abſtinēt.

Cretenſes Sue abſtinent. Sus ſacra Cretenſibus.

Ægyptij quoque à ſuilla abſtinent: & Iudæi in Ægypto diu morati, Ægyptij aliquando habiti; religione ne, an odio? adhuc ſub iudice lis eſt. Ælianus *libro de Animalibus* 10. ſues non abſtinere à carnibus humanis commemorat, & ideò illas eſſe deteſtabiles. Plutarchus 4. *Sympoſiacon* aliam affert rationem: ideò Ægyptios à ſuillâ abſtinere, quia ſuem tanquam ſacram colerent. Nam hoc animal roſtro terram fodiens, veſtigium arationis impreſſit, atque aratri vſum oſtendit. Vnde ruſtico inſtrumento vomeri nomen ὕνις, à ſue videlicet, quæ ὗς illis dicitur. Quanquam illic & alia cauſa refertur his verbis. *Suillam carnem abhorrent, qui vitiliginem, & lepram deteſtantur, quas putant eſu harum carnium adſciſci.* At paulò infrà rem meliùs digito oſtendit, innuens, immunditiam illius cauſam eſſe, cur abhorreant; nullum enim animal tam obſcœnum quod ſterquiliniis, locisque cœnoſis gaudet. Fabuloſam etiam affert rationem idem Author, quam & alia multa elegantiſſimè ſcripta per te ipſum legito.

Iudæi vocati Ægyptij cur.

Sus ab humana carnē non abſtinet.

Ægyptij cur Sue abſtinēt.

Sus terræ arationem docuit.

Immunditiā ſuis.

Hoc poſtremum addo. Doctiſſimus Baronius in primo Annalium, hallucinatum fuiſſe Tacitum planè teſtatur, vt ab hoc, tanquam Achille, defendar.

Porcos ab inſanis, Laribus immolatos, ego alibi docui. Hoc inſuper addo, Romæ ſus fœderibus, & ſponſalibus adhibitum, hinc dicti porci ſacres, id eſt puri, à decimo die partus, quod tum ad ſacrificia idonei habeantur: ideo Plaut. *in Ruden.* ſunt domi agni, & porci ſacres, & nefrendes ſues, ſiue nephrundi, id eſt, caſtrati, quaſi ſine renibus. Nefrendes, ait Feſtus, arietes dixerunt, quod dentibus frendere non poſſunt. Alij dicunt, Nefrendes infantes nondum frendentes, & frangentes. In initiationibus Cereris, vt ait Gyraldus, ſus mactabatur ab eo, qui mortuo iuſta non feciſſet, vt refert lex Pontificalis. Deorum quoque Matri nullum ſacrum niſi de porca fieri, quidam prodidere, luſtrarique exercitum: hinc fortaſſe dicta myſtica, quòd in myſteriis Eleuſiniis immolaretur.

Porci in fœderibus & nuptiis.

Nefrendes quid.

Quibus Diis ſus mactata.

Tib. lib. 1. eleg. 10.

Hoſtiaque è plena myſtica porcus hara.

Ariſtophanes præterea in fabulis ſuum plerumque, & porcorum ſacrificium commemorat. At Iudæi, Ægyptij, Phœnices, Myſij ab hoc immundo abſtinent animali, diuerſas ob cauſas. Vide Gyral. Synt. 17. Sed ne Veneri ſuem immolare videar, meis gerris te obtundendo ſuillibus, grunnitum mitto ſubulcis.

Verùm, ne nimis ceris me eraſiſſe putes, quæ à me de *Cerario* expoſcis, qui aliàs ſum cerâ tractabilior, ex Cicerone 5. In Verrem colligo, *Cerarium* nil aliud eſſe, quam ſtipem, quæ ceræ nomine penditur, veluti hodie pro diplomatum ſigillis. *Ex omni pecunia* (inquit) *quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primùm pro ſpectatione, & collybo, deinde neſcio quid pro cera;* & hoc *Cerarium* dictum. Origo huius vocis à priſca manat

Cerarium.

conſue

conſuetudine ſcribendi in tabulis ceratis. Hinc plerumque cera pro libro ponitur. Iuuenalis

Nonne libet medio ceras implere capaces?

Chartaceũ. Quare Cerarium erat, pretium ceræ, ſicuti noſtra tempeſtate, Chartaceum pretium chartæ Scribis ſuppeditatum à Magiſtratibus, vt notant Frontinus, Briſſonius, alijque Iuriſconſulti. Chartophylax erat ſigilli Patriarchalis cuſtos, quod etiam in pectore geſtabat, appellabaturque dextera Patriarchæ. Chartophylaces duo erant, prior Patriarchicus, Eccleſiæ archiuia ſeruans, alter Oeconomio inſeruiebat, & tabulas Eccleſiaſticorum redituum, & expenſarum curabat. Balſam. Codin.

κηρόβουλλον cerea bulla, ſeu ſigillum, vnde ἀβούλλωτον, quod bullam aut ſigillum non habet. Bullæ erant quadruplices: aurea, argentea, cerea, plumbea. Omnibus vtebatur Imperator, Patriarcha vero tantùm ærea praſina, vel etiam plumbea. Aurea Imperator in Conſtitutionibus, ac mandatis ad Reges, Sultanos, ac Toparchas, vt colligitur ex Codin. *de offic. aulæ Conſt.* Inuenio etiam ad clerum datam apud Nicetam. Idem vſus argenteæ. Ad matrem, vxorem, & filium cerea: ad Deſpotam, Patriarcham, Sebaſtocratorem, & Cæſarem plumbea vtebatur. Aureæ bullæ ſignatio penes Logothetam, argenteæ etiam: cereæ verò, & plumbeæ penes accubitorem fundæ. Atqui cerea quidem duplex erat; rubra ſcilicet, & praſina. Subſcribebat autem aureis bullis Imperator litteris rubris, id eſt, cinnabari. Præter hanc ſubſcriptionem tres quoque in fronte cruces eiuſdem coloris addebat, per quas tacitè ſcilicet iurabat rata ſe ea velle, quæ ſcriberet; Phranzes *lib. 3. cap. 3.* Patriarcha ſubſcriptione cærulea vti cæpit ſub primis Palæologis. Cantacuz. *lib. 3. cap. 36.*

FRANCISCO BERNARDINO FERRARIO S. T. Et Ambroſiani Collegij Doctori.

DISSERTATIO XXV.

Tintinnabuli etymon, & vſus varius in multis. Foculi item menſarij, & Flabelli antiquus vſus. Interdiu fores ſemper apertæ.

Tintinnabulum vnde dictum, & eius vſus antiquus. TINTINNABVLVM nomen fictum à ſono, quem edit vas æneum, cuius inuentum antiquiſſimum, (nos *Campanam*, ſeu *Nolam* dicimus) vel Moſis tempore, teſte Ioſepho 3. *Antiquitatum.* Princeps enim Sacerdotum ſuperinduebatur tunica hyacinthina, ex cuius fimbriis tintinnabula pendebant, quæ ſonitum ederent, cum ille eſſet ſancta ſanctorum ingreſſurus. Auctor huius tamen ignotus. Vſus varius, & præcipuè in funere, vt notat Scholiaſtes Theocriti, qui mos in hunc vſque diem perdurat, quòd is ſonus credebatur eſſe, [illegible], καὶ ἀπελαστικὸν τῶν φασμάτων, hoc eſt, *auertens ſpectra, & Dæmonum ludibria.* Atque hinc receptum, arbitror, vt tonante Cœlo campanæ perſtrepant; etſi aliam cauſam ſubeſſe opinor, vt illarum comploſu aërem longè, lateque diuerberante, vis tonitrui infringatur. Vſus tintinnabuli in funere. Tonante cœlo.

Codonophori dicti anteambulones arrati, & præcones ferales qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt ex Budæo; tales hoc anno vidimus præcurrentes currus portantes tabida corpora peſtilentia graſſante, atque animus meminiſſe horret. Codonophori.

Deinde, ſi qua vis, ſeu tumultus ingrueret, æris tinnitu indicium eius rei dabatur olim, quod colligo ex T. Liuio dicente, *Campanorum in bellis multitudo, cur æris crepitu, qualis in defectu Lunæ, ſilenti nocte fieri ſolet, edidit clamorem?* Omitto Corybantia æra, & alia in ſuccurrendo laboranti Lunæ, & Dodonæa. In tumultu.

Alius prætereà vſus, vt in thermas ſtatis horis aduocarentur, dimitterentur lauaturi, & loti. Ita Martialis. In thermis.

Redde pilam, ſonat æs thermarum, ludere pergis?

In Damnatorum etiam ſuppliciis Nolarum tinnitu admoniti, ne incauti occurrerent, & funeſtarentur, aut polluerentur contactu, vel occurſu funeſti corporis. Hinc Carnifices dicti, *Tintinnabuli*, quòd iis vterentur in cædendis ſontibus: etiamſi alij velint ſic dictos, quaſi reddant tinnitum, dum cædunt flagris, & verberant. In damnatorum ſupplicio.

Verùm huius æris vſus potiſſimum in foribus ædium, in cuius locum ſucceſſit orbis ille æneus pulſandis foribus idoneus. Seneca 3. de Ira cap. 35. *Quid miſer expaueſcis ad clamorem ſerui, ad tinnitum æris, ad ianuæ impulſum?* Confirmat Suetonius in Auguſto cap. 19. Dion lib. 54. hæc habet. *His enim tintinnabulis Ianitores nocturni vtuntur, vt, ſi quid ipſis opus eſſet, ſignificare poſſent, & vicorum vrbis cuſtodes his vſi.* Quemadmodum apud Græcos in Ciuitatum muris excubantes, vt Suidas refert ex Ariſtophanis interprete. Plutarchus in Arato. *Subeuntibus primis, ille, qui vigiliam matutinam tradebat, tranſibat illac ad tintinnabulum, multaque lumina, & ſtrepitus erant ſequentium eum.* Et paulò poſt. *Ille ex turri reſpondit alta voce, nihil mali eſſe, ſed canem ad ſtationis lumen, & ſtrepitum tintinnabuli laceſſitum.* Qui mos etiam durat in Arcibus cuſtodiendis. Tintinnabula olim animantibus appendi ſolita. Item arieti gregem præcedenti & equorum frænis: Nouarinus docet 2. *Sched. cap. 25.* Præterea equos ſonitu tintinnabuli probatos, vigiles excitatos: piſces venales eſſe in foro piſcario, eoque concuſſo à mulionibus lanios & carnifices inceſſiſſe cum tintinnabulis pluribus idem docet. Vide, In foribus ædium. In arcibus cuſtodiẽdis.

De

De tintinnabulo ſympoſij Ænigma.

Ære repens curuo patulo componor in orbe.
Mobilis eſt intus lingua crepitantis imago.
Non reſonat poſitus, motus quoque ſæpe reſultat.

Foculi menſarij vſus antiquus, & cur.

De foculo menſario nullus dubij locus, quin eo Priſci vſi ad fercula calefacienda hyberno tempore. Ita Senecâ Epiſtol. 95. *Quid illa inrulenta, & quæ tamen ab ipſo igne in os transferuntur, iudicas ſine noxâ in ipſis viſceribus extingui?* Eo fine Foculi menſarij inuenti, vt in menſam iis prunæ deferrentur. Idem Epiſtol. 85. *Circâ cœnationem eius tumultus coquorum eſt, ipſos cum obſonijs focos transferentium, hoc enim iam luxuria commenta eſt, ne quis intepeſcat cibus, ne quid palato iam calloſo parum ferueat, cœnam culina proſequitur.* Apud Ariſtophanem, δμῶες ἐξενέγκατε τὴν ἐσχάραν μοι θύραζε, ϗ τὴν ῥιπίδα: *Heus famuli ex ædibus huc afferte foculum, & flabellum.*

Flabellum etiam in vſu olim.

Flabellum addit, nam flabellum etiam in vſu fuiſſe antiquis ex multis colligo. Terentius in Ennucho. *Heus tu* (inquit) *Dore, cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito, dum lauamur.* Ouidius de Arte.

Proficit in tenui ventos mouiſſe flabello.

Martialis lib. 3. epigr. 40.

Et æſtuanti tenue ventilat frigus.
Supina praſino concubina flabello.

Hinc referenda Hiſtoria narrata ab Athenæo *lib.* 1. de Pithyllo liguritore, Catillone dicto, Ganeone, Popinone. Item quæ referuntur ab eruditiſſimo Pontano in Atticis bellariis priſci vſus. 56.

Interdiu fores ſemper apertæ.

In Plauti verò Moſtell. *Act.* 2. *Sc.* 2. vſum priſcum noto, de quo à te ſubdubitatum, interdiu fores nunquam clauſas, his verbis, *Sed, quid hoc, occluſa ianua eſt interdiu* Fores apud Lacones non pulſatas, ſed ingreſſuros foris exclamaſſe Plutarchus in Laconicis ait, *Morem habebant non pulſandi fores, ſed foris clamandi.* Sciſcitabantur aliquando, non ſolùm qui eſſet, qui fores pulſaret, ſed quot eſſent, maximè noctu, vt colligitur ex Petron. Satyr. *Et iam plena nox erat, cum Eumolpus oſtium pulſat, interrogo eos, quot eſtis?* &c. Item in foribus apud pleróſque pingebatur, fingebaturque ſignum artis, quam quiſque exercebat. Vide Nouar. Sched. *lib.* 11. *c.* 28.

MATTHÆO VALERIO Carthuſiæ apud Mediolanenſes Procuratori.

DISSERTATIO XXVI.

Seruorum veſtis qualis. An diuerſa ab illa Dominorum? Togæ, Tunica, Penula, Cucullus. Libertas Romana in veſtitu. Veſtiſpicus Seruus. Seruorum miniſterium gratum Laribus. Anulo ferreo vſi ſerui. Iidem immunes à militiâ tam apud Romanos, quàm Græcos. Heroes qui. Honos habitus ſeruis belli occumbentibus Κρωσσός. *Archonti ferrum tractare nefas. Veſtis eiuſdem. Heroum libamina in funere. Sacra ad tumulum eorumdem. Dracones iiſdem ſacri. Enſes ſuprà caput dormientium. Serui oricalcho, liberi argento, & auro certare ſoliti: illi numo, hi talento. Serui Comici cum pallio ſuprà collum. Seruorum ſtrenuorum nomina columnis inciſa.*

Ioſeph. Laurentij Polymach.

Tunica veſtis ſeruilis.

DE DISCRIMINE SERVORVM ET LIBERORVM in veſtitu Romano agendum modo. Quod, vt ingenuè fatear, mihi non ſatis liquet. Etſi enim tunica plerumque veſtis ſeruilis, quod à multis notatum, & Popellus tunicatus ab Horatio dicatur: toga verò honeſtiorum, & liberorum ciuium; nullam tamen legem, morem nullum extare mihi conſtat, quo Serui à Dominis veſtis genere dignoſcerentur.

Toga veſtis liberorum.

Nulla lex de veſtitu Seruorum.

Ita Seneca 1. de Clementiâ cap. 24. *In ſenatu eſt aliquando dicta ſententia, vt Seruos à Liberis cultus diſtingueret; deinde apparuit, quantum periculum immineret, ſi ſerui noſtri numerare nos cœpiſſent.* Duos milliones hos fuiſſe, & ampliùs Lipſius de magnitudine Romanâ teſtatur. Quare periculum magnæ ſeditionis, ſi quâ notâ diſtinguerentur, eadem & numerum perſentirent. Veneti quoque hunc morem retinent, vt nullum ſit diſcrimen inter patricios, cæteróſque ciues Venetos: togati enim, vt libet, quilibet incedunt in ciuitate, togatam perpetuo pacem colentes.

Seruorum duo milliones Romæ.

An Seruorum veſtis diuerſa ab illa dominorum.

In aliam ſententiam ire totis pedibus videtur idem Lipſius, qui refert in Saturnalium ſacris candidatos, & togatos inceſſiſſe Seruos, quibus veſtibus alias Domini vſi. Ex quibus inferre poſſumus atratos plerumque toto reliquo anni tempore Seruos, aut pullatos fuiſſe. Lampridius quoque in Alexandro refert, *Seruos ſuos ſemper cum ſeruili veſte, nec vt cæterorum principum albatos, ſed vt priuatorum omnium atratos.* Seruiles igitur veſtes apud Lampridium, & Tacitum, atrum cum cucullione pallium, & atra lacerna. Quod tantùm moribus, vſuque receptum, S. C. nullo, lege nulla ſancitum. De mancipiis vide Iac. Duran. variorum *lib.* 1. *cap.* 10.

Veſtis ſeruilis pulla cum cucullione, pallio, lacerna.

Tunica Seruorum veſtis. Penula Ruſticorum. Cuculli viliorum.

Seruorum (crediderim) veſtitus proprius Tunica fuit, Ruſticorum penulæ, vti & Militum; Viliorum tantùm cuculli, Imperatorum æuo. *Bardocucullus*, fit à bardus, quod vel cantorem ſeu poëtam ſignificat, vnde Petrarchæ, & Dantis imagines cucullatæ pinguntur: vel tardum, & ſtolidum. Bardocucullus veſtis viliſſima, contra Tyrianthina nobiliſſima: hinc ſtulti & fatui cucullati, & moriones principum incedunt. Ideo noſtri Capuccini cucullati, quaſi inſipientes, & viliſſimos ſe exiſtimant cucullatos. Raderus in Mart. Quare viliores ſerui pulli, honeſtiores rutuli, aut ruſi: Imperatorum aurati, & chlamydati, vt notat Lipſius *in Electis*.

Perſarum ſerui à dominis diſtincti & viri à viris.

Apud Perſas lege, & moribus diſtinctas veſtes reperio, vt omnes affirmant; alia enim propria Regi veſtis fuit, alia Cognatis illius conueniens, alia Affinibus, alia Proceribus, & Amicis; ita vt ſinguli veſtium colore diſtinguerentur. Lampridij locus in Alexandro Seuero me laciniâ mouet, & monet, dicentis. *In animo habuit omnibus officiis genus veſtium proprium dare, & omnibus dignitatibus, vt à veſtitu dignoſcerentur, & omnibus ſeruis, vt in populo poſſent agnoſci, ne quis ſeditioſus eſſet, ſimul ne ſerui ingenuis miſcerentur*, & quæ in hanc rem ſequuntur.

Veſtiſpicus Seruus veſtibus cuſtodiendis.

At veſtibus cuſtodiendis Seruos aſſignatos olim, ſicut & cæteris rebus planè patet. Veſtiſpicorum Seruorum erat veſtes inſpicere, & curare. Hinc ratio nominis. Afranius, *Noni non inſciam ancillulam veſpere, & veſtiſpicam.* Hoc itaque munus tam Famulorum, quam Ancillarum, de quo videndus Bayſius *in Re Veſt.*

Seruorum miniſterium gratum Laribus.

Seruorum miniſterium, etſi alias exoſum, gratum tamen Diis Laribus fuiſſe Dionyſius Halicar. lib. 4. his verbis teſtatur: *Illis verò, qui pro vicinia ſacra facerent in compitis, ſtatuit, non homines ingenuos, ſed ſeruos adeſſe, & in ſacris faciundis adiuuare, quod famulorum, ac ſeruorum miniſterium Laribus eſſet gratius.* Seruis

Anulo ferreo vſi ſerui.

tamen interdictum aureum anulum geſtare, qui ferreis tantùm vtebantur, vti & homunciones, & plebeij, quod teſtatur Iſidorus *lib. 9. cap. 32.* Statius in Lacrymis Hetruſci.

Mutauitque genus, nomenque ignobile ferrum

Exuit, & celſo natorum æquauit honore.

Appiani teſtimonium ſubſcribit *lib. 1. Bell. Ciuil.* vbi refert à Tribunis in exercitu Romano aureos, ferreos à reliquis geſtatos. Videndus de anulis Georgius Longus, eruditus ſanè ſcriptor. Et quamuis

Serui immunes à militia apud Romanos.

ſeruili opera belli nunquam ex lege militari vſi ſint Romani, & Græci; attamen neceſſitate vrgente Romæ meruerunt. Itaque ſecundo bello Punico, poſt pugnam Cannenſem, inopia liberorum hominum, octo millia Iuuenum validorum è ſeruitiis prius emerunt, & libertate donauerunt, quàm armauerint, vt eſt apud T. Liuium *lib. 22.* Auctore Mart. I. C. *L. ff. 49. de re militari Ab omni militiâ ſerui prohibentur, alioqui capite puniantur.* Hinc malè Cares ſemper audierunt dictique pecuniæ mancipia, quod primi in bello æra meruerunt, vti ſerui. Euſth. *Il. 9.* Nec ſolum ſerui non militabant, ſed etiam libertini, & quorum ingenuitas incerta, & ſub lite adhuc, ex Vlpian. *lib. 49.* Plut. in Mario. *Poſtquam orationem ſplendidam habuit, ſtatim copias ad bellum, & præter legem, aut conſuetudinem ſeruos, & rei familiaris tenuitate laborantes conſcripſit, quos ſuperiores Imperatores reiecerant.* Vide item Steuuechium ad Vegetij *c. 6. lib. 1.* Apud

Etiam apud Græcos.

Græcos etiam hic mos, vt refert Pauſanias in Atticis, his verbis; *In huius regionis campis tumulus eſt Athenienſium, qui in pugna ceciderunt, & ex eo pilæ eminent, in quibus cæſorum nomina, & tribus inſcripta ſunt: Alter item apud Platæenſes Bœotiæ eſt, in quo Serui conditi ſunt, tunc enim primum Serui ſtipendium fecerunt. Honorem Marathonij præ cunctis iis habent, qui in pugna occubuerunt, Heroaſque eos appellant.* Ex quibus planè colligo, quantus honor iis habitus, qui in pugna occubuerunt. Non pigebit pulcherrimum Plutarchi in Ariſtide locum ſubnectere, ad honorem iis qui in prælio pro patria occubuerant, habitum declarandum. *Eo approbato ſcito, Platæenſes receperunt, Græcis, qui ceciderant illic, & humati fuerant, quotannis parentare, quod in hanc diem ad hunc faciunt modum. Maimacterionis menſis, qui apud Bœotios eſt Alalcomenius, ſexto decimo die pompam agunt, quam antecedit prima luce tubicen claſſicum canens; ſequuntur plauſtra myrthi, & coronamentorum plena, taurus niger, libamina in amphoris, vini, & lactis; croſſoſque olei, & vnguenti adoleſcentes ingenui ferunt; nulli enim licet homini conditionis ſeruilis illud attingere miniſterium, quod illi viri pro libertate occubuiſſent. Nouiſſimus Platæenſium Archon, cui alias neque ferrum attrectare, neque aliam, quam candidam, induere veſtem fas eſt, tunc ſago puniceo amictus ſumit ex tabulario hydriam, gladiúmque tenens è medio oppido ad monumenta pergit, mox aquam ex fonte capit, abluit pilas, & inungit, immolatóque ſuper pyram tauro, Iouem, ac Mercurium Inferum precatus, viros illos fortes, qui lethum pro Græcia oppetierunt, ad cœnas & inferias inuitat; tum pateram vino miſcet, quam vbi profudit, ita fatur. Propino illis viris, qui pro libertate Græciæ occiderunt. Hæc ſolemnia ſeruant Platæenſes in hodiernam diem.*

Heroes dicti, qui in pugna occubuerunt. Honos habitus occumbentibus belli.

Annuæ exequiæ perſolutæ iis, qui pro patria occubuere.

Vaſis genus, κρωσσὸς.

Archon ferrum attrectare non poterat. Archontis veſtis candida.

Flores in Heroes ſpargebant, & coronas dabant. Plutarchus *in Cæſare*: Has conditiones cum in concione Curio Cæſaris nomine proponeret, ingenti eſt plauſu exceptus: aliqui etiam coronas in eum ſicut Athletam, floribuſque ſpargentes, iactauere, &c. In Heroum verò, & Athletarum honorem defunctorum ieiuniarum putat apud Antiquos Plutarchus in Demoſthene, *Deceſſit decimo ſexto die menſis*

menſis Pyanepſionis, quem diem ſacris Cereris triſtiſſimum agentes in templo Deæ ieiunant fœminæ. Et paulo poſt; populus Athenienſis meritum honorem habens ſtatuam ex ære poſuit, &c.

Libamina facta Heroibus in funere.
Heroum tumulis quomodo ſacrificatum.
Dracones ſacri Heroïbus.

Heroum tumulis ſacrificarum ſcio: quomodo verò, innuit Plutarchus in Alexandro his verbis. *Ilij Mineruæ ſacrificauit, Heroïbuſque libauit. Achillis cippum vnxit, ac circum eum vna cum amicis de more cucurri nudus, eique coronam impoſuit, beatum prædicans Achillem, &c.*

Magni Heroes ſe natos è fluminibus montibus, & littoribus, vt paſſim ex Homero, & aliis colligitur, prædicabant, volebant ſcilicet factis notiores eſſe quam genere. Cuique ſua dextra vera eſt mater. Conetur nothus, vt factis ſit notus. Cerda 9. *Æneid.*

Præterea Mercurei lapidei illis dicati Plutarch. in Cimone. *Quare Hermas illos lapideos pop. ei vt poneret indulſit, quorum primo eſt inſcriptum, &c.* effigies quoque leonum ſepulchris, templis, thronis, & fontibus, non modo apud prophanos, verùm etiam apud ſacros lego fuiſſe inſculptas, vt colligit ex Horo pereruditus Cauſſinus. Ad hæc flores & coronæ ſparſæ heroïbus defunctis. Plut. in Cæſare, *Ingenti eſt plauſu exceptus; aliqui etiam coronas in eum ſicuti in athletam, floribuſque ſpargentes, iactauere.* Idem in Demoſth. *Deceſſit 16. die menſis Pyanepſionis, quem diem ſacris Cereris triſtiſſimum agentes in templo Deæ ieiunant fœminæ*, & paulo poſt. *Populus Athen. meritum honorem habens ſtatuam ex ære poſuit, &c.* Vides quantis viri fortes honoribus poſt mortem cohoneſtati.

Heroïbus ſacros fuiſſe Dracones præcipuè ex omnibus animantibus lego in Plutarchi Cleomene. *Paucis poſt diebus, qui Cleomenis corpus cuſtodiebant, cruci ſuffixum, Draconem ingentem conſpexerunt, qui caput illius circumplicabat, faciemque contegebat, ne auis carniuora eam vlla attingeret. Hinc ſuperſtitio inceſſit Regi, trepidatióque aliarum expiationum mulieribus aditum præbens, quaſi virum interfeciſſet diuinum, & humanâ ſorte maiorem. Alexandrini quoque excurrebant ad ipſum locum, ac Heroem Cleomenem, Deorumque filium appellabant, vſque dum reflexerunt ea doctiores, qui docuerunt, apes ex bobus, ex equis veſpas putreſcentibus germinare, ſcarabæos ex aſinis pullulare eodem deductis; humana verò corpora tabe medulla inter ſe compacta, & concreta edere angues, qua re veteres animaduerſa inter omnes animantes Heroibus dracones conſecrauere*, &c. Libamina quædam in tumulum ad orientem, aut occidentem verſi fundebant veteres; erant autem, vt vult Lucianus vinum, & mulſum, vt Æſchylus in Perſis mel, lac, vinum, oleum, aqua, farina.

In caſtris Romanis libamina inferebantur in aram, quæ fuit ante augurale, vt priuati in focum ſedem Larium. Patroclus in ignem

apud Horeum. Ælius Lampridius, Deos quoque ſerpentes ab Ægyptiis nominatos memorat, vbi ſic de Heliogabalo loquitur. *Ægyptios dracunculos Roma habuit, quos illi Agathodæmonas appellant.* Nec tantum Ægyptij ſed & Phœnices, qui ſerpentem Dæmonem fœlicem nominabant, vt ait Euſeb. *lib. 1. de præpar. Euang.* Strabo quoque templa vocat, *Draconia*, quod prima credo, circa ſerpentes extiterunt Idolatriæ ſemina. Adeóque hanc ſpeciem Dæmon habuit in deliciis, vt nec ſine ſerpentum effigie conſecrata ſuperſtitionis domicilia crederentur; quod conſtat ex Perſio. Nota eſt Epedauriorum, Athenienſium, Argiuorum in ſerpentes infelix ſuperſtitio.

Enſes appenſi ſuprà caput dormientiū.

Vagari libet in vago hoc viridario. Moris erat apud antiquos, ſuprà dormientium caput enſem, & alia arma appendi, quod & apud nos magno in vſu. Hoc Homerus *Illiad.* 10. apertè teſtatur. Cum enim apud illum Agamemnon inueniſſet Neſtorem iacentem in molli lecto, ſubiungit.

> *Iuxtáque eum arma variegata iacebant.*

Vbi etiam numerat ſcutum, haſtas duas, galeam, baltheum. Triphyodorus in excidio Troiano.

> *Surgens hic ex lecto arma quærebat.*

Virg. *Egregia interea coniux arma omnia tectis*

> *Emouet, & fidum capiti ſubduxerat enſem.*

Plutarchus in Pelop. *Enſem, qui ſuprà caput eius ſuſpenſus erat, detractum in ſignum, recubuiſſe eum ſomno ſtratum, oſtendit fratribus*, &c. Et in Catone Minore. *Platonis dialogum, de animo, ſumpſit in manus, libróque properè euoluto, ſuſpexit ſupra caput. Vbi non vidit ſuſpenſum gladium (filius enim, cœnante adhuc patre, ſubtraxerat eum) ſeruum vocauit, rogauitque quis enſem abſtuliſſet &c.* Quod etiam teſtatur apertiſſimè Appianus lib. 11. de hoc eodem Catone ſic loquens; *Enſem ſolitum lecto aſtare minimè inueniens, exclamauit, ſe hoſtibus à domeſticis prodi, &c.* Apud Hebræos eumdem obſeruatum fuiſſe morem, vel ex hoc licet arguere, quod Iudith Holofernem trucidauit eo gladio, qui ad ipſius Holofernis caput, & lectum pendebat.

Enſes fortaſſe ſuſpendebant ad exterrendos nocturnos Lemures, & Manes infeſtantes vt colligitur ex Virg. 4. *Æneid.* vbi Sibylla iubet Æneam ſtringere enſem in furias, &c.

Serui certabant orichalco.
Liberi argento & auro.

Ab Heroibus ad etrones Seruos reuertor. Seruos vero orichalco, liberos auro & argento certare ſolitos Plautus in Curcul. indicat.

> *Auro contra cedo modeſtum amatorem, à me aurum accipe.*
>
> *Cedo mihi contrà orichalco, quoi ego ſano ſeruiam.*

Præterea nummo Serui; Domini talento certabant. Idem in Epidico.

Serui nũmo, liberi talento certabant.

In meum numum, in tuum talentum Daniſta captio eſt.

Poſtremo Serui comici incedebant cum pallio ſuper collum. Plautus Capt.

Serui Comici cum pallio ſuper collum.

Nunc certa res eſt eodem pacto, vt comicè Serui ſolent:
Conijciam in collum pallium primò, ex me hanc rem vt audiat.

Et Curcul.

Tum iſti Græci palliati, capite aperte qui ambulent.

Seruorum ſtrenuorum nomina columnis inciſa

Seruorum fidelitati, vltra ſummum libertatis pretium, aliud æquiſſimum lego conceſſum in Pauſania in Atticis his verbis, *Æquitas autem pleniſſimum illud plebiſcitum fuit, quo publica ſepultura honor eſt cum Seruis communicatus, eorumque nomina columnis inciſa, quod fideliter, & ſtrenuè Dominis in prælio operam ſuam nauaſſent.*

IOANNI ANTONIO Corregio & Petro Roncalio Oratoribus Sacris Auguſtinianis.

DISSERTATIO XXVII.

Æditui etymon, & officium. Fauiſſæ. Fana manè aperta, noctu clauſa. Quæ Templa ſemper clauſa, vel aperta. Ianus in Sacris primus, Veſta poſtrema. A farre principium Sacri. Varius adorãdi ritus. Supplices velati Conſultantes. Adire manum Deorum, incerare genua eorumdem. Adoratio Imperatorum. Lotio ablutio, ſparſio in Sacris. Candidati adibant templa. Legatio pro pace qualis. Caduceum in funeſto nuncio coronatum. Oleæ rami in ſupplicationibus lanâ cincti. Ramalia feſta. Ereſiona carmina. Ramus Oleæ in Panathenæis. θαλλοφόροι. Supplicum ritus. Precatio ad genua. Iræ deprecandæ modus. Præmium Epimenidis.

Æditui Etymon.

AEDITVI, Æditimive, ab ædibus ſacris tuendis dicti: non ſolùm ſacra cuſtodire; ſed & ſupplicantem quemque admittere ad ſacella tenebantur, qui ſupplicatum ibat. Seneca Epiſt. 41. *Non ſunt ad Cœlum eleuandæ manus, nec exorandus Æditumus, vt nos ad aures ſimulacri, quaſi magis exaudiri poſſimus, admittat; propè eſt à te Deus &c.*

Æditui ſupplicantes ad ſigna manu ducunt.

Feſtus non aſſentitur Tullio *in Top.* nec Varroni qui inter Ædituum nihil intereſſe cenſent, Æditumus enim pro intimo accipit Feſtus his verbis, *Æditus ſacræ ædis tutor, ideſt, curam gerens Æditumus Ædis intimus*; quamquàm non ſatis apparet, an ſignificatione diſtinguat. Ædituos virtutis belli domique ſpectatæ vocat Hor. *lib. 2. ep. 1.* Poëtas, vt celebratores virtutis, & cultores, qui eam ſuis Carminibus decantant.

Noto hunc morem non aliàs notatum. Æedituorum erat etiam fauiſſas cuſtodire, vbi res veteres religioſæ adſeruabantur. Hæ erant cellæ quædam, & ciſternæ in area Capitolinâ, vbi reponi ſolebant ſigna, & theſauri, & alia quædam religioſa donariis conſecrata. Sic dictæ fauiſſæ, quod in eis non rude æs, argentumque, ſed flata, ſignataq; pecunia cõderetur. De his vide Agellium *lib. 2. cap. 10.* Quòd verò in templis Æditu-us perpetuo cuſtodiam ageret nomen indicat, & colligitur ex Plauti Curcul. Act. 1. Sc. 3. *Benè vale, ocule mi, nam ſonitum, & crepitum clauſtrorum audio, æditũ aperire fanum.*

Fauiſſæ cuſtoditæ ab Æditui.

Fauiſſæ quæ

Vnde dictæ. Æditui perpetui cuſtodes templorum.

Aperiebantur fana manè, vt adorarent. Adoratio à ſupplicatione differebat, quòd ſupplicatio carmine perficiebatur, adoratio Numina præſentia precibus alloquebatur; nam *adorat*, ex Feſto, *ad os orat.* Adoratio in ceremoniis commendatur, quæ venerationem maximam habet, geſtuque aliquo deſignatur, vt oſculo, manus extenſione, corporis inuerſione, genu inflexione, inceratione, aliiſque ſacris ritibus. Ad nominis rationem reſpexit Seneca in Hercule Furente, dum ait, *Tonantem noſtra adorabit manus.*

Aperta fana manè.

Adoratio in quo differat à ſupplicatione. Adoratio quæ propriè.

Apertis templis accendebantur tedæ ſummo manè, tum matutinæ fiebant vigiliæ. Sacrorum enim cauſâ maturiùs vigilandum. Lactantius de Diis lib. 6. deridet his verbis: *Mactant opimas beſtias Deo, quaſi eſurienti, accendunt lumina, velut in tenebris agenti*; Noctu ergò clauſa erant templa omnia, præterquam Iani belli tempore, Honoris, & Hortæ Deæ, dictæ *ab hortando*, quod Horta ad res præclaras ſemper hortaretur, ideoque aſſiduis precibus fatiganda, & ſacrificiis pianda continuis, & ob id aperta ſemper, vt Plutarchus ait in *Quæſt. Rom.*

Apertis templis tedæ accenſæ.

Templa clauſa noctu. Templum Iani ſemper apertum belli tempore.

Vt Hortæ, & Honoris, & Iani templum ſemper apertum, ita Plutonis apud Eleos per totum anni circuitum ſemel tantùm aperiebatur, neque cuiquam ingredi, fas erat. Corinthi à Neceſſitatis, & Violentiæ fano arcebantur omnes, nec vlli aditus in templum dabatur, Alex. *lib. 1. cap. 4.* Numa Pompilius legem ſanxit, *Pellex ædem Iunonis ne tangito: ſi tangit, Iunoni crinibus dimiſſis agnum fœminam cædito*, ex Gellio *lib. 4 cap 52.*

Honoris, & Hortæ templum cur ſẽper apertum. Plutonis tẽplum clauſum apud Eleos, Neceſſitatis, & Violentiæ, apud Corinthios.

Ianus in omnibus Sacris primus perpe-

tuò

tuò rogatus, vltima Veſta. M. Tullius, *Ianum Principem in ſacrificando eſſe voluerunt.* Arnobius, *Ianum, quem in cunctis anteponitis precibus, & viam vobis pandere ad Deorum audientiam creditis.*

A farre princip. ſacri.

A farre autem in quolibet ſacrificio ſumptum initium; Dionyſius Halicar. lib. 2. *Romani exiſtimantes far eſſe omnium frugum pretioſiſſimum, & antiquiſſimum ab hoc in omni ſacrificio, in quo victima crematur igne, initium faciunt*, &c.

Adorandi mos varius. Adorantes ſtabant, circumagebant ſe ad dextram. Stantes quomodo adorabant.

Adorandi Deos modus diuerſus legitur in templis. Adoraturi enim ſtantes aliquando, aliquando ſedentes ſupplicabant. Stantes totum corpus circumagebant à dextera in læuam, vt exprimerent motum vniuerſi ab ortu in occaſum. Sic Flaccus Argon. 8.

——Vt dextrum pariter vertatur in orbem.

Lucr. lib. 5.

Nec pietas vlla eſt velatum ſæpè videri.
Vertier ad lapidem, &c.

Velati ſupplicabant.

Hunc morem noſtri Sacerdotes tenent, cum ſe in ſacro ad populum dextrorſum conuertunt. Aliquando velati ad aram ſedebant, & precabantur: Propertius,

Ante tuoſque pedes illa ipſa ad operta ſedebat.

Saturnus, & Honos adorati capite aperto.

Plautus Amphitr. *Inuocat Deos manibus piis, capite operto.* Saturnum, & Honorem adorantes caput aperiebant. Cauſam petes à Plutarchi Probl. Seneca in Hercule Furente.

Namque ipſa triſti veſtis obtectu caput
Velata, iuxta præſides aſtat Deos.

Adorantes, cur circumagerentur ad dextram & cur ſederent.

Plutarchus *in Numa* cauſam motus, & quietis in adorando innuit, his verbis, *Adorantium vero illa vertigo ad mundi circuitus ſimilitudinem fit: aut fortaſſè is, qui adorat, quoniam templis ad orientem ſpectantibus, aduerſatur ortui, mutat ſe ipſum, & ad Deum conuertit, orbem faciens, & abſolutam precem vtrinque coniungens, niſi mediius fidius Ægyptiis rotis ſimile quiddam mutatio illa habitus ſignificat, docetque, quaſi nihil ex humanis rebus ſtabile, & firmum ſit; ſed, vt cumque vertat Deus, reuoluatque vitam noſtram, id iucundè, ac libenter admitti conueniat: ſedere autem cum adorauit, auſpicium eſſe dicunt, quo & ratas preces, & in bonis perſeuerantiam fore ſignificatur*, &c. Hæc ibi: at in Marcello: *Equus vlulatu illorum expauefactus retro cedit, vique Marcellum auertit; ille veritus, ne ea res permoueret in omen verſa milites, equum properè in ſiniſtram flectit, & ad hoſtes conuertit, ſolemque ipſe adorat, vt, ſi non caſu, ſed eius rei cauſa circumegiſſet equum: ſolemne eſt enim Romanis, cum adorant Deos, in orbem ſe conuertere:* Et in Camillo, *Simulatque ita fatus eſt* (Camillus) *vt in more eſt Romanis à precibus, & veneratione Deorum ſeſe conuertere dextrorſum, dum circumagit ſe, prolabitur*, &c. Adoraturi ad ſolis ortum labia vibrabant. Tertull. in Apologetico. *Deinde ſuſpicio ſolem nos adorare, quod innotuerit ad orientis regionem precari. Sed & plerique veſtrum affectatione aliquando, & cæleſtia adorandi ad ſolis ortum labia vibratis.*

Conſultantes & iudicantes cur ſedebant.

Quare conſultantes, & iudicantes ſedere tenebantur: anima enim (vt dicitur) ſedendo fit ſapientior, Plautus Moſtell. Act. 5. Sc. 1. *Sic tamen hinc conſilium dedero, nimio plus ſapio ſedens.* Hanc adorationis ſeriem Suetonius in Vitellio cap. 3. exponit his verbis, *Primus C. Cæſarem Caligulam adorari, vt Deum inſtituit, cum reuerſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet, quam capite velato, circumuertenſque ſe, deinde procumbens.* Cur hæc fierent, legendus Plutarchus in quæſt. *Cur Deos ſalutantes caput operiunt*; & in Numa, & alij.

Amplectab. tur ſigna.

Amplexabantur præterea oſculantes ſigna. Virgilius 2. Æneid.

—— Diuum amplexæ ſimulacra tenebant.

Manus ad oſculum in adoratione.

Plautus in Rud. Act. 2. Sc. 7. *Duæ mulierculæ hic in fano Veneris ſignum flentes amplexæ tenent*, &c. Verùm præ cæteris id noto, priſcos in adoratione manum ad oſculum retuliſſe. Colligitur ex Apuleio lib. 4. *Admouebant oribus ſuis dexteram, priore digito in erectum pollicem reſidente, vt ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus venerarentur.* Atque adeò id ſolemne olim, vt oſculatio adorantis ſignum eſſet, vt liquet ex locis citatis.

Oſculum manus adorationis ſignum. Pauperes pro ſacrificio manus oſculabantur.

Hinc pauperes pro ſacrificio, manum tantummodo oſculabantur, vt innuit Lucianus in Encomio Demoſthenis. *Cùm ille manum ori admouet, neque ego ſuſpicor aliud eum facere, quam orare Deos:* Et alibi de Sacrificiis: *Si quis pauper ita Deos litat, vt dexteram dumtaxat ſuam exoſculetur.* Rhodig. *lib. 5. cap. 3.* ait, Græcis tum demum viſas preces perfectas, ſi inter eas manus oſcularentur. Hinc Apuleius Apolog. lib. 1. *Si fanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia, manum labris admouere.*

Manus auerſæ ad oſculum.

Auerſam manum ad oſculum admotam fuiſſe, Plinius ait, his verbis. *Quamdam eſſe in dextra religionem, qua oſculis auerſa appetitur.* Suetonius in Auguſto cap. 44. *Quidam prius ſomnium Catuli aliter exponunt, quaſi Iupiter compluribus prætextatis, tutorem à ſe poſcentibus, vnum ex eis demonſtraſſet, ad quem omnia ſua deſideria referrent, eiuſque oſculum delibatum digitis, ad os ſuum retuliſſet.* Plinius lib. 28. cap. 2. *In adorando dextram ad oſculum referimus, totum corpus circumagimus.*

Manu tacta ſimulacra in adoratione.

Manu aliquando tangebant ſimulacra, vel expanſa, vel ſupina, dum ne digiti pectinatim inter ſe ſe eſſent implexi, quod genus adorationis Plautinus Leno vocat, *adire manum Deorum.*

Collocabantur enim ſimulacra Deorum in portis, quorum manus prætereuntes tangebant adorationis gratia, & religioſæ ſalutationis, ita nos ſalutaturi aliquem, eius manus oſculamur,

Lucr.

——Tum portas propter ahena
Signa manus dextras oſtendunt attenuari,
Sepe ſalutantum tactu preterque meantum.

In dextra, quia ſedes fidei, ideo ea porrigebatur deoſculanda. Plut. in Numa, ait, ſolis Imperatoribus hunc honorem à veteribus exhibitum, quibus duntaxat populus fidem ſuam promittebat. Eandem ob cauſam, Tranquillo teſte in Nerone, abeuntes, redeunteſque peregrè principes Senatorum manus oſculabantur, vt fidem ſuam in Senatum firmam, integrâque exiberent. Vnde Numidarum Reges maieſtatis ſpecie nemini oſculum impertiri ſolebant, vt oſtenderent ſe nullius fidei obſtrictos teneri, ex Alex. ab Alex. Mendoza l. 8. Aliquando preces, & vota in cerâ infigebant, quod Iuuenalis dixit, *Genua incerare Deorum.*

Genua incerare quid.

Incerabant enim Deorum genua qui votum ſuſceptum ſignabant, & ſe voti reos conſtituebant ex Turn. *adu. lib. 1. cap. 17.* Plin. lib. 10. ep. ad Traianum, ita ſcribit, *ſolemnia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, & ſuſcepimus, Domine pater, & ſoluimus, precati Deos, vt velint ea ſemper ſolui, ſemperque ſignari.* Votum enim ſuum nuncupatum, & in charta conceptum, conſcriptumque, Deorum genibus cera obſignatum affigebant. Vel die noſtro ritu cereas candelas, aut vota cerea Diis oblata, eorumque genibus affixa, ſi illi talia ſuſpendiſſent vota, quod non fit veriſimile. Demum incerare, eſt cera oblinere, ideo incerabant ſimulachra Deorum. Prudent. lib. 1. contra Sym.

——Guſtauerat inter
Vagitus de farre mola, ſaxa illita ceris
Viderat, vnguentoque Lares humeſcere nigros.

Adorationis Imperatorũ ritus.

Ex Pomponio Læto, Diocletiani inſanam ambitionem colligo in adoratione Imperatorum, his verbis. *Nam cum priores Imperatores, vt Coſſ. ſalutarentur, primus ipſe voluit adorari more Perſarum: antea enim manus oſculandas nobilibus prebebant, poſt ſuis manibus ſubleuabant ad oris oſculum. Vulgus genua exoſculabatur, Diocletianus vero edicto ſanxit, vti omnes ſine generis diſcrimine proſtrati pedes exoſcularentur, calceamenta auro, & gemmis exornans.* Qui mos nunc ad pedes Pontificis, & ad genua Præſulum, Principumve receptus.

Manus verò capiti admotæ periculi admonent imminentis. Plutar. in Gracchis, *Admouit manum Tiberius capiti, diſcrimen ſuum ea ſpecie demonſtrans.*

Manus lotæ ante preces, & ſacrum.

Redeo ad diuinos ritus. Oraturi manus prius lauabant, vt noſtri Sacerdotes ſacra facturi. Horatius, Sat. 3. lib. 2.

Libertinus erat, qui circum compita ſiccus,
Lautis manè ſenex manibus currebat, & vnum.
Quiddam magnum addens, vnum me ſurpite morti,
Diis enim facilè eſt, orabat.

Prouerbium Illotis manibus.

Ideò Heſiodus vetat, illotis manibus Ioui mane libare, *quoniam*, (inquit ille) *non audit, ſed reſpuit preces:* Vnde illud prouerbium, *Illotis manibus.* Libros etiam fortaſſe ſacros illotis manibus tangere vetitum. Plutar. Orat. 2. de eſu carnium: *Nos fortaſſe peccamus, qua huiuſmodi libros attingimus, non luſtratis manibus, pedibus, auribus.* Non ſolùm oraturi manus lauabant, ſed etiam ſacrificaturi. Plautus Aulul. *Ego niſi quid me vis, eo lauatum, vt ſacrificem.* Seneca in Thyeſte,

——Monea, ne ſacra manus
Violata cade; neue feriali malo,
Aſpergat aras,

Telemachus *in Odyſſ.* apud Homerum manus lauat, antequam Deo ſupplicet. Quin ea fuit veterum religio & cautio, vt non impuri ſolùm abluerentur, ſed ipſa meſacra. Callimachus in Hym. *Certo quodam & conſtituto die mulieres Argiua accipiebant ſimulachrum Minerua ferebantque ad fluuium Inachum, ibique lauabant.* Aqua illa debebat eſſe viua. Virg. 2. Æneid.

Lota etiam ſimulacra.

Sacra manu.
Attrectare nefas, donec me flumine viuo,
Abluero.

Galli ſacerdotes matris Ideæ ſe ſe cruentabant ad Phrygios modos Aprili menſe Megalenſibus vſque dum in Almone matrem Idæam lauiſſent, id cum fiebat dicebatur lauatio Deum matris. Arnob. 7. contra gentes, *Lauatio Deum matris eſt hodie.* Tunc enim ipſi ſacerdotes lætitiam ſumebant, illa ſqualorem ſordeſque ponebat. Val. Flac. 8. Argon.

Sic vbi Mygdonios planctus facer abluit Almo,
Letaque iam Cybele feſtaque per oppida tada.

Aqua viua erat fontana, & fluminea, ſeu perennis, non ſtagnans, aut torpens. Rationem huius refert Plutarchus lib. 1, Symp. Quæſt. 5. *Stantes aqua & in cauernibus harentes, facile putreſcunt propter admixtionem terra, fluentes fugiunt, & repellunt offerentem ſe his terram.* Lotio, & aſperſio, hoc differunt. quod Lotio in ſacris Superũ, Aſperſio in ſacris Inferorum; vnde in 6. Æneid. *Spargit rore leui*, in parentatione. Marius apud Plutarchum. *Diis vota facit, lotis manibus, ſublatiſque in cœlum.* Quare priſci illi, vel impurâ religione religioſi ad animi puritatem indicandam, (qui mos adhuc in noſtris Myſtis ſeruatus,) candidati templa adibant. Plautus Rud. *Ergo vos equius erat candidatas venire, hoſtiatasque ad hoc fanum: ad iſthunc modum non veniri ſolet.*

Ablutio, & aſperſio in quo differũt.

Candidati templa adibant.

Velati etiam manibus Legati pacem petentes, aut ſe ſe dedentes. Plautus Amph. *Poſtridiè in caſtra ex vrbe veniunt ad nos flentes principes, velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum.* Idem Plutarchus in Theſeo caduceum coronatum inquit, non nuncium, his verbis: *Vnde hodie conſuetudo, manet, vt in celebritate, quam ὀσχοφορία, à ferendis ramis vocant (nam ὄσχος, ramus eſt) non nuncius ipſe; ſed caduceũ coronetur, & poſt libationes huiuſmodi, qui interſunt, emittant voces, ἐλελεῦ, ἰὺ, ἰὸ, ideſt eia, heu, heu, quorum altero in feſtinatione, bellis, ac pæanibus, vti ſolent; alterum conſternationis, ac turbationis*

Velati manibus legati pacem petebant.

Caduceum coronatum in funeſto nuncio.

nis eſt. Hæc ibi loquens de nuncio allato mortis Ægei: & paulò poſt hæc ſubnectit, *Ereſionen vero, ideſt olea ramum, lana coronatum* (*ἤριον ſiue, ἔριον enim lana eſt,*) *vt nunc ad ſupplicationem efferunt.* Dionyſius, *Paucis poſt diebus legati à Latinorum Rep. ex omnibus delecti populis, qui ſuis ſententiis huic bello aduerſari fuerant, ſupplices cum ramis oleæ lana obuolutis & velamentis, quæ porrigebant, ad eos venerunt, &c.* Primus locus Plutarchi in Theſeo, Libationes innuit cum cantibus ſacris in nuncio funeſto: alter verò in Supplicationibus oleæ ramum lana coronari. Illa vocabantur *Ramalia*; carmina, quæ canebantur, *Ereſiona* dicta. Vide Suidam εἰρεσιώνη fol. 366.

Oleæ rami lana coronati in ſupplicationibus.

Ramalia feſta.
Ereſiona carmina.

Tempore peſtis apud Athen. (vt habet interpres Ariſtoph. in Pluto) quiſque ciuium, ramum oliuæ lana inuolutum ad fores domus ſuæ affigebat, inſuper, & panem recens coctum, tres vrceolos ſcilicet olei, mellis, & vini pueris per ciuitatem diſcurrentibus, ac cantantibus.

Maiuma feſtum celebrari ſolitum Kal. Maij in honorem Maiæ, & fiebant magni ſumptus in celebratione, Suid. ita Cod. lib. 11. tit. 45. *Clementia noſtræ placuit, vt Maiuma prouincialibus lætitia reddatur: ita tamen, vt ſeruetur honeſtas, & verecundia caſtis moribus perſeueret.*

Ethnicorum fuiſſe thallos, ſeu palmas manu geſtando templum ingredi patet apud Athan. epiſt. ad ſolitariam vitam. Εἰρεσιώνη ramus erat oleæ lana obuolutus, arborum fructibus circumpendentibus, qui ante ianuas ædium ſuſpendi ſolebat in honorem Apollinis, ad famem arcendam ex oraculi præcepto. Suid. Ariſtoph. interpr. in Pluto. Huc arbitror pertinere, quod de Locrenſium legatis Liuius ait, qui in velamentis ſupplicum ramos oleæ, more Græcorum porrigẽtes, cum flebili vociferatione humi procubuerunt. Oleaſter olim etiam religioſus conſitus ante Deorum templa in quo dona affigerentur, nam arboris huius tanta eſt viuacitas, vt etiamſi multis clauis configatur non lædatur, & ex pertica huius arboris dona in templis ſuſpendebantur, & ab hac arbore coronæ depromptæ Olympionicorum. Cerda ad 12. Virgil.

In Oſchophoriis Athen. pueri ingenui pubeſcentes ferebant ὄσχους, id eſt, ramos, ac palmites cum ſuis racemis in templum Mineruæ Seriados. Plut. in Theſeo, ait, hoc feſtum inſtitutum à Theſeo, cum ſe Athenas ex Cretenſi nauigatione reciperet cum luctu, & tumultu, vbi Ægei patris mortem audiſſet. Herodotus refert in vita Homeri, ab frequenti puerorum indigenarum choro comitante carmina eſſe cantata, & poſtea in Samo perdurаſſe hunc ritum, quoties ad Apollinis feſtum collecti conueniebant. Plutarchus in Theſeo: *Ductis igitur ſortibus Theſeus acceptis ex Prytaneo his, quorum nomina exierant, in Delphinium profectus, Apollini pro ſua ſociorúmque ſalute ſupplicationem peregit. Erat autem ex ſacra olea ramus alba lana coronatus. Inde nuncupatis votis, octauo Iduum Ianuarij deſcendit ad mare, quo etiam his temporibus puellas placaturas Delphum mittunt, &c.*

Ramum oleæ geſtabant Athenis in Panathenæis, qui dicebantur θαλλοφόροι; Erant ij plerumque ſenes, vnde per iocum θαλλοφόροι illi dicti, qui veluti inutiles ad ſua munera obeunda putantur. Vide adagium θαλλοφόροι. Supplices ramum præferebant pacem petentes, ſed oleæ, qui obuolutus erat lana, quæ dicitur à Virg. 3. Æn. vitta. *Præferimus manibus vittas.* Qui ramus obuolutus lana imaginem vinctorum repræſentabat.

Θαλλοφόροι qui.

Ramus oleæ ſupplicum lana vinctus.

Manus præterea illigatas fuiſſe Supplicantium, ex multis Auctoribus colligere licet. Nam Virg. 11. *Velati ramis oleæ.* Oleæ Supplicum ideò, quia ex D. Ioan. Chryſoſt. homines ramos olearum gerentes mouere reges conſueuerunt, nam eo arboris genere humanitatem commemorant. Hunc ramum aliquando ore geſtatum lego in Scholiaſte Euripidis, & ex Euripide in Oreſte, *Preces fundo ſupplex ore carente ramo.* Laurum pro olea geſtatam refert Ammianus *lib.* 18. qui tres circunſtantias Supplicum; ſalutationem nempe, vultum humi affixum, & manus conuerſas in tergum, recenſet. Hæc velamenta erant ex lanâ albâ; quæ inſignia etiam nauibus adhibita, vt habet Liuius *lib.* 30. vſitata, & mutuata à Græcis. Hæc comitabantur veſtium ſordes, capilli promiſſi, procubitus in terram.

Manus ſupplicũ ligatæ.
Oleę ſupplicum cur.

Ramus ore geſtatus.

Supplicum circunſtantiæ.
Velamenta ex lana alba.

Supplicum verò mos triplex ex eruditiſſimo Cerda; vel enim tantùm Supplices contingebant genua; vel proiiciebant ſe ad illa aduolúti; vel demum ſupplicabant genibus, brachiorum nexu.

Supplicum ſigna.
Supplicum mos triplex.

Demum fiebat precatio per genua. Plautus Truc. *Per tua obſecro genua,* &, ſi credimus Plinio *lib.* 4. *cap.* 45. genua vt aras adorabant, ad imitationem Deorum, quorum genibus vota facta paſſim Scriptores referunt, quod in illis Miſericordiæ ſedes, ob affinitatem, quam genua habent cum oculorum genis. Vnde Iſidorus ait; *Genua à Genis dicta, eò quòd in vtero cohæreant, & coniuncta ſint oculis.* Plinius loco citato ait: *Hominis genibus quadam religio ineſt, obſeruatione Gentium. Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, &c.*

Precatio per genua.
Genua adorata cur.
Genua ſedes pietatis.

Nec ſolùm genibus prouoluti Supplices, ſed & pedibus. Cæſar. 2. *Maſſilienſes vniuerſi, ſe ad pedes proiiciunt, oránque.* Supplicatio Scytharum talis recenſetur à Suidâ *fol.* 309. Moris apud Scythas fuit, ſi quis ab alio iniuria afficeretur, quam vlturus, ſe aduerſario fore parem non putaret, vt boue immolato carnes in fruſta conciſas elixaret, & corio humi extento inſideret, manibus in tergum reiectis: quo nullum apud eos maius ſupplicandi genus. Qui verò volebat, parte carnium accepta, & dextro pede corio inſiſtens, ſe pro virili opem ei laturum pollicebatur, éſtque id ſanctiſſimum iuramentum. Interdum, qui ſupplicabant, contingebant mentum illius manu dextrâ, ſiniſtrâ genu. Hom. Il. 1. *Apprehendit genua ſiniſtrâ, dextrâ autem mentum tenuit,*

Pedibus prouoluti ſupplices.

nuit, qui mos non vltra Græciam profectus, vt docet Plinius. Inter ſupplicandum interdum fiebat adoratio, lacrymæ effundebantur. Liu. lib. 34. *Legati, vbi hæc audiuerunt, flentes ad genua Conſulis prouoluuntur.* Vnde ad genua deiicere, eſt aliquem afflictare, perſuadere. Addo ex Virgilio lib. 11. Supplices arma depoſuiſſe. *Dextras tendamus inermes.* Et 1. Æneid. *Tendentémque manus Priamum conſpexit inermes.* Liuius lib. 28. *Patefactâ repentè portâ frequentes ex oppido ſeſe eiecerunt, ſcuta præ ſe tenentes, ne tela procul coniicerentur, dextras nudas oſtentantes, vt gladios abieciſſe appareret.* Cæſar. 2. Belli Ciu. *Hoſtes, ruinâ turris commoti, inermes cum infulis ſeſe porta foras vniuerſi proripiunt.*

Flentes ſupplices. Adoratio ſupplicum lacrimæ.

Supplices ſine armis. Iræ deprecandæ modus.

Se dedentes cum ramis oleæ lanâ obuolutis prodibant etiam ex Vrbe, ex Dione *lib.* 3. Quod ſi ſupplicatione opus ad iram deprecandam, ita factam lego in eodem Dione lib. 4. *Tullus dixit Romanos clementer, & moderate cum illis acturos, quod agnita iniuria, quam fecerant, & ſcelere, quod patrarant, cum corollis, infulis, & cæteris ſupplicum inſignibus iram deprecaturi veniſſent.* Epimenides, referente Plutarcho *in Solone*, præter ſurculum ex ſacrâ oleá, nullum aliud donorum recipere voluit ab Athenienſibus.

Oleæ ſurculus præmium Epimenidis.

Alios adorandi ritus, tanquam vulgares, libens volens miſſos facio. Legatur Plutarchus *in Numa.*

MARTINO SANDELLIO V. R. Et eloquentiſſimo Iuriſconſulto.

DISSERTATIO XXVIII.

Candidæ veſtis vſus apud Romanos. Candidati vnde. Ij præter nomen, æs alienum profeſſi, vt & Rei. Nota Candidatorum optima. Quibus nominibus occurrentes ſalutarent. Auſpicia Candidatorum. Pater in causâ filiorum iudex, & cum quibus. Adulteria cognita à maritis. Olim adulteræ inſepultæ, & ſine funere. Adulterium duplex. Adulterorum pœnæ variæ. Nulla poteſtas filiorum viuente Patre. Filij luebant patris crimina apud Græcos, ſecus apud Romanos.

ROMANI vſi candidis veſtibus in Conuiuiis, in Sacris, in Magiſtratuum petitione, in Manumiſſionibus, in Militia, in Spectaculis, in Triumphis, in Nuptiis, in Luctu quoque, & Cadaueribus inuoluendis. Candor enim ſymbolum modeſtiæ, puritatis morum, felicitatis, victoriæ, libertatis, & gaudij.

Candidati propriè ſic dicti, quòd candida veſte induti magiſtratum ambirent, & peterent, qui ſuum nomen profiteri tenebantur in concione, impetratâ facultate concionis ab eo, penes quem ea poteſtas, ſe ſcilicet velle magiſtratum populi beneficio obtinere, quod omnibus notum, & obſeruatum. Sed Seneca *de Benefic. 6. cap. 20.* alium morem, aliis non obſeruatum, his verbis aſtruit: *Si quis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec hoc æs alienum profitebor, aut candidatus, aut reus.* Candidatus, inquit, eruditiſſimus Lipſius, quia cenſus ſenatorius liquere debebat illius, qui magiſtratum publicum petebat. Addo, non eum ære alieno oppreſſum, non capite cenſum, aut ære dirutum. Rei verò tenebantur æs alienum profiteri, quia repetundarum, peculatus, aut criminis accuſati, quid in ſuo, quid in alieno ære haberent, indicare debebant.

Candidati vnde dicti. Suum nomen profitebantur.

Candidati æs alienum profeſſi. Rei quoque & cur.

Approbatio magiſtratuum (vt refert Suida *f. 255.*) ſeu exploratio facta fuit. 1. illorum, qui virilem togam ſumebant. 2. eorum qui magiſtratum gerebant, & exercitui præerant. 3. eorum qui Remp. capeſſebant, etſi nullo magiſtratu fungebantur: aliquando verò, & in eorum vitam inquirebant. 4. etiam equitum auctore Lycurgo: Inprimis autem inquirebatur in oratores Remp. gerentes, & decreta ſcribentes, num pudicè vixiſſent.

Et quia Candidati, cùm in Senatum producebantur, tanquam ad Lydium lapidem probandi, hac nota maximè commendati, ſi, dicti, *Boni*, vel *Optimi*. Quod ſi fortè cuipiam in viá, cuius nomen obliti, occurriſſent, Dominum ſalutabant. Seneca Epiſt. 3. *Quomodo omnes candidatos, Bonos viros dicimus; quomodo obuios, ſi nomen ſuccurrat, Dominos ſalutamus.* Plinius Paneg. *Faciebas ergo, cum diceres, Dominos.* Mart. lib. 1. Epig. 68.

Nota Candidatorum quæ.

Cum te non noſſem, Dominum, Regemque vocabam.
Quòd te nomine iam tuo ſaluto,
Quem Regem, Dominum prius vocabam

Hoc non ſolùm proprium Candidatorum, Reges, & Dominos obuios vocare, quorum nomina non occurriſſent, vt dixi, cuique illa Nomenclator ſuggerebat, ſed & omnium penè ciuili more viuentium. Addebant & nomen, *Pater*, ſi maior natu · *Frater*, ſi æqualis, vt habet Horatius in Epiſt. 6. lib. 1. *Mercemur ſeruum, qui dictet nomina.*

Salutandi ritus antiquus.

Mox ſubdit.

—— frater, pater adde;
Vt cuique eſt ætas, ita quemque facetus adopta.

Noto obiter ex Bullen. de Imperat. Rom. Comites, & Rectores prouinciarum ab Imperatore vocatos Fratres.

Candidatorum auſpicia Dion *lib.* 1. ita deſcribit, loquens de auſpiciis Regis inaugurandi. *At noſtra ætate hic mos ſublatus eſt, & tantùm*

Auſpicia Candidatorum.

tantàm quædam eius imago, huius religionis cauſà, remanet. Candidati enim ſedem capiunt & ſub crepuſculum matutinum ſurgunt, & quaſdam preces ſub dio peragunt, &c.

Candidatos, ſeu albatos vota ad Deos fudiſſe priſcos colligimus ex Perſio Sat.2.

Negato Iupiter hæc illi, quamuis te albata rogarit. Plaut. Rud. *æquius vos erat candidatas venire ad hoc fanum: ad iſtunc modum veniri non ſoles.*

Pauca hæc à me, dicis cauſa, plura tibi ab aliis. Ad aliam quæſtionis partem de cauſæ cognitione domeſtica. Cum pater in in cauſa filij cognoſceret, veluti iudex, ſi deliquiſſet, cognatos, affines, amicos interiores aduocabat, quorum conſilio ſtatueret, ne quid inconſultò, temeréque iræ æſtu, œſtróque percitus in plectendo peccaret. Seneca de Clem.lib.1.cap.15. *Alium, qui filiam prehenſam in parricidio, exilio damnauit:* Deinde ſubdit, *Cognituros de filio T. Arius aduocauit in conſilium C. Auguſtum: venit in priuatos penates; aſſedit; pars alieni conſilij fuit.* Tacitus Annal. 13. *Pomponia Græcina inſignis fœmina Plautio, qui ouans ſe de Britannis retulit, nupta, ac ſuperſtitionis externæ rea, mariti iudicio permiſſa. Iſque priſco inſtituto, propinquis coram de capite, famaque coniugis cognouit, & inſontem nuntianit.*

Pater iudex in cauſa filiorum.

Adulteria cognita à maritis.

Vide de adulterorum pœnis Briſſonium, *lib. ad legem Iuliam de adulteriis.*

Quare, ſi quid ab vxore delictum eſſet, aut ſiquæ ſimultates, aut offenſiones eſſent graues (leues enim leniter ferendæ) de eo vir non in iudicio, & foro, ne litibus obſtreperent, cum propinquis, tanquam domeſticis iudicibus, cognoſcebant quicquid diſſidij foret, in Sacello Deæ Viriplacæ, illarumque contumaciam pœnis ſeuerioribus, aut mollioribus cohibebat, quod etiam Tiberius Cæſar in loco ſuprà citato ſtatuit. Cicero pro Cluentio. *Mulier amiſſis liberis, cum vnius filij liberandi ſpes eſſet oſtentata, omnes ſuos propinquos, filiique ſui neceſſarios conuocauit, &c.* Dion. lib. 2. his verbis: *De his verò cognoſcebant ipſi cognati cum viro, vbi violata fuiſſet pudicitia.* Idem lib.4. repetit, aliumque morem ſuggerit in Tarquinij Superbi vità. *Præterea iugulato vno de ſeruis, veſtra corpora coniungam, & dicam, te in turpi adulterio cum ſeruo deprehenſam, pœnas mihi iniurias perſequenti cognati dediſſe, itaut turpis, & probroſa mors tua ſit futura, & corpus tuum neque ſepulturam, neque aliam quampiam earum rerum, quæ defunctis dari ſolent, ſit conſecuturum.*

Adulterorũ cadauera inſepulta, ſine funere.

Vides luce clariùs, cauſæ cognitionem adulterij cognatos ſpectaſſe. Sed aliud eruo, cadauera Adulterarum inſepulta paſſim iacuiſſe ſine funere, & exequiis. Quod priuſquam firmo, de adulterio quædam innuo, vt eius turpitudinis lues euitetur. Adulterij crimen duplex, diurnũ, & nocturnũ. Nocturnũ grauius habitum, quaſi eſſet furto coniunctum. Seueriſſime vtrumque plectebatur apud omnes Gentes, ac primùm apud Ægyptios, referente Laurentio Diodori interprete *ad lib. 2. cap. 3.* In adulterio deprehenſi mille plagis cæſi caſtrabantur, maximè ſi, quam corrupiſſent, non ſeruilis, ſed liberæ eſſet conditionis, quòd vno crimine tria maxima ſcelera complecterentur, *Iniuriam, Corruptelam, Liberorum confuſionem.* Plato 8. *de Legibus*, iubet adulterum Magiſtratu arceri, quod vel morte grauius cenſendum. Caſtratos fuiſſe Romæ, & Athenis adulteros notiſſimum ex Martiale, Horatio, Terentio, & aliis.

Adulterum duplex. Adulterium nocturnum grauius.

Adulteri magiſtratu priuati. Adulteri caſtrati.

Aliam lego Adulterorum pœnam, nempe alicuius membri mutilationem, videlicet narium, aurium, vt deformitas perpetua corporis, atrocitatem ſceleris præ ſe ferret. Hac pœna mulctatus Deiphobus, vt Helenæ adulter.

Adulteri mutilati membris.

Martialis lib.3.Epig.83.

Quis tibi perſuaſit nares abſcindere mœcho?
Nil hac peccatum eſt parte, marite, tibi.

Combuſtio quoque & Lapidatio ſupplicium fuit mœchorum, vt habet Sacra Hiſtoria, & potiſſimum præcipitatio Romæ de ſaxo Tarpeio. Seneca lib.1.Declam. *Inceſta de ſaxo deiiciatur, &c.* Pœna mœchi pauperis refertur ab Scholiaſte Ariſtoph. in Nebulis, ita: *Mœchos in adulterio deprehenſos cædebant, atque acceptos raphanos immittebant in podices ipſorum, eos reddentes depilatos, cinere calido conſpergebant, idoneam flagitij probationem facientes.*

Adulteri toſti, lapidati, præcipitati de Tarpeio ſaxo.

Depilatiò Raphani, & pœna mœchorum.

Ariſtoph. in Pluto: ἀλλ᾽ ἁλοὺς γ᾽ μοιχὸς παρατίλλεται. Hic deprehẽſus in adulterio depilatur. Idem Neph. τὸν πρωκτὸν διορύξει, podicem perfodiũt. Hor. Sat.lib.1.Sat.2. *Ne nummi pereant, aut pyga aut denique fama*, meminit Catullus mugilis, vti & Athenæus: *Nates percurrant raphanique mugileſque.*

Onobatis dicta mulier adultera, quæ apud Carmanos in forum deducta ſaxo impoſita omnibus conſpicua, inde aſino impoſita: ideò *onobatis* dicta, per ciuitatem vehebatur, quod aſinum equitaſſet, lapis autem nefaſtus ac deteſtabilis habebatur, in quo ſteterat mulier; illa verò per totam vitam ignominiæ gratia ſic vocitata. Apud Hebræos adulteræ lapidatæ, apud Romanos aliquando minata lex Iulia de Adulteriis. Extra callem ego, & calcem. Cretenſes adulteros ignominiæ causâ lanâ coronabant, vt refert Ælianus lib.12. de varia hiſtoria, ad horum mollitiem, & timiditatem innuendam.

Alias mitto pœnas, lege Iulia in Adulteros ſãcitas. Repeto cauſę cognitioné, quã firmo. Liuius 4. Dec. lib. 9. *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu eſſent, tradebant, vt ipſi in priuato animaduerterent in eas.* Subſcribit Suetonius *in Tiberio cap. 35.* Val. Maximus *lib. 6. cap. 3.* Et hæc eſt illa cognitio, de qua Seneca ſuprà citatus. Vide quanti faciendum iudicium de tali ſcelere, & quàm deteſtandum, tam planè interdictum Decalogo, *Non mœchaberis.*

Subnecto non ab re de patria poteſtaté in filios, & pœna. Nullam filios habuiſſe poteſtatem viuente patre, apud Romanos teſtatur Dionyſius lib. 8. his verbis. *Apud Romanos enim filij patribus adhuc viuentibus nihil proprium poſſideant, ſed & ipſis pecuniis, & corporibus filiorum patribus arbitratu ſuo*

vti

Filij non luebant patris crimina apud Romanos.

vti permiſſum eſt &c. Patres ſæpe videmus acerba poma comedentes: filiis verò dentes obſtupeſcere. At nunquam ſupplicio ſuo parentum crimina luebant liberi Romæ, quod idem in eodem libro aſſerit. Et ab eo tempore, vſque ad hanc noſtram ætatem, hic mos Romæ perpetuò ſeruatus, vt nulla parentum delicta liberi ſuo ſupplicio luant;

Secus apud Græcos.

Contrarium verò apud Græcos factum idem teſtatur in eodem libro. Lege, nec te pigebit.

Filij parentũ ſcelera luũt.

Cæterùm apud nonnullos Græcos hoc haud ita moribus eſt receptum; ſed alij quidem vt liberi Tyrannorum vnà cum ipſis patribus necentur, æquum eſſe cenſent; alij verò eos perpetuo exilio mulctant, quaſi natura non ferat, vt boni filij, ex malis patribus, aut mali ex bonis naſcantur. At nunc alia ætas, alia diæta. *Perduellionum* nati de medio tolluntur, qui parentum pars potiſſima habentur & in filiis ſcelera parentum grauiſſimè plectuntur.

MARIO FLORENTINIO Iuriſconſulto.

Dissertatio XXIX.

Iuſtiniani locus de Lege Regiâ explicatus. Legis Regiæ origo. Quo die recitari ſolita. Auctoritas Senatus quanta. Populi Rom. poteſtas. Lex Regia à Populo ad Senatum traducta. Imperatores quomodo lecti. Onuphrij de iiſdem locus expenſus.

Iuſtiniani locus de lege Regia.

MEAM ſciſcitaris ſententiam de lege Regia apud Iuſtinianum lib. 1. Tit. 2. §. 6. *Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem, quum lege Regia quæ de eius imperio lata eſt, populus ei. & in eum omne imperium ſuum, & poteſtatem concedat.*

Legis Regię origo.

Huius Legis originem, niſi me fallit coniectura, eruo ex Liuij lib. 4. Dec. 4. à Romulo vſque deriuatam. *Ex vtro, inquit, tandem genere ea Lex eſſe videtur quam abrogamus? Quid vetus Regia lex ſimul cum ipſa vrbe nata?* Nota, Nata vrbs ſub Romulo.

Lex Regia recitata, quo die Imperiũ ſuſcebant Imperatores

Cum autem annis amplius quingentis florente populi Romani libertate ſopita fuiſſet, poſtea D. Augusti, & Tiberij dominatu, qui legibus ſoluti ſunt, excitata, ſubtiliùs ac copioſus, quam antea præſcripta eſt: & quo quiſque die ſucceſſores mortuorum imperium excipiebant, recitari ſolebat. Liuius eodem libro; *Aut, quod ſecundum eſt, à Decem viris ad condenda iura creatis, in 12. Tabulis ſcripta?* In 12. Tabulis hanc legem ſcriptam reperio, *Iuſſu populi, & ſuffragia ſunto, quodcumque poſtremum populus iuſſit, id ius ratumque eſto.*

Senatus auctoritas quãta.

At ſenatus auctoritas maxima ſemper. Senatus enim lectus à Regibus, Conſulibus, & Cenſoribus. Penes hunc omnium rerum ſupremum iudicium, præter Magiſtratuum creationem, Legum lationem, & belli paciſque arbitrium; his tamen Patres priùs auctores eſſe debebant, cauſaſque cognoſcere: prioribus temporibus poſt Comitia habita; poſterioribus ante: prioribus,

Quæ in poteſtate populi.

confirmabat Senatus, vel abrogabat, quod Comitia ſtatuiſſent; poſterioribus, tantùm cognoſcebant cauſas Comitiorum, an admittendæ, an reiiciendæ. Quare aliquando, quod Senatus iuſſiſſet, populus reſcindebat. Strabo de Auguſto verba faciens ἐπεὶ γὰρ ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν προστασίαν τῆς ἡγεμονίας, καὶ πολέμου, καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου, &c. *Nam cum patria ei totius imperij patrocinium permiſerit, & pacis, & belli quamdiu vixerit, poteſtatem habeat, &c.* In eo igitur hæc innouata. Tacitus de eadem lib. 4. Hiſt. *Tum Senatus omnia Principibus ſolita Veſpaſiano decrevit, &c.* A populo ad Senatum hæc auctoritas tranſlata, quæ & aliquando à militibus vſurpata. Suetonius in Caligulâ cap. 14. *Ingreſſoque vrbem ſtatim conſenſu Senatus, & in Curiam turba irrumpentis ius arbitriũmque omnium rerum illi permiſſum eſt.* Spartianus in Iuliano. *Actum eſt denique, vt Iuliano Senatus auctoritate abrogaretur imperium, & abrogatum eſt. appellatúſque eſt ſtatim Seuerus Imperator* Ælius Lampridius in Alex. Seuero initio: *Alexander a Senatu Cæſar eſt appellatus mortuo ſcilicet Macrino.* Et paulò pòſt; *Milites iam inſueuerant ſibi Imperatores, & tumultuario iudicio facere, item facilè mutare, aſſerentes nonnumquam ad defenſionem ſe idcircò feciſſe, quod neſciiſſent, Senatum Principem appellaſſe. nam, & Peſcenium nigrum, Clodium Albinum, & Auidium Caſſium, & antea L. Vindicem, & L. Antonium, & ipſum Seuerum, cum Senatus Iulianum dixiſſet Principem, Imperatorem fecerant, atque iſta res bella ciuilia ſeuerat, &c.* Et infra in Oratione quadam. *Auguſtus primus eſt huius auctor imperij, & in eius veluti quadam adoptione, aut iure hereditario ſuccedimus.* Hæc fuerunt verba Alexandri Imperatoris ad Senatum.

A populo ad Senatum tranſlata lex Regia.

Quare poſt conſtitutam Monarchiam à Cæſare, & ab Auguſto, Imperatores vel à præcedente ſubſtituti iure hæreditario, vel Senatu, vel ab exercitu acclamati, adeò vt quos Senatus iuberet, vel pauciſſimi, vel non diù tolerati, non enim populum latebat, quem ipſe delegiſſet, ab exercitu deiiciendum. Hinc Capitolinus in Maximo, & Balbino; *Sapienter electi Principes ſic agunt, per imperitos electi Principes ſic pereunt, cum conſtaret à militibus factum eſſe Maximum, Balbinum à Senatoribus:* Et paulò pòſt, *Inter hæc Gordianus Cæſar ſublatus à militibus, Imperator eſt appellatus, id eſt Auguſtus, quia non erat alius in præſenti inſultantibus militibus, Senatui, & populo qui ſe ſtatim in caſtra receperunt. Caligula vero, Veſpaſianus, & Alexander omnibus legibus ſoluti fuerunt.*

Sub

Sub Tacito, vt refert Flauius Vopiſcus, Senatus recuperauit poteſtatem eligendi Imperatores. *Tunc*, ait, *odio præſentium exercitus, qui creare Imperatorem raptim ſolebat, ad Senatum literas miſit, petens vt ex Ordine ſuo Principem legeret.* Et infrà. *Nec tacendum, & frequenter iterandum tantam Senatus lætitiam fuiſſe, quòd eligendi Principis cura ad Ordinem ampliſſimum reuertiſſet.* Onuphrius Panuinius tres tantùm recenſet à Senatu fuiſſe lectos Imperatores, Neruam, Maximum cum Albino, & Tacitum: At horum aliquot militum ſuffragio acclamatos teſtantur Aurelius Victor, & Eutropius.

Onuphrij locus de Imperatoribus.

Noto tamen ex ſcriptoribus, Senatum ab initio non habuiſſe per ſe legis ferendæ poteſtatem, quam ſibi populus reſeruault, neque vero etiam vſque ad Tiberij tempora: quæ enim in ea condebat Senatus neceſſitate poſtulante, Senatus conſulta dicebantur. Tiberio verò imperante, Senatusconſulta vim legis habebant, quia arbiter erat Imperator, promulgabanturque nomine petito à Coſſ. Sed quia principatui fecit initium I. Cæſ. qui poſtea pop. conſenſenſu confirmatus eſt, lege Regia dicitur confirmatus, ſeu Imperij, quod pop. reges iuſſerit, legéſque ſciuerit, quibus imperium vnius confirmauit. Hæc tamen lex cum nullibi aperiatur, auctoreſq; omnes in incertum ferantur, fieri poteſt vt fuerit lata, ſed non promulgata, Imperio nimirum conſtituto, cui & conſequens fuerit Lex regia, ideſt ius regium in principem, cum de tempore nunquam uuſquam conſtet: alij enim à Romulo, alij ab Auguſto, alij à Veſpaſiano deducunt. Eiuſmodi, lex Regia, ſiue Imperium, vt notat Iuriſconſultiſſimus Vulteius, deſcribitur in ſacris literis à Samuele & proponitur Iſraëlitis regem ſibi dari poſtulantibus: quare ad horum exempl m, vel aliarum gentium regem habentium, Regiam legem, Regem ſeu Imperatorem Regias vices gerentem. Romani ſibi aſciuere, non lege lata, ſed ad illorum exemplum vſurpata. Videndi Iuriſconſulti ad illum locum.

Quomodo inter Diuos mortui Imperatores referrentur, & conſecrarentur pluribus refert Herodianus, & eruditè *lib*. 4. Blondus Romæ Triumph.

FRANCISCO VRSVCIO Sanctæ Theologiæ Mag. Regenti Domin. Oratori Sacro.

DISSERTATIO XXX.

Mens bona in votis publicis. In Genij tutela Homines Vrbes, Regna. Angeli cuſtodes. Fortuna redux. Patroni, & Amici Genij dicti. Per Genium viri iurare ſoliti, & potiſſimùm Principis. Pœna deierantis per Genium & caput Principis. Iuramenta rata. Pactorum locus. Iuramentum Parentum. Fœminæ iurabant per Iunonem. Aræ à iurantibus tactæ. Amantium iuſiurandum per Venerem, Militum per Martem, Virorum per Caſtorem, Fœminarum per Herculem, vtrorumque per Pollucem.

IN te mala bonus animus dimidium eſt mali. Mentem bonam mihi ſemper exorandam cenſui, quod præ cæteris publicis votis antiquiſſimum, ſanctiſſimum. Ita Petronius.

At ne bonam quidem mentem, aut valetudinem petunt.

Horatius.

Mens bona, fama, fides, hæc clarè, &c.

Iuuenalis.

Orandum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano.

Propertius.

Mens bona, ſi qua Dea es, tua me in ſacraria condo.

Ad aliud non abſimile excurram. Præ cæteris Genius olim Deus magnus, & maximè cultus, in cuius tutela Homines, Vrbes, & Regna (quibus ex Orthodoxa noſtra religione præſunt Angeli, dicti *Cuſtodes*) quod colligo ex Horatio lib. 2. ep.

Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ Deus humanæ.

Vt animas naſcentibus, ita populis fatales Genios diuidi ait Symmachus *lib.* 1 *ep*. 40. cuius opinionem ita refert Prudentius.

—— Sicut varia naſcentibus, inquit, Genij Regnorum.
Contingunt pueris animæ, ſic Vrbibus affert
Hora, diéſque ſuum, cum primùm mœnia ſurgunt,
Aut fatum, aut Genium, cuius moderamina regnent.

Romæ ædem Genio dicatam Dio *lib*. 1 docet; Alexandriæ quoque Genij templum fuiſſe Ammianus Marcellinus. Quod autem Genios exagitat Prudentius contrà Symmachum, rectè (vt opinor) & piè facit: imprudenter & inſcitè, ne dicam impiè, faceret, ſi humanarum rerum adminiſtrationem aliquam à Deo O.M. Spiritibus, & Angelis cœleſtibus eſſe conceſſam pernegaret; nam & ſingulis Hominibus, & Populis quoque, ac Gentibus diuina Officia, vt Tertullianus ait, immortales videlicet ac beatos Angelos, tanquam cuſtodes attributos, atque addictos profitebitur, qui ſacras delibarit litteras. Angeli Cuſtodes.

De

Genius locorum cuſtos.

De Genio Locorum Dionyſius Halic. lib. 1. hæc habet. *Eam enim* (loquitur de Rheâ matre Romuli) *nuptiis coniunctam fuiſſe cum Genio illius loci cuſtode ferunt.* Genium loci Æneas in 7. Italiam calcans veneratur. Virgilius Eclog. 5.

Pone focum, Geniumque loci &c.

Idque e diſciplina veterum deprompum, vt habetur ex Silio, Apollonio, Ouidio, Plutarcho, & aliis.

Natali die celebrabatur, & colebatur Genius vt habemus in Perſio; *Fundo merum Genio*: colebatur autem à viris, hi enim Genium habere cenſebantur non à fœminis, Deuſque natalis vocabatur. Tibul. *At tu natalis, quoniam Deus omnia ſentis, Annue*: vt autem viri ſuo natali genium colebant, ſic mulieres venerabantur Iunonem per quam iurabant. Illi floribus & vino faciebant coronati platani foliis, vt à me alibi dictum. Demum genius cuilibet rei præficiebatur, hinc *tela Genius* ex Turn. adu. lib. 22. cap. 32. pro infimo & abiecto; & *Ionis Genius* pro eximio & præſtantiſſimo. *Genius publicus* dictus ad differentiam Genij priuati cuique deſtinati. Marcellinus lib. 10. *per quietem aliquem viſum, vt formari Genius publicus ſolet, hac obiurgando dixiſſ.* Cur Genio nulla victima immolata? Vide Varronem. Cenſorinus addit; Genuis vt fecerant, nemo quippiam guſtabat ante eum qui feciſſet: libri etiam ſuum ſortiti Genium. Martial.

Victurus Genium debet habere liber.

Sepentis imagine Genius aliquando cultus, aliquando pueri & iuuenis, Vide Gyral. Synt. lib. 15.

Patroni, & amici Genij dicti.

Hunc Genium Romani vocarunt, *Fortunam reducem*, cui hoſtias immolabant pro felici reditu in patriam, & quia Genius cuiuſque patrocinium ſumit, ideò vocati Genij *Patroni.* Plautus, *Ecquis eſt, qui mihi commonſtret Phædromum Genium meum?* Et in eâdem Comœdia, *Tuum natum, & Genium meum.*

Iurabant per Genium viri.

Quare non immeritò per illum iuratum tanquam per Deum, & potiſſimum per Genium Principis. Seneca Epiſtola 12. *Vellicus iurat per Genium meum; ſe omnia feciſſe*, Suetouius in Caligula cap. 27. *Nec omnes grauibus ex cauſſis* (ſcilicet *mulctauis*) *verùm male de munere ſuo opinatos, vel quòd nunquam per Genium ſuum deieraſſent.* Horatius Epiſt. 7. lib. 1.

Quod te per Genium, dextramque, Deóſque Penates.

Terentius.

Quòd ego te per hanc dextram oro, per Genium tuum.

Deierantes per Genium, caput principis, qua pœna mulctati.

Tantáque religione iuramentum per Genium Principis colebatur, vt reus maieſtatis hic periurus haberetur. Tiberius Deorum contemptor dicebat, illis curæ iniurias in Deos. Alexander Seuerus reſcripſit, fuſtibus eum caſtigatum dimitti periurum, per Genium, nomen, caput ſalutem Imperatoris.

Iuramenta quæ maximè rata, & vbi.

Quæ verò iuramenta maxime rata Romani vo[illegible]runt, & vbi fa[illegible], videre licet in Dionyſio Hal. lib. 1. his verbis. *Ara ſuprà quam decimas Herculi obtulit, à Romanis Maxima appellatur. Qui vero aliquid firmi, & validi tranſigere volunt, ad hanc aram, & iuſiurandum, & pacta faciunt, hic etiam ſuarum facultatum decimas ex voto ſæpè offerunt.*

Pacta vbi facta.

Iuramentum parentum.

Iuramentum parentum tale ex Terentio reperio Heauton. Act. 5. Sc. 4. *Ita mihi ſis ſuperſtes, vt ex me natus es.* Quoniam autem viri in Genij tutela erant, fœminæ in Iunonis; ideò illi per Genium, fœminæ per Iunonem iurabant. Seneca Ep. c. *Singulis & Genium, & Iunonem dederunt.* De maribus Horatius loco citato Epiſt. 7. & Perſius, *Dis iratis, Genióque ſiniſtro.* De fœminis Petronius Satyr. *Iunonem meam iratam habeam.* Tibullus.

Fœminę per Iunonem iurabant.

Hæc per ſancta tuæ Iunonis numina iuro.

Iuuenalis.

Et per Iunonem dominæ iurante miniſtra.

At amantes puellæ per Dianam, ſeu Venerem. Plautus Stich. *Ita me Venus amœna amet.* Legantur Ouidij amatoria.

A Genio dicti Geniales. Indulgere Genio: Genium fraudare, & lectus Genialis ſeu maritalis, in quo datur opera liberis generandis. Sextus Pompeius inquit, *Genialis lectus in nuptiis ſternitur in honorē Genij.* Toga ſternebatur. Arnobius lib. 2. *Cum in matrimonia conuenitis, toga ſternitis lectulos, & maritorum Genios aduocatis.* Ideò hic lectus religioſè ſemper ſeruatus.

Aram tangebant iurantes.

Aras tangentes iuſiurandum concipiebant. Plautus Ruden. *Tene aram hanc Veneris: teneo: per Venerem hanc iurandum eſt tibi.* Virgilius.

Tango aras, medióſque ignes, & numina teſtor.

Vt amantes per Venerem, ita milites per Martem ſuum numen iurabant.

Quem verò latet ſolis viris per Caſtorem, fœminis per Herculem, vtriſque per Pollucem iurare licitum.

AVGVSTINO FONTANÆ Iuriſconſult. Auditori Epiſcopi Bergomi.

DISSERTATIO XXXI.

Arbitri laus, & locus. Ritus antiquus expiandi porris, & apio. Victores in Iſthmiis apio coronati. Apio opus. Agyrtæ, & Æruſcatores celebres apud Rhodios. Coroniſtæ, Chelidoniſtæ qui. Hiſtriones malè audiebant. Actores Attellanarum honeſti.

VT in Muſicaè diuerſis vocibus concentum quærimus, & probamus; ita è varietate lectionis eruditionem: ſed quidam adeò glande barbarica

diſtenti,

diſtenti, vt vni tantùm quercui addicti, alios à frugibus Latinis bonorum Scriptorum arceant. Præ cæteris Arbiter ille, me arbitro, ſermone phalerato, amœnitate poëtica, varietate hiſtorica adeò ſcatet, vt nec Athenæ magis Atticæ, nec Muſæ magis muſicæ habeantur. Qui aliter ſentitis, extra pomœria Latinæ vrbis nati videmini. Ita cenſeo.

Arbitri laus.

Ritum priſcum ex eodem eruo, nulli (quod ſciam) obſeruatum, expiandi impuratas manus, ac pollutos digitos nouo piaminis genere, dum hæc habet: *Infrà manus meas camellam vini poſuit, & cum digitos pariter extenſos porris, apioque luſtraſſet, auellanas nuces cum precatione merſit in vinum.* En apio, & porro vtitur ad februa peragenda. De porro nil compertum habeo, Omnes muſſitant. Porro Nero quotidie æſtiuo tempore ad vocem ſeruandam veſcebatur. Per initia ex olea corona facta dataque ad Medici belli vſque tempora. Deinde olea cum apio commutata, quem fruticem infelicem putarũt funeribus idoneum; idcirco iudices pullati ſedebant, vt notat Scal. Poët. De Apio nil niſi coronas lego. Horatius lib. 2. Od. 7.

Expiatio porris, & apio.

Quis vdo deproperare apio coronas, curatve myrto?

Idem lib. 4. Od. 11

Eſt in horto nectendis apium coronis.

Et alibi,

Neu deſint epulis roſæ, Neu viuax apium, &c.

In ludis iſthmiis victores Apio coronatos lego. Huius & meminit Hor. lib. 1. Sat. 6. *Ad porri & ciceris refert, laganique catinum,* loquens de parabili cibo frugique menſa: nam porrum pro oleribus poſuit, quæ viliſſima ſunt cibaria & cicer legumen eſt quo pauperiores veſcebantur. Itaque viles homines fricti ciceris emptores ab eodem in Poetica vocantur. Item in Epiſt. 12. lib. 1. *Verum ſeu piſces ſeu porrum & cæpe trucidas*, piſces enim delicatorum & diuitum, porrum vero & cæpæ pauperum, vt alibi innuo.

Victores in Iſthmiis apio coronati, car.

An quia ſemper viret, ita gloria victoris ſemper viuax? an quia exhilarat, & ebrietatem coërcet? ideò in epulis huius plurimus vſus. Sed vnde natum adagium, *Apio opus eſt*, cum morbum capitalem innuimus, aut ſupremum vitæ diſcrimen? Num, quia defunctorum ſepulchris ferè coronas (vt refert Plutarchus *in Timoleone*) ex apio imponebant? Hinc & Plutoni hæc herba ſacra.

Apio opus, prouerbium.

Duris Samius refert apium eſſe lugubre, luctibuſque magis quam hilaritati conuenire, quamobrem tumulorum thecas, vt aiunt, antequam in illis mortuorum imponerent corpora, apij foliis ſternere conſueuere; vnde ex omnibus paſſim herbis floribuſque conuiuales texere coronas, præterquam ex apio ſolebant. Apium quoque ſatum in ambitu hortorum & aditu; hinc prou. *Nondum in apio*, id eſt in principio. In Græcia recens nati in apio ponebantur, Romæ humi, ſi vitales erant tollebantur à parentibus, aut patronis. Buleng. *de Imper. Rom.* Apij corona ſepulcralis dicta, vt refert Alex. ab Alex. *lib. 5. c. 8.* qua coronati victores in ludis Nemæis, quod ſuper hanc herbam repiantem puerum à dracone interemptum ferant. Inde Graiis hæc corona funeralis habita, maiorumque ſepulcris appoſita: hinc intelliges Cic. ad Cœlium, iocum, *Togam prætextam texi apio*, id eſt, funebrem indui togam ob reip. ruinam. Vide Alex. ab Alex. *gen. lib. 1. cap. 8.* In mala valetudine, & rebus acciſis, deploratiſque apio opus eſſe dicebant. Prou. Quare Scyllam inter, & Charybdim æſtuo, fluctuante cimba, aduerſo æſtu in breuia, & Syrtes rapior, te vnum imploro numen.

Quid verò dicam de Agyrtis, & Æruſcatoribus, qui paſſim reperiuntur? monſtrum aliquod, vel animal nunquam nuſquam viſum oſtentantes, ad crumenas emungendas, qui mos à Rhodiis vſque ad nos manauit, vt innuit Athenæus *lib. 8.* de quibuſdam Rhodiis, Matri Deum, ſiue Peſſinuntiæ Deæ ſtipem cogentibus, ſingula oppida luſtrantibus. Alij ex his aliud quid prætexebant. In his fuerunt Coroniſtæ cornicem circumferentes, doctam verba humana eloqui, huic ſe ſtipem cogere dicebant, non ſibi: ſic & Chelidoniſtæ dicti, quod menſe Martio, cum hirundo vel loquitur, exirent; iſti igitur frugiperdæ verno tempore circumibant, canentes ἦλθ', ἦλθε χελιδών, vt docet Euſthatius, & plenam volam hordei, vel portionem aliquam frumenti emendicabant.

Agyrtæ, & Æruſcatores.

Coroniſtæ qui.

Chelidoniſtæ qui.

Chelidoniſtarum cantio.

Hi coroniſtæ cornicem circumferentes puellæ nubili offerebant clamantes, *Exſera manu ò puella Cornicem*: vt ominatas conſequeretur nuptias, & ita prandium cornici offerebant puellæ. Accedebat virgo nubilis, & ficus afferebat pro prandio Cornicis, ex quo æruſcatores illi precantur, vt illuſtrem & locupletum maritum nanciſcatur: quod Cornicem connubij hieroglyphicum antiqui colerent ob fidem maritalem, & celibatum. Sanè in nuptiis auium vocem ominis gratia repetitam auctor eſt Ælianus dicens, *In nuptiis earum audio poſt Hymenæum cornicem inuocare ſolitos fuiſſe, hocque concordia ſignum dare iis, qui liberûm quærendorum gratia conueniſſent.* Cleobulus Lindius primus huius artis inuentor, cum Lindi pecuniæ colligendæ neceſſitas vrgeret. Mitto huiuſmodi circumforanea mendicabula, qui præſtigiis, & circulatoriis ſtrophiis plani planè, & impoſtores paſſim ludificantur tunicatum popellum, moriones morantur. Hi cynomya procaciores, quod impetrare non poſſunt, obtundendo extorquent; quod exorare, & emereri, eblandiuntur, extundunt.

Perditiſſimis fuiſſe moribus, & deplorata nequitia Hiſtriones, inde colligo, quod in ciuitate Romana pro ciuibus non habebentur, cuius erant tam multa millia hominum flagitioſorum, & facinoroſorum ciues. Moueri tribu, & ſtipendia non facere

Hiſtriones malè audiebant.

facere hiſtriones, authores ſunt Liuius, & Valerius. D. Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 2. cap. 13. hæc habet. *Cum autem ludicram ſcenam totam probro ducerent, genus id hominum non modo honore ciuium reliquorum carere; ſed etiam tribu moueri notatione cenſoria voluerunt.* Excipiuntur actores Attellanarum, quæ ſunt fabulæ ſeueriores, iocis Italicam priſcam diſciplinam redolentibus conditæ: ideò nec deponunt in ſcenâ perſonam, vt alij hiſtriones.

Actores Attellanarum honeſti.

Areſcon virga erat Comicorum lenonum in ſcenam prodeuntium, amiculo florido indutorum. Quare vt Satyræ Græcis Tragœdiis interponebantur, ita Tragœdiis Latinis ad exhilarandum animum Attellanarum exordia interſerebantur honeſtis iuuenibus hiſtrionibus è ſcena digreſſis, erantque hæ fabulæ vrbaniſſimæ, vrbis iocos imitantes.

GVIDONI VANNINIO I. C. Rhetorices Interpreti Lucæ.

DISSERTATIO XXXII.

Præconis etymon, & officium multiplex. Fauere linguis. Terminalis tuba. Hoſtium capita licitari quid. Ceryces duplices. Præconis maieſtas, & gladij ius.

Præconis etymon, & officia 14.

PRÆCONES, quaſi *Præcanes* dicti, quod ante canant, & annuntient, quid faciendum, aliàs *Tubicines* dicti, quod tuba canant, & præcinant. Græcè κήρυκες, *Buccinatores*, *Caduceatores*. Horum officia varia.

Primum, ſacris libationibus præeſſe.

2. Concionem aduocare.

3. Dicturos citare, vnde Demoſthenis illud de Corona ἠρώτα μὲν ὁ κῆρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; *interrogabat quidem præco, quis habere concionem vult?*

4. In templis inclamare, *Hoc age, quod agis.*

5. Silentium indicere, vt linguis, animiſque fauerent, non tam in templis, quàm in certaminibus. Seneca Epiſt. 78. *Nec tubicen prædicationi nominis noſtri ſilentium faciens:* ἀκούετε λαοί, *audite populi*, alta voce inclamabat, vel, vt Attici ſolebant, εὐφημεῖτε πᾶς λεώς, *linguis faueat omnis populus.* Ad hanc formulam reſpexit Ariſtonicus apud Athenæum lib. 8. cum Mylaſſam Cariæ oppidum ingreſſus templa multa videns, ciues autem raros, clamauit, ἀκούετε ναοί. non λαοί, hoc eſt, *audite templa, non populi.* Plautus in Pœn. *Exurge præco, fac populo audientiam.*

Linguis fauere.

Virgilius 5. Æneid.

Victorem Æneas præconis voce Cloanthum Declarat.

Ex quo colligo Sextum aliud officium præconum, nempe declarare, & renunciare Victores in ludis Olympicis, & aliis.

7. Tempus incipiendi, & finiendi præſcribere; Horum tuba dicta terminalis, de qua Virgilius Æneid. 5.

At tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Tuba terminalis.

8. Pro Hiſtrionibus demum in Fabulis ſilentium poſcere. Plautus Aſin. in Prologo.

Face iam tu nunc præco omnem auritum populum.

Vox verò plerumque illis vſurpata hæc, *Animaduertite populares.* Suetonius in Cæſ. cap. 81. *Quinto Maximo ſuffecto, trimeſtrique Conſule Theatrum introeunte, cum Lictor, Animaduerti, ex more iuſſiſſet, ab vniuerſis conclamatum eſt, non Conſulem eum.*

9. Si quempiam è medio ſublatum volebant, per præconem cædis mercedem, quam vulgo dicimus (*Taglia*) aut viui capitis, proclamari, vnde verbum ἐπικηρύττειν, id eſt, *per præconem pronunciare, pecuniam dandam interfectori*, quod Curtius, *licitari hoſtium capita* dixit. Per præconem etiam denunciabant res, & corpora ſub corona venum expoſita, & pretia præſcribebant.

Quid licitari hoſtium capita.

10. *Senatuſconſulta* etiam prædicari.

11. Leges indici.

12. Iudices & Candidatos ſuis nominibus appellare.

13. Munia obire magiſtratuum nomine, Numæ inſtituto, vt refert Plutarchus in Numa. *In profeſtis, & omnino in Sacerdotum feſtis per vrbem præcones præcedebant, qui, vt quieſcerent, & ab operibus deſiſterent. &c.* Sed præ cæteris hoc reperio.

14. Eoſdem præcones fuiſſe vna cum Caduceatoribus, qui Reipublicæ nomine legationes obibant, tanquam Fœciales, & Sequeſtres. Quare Vlpianus rectè ait: *Duplices eſſe ceryces, alterum popularem, alterum belli communem deductorem legatorum, fœcialemve ad conueniendum de pace cum perduellibus, manu geſtantem pro ſymbolâ caduceum, κηρύκειον, dictum.* Adeóque maieſtas huius accreuit, vt ius præconis cum iure gladij coniungeretur. Apuleius in Floridis. *Nec vos pauca quædam, & parua ſimilitudo falſos animi habeat, quoniam quedam (vt ſæpè dixi) palliata mendicabula, obambulans, Præco cum Proconſule, & ipſe tribunal aſcendit & ipſe togatus illic videtur, & quidem perdiu ſtat, aut ambulat, aut plerumque contentiſſimè clamitat.* Ex quibus illius maieſtatem, & auctoritatem colligere licet. Merces præconis dicta Præconium. Turn.

Ceryces duplices.

Quanta præconis maieſtas.

Præconis ius cũ iure gladii coniunctum.

Corollarium addo. Qui eſt præco in vrbe: eſt Portiſculus, ſeu Celeuſtes in naui. Præco, vt dictum, audientiam faciebat, in ſacris, & ſpectaculis fauentiam. Portiſculus modum remigibus dabat, in verbis Catonis

ex

ex Feſto, habetur, viros Romanos, qui remiges ſcripti erant, per portiſculum ſub flagro veniſſe trans Tiberim; & qui flagris cædebantur ij ſub præcone ob capital admiſſum; at remiges ſub portiſculo cædebantur, antequam vltimo ſupplicio afficerentur, Scal. *ad Feſtum*.

Præmia varia.

A Præconis mercede ad aliorum gradum facio: antequam ad ſuum *Plaudite* caput hoc deducatur. Præmia varia, ſeu mercedes à me paſſim notatæ hactenus: namque Comiſtrum dicitur præmium ferentium. Didactrum, præceptorum. Epathlon, certantium Euretrum, inuenientium. Iatrium, medicorum. Lytron, captiui redempti. Mæorra, obſtetricum. Occuria, cuſtodientium domus. Præconium, præconis. Proxeneticum, ſeu Pararium contrahentium. Rhyſion, pro valetudine recuperata, & felici euentu. Soſtra, ſaluantium, & medicorum. Synegoricum, patrocinij. Xenium, hoſpitum. Zoagria, redemptionis. Alia modo non occurrunt. Hic ſiſto.

VINCENTIO BONVISIO, Patritio Lucenſi.

DISSERTATIO XXXIII.

Inuenientes aliquid proiecti, vel amiſſi in via, qua vſi formula: Communis Mercurius. Formula, In commune *explicata. Hermæum. Rei amiſſæ inquirendæ modus. Pretium datum inuentori. Conquiſitores. Iouis inuentoris ara. Cæna facta pro re inuenta. Amiſſi ter vocati vt mortui. Inclamare Hylam. Conclamatum eſt. Mercurius, & Hercules diuitiarum Præſides.*

Inuenientes aliquid in via qua formula vſi.

ALIQVID in via proiectum, ſeu amiſſum olim inuenientes illa formula vtebantur, non valde aliena à noſtra, trito ſermone, *In commune*, quod ex Græco originem traxit, κοινὸς ἑρμῆς; *Communis Mercurius*, & mihi pars cedat. Hunc morem apertiſſimis verbis innuit Seneca Epiſt. 119. *Quoties aliquid inueni, non expecto, donec dicas, in commune.* Lipſius eruditiſſimus hunc locum illuſtrans affert Phornuri locum pulcherrimum de Mercurio, explicantem optimè hunc morem. *Si quis* (ait) *aliquid in itinere inuenerit, moris eſt præfari, Communis Mercurius, qui certè rei inuentæ conſcius eſt, vt qui in viis verſatur.* Aliter tamen à Parœmiographo explicatur hoc, *Communis Mercurius.* An in commune dicebant, quia, ſi fortè conſcius quiſquam, & comes adeſſet, com-

Communis Mercurius.

Formula, in commune explicata.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

municandum, quod vtrique commune? Ad quem morem alludit vulgaris, cum dicimus inuenienti aliquid (*ad dimidium, à mezzo*) Vicentini (*alla parte*) quaſi inuentum dimidiandum, & communicandum, vt partiatio ſimul agant. An quia Mercurius præerat lucris, dicebant antiqui ἑρμαῖον omne id lucri, aut boni, quod forte fortuna obtigerat.

Herma quid.

Eruditiſſimus Heinſius ad illum Horatij locum, *Vnde frequentia Mercuriale impoſuere mihi cognomina compita*, ait, ἑρμαῖον, Mercuriale, id eſt lucrum inſperatum. Damaſippus ergo, qui iactabat ſolum ſe nihil ſine lucro emere ſolere, ἑρμαῖος, dici cœpit a vulgo ſeu *Mercurialis*, antequam rem conturbaſſet. Hercules quoque dictus, *Amicus*, quod lucris præſit, & proſit. *Dexter*, Perſius Sat.

O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule
Illum ipſum mercatus aravit diues amico
Hercule.

Deſumitur ex fabella cuiuſdam mercenarij coloni aſſidue Herculem deprecantis, vt ſibi aliquid boni præſtaret: hunc verò Hercules in ſomnis admonuit, vt iret ad Mercurium qui occultum theſaurum oſtendit, quo effoſſo ille agrum emit, in quo mercenariam faciebat operam.

Id Mercurio plerumque appendebatur, inde factum puto, vt ἑρμᾶς ἐν τοῖς προθύροις τῶν οἰκιῶν, *Mercurios in veſtibulis domorum* ſtatutos, & collocatos haberent, de quo à me alibi, Deo volente.

Amittentes aliquid columnæ inſcribebant nomen rei amiſſæ.

Res amiſſæ per præconē quæſitæ.

Cum verò aliquid amittebant, columnæ alicui inſcribebant nomen amittentis, & rei amiſſæ, vbi is habitaret, promiſſa quoque inuentori (vt hodie fit) mercede. Vel per præconem etiam quærebant, impetrata à Prætore venia, qui mos apud nos Lucenſes integer adhuc durat. Conquiſitores etiam impetrabant. De columna, & mercede Propertius libro 3. Eleg. 2.

Quas ſi quis mihi rettulerit, donabitur auro:
Quis pro diuitiis ligna retenta velit?
I puer, & citus hæc aliqua propone columna
Et dominum Exquiliis dic habitare tuum.

Merces inuentoribus data.

Plautus Ruden. Act. 5. *Cubitum herclè longis litteris ſignabo iam vſquequaque, ſi quis perdiderit vidulum, &c. ad Grypum, vt eat.* Per præconem edici ſolitæ res perditæ, vt omnes notant. De mercede etiam habemus locum in Petronio. *Si quis Gythona reddere, aut commonſtrare voluerit, accipiet nummos mille.* Hoc munus dicebatur εὕρετρα. De conquiſitoribus, & præcone, Plautus in Mercatore.

Conquiſitores qui. Præmium inuenientiū quod.

Certum eſt, præconium iubere, iam quantum eſt conducier,
Qui illam inueſtigent, qui inueniant. Poſt ad Prætorem illicò
Ibo, orabo, vt conquiſitores det mihi in vicis omnibus.

Modus triplex rei amiſſę perquirendę. Per conquiſitores. Per licium, & lancem.

Rei igitur amiſſæ perquirendæ modus triplex apud antiquos. Primò per inquiſitores, de quo Plautus Mercat. *loco ſuprà citato.* 2. Per licium, & lancem; id eſt per conceptum a lictore, ſeu viatore licio præcincto, indicium, & fidem in lance præferente, ſiue hoc priuatim, ſiue publicè. In veneficiis verò licia adhibita diſcoloria, non tantùm illigandi, incantandique gratia, vt in pharmaceutria, ſed etiam ſoluendi, & expiandi, vt apud Petronium, ſed & ſputum illinebatur luſtrale infami digito, & expuebatur. *Illa de ſinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicemque vnxit meam. Mox turbatum ſputo puluerem medio ſuſtulit digito, frontemque repugnantis ſignauit hoc pacto, carmine ter me iuſſit expuere, terque lapillos conycere in ſinum, quos ipſa precantans purpura inuoluerat.* Perſius, *Infami digito, & luſtralibus ante ſaliuis expiat.* Furti per lancem, & licium meminit Aul. Gel. *lib.9. cap.*18. cum Decemuirorum leges de furto retuliſſet, ſubiecit. *Ea quoque furta, quæ per lancem liciumque concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent, vindicauerunt,* & rurſus. *Furti concepti, itemque oblati tripli pœna eſt.* Alciatus Parerg. *lib.5. cap.8.* Caij Iuriſconſulti auctoritate niſus *Inſtit. lib.* 2. ait. Conceptum furtum dici, cum apud aliquem alterum res furtiua inuenitur. Oblatum verò cum res furtiua alicui à fure ita datur, ne apud ſe inueniretur: quod diffuſius à Iuſtin. *inſtit. de oblig.* explicatur, vbi ſubiicit has actiones in deſuetudinem abiiſſe. Licio erant cincti, qui in alienas domos perquiſitum ingrediebantur, quoniam, vt Cic. Tuſ. auctor eſt, qui magiſtratibus P. R. apparebant, licio tranſuerſo ſe cingere ſolebant; vnde lictores dicti, vt præſeferrent, ſe id facere auctoritate publica. Lancem ſecum ferebant, quam oculis obiicerent, ne qua ex parte matremfamilias mulieresve conſpicari poſſent, hinc dictum res perquirere per licium, & lancem.

Per facem quaſſatam à præcone.

3. Per facem quaſſatam à præcone, ita Petronius inquit, *Dum Eumolpus cum Bargate in ſecreto loquitur, intrat ſtabulum præco cum ſeruo publico, aliaque ſanè modica frequentia, facemque fumoſam magis, quàm lucidam quaſſans, hæc proclamauit, &c.*

Ioui inuentori quæ prima ara, & à quo dicata.

Ioui inuentori primus omnium Hercules aram ſtatuit, quæ Romæ eſt ad portam Trigeminam, in eodem loco, vbi Cacum prædonem, ſuorumque boum furem occiderat, ſe prius aqua fluminis ob cædem polluto, expiato, vt colligo ex Dionyſio Halic. lib.1.

Cœna data pro re inuenta.

Quod ſi aliquam rem amiſſam reperiſſent, cœnam dare amicis ſolebant præ gaudio. Plautus Curc. Act. 5. Sc. 2. *Tu hodie aduenιens, cœnam des ſororiam ob repertam ſororem,* quod fiebat maximè, vt puto, in rebus maximi momenti. Amiſſi reuera olim ter vocari conſueuerunt, ita & mortui. Ouidius lib.8.

Amici ter vocati, & mortui.

Icare dixit, vbi es? qua te regione requiram,
Icare, dicebat.

Theocritus Idyl. 13. de Hyla. τρὶς μὲν ὕλαν ἄυσεν, *ter Hylam inclamauit*, quæ inclamatio Herculis ſolemnis. Virgilius.

——————Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamaſſent, vt littus Hyla, Hyla omne ſonaret.

Hylam inclamare prouerb.

Et quia hic Hyla mortuus, prouerbio locum dedit, *Hylam inclamare*, de re nullum exitum habitura. Non abſimilis huic mos ille mortuos ter vocandi, quod erat mortuos conclamari. Hinc natum prouerbium, *conclamatum eſt.*

Mercurius, & Hercules diuitiarum præſides.

Non tam Mercurius, quam Hercules rem familiarem fortunare creditus. Quare illi bonorum ſuorum decimas deferebant; hinc theſauri inuentio illi accepta referri conſueuit. Perſius, Sat.2.

O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule

Horatius Sat.6. lib.2.

O, ſi vrnam argenti fors quæ mihi monſtret amico
Hercule, &c. theſauro inuento, &c.

Crumena quoque Mercurij ſtatuis olim addebatur, tanquam lucri auctori. Codin. *de rebus Conſtant.* Ideò gallus in Mercurij tutela, aut quia mercator omnibus negotiis pertractandis, & accumulandis lucris inuigilet, aut quia galli cantu moueatur, vt ſurgat ad negotia. Fulg. *lib.*1. *mythol.* Nouar. Sched. *lib.*4. *cap.*7.

GASPARI TRISSINO Oratori Sacro, Congregationis de Somaſchâ Præpoſito.

DISSERTATIO XXXIV.

Mel, & ficus eſſe à feriantibus. Ficuum præſtantia. Mercurialis ficus. Ficuum vtilitas, & elogium. Ficus primus fructus à glande: melioris vitæ exordium. Sacræ Athenienſibus. Soli mel libatum, non vinum. Mel an inebriet? Extemplo. Illicet. Oracula ſcripta, & in foliis vt ſuffragia: data ſtato die. Initium eorumdem. Vaticinia Sibyllarum. Oracula in limine.

Mel, & ficus eſſe à feriantibus.

ÆGYPTIORVM more Mercurij diem feſtum agentium, mel, & ficum edamus ad innuendum ſermonem dulcem eſſe, ac plenum veritate, quod notauit Plutarchus *de Iſide, & Oſiride.*

Vera

Vera enim, dictúque ſuauia in medium proferam, ſed de tuo vtrumque dilargite, mellitiſſime TRISSINI doctrinæ ſuauitate, clariſſime Stemmatis nubilitate. De FICVBVS.

Ficuum præſtantia.

De ficuum præſtantia hoc autumo, quæ verè mihi ſemper ſacræ, tibique decumanam hanc ſtatuo, tanquam Herculi decimam. Ficitores omnes cupiunt ficitatem, vt Neuius apud Nonium innuit. Ego verè φιλόσυκος adeò, vt vel Mercuriales tollerem.

Mercuriales ficus.
Ficuum vtilitas ex Galeno.
Galenus quibus fructibus veſceretur.

Memorabile illud Galeni, animum mihi ſemper titillauit, qui annum agens octauum, & centeſimum, boræis omnibus bellum indixit, ficubus exceptis, & vuis egregiè maturis. Athenæus lib. 7. de hoc diuino fructu innuit. *Initio hominum cibus, glandes faginea, & querna fuerunt; deinde cognita eſt ficus, & eius fructus pra glandibus probatus.* Hæc verò ſunt ipſius verba.

Ficus elogium.
Ficus primus fructus à glande.

Ficus, ô amici viri, mortalibus elegantioris vita magiſtra fuit, vel hoc argumento, quod locum, vbi primùm arbor hac inuenta eſt, Sacram ficum, Athenienſes vocauerunt, ipſiuſque fructus ὑγροτέραν, id eſt vnctiores, ac cultioris vita ducem, quod ante mitiores omnes cibus inuenimus. Ex quibus colligo ficum fuiſſe ſacram Athenienſibus, dictam ἱερὰν συκῆν, id eſt *ſacram ficum*, & primum fuiſſe fructum à glandibus repertum.

Ficus melioris vitæ exordium.
Ficus ſacra.

Mihi ſubſcribit Sympoſ. 7. quæſt. 4. dicens. *Hoc verò conſidera, an non gratitudinis meditanda gratia antiqui neutiquam abſurdè nimy in hoc fuerint genere, cum, & quercus venerarentur frugiferas, & ficum Athenienſes ſacram appellarent, & morum exſcindi prohiberent.* Plutarchus de Iſide refert, Ægyptios ſacra Mercurio inſtituiſſe 19. die primi menſis, in quibus mel, & ficus edentes dictitabant, DVLCIS VERITAS. Suidas refert, *ficus olim in pretio Athenis, quas ſi quis furari diceretur puniebatur, vt Sycophanta, ab accuſando propter ficus. Hegeteria* ab Athenienſibus ficus nuncupati, quod inter fructus omnes principatum obtinerent, quod ante fruges inuentas illi olim victitarunt ficubus. Rh. Cyrenenſes ficis coronati, Saturno ſacrum faciunt, ex Macrobio *lib. 1. cap. 7.* ſed de huius præſtantia legendus Plinius, & doctiſſimus Pierius ſuo loco.

Athenis cum nouitius ſeruus in ædes introducebatur, dominus, aut domina ficubus, palmulis, nucibus, & aliis bellariis eum perfundebant, quæ à conſeruis raperentur. Idem fieri ſolitum tradunt etiam Legatis, & ſactorum curatoribus nouitiis, & ſponſis, iis denique omnibus, quibus bene ominarentur, quod ſignum id eſſet proſperitatis, & abundantiæ. Theopompus; Affer tu catachiſmata celeritet, perfunde ſponſum & puellam. Rectè ſanè dicis. Suid. 472. Ante carnium eſum aridis ficubus veſcebantur Athenienſes. Suidas f. 424.

Ficus arboris primum fuiſſe inuentorem Pythalum Athenienſes perhibent. Hic enim iuxta Marathonem anguſti agelli dominus, cum errantem Cererem hoſpitio benigniſſimè ſuſcepiſſet, eius meriti gratia à Dea ficulneo ornatus ſurculo, diuini illius muneris humanum genus participes eſſe voluit. Leonicus *de varia hiſtoria.*

Ioſeph. Laurenty Polymath.

Apud Rhodios pecuniæ nomine aliquando fuere ficus, item oleum, vinum & ſimilia ex Athen. *lib. 2. cap.* 1. nam ante receptum vſum numorum, pecuniæ locum in contractibus, mulctis, præmiis, & omne genus collationibus, obtinuerunt res ad humanos vſus neceſſariæ, vt probant Iuriſconſulti: ſic apud veteres Rom. ouis, & bos.

Athenienſes omnes ficuum appetentes, quod dulciſſimi reperiantur: vnde Prou. *Ficum petit*, qui blanditur; Athenienſes enim agricolis blandiri ſolebant, vt ab illis ficos acciperent, benè ominantes, ac precantes, vt in annum ſequentem fici feliciter prouenirent: vnde cum blandientes audiebant, dicebant, σῦκον αἰτεῖ, ficum petit. — Ficum petit.

Antiquitus ſicubi ficus reperta eſſet, eum velnti Mercurio ſacrum ſuſpendebant. — Ficus Mercurio ſacer & appenſus.

Liberum autem erat tollere ficum Mercurialem, cuicumque libitum fuiſſet, vel quod is Deus furibus fauere creditus, vel iuxta paræmiam, *Communis Mercurius.* Athenæus fici eſum in menſa proponit ſic. *A piſce ficum, à carnibus legumina.* Id fortaſſe olim in vſu, vti apud nos, à carnibus caſeus, à piſcibus nuces eduntur. Hor. Sat. 2. lib. 2. — Ficus duplex.

Et nux ornabat menſas cum duplice ficu, id eſt, craſſo, maiori, quæ dicta, *mariſca*: innuit priſcam frugalitatem. — Mariſca.

Ego addo, ficum cum nuce eſſe antipharmacum contra peſtem, quod hoc anno maximè ſumus experti. Mariſca autem erat ficus vilior, dicta, *fatua*, à Martiale. Caricæ, ſunt ficus ſicci minoriſque pretij, quàm fici pingues, de quibus Flac. lib. 2. *Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi.* Ficus quia non floreſcit, ſed lacteſcit, fructuſque dulciſſimos parit ſine ornamentorum luxuria, ſymbolum, erit illius qui non promiſſis diues, ſed beneficiis aliis prodeſſe conatur. Contra, hac tempeſtate ſpecioſis promiſſis fallitur. — Caricæ.

Eundem Athen. lib. 15. peruoluens, de libatione Soli facta, hæc lego. *Apud Græcos eos, qui Soli rem diuinam faciunt, mel libare, non vinum altaribus infundere, quoniam oportet, (vt aiunt) id Numen, quod omnia regit, & continet, mundúmque perpetuo circumuolnit, alieniſſimum eſſe ab ebrietate.* — Soli mel libatum, & cur.

Apud Orpheũ tamen vetuſtiſſimum Theologum lego, Saturnum ab Ioue filio per mellis poculum inſidiis captum, quo ſaturatus, inebriatus fuit, & acto in vertiginem quandam capite, qualem vini copia excitat, obdormiuit. Ita Πόρος apud Platonem calamitatis Deus inebriatur, nectare ad ſatietatem exhauſto. An verè mel inebriet Medicorum iudicium eſto; ego falcem meam in hanc ſegetem immittere nolo. Hactenus ego ficitor in ficeto, in aliam deſcendo aream. — An mel inebriet.

Dubius, & anceps ego diu in illo (vt Grammaticum obiter agam) aduerbio, *Extemplo*, neque mihi Varronis arriſit interpretatio, quod templa ſtatim munienda, ideò, *extemplo*, dictum, & alia, quæ rem, nec dum per ſomnium, vel vmbram, indicant: ſed Scaliger eruditiſſimus rem acu tangit, dicens, hoc eſſe verborum ſacrorum, ſicut — Extemplo quid.

Ilicet quid. Ilicet exclamabant dimiſſo Senatu, & funere peracto.

Ilicet, iudiciorum. Vt enim dimiſſo Senatu *Ilicet* exclamabant, item dimiſſis iis, qui funeri intererant; ſic, *Extemplo*, ſacrificio patrato à præcone pronunciabatur, innuente, vt ex Templo exirent, quod quia cito fiebat, inde pro cito, vſurpatum *extemplo*.

Memoriæ non mandata, ſed ſcripta Oracula.

Ex templo ad antrum eo; quia te ſemper Oracula loqui palam profiteor, & vniuerſi teſtantur, ideo de Oraculis pauca noto, tibi non ignota. Oracula olim, ſumma religio fuit, memoriæ mandare; quod innuit Sophocles in Trachin. ἦν γὰρ χρεὼν ἀχρεῖον ἐξαχθέντα γράψαι ἵνα μὴ λάθωνται, id eſt, *moris fuit, illico conſcribi acceptum oraculum, ne memoria excideret.* Scripta in foliis (vt dicunt) palmarum, Virgilius.

Oracula ſcripta in foliis palmarum.

Quæcumque in foliis deſcripſit carmina Virgo.

Suffragia in foliis ſcripta.

Hunc morem ſcribendi in foliis diu Græci vſurparunt in ſuffragiis ferendis, quod colligitur ex Æſchine contra Timarchum, dicente, βουλὴ ἐκφυλλοφορήσασα, *Senatus frondium ſuffragio repudians*; & Polluce lib. 8. ἐκπεφυλλοφορημένος, *condemnatus eſt frondium ſuffragio.*

Oraculorum duo fuiſſe genera innuit Cic. de Diuin. vnum, quod à furentibus profundebatur, vt à Pythia numine Apollinis correpta; alterum, quod æquatis, & paribus ſortibus è ſitella, vel vrnâ ducebatur: habebant enim ſortes, vt notat eruditiſſimus Turnebus, certis quibuſdam ſententiis obſcuris tamen notatas, quarum quædam felicitatem, quædam calamitatem denunciabant; Sortes erant veluti teſſellæ, aut taleolæ quædam inſcriptæ, & ſortis inſtrumenta: Sors verò ipſa ſortitio.

Oraculis edendis stati dies.

De Oraculis ſcriptis refert Herodotus lib. 1. *Oraculis edendis dies deſtinati*, Ita Plutarchus in Alexandro. *Delphos ad Apollinem de bello conſulendum profectus, quod fortè dies nefaſti eſſent, quibus non erat ſolemne Oracula edere, primò miſit certos, qui vatem orarent, vt veniret, recuſante illa, & legem prætendente, aſcendit ipſe, ac vi traxit ad templum.*

Oraculorum initium.

Oraculorum originem aperit Diodorus lib. 16. *Paſcebantur capræ non longè à ſpecu, vna earum proximè ad ſpecum acceſſit, ſtatim illa quaſi lymphata cæpit rotari, diſcurrere, ſternutari. Paſtor admiratus, ſpecum ipſe adyt, atque inde egreſſus ebrio ſimilis cæpit fundere vaticinia. Accidit hoc aliis, qui ſe in ſpecum præcipitauerunt, atque omnium conſenſu virgo deligitur, quæ tripodem conſcenderet, & futura conſulentibus prædiceret.* Paſtorem illum Plutarchus Coretam appellat. Tullius 1. de Diuin. ait, *Poteſt autem vis illa terræ, quæ mentem Pythiæ diuino afflatu concitabat, euanuiſſe vetuſtate.* Iterum. *Credo etiam anhelitus quoſdam fuiſſe terrarum, quibus inflatæ mentes Oracula funderent.*

Sibyllæ vti vaticinarentur.

In limine data Oracula petentibus, vatibus in adytis reddentibus. Colligitur ex Virgilio Æn. 6.

Quin vt te ſupplex peterem, & tua limina adirem.

Idem ibidem.

Ventum erat ad limen cum Virgo poſcere fata.

Idem alibi.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla.

Dionyſius Halic. lib. 4 loquens de Tarquinio Superbo, hæc refert de Oraculis. *Oracula verò, quæ nunc extant ex variis locis ſunt comportata, alia ex Italicis vrbibus allata, alia ex Erythris Aſiaticis ex S. C. miſſis legatis, qui eorum exemplar deſcriberent, alia ex aliis vrbibus, & à priuatis hominibus transſcripta, in quibus quædam ſuppoſititia, & carminibus Sibyllinis inſerta reperiuntur, quæ deprehenduntur ex iis, quæ acroſtichides nuncupantur, id eſt apices litterarij.*

PETRO CANTONIO I.C. & Antiquario Mediolanenſi.

DISSERTATIO XXXV.

Coronæ proiectæ ante pedes Deorum. Hippona Dea quæ. Imago eius; vbi, & quî ornata, & coronata. Roſæ encomia. Templa redimita roſis. Aſſentator Terentij, & Athenæi.

AVICVLÆ, cum nihil poſſent opulentius, plumas ad magnificentiſſimum Delphici Apollinis templum, Apes ceras vltro detulerunt. Ego ad tuæ gloriæ monumenta quid feram? Corollas non aureas, argenteaſque appendendas; ſed leuiores, viliores, ad ſtatuas proiiciendas ex priſco ritu ſacro; tum quia tuum Coloſſum altum nimis, atque excelſum ſuſpicio, tuarum virtutum apice decoratum. Propertius.

Vt caput in magnis, vbi non eſt tangere, ſignis,
Ponitur hic imos ante corona pedes.

Coronæ proiectæ ante pedes Deorum inſcriptæ.

Coronæ ſiquidem Diis dicatæ, & inſcriptæ, & inter ἀνάθηματα, teſtandæ nimirum, aut oſtentandæ pietati, cultui diuino, aut gratiarum actioni. Ego his omnibus nominibus tibi obſtrictus, coronatus, tuæ immortalitatis aram corollis, ſertiſque exorno, & roſeis potiſſimum, tu enim Roſa diceris, & haberis ob morum fragrantiam, Virtutúmque decorem. Sed dum roſas loquor, &

Floret odoratis terra benigna roſis,

Hippona Dea ſtabuli.

Quaſdam colligo inter ſpinas Apuleiani horti 3. Metamorph. Has tibi habe. *In ipſo ferè meditullio* (de ſtabulo loquitur) *Hippone Deæ ſimulachrum, ædiculæ reſidens, quod accuratè corollis roſeis recentibus fuerat ornatum*

Imagines Hipponæ in ſtabulis coronatæ corona roſea.

tum. Hippona. (Turnebus legit Eponam Prudent.

Nemo Cloacina, aut Epona ſuper aſtra deabus.)

Dea equorum, & ſtabuli, vt neminem latet; Quare Tertullianus Florentius in Apologetico de eadem ſic. *Vos tamen non negabitis, & iumenta omnia, & cunctos canterios cum ſua Hippona à vobis coli.* Iuuenalis Sat. 8.

Hipponam, & facies olida ad præſepia pictas.

Semones qui.

Hipponæ meminit etiam Plutar. in parall. Fulgentius ad Chalcidium, quam inter Semones commemorat, quos nec cœlo dignos putabant ob meriti videlicet paupertatem vt Priapus, Hippona, Vertumnus; nec terrenos propter gratiæ venerationem. Tertull. Apolog. c. 16. *Vos tamen non negabitis, & iumenta omnia, & totos cantherios cum ſuâ Hippona coli à vobis.*

Plures igitur huius Deæ imagines in ſtabulis, eædémque roſeis corollis ornatæ, quæ Veneti, (ſcio) Gratiiſque in deliciis; cum roſa κατ' ἐξοχὴν dicatur Flos, & regina florum, Muſarum coronamentum. Ideò Theocritus Ep. 1.

Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα, καὶ ἁ κατάπυκνος ἐκείνα
Ἕρπυλλος κεῖται ταῖς Ἑλικωνιάσιν.
Roſa illa roſcida, & denſum illud
Serpillum dicatum eſt Heliconiadibus.

Cur.

Cur igitur hi equiſones, & agaſones roſeas intexerunt corolias Hipponæ, ſuo Numini? An quia corona roſacea deſignat potentiam, & imperium? An quia roſæ publicæ lætitiæ, priuatæque indicium, feſtique diei? quòd fortaſsè illis diebus egiſſent Hipponæ ſacrum. Sed hoc commune cum cæteris Diis, nil huic peculiare. An tunc temporis Conſualia celebrata? De Conſualibus, ſeu Circenſibus ludis, vide Roſinum & alios. Lego tamen hæc in Plut. Romulo. *Inuenit Romulus aram cuiuſdam Dei conditam ſub terra, in qua reliquum tempus latet, in equeſtribus vero certaminibus aperitur.* Dion. Halic. *lib.* 1. Dedicarunt Romani Neptuno equeſtri templum, atque diem illum ſolemnem, quem Arcades, Hippocratia, Conſualia Romani vocant, iidem conſtituere, quo die apud Romanos ex conſuetudine ceſſant ob operibus equi & muli redimiti floribus capita. Ideò & floribus redimita tunc Dea Hippona.

De Roſis hæc noto ex Caſaub. ad Athen. *l.* 4. *c.* 11. Roſa olim, vt modo etiam, non poſtrema cura, & amor eorum qui nepotinis ſumptibus delectabantur, vt videre licet in Nerone apud Suet. *c.* 27. Nec ſolùm roſæ ſparſæ in menſis, ſed & pauimentis ſæpe etiam in reticulis, ad olfactum clauſæ. Ita Cic. in Verrem. 5. *Nam vt mos fuit Bythiniæ regibus, lectica hexaphoro ferebatur, in qua puluinus erat pellucidus Melitenſi roſa fartus; ipſe autem coronam vnam habebat in capite, alteram in collo, reticulumque ad nares ſibi apponebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis plenum roſa.*

Adulatoris deſcriptio ex Terentio.

Iam ſi adulatorum, ſeu aſſentatorum mores (quorum nomina plurima in hoc ſæculi albo) noſſe cupis, pete ex verbis illis Gnathonicis apud Terentinum in Eunucho.

Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt:
Nec ſunt tamen: hos conſector; hiſce ego non paro me vt rideant:
Sed his vltrò arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul:
Quidquid dicunt, laudo: id rurſum, ſi negant, laudo id quoque.
Negat quis, nego; ait, aio: poſtremo ego imperaui egomet mihi
Omnia aſſentari: is quæſtus nunc etiam multo vberrimus.

Sed Athenæus *lib.* 6. graphicè, & ad amuſſim Thraſonicam iactantiam, glorioſum militem, gloſſogaſtores, palpones effingit his verbis.

Si ad ædes ſit progrediendum, ſum aries; machina bellica ſcilicet:

Si aſcendendum in ſcalas, Capaneus:
Si toleranda plaga, incus ac nodus:
Si quid affigendum, lorum ac faſcia:
Si tentandi formoſi, fumus:
Si bibendum, edendumque nihil, Tithymallus.

Scilicet qui octo lupinis prandebat.

Si aqua bibenda, rana: Si thymum rodendum, aut olus, eruca:
Si non lauandum, ſqualor:
Si hyeme degendum ſub dio, merula:
Si tolerandus æſtus, ac meridie confabulandum, cicada:
Si nec inungendum, nec aſpiciendum oleum, puluis:
Si excalceato ſpatiandum diluculò, grus:
Si parum dormiendum, noctua:
Si ferior, ferri maſſa; ſi ferio, fulmen:
Si excæcandus aliquis, fulgor: Si ſaliendum, locuſta:
Si emouenda cardinibus fores, terræ concuſſus:
Si cœnandum non inuitatò, Muſca:
Si non exeundum, puteus, &c.

BARTHOLOMÆO Bernardino I. C.

DISSERTATIO XXXVI.

Reorum caput obnuptum. De pileo antiquorum; an in vſu, & quando, quid apud Romanos, quid apud Græcos ſignificaret. Quotuplex pileus. Quibus Diis capite tecto, quibus detecto facerent. Feſti diei religio quanta olim. Ancilium religio, & alia ad ſacra ſpectantia. Caput operiendi mos in re dubia, ſacrâ, periculoſâ, & cum hoſti occurrerent, & cur? Item arti-

culi digitorum contriti , & alia non trita.

Reorum caput obnupiam.

CAPITIS obnubendi reorum paſſim in Venetâ regione vſurpata conſuetudo , ab illâ lege vſque horrendi carminis manauit. Audi ſodes. *Caput obnubito ; infelici arbore ſuſpendito.* Hegeſippus lib.5. cap.4. *Dum percuſſorem moratus, clauſis iam faſciolà oculis, ſe ſe proripuit ad Romanos.* Tacitus 4. Annal. *Trahebatur damnatus , quantum obductà veſte, & adſtrictis faucibus , niti poterat clamitans.* Plut. in Pericle, *Et vero etiam ipſum perhibent Anaxagoram ætate decrepita neglectum , occupato Pericle , iacuiſſe, atque obuoluto capite vitam finire inedia ſtatuiſſe.*

An priſci pileo vſi. Pileus quid ; vnde dictus. Pileus libertatis ſignum. Pileati libertatis aſſertores. Pileis vſi qui in bello , & qui non. Pileati etiam Lares. Pileata plebs in Saturnalibus. Pileus nobilitatis ſymbolum. Apud Græcos, apud Romanos Sacerdotij. Pilei viatorij. Petaſati tabellarij. Romani an diſcumberẽt tecto capite.

Sed quia de capite obnubendo quædam in medium prolata , diſcutiendum puto, an veteres Romani , & Græci pileati , vt nos, incederent. Pileus eſt capitis tegumentum laneum, ſic dictum, vel quòd ex pilis fieret, vel quòd capitis pilos tegeret. Pileum manumiſſionis , ſeu libertatis apud Romanos fuiſſe ſignum , alibi à me indicatum ; hinc *ad pileum vocare* , hoc eſt ad libertatem. Bruti effigies pileata cum pugiunculis paſſim videbatur , quòd Romanæ libertatis fuiſſet vindex. Caſtor , & Pollux itidem pileati , quòd Σωτῆρες , ideſt liberatores Græciæ eſſent , vel quia Lacones , qui pileati pugnabant ; Romani contra , teſte Lazio, in bellis haudquaquam vtebantur. Lares quoque Pileati : Vnde in Saturnalibus ad libertatem declarandam plebs tota pileata. Apud Græcos pileum nobilitatis fuit ſymbolum , vnde Vlyſſis caput pileatum faciunt ; apud Romanos Sacerdotij. Pilei etiam erant viatorij , petaſi dicti , vnde petaſati dicti tabellarij à Cicerone, & Plauto. Pileos à Romanis rure geſtatos Dion.lib.9. oſtendit. *Tunc autem forte Quintius arvum quoddam ad ſementem faciendam arabat, ipſe ſequens boves novale proſcindentes ſine tunica, ſolo ſubligari ſuccinctus , & in capite pileum habens.* En vſus pilei , & ſubligarium rure : & paulò infrà , *Nulla autem alia de cauſà oratio mea huc eſt provecta , niſi vt omnes cognoſcerent ea ætate pop. Romani principes victum quærere.* Nota priſcam diſciplinam , & frugalitatem principum Romanorum. Pileus ex pelle hoſtiæ cæſæ fiebat Sacerdotibus , hicque Galerus dicebatur, Nouar. Sched. *lib.1. cap.* 17. An verò Romani in conuiuiis tecto capite diſcubuerint , non planè manifeſtum ; colligi tamen poteſt inde , quod ſi ſerui manumiſſi pileati diſcumberent , tantò magis domini capite tecti ; deinde ſi opertis capitibus

Menſa ſacra.

Deos adibant , & venerabantur , in menſâ quoque, quæ illis ſemper ſacra , & religioſa viſa , potiſſimum propter libationes , non dubium quin velati accubuerint. De adoratione operto capite factâ dictum à me alibi, & à Plutarcho cauſæ plurimæ afferuntur *Probl.* 14. qui teſtatur apud Rom. filios velatis capitibus ſuos parentes , filias autem nudis, & crinibus paſſis efferre conſueuiſſe , cuius cauſam ibidem affert. Opi quoque atque Herculi aperto capite ſupplicatum. Lege plura de hoc in Plutarchi *Probl.* 10. ſciſcitante , cur Romani Deos capite velato adorent , cum alioquin hominibus obuiam facti venerandis, caput, ſi fortè eo tecto incedunt , detegant ; cuius conſuetudinis hanc inter alias rationem affert, quòd nimirùm coram potentioribus caput nudent, non augendi honoris eorum gratiâ, ſed vt eos inuidiâ potiùs liberent, oſtendántque eos non poſcere eoſdem ſibi cum diuinis honores , neque ferre , aut gratum habere , eodem ſe, quo Deos , modo coli. Hæc ille ; Contra verò Vitellius, teſte Suetonio , miri in adulando ingenij, primus Caium Cæſarem adorare , vt Deum , inſtituit , qui reuerſus ex Syriâ non aliter adire auſus eſt , quàm capite velato , quo modo Deos coli ſolitos fuiſſe dictum eſt, circumuerténſque ſe , deinde procumbens. Salutantes ergo Principes in terram procumbebant poſt circumuerſionem. At Deos adorantes ſedebant. Quòd Principem adorantes , in terram procumberent , oſtendit hiſtoria Alexandri Magni ; nam cum Polyſpercon , vnum ex venerantibus mento contingentem humum, per ludibrium cœpiſſet adhortari , vt vehementiùs eo quateret terram : indignabundus Alexander, Tu, inquit, non veneraberis me ? detractúmque Polyſperconta ex lecto præcipitauit in terram. Et cum is pronus corruiſſet, Videſne (inquit) idem te feciſſe, quod in alio ante ridebas ? Ad pileum reuertor ; ex dictis coniecturâ ducor pileatos fuiſſe tantùm Romanos in itinere , & potiſſimùm hyemali tempore ; in Vrbe verò nunquam , cum nummi nulli id aſtruant : quòd ſi ad Solis calorem auertendum , pluuiam , frigúſque arcendum caput nubere volebant , togæ ſinu id factum credo : & ita in conuiuiis ſi quando capite tecti, id factum ad manumiſſorum pileatorum diſcrimen innuendum. In his rebus aliorum opperior iudicium cum maximè hæream , & in hac ſalebrâ laborem. Lipſius eruditiſſimus antiquarius noſter de Amphitheatro *cap.19.* docet , olim Romanos aperto ſemper capite fuiſſe , & ſolùm quinque temporibus operto , videlicet , Ludis , Saturnalibus , Peregrinatione, Militiâ , atque Sacris ; de hoc vltimo Virgilius.

Opi, & Herculi aperto capite ſacrificatum. Romani capite tecti, & quomodo. Procumbentes Imperatores ſalutabant. Sedẽtes Deos adorabant. Alexandri magni factũ. Romani quãdo pileati. Lipſij ſentẽtia. Romani quando capite operto.

Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.

Hunc morem volunt ortum ab ipſiſſimo Æneâ, & ab hiſtoriâ , quam Virgilius attingit *in* 3. *Æneid.* videlicet , inter ſanctos ignes ne qua hoſtilis facies occurreret. Plutarchus Quæſt. Rom. 10. *Deos operto capite adorauerunt , vel quòd eâ tectione , animi demiſſionem oſtenderent , vel potius verentes, ne qua vox mali ominis foris accideret.* Pileati pingebantur Caſtor, & Pollux , hinc dicti pileati fratres , quòd Lacones fuerint, quibus pileatis pugnare mos fuit , vt Feſtus ſcribit.

Caput cur opertum in Sacris.

Pauſanias *lib.* 4. ad hanc rem narrat initium

ſium irarum Caſtoris in Meſſenios; quia videlicet adoleſcentes duo Panormus, & Gonippus ſacra Caſtoris, & Pollucis interturbarunt, cum omni contumelia, & contemptu: adeoque abominandum duxere interrumpi ſacrum, vt clamaretur a Præcone in ſacris, *Hoc age*, quod ita Plutarchus in vita Coriolani explicat, *nulla vt res interrumperet ſacra*, & idem Plutarchus *in Ageſil.* laudat Lacedæmones qui accepta grauiſſima clade; non paſſi ſunt formam publicæ feſtiuitatis immutari, quæ tunc peragebatur. Demoſthenes contra Midiam, ſæpius inculcat violatam ab illo feſti Bacchici celebritatem, cum eo die iniurias ſibi inferret. Adeò peruagata eſt hæc opinio inter gentes, vt etiam atrociùs eſſet inferre iniurias die feſto, quaſi ita violarentur ſacra.

Sacra non eſſe interrũpenda.

Apud Romanos Ancilium religio ſumma. Liuius lib. 37. *Statiua deinde ad Helleſpontũ aliquandiu habuerũt, quia dies fortè quibus ancilia mouebãtur, religioſi ad iter inciderant.* Tacitus 1. Hiſt. *Proficiſcẽti Othoni moras, religionemq; nondum conditorum ancilium afferebãt.* Hinc natum prouerbium, *Saltat ſenex, ſalua res eſt*, qui cæteris ad arma currentibus, ſolus ſaltationem eſt proſecutus. Vide Adagiographum, & Seruium ad 3. Æneidos.

Feſti diei religio quãta olim. Ancilium religio.

Caput ſalutis ſignum.

Caput hieroglyphicum ſaluris fuiſſe receptum apud omnes eſt, ideò hoc in extremo diſcrimine commendare, adiurare, deuouere ſoliti, vt videre licet paſſim apud Authores, quod in eo regimen totius animantis; quare non ſolùm in eo pallor in vitæ diſcrimine, ſed & rubor in exiſtimationis periculo, ſeu metu, tanquam in propria ſede dignoſcitur. Hinc illa conſuetudo, vt opinor, manauit, cum aliquod inexpectatum, & periculoſum occurrebat, caput obnubendi, ſeu velandi. Petronius. *Execratus itaque aniculæ inſidias operire caput, & per medium lupanar fugere cœpi*, & alibi apud eumdem, *Admonitus ſcilicet Aſcyltos periculoſum alienis interuenire ſecretis, caput operuerat.* Præterea loca impudica, & probroſa adeuntes caput operiebant. Plautus Capt. *Ipſi de foro tam operto capite ad lenones eunt, quam in tribu aperto capite ſontes condemnant reos.* Petronius; *Aſcyltos caput operuit, vt ſi vidit in lupanar deductum.* In re verò trepida non ſolùm caput velabant, ſed & articulos manuum conterebant; idem ibidem. *Vt ergo tam ambitioſus detonuit imber, retexit ſuperbum pallio caput, & manibus inter ſe vſque ad articulorum ſtrepitum contritis, quænam eſt* (inquit) *hæc audacia?* An quia in re creperâ, & ſubita animus perculſus ad Deos colendos ſe conuertebat, quod fiebat capite velato, vt à me demõſtrauimus; ità Plautus *Amphit.* Inuocat Deos immortales, vt ſibi auxilium ferant, manibus puris, & capite operto. Lucretius lib. 5.

In re periculoſa cur caput obnuberent.

Adeuntes loca impudica caput obnubant.

Articuli digitorum contriti in re dubia

Nec pietas vlla eſt velatum ſæpe videri.

Ouidius Metam.

Et velato capite, cinctáſque reſoluite veſtes.

Tibullus, Eleg. 5. lib. 1.

Ipſe ego velatus filo, tunicíſque ſolutis.
Vota nouem Veneri nocte ſilente dedi.

Timentes fugientes velati caput.

Quare meritò timentes, fugientes, caput velabant. Plautus in Moſtel.

Caue, reſpexis; fuge, atque operi caput.

Idem alibi: *Tactorum, ne vt etiam aſpicere ædes audeat capite obuoluto, vt fugiat cum ſummo metu.* Liuius de Appio. *Appius vitæ metuens in domum propinquam foro ſe inſciis aduerſariis capite obuoluto recepit.* Capitolinus in Pertinace. *Tunc ille precatus Iouem vltorem toga caput operuit, atque à cæteris confoſſus eſt.* Horatius lib. 2. Sat. 3.

Nam male re geſta, cũ vellem mittere operto
Me capite in flumen.

Plutarchus in Phocione, *At Phocione; illiſque qui circa eum erant, cuſtodia ſeptis, quotquot eius amici non prope aſſiſtebant, vbi hoc viderunt, capite obuelato fuga ſalutem petiere.* De occurſu quædam mihi occurrunt, claudi, ſpadonis & eunuchi occurſus ominoſus erat, vt ſtatim pedem conuerterent. Lucianus in Pſeudologiſta, *Nam nos* (ait) *claudos ad dexteram declinamus, ac maximè ſi mane videamus illos; & ſi quis ſpadonem, aut eunuchum aſpexerit, aut ſimiam quoque egreſſus domo, ſtatim conuertit pedem, & regreditur, ominans ſibi haud quaquam proſperas illius diei res, atque actiones fore, præ malo hoc primo, & inauſpicato omine:* Superſtitioſi videntes mente captum, aut comitiali morbo laborantem in ſinum ſibi deſpuebant, vt notat Theophr. in charact. Superſtitioſè olim cauebatur, ne mulieres ambulantes fuſos torquerent, noxium id eſſe frugibus exiſtimantes, vt refert. Plin. lib. 28. c. 2. At boni ominis putabatur occurſus formoſi ex Rhod. l. 24. c. 9. Nou. Sched. l. 9. c. 14. At cùm hoſtibus obuiam procederent, caput etiam operuiſſe lego in Plutarchi Quæſt. 10. his verbis. *Quemadmodum aduerſus hoſtem caput tegimus, ſic amicis & præſtantibus hominibus obuiam dati, idem nudamus.* Olim velatos, & in exilium miſſos noctu Procopius lib. 9. Hiſtor. notat. Item alteram maxillam mulieres obnupſiſſe cum in viros occurrerent, idque præcipuè ſi honores gererent Plutar. refert in Quæſt. dicens, Quare Chalcedoniarum mos eſt, ſi quando inciderint in viros alienos, præſertim eos, qui honores gerunt, vt alteram maxillam obnubant. Nouar. Sched. 4. c. 9. Arnodos in ſacris ſoluebant veteres religionis cauſa, ita ſcribit Seru. *Ad Iunonis Lucinæ ſacra non licet accedere, niſi ſolutis nodis.* Iterùm, *In ſacris nihil ſolet eſſe prœligatum, præcipuè eius, quæ amore vult ſolui.* Idem lib. 7. cap. 28. Hæc ſatis prolixè à me.

Occurrentes hoſtibus velati.

Cur verò nubentes, caput obnubẽrent, vnde nuptæ dictæ, idem Plutarchus, & alij longiore ſubſellio explicant, quibus ſuperſedeo.

POMPILIO MINVTIANO.
DISSERTATIO XXXVII.

Terminalis lapis vnctus, adoratus, ei ſacrificatum, & quo modo, eius defigendi ritus. Prouerbium explicatum.

explicatum, Quemuis lapidem, vnctum adorare. *Eius religio vnde ad Romanos. Lapides Terminales, & lapides Diui quid differant. Fidei, Termino, & Menti ædes. Terminum mouentis pœna. Termini erecti lætitiæ, moti cladis ſigna. Obſidum caput reticulo purpureo amictum, item meretricum. Redimiculum luxuriæ ſymbolum, & alia.*

Lapides termini vncti, coronati, adorati. Statua erecta Termino.

MIHI per varios agros ire libet, in quorum finibus olim (vt modò) lapides, qui vncti, coronati, & adorati: nullus enim Deum priùs illo adoratus, & cultus ex legum præſcripto; hinc ſtatua illi erecta, & coronata, quòd apertè Arnobius, ſeu M. Minucius Felix annuit his verbis. *Vt tam luculento die in lapides eum patiaris impingere effigiatos ſanè, & vnctos, & coronatos.* Apuleius 1. Florid. *Truncus dolamine effigiatus, vel ceſpes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus.* Sed clariùs lib. 1. Apolog. *negant ſe vidiſſe, aut lapidem vnctum, aut ramum coronatum in finibus eius.* Tibullus lib. 1. Eleg. 1.

Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu vetus in triuio florida ſerta lapis.

Prouerbium illud *Theſaurus carbones erant*, de iis, qui ſua ſpe fruſtrantur, vereor ne iure in me obiiciatur, multi enim è meis agris aurum eruditionũ effodere opinantur, carbones vero hauriũt. Carbones (vt aliquid in medium proferam ad rem) antiquitus in terra defodi ſolebant ad indicandos agrorum terminos, propterea quod nulla res magis durabilis carbone. Hinc Prouerbium natum fortaſſe. Vide Adagiographum. Lapis terminalis ſeu ſtipes ſupra terram extabat. Agnus huic immolatus: Ouid. Faſt. *Spargitur & caſo communis terminus agno.* Dionyſ. l. 2. ex inſtituto Pompilij. Termino quotannis pultibus, & libis, atque quibuſdam fructuum primitiis ſacrificari ait. Hine Iuuen. Sat. 16.

—— —— Saxum
Quod mea cum patulo coluit puls annua libo.

Fines omnes ſacri.

Fines templares qui. Termini ſacrificales qui.

Sed noto, vt paulò clariùs has tenebras illuſtrem, luce ab aliis mutuata, vt mihi illuceſcat: Loca quàm maximè ſacra apud antiquos in confiniis conſtituebantur. Ab eo fines templares, & terminos ſacrificales auctores limitum nuncuparunt, qui in quadrifinio poſiti poſſeſſionibus finem faciebant. Hic autem ritus fuit defigendorum Terminorum, vt cum illos diſponerent, ipſos quidem lapides in ſolidam terram conuocarent, proximè ea loca, quibus foſſâ factâ defixuri erant, quos vnguento, velaminibus, & coronis decorabant. In foſſis illis, quibus poſituri Terminos erant, ſacrificio facto hoſtiaque immolatâ facibus ardentibus in foſsâ cooperti, ſanguinem inſtillabant, eóque fruges, & thura iactabant, fauóſque, vinum, atque alia, quibus conſuetudo erat Terminis ſacrum fieri, in foſsâ deiiciebant; conſumptiſque omnibus dapibus igne, ſuper calentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti curâ confirmabant. Quia tamen aliquando viæ, termini erant agrorum, aut flumina, circa quæ arbores ſatæ, hinc frequenter ſub his defixi termini, & coronatæ etiam arbores, ſeù rami. Apuleius Apolog. 1. *Negant ſe vidiſſe, qui fuerint, vllum ſaltem in finibus eius, aut lapidem vnctum, aut ramum coronatum.* Hi lapides quadrati, inſcripti vncialibus litteris.

Termini de figendi ritus.

Sacrificium factum in foſſis vbi termini ponendi.

Termini in viis ſub arboribus.

Lapides terminales quadrati, & inſcripti.

Lapides quoſdam religioſiſſimè Pagani colebant, vt ad eorum cultum prætereuntes inuitarent, & vngebant. Hinc dicti lapides Diui; Arnobius, *Si quando conſpexeram lubricatum lapidem, & ex oliui vnguine ornatum, tanquam ineſſet vis præſens, adulabar, affabar.* Lampridius; *Lapides qui Diui dicuntur ex proprio templo Dianæ Laodiceæ ex adyto ſuo, in quo Oreſtes poſuerat, auferre voluit.* Lapides Diuos Turnebus putat eſſe ſimulacra Deorum, veteréſque inde per Iouem lapidem iuraſſe; quod eruditiſſimus Gutherus confutat, à cuius eruditiſſimis elucubrationibus multa lux huic capiti, aſſerentis, olim rudes lapides pro ſimulacris cultos qualis, fuit Romam deportatus Peſſinuntiæ Matris Deum. Item Dianæ Paphiæ. Hic plerumque in formam pyramidis. Sacrum ſaxum dicebatur ædes in ſaxo excauata, quam Apuleius vocauit ſpeluncam frondibus inumbratam. Hinc puto manaſſe illud prouerbium, *Omnem lapidem vnctum adorare*, de iis vſurpatum, qui temerè, & ſine iudicio erga quoſuis afficiuntur. Vel puto alluſiſſe prouerbium ad Græcorum ritum, vt refert Pauſanias in Achaïcis, his verbis: *Et ſanè Græcis olim omnibus patrium fuit, rudes lapides pro diis perinde ac ſimulacra ipſa colere.* Termini religionem ſumpſere Romani à Græcis. Ita apud Platonem lib. 8. de legibus, *Nemo fines, atque terminos agri moueat, nec ciuis vicini, ac finitimi peregrini, ſi agri extrema poſſideat. Sed putet id eſſe verum quod dici ſolet, hic immobilia mouet; maliſque vnuſquiſque ſaxum ingens mouere, quàm paruum lapidem iureiurando à diis firmatum, quo amicitia, & inimicitia terminantur. Alterius enim Iupiter ὁμόριος, alterius Iupiter ξένιος teſtis eſt &c.* Mercurio viali viarum præſidi ſacros in aceruum lapides coniiciebant, tum, vt Deo ὁδηγῷ, honorem haberent, tum vt iis, qui idem tererent iter commonſtraret viam. Hebræi, vt notat Eruditiſſimus Cauſſinus *Marcolin*, dixere ex Elia Theſbite, & quia à prætereuntibus religionis gratia lapis congerebatur, tumulus magnus erigebatur è congeſtis lapidibus, vnde Liuius lib. 36. *Mercurius Teutates tumulus in Hiſpania.* Lucan.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates.

Lapides terminales Paganorum. Lapides Diui qui.

Termini Dei figura. Sacrum ſaxum. Lapidem vnctum adorare prouerbiũ.

Termini Dei religio à Græcis.

Lapidum ſacrorum duo genera leguntur,

Lapidum ſacrorum duo genera. Lapides terminales.

tur, alij terminales, in defigendis terminis agrorum collocari, proximè ea loca, quibus foſsâ factâ defigebant, quos vnguento, velaminibuſque, & coronis decorabant, facto enim ſacrificio ſuper calentes reliquias lapidem collocabant. De hoc Apuleius Florid. *Vel ceſpes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus.* Alij lapides ſacri, ſeu dicti Diui, qui in fundamentis templorum iaciebantur inſcriptione notati. Lapis Diuus à Pauſania in Corinth. ſic deſcribitur. *Lapides, qui diui dicuntur, ex proprio temple Dianæ Laodiceæ ex adyto ſuo, in quod Oreſtes poſuerat, auferre voluit.* Pauſanias enim lapidem narrat, qui ante ædem Dianæ Laodiceæ iacebat, & ſacer vocabatur, illúmque dicebat eſſe, ſuper quo Trœzeniorum nouemuiri Oreſtem à matris cæde purgauerunt. De hoc lapide diuo idem *in Laconicis, & Atticis.* A lapidibus (ne lapides loquar) ad alia verto vela, velificante mihi Zephyro placidiſſimo tuæ benignitatis in hoc ſcriptorum Oceano. Locus ſignatus, ex Polluce *c.9. l.3.* dictus lapis, aut columna quædam oſtendens, quòd locus eſſet ære alieno obſtrictus. In viis publicis lapides excitiſſe quibus vtebantur, vt commodior equi aſcenſus eſſet, indicat Plutar. in Gracchis dicens, *Gracchum lapides haud longè diſtantes in viarum marginibus defixiſſe, vt eſſet facilè vs, qui equos haberent, eos inſcendere.*

Lapides ſacri, & diui.

Fidei, & Termino templum à quo conditum.

Terminum fuiſſe habitum Deum lego in Plutarchi Numâ. *Primum autem, ferunt, & Fidei, & Termini templum condidiſſe, ac Fidei iuſiurandum demonſtraſſe, Romanis maximum, quo etiam nunc vtuntur. Termino verò, qui meta quadam eſt, & publicè, & priuatim ad agrorum confinia ſacrificant animantia: & id nunc quidem, nam apud veteres incruentum fuerat Numæ ſacrificium, quippe qui ſapientiſſimè docuiſſet, decere, Terminalem Deum nece purum eſſe, vtpote qui pacis cuſtos & iuſtitiæ teſtis ſit. Videtur, & omnino hic Rex Romanorum ſolum terminauiſſe, cum Romulus noluiſſet menſurâ proprij agri, fateri alieni ablationem, ſuas enim vinciri vires, ſi Terminum obſeruaſſet, ſin minus obſeruaſſet, iniuria argui &c.*

Terminus noluit cedere Ioui.

Nota eſt hiſtoria de Termino, Iuuentute, & Marte Ioui cedere nolentibus, quod portenderet Romanos fore bello inuictos, perpetuò vernaturos, & ſine terminis imperaturos. Termino ſacrificabant publicè & priuatim, quaſi Deo finium cuſtodi, qui non tantùm ſaxum, & lapis, ſed interdum ſtipes vel tegula. Ouid. in Faſtis.

Termino ſacrificatum Terminalia ſacra.

Termine, ſiue lapis, ſiue es defoſſus in agris
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.

Terminalia ſacra menſe Februario peragebantur. Sacellum eius Numa Pompilius in colle Tarpeio ſtatuit, nihilque animatum illi ſacrificatum, ſed tantùm liba, pultes, & frugum primitiæ, non enim pium cruentare lapides. Cauſam huius vide in Plut. Ouidius tamen agnam, & porcam in 2. Faſtorum immolari prodidit. Hor. *Vel agna feſtis cæſa Terminalibus.* Prudentius contra Sym. aliud ab his ſacrificium ſic innuit, *Et lapis illic Si ſtetit antiquus quem cingere ſueuerat error Faſceolis, vel gallinæ pulmone rogare, Frangitur, & nullis violatur Terminus extis.* Gyraldus Synt. 17. & alibi refert. Ara Deo Termino ſtatuebatur à dominis vtrinque, lignaque conciſa foco imponebantur, & caniſtro fruges igni inſpergebantur; tum demùm puella fauos mellis porrigebat: alij & vina: itáque holocauſtoma fiebat. Fides vt Dea culta. Dion. lib. 2. inquit, *Primus ipſe omnium templum* (loquitur de Numa) *Fidei publica erexit, ſacrificiaque ei ſtatuit ſumptu publico, ſicut & aliis.* ſine cæde & ſanguine ipſi velati Flamines albo panno, ſacra faciebant, quin illuc curru arcuato manu ad digitos inuoluta deferebantur, ſolemni pompa. Hor. *Albo rara Fides colitur velata panno.* vel quia in canis hominibus eſſe ſolet, vel quia candorem fidei demonſtrat. Mens quoque Dea habita, vt mentem bonam concederet. *Menti* (inquit Liuius) *vouit Attilius Prætor.* Ouid. in Faſtis.

Fides Dea Fidei ſacra.

Mens Dea.

Mens quoque numen habet, Menti delubra videmus
Vota, metu belli perfide Pœne tui.

Propertius.

Mēs bona ſi qua Dea es, tua me ſacraria dono.
Exciderant ſurdo tot mea vota Ioui.

Feſtus verò ante Numam, ab Ænea in Palatio Fidem conſecratam refert ex Agathocle. Fidei ædes in Capitolio fuit. Dionyſius, & Plutarchus referunt, à Numa eſſe ſacratam, ſtatutúmq; maximū iuſiurandum iuxta hanc Menti, canali voo diſcretæ, de quibus Cicero 3. de legibus. *Colunto illa; propter quæ datur homini aſcenſus in Cœlum, mentem, pietatem, fidem, &c.* Termino igitur ſacellum erectum à Numa in colle Tarpeio, cui ſolùm liba, pultes, & primitiæ frugum libatæ. Hic Deus erat ſaxum in finibus agrorum priuatorum, & publicorum, quod qui ſtatuto dimouiſſet loco, impune cædi poterat. Lex Numæ de termino hæc extat, Quei Terminon exātaſſit, ipſus & bouis ſacrei ſunto. Dionyſius Halic. hæc habet, *Termines ſi quis transferre auſus fuiſſet, aut tollere, lege Terminali caput eius Diis Terminalibus Numa deuouit, interfectori ipſius, tanquam ſacrilegi, impunitate permiſſa, &c.* Noto lapides terminales erectos fuiſſe. Erectus terminus nota erat rei benè geſtæ: hoſte iam victore, è loco mouebantur, quaſi omnia peſſum irent, idque habeo ex Virgilio.

Fidei ædes in Capitolio.

Mentis ædes

Termini ſacellum vbi.

Lex Numæ de termino.

Terminalē lapidem auferentes qua pœna digni.

Lapides terminales erecti.

Lapides erecti, lætum ſignum.

Termini è loco moti cladis ſignū.

Nec plura effatus, ſaxum circūſpicit ingens:
Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat.
Limes agro poſitus, litē vt diſcerneret aruis.

Terminorum defigendorum ritum exſcribo ex Siculo Flacco: Cum terminos diſponerent, ipſos quidem lapides in ſolidam terrā collocabant proximè ea loca quibus foſſis factis defixuri eos erant, & vnguento, velaminibuſque & coronis eos coronabant. In foſſis autem, quibus poſituri eos erant, ſacrificio facto, hoſtiaque immaculata cæſa, facibus ardentibus, in foſſa cooperti ſanguinem inſtillabant, eoque fruges, & thura iactabant, fauos quoque & vinum, aliaque quibus conſuetudo erat terminis ſacrum fieri, in foſſa adiiciebant. Conſumptiſque omnibus

dapibus

dapibus igne ſuper calentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti cura confirmabant. Pithœus.

Ad lapides viales via me ducit. Olim viæ lapidibus diſtinctæ, vt ex iis cuilibet innoteſceret quantum iter perfeciſſet. Hi lapides literis pleni, vt viam viatoribus dicerent, item ſententiis inſignibus diſtincti, vt viatores meliores, lætioreſq; euaderent. Nouar. Sched. l. 1. c. 23. Erat & alius *Lapis errantium*, dictus apud Hebræos, in quo res perditas ponebant, vel ſtantes in eo proclamabant, quiſquid perdiderit. Idem *cap.* 18. *lib.* 2.

De hoc eodem Liuius, Florus pluribus, cum de Tarquinio Priſco in Tarpeia rupe Ioui ſacrificante mentionem faciunt.

Obſides redimiculo purpureo caput operiunt.

Capita agrorum mitto, hominum repeto. Athenæus *lib.* 15. ritum quemdam capitis tegumenti purpurei obſidum nobis indicat, his verbis, *Lacedæmonios contemplare, qui reperto a ſe Coſmoſandalo, quem putant eſſe Irim Illyricam, Tulipanum vulgò dictum, vetuſtiſſimum ſuæ Reipublicæ ornamentum, vbi proculcarunt tanquam fractis ceruicibus poſſum iere*; quamobrem ſcitè de illis Comicus Ariſtophanes.

> *Timebantur olim Spartani, vt inexpugnabiles;*
> *Nunc autem purpureo reticulo caput ijs vincitur, vt obſidibus.*

Quæ mihi verba planè indicant morem obſidum caput operiendi redimiculo purpureo, vt ab aliis diſcernerentur, & hac nota illos prodente, minus fugam tentarent. In argumentum luxuriæ idem taxat Spartanos, vti degeneres à priſcâ virtute: *proferuntur reticula purpurea, qualia erant corpore merentiū.* De reticulo muliebri Iuuenalis Sat. 2.

> *Reticulúmque comis auratū ingentibus implet.*

Idem Iuuenalis *Sat.* 1. Dum Meſſalinæ impudicitiam impudentiſſimè deſcriberet, ita inquit,

> *Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos,*
> *Linquebat, comite ancilla non ampliùs vnâ,*
> *Et nigrum flauo crinem abſcondente galero.*

Nota qua digноſcebātur meretrices à matronis.

Etſi non me lateat, à quibuſdam intelligi per galerum, comam aſcititiam, & flauam, quam ſolæ meretrices, eam inficientes geſtabant; matronæ verò nigram. Sed quid obſtat per galerum ſignificari id reticulum, de quo ſuprà? lector arbiter eſto. At nota certiſſima, quâ matrona à meretrice diſtincta innuitur ab Ouidio 3. de Ponto Eleg. 3.

> *Scripſimus hæc illis, quorū nec vitta pudicos*
> *Attingit crines, nec ſtola longa pedes.*

BERNARDO BONVISIO Patricio Lucenſi.

DISSERTATIO XXXVIII.

Publici profeſſores litterarum acciti à Principibus. Ludus litterarius à quo primùm mercede apertus. Gymnaſia vbi, & quot. Cynoſarges nothorum gymnaſium à quo inſtitutum. Quantus honos habitus magiſtris. Varij ritus ſepulcrales. Veſtes iniectæ; & columnæ ſuperimpoſitæ ſepulcris. Salarium Philoſophis impertitum de publico. Quod Minerual, quando ſolutum, quomodo, & alia ad hæc ſpectantia.

SEMPER bonæ litteræ, barbarie ablegata, in aliquo pretio: Sed quia ad agros colendos (cum incolæ, & inquilini non ſufficiunt) aduenæ aliundè euocantur; ità ad ingenia excolenda publici profeſſores acciti ſalariis honorificis (ætates multæ huius rei teſtes, vel ſponte ludum litterarium aperientes) ad prima iacienda fundamenta, vel Principum munificentia, nobilium liberalitate detinentur, fouentur.

Publici profeſſores acciti.

Quis verò primus mercede publicum gymnaſium aperuerit, Plutarchus erudiτiſſimus Quæſt. Rom. 59. apertè his verbis oſtendit; *Serò cœptum eſt mercede doceri, primúſque ludum litterarium aperuit Sp. Caruilij libertus, eius qui primus vxorem dimiſit.* Cicero in epiſtola ad Titinium refert; *Equidem memoria teneo primum Latinè docere cœpiſſe L. Plotium quemdam, ad quem cum fieret concurſus, &c.* Locum ludorum literariorum fuiſſe circa forum docet Dionyſius lib. 11. his verbis. *Tūc autem puerorum ludi litterarij circa forum erant.* Plutarchus in Theſeo, in medio vrbis fuiſſe oſtendit in Græciâ, his verbis; *Sunt autem in mediâ Vrbe iuxta gymnaſium ſita, aſylumque ibi ſeruis, atque humilioribus fortunâ hominibus, potentiorum opes formidantibus conſtitutum, quòd & Theſeus patronus & propugnator quidam fuiſſet, & humanè, benigneque preces humilium exaudiſſet.* Ex quibus colligo Aſylum apud Athenienſes fuiſſe in medio Vrbis, prope gymnaſium publicum. Quod & Gabiis fuerint ludi litteratij ad pueros inſtituendos, vel Romuli tempore indicat Plutarchus in Romulo. *At etiam Gabios delati pueri, litteras didiciſſe feruntur, vt ingenuos decebat pueros, &c.* Tuſculanos etiam habuiſſe hos ludos idem Plutarchus in Camillo oſtendit. *At Tuſculani errorem callidè auertentes, cum eſſet iam ex expeditione aduersùs ipſos Camillus, aratoribus, paſtoribuſque agros, vt in altâ pace compleuerant, patebant portæ, pueri in ludis operam litteris dabant, &c.* En pacis indicia certa. Apud Hiſpanos videtur extitiſſe, primus Sertorius, qui Præceptores Græcarum, & Latinarum litterarum conduxerit, quod ex Plutarcho in eodem Sertorio apparet. *Maximè autem beneuolentiam ſibi comparauit ex his, quæ circa*

Primus ludum literarium aperiens.

Gymnaſia in media vrbe.

Aſylum Athenis vbi.

Gymnaſia per Italiam.

Sertorius primus apud Hiſpanos præceptores conduxit.

circa puerorum eruditionem machinatus eſt. Nobiliſſimus ſiquidem adoleſcentibus, in Oſcam Vrbem conuocatis, præceptores eis tradidit Græcarum, & Latinarum litterarum. Idem ibidem. *At patres eorum vehementer gaudebant cernentes filios prætextatos honeſtiſſimè ad magiſtratus euntes, & Sertorium pro eis ſalaria pendentem, ac ſæpè ipſos examinantem, & præmia doctoribus tribuentem, bullaſque aureas donantem.*

Pueri educti in porticu.

In porticu eductos pueros refert Plutarchus in Cimone, *Exercebantur tunc fortè in medio porticus puberes ſimul, atque adoleſcẽtes.*

Gymnaſia tria Athenis. Lycæum.

Tria gymnaſia reperio Athenis fuiſſe, Authore Suida, Alterum Lycæum dictum iuxta Athenas, in quo Ariſtoteles frequentiſſimo auditorio philoſophiam profitebatur perambulans, vnde dictus Peripateticus:

Academia.

alterum Academia mille paſſibus Athenis diſtans, ab Academo dicta, vbi Plato profeſſus:

Cynoſarges quid, vbi.

tertium Cynoſarges, ſic dictum à cane albo, qui, ſacrificante Diotimo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc Gymnaſio Ariſtippus Cyrenaicæ ſectæ princeps docuit. Hic pueri nothi exercebantur, qui neque à patre, neque à matre ciuitatis ius habebant: vnde contumeliæ gratia in Spurium iactitabant, *εἰς κυνόσαργες*: id

Spuriorum Gymnaſium.

eſt. *Ad Cynoſarges.* Erat hic locus extra portas Athenienſium, Herculi dicatus, quod & ipſe nothus, ac matre mortali natus eſſet, qui vnus imperij impatiens Linum præceptorem flagris verberantem occidit, vt refert Suidas. Huc Themiſtocles adoleſcens arte pelliciebat ingenuos aliquot adoleſcentes, quo paulatim tolleret Spuriorum, & Legitimorum diſcrimen. Plutarchus in Themiſtocle, *Quapropter, cum nothi in Cynoſarges coirent (gymnaſium id Herculis eſt extra mœnia, quod nec ille iuſtus Deus, ſed nothus ex genitrice eſſet mortali) induxit nonnulles Themiſtocles ex nobilitate iuuenes, vt ſe in Cynoſarges comitarentur, ſecũmque vngerentur. Quare callidè videtur nothorum, & legitimorum ſuſtuliſſe diſcrimen, &c.*

Stoa, Stoici, Pœcile.

Aliud gymnaſium legimus Athenis dictum Stoam, ſeu Pœcilen, ex varietate picturæ à Polygnoto factæ gratuito. In hac Zenon profeſſus; vnde dicti Stoici.

Grammaticorum nomine olim ſignificabantur non puluere ſcholaſtico ſordidi, ſed illuſtres viri, atque omni genere ſcientiarũ excellentes. Recte Caſſiodorus, Grammaticorũ ſchola, glorioſæ mater facundiæ. Academiarum hæc nomina, Cœnobium, Collegium, Domus prophetarum, Lyceum, Synagoga, Aſceterium, Athenæum, Cynoſarges, Diatriba, Didaſcalium, Heracleum, Hermæum, Ludus, Meleteterion, Muſeũ, Phronriſterium, Schola, Studium, Gibba, Labracha, Peripatus, Stoa, Amalthea, Gymnaſium, Heracleum, Xyſtus. Cerda.

Gymnaſia loca exercitationis gratia inſtituta, & delectationis inter Græcos Lacedæmonij, & Athenienſes aperuere. Poſtremo Romani palæſtras nuncupauere.

1. In Gymnaſium conueniebant Philoſophi, rhetores, &c. diſputaturi, &c.
2. Adoleſcentes vt exercendi modum addiſcerent.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

3. Athletæ qui ſe exercebant in publicis ludis, ſeu ſacris certaminibus ad delectandum pop.
4. Nobiles aut ignobiles, qui, vel militaris diſciplinæ, & fortitudinis, vel tuendæ valetudinis gratia exercebantur.
5. Qui fricabant lauabantque.

Primæ gymnaſiorum partes fuerant exhedræ, in quibus philoſophi, rhetores, mathematici diſputando, legendo exercebantur.

2. Ephebeum, vbi pueri in palæſtris exercebantur ſummo mane ante viros.
3. Coriceum locus vbi denudabantur homines ante quam lauarentur, aut exercerentur, Apodyterium dictum.
4. Elotherium, ſeu Alipterium vbi vngebantur, Vnctuarium.
5. Coniſterium, in quo puluis, quo vncti luctaturi aſpergebantur.
6. Palæſtra, vbi athletæ lucta & pancratio exercebantur.
7. Sphæriſterium, vbi variæ exercitantes præſertim pila.
8. Xyſti, ſeu porticus tectæ vbi hyeme athletæ luctabantur & ambulabant.
9. Balneum ob delicias & ſanitatem, vt quotidianas ſordes eluerent, & poſtea cœnarent, antiqui in Tiberi, recentiores in balnei. De Balneis alibi.

In Gymnaſio ſuo, id eſt, Academiæ villæ Tuſculanæ, Cic. Hermathenæum, id eſt Mercurij, & Mineruæ ſtatuã locauit. Mercurius enim Deus omnium gymnaſiorum communis tam eorum, quę animi ſunt, quam eorũ, quæ corporis. Minerua autem animi, & diſputationum, vt quæ liberalium artium ſit præſes. Hermeracle erat Mercurij, & Herculis ſtatua. Gymnaſia autem ideo dicta, quod nudi in illis exercentur: id autem factum eo caſu. Cum antea ideo cincti decertarent ne nudarentur, quidam curſor cingulo relaxato repentè proſtratus & exanimatus eſt. Quare ex conſilij decreto tunc Archon Hippomenes, vt nudi deinceps omnes exercitarentur permiſit: retentis ſolum femoralibus vt pudori conſuleretur. Cæterum gymnaſij nomen quam palæſtræ latiùs patere plerique docti opinantur: licet apud pleroſque pro eodem vſurpentur. Suet. de clariſ. orat. *Primus ſtudium Grammaticæ intulit in vrbem Crates Mallotes Ariſtarchi æqualis, qui miſſus ad ſenatum ab Attalo rege inter 2. & 3. bellum Punicum ſub ipſam Ennij mortem, cum in regione Palatij prolapſus in cloacæ foramen, crus fregiſſet, per omne legationis tempus, ſimul & valetudinis plurimas acroaſes, id eſt, prælectiones ſubinde fecit aſſiduéque diſſeruit, ac noſtris exemplo fuit ad imitandum.* Gymnaſia, fora ædificantes ſuis illa nominibus inſigniebant: plerique etiam equis nomina ſua inurebant, vt ſui memoriam ad poſteros quoque tranſmitterent. Nouar. Schediaſ. *l. 6. c.* 1. Gymnaſiorum *ἐπίσκοπος*, & inſpector dictus Mercurius. Lucil. *in Anthol. li. 2. ep. 3.* Quædam olim gymnaſij pars erat, in qua veſtes deponebantur. Plato in Euthydem, *Obtigit, vt ſederem in apodyterio, id eſt in ea parte gymnaſij, vbi veſtimenta exuuntur, ſolus.*

Quãtus honos habitus magiſtris.

Quantus autem honos habitus à diſcipulis magiſtro, ſapientiſſimus Seneca verbo innuit, aureum hoc dictum inſtillans. *Tam medico, quam præceptori pretium operæ ſoluitur, animi debetur.* Capitolinus ſubſequitur in Antonino. *Qui tantum honoris magiſtris ſuis detulit, vt imagines eorum aureas in larario haberet, & ſepulcra eorum additis hoſtiis, & floribus ſemper ornaret.* Non ſolum Philoſophorum imagines vt refert Sidon. ad Fauſtum ex Crinito, ſed etiam Deorum, Apuleio teſte, de dogmate Platonis.

Imagines præceptorũ in quo honore habitæ ab Antonino.

Sepulcra amicorum floribus ornata. Parentandi amicis mos.

Ex his videre licet morem ornandi ſepulcra amicorum floribus: ſed dicis causâ, & alium priſcum morem amicis parentandi noto in Plutarcho de fortuna, & virtute Alexandri Magni, his verbis, *Darium videns iaculis confixum non ſacrificauit, non pæanem cecinit, vt qui ad finem longi belli perueniſſet, ſed chlamydem corpori ſuo detractam cadaueri iniecit.*

Chlamys iniecta cadaueri amicorum.

Hoſtium quoque ſpolia vna ſepulta oſtendit Plut. in Pelop. *Fama eſt eos, qui huic prœlio interfuerunt, non ante loricam depoſuiſſe, non equo frænum detraxiſſe, non vulnus obligaſſe, vbi Pelopidam cecidiſſe acceperunt, ſed armatos, & calentes ad mortuum accurriſſe, veluti ſpirantem, atque hoſtium ſpolia vndique circa corpus cumulaſſe, totondiſſe equos, & ſeipſos multos cum in tentoria ſe recipiſſent, nec ignem accendiſſe, nec cibum cœpiſſe, ſilentium, & mœſtitiam vniuerſum exercitum occupaſſe.* Et ibidem. *Alexander Magnus, defuncto Epheſtione, non equos modo, & annos totondit, verum etiam pinnas detraxit muris, quo vrbes loco prioris imaginis ſordida aſſumpta, & ſqualida ſpecie lugere viderentur.* Non ſolum ergo ſpolia hoſtium ſepulta, ſed etiam tonſura facta in luctu magno.

Lucianus corollarium huic addit non negligendum Dial. de mercede conductis. *Siquidem* (ait) *id remoueris non diſſimilis videre ſepulcrali columnæ vetuſti cuiuſpiam cadaueris, quæ geſtare ſoles ea, quæ Manibus inferuntur, nam huic infuſo vnguento, impoſitaque corona, ipſi & bibunt, & edunt apparatas epulas.* Plutarchus in Erotico. *Eius ſepulcrum in foro monſtrant; cui etiamnum magna inſiſtit columna.* Coronabant etiam loca, vbi plerumque conſidebant. Lucianus in vita Demonactis. *Sedem illam lapideam, ſuper qua, ſi quando correptus laſſitudine quieſcere ſolebat, adorabant, ſertis coronantes in honorem viri.* Et Dial. Charon, ſiue contemplantes. *Quid ergo ſaxa illa coronant, vnguentoque inungunt? Alii præ tumulis constructo rogo, ac fouea effoſſa ſumptuoſas illas exurunt cœnas, & vinum, mulſumque in ipſas foueas infundunt?*

Sepulcrales ritus.

Coronata loca, vbi conſidebant.

Salarium datum Philoſophis.

Ad Philoſophos reuertor, quibus munificè ſalarium datum. Idem Lucianus, Dial. Eunuchus, oſtendit his verbis, *Scis Pamphile ſalarium, idque neutiquam exiguum ab Imperatore fuiſſe conſtitutum ſingulis philoſophorum generibus, puta Stoicis, Platonicis, Epicureis, & Peripateticis, ita vt, vnicuique ſectæ præmium eſſet æquale,* & paulò infra, *ſingulos in annos decem millia nummûm, quos accipiunt, vti doceant iuuentutem.* Myriæ, decem millia drachmarum, erant ſalaria conſtituta Philoſophis, & oratoribus, id eſt mille coronati annui, vt notat Salmaſ. *ad Capitol. f. 72.* De honorariis datis profeſſoribus munificè lege Alciati *parergon. l. 5. c. 27.* Vide Caſaub. ad Suet. *l. 8.* Ex quibus licet cuique animaduertere, quam antiquus mos fuerit publicos profeſſores ſtipendiis decorandi, vt hac noſtra tempeſtate paſſim obſeruari videmus, cum bonæ literæ tantum acceperint incrementi, vt nihil ſuprà. O ætatem auream! Menſtrua igitur conſtituta ſalaria, quæ antè quinquatria, Idibus menſis perſoluebantur. Horatius Sat. 6. lib. 1.

Menſtrua ſtipendia quando ſoluta profeſſoribus.

Noluit in Flaui ludum me mittere magni,
Quo pueri magnis è centurionibus orti,
Læuo ſuſpenſi loculos, tabulámque lacerto,
Ibant octonis referentes Idibus æra.

Aliam interpretationem huius loci mitto; nec tamen reſpuo. De hoc eodem Ouidius 3. Faſtorum.

Nec vos turba feri ſenſu fraudata magiſtri
Spernite, diſcipulos attrahit illa nouos.

Minerual datum præceptoribus.

Præter mercedem menſtruam dabant etiam mercedulam priuatam, Minerual dictum, μινέρβαλον, quod erat munuſculum, & veluti authoramentũ primo ad magiſtrum ingreſſu, quod ſcilicet eſſent parati ad parendum, & diſcendum (menſtruum enim ſtipendium. Idibus ſoluebatur, ex Hor.) Minerua ſiquidem ſcientiarum præſes, cuius imago in his ſcholis; & nouus magiſter primitias munuſculorum à diſcipulis oblatorum illi dedicabat, veluti Muſis, & Apollini, de quo à me alibi. Præmia ergo docentium *Didaſcalia*, ſeu *Didactra*. Athletarum, *Athla*. Medicorum *Soſtra*, *Soteria*, *Iatria*: *Artificum*, *Epichera*: Nuntiorum, *Euangelia Menytra*: Ferentium aliquid, *Comiſtra*, Beneficorum *Chariſteria* Altorum *Threptra* Procorum *Mneſteria* data puellis: Proxenetarum, *Proxeneticum*.

Minerua in ſcholis culta. Minerual dicatum Mineruæ.

Minerua Erganea. Mutilo Mercurio templum. Bono Genio primum templum.

Primi Athenienſes Mineruam Erganeam, id eſt artificioſam, cognomento appellarunt. Primi mutilos Mercurios coluerunt, ijdémque primi bono Genio templum dedicauerunt; ita Pauſanias in Atticis.

In Academia *Attica*, vt refert Giraldus ex Pauſaniâ, oliuæ ſatæ erant, & ſacræ, dictæ *Moriæ*, ideo diris, ac deuotionibus eos inſectati ſunt, ſi quis læſiſſet: quod ſcientes Lacedemonij in Agrum Atticum irruentes, illis pepercerunt. *Moria*, autem eâ de causâ dicta olea, quod ex ea oleum daretur Panathenæa vincentibus: citat quoque Plinium, Hellanicum, & Libanium.

Romani viri docti, qui tempora ſua in negocia & ſtudia diuidebant, a Vulcanalibus circa Auguſti finem lucubrari incipiebant, cum noctes incipiunt longiores. Plin. Sec. *l. 3. ep. 5.*

Athenis quis primus libros legendos præbuit publicè.

Athenis diſciplinarum liberalium libros publicè ad legendum præbendos primus Piſiſtratus tyrannus poſuiſſe dicitur ab A. Gellio *lib. 6. c. 7. Noctium Atticarum.* Deinde ſtudioſius,

ſtudioſius, accuratiúſque auxerunt, quam librorum copiam deinde Xerxes Athenis potitus, aſportauit in Perſas. Manus, pedes, aures luſtrabant olim in libris contrectandis. Plut. 2. de eſu carnium, Quamquam nos fortaſſe peccamus, qui libros iſtos attingimus, non luſtratis manibus, pedibus, & auribus Nouar. *Sched. l. 3. c. 3.* Tandem ſcriptorum libros Mercurio inſcriptos ab Ægyptiis colligo ex Iamblicho dicente, *Ægyptij ſcriptores putantes omnia inuenta eſſe à Mercurio, ſuos libros Mercurio inſcribebant.* Hunc eundem Mercurium Gratiis aſſociabant, Plutarcho dicente in libro de audiendo, Aſſociarunt veteres Gratiis Mercurium, quod ſermo animum quærat congratulantem, & beneuolum. Idem.

IACOBO GADDIO
Patricio Florentino.

DISSERTATIO XXXIX.

Senecæ locus enodatus, Nemo ſibi contigit. Fortuna quam lubrica. Serui ſcelere conuicti aqua ardente loti ex Seneca. Raro ante cœnam toti loti diſcumbentes. Lotæ plerumque ante menſam manus, & pedes, & cur. De Balneis, eorum vſu, fine, modo, hora, vtenſilibus, partibus, apparatibus, miniſtris, & aliis ad balnea ſpectantibus.

Senecæ locus enodatus, Nemo ſibi contingit.

SCOPVM Senecæ, fateor, non contingo, Epiſt. 5. dicentis, *Nemo ſibi contingit*, alij legunt *contigit*. Doctus interpres explicat, *Nemo naſcitur ſibi*; Lipſius eruditiſſimus legit, *ſibi contigit*; hoc ſenſu, Nemo apud ſe eſt, & ſe vno contentus, quod facit ſapiens, qui ſibi ſufficit; à quo non longè in diuerſum eo; liberè tamen meum repono calculum, quia à te iuſſus. Vis tota ſenſus in ſignificatione verbi, *contingo*, quod aliquando ſignificat contiguus ſum, Cæſar. lib. 1. *Ita vt radices montis ex vtraque parte ripæ fluminis contingant*, id eſt ſint contiguæ. Hoc ſenſu Seneca noſter, *Vis ſcire*, inquit, *quid ſit, quod facit homines auidos futuri? Nemo ſibi contingit*; hoc eſt, nemo proximus eſt ſibi, nemo bona animi, quæ ſibi contigua ſunt, & penè continua, reſpicit; ſed bona externa, & fortunæ; quæ quia extra nos, nec in noſtrâ manu ſita, quotidie illis inhiantes, animis pendere cogimur; angimur, dum illis agimur miſelli; hinc animi angor, ſolicitudo, mœror, timor, nos curioſos efficiunt. Euripides, aureo illo dicto ſubſcribit, [illegible] *Ioſeph. Laurentij Polymath.*

Contingit, varia ſignificat.

[illegible]; *Nulla perturbatio præter expectationem hominibus euenit, fortunam enim habemus in dies mutabilem.* Menander [illegible] *futuros euentus expectare vnumquemque hominem, nihil enim ſtabile permanet*; Quæ verò præcedunt, quæque ſequuntur, meam confirmant ſententiam. *O quando* (præit) *videbis illud tempus ad te non pertinere, quo tranquillus, placiduſque eris, & craſtini negligens, & in ſumma tui ſatietate*, ſubdit, *Opto tibi tui facultatem, vt vagis cogitationibus agitata mens tandem reſiſtat, & certa ſit*, quod eſt propriè ſibi contingere. Sed Suli admoueo facem; & noctuas Athenas.

Alium locum reperio, qui mihi ſcrupulum iniicit non paruum ex Seneca Epiſt. 86. cum de ſuis balneis loquitur. *Adeo* (inquit) *erant calida, vt conuictum in aliquo ſcelere ſeruum viuum lauari oporteret*, An quia aqua feruenti aliquando ſeruum viuum nequam lotum? coniectare licet.

Alius Senecæ locus enodatus.

Serui conuicti aliquo ſcelere, aqua feruenti abluti.

Reperio tamen purgationis genus quoddam fuiſſe aqua feruenti. Caſellius eruditiſſimus in Variis, ait: Purgationum duo genera Canonicum, & Vulgare. *Canonicum* cum ſociis adhibitis manu ſublata adhibito iuramento ſe aliqui purgabant, qui dicti *Compurgatores*, ante diuorum corpora. *Vulgare* cum ſe in feruentem, ſeu frigidam aquam immittebant, & membris ſuis candens ferrum applicabant, ex quibus ſi illæſi, & intacti eſſent, purgati his criminibus credebantur, quorum rei eſſent: quod genus purgationis ſactis canonibus interdictum.

Redeo ad Senecam in eâdem epiſt. *Nam priſco more* (ſcilicet vrbis) *tradiderunt, brachia, & crura quotidie abluere, quæ ſcilicet ſordes opere collegerant.* Cæterùm toti rarò lauabantur, quare priſcam frugalitatem admiremur, non totos ſe quotidie lauantes, delectationis, & voluptatis gratia, ſed manus, & brachia neceſſitatis, & mũditiæ ergo.

Toti loti nõ ſemper ante cœnam.

De ſeruorum educatione, & diſciplina Plutarchus in vita Catonis Cenſorini plura. Ego alibi.

Totos autem fuiſſe lotos aliquando coniicio, cum videlicet ab exercitiis gymnaſticis recedebant, quòd ſudorem aquâ abluere ſalubre iudicaretur, ideò milites in campo decurrebant, exercebanturque, tum in Tiberi vicino natabant, (vt notiſſimum.) Ciues verò delicatiores aquâ calidâ ſæpe in balneis ſe abluebant. Plautus Sticho, *poſtea ibo lauatum à pila.* Quare, deinde luxu Romæ creſcente, ſemper epulas adituri balnea priùs petebant; Apuleius lib. 5. Metamorph. *Prohinc cubiculo te refer, & lectulo laſſitudinem refoue, & ex arbitrio lauacrum pete*, Perſius.

Quomodo toti loti ante cœnam.

Luxu creſcente balnea frequentata.

——Iam nunc in balnea ſalua.
Fronte licet vadas,

Olim cum toti non lauabantur, lababant manus aut pedes. Petronius, *Tandem diſcubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus niuatam infundentibus, aliiſque inſequentibus ad pedes.* Lauatio quoque ſacra erat & manuum quoque χέρνιψ, & totius

Lotæ manus, & pedes ante cœnam.

 corporis

corporis περιῤῥανσις vocabatur, fiebatque θαλλῷ, id eſt (vt Virgilius ait.) *ramo felicis oliuæ.*

Aſt de lauatione, ſeu de balneorum vſu priſcorum quædam hic notanda pono.

Balnea in vſu ante cœnam.

Fuit antiquorum mos, vt ante cœnam in balneis lauarentur toti, de quibus crebra mentio apud Homerum, Athenæum, Apuleium & alios, ad ſordes corporis detergendas, ad laſſitudinem leuandam, ad animum recreandum; quia calefaciendi, & humectandi vim habent. Aquæ, vel frigidæ, ex marinæ; vel calidæ, & hæ vel ſua ſponte, dictæ thermæ; vel arte, dictæ balneæ, ſi publicæ; balnea, ſi priuata. De Balneis Sympoſij Ænigma.

Aqua an calida, an frigida loti.

Per totas ædes innoxius introit ignis,
Eſt calor in medio magnus, quem nemo veretur;
Non eſt nuda domus, ſed nudus conuenit hoſpes.

Hora balnei hyeme nona, æſtate octaua. Martialis lib. 10.

Nunciat octauam Pharia ſua turba iuuenca.

Vtenſilia balneorum. Vnctores aliptæ. Partes balneorum quinque.

Vtenſilia balneorum erant ſtrigiles, ampulla olearia, lintea. Vnctores dicti aliptæ. Partes balneorum quinque. 1. pars erat conclaue, vbi aër calidior; in quo veſtes ponebantur, hoc dictum Apodyterium, ſeu ſpoliatorium. 2. pars teſtudinis inſtar constructa, aërem calidum igne accenſo ſine fumo continens, dicta, ὑπόκαυστον, id eſt calidarium, ſudatorium, 3. pars cella caldaria, quæ lauacrum dicta; in ea homines conſidentes lauabantur, vnde & labrum, ſeu lauacrum dictum. 4. pars erat frigidarium, ſeu frigidaria cella, vbi aqua frigida, piſcina. 5. vbi ſudor detergebatur, vngebaturque, dicta, deterſorium, ἀλειπτήριον. vnctuarium. Tria vaſa ad lauandum; Calidarium, vbi calida; Tepidarium, vbi tepida; Frigidarium, vbi frigida aqua. Apparantur in balneis ſolium, ſeu labrum, aut lauacrum è ligno, vel è marmore, in quo reſidentes lauabantur. Guttus, vas guttatim oleum fundens. Strigilis, à ſtringendo, inſtrumentum, quo vtebantur ad ſudorem corporis, & ſordes abradendas. Strigil dicabatur Ioui. Sen. Ep. Lintea, ſudariáve, quibus corpora detergebantur.

Calidarium. Tepidarium. Frigidarium. Apparatus in balneis. Solium. Guttus. Strigil. Lintea, ſudaria.

Balnearum inſtrumenta recenſet hæc Pollux *lib. 10. c. 17.* peluis, labrum, vrna, fons manu factus, cyathus, ſitula, aſpergillum. Balneis & ſui Dij, & Genij inſculpti balneorũ oſtijs, Tertul. de Idololatria, *Nam & alia oſtia in balneis adorare videmus.*

Pilicrepi Alipili, Aliptæ.

Præterea erant Pilicrepi, pilos auellentes, Aliptæ, vngentes. Alipili, pilos ex alis auferentes. His balneis vſi partim ſanitatis, partim munditiæ, partim denique voluptatis gratia. Iudæi ante cibi ſumptionem, manus, & pedes lauabant. Romani non omnes, de quo alibi; & licet balneorum alia communia, alia priuata, attamen lego conuiuas, ſeu hoſpites in conuiuatoris ædibus, à quo inuitati & excepti fuerant, lauari, atque virgi ſolitos, balneis à conuiuatore paulò ante conuiuium paratis. Hinc Thales in cõuiuio Plutarchi cum ad cœnaculum veniſſet, lauare ſe recuſauit, quod ſe vnctum diceret, &

Iudæi quid lauarent. Hoſpites loti in conuiuatoris ædibus.

Chriſtus accumbẽs in domo Phariſæi de D. Magdalenâ loquens, ait, *Tu non dediſti aquã pedibus meis, non oleum capiti meo:* innuens morem Iudæorum lauandi (vt dictum) pedes, & manus, & caput vngendi. Sed de his Mercurialis in Gymnaſtica eruditiſſimè, alijque legendi. Itaque, vt rem totam in pauca conferam: Poſt varia exercitationum genera ſiue in xyſto, ſiue in ſtadio, ſiue in ſphæriſterio, quibus 8. hora tributa, lauabantur, deinde à ſeruis vnctoribus vngebantur in Vnctorio loco Balnearum, tum valetudinis, tum voluptatis gratiâ; lotione enim eliciebant ſudorem & ablutis ſordibus hilaritas reuocabatur. An verò toti, an partibus corporis loti, an ſemper à me alibi explicatum.

Chriſtus non lotus, neque vnctus à Phariſæo.

In thermis publicis plebs, in priuatis & propriis balneis lautiores, & patritij loti. Heroum temporibus, aqua marinâ frigida, tum aqua dulci calida, aliquando etiam frigida pro libito. Ad tergendas ſordes ænea ſtrigili vſi, ſeu ſpongiis, deinde linteis ad id paratis. Lego ſimul lotos viros cum mulieribus; Adrianum tamen mulieres à viris ſecreuiſſe in balneis. Balneorum vſus durauit ad Iuſtiniani tempora ab orbe aſſerto 521. circiter. Balneatoribus balneorum præſidibus quadrans pretio vulgo perſolutus, exceptis pueris ante an. 14. Hæ balneæ arte factæ, aliæ enim natura conſtant. Thermarum vſum vel Homeri tempore receptum colligitur ex eius lucubrationibus & Platonis, Athenæi, Strabonis, Thucydidis. Dion hunc morem tribuit Laconibus, qui ab Aſiaticis didicerunt nudi, oleo, pulueteque conſperſi in luctam deſcendere, ac poſtea lauari: ideo Romæ campus Martius Tyberi vicinus, vt à ludis ad lauationem Romana iuuentus progrederetur. Inde piſcina publica ad cliuum Capitolinum conſtituta iuxta Tyberim: tum thermæ conſtructæ iuxta palæſtras ad munditiem, & ſanitatem. Thermæ in principio publicæ, tum priuatæ, quæ plurimæ Romæ, & extra, ad Baias præcipuè, & per totam Italiam, & extra. Hinc aquæductus, & aquarum receptacula multa, quorũ adhuc veſtigia extant paſſim. Balnearum loca, atque exercitationum coniuncta fuere, ad iuuentutis diſciplinam viribus confirmandæ, ad ſanitatem tuendam, atque ad voluptatem: Exercitationes variæ, variis in locis, aliæ in Palæſtris, aliæ in Xiſtis, aliæ Hexedris, ſub dio aliæ. Robuſtiores in palæſtris quinquertio, lucta, diſco, ſaltu, pugilatu, & curſu. In ſphæriſteriis, pila, folle, harpaſto. Seniores ambulationibus, lectionibus, & diſputationibus in Hemicyclis. Exercitationum plura loca, quam balnearum. Primum ergo exercitium erat, deinde balneum, vbi frictio, & deterſio facta, mox ſtatim frigida lauatio, poſtea cibus, & potus, vltimo ſomnus. Aqua vel erat calida, vel tepida, vel frigida, in caldario tepidario, aut frigidario ad libitum. Erat & cella olearia, vbi vnguenta, & odores, vnctio enim neceſſaria. Quiſque lotus, ſaltem ſimplici vnctus oleo, tum vt ſudores inhiberet, tum vt ſe ab extrinſecus ambientis aëris iniuria

Plebs, patritius, vbi loti. Heroës quomodo loti. Mulieres lotæ, cũ viris. Balnearum vſus quamdiu. Balneatoris pretium. Thermarum inſtitutio. Balneæ cum palæſtra. Exercitationes variæ. Ordo balnearum. Aqua triplex. Vnctio.

Oleum de publico.

Merces balneatorum. Hora balneorum.

Lychni in balneis.

Thermæ quando deſiere.

vindicare poſſet. Ad hunc vſum oleum, vti congiarium, & recta cœna, de publico in lætitia datum. Vnguentis etiam vſos in conuiuiis alibi doceo. Loca in thermis communia: merces balneatorum quadrans. Tintinnabulis hora innuebatur. Thermæ licet nec ante auroram, neque poſt ſolis occaſum paterent, hora tamen communis à meridie ad veſperam, octaua communiſſima erant & Lychni, ænei penſiles, de quibus Athenæus. Iure publico nunquam interdictæ balneæ, niſi in communi luctu, ac reip. calamitatibus, aut Iuſtitio. Thermarum vſus, imperio declinante aboleuit, graſſantibus in Italia tot barbaris, veſtigia modo tantùm extant, ſtuphæ ſcilicet, vt dicunt, & hypocauſta. De quibus eruditè, ac pluribus Baccius, Mercurialis, & alij, & ego alibi.

VIRGINIO AVRELIANO à Banca.

DISSERTATIO XL.

Aurelianæ à Bancâ nobilis familiæ Vicentinæ Elogium. De Orgiano pago quædam. Item de orgiis Bacchi, aliiſque eius ſacrificiis. Seruati ſeruatori quanta deberent. Cibus, potus caſtrenſis olim qui. Ignis ſpeculatorius in turribus & caſtris. Huius vſus varius in bello, pace, gaudio, & luctu. Perſarum ritus mittendi nuncij velociſſimi, & alia ad militares ritus ſpectantia.

TE ex nobiliſſima, & antiquiſſima ſtirpe originem ducere oſtendis Aureliana. Quæ ab Aureliana Gallorum Vrbe obſidione vexata, duce Falzano viro Clariſſimo Vicentiam venit circa annum Chriſti 1000. vbi ſemper claruit. Vos autem à reliqua Aurelianorum gente, quæ viget adhuc, diſcreti, 200. ab hinc annis cognomine à Banca, & inſignibus binorum leonum, quos Renatus Andegauus Neapolitanus Rex, Andreæ viro arte militari præſtantiſſimo conceſſit, cuius filius Io. Philippus Venetæ Reip. Collateralis Generalis plus virtute, & fortitudine quam dignitate, ſplendoris familiæ veſtræ addidit, quæ ſemper tam in re litteraria quam militari viris præclaris enituit. Num ergo ex animo amarem, colerem tam nobilem, tam ex animo amantem? Vetus enim, & veriſſimum dictum, Venenum, & philtrum efficaciſſimum eſſe amori amorem. Ruent potiùs elementa, & hæc mundi machina in ſuum redibit chaos, quam ego amore, & fide conſtanti in te non ſtem. Gratum reperies; ſi non parianicem.

De tuo Orgiano quid ſentiam ex animo hæc habe; vbi meus animus toties refocillatus, reſtauratus, exhilaratus.

Orgiani etymon.

Orgianum, dictum opinor, quaſi oram Iani, corrupto, vt cætera, vocabulo; vt qui in hac ora, vbi primum in Italiam venit, ſedem habuerit ob aërem ſaluberrimum, ſolum feraciſſimum, colles amœniſſimos. Ianus (vt ait) Q. Fabius Pictor, primus docuit Italos vinum, & far ad ſacrificium. Quare non immerito ſemper Ianus in ſacrificij principio inuocatus, in fine verò Veſta, vt alibi à me dictum; quem eundem eſſe cum Iaphet filio Noë, Io. Gotopius Becanus *in 4. lib.* teſtatur: eumque alias terras quæritantem, tandem per varia maria, Ionium, & Adriaticum in hunc ſinum, in hos colles, & oram amœniſſimam appuliſſe crediderim, vbi primæ vineæ ſatæ, cultæ. Quid mirum igitur, ſi ibi vina precioſiſſima naſcuntur? hinc quidam putant, Orgianum dictum ἀπὸ τ ὀργῆς, hoc eſt à furore, quo corripiuntur, qui illis generoſiſſimis vinis ſe ſe nimis ingurgitant.

Ianus in principio ſacrificij cur inuocatus. Veſta cur inuocata in fine ſacrificij.

Quod ſi de meo corollarium addere etiam licet, Orgianum dictum credo, ἀπὸ τ ὀρῶ, hoc eſt, à montibus; in Orgianum enim Vicentini montes Euganei, ſeu colles potius dicendi, tanquam anulus in gemmam deſinunt, vbi Ceres, Pomona, Flora, Liber contendunt, ibique orgia celebrant. Orgianum autem Paiarinus, Trinagius, & alij volunt dictum ab orgiis Bacchi, quæ ibi antiquitus celebrabantur.

Orgia vnde orta.

Thyades vnde dictæ.

Sed vnde hoc ſacrificij genus? Cœlius Rhodiginus ait lib. 16. *Sunt, qui indigenam memorent virum Caſtalium, cuius fuerit filia nomine Thya, quæ Dionyſio conſecrata, primum Deo celebrauit Orgia, & Bacchico afflatis numine nuncupationem fecit, vt ab ea vocentur Thyades, &c.* Bacchi die feſto apud Eleos celebrato (quem θυίας vocabant) maximum miraculum lego apud eundem Rhodiginum lib. 15. cap. 28. *Eſt apud Eleos miraculum alterum, nam in Bacchi feſto, quod θυίας vocant, illati templo lebetes tres noctu implentur vini, foribus accuratè occluſis, obſignatis etiam, ne fraudem ſuſpicari quis poſſit; quin Andrij quoque quotannis eiuſdem ſolemni die, ſpontaneum a templo ſcaturire vinum prædicant.* Quid mirum, ſi Orgiani quoque, vbi celebrata Baccho ſacrificia, vites ſponte (vt ita dicam) ſua, nullo penè accolarum labore optimas, plurimáſque vuas ferunt? Hinc Sabellicus in ſuo Cratere, ait, ob eam cauſam à Cerere Bacchilionem fluuium Vicentinum appellatum, quòd de Baccho, qui Vicentinis occupatis collibus, agris etiam inſederat, triumphum reuexiſſet. Hæc magis ex animo grato, quam ex certa fide.

Bacchilio Fl. Vicent.

Thebanorum mos in Orgiis Trieterica. Nyctileia.

Thebanis tertiò quoque anno ſacra Baccho celebrata in Cytherone monte nocturna, & ideò dicta Nyctileia, & ab annis, Trieterica, ſeu triennalia, in quibus erant Phalli. De his Diuus Auguſtinus de ciuitate Dei *lib. 7. cap. 21.* & Viues ad hunc librum.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Aliæ verò gentes ſolum Phallum ducebant circùm agros ad fertilitatem frugum. Theodoretus verò *lib. 3.* annuit, Phallagogia dictas fuiſſe ferias illas quibus Phalli circũferebantur per Phallophoros. Hinc prouerbium *Phalus Deo*, vbi parùm quidẽ honeſta, ſed rei, locóque conuenientia dicuntur.

Pompa, & ſacra Bacchi

Ithyphallos Athenæus refert talari tunica manicatos fuiſſe, & ebrioſorum perſonas ridiculum in morem geſtaſſe; Phallophoros autem ſerpillo faciem occultaſſe, ſertiſque ex viola, & hedera conpactis vſos fuiſſe. Leonicus de varia hiſtoria. Vide Gyral. Synt. 8.

Plutarchus in libello de cupiditate opum, ait, in antiquis Bacchi ſacris huiuſcemodi fuiſſe pompam, amphoram vini cum palmite, hinc hircum quem trahebat aliquis, poſt ciſtam nucum, & Phallum, quæ poſtea obſoleuerunt & pretioſiora ſunt inducta. Erat etiam & vannus (ſicut Virgilius inquit) cribrum Cereale Seruius exponit, Vallum Varro, quod idem eſt atque conus, ſeù nux pinea, quæ eſt Thyrſorum ad inſtar, thyrſi enim haſtæ quædam erant præpilatæ, pampinis, & hederis circumueſtitæ; addebatur etiam hedera. Erat & thyrſis corona nuptialis, & lampas, quam in honorem Bacchi præferebant: aliaque multa ad hoc ſpectantia, reiicienda potiùs quam referenda.

Thyrſi qui.

Orgia, & Trieterica ſacra è loco in locum transferebantur, quod dicebant, *Commouere ſacrum*, recondita enim ea in ciſtis è templis vrbanis in montes, & ſolitudines à Bacchis portabantur non ſine tumultu: Plaut. Pſeud. *ſcis vbi mea commoui ſacra, quas turbellas ſoleam dare*. Orgiorum ciſtæ tegebantur hederis, & pampinis; Catull.

Pars obſcura cauis celebrabant Orgia ciſtis,
Orgia quæ fruſtra cupiunt audire profani.

Profani, & peregrini ab his ſacris arcebantur. Hæc ergò ſacra quia opertanea, & occulta, dicta myſteria, vti & Cereris, & Bonæ Deæ. Liberi ſacra tertio quoque anno innouabantur, vt ait Seru. 4. Æn. Victori in Bacchi certaminibus præmium eſt tripus, Athenæo referente l. 2. Gymnoſ. nam qui vera fantur, illos è tripode loqui dicimus. Cæterùm hic intelligendum Bacchi tripodem poculum fuiſſe. Nouar. Sched. l. 7. c. 29. Cæterùm Bacchum à Diis datum, & Muſas ad communes miſerias ſubleuandas Iulianus Orat. 4. docet, & Bacchi ſacerdos in ſpectaculis olim principem locum obtinebat, vt ait Scholiaſtes Ariſtophanis in Ranis. Aram Baccho conſtruxit Amphictyon Rex Athenienſium, & illi proximam alteram Nymphis, documentum bibituris vinum temperandum eſſe, quia Nymphas Bacchi fuiſſe nutrices tradunt; Athen. l. 2. Gymnoſ.

Seruati coronabant Seruatores. Seruati ſeruiebant ſeruatori.

Orgia ergo iure omitto Orgiani celebrata olim; & ab ora Iani ad tuum Virgineum os me conuerto admirabundus, tuámque liberalem manum oſculabundus, à quo ego liberali cauſſa aſſertus, ideò tu ex lege priſcà Coronam Ciuicam meritus à me ſeruato, & ego iuſtam ſeruatori debeo ſeruitutem, quod ex Seneca de beneficiis cap. 21. diſco dicente; *Patiar me ab impuro ſeruari? ſeruatus deinde quam gratiam illi referam? viuam cum obſcœno? non viuam cum redemptore?* Ergo illi iuſtam, & perennem debebat ſeruitutem. Subſcribit hiſtoricorum Princeps Polybius in commemoratione de militia Romana, inquiens, *Seruatos cogunt, niſi id ſponte faciant ſeruatorem coronare; colit verò hunc ſeruatus per omnem vitam tanquam parentem, omnia ſua exhibens, vt genitori, omnium enim virtutum mater gratitudo; contra, ingratis omnia inſunt vitia.* O auream ſententiam, litteris aureis in pectore omnium inſcribendam.

Gratitudo virtutum mater.

Fontinalia, feſtus erat dies Romæ, quo in fontes coronas proiiciebant, puteóſque coronabant, vt à quibus pellucidos liquores ad reſtinguendam ſitim acceperant, iiſdem gratiam hoc ritu referrent. Vnde dictum, *Si aquam haurıs, puteum corones lapis pietatis*, referente Plut. iun. in Mæandro (ex Cauſſino) in Mæandro, quem, vbi ij filij inuenere in templo Matris Deum recondunt, vt in parentes æternam ſeruent pietatem. Vnde Virgilianum illud de Ænea pio in parentem dici poteſt, *Pietati cedite flammæ.* Coronare igitur ſua manu ſeruatorem coronâ ciuicâ tenebatur ſeruatus. Hinc à ſeruatore dictus ſeruus, quòd ij, qui iure gentium, & belli poſſent occidi, à victoribus ſeruabantur, & ſerui fiebant, dicebantúrque non à ſeruiendo, ſed à ſeruando, vt notat Iuſtinianus, *Tit. de iure perſonarum.* Ad hoc alludit Ouidius 4. de Ponto.

Serui vnde dicti.

Teque mea cauſam, ſeruatorémque ſalutis:
Meque tuum libra norıs, & ære magis.

Cibus militaris priſcus, & potus.

Ad militiam deuenio. Salem, & legumina data militibus lego, biſque die hos cibum ſumpſiſſe, prandium tenue, & ſtantes, ſine vllo apparatu; cœnam verò paulò lautiorem, idque non niſi ad ſignum: ſed antiquiori tempore non pane, ſed pulte vſos; hinc Romanos dictos pultifagos, à Plauto, & Valerio Maximo *lib.* 1. *cap.* 1. aquâ mera vulgò vſos, interdum aceto aqua mixto.

Pulte vſi antiqui. Pultifagi Romani.

Cibos coctos nefas in exercitu vendi, quod etiam teſtatur Salluſtius in Iugurthino bello loquens de Metello. *Namque edicto primo adiumenta ignauiæ ſuſtuliſſe dicitur, ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium cibum coctum venderet; ne lixæ exercitum ſequerentur; ne miles gregarius in caſtris neve in agmine ſeruum aut iumentum haberet: cæteris autem modum ſtatuiſſe, &c.*

Cibi cocti non venditi in exercitu.

Æuo autem poſteriore, ſub Imperatoribus laridum datum, caſeum, & poſcam, Spartianus in Adriano teſtatur his verbis, *Ipſe quoque inter manipulares vitam militarem agitans cibis caſtrenſibus in propatulo libenter vtens, id eſt, larido, caſeo, & poſcâ, exemplo Scipionis, Æmiliani, Metelli, & auctoris ſui Traiani.* Cibus igitur militaris alius ordinarius, alius extraordinarius; illum quotidie, & non ſeorſim, ſed in certas turmas diuiſi milites capiebant; hinc illud edictum Peſcennij Imperatoris, qui teſte Spartiano in eius vitâ, iuſſit, ne milites

Cibus caſtrenſis ſub Imperatoribus.

Cibus caſtrenſis ordinarius, & extraordinarius.

Nummos non portabāt milites. Cœnabant ſimul, & ad ſignum milites.

tes in Zonio ad bellum aureos, & argenteos nummos portarent, ſed potiùs vt publicè commanducarent. Et Ioſephus de bello Iudaico in deſcriptione caſtrorum Romanorum teſtatur non licuiſſe militi prandere, & cœnare ſeorſim, tùm vellet; ſed ſimul, & vna prandendi, cœnandi, atque etiam dormiendi certa fuiſſe, & ſtatuta tempora. Hæ cœnæ in tentoriis per contubernia apparatæ, diſtributis cuique ſuis miniſteriis.

Cibi caſtrenſes.

Vinum in expeditionibus non conceſſum. Buccellatum quid.

Cibi caſtrenſes erant, laridum, caſeus, poſca, & buccellatum, atque acetum, vt teſtatur Spartianus in Hadriano, qui, cautum à Peſcennio (inquit) ne quis in expeditione vinum ferret, ſed aceto contentus eſſet; item piſtores exercitum ſequi vetuit, vt omnes buccellato vterentur. Buccellatum eſſe panem ad vſus diuturnitatem excoctum, quo milites paſci in caſtris ſolebant, ſcribit Marcellinus *lib.* 17. Verùm non ſemper caruiſſe pane, vino, & carne milites docet lib. 1. c. de erogatione militaris annonæ, his verbis, *In duobus diebus buccellatum, in tertio die panē. Vno die vinū, alio die acetū, vno die laridum, biduo carnem veruecinam,*

Cibi quomodo varia- ti militibus.

Panis militaris duo genera ex Valeriano apud Vopiſcum, petit enim, Duci Romam miſſo dari panes mundos ſexdecim, caſtrenſes quadraginta. Vtebantur autem pane ex tritico tanquam optimo, ex hordeo verò dabant militibus, qui in aliquâ re deliquiſſent, tanquam beſtiis.

Hordeum militi infamię cauſſa datum. Allium præcipuus cibus militum. Allia, & fabas ne edas, prouerbium explicatum.

Allium quoque præcipuus Romanorum militum cibus, adeò vt militiæ fuerit hieroglyphicum; hinc prouerbium. *Ne edas allia, & fabas*; quo (teſte Suida) ſignificabatur, tranquillæ vitæ amatoribus, a bellis, & iudiciis (in his enim fabæ, in illis allij vſus) abſtinendum.

Vnde Veſpaſianum Imperat. teſte Suetonio, adoleſcentem fragrantem vnguentis, ſibi pro impetratâ Præfecturâ gratias agentem, nutu aſpernatus, voce etiam grauiſſimâ increpuit, *Maluiſſem*, inquit, *allium oboluiſſes*, literaſque reuocauit. Vini vſus, vel nullus, vel parcus. Carthaginenſes vino omninò abſtinent, Platone id præcipientes. Peſcennius Imper. militibus ſuis vinum flagitantibus reſpondit, *Nilum habetis, & vinum quæritis?*

Tenui hoc, & moderato cibo non milites gregarij tantùm, ſed ipſi Imperatores veſcebantur. Nam & Scipio ambulans cum amicis, & Maſſiniſſa xc. annum agens, ſtans, ſolo cibario pane veſcebantur, & alij. Præterea miles & dux, alter in alterius conſpectu palàm cœnabant, & inde ab exemplo maiorum maxima frugalitas. Trebellius Pollio putat, etiam ante Gallieni Imperatoris tempora milites diſcinctos cibum ſumpſiſſe; poſtea verò cinctos hac de cauſa (vt ille inquit) *Mos fuit, vt cingula ſua plerique militantiū, qui ad conuiuiū venerant, ponerent. Hera itaq; conuiuam Saloninus puer, ſiue Gallienus, militibus auratos, caſtellatoſque baltheos rapuiſſe perhibetur, & cum eſſet difficile in aula Palatina requirere quod periiſſet, ac tacitè milites detrimenta pertuliſſent, poſtea rogati ad conuiuium cincti accubuerunt. Cumq; ab his quæreretur: cur non ſoluerent cingulum, reſpondiſſe dicuntur: Salonino deferimus. Atque hinc tractum morem, vt deinceps cum Imperatore cincti diſcumberent.*

Cœnabant palam miles, & Dux aduerſi Diſcincti quando milites cœnarint.

Milites cur cingulum non ponant in cœna.

Satur cibum mitto, nocturnum ignem, ſeu facem adeo, vt mihi in tenebris præluceat. Speculatorij ignes, ſeu faces belli tempore hac tempeſtate vſurpatos, in vſu fuiſſe etiam antiquis, vel Troiani belli tempore Virgilius 6. Æneid. indicat apertè.

Ignes ſpeculatorij in caſtris.

—— Flammam media ipſa tenebat
Ingentem, & ſūma Danaos ex arce vocabat.

Inuentoremque huius doli Sinonem facit Dictys 5. *lib. belli Troiani*. Hi ignes ſpeculatorij vocati, aliquando fumi. Liuius lib. 5. *Inde fumo, vt conuenerat, datum ſignum.* Niſi velimus cum Vegetio, per noctem flammis, per diem fumo ſignificatum. Ad aduentum hoſtium indicandum facium ardentium olim vſus, ex Ariſtotele *lib. de anima*: at apud Romanos tunica purpurea belli inſtantis erat ſignum. Liuius aliud innuit lib. 4. *Repente patefactis Fidenatium portis, noua erupit acies, inaudita ante id tempus, igniſeraque ignibus armata ingens multitudo, facibuſque ardentibus tota collucens, velut phanatico inſtincta curſu, in hoſtem ruit, formaque inſolita pugnæ Romanos parumper exterruit.*

Quis primus inuentor. Ignis noctu, fumus die in caſtris vſurpatus ad ſignum.

Adhæc; ad ſignificandum principibus, quæ ſciri opus eſſent, ignem adhibebant. Apuleius de Mundo, *Ex eo numero erant, & diuturni curſores, atque nocturni exploratores, & per vices incenſa faces ex omnibus regni ſublimibus locis in vno die Imperatori ſignificabant, quod ſtatò erat opus.* Præterea ad hilaritatem, & lætitiam amicorum aduenientium, de qua ita Seneca Epiſtola 65. *Interuenerunt quidam amici, propter quos maior fumus fieret, non hic, qui ex lautorum culinis erumpere, & terrere vigiles ſolet, ſed hic modicus, qui hoſpites veniſſe ſignificet.*

Ignis ſpeculatorij vſus varius.

Fumus in aduentu amicorum

Præter ignem ad ſignificandum, & nunciandum Imperatori, quid opus eſſet, vſitati etiam à Xerxe velociſſimi nuncij, vt habet Herodotus lib. 8. his verbis, *His nunciis nihil pernicius tranſcurrit in rebus humanis, quod negotium hunc in modum eſt a Perſis excogitatum. Quot ex diebus tota via conſtat, totidem equos, ac viros ferunt eſſe diſtinctos ad ſingulorum dierum iter faciendum, quos neque vis niuium, neque imber, neque æſtus, neque nox diſtinet, quin propoſitum ſibi curſum celerrimè conficiant. Quorum curſorum primus mandata tradit ſecundo, ſecundus item tertio, & ita deinceps illa mandata his alium, atque alium pertranſeunt, quemadmodum apud Græcos fax, quam Vulcano per vices ferre curſores perſeuerant. Hanc equorum curſitationem Perſæ Angareion appellant, &c.*

Nuncij Perſarum velociſſimi quomodo.

Angareion apud Perſas quid.

Per ſagittas etiam in obſidione Vrbis, aut proditione, nunciabant, quid vellent, illis enim litteras illigabant, & quo volebant extra muros iaciebant, vt idem Herodotus eodem libro aſſerit his verbis. *Ad extremum ita actum eſt, quoties exaratum libellum, aut Timoxenus ad Artabanum, aut*

Litteræ per ſagittas miſſæ.

Artabanus ad Timoxenum mittere volebat, adaptatus deſuper pennis ad locum, de quo conuenerat, ſagittam emittebat.

Tantus regis literis honos olim habitus vt vbi eas excepiſſent, oſcularentur, capiti admouerent, & oculis. Item literas, quę alicui cariſſimæ, oſculo exceptas, quin & admotas ad oculos probat exemplo ſuo Iulianus ep. 40. Iamblicho ſcribens. Nouar. Sched. l. 7. c. 13. Literæ, quibus bellum nunciabatur, pennatę olim erant, at quibus pacem nunciabant, addebant laurum in victoriæ & lætitiæ ſignum, ita notat Plin. l. 15, c. 30. Filo muniri ſolitas olim epiſtolas notum eſt, addo, & ſericum, ſi à viris magnis exirent.

Ignes pro excubiis, & vigilibus

Sed ad ignes redeamus; apud Poëtas, & hiſtorias ſæpè ignes pro excubiis, ſeu vigilibus accipiuntur. Tacitus, *inualidos ignes*, pro remiſſis & languidis excubiis. Statius pro crebris, ac denſis ſic dixit.

Cōtractaque vices, & crebrior excubat ignis.

Ignes tum in hoſtium tum in ſociorum aduentu, & quo diſcrimine.

Sed ignes non tantùm cùm aduentarent hoſtes adhibiti; ſed etiam cùm ſocij, & auxilia, diuerſâ tamen ratione, vt docet Suidas. *Phryċti faces quædam è ligno facta, quas ſuper muros ferentes ſignificant vicinis, aut ſociis, cum vident hoſtes aduentantes. Atque etiam cùm ſocios, vel auxilium vident: ſed cùm iſtos, geſtant faces quietas; cùm hoſtes, quatiunt & mouent.*

Hoſtes capti occiſi apud Romanos Imperatores.

Hoſtes capti triumphantium Imperatorum currum ſecuti pro more in carcerem abiiciebantur, ibique lictoribus mancipati trucidari conſueuere. Quoad Roma Imperij caput fuit hic mos inoleuit, exoleuit deinde cum oriens occidenti præripuit imperium, Romanumque in Byzantinum commutatum; vbi ſoliti Imperatores captum hoſtem in pauimento diſtendere, eius ceruices inſultando conculcare, pedibus, manibuſque malè acceptum, & lacerum aſino imponere, in hęc verba prorumpentē, ἐλέησόν με ἄναξ βασιλεῦ, *miſerere mei ſerio, ò Rex.* ita refert Caſellius lib. primo cap. 18. Agathias lib. hiſtor. 4. mulis impoſitos per vrbem ignominiæ cauſâ vectos: Aſino impoſitos Procopius in Vandalicis teſtatur.

Pœna de hoſtibus captis, apud Byzantinos Imperatores.

Aſino impoſiti ignominiæ cauſa.

Super caput verò ſerui nuper empti bellaria effuſa, cum domum heri ingrediebatur, refert Ariſtoph. in Pluto, quæ dicta Catachyſmata, & hæc etiam effuſa ſuper caput vxoris nuper nuptæ.

Catachyſmata quæ? Pollices detracti.

Bello tamen captos pollicibus detractis eſſe mulctatos refert Plutarch. in Lyſandro his verbis, *Duces Athenienſium inter alios complures Philocles erat ille, qui populo indixerat quidem ad ſciſcendum, vt captis bello præcideretur dexter pollex, quo lanceam ferre non poſſent, nec remigare, &c.*

MATTHÆO VALERIO I. C. Mediolanenſi.

DISSERTATIO XXXXI.

Riſus antiquis Deus habitus, annuo feſto celebratus, quibus corollis. De Lubentia, & de Geloto Diis. Riſus encomium pulcherrimum. Quædam de myrto. Riſum quomodo compeſcebant, an lauro, & cur? An coronati in theatro ſediſſent, & quinam? Coronati Athenis ſuffragium ferebant.

RISVM vix compeſcere potui adeò in riſum ſolutus, cum Apuleij locum 3. Metamorph. legi, his verbis, *Deo Riſus annua reuerticula ſolemniter celebramus.* Nunquid hic Deus? nunquid ſingulis annis verrentibus huic Deo ſacra peracta? ita ſanè, vt innuere videtur hic Philoſophus Madaurenſis. O ſi quis leo (vt eſt in adagio) mihi rideat; nempe aliquis Cato matutinam exporrigat frontem, méque manu ducat ad hos dies feſtos indagandos, cùm nunquam mihi viſi, nec auditi, nec protritæ eruditionis.

Riſus Deus. Apuleij locus. Riſus Deus annuo feſto celebratus.

Lego tamen Lubentiæ Deæ Romanos operatos fuiſſe, vt Græcos Riſui, cum annuis ludis, ex inſtituto Lycurgi, qui marmoreum ſimulacrum Spartæ in delubro poſuit, ſanxitque, vt ciues ſui militiæ laboribus perfuncti, γέλωτι θεῷ ſacrificarent, quòd ex Gyraldo *Syntagm.* 1. colligo. Hypatenſes Theſſali huic Deo quotannis rem diuinam in ſummâ lætitiâ faciebant γέλωτος θεῷ, id eſt Dei Riſus; Pauſanias meminit, vt à me dictum. Riſus marmoreum ſimulacrum Spartæ in delubro poſuit Lycurgus; ſanxitque vt ciues ſui, militiæ laboribus perfuncti ei Deo religiosè ſacrificarent.

Lubentiæ Deæ ſacra. Geloto Deo ſacra. Hypatenſiū ſacrum Riſui.

Riſum ethnici excitare ſolebant, cum dolia vini infunderent, ne videlicet audiretur numerus certus, & ſic minus obnoxij eſſent huic malo. Varro de L. L. *Olim vnum dicebant multa. Itaque dum in dolium, aut culeum vinum addunt ruſtici prima vrna addita, dicunt, etiamnum multa.* Ideò certum numerum frugum nunquam dicebant, vtebantúrque numero centenario, & millenario pro quolibet. Curioſi enim habiti ſunt faſcinatores, & Magici; Cerda *ad* 10. *Virg.*

Legitur Encomion Riſus Eruditiſſimi Cælij Calcagnini, quod cùm multa eruditione, ac hilaritate refertum ſit, hic adſcribere opere precium duxi.

Riſus encomium.

Mæror abi, ſubeat riſus, mihi pectora riſus
Impleat, & læto ſaliant præcordia riſu.
Riſus enim Diuûm, atque hominum eſt æterna voluptas,
Nam, ſi quid fidei magno præbemus Homero,
Κεῖθι ἄσβεστος γέλως μακάρεσσι θεοῖσι.
Quin etiam fuerat ſancitum lege Lycurgi,
Vt Lacedæmonij poſt bella exhauſta, litarent
Lætitiæ, atque bono facerent ſolemnia Riſui.
Illius & lapide è Pario ſubſtruxerat aras.
Hic, vbi poſt Mauortis opus gens aſpera bello

Ponebat

Ponebat vigiles curas, ſuetóſque labores,
Cum faciem attritam galeâ, cum puluere fœdos
Porrigeret vultus, & frontem nubo leuaret,
Ipſa comes Riſus aderat ſine caſſide Cypris,
Et largos hilari fundebat pectore Riſus.
Vos quoque Romulida, quondam vos inclyta rerum
Imperio ſoboles, genitabilis aura Fauoni,
Cum primùm duro concretas frigore terras
Laxabat, vernis innectens floribus arua,
Ardua magnarum ſoluiſtis pondera rerum
Riſibus, & grandes mirata eſt Roma cachinnos;
Scilicet hac populos, hæc magnum continet orbem
Temperiès, grauitas ſimul, & laſciuia vitæ,
Et Riſus curæ, & nexa modeſtia luxu.
Hac quoque, me procul à patriâ, aſpectúque meorum
Per maria & terras tot tempeſtatibus actum
Soletur, diuíque leuet diſpendia fati,
Donec & optatos, poſt longa incommoda, Riſus.

Plutarchus in Cleomene, *Sunt autem apud Lacedæmonios non Timori tantùm, ſed Morti etiam, & Riſui, & aliis huiuſmodi affectibus templa dicata.* Idem in Lycurgo, *Neque Lycurgus ipſe ſeuerus immodicè fuit, quin & Riſus ſtatuam ab illo erectam Soſibius tradit, quippe qui iocum laboris condimentum &c.*

Coronati myrto Riſui aciebant, & cur.

Coronatos verò myrto hos dies peregiſſe coniecturâ ducor, vt exiſtimem, ex Comico Ariſtophane, vbi fucos, cultúſque muliebres memorat, præter cætera, ait; *Eam quæ non ſic læta, toto tamen die ridere, ſi habet in labris exiguam myrti tabellam*, nam myrtus efficaciſſima riſui prouocando, qui plerumque comes Veneris. Vnde *αἴσακος*, dicebant myrteam virgam ad quam conuiuantes in Græcia canebant. Heſychius Lauream virgam dicit. Myrteam coronam ambire dicebantur, qui tyrannidem affectabant, quod antiquitus, ſi Suidæ credimus principes myrteis corollis coronabantur. Quare tetricam vitam, caſtámque agentes myrtum quàm maximè abhorrebant; hinc Dianæ myrtus ingratiſſima.

Æſacon. Myrtea corona.

Caſtam vitã agentes myrtum abhorrebant.

Sed parùm abeſt, quin laurum mordeam ad cachinnum compeſcendum, ne ridiculum quiſquam me caput opinetur, cùm de Riſu Deo hęc à me in medium proferuntur, quod faciam libentiſſimè in hoc theatro cum Dione ita de ſe loquente; *Quamobrem cum multi riderent, niſi ego folia lauri, quæ habebam ex coronâ, comediſſem perſuaſiſſémq; cæteris, qui iuxta ſedebãt, vt idẽ facerẽt videlicet, vt facto continuo ſtomachi motu, indicium riſus celaremus.* An igitur Senatores Laureati in theatris ſub Imperatoribus ſpectare ſoliti? tuum de hoc expecto ſuffragium, & calculum certiſſimum. Locus Dionis id mihi annuere videtur, neque abnues credo. Item Valerius Maximus lib. 3. cap. 6. de Papyrio Maſſone hæc refert, *Papyrius Maſſo cum benè geſtâ Republicâ triumphum à Senatu non impetraſſet, in Albano monte triumphandi, & ipſe initium fecit, & cæteris poſſe, exemplum præbuit, proque laurea corona, cùm alicui ſpectaculo intereſſet, myrtea vſus eſt.*

Laurum mordentes riſum compeſcebant.

Senatores laureati in theatro.

Etiam in Comitio coronati ſuffragium ferebant Athenis, quod elicitur ex Plutarchi Phocione, his verbis; *Comprobato plebiſcito, populoque in ſuffragia miſſo, nemo ſedens, ſed exurgentes omnes, plerique, & coronati damnauerunt illos rei capitalis.*

Coronati Athenis ſuffragium ferebant.

Et coronata bibebant pocula. Vir. I. Æn. *Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.* Quidam explanant, ad ſummam coronam, ſeu marginem implent, cum Maro explicet, vinum coronis floreis ornant, vt ex alio loco colligitur.

Coronata vina.

Tum pater Anchiſes magnum cratera corona
Induit, impleuitque mero.

Hilaritatis enim cauſa & libationis conuiualis coronabant pocula: hæc obiter, & per tranſennam, aliàs ex profeſſo.

Coronatos, credo, laurea in theatro ſediſſe eos, quibus triumphalis laurea contigit; vel illius participes factos; vulgò coronatos, vix, vel ſi Apollo mihi auctor fuat, crediderim. Auguſtus permiſit vt qui bello ciuili, attrito patrimonio equeſtrem cenſum amiſiſſent, ſi eum à parentibus accepiſſent, vt ij 14. ordinum ius ne amitterent, Alexandri exemplo, qui emeritis veteranis primas ſedes aſſignauit, eiſque vt ſpectarent coronati licere voluit. Scal. Poët. Coronas in ludis datas lego in Martiale. Legendus Paſchalius *de coronis*.

Corona data in ludis. Coronati in theatro quinam.

IOANNI BAPTISTÆ Benzonio Blauæ I. C.

DISSERT. XLII.

Seruorum varia officia. Ianitor Seruus in catenâ, cum virgâ arundineâ, & cur. Catena cui in manumiſſione dicata. Arundo ad ianuam aliquando appenſa; ea etiam cauponis inſigne. Veneficis, & malignis oculi exuſti. Veneficiorum pœna apud Perſas.

DE ſeruis oſtiariis, ſeu ianitoribus. Seruis olim variæ deſtinatæ prouinciæ in re familiari. Alij aquæ hauriendæ præfecti; Lignis alij ſecandis, ſiue prouinciæ caudicali; Alij ædibus purgandis, ornandis lectiſterniis; & huiuſmodi mediaſtini. Serui ad manum, ſiue amanuenſes, ſeu ad litteras, ad cyathos, ad baculum, ad fræna, ad pedes, circum pedes, ante pedes, fornacarij, ſupellecticarij peculiares ad diſcrimen publicorum: ſerui ropiatij erant & ſerui ſtatores; ſerui, ſeu liberti, qui prope herum, aut patronum ſtabant, eique præſto erant ſi quem quæreret arceſſeret,

Seruorum officia varia.

Serui varij.

ſerent,ſiſterentque: de his Petronius, *niſi aut ſtruos viderunt, aut ſtatores diutius cinctos.*

Vicarius ſeruus.

Vicarius qui in familia atrienſi ſeruo, ideſt, maiori ſeruit, in huiuſque ille quaſi peculio eſt, ideo Vicarius ordinario confertur Martialis.

Eſſe ſat eſt ſeruum, iam nolo vicarius eſſe.

Huic nulla erat deſtinata certa functio, vt ordinario. Seruus fundus, qui ſeruitutem debet: ſeruus mediaſtinus infirmæ conditionis, ſeruus atrienſis ſupremæ, ſeruus pœnæ metallo, aut beſtiis damnatus. Peculiaris, proprius aut in peculio. Pileatus vænum expoſitus cum pileo. Receptitius, proprius vxoris. Dedititius, qui ſeſe ex obſidione dediderat victori &c.

Serui oſtiarij, ſeu ianitores.
Ianitores ad ianuam dormiebant.

Sed præ cæteris ſeruitij pars maxima, & potiſſima, ianuam ſeruare, & cuſtodire. Hinc dicti ſerui oſtiarij, ſeu ianitores, vnde puto, frequentes illas querelas ſeruorum vocantium fores conſeruas, & amicas ſeruorum, emanaſſe. De his ianitoribus Dionyſius Halic. lib. 4. his verbis, de Tarquinio; *Cubiculum petiit, in quo Lucretiam dormire ſciebat, & clam ianitoribus, qui ad cubiculi ianuam dormiebant, ſtricto gladio.* Hi oſtiarij plerumque in catena. Suetonius de claris Rhetoribus; *L. Otacilium, cum eſſet oſtiarius, vetere more in catena fuiſſe.* Ouidius quoque.

Ianitores in catena.

Ianitor indignè durâ religate catena.

Poëta vetus.

Ianitoris tintinnire impedimenta audio.

Ab eodem Senecâ 3. *de ira*, catenarij dicti.

Catenarij ſerui.
Catenam Laribus ſerui manumiſſi dicabant.

Catenam ſerui manumiſſi Laribus conſecrabant, vt gladiatores arma Herculi, virgines nupturæ puppas, ἀγαλμάτια Veneri, Penatibus pueri bullam, togam virilem ſumpturi. Horatius Satyrâ 5. lib. 1.

——— *Donaſſet iam ne catenam*
Ex voto Laribus quærebat.

De armis Herculis ad poſtem fixis à rude donatis, eſt locus in Horatio *epiſtola* 1. *lib.* 1. De pupis Perſius Satyrâ 2.

Dicite Pontifices, in ſacris quid facit aurū?
Nempè hoc, quòd Veneri donata à virgine puppa.

Ianitoris inſigne virga.

Ianitorum inſigne, ſeu ſceptrum virga, qua, tanquam domini lictores, amoliri à foribus indignos, vel importunos abigere poſſent. Seneca libro de ſapientis conſtantia cap. 14. id planè oſtendit his verbis; *Ille puſilli animi eſt, qui ſibi placet, quod oſtiario liberè reſpondit, quòd virgam eius fregit.* Hanc virgam arundineam fuiſſe, habeo ex Petronij Satyrico dicentis. *Arundinem ab oſtio rapuit, iterúmque nil reſpondentem mulctauit.* (alij meliùs) *mulcauit.* Propertius.

Arundinea virga ianitorum.

Nec crepuit fiſſa me propter arundine cuſtos.

Arundo appenſa ianuæ cauponum.

Non ſolùm igitur manibus eam geſtatam ianitoris, ſed ianuæ quoque appenſam ex Petronio colligo, ex quo alibi etiam fuiſſe inſigne cauponum, illis verbis: *At non ſeruus publicus tam languidè agit, ſed raptam cauponi arundinem ſub lectum mittit.* Hinc arundinei ferè oſtiarij dicti, & caupones. An quia arundo, vtpotè inanis, & fragilis, ludibrij cauſſa tradita? vt innuerent ianitorum, & cauponum imperium vaniſſimum, & ludibrij plenum; ventis enim ludibrium præbet arundo, quia illis maximè agitata, & maximè fragilis, quod ea inanis. Ideo eadem in Aſſertoris noſtri pro rege ſalutati manum tradita, myſterium fuit vani, fragiliſque ſceptri, ſuper quod gentes priùs innitebantur, de quo Prophetæ, Eſaias, & Ezechiel; *Confidebamus enim in arundinea virga, vel Babylonis &c.* Etſi ab illis carnificibus in ludibrium, & contemptum fuerit tradita. Vnde adagiū natum, ſcipione arundineo niti, cùm quis ſpes ſuas in vano figit.

Arundineí oſtiarij, & caupones.

Arundo in manibus Christi.

Quod inde in tua quereris, & iure de illa triuenefica, & malefica; ex animo doleo, cui oculos exuſtos facibus ardentibus precor, more priſco, quem eruo ex Plauti Menæch. 1. *Ecce Apollo mihi ex oraculo imperat vt, illi oculos exuram lampadibus ardentibus.* Vnde malè conſcij ſomniabant, ſe furiarum tædis ardentibus teneri.

Veneficis, & maleficis oculi exuſti.

Apud Perſas, referente Plutarcho in Artoxerxe, veneficorum hæc pœna; *Venefici autem in Perſis pœna huiuſmodi legibus vindicantur: ampla eſt petra in qua capita eorum impoſita alia petra feriunt, quoad faciem, ac caput infregerint.* Malignis oculi eruti. Plautus Capt. *Nam Hercle huic diei ſi liceat, oculos effodiam lubens, ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.* Ideò oculi his eruti, quia oculis intuentes faſcinare, & interimere ſolent. Hor. lib. 1. ep. 14.

Veneficorū pœna apud Perſas.

Malignis oculi eruti.

Non iſthic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro, morſuque venenat.

Herbæ maleficæ, quando lectæ.

Ad id depellendum de collo puerorum ſuſpendebant amuleta, de quo à me alibi. Subtexo de tempore maleficiorum. Ad Lunæ lumen lectas herbas efficaciores veneficiis credebant, quod Lunam veneficiis præeſſe cenſerent, & herbas ſua quadam ſpuma, ſeu ſaliua inficere. Ouid 7. Metam.

——— *Poſtquam pleniſſima fulſit.*
Et ſolida terras ſpectauit imagine Luna.

Mercurij ſtatua buxea maligna.

Mercurij ſimulacrum ad magicum opus effingebatur. Non è quovis ligno, ſed è buxo, quod hominis palloreṁ præſeferat, vnde inter reliqua magici criminis argumenta obiectum fuerat Apuleio, quod Mercurij ſigillum ſcalpendum curaſſet buxeum, quemadmodum ipſe oſtendit *Apologia Magia prima.*

Vide obſecro quantum fortuna periculum tibi velitatur eminùs, ac niſi longè firmiter præcaues, mox cominùs congredietur. O quàm verum! Fortuna ſola in tota ratione mortalium vtramque facit paginam. Tute tibi eam refinge meliorem prudentia, ſapientia, ad quas plenis velis iam diù nauigas.

Non adeo totus fatis vrgeris iniquis,
Vt tua ſit multis mens quoque mota malis,
Difficile eſt, fateor, ſed tendit in ardua virtus
Et talis meriti gratia maior erit.

IOANNI BONDACCHÆ I. C. Conſanguineo Amantiſſimo.

DISSERT. XLIII.

Canes excubantes præ foribus catenati; noctu ſoluti; appicti ſuper fores; & lupi aliquando. Sedilia etiam in ipſo limine; qui primus aſſediſſet, primus admiſſus. Epigraphe ianuæ, & oſtiis adſcripta, Caue, caue canem; caue, caue Lupum. Arſe, verſe. E canibus haruſpicina quæ. Canes quibus immolati. Canes Romanis ingrati cur? Anſeres contra. Haruſpicina è quibus animalibus. Canes immolati in Lupercalibus, & cur? Aliáque de Laribus, & canibus.

Canes excubantes in veſtibulo ædium. Inſcriptio ſupra portã.

PRÆTER ianitores catenarios cum arundine præ foribus aſſidentes, canes reperio, & in veſtibulo ipſo hanc inſcriptionem, *Caue, Caue Canem.* Iam ſatis poëtis decantata fida canum cuſtodia, excubiæ canum,

—— Domus alta moloſſis
Intonuit canibus ——

Canes in catena excubantes.

Hi tamen canes Moloſſici plerumque in catena excubabant, Petronius Satyr. *Ad ſiniſtram intrantibus non longè ab oſtiarij cella canis ingens catena vinctus.* Suetonius in Vitellio; *Confugit in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane.* Hoc factum (credo) pro foribus nobilium, diuitúmque. Pauſanias in Laconicis. *Cumque viſendæ vrbis cauſa obambulans ad Hippocoontis ædes fortè acceſſiſſet, in eum canis domus caſtos inuaſit; at ille lapide canem percuſſit.* Dum veſperi fores clauderentur, ſub noctem ſoluebantur, & immittebantur in moleſtos, morantes, aut fures nocturnos. Seneca de breuitate vitæ cap. 11. *Quæris fortè, quos occupatos vocem. Non eſt, quod me ſolos putes dicere, quos à baſilica immiſſi demum canes eiiciunt.* Plutarchus in Pelopida; *Cætera adiam tyranni ſtatio excubantium ſeruabat; cubiculum verò, vbi ſolebat quieſcere, in edito erat, pro quo canis deligatus, omnibus niſi ipſis, & vni ſeruo, qui eum curabat, horrendus, agebat excubias.* Et paulò pòſt. *Ea more ſuo ad Alexandrum iam ſopitum ingreſſa, ſeruo foras iuſſit canem adducere, velle illum, dicens, quietè dormire.* Canes etiam templorum cuſtodes. Agellius lib. 7. cap. 1. *Æditûos templi ſæpè*

Soluti canes ſub noctem.

Canes etiam pro cabiculis

Canes cuſto-des templorum.

eſſe demiratos, quòd ſolum Africanum noctu in Capitolium ingredientem canes ſemper in alios ſæuientes, neque latrarent, neque incurrerent. Etſi hæc de Capitolino templo intelligenda. Apollodorus apud Athenæum hæc refert, ὁ θυρωρὸς ἱλαρὸς πρῶτον ἐστι, ὁ κύων σαίνει, καὶ προσῆλθεν, &c. *occurrit hilaris ianitor primùm, canis blandiens adulatur; progreditur, eſt obuius, qui tibi ferat ſellam repentè, quamuis id nemo imperet.*

Ex quibus colligo, ſellas, ſeu ſedes in veſtibulo collocatas, eaſque à ſeruis traditas venientibus amicis ſalutaturis; hac tamen lege, vt qui prior limen tangeret ſalutaturus, priorem occuparet ſedem propiùs fores, vt rixæ tollerentur, & ſic prior admitteretur ab admiſſionalibus ſeruis. Seneca 6. de beneficiis cap. 73. *Eſt proprium ſuperbiæ magno æſtimare introitum, ac tactum ſui liminis pro honore dare, vt oſtio tuo propius aſſideas, & gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa ſunt oſtia, quæ receptos quoque excludant.* Sed de ſeruis admiſſionalibus à me alibi.

Sedes locatæ in veſtibulis ædium.

Canes picti præ foribus. Lupi picti præ foribus. Epigraphe ædium.

Ælianus *lib. 5. cap. 8.* refert hiſtoriam de quodam cane in templo Æſculapij Athenis, qui ſacrilegum furem adeo inſecutus, vt cù Athenienſes deprehenderint capitéque dãnarint, cani verò cibum de publico præbitum, vt fido cuſtodi: Et meritò, reliqua enim animalia ſiluas ac ſolitudines tolerant aut quærunt, ſolum iſtud domeſticum, circum homini adhæret, ac tuetur. Ideo Ægyptij Anubim ſuum canis ſpecie fingebant, quia videlicet vtriuſque regionis ille Deus ſuperæ, & inferæ, vt Hecate Græcorum. Romani canem Mercurio comitem dederunt, quia vt Plato ait, ſagax, & ingenioſum hoc animal facundiſſimo, & promptiſſimo Deorum conueniebat. Telemachus apud Homerum duobus canibus comitantibus in concionem prodit. Euandro apud Virgilium procedente.

Nec non & gemini cuſtodes limine ab alto
Procedunt, greſſumque canes comitantur herilem.

Neque id tantum venationis cauſa cenſendum, nam Homerus diſtinguit, dicens, menſarios canes nouem animi, ac voluptatis cauſa, à Patroclo educatos, & ſacræ literæ id aſtruũt de Raphaele: Bernardus, Dominicus, canes habuere in deliciis, quid mirum ſi meus erudiriſſimus Lipſius tãto amore ſemper canes proſequutus, vt ſecum habuerit domi, foris, & in ſuggeſtu (ego teſtis oculatus) Louanij publicæ prælegens.

Non ſolùm canes veri cuſtodes domorum, verùm etiam picti, illa epigraphe, *Caue, Caue Canem.* Lupos etiam appictos, hac epigraphe, *Caue, Caue Lupum*, teſtabatur eruditiſſimus antiquarius, & humaniſſimus Petrus Paulus Venturinus omnis eruditionis promocondus: qui vtrumque vtrimque vtrimque pictum habebat præ foribus ſuarum ædium ſemper patentium litteratis viris Veronæ, ad priſcum ritum æternæ memoriæ conſecrandum; ſuamque eruditionem non vulgarem.

Eulogium Petri Pauli Venturini.

Aliam epigraphen oſtijs aſcriptam reperio in Feſto, *Arſe, Verſe*; ſcilicet, Auerte ignem,

Epigraphe, Arſe, Verſe.

Epigraphe, Arſe, Verſe. De Canibus.

ignem, Tuſcorum lingua, vnde Afranius ait, *Inſcribas aliquis in oſtio, Arſe, Verſe.*

Subnecto veluti ſubtegmen huic telæ de canibus, quod refert Pauſanias in Laconicis. *In Ephebæo vtraque Epheborum claſſis caninum catulum Marti Enyalio mactant, fortiſſimo ſcilicet Deorum victimam, ex eo animalium genere illi acceptam exiſtimantes, quod manſuetis omnibus fortitudine, præſtat. Catulos quidem haud ſcio, an alÿ Græcorum vlli immolent præter Colophonios; mactant enim Colophonÿ Deæ, quam Enodion, Compitalitiam quaſi dixeris, appellant, nigrum catulum.* Qui locus innuit ſacrificatos fuiſſe canes aliquando; etſi non valdè Romanis gratus videtur fuiſſe canis, quòd Capitolium non cuſtodiuerit, cum Galli impetum facerent, anſeres tamen ſuo clangore vigilias excitarint. Anſeres olim matronis acceptiſſimos fuiſſe ex Petronio colligitur, *Occidiſtis*, ait, *Priapi delicias anſerem omnibus matronis acceptiſſimum.* An verecundiæ cauſa, quam animanti huic antiquitus tributam Plinius *lib.* 10. *cap.* 20. aſſerit? An potius quoniam hoc alitum genus Iſidi peculiariter ſacratum? quam Deam ſtolatæ matronæ celebrant religioſiſſimè: ex Douſa ad Petron.

Canes Marti ſacrati.

Canes ſacrificati.

Canes ingrati Romanis.

Quare, (vt refert Plutarchus, *de fortuna Romanorum*) canis in crucem actus viuus; anſer in lectica veſte ſtragulâ ſedens circumagebatur ob memoriam conſeruati Capitolij ab anſeribus clangentibus, canéſque excitantibus. Ideò ex canibus nulla vnquam aruſpicina, vt legimus in Pauſaniæ Eliacis poſterioribus, his verbis. *Vetus eſt, & ab initio inſtituta, ex hædis, agnis, vitulis haruſpicina. Suem primi omnium Cyprÿ addidere, cane verò ad extorum ſignificationes nulla omnino gentes vſa ſunt; peculiarem itaque credi facile poteſt caninorum viſcerum diuinationem ſibi Thraſybulum inſtituiſſe.* Plutarchus in vita Romuli, canem immolatum in Lupercalibus tradit, deindè ſubiungit; *Canem autem (nam ſacrificium expiatio eſt) exiſtimare quis poſſit expiationis gratia immolari? Nam & Græci homines ad expiandum canes adhibere ſoliti ſunt, ac multis in locis περισκυλακισμοῖς, (quæ ita vocant illi à cane) vtuntur.* Quod ſi hæc ad lupæ gratiam, nutritionémque, à quâ Romulus pater lacte nutritus, ac ſalutem recenſendam agitant; non immeritò canis iugulatur, lupis enim inimicus eſt. Ni iam mehercule plectitur animal, quòd lupercos, dum curtunt, impediat latratu, & morſu, Ideo prædico.

Canis in crucem actus viuus Romæ cur.

Anſeres grati Romanis cur.

Nulla haruſpicina ex canibus.

Haruſpicina ex quibus animalibus.

Thraſybulus diuinationē voluit ex canibus inſtituere.

Canis immolatus in Lupercalibus, & cur.

Fas, quibus eſt audire, loquar, vos turba profana,
Obturate aures.

Tibi vni myſtæ aperiendæ, qui Æcaſtor morem antiquum, atque ingenium obtines, vt vnus hominum homo (ex Terentiano) te viuat nunquam quiſquam blandior, prudentior.

In omni mutatione inſignia vitæ actæ Diis ſacrata. Venerationis cauſa, olim pupæ à Virginibus nupturis, aut puberibus Veneri dicatæ; aliquando & zona Virginalis, à gladiatoribus arma ad poſtes Herculis, à ſeruis catena, ita bulla, & prætexta à pueris togam virilem ſumentibus laribus dicata. Perſius Sat. 2.

——*Veneri donatæ à Virgine pupæ.*

Horat.

Veianius armis Herculis ad poſtes fixis

Idem.

Donaſſet catenam ex voto laribus

Perſius Sat. 5.

Bullaque ſuccinctis Laribus donata pependit.

Succincti lares erant habitu peregrinantium pellibus amicti, cum cane comite.

Lares coronabantur pellibus canum, quia vtrique domus cuſtodes, & vt alienis formidoloſi, domeſticis blandi viderentur. Ouidius lib. 5. Faſtorum.

Lares coronati pellibus canum.

Et canis ante pedes ſaxo fabricatus eodem
Stabat, quæ ſtandi cum Lare cauſa fuit.
Seruat vterque domum, domino quoque fidus vterque,
Compita grata Deo, compita grata Lari.
Exagitant & Lar, & turba Diania fures
Peruigilantque Lares, peruigilantque Canes.

Plutarchus magis ad rem noſtram, Problematum cap. 51. *Laribus quos propriè vocant præſtites, ſeu præſides, canes aſſiſtere, & ipſos canum pellibus amiciri, quoniam, qui præſides ſunt, eos alienis formidoloſos eſſe oportet, vti canes videmus, domeſticis vero mites, ac manſuetos; vel quod Lares quidam furiales ſunt, & exactores vitæ noſtræ, atque operationum ſpeculatores, quibus aſſidet canis, quem nouimus ad inueſtigandum ſagacem eſſe. Manæ item Genitæ Gynæciæ canem immolabant Romani, ne quis domi natorum non bonus fieret; an quod hæc Dea ortui, ac partui præeſſet interitui obnoxiorum, ac fluxorum corporum? Gynæcia vero eadem eſt apud Romanos, ac bona Mens. Græci vero Hecatæ, ſeu Proſerpinæ canem immolabant pro domi naſcentibus. Socrates ait, cane Lucinæ Argiuos rem ſacram facere ob facilitatem pariendi.* Hæc ipſa Plutarchi verba ex loco citato ſuprà, quem vide. Quia Compita grata laribus Ouid. dixit, ſubnecto ſexti Pompei locum. Pilæ, inquit, viriles effigies ac muliebres ex lana, quæ Compitalibus ſuſpendebantur in compitis, quod eſſe illa Deorum inferorum putarent, quos vocant Lares; quibus tot pilæ quot capita liberorum, ſeruorum, mulierum circa compita habitabant, ponebantur, vt eſſent iis pilis, & ſimulachris contenti, viuiſque parcerent. Hiſce vero imaginibus nullius omnino pretij veſtes circumponebant; proinde pannoſas pilas quandoque Martialis vocat. Ab his primis pilis ſecundæ prodierunt, quæ feris obiiciebantur, è ſtramine primum factæ. Raderus ad Martial. *l.* 2. *ep.* 35.

Lares præſides dicti.

Canis Manæ Gynęcię immolatus, & cur.

Canis Hecatæ & Lucinæ cur immolatus à Græcis.

Sabæi, ſeu Saphæi, vt Marſo Ouidij interpreti placet, exta canum Dianæ ſacrificabant, ex illo loco 1. Faſtorum.

Canem Dianæ qui ſacrificent.

Exta canum Triuiæ vidi libare Sabæos.

Ad placandam quoque caniculam, cœleſte ſydus, frugibus inimicum, canes ei immolabant, idque ſacrificium dictum cana-

Caniculæ ſyderi canes cur immolati.

Canarium augurium. Canes rufæ ſacrificiis aptæ.

rium augurium; peractum apud portam Catulariam; in eo non niſi canes rufæ adhibitæ; cæteræ habitæ impuræ. Vide Feſtum in dictione *Catularia*, & *Rufa canes*.

Canum latratus malum portendere olim credebant. Certè inter omina quæ præceſſerunt mortem Maximini, ita Capitolinus. *Canes circum tentorium eius in ſecunda manſione vltra duodecim vlularunt, & animam quaſi flendo poſuerunt, ac prima luce mortui ſunt deprenſi.* Nouar. Sched. l. 11. c. 13.

Canis lactẽs cur, quando, à quibus, per quem immolatus. Canis exta mero, & thure aſperſa.

Pro frugibus quoque, & pecoribus, vt rubigo auerteretur, lactenti catulo ſacrum fiebat, idque Rubigalibus per Quirinalem Flaminem extra vrbem. In quo ſuper exta canis, thus, & merum infundebantur. Pro frugibus hoc ſacrificium factum teſtatur Columella lib. 10. rei ruſticæ,

Hinc mala rubigo, virides ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur, & extis.

Rubigalia quando acta, à quo primũ inſtituta.

Rubigalibus teſtatur Plinius *lib.* 18. *cap.* 29. qui ibidem aſſerit, à Numà hæc inſtituta ſuiſſe anno regni ſui anno 11. & peracta 8. Kal. Maij: hunc vide; Quod vero per Flaminem, Ouidius Faſt.

Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ouis.

Illum vide prope finem 4. *lib. Faſt.* de his agentem; ex quo, & modum, & cauſam ſacrificij diſces.

Cane diſſecto expiata Ira.

Bœoti Iram expiabant cane in duas partes per medium diſſecto, referente Plutarcho *in quæſt.* ſed quando de canibus agi cœptum, audi Plinium lib. 29. cap. 4. *Eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentatis, & Summani, viui in furca ſambucea ex arbore fixi. Sed plura de hoc animali dici cogunt priſcorum mores. Catulos lactentes adeo puros exiſtimabant ad cibum, vt etiam placandis numinibus, hoſtiarum vice vterentur his. Genitæ Manæ catulo res diuina fit, & in cœnis Deum etiamnum ponitur catulina. Adicialibus quidem epulis celebrem fuiſſe, Plauti fabula indicio ſunt. Sanguine canino contra toxica nil præſtantius putatur. Vomitiones quoque hoc animal monſtraſſe homini videtur. Et alios vſus ex eo mire laudatos referemus ſuis locis.* Hæc Plinius.

Canes annua ſupplicia vbi pendant, & quomodo.

Canes lactẽtes hoſtiarũ vice adhibiti. Catulina in Deum cœnis, & Adicialibus. Canis vomitionem homines docuit.

Canes in templo pro æditius.

Romæ in Vulcani templo canes fuiſſe, qui pro æditiuis eſſent, & ſacrilegis tantùm adlatrarent; & item in alio eiuſdem templo apud Ætnam canes fuiſſe, lucum, & templum aſſeruantes perhibet Alexander ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 3. Gyraldus de Diis gentium, & Rhodiginus *lib.* 13. nullum tamen veterem ſcriptorem producunt. Scio quidem aliquando Aratum Acrocorinthi cuſtodiæ, 50. canes commiſiſſe, vt in eius vita refert Plutarchus. Sed rem ridiculam audi.

Canes templum, & lucum aſſeruantes vbi.

Canes adhibiti vrbium cuſtodiæ.

Quidam erant populi, qui pro rege canem habebant, à cuius nutu, & imperio pendebant. Plinius lib. 6. cap. 30. *At ex Africa parte Ptoembari, Ptoemphanæ, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes.* Solinus cap. 43. *His proximi ſummam regiæ poteſtatis cani tradunt; de cuius motibus quidam imperite auguranttur.* At ego canis circum inſeſtina.

Lupus cui ſacer.

Lupus verò quia Martius dictus Virgilio, *Inſeph. Laurentij Polymath.* ideo Marti ſacrum putarunt. Gyrald. ſynt. 7. aſſerit Apollini ſacrum lupum, vnde dictus fuit *Lycoctonus*, ſeu *Lupicida*, quia hic Deus cuſtos paſcuorum, quibus maximè infeſti lupi. In Attica lupi catulum qui occiderent, donabantur talento. Ælianus ſcribit, ſolem, ſeu Apollinem delectari hoc animali, quod ipſe in lucem editus feratur ex Laronâ in Lupæ ſpeciem conuerſa, cuius meminit Homerus. Alij dicunt, quod donaria ex templo à furibus ablata mordicus vindicauit lupus: ſed ne lupum auribus tenere dicar, Luporumve catulos alere, lupinum texens ſermonem, canes, & lupos linquo.

IACOBO PIGHETTO.

Diſſert. XLIV.

Lactucæ in prima, & poſtrema antiquorum menſa appoſitæ, & cur; dimidiatæ auaritiam, integræ liberalitatem innuebant. Idem de carduis. Partes ciborum quibus datæ. Hygieæ, ſeu Sanitati qua re libatum; quomodo hæc veſtita. Eadem de Æſculapio. Valetudo quanti. Panem, ſanitatemque petentes quid peragerent. Hygieæ ſignum vbi locatum.

Locus Martialis explicatus.

MARTIALIS locum lib. 13. Epigrammate 4.

Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi cur noſtras inchoat illa dapes.

Lactucæ cur appoſitæ in menſæ principio, & fine.

Ita exponis. In cœnæ principio apponi lactucæ ſolitæ ad appetentiam excitandam; à cœna verò ad ebrietatem reprimendam, aut ſoporem conciliandum, quibus peragendis illa nil præſtantius; ideò Virgilius in Moreto, ita,

Grataque nobilium requies lactuca ciborum.

Horatius vero ſcopum huius tangit Sat. 4. lib. 2. his verbis,

Toſtis marcentem ſquillis recreabis, & Aſra
Potorem cochlea, nam lactuca innatat acri
Poſt vinum ſtomacho.

Sed eruditiſſimè Lipſius (vt ſolet) *lib.* 3. *Antiquarum lectionum, cap.* 1. alijque ad eum locum. Quales tamen, & quantæ eæ appoſitæ, necdum aliis obſeruatum.

Lactuca ſub autotam cui. Lactuca commoda Auguſto. Statua Muſæ Medici Auguſti.

Lactucas Ariſtoxenus comedere fuit ſolitus ſub autotam; eas placentas virides appellans, teſtibus Euſtathio, & Athenæo. Auguſtus priſtinam olim valetudinem lactucâ recuperauit Muſæ medici prudentia, cui idcirco Pop. Rom. ſtatuam iuxta ædem Æſculapij erexit, teſte Suetonio. Columella lib. 1. rei ruſticæ,

Iamque ſalutari properet lactuca ſopore,
Triſtia quæ relevet longi faſtidia morbi.

Capitolinus in Pertinace; *Et cum verbis eſſet affabilis, re erat illiberalis, ac prope ſordidus*

didus, ita vt dimidiatas lactucas, & carduos in priuata vita conuiuis apponeret,& niſi quod miſſum eſſet edulium, &c. ſi autem plus aliquid miſſum eſſet, etiam in alium diem differebat, &c. Amicis, ſi quando de prandio ſuo mittere voluit, miſit offulas binas, &c.

Partes ciborum miſſæ amicis abſentibus.

Hæc verba præter lactucæ ſordidam ſectionem (obiter id noto) innuunt moris fuiſſe,vt abſentibus amicis partes mitterentur. Confirmat id Suetonius in Caligula cap.18. *Qua epulatione equiti Romano contra ſe hilarius, auidiuſque veſcenti partes ſuas miſit.* Spartianus in Caracallâ. *Poſt hoc fratrem patruelem Afrum, cui pridie de cœna miſerat, occidi iuſſit.* Miniſtris etiam tricliniaribus ſolitos fuiſſe priſcos portiones mittere, à me alibi probatum. Suetonium addo mihi modo ſuccurrentem in Galba cap.12. *Et ordinario quidem diſpenſatori breuiarium rationum offerenti, paropſidem leguminis pro ſedulitate, ac diligentia porrexiſſe.* Pollux *lib.6.* ſcriptum reliquit in carnibus diuidendis, ac diſtribuendis, primam partem fuiſſe vocatam, Mercurij ſortem, ἑρμῦ κλῆρος,ita etiam in ſortibus educendis primam hoc nomine nuncupatam Heſychius teſtatur.

Panes ciborum datæ miniſtrantibus.

Mercurij ſors.

Iure poſtliminij reuertor ad locum Capitolini de carduis, & lactucis, qui aſtruit, lactucas, & carduos non dimidiatos (quod ſordidum) ſed integros apponendos conuiuis. His affinia illa prouerbia Cumini ſector, ficum diuidit,ad quod alludit Martialis συκομερίζειν. Quibus quid clarius, quid apertius ad auaritiam ſugillandam apponentium lactucas, & carduos dimidiatos? in his enim vſquequaque illa parœmia vera, *Dimidium plus toto*; de aurea mediocritate.Heſiodus,Amentes neque ſciunt quanto plus ſit dimidium toto, Vide Suidam f. 375. Huiuſmodi dimidiata minora ſemper, & ingratiora, & fortaſſe ſordidiora. Poma,qui donat,integra donat, neque concidit olera olitor, nec lautus conuiua lactucas.

Dimidium plus toto.

Aliam rem noto, non tamen ab re noſtra de die dimidiato,de quo ita Plautus habet in Menæchmis, *Dies quidem iam ad vmbilicum eſt dimidiatus mortuus.* Ideo mortuus, quia dimidiatus, & mortuæ lactucæ, & cardui,cum dimidiati:ne tamen dimidiata Epiſtola ſit mortua, ſanitati, ſeu Hygeæ dicata, ad vmbilicum perducatur.

Dimidiatus dies quis.

Huius Deæ effigiem, ſacrumve refert Panſanias in Corinthiacis. *Æſculapij ſigni ſola ſe facies, manus, & imi pedes oſtendunt, partes cætera lanea tunica, & pallio velantur. Eodem fermè habitu eſt,Hygiea ſignum, neque enim illud facilè conſpicias. Velatum enim vndecumque eſt,partim comis, quas Deæ mulieres detonderunt, partim vero Babylonia veſtis laciniis: quæ vero cumque re litare quis voluerit, eadem, traditum eſt, illud etiam numen placari: cui eſt Hygiea nomen, valetudinem bonam nos appellamus, &c.* quod nobis ob oculos ponit, quàm facilè valetudini facere obuia quæque, dum moderatè, dum prudenter eam conſeruare ſartam tectámque volumus; & eſſe bonum latens, quod non agnoſcitur niſi deperditum.

Æſculapij ſignum quomodo factũ.

Sanitatis, ſeu Hygieæ ſignum.

Valetudini operari facillimum. Valetudo bonum inæſtimabile.

Pacem verò, ſanitatémque petituri ab Apolline, lauri virgam geſtabant, quod innuit Plautus in Mercatore ita.

Pacem, ſanitatemque petentes quid peragerent.

Aliquid cedo, qui hanc vicini noſtri aram augeam.
Da ſanè hanc virgam Lauri.

Paulò poſt.

Apollo quæſo te, vt des pacem propitius, ſalutem,& ſanitatem
Noſtra familia.

Templum pacis Athenis dicatum cum conditiones Pacis, Athenas Callias Legatus a Perſis attuliſſet. Romæ quoque fuit magnificentiſſimum foro proximum, quod Veſpaſianus à Claudio inchoatum conſtruxit, vbi vaſa, & donaria templi Hieroſolymitani à Tito & Veſpaſiano repoſita:hoc templum frequentatum ab ægrotis è Galeno percipimus *lib. de pulſibus.* Commodo Imperante hoc templum combuſtum ſcribit Herodianus. Pacis ſimulacrum ita effictum,vt puerum Plutum manu geſtaret, ex pace enim opes. Interdum cum ſpicis, ex pace abundantia frugum. Interdum cum olea, lauro, roſa. Vide Gyraldi Syntag.

Signum Hygieæ in arce Palladis fuiſſe apud Græcos refert Plutarchus in Pericle, ſic; *Huius gratia Hygiea Palladis in arce prope aram ſignum conſtituit, ſicut antea fuerat,vt fertur. Phidias vero aureum Deæ ſigillum finxit, eiuſque, vt fictoris, in columna nomen erat inciſum.* Nota quanti facerent Deæ huius patrocinium,ex loco, vbi conſtituta, & materia, ex qua eius ſimulacrum conflatum. De Hygiea, ſeu ſalute pluribus *lib. 2. diſſ. 9.*

Hygieæ ſignum vbi locatum.

Finis Libri Primi.

POLY

POLYMATHIÆ
IOSEPHI LAVRENTII
LIBER SECVNDVS.

HIERONYMO CORNELIO Equiti, & Procuratori D. Marci.

DISSERTATIO I.

Iuramenta antiquorum varia, vana, ridicula quædam. Iuratum olim per braſſicam, per platanum, & huiuſmodi abſurda, & cur. Item per ventum, & acinacem. Quantus honor olim Platoni habitus. Cœna quotannis in illius honorem. Lycurgo etiam ſummus honos habitus, Tyrtæo, Homero, & Æſchylo. Iuramenta varia. Iuramentorum formulæ; & qui Dij omiſſi in iuramentis.

NON tantùm per Superos, & Inferos, aliáque per numina Ethnicos iurare ſolitos lego; ſed & per olera, & alia inanima, & inania, & potiſſimum, per braſſicam, vt refert Athenæus lib.9. his verbis; *Ex multis hominibus, per braſſicam,se maximè diligo, inquit Ananius Telechides in Prætoribus; per braſſicas hoc iuro, dixit Epicharmus in terra, & mari; itidem per braſſicam hoc aſſeuero; Eupolis, per braſſicam ita eſt. Iuſiurandum Ionicum hoc videbatur, nec abſurdum fuit per braſſicam deierare quoſdam. Cum Zeno Citienſis, qui ſectam Stoicam condidit, imitatus iuſiurandum Socratis, per canem, conceptum, per capparim iurauerit.* Hæc ille. Rationem affert, niſi me fallit locus ſupra, cum ait, *Non autem ſolus Alexander braſſicam appellauit ſacram; eſt enim apud Hipponactεum in iambis,*

> *Elapſus ille ſupplex braſſicam adorabat, &c.*

[Iuramentum per braſſicā cur.] [Per canem Per capparim!] [Braſſica adorata.]

Iuriſiurandi concipiendi ritum repetio non tritum apud antiquos; Maſſam ſcilicet ferri ſumebant, iurabantque firma fore pacta, conuenta; dum ea maſſa appareret, quam in profundum abiiciebant, vt æterna religione pacta eſſent deuincta, quod colligitur ex Callimacho φωκαίων μέχρις ἄλλα μέγας ἐν ἁλὶ μύδρος. Hæc Herodotus lib. 1. Horatius verò pro ferro ſaxum poſuit, his verbis,

[Iurantes ferrum, ſeu lapidem in aquam proiicientes.]

> *Sed iuremus in hæc, ſimul imis ſaxa renarint,*
> *Vndis leuata, ne redire ſit nefas.*

Plutarchus in Ariſtide. *Porro Ariſtides adegit omnes Græcos iureiurando, & Athenienſium nomine iurauit ipſe, ac poſt imprecationes, proiecit in mare candentes maſſas ferreas, &c.* eodem modo iugulatus vetres, & in mare proiectus, Homerus *Il.15.*

Milites iurantes interdum gladios cerulcibus admouerunt, vt mortem ſibi oppetendam, priuſquam ſacramenti fides defereretur, oſtenderent, ex Ammian. *lib. 21.* Buleng. *de Imperat. Rom.*

Iuramentum ruſticum refertur à Plauto in Trucul.Sc.2.Act.2. *Ita me amabit ſarculum.* [Iuramentum Ruſticorum.]

Iuramenta olim in Iouis templo facta Plautus in Curcul. his verbis indicat. *Namque incubare ſatiùs fuerat Ioui, qui tibi auxilio in iureiurando fuit*, & paulò infra, *Locus non præberi potis eſt in Capitolio, qui peierauerunt.* Iurabant etiam in Comitio, vt idem Plautus in Curcul. *Qui periurum hominem vult conuenire, mitto in Comitium.* Ad puteal enim Libonis ara extabat in gradibus ipſis ad læuam curiæ ſitam. [Iuramentum in Iouis tēplo factum.] [Iuramentum in Comitio ad puteal Libonis.]

Maximum omnium iuſiurandum Fidei, dicit Plutarchus in Numa, his verbis, *Primum autem ferunt, & Fidei, & Termini templum condidiſſe, per Fidem iuſiurandum demonſtraſſe Romanis maximum, quo etiam nunc vtuntur.* [Iuramentum maximum Romanorum per Fidem.]

Sanctiſſimum Romanis iuſiurandum fuiſſe per Iouem Lapidem puto, adeo vt etiam in prouerbium (*Iouem lapidem iuro*) ceſſerit, inde natum, quod Iouis ſimulacrum erat in Capitolio lapideum. [Iuramentum ſanctiſſ. per Iouem lapidem.]

Repeto braſſicam. Nicander braſſicam appellauit ſacram μάντιν, id eſt diuinam, ideò ſic iurabant, ναὶ μάντιν κράμβην, per diuinam braſſicam. Hanc in cibum parari Athenis conſueuiſſe mulieribus, quæ peperiſſent, veluti antipharmacum, lego apud Ananium. Sed crambe bis cocta venenum. [Braſſica ſacra] [Braſſica antipharmacū puerperis.]

Lucianus in Toxari refert Scythas iuraſſe per ventum, & acinacem. Cauſam affert hanc. *Nil maius mortalibus vita, & morte*

Per ventum, & acinacem cur.
Per platanũ.

quoties igitur iurabant per ventum, iurabant per eum, qui vitæ author eſſet; per acinacem vero, mortis. Aſt per canem,& per platanum Socratem iuraſſe idem Lucianus Dialogo, *Vitarum auctio*, aſſerit, rationem ipſemet referens mercatori ſciſcitanti, *Quid vis? an non tibi videtur canis Deus, non ne vides, quantus ſit in Ægypto Anubis, atque ille in Cœlo Sirius, necnon apud inferos Cerberus?*

Per canem.

Per canem etiam iurat conuiua apud Plutarchum *Symp.lib.3. quæſt.6.*

Tanta verò olim iuramenti religio, proh, noſtram impietatem! vt ſi quis aliquem re, aut verbo læſiſſet, interpoſitione iuriſiurandi, quo eum, qui læſus erat, adiurabat, indignum ea iniuria eſſe, & ei nolle factam, ſatisfaceret, atque purgaret. Plaut. Amph. *Aut ſatisfaciat mihi atque adiuret inſuper nolle eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit.* Nos contra quam cauilloſi, & difficiles in condonanda iniuria, quam malumus legare hæredibus. Aliud iuramenti genus lego huiuſmodi in Plauto. Aſin. *Neque Diuini, neque humani quicquam accredunt.* Item, *bona fide.* Plaut. Capt. *Bona fide tu iſthæc verba mihi dixiſti?* Item, *per Dium fidium*, & huiuſmodi.

Explorandi iuriſiurandi modus.

Iurandi ritum nouum tradit Stephanus, ἐν τῷ παλικῷ, &c. Latinè dicam. *Iuramentum ſanctum ibi eſt: quæcumque iurat aliquis, inſcripta abicit in aquam, in qua ſi ſupernatat pro legitimè iurato habetur, ſin vero ſubſidit, tunc ipſe vritur.* Omitto iuſiurandum Tyndarei conceptum ſuper exſecti equi teſtibus coram Helenæ procis, de vindicanda iniuria, ſi qua fieret Helenæ marito, vt refert Pauſanias *in Lacon.* Iuratum per oculos lego in Plauti Menæch. *Sultis per oculos iurare, nihilo hercle ea cauſa magis faceretis.*

Per teſtes exſectos equi.
Per oculos.

Alia iuriſiurandi genera vide apud Alexandrum ab Alex. *lib. 5. cap. 10.* A quonam iuſſi antiqui talia præſtiterunt iuramenta? credo à Rhadamanto. Qui primus vetuit, ne in iureiurando Dij nominarentur, ſed iurari voluit, teſte Suida, anſerem, canem, arietem, & ſimilia. Primique Socratici per anſerem, & alia ſoliti fuerunt iurare. Iupiter cuſtos iuramentorum ſemper habitus.

Rhadamanthus vetuit iuramentum per Deos.
Iupiter cuſtos iuramenti.

Ne vero ſol ſolus à nobis indictus abeat, quem tanquam Deum antiqui venerabantur: Hæc uoro cum Eruditiſſimo Nouatino *in Sched. lib. 4. cap. 5. & 6.* Solem Iouis oculum antiquitas appellauit, vt notat Macrobius 1. *Sat. cap.* 21. Plutarchus tradit de quibuſdam populis, inhibuiſſe ſcilicet iis, qui ſolem ſtatis diebus ſolemnibus venerabantur, ne corpore aurum geſtarent, neue aſino pabulum præberent. Debitores debita non reddentes ſoli olim exponebantur, licet iſtud ſupplicium & de aliis ſumptum: vt not. S. Auguſt. *lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 4.* Idem in Pſalm. 113. ita inquit, *Itaque homines talibus ſuperſtitionibus obligati plerumque ad ipſum ſolem dorſum ponentes, preces fundunt ſtatuæ, quam ſolem vocant, & cum ſonitu maris à tergo feriantur; Neptuni ſtatuam, quam pro ipſo mari colunt, quaſi ſentientem gemitibus feriunt.* Præterea ſolem adoratum a quibuſdam ſole ipſo clarius eſt, Plut. de Iſide, & Oſiride: vbi poſtquam de circuitione egerat ſtatim addit, *Ad hæc quotidie ſoli ter adolent, reſinam ſub eius exortum, myrrham, quando medium æthera, circa obitum Cyphi appellatum.* Soli ſacra circa meridiem obiiſſe obſeruat Rhodig. *lib. 24. cap. 4.* At a Perſis in ſpelæis à ſuis cultoribus adoratum refert Iulius Firmicus *lib. 5.* Apud quoſdam, vt refert Lucianus de Syria, Soli, & Lunæ nulla ſimulacra fabricata, quod non indigeant ſua imagine repræſentari, quod de aliis Diis non dicendum: repugnet licet ſolis ille coloſſus Rhodi percelebris, quem in linteo depictum refert Tertul. *cap. 6. Apolog.* Eius tamen ſimulacrum nefas fuiſſe contingere refert Seru. *in 7. Æneidos.* Sol etiam inuocabatur in iuramentis firmiſſimis, vt qui rerum omnium ſciens, & luſtrans; hinc dictus, Sol Iuſtitiæ arbiter. Et quia in 12. Æn. Virg. lego, *Vimque Deûm infernam*, colligo, vti Deorum iuramentum erat per Stygem, hominum fuiſſe per Manes, Infernum, Ditem; quod Virg. innuit per, *vim infernam.* Ariſtoteles 7. Politicorum cap. 14. hæc habet; *Controuerſias diſceptabant, hoc autem faciebant, alij iniurati, alij iurati. Iuſiurandum porrò erat ſceptri ſublatio.* Ilioneus apud Virg. 7. *Æn.* Fata per Æneæ iurat. Plutarchus *in Demoſth.* alia refert iuramenta, ſcilicet, per Terram, per Fontes, per Flumina, per Latices, & per alia, quæ tibi auctores voluntanti facile occurrent. In nomen Imperatoris ſolemniter milites iurantes, ex more, admotis ad ceruices gladiis, feciſſe colligitur ex Marcellino, *lib. 21.* Tartari ſuper frameas iurant, & aquam, qua eorum gladij, frameæque eluuntur. Iac. Dur. *var. lib. 1. cap. 8.*

Sol inuocatus.
Iuramentum hominum.
Iuratum per ſceptrum quomodo.
Iuratum per Fata.
Iuramentum admotis gladiis ceruicibus.

Iuramentum militare factum eleuatis pollicibus, ſtrictis gladiis, ceruicibus admotis, obſeruat Marcell. Donat. & eo non obſtringebantur milites in funere familiæ Feriis Vindemialibus, & Kalendis. Thyterium, ex Thoma in Aratum, ſacrificium, & herba Libanotidi ſimilis, quam iuraturi manu comprehendebant. Iuramenti in coniuratione non abſimilis Catilinario, referente Saluſtio, meminit Plaut. in Poplicola, his verbis, *Vt igitur hi adoleſcentes pellecti in colloquium cum Aquiliis venerunt, omnibus viſum eſt, hominis iugulati ſanguine libato, & viſceribus tactis magnum iuſiurandum, & dirum concipere, &c.* De iuramentis Carthagin. Athen. Græcorum, vide Gyraldi Synt. 2.

Nomina Deorum in iuramento omiſſa.

Ex Pindari Scholiaſte, veteres interdum, metu peierandi, Deorum nomina omittebant, & formula tantum iuriſiurandi contenti erant ὦ μὰ τὸν, vel μὰ τὸν, interdum ſimpliciter per, ὅρκον. Orpheus per octo numina iurare permiſit, Ignem, Aquam, Terram, Cœlum, Lunam, Solem, Phanem, & Noctem. Numa maximum iuſiurandum ſtatuit Romanis per Fidem. Veſtales per Veſtam: Romani per Deos, & Deorum numina,

Iuramenta varia apud varios pop.

mina, per Terram, Mare, Sydera. Mecaſtor mulierum, Mehercle virorum iuramentum. Siculi per Proſerpinam: Pœni per patrios Deos. Mox etiam iuratum per Manes defunctorum, & Heroas, qui pro patria fortiter pugnando obiere. Philuſophi per Socratem. Impetatorum tempore, per ſalutem, & Genium principis. Græci per caput alterius. At Rhadamanthus per anſerem: Socrates per canem: Ægyptij per allium, porrum, cæpas: Zeno per capparim: Teleclides per braſſicas: Cappadoces per montem: Maſſagetæ per Tanaim, & Mæotidem paludem. Per ſceptrum olim Græci iurabant: Scythæ per ſolium regis, per ventum, & acinacem: Pythagoras per quaternionem. Heroum tempore per Deos primum, deinde proprias calamitates ſubijciebant.

Demum vniuersè, hoc omnibus ferè gentibus familiare, vt per ea iurarent, quæ quibuſque clara, vt notat Seru. 1. *Æn.* Iuramenta Imperatoris minio ſubſcripta. Nouar. *Sched. lib.* 8. Iurantes per aquam ſtygiam manu alterâ terram contingebant, altera mare, vt notat ex Hom. Iliad. 14. Nouar. *Sched. l. 8. c. 7.*

Græcorum formula iurandi huiuſmodi refertur àb Alex. *lib. 4. cap.* 10. Vertem apprehendunt, & ſtricto in iugulum gladio, Cœlum, Terras, Solem, & vltrices furias aduocant teſtes, moxque verre immolato, & in mare deiecto iuſiurandum perficiunt. Syracuſani fidem iuramento daturi, templum Cereris & Proſerpinæ ingrediuntur, & ſacris quibuſdam peractis (ex Plutarcho in Dione) veſtem Deæ purpuream induunt, ſumptáque ardenti tædâ adiurant. Samnites arâ in medio conſtituta, ac cæſis victimis, omni aditu ſepto iurantes introducebantur, & furiali carmine dirâ execratione ſe deuouebant. Romani iurantes terram tenentes, Cœlum, Deoſque conteſtabantur; ſe, caput ſuum, familiam, fortunas deuouentes; apud quos erat & illa formula per lapidem Iouem iurandi in fœderibus ſanciendis, de quo Liuius *lib.* 1. *&* 20. & Polybius.

Iurādi locus.

Græci in Iouis Olympij templo, & in arce Athenis iurabant, atque Athenienſes nonnunquam in Iſthmo, aut ludis Pythiis fœdera icère. Romani cum iurant Herculem, id facere prohibentur ſub tecto; huius cauſam pete ex Plutarcho.

Naſamonum iuſiurandū.

Naſamones per eos viros, qui iuſtiſſimi, atque optimi apud illos fuiſſe dicuntur, iurant, illorum ſepulchra tangentes. Diuinant ad ſuorum accedentes monumenta, & illic vbi preces peregerunt indormiunt: vbi quodcumque per quietem inſomnium viderunt, eo vtuntur, &c. Herodotus *lib.* 4.

Iurantes, vt docet Thomas comment. in Aratum, manu comprehendebant herbam Thyterium dictam, ſimilem Libanotidi. Vide Lex. θυτήριον. Iuraturi olim & potiſſimum Platonici reuerentiæ cauſa, & boni ominis duntaxat dicebant: Μὰ τὸν, Deum omittentes. Suid.

Ioſeph. Laurenty Polymath.

Iurantes, Horcium colebant, Horcij enim Dij, qui iuramentis præerant. Hetæreium eiuſdem decuriæ, & Symmoriæ; Philium amici, Aræum precantes, Xenium hoſpites, Hicetium ſupplices, Homognyon fratres, Epheſtium contubernales. Erat & Romæ ara in gradibus Curiæ ad læuam, in qua iurari ſolebat, dicta puteal Libonij, à puteo, in quo Accij Næuij nouacula cum cote fuerat defoſſa: ibi ſolemne hoc iuramētum concipiebat iurans: Iouem Lapidem, dicens, ſi ego ſciens te fallo, ita me eiiciat Dieſpiter bonis, ſaluâ vrbe, arce, vt ego hunc lapidem: & ſic iurantes lapidem, ſeu aram tenebant, vt dictum. At iuſiurandum ſolemne in Capitolio ſemper factum notat Dempſterus.

Pauſanias tradit *in Eliacis*, veteres ſolitos fuiſſe hoſtiam per quam aliquis iuraſſet, non amplius inter edulia, & cibaria homini apponere; Vnde Homerus præconem inducit aprum in mare proiecisse per quem Agamemnon iurauerat Briſeida ſui lecti eſſe expertem. Nouar. *Sched. lib.* 8. *cap.* 7.

Honos habitus Platoni.

De honore verò Platoni habito, qui diuinus ſemper nuncupatus, ac tanquam ſemideus etiam coronatus, ita refert D. Auguſtinus, de Ciuitate Dei cap. 15. *Platonem, quem ſemideum colunt, nulla ædicula ſacra dignum putarunt.* Addit de Romulo, *Romulum ſuis Diis multis prætulerunt, quamuis, & ipſum ſemideum potiùs, quam Deum.*

Cœna quotannis in honorem Platonis.

Cœna quoque quotannis instituta in honorem Platonis. Euſebius Cæſ. de præpar. lib. 10. cap. 1. ex Porphyrio lib. de ſtudioſo auditu, *Apud Longinum,* ait, *ad honorem Platonis, vt ſingulis annis fieri ſolet, multi ſimul philoſophi cœnabamus, &c.* Defuncto Platoni immolatum fuiſſe Seneca aſſerit *epiſt.* 58. & ſi quem laude dignum efferre volebant, Platonem dicebant: hinc Virg. poëtarum Plato dictus. Lampr. *in Alex. Seuero,* ait. Platonem poëtarum vocabat Virgilium, eiuſque imaginem cum Ciceronis ſimulacro in ſecundo larario habuit. Nouar. *Sched.*

Lycurgo honos habitus.

Lycurgo etiam tanquam optimè merito de diſciplina ciuili ſummus honos habitus. Plutarchus in eius vita refert, templum ei conditum à Lacedæmoniis, & ſingulis annis, vt Deo ſacra facta. Cleanthes quæ à Zenone audierat, oſſibus boum, & teſtis fictilibus perſcribere ſolitus, cùm pecunia non ſuppeteret ad cartas emendas, huius eximia cenſura, & induſtria abiit in prouerbium, Cleanthea Lucerna. Vide Adagiographum. Enituit Aſtronomia Beroſus, cui ob diuinas prædictiones Athenienſes publico in gymnaſio ſtatuam inauratâ linguâ poſuere. Plin. *lib. 7. cap.* 37.

Homerus Æſchylus Tyrtæus honorati.

Homero quoque ſummus honos habitus ab Athenienſibus, vt quinto quoque anno in Panathenæis carmina illius recitarentur publicè. Tyrtæo etiam apud Lacedæmonios, qui cum hoſtibus dimicaturi, in procinctu conuocati in tabernaculum regium eius carmina audiebant, vt incitarentur ad ſpernendam vitam pro patria. Æſchylo idem honos ab Athenienſibus

eributus: Vnius enim ex omnibus Tragicis fabulæ, ipſo etiam mortuo, vt docerentur decreto publico ſtatutum eſt, ex Atticis bellariis Pontani.

Capitolinus ſcribit, M. Ant. Philoſophum Imperat, tantum honoris magiſtris ſuis tribuiſſe, vt imagines eorum aureas in Larario haberet. Alex. Seuerus, teſte Lampridio, bina habuit Lararia, alterum maius, minus alterum, in maiori Alexandrum magnum, in minori Ariſtotelem, Virg. & huiuſmodi cuſtodiebat. Iuſiurandum Hippocratis ſic à D. Hieronymo deſcribitur, Hippocrates adiurat diſcipulos ſuos antequam doceat, & in verba ſua iurare compellit, extorquet ſacramento ſilentium: ſermonem, inceſſum, habitum, moreſque præſcribit. Hac diſciplina in bonos euadunt diſcipulos.

Caſſiodorus Var. 6. ait, *Reuerendum honorem ſumit, quiſquis Magiſtri nomen acceperit.* Inter patritios numerabantur: poſtea quoque longè ſupra eos habiti & ad *συντεκνίας* Imperatorum nonnunquam aſciti. Itaque conſanguinei Imperatoris hoc quoque titulo ornabantur: etiam Fratres, quin etiam Filij. Meurſ. Lex. Philol. Refert Caſaub. *ad Athen. lib. 6. cap. 5.* multos diſcipulos olim à præceptoribus ſuis glorioſum nomen aſſumpſiſſe. Sic Herodicus *Crateteus* cognominatus; Diodorus & Artemidorus, Ariſtophanis Grammatici diſcipuli *Ariſtophanei* dicti, Iſter *Callimachius*, Rholus *Democriteus*, tanti faciebant nomen præceptoris.

Præceptorũ honos.

Auctarium addo, præceptores, ſeu duces quos in doctrina ſequuntur; *ἄνακτες*, & *βασιλεῖς*, reges, & dominos appellabant, Euripides *Ὀρφέαν' ἄνακτ' ἔχων*, *Orpheum regem putans.* Gebhard. Crepund. *lib. 1. c. 9.*

Præceptores olim in Eccleſia quatuor, qui Euangeliſtas, qui Apoſtolum, qui pſalmos interpretarentur, dicti *διδάσκαλοι*; Dignitate maximus quartus, *οἰκουμενικὸς* dictus, qui apud ciſternam regiam in palatio habitabat cum duodecim diſcipulis, iuris in omni ſcientiarum genere inſignibus, tantaque auctoritate res diuinas tractabant, vt abſque eorum conſilio, ne ipſi quidem Imperatores temerè aliquid aggrederentur, Cedrenus. Docebant autem auctoritate Patriarchæ, quo defuncto, neque alio ſuffecto, non poterant docere. Stipendium illis decreuit Imperator libras trecentas tres, & frumenti modios 50. Balſam. Aſiſtebant ſtatim Patriarchæ poſt *ἄρχοντας*. Lex. gr. barb. c 27. Magiſtri magno in honore olim apud Imperatores, adeo vt intimos à conſiliis aſciuerint. Imò inter Patricios numerarint, vt colligitur ex Codino *in orig. Conſt.* inde ante eos habiti, dignatique nomine conſanguinei, & fratris Imperatorum.

His in creatione veſtis dabatur, erantque plures vſque ad num. 24. vt referunt Euagrius, & Luitprandus, quos citat Lex. gr. bar. & Caſſiodorus 6. variar.

HIERON. SVPERANTIO Equiti, & Procuratori D. Marci.

DISSERTATIO II.

Quid manumiſſio, Quotuplex. Quot ad eam neceſſaria. Seneca, Perſius explicatus. Quid feſtuca. Quid vertigo. Quid vindicta. Salutatio poſt manumiſſionem. Manumiſſi inſignia. Et alia ad manumiſſionem ſpectantia.

SENECAM philoſophum ſapientiſſimum meo de more (vt meos mores reddam in dies meliores) voluntanti, Epiſtolæ octauæ locus mihi ſe ſe obtulit elegantiſſimus; *Non differtur* (inquit) *in diem, qui ſe illi* (philoſophiæ) *ſubiecit, & tradidit, ſtatim circumagitur.* Qui locus mihi maximè arriſit, quia locum pulcherrimum Perſij Sat. 5. explicauit. — Seneca explicatus.

———Quibus vna Quiritem
Vertigo facit, &c.

Quoties enim apud veteres ſerui manumittebantur, alapâ cædebantur, deinde circumagebantur, qui mos à Briſſonio, Cniacio, Lipſio, & aliis notatus, & obſeruatus; idem Perſius. — Modus manumittendi ſerui alapa, & circumactione.

Verteris hunc dominus, momento turbinis exis.

Politianus politioris litteraturæ facilè princeps ad illum locum Perſij Sat. 5.

Non in feſtuca, lictor quam iactat ineptus.

Præter circumactionem (inquit) quæ fortaſſe facta, vt oſtenderent licere iam ipſis pro ſuo arbitrio, quorſum vellent, moueri; feſtuca in eum iniecta: quod ex Plutarcho, in libello de iis, qui ſerò à numine puniuntur, colligit his verbis; *Morem fuiſſe Romanis, vbi quempiam manumitterent, vt eius corpori tenuem feſtucam inyicerent.* Ex quo illud apud Plautum in milite. *Quid ea? ingenua, an feſtuca facta ſerua, an libera?* Feſtuca eſt virga Prætoria, quæ imponebatur ſeruo, quem dominus apud Prætorem manumittebat, vnde & vindicta dicebatur, quod eâ in libertatem vindicaretur. Perſius Sat. 5. — Feſtuca quid.

Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi,
Cur mihi non liceat, iuſſit quodcunque voluntas?
Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetauit.

Quatuor igitur ad manumiſſionem iuſtam lego obſeruata. Primo dominum caput manumittendi tenere ſolebat, vt oſtenderet, ſe in caput illius eſſe vere dominum, atque omne ius tenere; & ex Feſto, Manumiſſio dicta, quia dominus caput ſerui, quem — Quatuor requiſita ad manumiſſionem. I requiſitũ. Manumiſſionis etymon.

in libertatem venire volebat, vel eius aliud membrum tenens dicebat, *Hunc ego hominem liberum eſſe volo*, & emittebat cum de manu. Quæ manumiſſio legitima triplex, Vindicta, Cenſu, & Teſtamento. His addita quarta a Conſtantino in Sacroſanctis Eccleſiis. Videndi auctores. Sed rem paulo latiùs attingo.

Ius priuatum, vt optimè Sigonius, libertatem ſpectat, vt nec dominorum poteſtati, neque alterius imperio quis ſit obnoxius. Serui verò obnoxij, qui aut nati ex ancillis dominorum: aut facti iure ciuili, cum ſe pretij habendi cauſa venire paſſi ſunt; aut iure gentium, cum bello capti. Vindictæ rationem intuliſſe fertur. P. Val. Poplicola poſt exactos reges, tracto nomine, & origine à Vindicio ſeruo, ob coniurationem patefactam. Videndi Liuius, Plutar. vel à vindicta, ſeu virga, vt mox dicam. Hæc poteſtas olim à Coſ. in Prætorem vrbanum emanauit. Manumiſſionem per cenſum Ser. Tullus inſtituit, qui fuit auctor cenſus, & ſerui liberandi auctor fuit; de quo ita Vlpianus, Qui in peculio centum haberent, aut quibus eas facultates domini impartirent, ſi eos domini in cenſum ciuium à Cenſoribus aſcribi iuberent, libertatem conſequebantur, quod fuit inſtitutum Seruij.

Serui nati.
Serui facti.
Vindicta.
Manumiſſo per Cenſum.

Manumiſsio per teſtamentum educitur è 12. tabulis, *Vti ſua quiſque legauit, ita ius eſto*. Pomponius ad manumiſsiones etiam interpretatur: His omnibus ciuitas, & ius libertatis datum, quod adimi non potuit. Hi dicti libertini, niſi ipſi auctores fierent, qui erant immunes à priuatorum verberibus. Alia priuilegia proſequitur pluribus Sigon.

Manumiſſio per teſtamentum.

Deinde alapam impingere ſolebant, quam Claudianus vocat, gratum ictum, & felices iniurias, vt oſtenderent ſe in eos vltimam exercere poteſtatem, & facere eos ciues Romanos, quos piaculum, cædere; ideò à Baſilio vocatur τελευταία τῶν δούλων πληγή, hoc eſt *nouiſſima ſeruorum plaga*.

II. requiſitũ. Alapa in manumiſſione.

Tertio; alapas ſequebatur in gyrum actio, quam Perſius vocat vertiginem, & turbinem; hac formula, *Liber eſto, atque abito*, vel, *Hunc hominem liberum volo eſſe*, vt notat Briſſonius, & alij.

III. requiſitum. Vertigo in manumiſſione.

His ita peractis, lictor vindicta Prætoris, ſeu feſtuca caput manumiſſi feriebat, aut ipſe Prætor impoſita capiti vindicta pronunciabat, *Aio te liberum more Quiritum*. Perſius

IV. requiſitũ. Feſtuca, vindicta quid.

Vindictâ poſtquam meus à Prætore receſſi.

Quæ vindicta ſic dicta ab illo Vindice, de quo Liuius lib. 2. *Qui ſeruus, cum adoleſcentium nobilium coniurationem patefeciſſet, libertate, & ciuitate donatus eſt.*

Vindicta vnde dicta.

His peractis, Manumiſſi, *Patrone ſalue*, exclamabant, & raſum caput ibant in illo ſedili lapideo, vbi hic verſus inſcriptus.

Poſt manumiſſionem quid peractũ. Salutatio poſt manumiſſionem.

Benè meriti ſerui ſedeant, ſurgant liberi.

Vt enim naufragi caput radebant (à me hoc quoque notatum) quod procellas maris ſuperaſſent, ita hi quoque, quòd tempeſtatem ſeruitutis.

Demùm ad pileos ſumendos ſe conferebant, nomẽ geminãtes, Domini, ſiue Patroni

Ad pileum Serui.

Hæc de prima ſpecie manumiſſionis per vindictam, alias omitto.

Manumiſſionis inſignia recenſentur à Tertulliano de reſurrectione carnis; *Albam veſtem, aureum annulum, patroni nomen, tribum, & menſam*. His adde pileum, de quo alibi.

Manumiſſi inſignia.

Adhibebant veteres ſuis actibus certas obſeruationes, veluti ſymbola quædam. In manumiſſionibus alapa dicta rapiſma. In teſtamentis æs, & libra. In vindiciis manuum coniectio, moribuſque nunc noſtris recepta in emptionibus, venditionibuſque manus datio, ſiue percuſsio. Tale illud quod in atteſtationibus, teſtibus aurem attrectarent, idcirco nimirum, vt rei cuius gratia teſtes adhibebãtur, meminiſſe vellent. Quemadmodum enim ſecundum Phyſicos, ſingulæ corporis partes ſingulis Diis conſecratæ ſunt, ſupercilia videlicet Iunoni, frons Genio, digiti Mineruæ, genua Miſericordiæ, ſic dextra Fidei, & auris Memoriæ. Vide Feſt. Varr. Cynadra erat fons ex quo bibebant ſerui qui manumittebantur. Lex.

FRANCISCO ERIZO
Equiti, & Procuratori D. Marci.

DISSERTATIO III.

Nobilitatis inſignia: in pueris etiam inaures habitæ. Pueri mortui non cremati vt viri, ſed ſepulti cum cereis: non inferiæ illis, non alia habita iuſta. Subgrundiaria ſepulchra. Ad ſupplicium quomodo ducti noxij. Iniectio glebæ, ſepulturæ genus. Iuſta quæ mortuis facta. Cadauera inſepulta quomodo expiata. Pulueris iniectio, ſepulturæ genus apud Latinos, & Græcos. Abitio pro morte. Poſtliminio reuerſis qui ritus, & alia.

NOBILITATIS puerilis inſignia paſsim recenſentur prætexta, & bulla aurea, de qua ſic Plinius lib. 32. cap. 1. *Sed à Priſco Tarquinio omnium primo filium, cum in prætexta annis occidiſſet hoſtem, bulla aurea donatum conſtat: vnde mos bullæ durauit, vt eorum, qui equo meruiſſent, filij, inſigne id haberent, cæteri lorum.* Sed præter bullæ inſignia, inaures reperio fuiſſe nobilitatis ſtemma in Apuleio de dogmate Platonis his verbis: *Auri tantum, quantum puer Nobilitatis inſigne in auricula geſtauit, quas inaures Fabricam Deam, vna cum fibu-*

Nobilis pueri inſignia. Bulla aurea, & prætexta. Bulla aurea à quo primùm donata.

Inaures, inſigna.

lis, & aliis muliebris cultus, factitaſſe, apud eundem legimus.

At viri pipulo differebantur, & conuitiis affecti exſibilabantur, aures perforatas habētes, Plautus Pæn. 5. Sc. 2. *Incedunt cum anulatis auribus*, hoc eſt, perforatis cum anulis. Extat iocus Ciceronis in Aſrum. *Aurem perforatam habet.* Inaures Iſidorus putat ab aurium foraminibus ita nuncupatas, ex quibus pretioſi lapilli dependebant. Tertul. lib. de habitu mulieri, *Graciles*, ait, *aurium cutes Kalendarium expendunt.* Plin. lib. 9. cap. 35. de elenchis loquens ait, *Hos digitis ſuſpendere, & binos, ac ternos auribus fœminarum gloria.* Apud Græcos puellæ vtraque aure inaures geſtabant, pueri dextra tantum Iſid. *lib.* 19. *Orig. cap.* 31. Mulierum inaures longæ ferè erant. Ælian. *de varia hiſtoria lib.* 1. Mulieres, ait, ex auribus longas inaures dependentes habebant. Nou. *Sched. lib.* 9. *cap.* 1. Patrimonia ſingulis auribus dependere mulierum & virorum clamat Seneca *lib.* 7. *de benef. c.* 9.

Diſcrimen igitur habitum in ornandis pueris viuentibus; diſcrimen etiam in functis vitâ ſuprema perſoluendo; horum enim acerbam, & immaturam mortem aliter flebant, atque virorum; Viri enim elati ad funus facibus, funalibus ad rogúmque portati; at pueri ſepulti, candelis, & facibus permiſtis prælucentibus. Seneca id apertiſſimè docet, de Breuitate vitæ, cap. vlt. *At mehercule iſtorum funera tanquam minimum vixerint, ad faces, & cereos ducenda ſunt.* Idem de Tranquillitate cap. 2. Epiſt. 122.

Nullæ inferiæ puerorũ. Candelæ in funere puerorum.

Immaturas exequias fax, cereuſque præceſſit.

Perſius,

——Terra clauditur infans,
Vt minor igne rogi.

Plinius ait, clarè, & apertè, *Hominem priuſquam edito dente non cremari.*

Ad hunc morem alludit Seneca Trag. in Hercule furente, vbi dicitur de infantibus poſt mortem,

His datum ſolis minus vt timerent,
Igne prælato releuare noctem.

Quod verò iis nullas facerent inferias, aut parentarent, Plutarchus in conſolatione ad vxorem aſſerit his verbis ſub finem; *Sed in acceptis à maioribus per manus moribus, atque legibus magis elucet, quid in his rebus ſit verum; ſuis enim infantibus mortuis, neque inferias libant; neque aliud quidquam faciunt eorum, quæ fieri mortuis apud alios ſolent.*

An verò illis buſta, ſeu tumuli extructi? neque igni, neque tumulo illi pares. Subgrundiaria antiqui dicebant ſepulcra infantium, vt habet Antiquarius Gullielmi, qui nondum 40. dies implerant, quæ nec iam buſta dici poterant, cum oſſa, quæ comburerentur, non haberent; nec tumulus, cum tanta cadaueris magnitudo non erat, vt locus tumeſceret; Rutilius Geminus Aſtyanacte, *Melius ſubgrundiarium quæreres, quam ſepulcrum.*

Subgrundiaria ſepulchra quæ.

Faces in funeribus etiam virorum adhibitas Tacitus 2. *Annal.* innuit, loquens de funere Germanici, vnde quidam malunt funus dictum à funalibus, quibus in ſepeliendo vtebantur. Et quia æuo priſco noctu elata cadauera, ideo vſus facium, & funalium irrepſit, & permanſit, etiam cum interdiu efferebantur, & ad noſtrum vſque perdurat. Demum pueri ad tibiam ſolam efferebantur, vt & egeni viri: diuites ad tibiam, & tubam ſimul, de quo alibi.

Faces in funeribus.

Funus vnde dictum.

Pueri elati ad tibiam tantum. Viri ad tibiam, & ad tubam.

Ad aliud ſepulturæ genus virorum præter vſitatum, gradum facio à puerorum funere. Præter morem enim conſuetum iuſta faciendi, & parentandi, alium reperio notatum à Feſto, præcidaneâ porcâ, quæ immolabatur ab eo, qui mortuo iuſta non feciſſet, id eſt glebam non iniecisset. Iniectio glebæ genus erat ſepulturæ omnium infimum, vſurbabaturque, cum quis in cadauer inſepultum inciderat, nam inſepultum relinquere nefas habitum, quod porca expiandum eſſet, ideſt piacularibus ſacris ſoluendum. P. Faber notat ex Feſto, omnis hoſtia, quæ vel frugum cauſâ, vel mortui, cui iuſta quis non feciſſet, immolabatur, porca dicebatur præcidanea, Marius Victorius vocat præcidariam, quæ differt à præſentanea, hæc enim præſente mortuo, quem condituri ſunt, immolabatur. Horatius Od. 28. lib. 1.

Iniectio glebæ ſepulturæ genus. Cadauera expiata porca.

Mortuis iuſta quibus modis facta.

Licebit iniecto ter puluere curras,
Negligis immeritis nocituram,
Poſt modo te natis fraudem committere, &c.
Teque piacula nulla reſoluent, &c.

Eadem erat Græcis pulueris iniiciendi religio, vt colligitur ex Sophocle. Sic Palinurus Æneæ apud Virgilium.

Pulueris iniectio ſepulturæ modus apud Latinos, & Græcos.

——Aut tu mihi terram
Iniice.——

Quæ omnia quaſi in vnum faſcem colligo, & 1. hunc ritum à Græcis credo vſque fluxiſſe: Ad hæc tam neceſſarium, vt vel à properante eſſet peragendus, &, ſi omitteretur, piaculum eſſet. Demum ter repetendam pulueris iniectionem, nec glebam, ſed puluerem fuiſſe; nam glebæ iniectio aliud ſepulturæ genus à pulueris iniectione; illa enim coniuncta cum crematione cadaueris; hæc ſimplex ſepultura. Cicero 2. de legibus ſubſcribit, *Priuſquam in os iniecta gleba eſt, locus ille, vbi crematum eſt corpus, nihil habet religionis: iniecta gleba tumulis, & humatum eſt, & gleba vocatur.* Præter terram ſolutam iniectam, etiam Lapidatio erat ſepultura propriè (vt à me alibi indicatum) malorum poëtarum, & ſceleſtorum: id colligitur ex Dionyſio *lib.* 3. loquente de Horatia inſepulta, terra deinde, & lapidibus congeſtis humata. Collaticia ſepultura erat honeſta, vt pulueris iniectio, cuius meminit Quintilianus Declam. 6.

Pulueris iniectio, & glebæ quomodo differant.

Lapidatio ſepulturæ genus. Collaticia ſepultura quæ.

Commune ſepulcrum erat miſeræ plebi, vt habet, Hor. *Sat.* 8. *lib.* 1. ad differentiam nobilium, quorum familia habebat propria in agris propriis; vnde Troia dicta à Catullo commune ſepulcrum Europæ, & Aſiæ. Extra Exquilias, vt dictum, hoc ſepulcrum commune apud Rom. Puticulæ dicti, ſeu Puticuli, quod monumentum inſcriptum

hoc

hoc pacto. H. M. H. N. S. hoc monumentum hæredes non ſequantur, vt erant illa nobilium hæredibus deſtinata, & cum nomine: hæc verò ſine nomine, vt quæ capitum ingloriorum. Ouid. metam. 12.

——— Tumulo quoque nomen habenti Inferias dederat.

Sepulti vbi eſſent mortui.

Mortuos ibi ſepultos, vbi erant mortui, lego in Probo de Pauſaniâ; *t nimi mortui corpus cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quò hi, qui ad ſupplicium dati eſſent, diſplicuit pluribus, & procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. Inde poſterius Dei Delphici reſponſo erutus, atque in eo loco ſepultus, vbi vitam finierat.* Hoc idem firmant hiſtoriæ Miſeni, & Palinuri apud Virg. Suetonius in Galbâ. *Senatus, vt primùm licitum fuit, ſtatuam ei decreuerat roſtrata columnæ ſuperſtantem in parte fori, quâ trucidatus eſt.*

Sepulchrorum ius defunctis.

Mos etiam vetus, quo cauebatur, vt nemo ſepulturam haberet in eo loco, quem alius ſepulcro prius occupaſſet.

Virgilius in 6. Æneid. de Deiphobo.

Nomen, & arma locum ſeruant.

Idem in 7.

Et nunc ſeruat honos ſedem tuus.

Vota in ſepulcros mala.

Veteres optabant caprificos ſepulchris eorum, quos oderant, Propertius Eleg. 5. lib. 4.

Vrgeat hunc ſupra vis, caprifice, tua.

Sepulchra amicorũ purgata.

Sed etiam tumulis eorum, quos habebant charos, ſentes, & dumos excidere, expurgareque ſolebant. Propertius Eleg. 7. lib. 4. *Pelle ederam tumulo.* Cædere & ſaxis buſta eorum ſolebant, qui inuiſi fuerant. Propertius Eleg. 5. lib. 4. *Sacris hoc buſtum cædito ſaxis.*

Saxis cæſa ſepulchra inimicorum.

Eodem Maronis illud pertinet.

Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus.

Turnebus lib. 22. cap. 6.

Subnecto filum huic velo ſatis bonum ex Iani Gulielmi antiquario, aſſerentis, *abitionem*, pro morte antiquis vſurpatam, teſtibus Plutarcho *in Cic.* ac Tertulliano *de teſt. animæ*, nam ſi quis de aliquo pridem mortuo, tanquam de viuo requireret, ne cogerentur δυσφημεῖν, ſolebant dicere, *Abiit iam, & reuerti debet.* Nec vnquam monumentis, *obiit*, aut, *mortuus eſt*, aut, *fuit. Vixit, Abiit*, inſcriptum inuenitur, quod & patet ex formulâ euocante ad funus populum, *L. Titius vixit, L. Titio exequias ire quoi commodum eſt, tempus eſt, olus iam effertur.*

Abitio pro morte.

Infauſtum dictum, mortuus eſt.

Poſtliminio reuerſus qui sitas.

Poſtliminio receptus, id eſt, qui extra Prouinciæ terminos captus ad propria reuertitur, aut, cui abſenti iuſta facta erant, ſi rediret inſperatus, poſtliminio reuerſus dicebatur: cui apud Athenienſes ædes priùs ingredi interdicebatur, quàm per ſinum laxæ ſtolæ à muliere demiſſus denuò naſci videretur, ideoque eum ὑστερόποτμον vocarunt. Romani limen inſiſtere nolebant, (in limine enim mortui collocabantur) funeſtari ab eo tum ſuperum, tum inferum limen credentes, idcircò tecto perforato in ædes admittebant, ne ominoſum eſſet, per ianuam ingredi, per quam tanquam mortuus elatus fuerat. Vide lex Philol. Iuſtin. & Iuriſconſultos. Mortuis nos ſolemus precari *Requiem*: antiqui, *Terram leuem*, hac formulâ vtentes, κύφη γῆ τοῦτον καλύψαι, *leuis terra hunc cooperiat.* Suidas. Μακαρίτης, & Μακαρῖτις, *beatus, beata*, dici ſolebat, cum nominabant vitâ defunctos, vt nunc dicimus, *Felicis memoriæ. Felix, & beatus ſit*, & huiuſmodi; ex Luciano de luctu, hyſteropotmus dictus ille, cui etiamnum viuo, vitâ tamen ex hominum opinione functo, rogus fuit extructus.

Mortuis quid precabantur.

ANTONIO BARBARO
Equiti, & Procuratori D. Marci.

DISSERTATIO IV.

Quomodo cadauera expiata, & ſcelera luſtrata in honorem defunctorum. Græcorum mos cadauera cuſtodiendi, & flendi totis noctibus. Cuſtoditi etiam latrones cruci affixi. Quinam inſepulti. Locus Apuleij de ſepulturâ, de veſte lugubri, & alia de funere, & ritu cuſtodiendi cadauera. Vbi capite damnati ſepulti. Luctus publicus, & priuatus quando finiretur. Virgines vitiatæ, & deinde ſtrangulatæ. Ad ſupplicium quomodo ducti nocentes. Lugendi modus, & alia multa de Parentalibus, ſepulchrorum ornatu, de vrnis, &c.

Veſtis Sacerdotum cuius coloris.

QVEMADMODVM Sacerdotes Populi Romani Diis ſuperis ſacrificantes, puram veſtem habebant, ita dum ſubterraneis Diis ſacra mortuorum celebrabant, Sacerdotum veſtis erat diſtincta litteris Θ. K. hoc eſt, Θεοῖς Καταχθονίοις, Deos inferos deſignantibus: vnde in ſepulchralibus inſcriptionibus Θ L. Cornelius, nil aliud ſignificabat, quam vixit, obiit L. Cornelius. Seruius ad 12. Æneid. ait. *Impolluta veſtis, & pura dicitur, quæ neque funeſta ſit, neque fulgurita, neque maculam habeat, Θ. K. homine mortuo.* Quare in militibus recenſendis, ſi qui fortè obierant, vel perierant, expungebantur ex albo, hac notâ Θ. nomini præfixâ, ex Rufino in Hieronymum. Iudices etiam literam Θ. nominibus eorum apponunt, quos ſupplicio afficiunt, dicta enim θῆτα ἀπὸ τοῦ θανάτου, eò quòd habeat telum ſuum, vnde mortis eſt ſignum. Perſius,

Θ præfixum mortuis militibus.

Θ Littera & nota damnationis.

Et potis eſt nigrum vitiis præfigere theta.

Damnatis

Damnaris imagines ſtarim ademptæ, & in carcere collocatæ, vt poteſt intelligi è peroratione orationis pro Sullâ. Dio quoque Vitellij ſtatuas in carcerem tractas fuiſſe narrat in hiſtoriis: litera abſolutionis erat *Tau* apud Græcos, fortaſſe id myſticum; ſalutarem enim Crucem ſignificat. Apud Latinos vero ſalutaris litera erat A, id eſt abſolutionis, mortifera C, condemnationis, ideo hæc à Cicerone *triſtis* dicta, illa *ſalutaris*. Mendoxæ Viridarium:

Lauandi cadauera ritus.

In Cataſtrophe 10. lib. Athænei reperio modum abluendi, expiandique cadauera, quæ dicebatur parentatio, ſeu luſtratio, adhibita in honorem defunctorum, aut ad expianda ſcelera hominum piaculo obſtrictorum, de quo Cleodemus hæc ſcribit,

Sub veſperam ſepulchri foſſam excaua.
Deinde conuerſis in eam foſſam oculis, ſuper veſperam
Aquam infunde, ac poſt eloquere,
Vobis luſtrationem hanc offero, quibus oportet, & quibus fas eſt
Vnguento dehinc foſſam aſperge.

Parentatio quæ, qualis. Sepulcra vittis ornata.

Ex quo colligo, expiationem quæ iuſta, ſeu parentalia dicebantur, aquâ, vnguentis, & precibus conſtitiſſe ſuper foſſam ſepulti.

Fabæ deinde vſurpatæ in parentalibus, ſicut in Peruigiliis, in Lemuralibus enim fabam noctu iactabant, Lemures ex domo eiicere clamantes, quam nigram eſſe oportuit, ipſamque loris manibus, & pede nudo per ora verſare, & poſt terga reiicere, æriſque tinnitum facere, vtque Lemures fabis redempti domo abirent, nouies orare, idque Maio menſe tribus noctibus, donec ſolutis religione animis manes expletos dicerent. Ouid.

Cumque manus purè fontanâ perluit vnda,
Vertitur & nigras accipit ore fabas.
Auerſuſque iacit, ſed dum iacit, hæc ego mitto,
Hu, inquit, redimo meque, meoſque fabis.
Hæc nouies dicit, nec reſpicit, vmbra putatur.
Colligere, & nullo terga vidente ſequi.

Libamina quæ.

Cicer, lentes, & offæ ad ſepulcra illatæ, quæ ſuper nudam ſilicem appoſitæ. Libamina in tumulum ad Orientem aut Occidentem verſi, fundebant veteres; erant autem, vt vult Lucianus, vinum & mulſum; vt Æſchines in Perſis, mel, lac, vinum, oleum, aqua, farina. Ægyptij parentantes, poſt preces, oppleti lacrymis, tumulum amplexantur, & coronant. Alex. *lib. 5. cap. 26.*

Tæniæ mortuorum. Vrnæ mortuorum tæniis ornatæ.

Sepulcra mortuorum vittis ornata legimus in Cæcilio Comico his verbis, *ſepulcrum plenum taniarum eſt, ita vt aſſolet.* Has tænias Scaliger in Feſto explicat, de faſciis, quibus inuoluebantur mortui. Plutarchus in Philopœmene docet defunctorum vrnas tæniis cingi, & redimiri Varro lib. 6. ling. Lat. *Itaque nunc cum ad ſepulcrum frondes, & flores ferunt, lanas addunt.* Non ſolum ſepulcra, ſed & templa, & Deorum ſimulacra tæniis ornata laneis: Ita Virgilius Æneid. 4,

Velleribus niueis, & feſtâ fronde reuinctum.

Ouidius:

Eſt mihi marmoreâ ſacratus in æde Sichæus,
Oppoſita frondes, velleráque alta tegunt.

Lanarum in templis origo.

Origo huius ex doctiſſimo Cerdâ, ab eâ conſuetudine, qua veteres illigabant vinculis Deorum ſimulacra, ne hoſtili carmine auocarentur. Liuius lib. 39. *Lana cum integumentis, quæ Ioui appoſita fuit, decidit.* Et non ſolum Dij lana vincti, ſed ferro, & plumbo. Sed hæc non ad rem, an ad fouenda Deorum, & mortuorum cadauera contra frigus? Ridiculum. At mater Peſſinuntia contexuit velleribus pinum illam, ſub qua Atys ſe exuirificauit. Lege Arnobium, *lib. 5.* fortaſſe hæc vellera erant, quæ dicebantur ſtemmata, quibus Dij coli ſolebant. Tu huius arbiter æquus, cenſe. De ſtemmate, de parentalibus à me etiam alibi.

Sanguis in parentalibus.

Auctarium addo, humanum ſanguinem ad ſepulchra mortuorum fuſum, placandis illorum manibus, Tertullianus: *Olim quoniam animas defunctorum humano ſanguine propitiari traditum erat, captiuos, vel malo ingenio ſeruos mercati, in exequiis immolabant.* De Gallis Diodorus lib. 5. *Vtuntur captiuis tanquam hoſtiis ad Deorum victimas.* Suetonius *in Aug. cap. 15.* Valerius Max. Seneca *in Troade.*

Sanguinis fundendi in parentalibus origo.

Origo ludi gladiatorij, vnde gladiatores ipſi buſtuarij dicti (de quibus alibi) ab hoc ritu orta: qui à Græcis emanauit ex Euripide in Troade, vbi Hecuba ita loquitur: *Hei mihi ſepulcro miniſtram peperi. Sed quanam hæc lex? aut quis ritus Græcorum?* Inde Græcis parentationes dictæ αἱμακουρίαι, à ſanguine puerorum, quo ab illis fortaſſe parentatum.

Expiatio ſupplicum quomodo facta.

De ſupplicum verò expiatione hæc refert Cleodemus ex Athen. *Cum laueris manus qui viſcerationis participes ſunt, & eius, qui expiatur, ſanguinem (è venis, aut aliquâ aliâ corporis parte eductum) aqua ſumpta purifica, & ablue, ac poſt eam ablutionem agitatum, & in vnum coactum effunde.* Vnde vides expiationem factam ſanguine, & ablutione ſanguine miſta. Expiandæ cædis gratia veterum hunc morem refert Rhodiginus *lib. 3. cap. 23.* vti ad cæſi caput enſem abſtergerent, veluti ſic ſceleris auerruncarent labem, vel corporis totius extrema præciderent; præſertim ciuili cæde perpetrata, eaque connexa ſibi ad alas applicarent, eo modo nocumenti vim auferre ſe arbitrati, quod ab eis, μασχαλιδῖα dicebatur.

Expiatio cædis.

Primitiæ, & decimæ aliquando pro mortuis oblatæ, vt habet Dionyſ. lib. 8. his verbis: *Quum eum detuliſſent ab ſuburbium quod maximè erat inſigne, rogo iam extructo impoſuerunt; toto populo cum gemitu, & lacrymis proſequente: deinde mactatis ei victimis oblatiſque omnium aliarum rerum principiis, quas homines in Regum, vel Imperatorum exequiis ſupra rogum offerre ſolent v, quibus erat cariſſimus, ibi remanſerunt, donec flamma langueſcens ſubſideret: deinde collectis reliquiis in eodem loco humarunt, &c.* Deinde lib. 11. *Sic eum ſepulturæ mandarunt elatum magnificentiſſimo funere, eique maximam*

mam pyram extruxere, & pro viribus dederunt decimas aliarum, quæ viris fortibus in ſupremo honore dari ſolent, &c. Idem in Gracchis, *loca, in quibus fuerant interempti conſecrantes primitias ibi omnium, quæ temporum articuli ferunt, litabant, multi etiam quotidie ibi ſacra faciebant, & adorabant*, &c.

A parentatione ad cadauerum cuſtodiam procedo. Ex Petronij Satyrico eruo morem cuſtodiendi cadauera, & deflendi, his verbis. *Hæc ergo cum virum extuliſſet, non contenta vulgari more, funus paſſis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in conſpectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam proſequuta eſt defunctum, poſitumque in hypogæo, Græco more, corpus cuſtodire, ac flere totis noctibus, diebuſque cœpit.* Quod factum, ne defuncto cadaueri fieret iniuria ab inimico, creditore, ſagâ, aut violatore ſepulcri, ſiue τυμβωρύχο, ſpoliatore mortuorum. De eadem cuſtodiâ cadauerum Apuleius 2. *Metamorph.* multa, quæ quia erudita, ſubtexam tanquam purpuram huic prætextæ. *Conſpicor medio foro procerum quemdam ſenem. Inſiſtebat lapidem, claráque voce prædicabat. Si quis mortuum ſeruare vellet de pretio liceretur.* Et paulò infrà. *Et quæ, dic ſodes, cuſtodela iſta feralis? iam primum, reſpondit ille, perpetem noctem eximiè vigilandum, exertis & inconniuis oculis ſemper in cadauer intentis, nec acies vſquam deuertenda, imò ne obliquanda quidem, quippe cum deterrimæ verſipelles in quoduis animal ore conuerſo, latenter obrepant, vt ipſos etiam oculos Solis, & Iuſtitiæ fruſtrentur. Nam & aues, & rurſum canes, & mures, imò verò etiam muſcas induunt. Tunc diris cantaminibus ſomno cuſtodes obruunt: nec quiſquam definire poterit, quantas latebras nequiſſimæ mulieres pro libidine ſuâ comminiſcuntur. Nec tamen huius tam exitialis operæ merces amplior, quàm quaterni, vel ſeni ferme offeruntur aurei: ehem, & quod pene præterieram, ſi qui non integrum corpus manè reſtituerit, quidquid decerptum, diminutumque fuerit, id omne de facie ſuâ deſectum ſarcire compellitur. His cognitis animum meum commaſculo; & illico audiens præconem, clamare, inquam, iam deſine, adeſt cuſtos paratus, cedo præmium. Mille, inquit, nummi deponentur tibi.* Subdit poſtea. *Vix finieram, & illicò me produxit ad domum quampiam, cuius ipſis foribus obſeptis, per quandam breuem poſticulam intro uocat me, & conclaue quoddam obſeratis luminibus, vmbroſum demonſtrat cubiculum, & matronam flebilem, fuscâ veſte contectam, quam propter aſſiſtens, Hic, inquit, auctoratus ad cuſtodiam mariti tui fidenter acceſſit. At illa crinibus antependulis hinc inde dimotis:* paulò pòſt; *Quo placito ocyus ſurrexit, & ad aliud me cubiculum inducit: ibi corpus ſplendentibus linteis coopertum, introductis quibuſdam ſeptem teſtibus, manu reuelat, & diutinè viſu præfleto, obteſtata fidem præſentium, ſingula demonſtrat, anxiè, membra contecta de induſtriâ quodam tabulis prænotante. Ecce, inquit, naſus integer, incolumes oculi, ſaluæ aures, illibata labia, mentum ſolidum; Vos in hanc rem, boni Quirites, teſtimonium perhibetote, & cum dicto conſignatis tabulis illis, faceſſit. At ego, iube, inquam, domina, cuncta, quæ ſunt vſui neceſſaria, nobis exhiberi. At quæ, inquit, iſta ſunt? lucerna, aio, prægrandis, vt oleum ad lucem, luci ſufficiens, & calida, œnophoris, & calice, cœnarumque reliquiis diſcus ornatus. Tunc illa, capite quaſſanti, abi, inquit, fatue, qui in domo funeſtâ cœnas, vt partes requiris; in quâ tot iugis iam diebus, ne fumus quidem viſus eſt vllus; an iſtic comeſſatum te veniſſe credis? quin ſumis potius loco congruentes luctus, & lacrymas? Hæc ſimul dicens reſpexit ancillam, &, Mirrhine inquit, lucernam, & oleum trade confeſtim, & incluſo cuſtode, cubiculo protinus faceſſit.* Et quæ ſequuntur legantur, ritum hunc funebrem proſequentia.

Cuſtodiendi cadauera ritus.

Apuleij locus de cuſtodia cadauerum.

Præconis vox pro cadauere cuſtodiendo.

Pretium cuſtodientis cadauer.

Pœna non cuſtodientiū bene cadauer.

Hypogæorū defunctorū.

Agnoſcendi cadauer mos.

Supellex neceſſaria pro mortuis cuſtodiendis.

Funebres eruditiones ex Apuleio.

Ex quibus ſuccum exprimo, amariuſculum licet, quia feralem; ſaluberrimum, quia eruditum. Et primo de præcone in lapide inſiſtente (de quo à me alibi) & de formula, qua vtebantur in licitando, videlicet, *Si quis mortuum ſeruare vellet, de pretio liceretur*; Deinde de pretio cuſtodis mille nummorum. Tertio de cuſtodia, quam perdius, pernox tenebatur habere, qui fuerat licitatus. Quarto de conditionibus, & pactis, quibus cadauer cuſtodiebant, cuſtoditúmque reſtituebant: pœnaque talionis, ſi vigilia fruſtrata, cadauer mutilaretur. Quinto de numero teſtium ſeptenario. Sexto de reliquiis cœnæ, quibus mortuis parentatum, de quibus à me alibi. Poſtremo de lucernarum oleo; de calida cum œnophoris, & calice: de ſagis morſicantibus cadauera ad veneficia conficienda, earumque pretio viliſſimo, quatuor, aut ſex aureorum, & de veſte fuſca, nigra enim veſtis lugentibus accommodata; quæ à Varrone dicta amiculum nigellum, à Græcis αἰθρά-κινα. Plutarchus tamen *in Probl.* tradit mulieres in luctu albis veſtibus indui ſolitas, vt quemadmodum mortui corpus albis veſtibus velabatur, idem & propinquos factitare voluerunt. Ideo ſubdit Apuleius, *corpus ſplendentibus linteis.* Nam alba veſte cadauer exornabant; quia ſolus ille color ſyncerus, & purus, miniméque inquinatus, & ob id mortuis aptiſſimus.

Licitantium formula.

Fuſca veſtis lugentium.

Amiculum nigellum veſtis lugubris. In luctu albis veſtibus cur induerentur. Alba mortuorū veſtis.

Veſtes ſciſſæ non tantùm in publico luctu, ſed etiam in ſeditione populi, & dolore priuato, quia cor ſuum lacerari teſtificabantur, vt conſtat ex Homero, Virg. & Herodoto: ſic in claſſis incendio Virg. 5. Æn.

Tum pius Æneas humeris abſcindere veſtem,
Auxilioque orare Deos, & tendere palmas.

Rumpebatur autem veſtis exterior deorſum verſus, itaut pars illa rupta ad aliquot dies pendula relinqueretur. Alij inferius in loco, vbi non multum noceret, ad manus latitudinem, idque ad dies ſeptem. Auguſtus, vt refert Sueton. *lib.2. cap.* 53 etiam deiecit veſtem, & nudauit pectus, vt ſignificaret, malle ſe occidi, quam eum titulum recipere. Lex. Phil. Conſueuiſſe Iudæos blaſphemiam audientes in eius deteſtationem veſtes ſcindere non eſt dubium ex ſacra hiſtoria, & Euangelio & à collo vſque

ad

ad pectus, vbi eſt cor, & doloris ſenſus, ad intimum cordis dolorem teſtandum, Blaſphemiæque iudices erectos ſtetiſſe teſtatur Nouar. *lib.9.cap.26.*

Veſtis color mutatus in luctu.

Cum Lipſio crediderim in excurſu ad Tacitum, DumReſp.vixit,& libertas,nigræ veſtes in luctu: ſub Imperatoribus Rep. extincta, in vſum venere lugubrium albæ. Cauſa huius mutationis diuitiæ, & luxus. Matronis antiquis color albus, & niger cogniti, & vſurpati. At poſt repertos tot colores, rarus dignioribus fœminis albus, qui relictus tantum in ſignum luctus. Apud Græcos autem color niger fœminis in luctu vſurpatus, vt habet Apuleius. *Matronam flebilem fuſca veſte contectam.* Veteres veſte vnicâ (vt notat Turnebus) corpus induebant, altera, qua amiciebantur etiam interdum, inuoluebant caput, quo factum eſt, vt duas veſtes mortuo Pallanti iniiciat Æneas, vt vna corpus, alterâ caput tegantur.

Tum geminas veſtes oſtróque auróque rigentes extulit Æneas
Harum vnã iuueni ſupremũ mœſtus honorẽ
Induit, arſuráſque comas obnubit amictu.

Latrones cruci affixi cuſtoditi, & quouſque.

Cuſtodiebantur etiam Latrones cruci affixi, ne ſepulturæ traderentur, ignominiæ causâ, vt Petronius innuit, cum ait. *Proxima nocte cum miles, qui cruces ſeruabat, ne quis ad ſepulturam detraheret.* Deinde, *Itaque cruciarij vnius parentes, vt viderunt laxam cuſtodiam detraxere nocte pendentem, ſupremóque mandauerunt officio.* Cuſtodia igitur adhibita donec putrefacta corpora. Videndus Petrus Faber, Lipſius, & alij, cur inſepulti relinquerentur, cum ſepulturæ ius ſemper religioſiſſimè ſeruatum.

Inſepulti quinam relicti in cruce & ob quod ſcelus.

Illi igitur ſepulturæ honore carebant, qui vel rei maieſtatis, & Patriæ proditores: vel qui in ſuos atroci ſæuiiſſent crudelitate; vel qui ſibi violentas intuliſſent manus: vel qui atrocia perpetraſſent facinora; quorum cadauera ignominiæ causâ inſepulta iacebant. Ita apud Sophoclem *in Antigone,* Creon edicit, ne quis Polynicis cadaueri iuſta perſoluat: Latinè dicam,

Huic itaque publicè vniuerſæ Vrbi veto,
Ne quis parentet, lugeátque funera,
Sed inſepultum auibus dapes gratas ſinat,
Atque canibus laniari, & affici à feris
Hac contumeliâ; hæc mea eſt ſententia.

Horatius Epod. Od.5.

Vos turba vicatim, hinc, & hinc ſaxis petens
Contundet obſcœnas anus.
Poſt inſepulta membra different Lupi,
Et Exquilinæ alites.

Puticuli vbi.

Extra Exquilinam portam puticuli erant, in quos damnatorum corpora proiecta, quod erat priuari iuſtâ ſepulturâ, quæ erat pœna ſceleſtorum. Præterea nefas pro illis lugere, Suetonius in Tiberio cap.61. *Interdictum, ne capite damnatos lugerent propinqui.* Pro latronibus quidem damnatis luctum prohibitum fuiſſe oſtendimus; ſed etiam pro aliis ſtatutum lugendi modum reperio à Numa in Plutarcho, his verbis. *Numa quoque & lugendi modum pro ætatibus, temporibúſque ſtatuit; puerum non lugeri trimo minorem, neque etiam vltra grandiorem plures menſium, quam vixiſſet, annos, ad decem vſque. Et prolixiore fletu ætatem nullam lugere: Sed longiſſimum luctus tempus eſſe menſium decem, quamdiu & mortuorum vxores viduitatem ſeruant. Quæ verò intra id temporis nupſerit, Vaccam prægnantem ex Numæ legibus immolat.*

Sepulturæ damnatorum vbi.
Lugere ſceleſtos interdictum.
Lugendi modus ſtatutus.
Vacca prægnans immolata à nubête tempore luctus.

Luctus publicus & priuatus diuerſus. Nam luctus publicus finiebatur in dedicatione ædis, in condendo luſtro, cum votum publicè ſuſceptum ſolueretur. Priuatim complura in vnum congruebant: cum videlicet liberi naſcerentur: cum nouis honoribus familiam honeſtarent: cum pater, aut filius, aut vir, aut frater ab hoſte captus domum rediret: cum puella deſponſaretur: cum propiore cognatione aliquis naſceretur, quam ille cuius nomine luctus fuiſſet. Crinitus videndus, *lib.19.cap.12.*

Luctus publicus, & priuatus quamdiu.

Congerebant mulieres ſuper lectos mortuorum flores, & cara quæque. Dion.lib.11. ait, loquens de morte filiæ Virginij, *Quare exiliebant ex ædibus, & mulieres, & virgines caſum illum lugentes, atque alia flores, & coronas in lectum iaciebant, alia faſcias, aut zonas, alia vittas virginalis comæ, nonnulla etiam detonſos crinium tortorum cincinnos, & multi viri ex proximis officinis, &c.* Coronatos ad exequias priſcos accuriſſe planè innuit Plut. in Numa dicens, *Nam tum ſocij, & amici populi publicis ſimul concurſibus, & coronis ad inferias conuenere.*

Non ab re paucula de virginibus ſtrangulandis admiratus ſum, quæ legi in Tiberio apud Suetonium cap.61. de honore habito virginibus, etſi ſceleſtis, his verbis. *Immatura puella, quia more tradito, nefas eſſet virgines ſtrangulare,* hactenus pium, & honeſtum. *Vitiata prius à carnifice, dein ſtrangulata.* Hoc impium & nefarium. Tacitus 5. Annal. *Tradunt temporis eius auctores, quia Triumuirali ſupplicio affici virginem inauditum habebatur, à carnifice laqueum iuxta compreſſam: exin oblisis faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abiecta.* Lipſius ad hunc locum ait, Triumuiros capitales præfuiſſe carceribus, & ſuppliciis. Cur verò inauditum virginem affici Triumuirali ſupplicio? id eſt laqueo. Id quidem ita acceperim, quaſi non ſimpliciter virginem dixerit, ſed impubem inueſtémque. Lex enim non tam virginitati ignotum, cautúmque voluit, quam ætati. Ita nec pueros interfici fas, niſi toga ſumpta, & relatos in viros. Hinc apud Dionem ſcriptum, à Triumuiris in proſcriptione, iuſſum puerum quemdam togam virilem ſumere, vt iure ſcilicet poſſet interfici. Dion. lib.47. *Ea ratione inter multa alia contra legum præſcripta acta, puerum etiam quemdam togam ſumere virilem iuſſerunt, vt quaſi vir iam eſſet, interfici ab ipſis poſſet.* Virginem quoque in carcere necari nefas apud antiquos fuiſſe, Dionis Epitome in Tiberio refert, his verbis. *Nam non multo poſt decreto Senatus è ſcalis præcipitatus eſt, plebſque corpus eius triduo magnis opprobriis, affectum, tandem in flumen proiecit, & liberi eius Senatus Conſulto ad mortem ducti ſunt, filia Virgine, quæ filio Claudij deſpon*

Virgines ſtrangulandæ prius vitiatæ à carnifice.
Virgines cur prius vitiatæ quam ſtrangulatæ.
Pueros interfici nefas, niſi prius ſumpta virili toga.
Virgines in carcere necari nefas.

deſponſata fuerat, prius à plebe interfecta, quod nefas eſſet, virginem in carcere necari, &c.

Reducta coma ad ſupplicium reducti.

Ad ſupplicium verò noxij ducebantur, reductâ comâ à capite: Suetonius in Vitel. cap. 17. *Inter magna rerum, verborúmque ludibria, tractus eſt per totum via ſacra ſpatium reducta coma à capite, ceu noxi ſolent, atque etiam mento mucrone gladij ſubiecto, vt viſendam praberet faciem, &c.*

ZACCHARIÆ SAGREDO
Procuratori D. Marci.

DISSERTATIO V.

Pro mortuis etiam ſoluta vectigalia Romanis à Britannis, qui, quando deuicti? vectigales facti? & quod vectigal ſolutum? Tributum quotuplex? Manus exertæ, & intentatæ in iurgio. A præcone manu ſilentium indictum. Magiſtratus electio per manus extenſionem. Horcius Deus iuriſiurandi athletarum, iudicum. Puri Dij iurati. Victima non veſcebantur, ſuper qua iuratum. De iudicibus certaminum, & ludorum. De Magiſtratibus, &c.

Vectigalia ſoluta à Britannis etiam pro mortuis.

IN Labyrinthum, Dionis epitomen peruoluentem, oratio Bonduicæ Britannicæ in Nerone me coniecit, te vno Dædalo mihi alas compingente, prætetuolandum. *Sed quid ego* (inquit) *iſta commemoro, cùm per illos ne mortem quidem liceat immunes cum vita commutare? attamen quot, & quanta penſitemus mortuorum nomine, omnes profecto ſciunt. Cumque ij, qui ſeruiunt ſeruitutem apud alias gentes morte liberentur, ſoli Pop. Rom. mortui viuunt, quæſtus & compendij cauſa.* Hæc perpende.

Britannia quando deuicta.

Britannia à deuicta omni Gallia, petita ptimum, & tepetita à Iulio Cæſare A. V. C. DC. XCIX. in deditionem fuit accepta, vectigaliſque P. R. facta. Vectigales dictæ prouinciæ, quibus vectigal indictum. Hoc vel certum definita ſummâ; hinc tributatarij, ſeu ſtipendiarij. Vel incertum, quod ex portubus, & rebus vænalibus perſoluebant. At duplex tributum: vnum pecuniæ ordinarium, quod in caput, atque in ſolum impoſitum, quotannis exactum: alterum extraordinarium, quod, aut lege, aut Senatuſconſulto pro vſu prouinciæ imponebatur. De primo conqueritur hæc Bonduica, quod dicebatur capitatio, quæ nil eſt aliud, quam genus tributi, quod pro vnoquoque animalis capite perſoluebatur. A tributo aliorſum gradum facio.

Vectigales prouinciæ quæ.

Tributum duplex.

Capitatio quæ.

Manus exertæ in iurgio.

In iurgio, & irâ, (vt ſolemus & nos) manus exertæ, & intentatæ. Seneca de Clem. lib. 1. cap. 7. his verbis. *Humili loco poſitis exerere manum, litigare, in rixam prouocare, ac morem iræ ſuæ gerere, liberius eſt.* Quod ſi manus exerebantur, à præcone ſilentium indicebatur. Id colligo ex Dione in Adriano. *Non modo non conceſſit, ſed etiam iuſſit imperari illud Domitiani, Silete, quod verbum tamen non eſt à præcone dictum, nam is, cum manum porrexiſſet, eſſetque ob eam cauſam conſecutum ſilentium (vt eſt conſuetudo) vox enim præconis audiri ſolet magno ſilentio. Hoc vero, inquit, Princeps vult.*

Manus exertæ in ſilẽtiũ indicendo.

Per manuum etiam extenſionem à populo in ſublime, fiebat electio magiſtratus, quæ dicitur χειροτονία, plebiſcita enim in Græciâ per præconem edicebantur, vt qui hoc ſentirent manus tollerent, ex Mureto, & Pontano. Et Eccleſia per manuum impóſitionem Spiritum ſanctum inuocat. Ritum hic innuo, nam ſacerdotes manus ſuper victimas imponebant, vt ei peccata populi tranſcriberentur. Ita à ſacerdote conſecratis. Voſſ. Sed profanus à ſacris manus illotas abſtineo.

Electio magiſtratus facta etiã per manuum extenſionem.

Manus verò, ſeu dextræ tactæ in gaudio ex Plut. in Quint. Flaminio. *Nemo Græcorum ſcilicet, qui ad ſpectacula venerant, intentus ludicro fuit; omnes maturauerunt exilire, Pronuntiari* enim T. Q. Flam. *per præconem Græciam liberam iuſſerat, dextram contingere, & appellare Græciæ ſeruatorem, & propugnatorem, &c.* Manus vero capiti admotæ diſcrimen vitæ demonſtrabant. Colligitur ex Plut. in Gracchis, *Admouit manum Tiberius capiti, diſcrimen ſuum eâ ſpecie demonſtrans. A facie iactare manus,* dixit Iuuen. Sat. 5. in quo adulatoris geſtus deſcribit manuum iactatione, & hiſtrionico more manuum geſticulatione adblandientis, quod apud Græcos erat χειρονομεῖν.

Ad iuriſiurandi ritum calamum conuerto, etſi de hoc à me alibi. Pauſanias in Eliacis prioribus hæc. *In curiâ Iouis eſt ſignum, ſpecie perfidioſis hominibus quàm maximè formidanda. Horcius ei cognomen, id eſt, iuriſiurandi vindex; idem fortaſſe, quem Romani Deum Fidium appellarunt, vtraque manu fulmen tenet. Solemne verò Athletis omnibus, eorúmque parentibus, fratribus, Gymnaſij magiſtris, ſuper exectis Suis teſtibus verbis conceptis deierare, nihil ſe fraudis facturos, quo minus Olympici ludi ritè fiant. Athletæ quidem ipſi hoc amplius iurant, ſe decem perpetuos menſes in ludicram exercitationem propoſiti certaminis cònſumpſiſſe. Iurant præterea, qui vel de viris, vel de pullis equorum in certamen prodeuntium pronunciaturi ſunt, ob rem iudicandam pecuniam ſe nullam capturos, quæ verò re adducti, quemuis, aut probarint, aut improbarint, ſe non*

Horcius Deus iuriſiurandi.

Deus Fidius quis.

Athletarum iuſiurandũ.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Victima non veſcebantur, ſuper qua iuratum.

eſſe in vulgus prolaturos : iam verò Sus ille, confecto iureiurando, cuinam ſit vſui, percunctari in mentem non venit. Veteri quidem religione ſancitum ſolo, ne victima veſcerentur homines, ſuper qua iuſiurandum conceptum fuiſſet.

Sed Homerus teſtatur, cum exectum illum Suem, ſuper quo Agamemnon iuſiurandum concepit, Briſeidem ſe non attigiſſe, in mare à Thalthybio Fæciali abiectum dixit.

Hæc ait, atque ſuis praduro guttura ferro
Diſſecuit, quem Talthybius contorſit in vndas
Piſcibus æquoreis eſcam.

Iudices lecti in ludis.

In ludis lectos fuiſſe iudices author eſt Plutarchus in Cimone. *Nam cum primam fabulam Sophocles etiamnum iuuenis dediſſet, contentio autem eſſet, & concertatio ſpectatorum, Arepſion Archon non erat ſortitus Iudices certaminis : vbi verò Cimon cum collegis ducibus theatrum ingreſſus ſolennia libamina Deo fecit : non dimiſit eos, ſed illos decem ex ſingulis tribubus ſingulos iuſſit iuratos conſidere, & diſceptare. Exceſſit autem ob dignitatem Iudicum certamen ambitionum, &c.*

De Iudicibus certaminum.

Iudices autem certaminum Olympicorum quot, & quando inſtituti fuerint, & quomodo vocati, apertiſſimè teſtatur Pauſanias in Eliacis priorib. *In ludorum præfectis, à maiorum more ætatis noſtræ inſtitutum variauit; Iphitus enim ſolus à ſe editis ludis præfuit, idémque ab omnibus Oxyli poſteris eſt obſeruatum, quinquageſimà Olympiade. Duumuiris ex ipſa Eleorum Ciuitate ſorte ductis Olympiorum cura mandata eſt: atque ille quidem binorum deſignatorum numerus, ad multos poſt annos ſeruatus eſt. Quintà poſt, & viceſimà Olympiade Iudices nouem, Hellanodicas vocabant, creati eorum tres, de equorum curſu, totidem de quinquertio, de cæteris reliqui certaminibus cognoſcebant. Secundà deinceps Olympiade deſignator decimus additus : At certè ſupra centeſimam in tribus duodecim Elei deſcripti ſunt. Ac deinde tribus ſingulum ſuum dedere ludorum cognitorem.*

Puri Dij iurati à quibus, & quando.

At in rebus maximis per quos iuratum? idem Pauſanias in Arcadicis. *In collis vertice, Fanum Deorum, qui Puri cognomine ſunt appellati, per quos de rebus maximis iuſiurandum concipere religione ſancitum habent, ſingulorum certè nomina, vel ignorant, vel ſcientes in vulgus prodenda non putant.*

Magiſtratu abeuntes iurabant.

Demum, qui magiſtratu abibat, iurabat; ita Plinius in Paneg. *Itaque & abdicato conſulatu iuraſti, te nihil contra leges feciſſe* : Et Cicero in Piſonem, *Cumque is tantummodo, vt iurarem, permitteret.*

SIMEONI CONTARENO
Equiti, & Procuratori
D. Marci.

DISSERTATIO VI.

Piaculum olim capillos, & vngues ſecare in naui, dum malacia : tempeſtate ingruente licitum, & cur; & tempeſtate ſedata; item in luctu, in lætitia, & alia. Crinium abraſio quæ, quando facta. Locus Diui Pauli enucleatus. Hercules imploratus in diſcrimine. An antiqui criniti. Quando crines, & barbam ponerent, quando promitterent aut raderent. Ritus varij variorum de abraſione capillorum, & barbæ. De Tonſoribus, & huiuſmodi.

Petronij locus.

PETRONII fragmenta volutans in hæc incidi verba, ritum mihi priſcum inſtillantia non vulgarem. *Vnus fortè* (inquit) *ex vectoribus, qui acclinatus lateri nauis exonerabat ſtomachum nauſea grauem, notauit ſibi ad Lunam tonſorem intempeſtiuo inhærentem miniſterio, execratuſque omen, quod imitaretur naufragorum vltimum votum, &c.* paulò poſt. *Itane* (inquit) *capillos aliquis in naue præcidit? Audio enim non licere cuiquam mortalium in naue, nec vngues, nec capillos deponere, niſi cum pelago ventus iraſcitur.* Et infrà. *Quia nec omen, nec legem naufragantium nouerant.* Ex quibus colligo cum aliis viris eruditis, non licuiſſe cuiquam nauiganti crines, & vngues ponere, niſi tempeſtate imminente. Cauſam huius inſtituti coniectare nequeo; An quia cadaueribus vngues, & crines abradere ſolebant priùs, quam efferrent? Hinc tanquam cadauera, ſeipſos naufragium patientes curabant. An verò ad Lacedæmoniorum, & Græcorum inſtitutum id referendum, qui, quoties vitæ periculum erant ſubituri, ex Ariſtotele 1. *Rhet.* comam detondebant, quod erat luctûs inſigne? Seneca 3. de benef. eruditè, vt cætera. *Regiam eluderet, & filium, quod in luctu, ac rebus aduerſis moris eſt, tonderet.* Non ab re Maro, Æneid. 4.

Crines, & vngues poſiti in tempeſtate nauis, & cur.

Cadaueribus crines, & vngues abraſi, & cur.

Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioque caput damnauerat orco.

Et alibi.

——— ——— ——— *Hunc ego Diti,*
Sacrum iuſſa fero, téque iſto corpore ſoluo.

Hor.

Hor. Nullum ſæua caput Proſerpina fugit. Quod a ritu ſacrotum ſumptum; qui enim moritur, tanquam Orci quædam victima eſt, & quæ immolationis, & ſacri ſunt, nullus abſque piaculo ad hominum vſum traducet; Quare antequam pecudes in ſacris immolarentur, capitis earum ſetæ ferro ſecabantur, Diiſque ſacrabantur. Virgilius. Æn. 4.

Crines à cadaueribus detracti.

Setæ à victimis auulſæ.

Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,
Ignibus imponit ſacris libamina prima.

Hæc conſuetudo innititur veterum opinioni, qui exiſtimabant, per crines vires cuiuſque, ac robur conſtare, atque adeo his ablatis in alterius poteſtatem eos venire. A quo non abhorrent exempla veneficarum, quas aiunt nullis tormentis domari, donec defectus fuerit capillus. Victimis etiam olim ſetæ capitis in ſacrificiis ferro abſcindebantur. Bouem vero mactandum ſigillo notabant, vt innuit Plutar. de Iſide, & Oſiride, ſacerdotes certi qui ſphragiſtæ, id eſt, ſigillatores, dicebantur, ſigilli autem ſculptura exprimebat, vt Caſtor perhibet, hominem in genua deſidentem, manibus poſt terga reductis, iugulo enſe imminente. Olim apud Chriſtianos inſolens erat luxuriantibus capillis deliciari, quos etiam, qui deuotiores ἐν χρῷ, & ad cutem vſque detondere ſolebant. Saluian. Hinc paulatim raſura clericalis originem ſumpſit. Lindemb. *ad Amm.* Lex. Phil.

In luctu Romani crines & barbam promittebāt.

Contra verò Romani in luctu barbam, crinémque promittebant: ita Lucian. Dial. Hermotimus, in fine, ait. *Videor autem non abſurdè facturus, ſi & caput raſero, quemadmodum, & facere ſoliti ſunt, qui è naufragiis euaſere incolumes.* Qui locus alium mihi ritum ſubinnuit, naufragio ſcilicet ſeruatos crines abraſiſſe, quaſi vitæ libertate donatos. Hinc Nonius Marcellus ait. *Seruos, qui manumitterentur, caluos fieri conſueuiſſe, vt ſeruitutis, ſicut tempeſtatis iniuriam viderentur effugiſſe*, vt à me etiam alibi notatum. Plautus Rudente act. 5. Sc. 3. *Dī te ament cum raſo capite.* Eam ob cauſam Iuuenalis nautam, vertice raſo, dixit, quem in mari ſæpiſſimè pericula, & naufragia inueniſſent.

Naufragio ſeruati crines radebant.

Raſo capite qui.

Tunc ſtagnante ſinu gaudent ſibi vertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

Satyra 12.

Huic fletus viuos radicitus abſtulit vngues.

Optimè Artemidorus ait, ſomniare ſibi radi totum caput, nauigantibus palam portendere naufragium.

Quare D. Paulus Actorum 27. tex. 63. dubios ſalutis vectores adhortatur, vt cibum ſumant, non eam fore iactationem, vt deponendi ſint capilli, pollicetur, his verbis, Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς μεταλαβεῖν τροφῆς, τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει, οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. *Propter quod hortor vos, vt ſumatis cibum; hoc enim ad ſalutem veſtram ſpectat, quia nullius veſtrum capillus de capite cadet.* Al. *Ioſeph. Laurentij Polymath.*

Locus diui Pauli de naufragio.

loquitur ſocios tempeſtatem timentes. Videndus ad hunc locum Lorinus, & alij quorum commentariis non refragor.

Abraſio capitis (notat Artemidorus quoque) apud gentes fuit ad auertenda maleficia, vt ex hiſtoriis cognoſcitur, & Ægyptiorum hæc religio fuit Sacerdorum Iſidis, quos caluos appellant paſſim Poëtæ. Herculem præterea monſtrorum domitorem ἀλεξίκακον in metu implorabant, Plautus Moſtel. *Tu, vt occepiſti, tantum quantum quis, fugies, atque Herculem inuocabis.* Itaque priſco æuo homines intonſi; ſemperque criniti depicti; & dictus incomptus Curius capillis, Cato intonſus. Referente Gellio *lib. 3. cap.* 4. rudi illo æuo concinnabant ciniflones, & ferro calido crines criſpabant, qui ſolus decor habebatur; quare nomen tonſorum, nedum officium, ignotum Romæ olim. Græci quoque promittebant comas, quas non deponebant, niſi vrgente magno periculo, (vt à me dictum) contra verò eos tondebant, quos in ſeruitutem aſſerere volebant. Peregrinationem longam habituri, aut expeditionem, capillum alicui Deo deuouebant, cui domum reduces detonſum conſecrabant. Flaccus Argon. lib. 1.

Abraſio capitis ad auertenda maleficia.

Hercules in periculis imploratus.

Criniti antiqui omnes. Tonſores antiquitus nulli.

Comas promittebant Græci Ioui tonſi.

Coma Deo dicata à peregrinis.

Tectus, & Eurytion ſeruato colla capillo,
Quem pater, Aoniis reducem tondebit ad aras.

Serui igitur raſi, ingenui capillati incedebant.

Primum crinem Æſculapio vouebant, ſeu Baccho; primam barbam Phœbo.

Crines cui, & cui barba prima Deo dicata.

Ille genas Phœbo, crinem ſe paſcebat Iaccho.

Penatibus aliquando crines ſacrati, & Ioui Capitolino, quod fecit Nero, vt habet Suetonius in eius vita. Et Iuuenalia inſtituit. Denique luctus nulla alia re magis indicatus, quam crinibus, & barba promiſſa, Liuius 3. Decad. lib. 7. *Veſte obſoleta, & capillo, & barba promiſſis, præferens vultu, habituque inſignem ignominia accepta memoriam.* Hæc de crinibus pauca obiter notata.

Crines penatibus ſacri quoque.

Crines promiſſi luctûs ſignum.

Reperio inſuper capillos in honorem mortuorum tonſos apud Græcos, vt videre eſt apud Dictym *lib.* 5. in funere Aiacis Telam. apud Euripidem, Sophoclem. Apud Rom. Propertius,

Crines aliquando tonſi in honorem defunctorū.

Illa meo caros donaſſet funere crines.

Hos capillos cum lacrymis in tumulum extremum donum conijciebant. Hom. 4. Odyſſ. Alcæus.

Extinctam luget Pylades te Græcia tota,
Ad viuam tonſis crinibus vſque cutem.

Capillus quoque de mortui capite ſectus foribus appendi ſolebat, & aquiminale. Eurip. in Alceſt.

Non video ante portam, vt lex eſt,
Fontana lauacra pro mortuis,
Nulla coma præciſa eſt in veſtibulo.

Capilli igitur, & prima barba non modo Phœbo Curotropho ſacrati, vt dictum,

ſed etiam aliis Diis, nam Achilles apud Homerum Sperchij fluuij Deo vouerat.

Herodianus *lib. 3.* refert Antoninum celebrantem funus Feſti Liberti chariſſimi capillos obtuliſſe. Apud Barbaros Suetonius *in Calig. cap. 5.* aperte teſtatur.

Threpterios dictus capillus deſectus. Apollini Curotropho & fluminibus ſacrabatur, autor huius primus Theſeus, Euſth. ille enim referente Plutar. in eius vita, *vt exceſſit ex ephebis Delphos abijt, vt primitias de comis Apollini daret, anterioremque capitis partem ſolam abraſit, vt de Abantibus Homerus ſcribit.*

Coma nutrita in honorem Deorum. Coma cur nutrita. Capillus deſectus Diis dicatus. Paſcebant, ſeu alebant olim crines, comámque nutriebant, quos in honorem alicuius Dei reſecarent. Quemadmodum luci erant Diis dicati, & ideò incædui in omne æuum; ita coma ſacrata Diis, intonſa erat. Rationem huius refert Cenſorinus. *Quidam etiam pro cætera bona corporis valetudine, crinem Deo ſacrum paſcebant.* Quare potius nutriebant, vt aliquando deſectus alicui Deo ſacraretur, quam, vt perpetuo eſſet intonſus.

Dies, ſeu feſtum quo crines reſecabant Deo dicaturi Romæ Liberalia, Athenis dictus *Cureotis*: tunc enim primas Deo primitias reſecabant: conuiuium fiebat die tertio Apaturiorum, quo etiam pueros triennes in claſſes tributim diuidebant. Eodemque die vt quiſque ingenio pollebat, poëmata canebant, alter alterum ſuperare conatus, qui plura recitare poſſet. Vide Lex. [illegible], verò dicebatur ſacrificium pro tonſa cæſarie oblatum. Intonſi olim pueri, quia ſecti crines nota fuere ſeruitutis; vnde à liberis tantopere amara laxitas illorum, hinc Prou. *Seruus cum ſis, comam cur habes.* Cerda. Virg.

Notat Diodorus *lib. 2.* vota olim pro pueris morbo affectis ita concipi ſolita, vt, ſi ſanitatem recuperarent, illotum deſectus capillus Diis dicaretur. Hinc paſſim dicatæ comæ Æſculapio, Phœbo, & aliis numinibus ſalutaribus, à fœminis Palladi. Pauſanias in Corinth. loquens de ſacris Hippolyti apud Trœzenios, ait. *Præter cæteros ſacrorum ritus virgines ante nuptias capillum ſibi detondent, ſuccisúmque in illius templo conſecrant*, tondebant enim ſibi comas, vt excuſarent nuptias; ita noſtræ virgines Moniales tondentur, perpetuam caſtitatem ex voto ſeruaturæ.

Capillus Virginum deſectus virginitatis ſignum perpetuæ.

Cum quis Romano ſe Pontifici ſubijciebat, Romanáque religionem profitebatur, tondere ſibi caput Romanorum more conſueuerat, hinc tonſuram clericorum colligit Nouar. *in Sched. lib. 3. cap. 13.* ex Anaſtaſio bibliothecario in Adriano. Etſi ignominiæ cauſa virginibus à iudicibus ſæuientibus crines olim tonſi, vt accidit S. Fauſtæ, & aliis.

De Coma D. Ambroſius lib. 8. hexamer. *Coma eſt veneranda in ſenibus, veneranda in Sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adoleſcentibus, compta in mulieribus, dulcis in pueris.*

In Græcia nulli ſeruo comam alere licebat: hinc illud dictum, *Cum ſeruus ſis, cur comam alis?* quare liberi omnes, & potiſſimum Lacedæmone eam alebant. Nazaræi apud Iudæos ex voto. In Creta ſacerdotes, & magiſtratus barbam, & crinem ſummittebant; Romæ rei tantum. Hadrianus primus ex Cæſaribus barbam, & capillum aluit.

Ante Adrianum nulli Imperatores comati, & barbati, quod ſe legum ſeruos profiterentur, ille verò aluit ad vulnera tegenda, quæ in facie habebat: quare comam, & barbam ponebant, tum in ſignum deuotæ ſeruitutis, tum vt ſeipſos mundos, & purificatos oſtenderent. Hac ratione ſacerdotes Ægyptij totum corpus radebant, vt refert Herod. *lib. 2.* & Diod. *lib. 2. cap. 4.* qui mos Hæbræis frequens. Idem quoque apud nos tonſura clericalis, & monaſtica præſefert. Sacerdotum priſcorum caput fuiſſe raſum oſtendit Apul. lib. vlt. *Hi capillum deraſi funditus vertice prænitentes, magnæ religionis terrena ſidera, æreis, & argenteis, imo vero aureis etiam ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes.*

Ægyptij ſacerdotes, ex Herodoti Euterpe, deraſis capitibus perpetuo mœrebant in luctu ex morte Apis Dei, cæteri vero capillos nutriebant, barba tamen raſa. Illi tertio quoque die faciebant, & per totum corpus, ne quid eis inter Deorum cultum ſordidi animalis officeret. Mentum radere inſtituit in Græcia Alexander Magnus. Mentum raſit Alexander primus.

P. Ticinus A. V. C. 454. primus tonſores Romam è Sicilia adduxit, & inde ex Plinio *lib 7. cap. 59.* iuuenes raſitare barbam cæpere, capillúmque tondere. Capillus reſectus Deorum honori dicebatur θρεπτήριος, Reliquus verò πενθήριος, ab luctu ita nuncupatus, quod vſitatiſſimi foret moris in Græcia, referente Cælio *lib. 7. cap. 23.* per luctum comam recidere, & inter nauigandum, tempeſtate vrgente (vt à me indicatum) & M. Varro apud Nonium ait, Ambraciæ primum capillum puerilem demptum; item cirrhos apud Apollinem ponere ſolitos. Tonſores primi Romæ. Capilli reſecti religionis gratia.

Oeneſteria feſta, cum poculum, quod Athenis iam pubeſcentes, priuſquam demiſſiorem præciderent comam, vini plenum in Herculis templum importabant, & prælibantes potum conuenientibus exhibebant, ex Athen. Rod. *lib. 7. cap. 32.* Curoſynon ſacrificium pro tonſa cæſarie oblatum: Curoſyna, feſta huiuſmodi. De barbis mos triplex reperitur; ante minorem Africanum nemo radebatur: poſt hunc iuuenes tantùm: poſtremis reip. temporibus omnes, exceptis quibuſdam adoleſcentibus, qui laſciuiæ cauſa barbam alebant.

Plutarchus refert *in Theſeo*, & Homerus de Achille ephebos capillos, & barbam fluminibus, & Apollini dicaſſe, quem Curotrophon nominabant; ideo Theſeus Delphos nauigauit, vt comæ primitias Deo offerret. Apud Indos comam tonderi, iuſſu regis, maximi ſupplicij loco habetur. Comam pertractaui, reuertor ad nauigatio Capilli fluminibus, & Apollini dicati.

gationem è tempeſtate. Quare grati animi ergo

Tempeſtate ſeruati Diis vota perſoluebant.

Tempeſtate ſeruati ſoluebant Diis vota. Horatius.

Me tabula ſacer, votiua, &c.

Propertius.

Omnibus in portis pendent mea noxia vota.

Cicero, lib. 4. ad Atticum. *Hæc enim me vna ex naufragio tabula delectat.* Hæ tabulæ pictæ.

Tempeſtate, & naufragio liberati in templo Neptuni tabellam figebant: verum poſtea recepta ſuperſtitione Ægyptia in vrbem, in templo quoque Iſidis, cuius ſacra præcipua veneratione in vrbe colebantur. Iuuen. Sat. 12.

——Votiua teſtantur fana tabella
Plurima, pictores quis neſcit ab Iſide paſci.

Apud Romanos, vt notat Seruius, Flamen Dialis æreis cultris tondebatur, quod æs religioni ſacrum.

Temones in eminenti ſcopulo. Nautæ Herculi vota faciebant.

Temones quoque in eminenti aliquo loco ſcopuloſo nautæ conſecrabant Diis maritimis. Heroi Herculi ſacra faciebant potiſſimum nautæ, ex Ariſtidis oratione.

NICOLAO CONTARENO Senatori Veneto Ampliſſimo.

DISSERTATIO VII.

Pacis templum, & Fidei à quo primum ædificatum. Roſini error. Pallor, & Pauor in Deorum numerum relati à quo. Ex qua materia Deorum ſimulacra. Fortunæ, Victoriæ inuolucris ſignum. Sacrificium Meſſeniorum. Imagines nullæ, aut ſimulacra Dei ſub Numa, & cur? Idola quis primus Romam inuexit. De hoc fœneratorum ſacrilegium. Hebræi ſine imagine Dei. Deorum imagines Romani à quibus mutuati. Quæ gentes nullum ſimulacrum colerent, & alia.

In Pacis templum profeſſores. Liberalium artium conueniebant.

DVM in Pacis templum de more, quo omnium rationalium artium profeſſores, ad diſputandum, conuenirem; Hæc audio à Roſino admirando, & vetuſtæ eruditionis Romanæ indagatore

Pacis templū à quo ædificatum.

celeberrimo lib. 2. cap. 17. *Pacis templum Romæ fuit magnificentiſſimum foro proximum, quod Veſpaſianus à Claudio inchoatum conſtruxit, Commodo imperante, incendio conſumptum.* Hæc ille. In quem ſtatim inſurgit diſertus, & grauis Clemens Alexandrinus, qui lib. 5. Stromatum ſic diſſerit. *Merito ergo Rex quidam Romanorum (Numa erat ei nomen) cum eſſet Pythagoreus, primus ex omnibus hominibus poſuit templum Fidei, & Pacis.* Abnuit de Pacis templo, annuit de Fidei Roſinus, eodem capite, titulo, de Fide: à Numa enim primam Fidei ædem dicatam apertè fatetur; ſed cur non & Pacis, ſi Iani templi fores clauſit, iuſtitia, & pietate inſignis? hinc pacificus, & placidus à Poëtis dictus. Quare facilè adducor, vt in Clementis ſententiam totis pedibus eam, tanti viri auctoritate, quaſi manu, ductus; coniecturis mihi valdè bonis ſuffragantibus: qui aliter ſentitis, in aliam ite; per me licet; quia mea mihi libet. Plutarchus in Cimone. *Ferunt etiam proptereà Pacis aram Athenis dedicatam fuiſſe, & Calliam legatum, &c.*

Numa pacificus dictus.

In hoc templo, vt quidam tradunt, referente Gyraldo Synt. 1. vaſa, & donaria templi Hieroſolymitani à Tito, & Veſpaſiano repoſita. Hoc templum frequentatum ab ægrotis colligitur è Galeno in lib. de pulſibus. Herodianus refert, Commodo imperante, Pacis templum incendio abſumptum. Coluerunt & Pacem Athenienſes ex Pauſan. Pacis ſimulacrum olim effictum erat geſtans puerum Plutum manu; ex Pace enim diuitiæ affluunt. Interdum efficta Pax cum oliua, interdum cum ſpicis, interdum cum lauru, cum roſa, cum caduceo. Hæc ad pacis effectum innuendum. Hæc culta cum Fide. Iuuen. *Pax, atque Fides, &c.* Fidei templum dedicatum à Numâ Dion. Halic. *lib.* 2. etiam aſſerit. Sex. Pomp. ante Romulum conſecratum prodit ab Ænea in Palatio ex Agathocle. Cuius Fidei, ex Plut. maximum ſtatuit iuſiurandum. Numam verò ſolemne ſacrum inſtituiſſe, ad quod ſacrarium Flamines rem diuinam facerent, Liuius perhibet, veluti albo panno, de quo à me alibi.

Pacis templum frequentatum ab ægrotis.

Pacis ſimulacrum.

Fidei ſacrū.

De Pallore, & Pauore Diis Ethnicorum, item Febri, & aliis, quæ numinia, ne quid obeſſent, neue aliquid afferrent incommodi Romani habuere, hæc noto, Pallorem, & Pauorem in Deorum numerum relatos ab Hoſtilio Rege, ex D. Auguſtino de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 33, ſic dicente. *Hoſtilius certè Rex duos, & ipſe nouos, Pallorem, & Pauorem Deos propitiandos non introduceret, niſi Deam iſtam, Felicitatem, noſſet, & coleret.*

Pallor, Pauor Dij. Febris Dea.

Pallor, & Pauor in numerum Deorum relati à quo.

Ita verò accidit, cum commiſſo inter Romanos, & Veientes prœlio, nunciatum eſſet Tullo Hoſtilio regi Albanos deſciſcere pallereque, & pauere Romanos ob eam rem videret, ipſe in re trepida, templum vouit Pauori & Pallori. Liu. 1. *Dec.* 1.

Athenienſes Contumeliæ, & Impudicitiæ aras ſacrarunt, vt contumelias, & probra auerterent. Lacedæmonij Morti, & Timori, atque aliis affectibus templa dicarunt. Lege Giraldi Syntag. 1. & alios.

Contumeliæ, & Impudicitiæ aræ. Affectibus tēpla dicata.

Ex qua verò materia antiquitus ſimulacra Deorum efformarentur, Pauſanias in Arcadicis aſſerit. *At priſci quidem homines quantum ex antiquitatis monumentis*

Ex qua materia Deorū ſimulacra.

I 3 *didi*

didicimus, non aliis materiæ generibus ad ſimulacra Deorum uſi ſunt, quam ebeno, cypariſſo, cedro, quercu, hedera Cilicia, loto. Lego tamen ſigna olim è ligno facta, etſi Deorum. Pauſanias in Corinthiacis. *Antiquiſſimum è ligno Danaus dedicauit, cuta ipſa ale; fuiſſe vero illis temporibus ſigna omnia è ligno, & in primis quæ Ægypti feciſſent, crediderim.* De Herculis clauâ in eodem lib. hæc lego. *Quod adijciunt miraculum, haud ſcio, an cuiquam ſide dignum videri poſſit, eam clauam radicibus actis regerminaſſe. Oleaſter certè ille hac etiam ætate monſtratur. Clauam quidem Herculem ab oleaſtro, quem ad Saronidem paludem inuenerit, abſcidiſſe ferunt.*

Claua Herculis ex quo ligno.

De fortunæ ſignis multa multi; Præ cæteris Alexander ab Alexandro. Mantiſſæ loco eſto, quod affero ex Pauſaniâ in Meſſen. *Fortunæ ſignum omnium, quos ipſi ex antiquis cognouerimus, Bupalus primus finxit, capiti polum impoſuit, altera verò manu Amaltheæ, quod Græci appellant, cornu, tenentem fecit, ad hunc ille modum fortunæ munera declarauit.* At fortunæ comes Victoria, quæ inuolucris dicta, & picta. Ex Pauſania in Lacon. *Ex aduerſo priſci operis ſignum Enyali in compedibus. Eadem vero eſt ratio in hoc ſimulacro Lacedæmoniis, quæ Athenienſibus in ea victoria, quam Inuolucrem appellant: hi enim vinculis impeditum à ſe nunquam Martem diſceſſurum; illi ſemper manſuram ſecum, quæ pinnis careat, victoriam interpretantur.* En ratio cur Victoria inuolucris.

Fortunæ ſignum à quo primum & quomodo effictum.
Victoria inuolucris cur.

Alioqui Victoria ſemper volucris, ſeu pennata efficta apud Ethnicos. Hi ſiquidem Dij aligeri, Victoria, Amor, Iris, Muſæ, Sirenes, Mercurius. Victoriæ verò volucris ſimulacrum, & ara erat in Curia, vt colligitur è Sueton. in Aug. cap. 100. Auſon. t. epig.

Tu quoque ab ætherio præpes Victoria lapſa...

De qua Drepanus Pacatus: rectè profecto germana illa pictorum poëtarumque inuenta, victoriam finxere pennatam, quod hominum cum fortuna euntium non curſus eſt, ſed volatus. Victoriæ templum etiam in Palatio fuit, quod ab ipſis Arcadibus conditum teſtatur Dion: lib. 1. cum cum Sylla victor ludos inſtituit. De hac victoria vide Gyraldi Synt. 10. alioſque.

De Fortunâ aureâ in cubiculis Principum religioſè aſſeruata, & culta, & cur, à me alibi indicatum. Victoria quoque maximè culta in templis, in domibus priuatis, in Circo, in Senatu, ſeu Curiâ, & in caſtris, in priuatis etiam porticibus, aut xiſtis. Hæc manibus exporrectis ſuſtentabatur à ſimulacro, & quoties locus Senatus mutabatur, ea quoque transferebatur vbi ara ſemper Victoriæ ſtatuebatur, vt docet Dempſt. *lib. 2. cap.* 10.

Fortuna aurea in cubiculis Imperatorum.
Victoriæ cultus.

Sacrificium Meſſeniorum è quolibet genere animalium mihi caput coronet: ita Pauſanias in Meſſen. *Proxima eſt Curetum ædes Lucinæ Phano, in quâ Meſſenij cuiuſuis generis animalia immolant: facto enim a bobus, & capris initio, ad aues deſcendunt, quas in flammas porriciunt.* De imaginibus, & ſimulacris Deorum aliud in Plutarchi Numâ lego, non habuiſſe ſcilicet Romanos in vrbis primordiis, Numæ inſtituto, Deorum figuras, ſiue pictas, ſiue lapideas, ſiue ligneas; ducebant enim abſurdum deteriora melioribus aſſimilare, & illius, quod eſſet incomprehenſibile, paruo ligno comprehendere figuram. Sed illius verba audi. *Hic autem,* (Numa nempe) *Romanos prohibuit exiſtimare imaginem Dei, aut hominis ſpeciem, aut animalis habere formam. Nec fuit apud eos neque picta, neque ficta Dei prius ſpecies, ſed in prioribus centum, & ſeptuaginta annis templa quidem ædificabant, ſacraque tuguria erigebant. Simulacrum verò nullum corporeum faciebant, perinde atque nefas eſſet deterioribus meliora aſſimilare, neque aliter, quam intelligentia percipi Deus poſſet, &c.* Hæc ille. Eadem apud Clementem, vt Euſebius Cæſarienſis refert, & Dionyſium Halicarnaſſeum, qui ait, templa eſſe à Numa Diis erecta; negat tamen ſimulacra in his fuiſſe vlla, quod Deum nulla ſpecie, formáve effingi poſſe crederet. Tantáque olim religio, vt nefas Deorum picturas, & donaria vendere putarint. Has fœneratores tamen, & publicani à ſe conculcatas vſque adeò dilacerabant, vt ab his ſacrilegis plagiariis ingenui, liberi, filiæque virgines, publicè verò donaria, picturæ, Deorúmque ſtatuæ venderentur.

Sacrificium Meſſeniorum è quolibet genere animalium.

Imagines nullæ Dei ſub Numa cur.

Putarchi locus de Numa.

Pictura, aut ſimulacra Deûm nefas vendere.

Fœneratorũ ſcelus, & ſacrilegium.

Tarquinius Priſcus vanitate, & ſtultitia Græcarum religionum, Etruſcarúmque domi imbutus, Romanos edocuit, ſimulacra Diis ponere, quod Tertul. ſubnotat, dicens. *Age iam rebus religio profecerit; nam etſi à Numâ concepta eſt curioſitas ſuperſtitioſa, nondum tamen aut ſimulacris, aut templis res diuina apud Romanos conſtabat. Frugi religio, & pauperes ritus, nulla Capitolia certantia cælo, ſed temeraria de ceſpite altaria, & vaſa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipſe nuſquam; nondum enim tunc ingenia Græcorum, atque Tuſcorum fingendis ſimulacris vrbem inundauerant.* Hebræos quoque nullam Dei habuiſſe imaginem Hieroſolymis refert Dion. in Pomp. his verbis. *Alius eſt* (Deus nempè) *cui ſoli ampliſſimos, & maximos honores habent, ſimulacrum Hieroſolymis nunquam habuerunt. Sed ei Deo cuius nomen dici non poſſet, quemque forma vacare arbitrantur, &c.* Idque ex præcepto legis. *Non facies tibi ſculptile, &c. vt adores.* Iconoclaſtæ hos ſecuti, & Hæretici noſtri temporis. De his legendi ſacri ſcriptores, & Bellarminus præcipuè.

Tarquinius Priſcus Deorũ imagines & ſimulacra inſtituit.

Deorũ imagines Romani à quibus mutuati.

Hebræi nullam Dei imaginem pingunt, aut fingunt.

Ægyptiorum templa marmore licet, & auro eſſent elaborata miro artificio, Deorum tamen imago nulla inerat, ſed earum loco ſimia, ibis, crocodilus pro Diis colebantur.

Dei nulla imago apud quos.

Perſæ verò nec ſtatuas nec aras erigebant, Deos tamen putabant Cœlum, quem Iouem exiſtimabant, Solem quem Mithram vocabant, Lunam, Venerem, Ignem, Tellurem, Ventos & Aquam ex Strabone & Herodoto. Apud Seres etiam ex Euſebio nulla ſimulacra culta. Lycurgus quoque Lace-

dæmo

dæmoniorum legiſlator nullam inſtituit imaginem Dei, quippe Deum hominum, aut animalium effigie fingi vetuit. Tandem, vt refert Clemens, annis 170. ab V. C. nullam imaginem neque fictam, neque pictam Roma vidit, ex Plutarcho in vita Numæ. Plato lege vetuit, ne Deorum imagines ex auro, vel argento, ferróve, aut ære fierent, ſed tantum ex ligno, vel lapide, vt ne imperiti homines ex occaſione rei pretioſæ, exiſtimarent, ſe propterea Deos placare poſſe, aut decipere. Polyd. *lib.6.cap.*13.

Romani quandiu ſine idolis.

Simulacra Deorum ex qua materia.

Simulacra, ſeu ſigna paſſim fabricata ex qualibet materia, ſed non è quolibet ligno Mercurius, vt eſt in adagio: quare has tantum arbores ſumebant, ebenum, cupreſſum, cedrum, quercum, ſmilacem, loton, buxum, his radicem oliuæ in minoribus ſimulacris addit Theophr. Tib. lib. 1. el. 10.

Simulacra Deorum ex quo ligno.

Nec pudeat priſco vos eſſe è ſtipite factos,
Sic veteris ſedes incoluiſtis aui.
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.

Eruditiſſimus Mendoza *lib.5.* cur hæ ſtatuæ ligneæ fierent, cauſas has affert, quia lapis durior eis videbatur, quam vt Diis effingendis eſſet idoneus, aurum verò, aut argentum ſterilis & infœcundæ terræ fæcem arbitrabantur. Conſtat enim quo in loco ſunt auri, argentique fodinæ, ibi raras admodum herbas flores, & fructus prouenire. Hæc *l.5. de floribus variis.*

ALOYSIO CORNELIO
Senatori Veneto & Equiti.

Diſſertatio VIII.

Accuſati ſub Patrono ſedebant. Prouocantes verò ad populum ſupra ſtabant. Obſecrare, & reſecrare iuſſi à magiſtratu. Rei abſoluti pedem ſiniſtrum regum, aut Imperatorum oſculabantur, & quo veſtitu. Calcei quando detracti. Ritus Athenis reorum, & accuſatorum. Iniuriæ, & Innocentiæ lapis apud Athenienſes quid. Accuſatores ſtantes dicebant. Cruenta iudicum ſubſellia. Controuerſiæ in templis compoſitæ. Leuato velo cauſa cognitæ. Finis quis orationis. Rei à quibus cuſtoditi. Plauti apologia. Faſces, arma, ſcuta, quando inuerſa.

Senecæ locus.

AVoi quid in Seneca l. 3. Contr. 17. legerim. *Impius es, ingratus, & audeo dicere, parricida, reſpice forum; hic ſub Cicerone ſediſti: reſpice roſtra, hic ſuper Ciceronem ſteriſti.* Quæ verba mihi lucem præferunt ad morem pauciſſimis obſeruatum; accuſatos apud Senatum reos ſediſſe ſub patrono. Inſtituta ad pop. prouocatione ſuper eundem collocatos ſteriſſe obſecraturos, vt eo periculo liberarentur, & continuo reſecrare cogebantur a Magiſtratu. Plautus in Perſ. Act.1.Sc.1. *Obſecro te, reſecro, operam da mihi fidelem.* Heraldus in Arnobium, reſecrationem aliter interpretatur, dicens. *Execrabiles erant, quos arcebant a ſacris, tanquam impios pollutos, & magno ſcelere impiatos, quos ſi reſtituebant, reſecrare illos dicebantur, quales* ἐναγεῖς *apud Græcos, & qui diris publicè denouebantur* κατάρατοι, *quales Chriſtiani habiti olim apud Ethnicos.*

Accuſati rei ſub patrono ſedebant.

Prouocantes ad pop. rei ſuper patronū ſedebant.

Reſecrare quid.

Execrabiles qui.

Eruditiſſimus Turnebus optimè, vt ſolet, ita explicat; ſi quis, *obſecro*, dixerat eum, quem alloquebatur, obſtringere, obligareque quodam ſacramento, & iureiurando videbatur, & ſi ea perſona erat, cui pudorem deberet, cuique omnia libera in vtramque partem eſſe vellet, vt ea religione ſolueret, ſubiiciebat, *Reſecro*, quo verbo obſecratione ſoluebat: hinc Plautinum illud, *reſecroque mater, quod dudum obſecraram.* Etiam qui obſecrabatur, ne religione ea obligarentur, *Reſecro*, dicere ſolebat. Ita rei in Comitiis, cum populum ſupplices obſecrarant, continuò reſecrabant. Verſius apud Feſtum *reſecrare, ſoluere religione., vt cum reus populum comitiis orauerat, vt eo periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eum reſecrare.* Tanta erat veterum religio in iuramentis, contrà, ô noſtri temporis impietas! Modus execrandi aut imprecandi à Cic. in Ant. exprimitur, ita, *Igitur eſt patronus Antonius, Malam quidem illi peſtem, clamori enim veſtro aſſentior.*

Rei capillos alebant, & barbam: ſoluti tondebant. Nouar. *Sched. lib.3.cap.*13. reorum enim vultus aucta coma tegebat, vt neceſſe fuerit, vt viderent, capillos in tergus reiicere ex Luciano.

Rei abſoluti ſiniſtrum pedem regibus, aut Imperatoribus gratias agentes oſculabantur. Seneca 2. de Benef. cap. 12. *Cæſar dedit vitam Pompilio Penno, ſi dat, qui non aufert, deinde abſoluto, & agenti gratias, porrexit oſculandum ſiniſtrum pedem. Qui excuſant eum, negant inſolentia cauſa factum, aiunt, ſocculum auratum, imo aureum margaritis diſtinctum oſtendere eum voluiſſe. Ita prorſus, &c.* Et in fine capitis ſubiungit. *Inuenit aliquid infra genua, quo libertatem detruderet:* (ad genua enim deuoluebantur ſupplices) *non hoc eſt rempublicam calcare? & quidem dicet aliquis, (nam poteſt ad rem pertinere,) ſiniſtro pede. Parum enim fœdè, furioſéque inſolens fuerat, qui de capite conſularis viri ſoccatus audiebat, niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet Imperator pedes ſuos.* Soccatum dicit; quod inſoleus; quia in publico, & in iudiciis non niſi rogati, & calceati prodibant. Lego tamen, vt in religionibus ita in ſuperſtitionibus obeundis calceos olim poſitos ex Plinio *lib.17.cap.28.* Idem etiam

Rei abſoluti ſiniſtrum pedem Regibus, aut Imperatoribus oſculati.

Rei ad genua deuoluti iudicum.

Calcei quando poſiti olim.

obſeruatum in funeribus ex Suetonio *in Aug.c.*10. Neque tantum Romanis hic ritus peculiaris, vt diſcalceati luctum funebrem teſtarentur, ſed etiam Hebræi, vt habet ſacra hiſtoria. In ſacris verò magicis veneficæ vnum tantùm pedem exuebant ex Virgilio 4. *Æneid.* Ætoli quoque in bellum prodibant vno pede diſcalceati, ſiniſtro duntaxat; dextrum enim crus promotum in digladiando perone muniebant. Detractio demum calcei fuit nota infamiæ, ignominiæque militaris, de quo alibi.

In publicis, & iudicia nō niſi togati, & calceati prodibant.

Ad Athenienſium me verto inſtitutum iudiciarium. In conſeſſu Areopagitarum (mos non negligendus) lapides duo argentei, vnus reo, alter accuſatori, in quibus conſiſterent poſiti, iiſque propriis nominibus cognitionem iucundam inſinuantes; nam Iniuriæ, & Contumeliæ lapidem accuſatorum dicebant; Impudentiæ (melius Innocentiæ) reorum alterum, quod colligitur ex Pauſaniâ in Atticis ita dicente. *Martius, cuius nomen ſortitus eſt, quoniam Mars ibi primus iudicio ſtetit (nam ἄρειος πάγος, Martis vicus ſonat) interfecto Halirrhotio. Ibidem, & Oreſtem abſolutum fuiſſe à cæde matris ferunt, éſtque illic Mineruæ ara, quam illic Oreſtes Iudicum ſententiis abſolutus vouit, poſuitque; lapides verò argenteos, quibus inſiſterent & rei, & accuſatores, vnum Iniuriæ, Contumeliæue; alterum Impudentiæ,* emendo, *Innocentiæ.* Cauſam huius pete à doctiſſimo Hadriano Iunio *animaduerſorum libr.* 1. *cap.* 1.

Areopagitarum ritus in iudicio.
Iniuriæ lapis qui.
Innocentiæ lapis qui.

In Areopago ergo erat ara Mineruæ Deprecatricis ἀ..., quam erexerat Oreſtes, vt refert Pauſan *in Atticis*, iudicio ſolutus. Argentei prætetea lapides, in quibus rei, & accuſatores ſedebant, & hunc quidem contumeliæ, illum impudentiæ vocabant. Proxima ædes Eumenidum, quibus tamen in forma nihil erat horribile. Denique Plutonis, Mercurij, & terræ ſimulacra, quibus ſacra faciebant, qui in cauſa capitis fuerant abſoluti. Myſticum ſenſum lege in Cauſini ſymbolicis.

Poſtulat enim ratio, vt quomodo accuſatores, & rei cauſam ſuſtinentes; ita iniuriæ, contumeliæue accuſatorum, qui tametſi veras cauſas defendant, ad opprimendos tamen reos eas perſequuntur, oppoſita ſit reorum innocentia. Ex argento autem conflati ſunt illi lapides, quod æruginem non non contrahit, vt innuerent, integritatem vtrobique tã in accuſando, quàm in defendendo ſpectari debere; nihil affectibus illic tribuendo, criménque grauãdo: hic verò nihil diſſimulando: nam, vt negare non ſolùm ſufficit, ita neque accuſare ſolũ ſatis eſt. Gradum promoueo ad alium Athenienſium ritum, qui ante conſeſſum Iudicum mactari porcellum iubebant, tanquam expiatoriam victimam; mox rore ſanguineo ſedilia leuiter reſpergebant, ex Sigonio *de Rep. Athen.* vt memores eſſent, ſe de vitâ, & ſanguine hominis decernere: quem ſi iniuſtè profunderent, ſcirent, ſe ita reſperſum iri eo cruore, vt ſubſellia, in quibus conſidebant, porcelli ſanguine. Demum non ſtatim ad ſupplicium rei damnati mittebantur, vt habet Clemens Romanus, ſed per plures dies quæſtiones exercebant cum multo conſilio; & velo interjecto. Verum cum leuior eſſet cauſa; quæ huiuſmodi indagine non indigeret, tunc eo amoto velo cauſa cognoſcebatur iudicio. Hinc leuiores cauſæ cognitæ leuato velo, de quo à me alibi. Poſtremo controuerſiæ in templis compoſitæ ex Iſocrate *in Trapezitico,* Plinio *Ep.* 1. *lib.* 5. & Dione. Diſtrahebantur aut componebantur potius iureiurando interpoſito ex Suetonio *in Iulio*, & iurabant per Deos, Heroas, magnóſque viros defunctos, etiam per viuos, ex Luciano.

Cruenta iudicum ſubſellia.

Leuato velo cauſæ cognitæ.

Controuerſiæ in tẽplis compoſitæ.

Prætereà notem neceſſe eſt, morem iudiciorum; vt in ſubſelliis patroni aduerſi ſedeant, accuſator contrà defenſorem: &, quando dicebat accuſator, ſtabat. Cicero pro Sex. Amerino. *Credo ego vos, iudices, admirari, quid ſit, quod cùm tot ſummi oratores, hominéſque nobiliſſimi ſedeant, ego primùm ſurrexerim.* Hic illud Iuuenalis.

Accuſatores ſtabant dicentes.

Stat contra, ſtarique iubet; parere neceſſe
eſt.
Iudice non opus eſt noſtris, nec vindice li-
bris;
Stat contrà, dicitque tibi tibi tua pagina,
fur es.

Appoſitos cuſtodes accuſatori, ne quid improbè moliri poſſet, reperio in Plutarchi Catone minore. *Cum autem lege quadam reus apponere accuſatori poſſet cuſtodem, ne quid clam compararet, & inſtitueret ad accuſationem, qui adiunctus à Murenâ aſſectator, & obſeruator fuerat, vbi nihil inſidiosè, &c.* Stare enim contra, eſt ſurrexiſſe, vel accuſatorem, vel reum. Abſolutâ autem vel accuſatione, vel defenſione, ius erat oratori ſedere, ideò finiebat hoc verbo, *Dixi*, ne videretur ſedere contra morem, antequam abſolueret orationem.

Cuſtodes appoſiti accuſatoribus.

Stare in iudiciis quid.

Dixi, erat dictum in fine orationis.

Notior at non eſt canibus iam Delia noſtris. Rei cuſtoditi à Tribb. centurionibus, & militibus. Videndi auctores.

Cuſtoditi rei à Trib. centurionibus, & militibus.

Antequam reos ad ſupplicia mittam, cóſque dimittam quædam noto cum eruditiſſ. Nouarino in ſchediaſmatis aureis, gemmeiſque. Flagellatos fuiſſe nocentes ante mortem neminem latet. Apud Hebræos, ne in flagellis quadragenarium numerum excederent, triginta tantum nouem verbera incutiebant. Quo reſpiciebat Paulus dicens. *A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus accepi.* Ne autem excederent hunc numerum, in tres vices eas partiebantur. 13. in ſingulas, ne ſcilicet nimis in reos ſæuiretur. Bouis neruo hæc flagellatio facta, detractis prius veſtibus, & apud Hebræos ad columnam manibus ligatis. Dum flagellis reus cæderetur, qui primus inter iudices aderat quoſdam verſus recitabat: alius numerabat plagas, ne ſcilicet quadragenarium numerum excederent: tertius atque poſtremus lictorem ferire iubebat. Apud Romanos equeſter ordo à flagellationis pœna liber erat. Flamini pedes, genuáque ſiquis amplexus eſſet, verberari non poterat. Nouar. *ſched. l.* 1. *c.* 2.

Hæc

Faſces, arma, & ſcuta inuerſa in luctu, & perfugio.

Hæc mitto, & in ſemitam reuertor. Sed in hoc luctu, more priſco lugentium, faſces inuerto, vt innuit Pedo ad Liuiam,

Quos primum vidi faſces in funere verſos.

Verſa etiam ſcuta, & arma. Virgilius *Verſis Arcades armis*, quod non ſolùm luctus, ſed etiam transfugij & defectionis fuit indicium ex Ammiano *lib. 27.* & Lipſio *ad 3. Annal. Taciti.*

Plauti apologia.

Hæc mea, & aliorum coniectanea ſunto. Veteris enim monetæ pretium, & æſtimatio à nobis plerúmque ignoratur; ita priſcorum verborum ſignificatio, quæ lucifuga, ex ipſo veluti Acheronte reuocanda, luci, Solique reddenda, & ſuperis oris reſtituenda cenſeo. Neque mihi Suada aliter ſuadeat, vt aliter ſentiam, & abeam à comico choragio Plautino, tametſi ſummâ vi renitantur inueſtes ex Arpinati ſcholâ pueri, & gentis Iuniæ quidam, confirmantes Plautinum ſermonem præ Ciceroniano, allium & fungos putidos olere, & nautarum nauteam reſipere. Vos ipſiſſimi Muſarum Pompilij, ingenij veſtri faſcibus eos ſubmouete, qui ad panniceas Baucides vocabula relegant antiqua. Horatij elogium de hoc celeberrimum ad Florum.

Obſcurata diu populo bonus eruet, atque
Proferet in lucem ſpecioſa vocabula rerum,
Quæ priſcis memorata Catonibus, atque Cethegis,
Nunc ſitus informis premit, & deſerta vetuſtas.

HIERONYMO LANDO Senatori Veneto & Equiti.

DISSERTATIO IX.

Vinum niuatum, glaciatum æſtiuo tempore in vſu, & deliciis. Neronis inuentum. De colo niuario, & Aquâ decoctâ. Fructus ex frigidâ, etiam deſumpti. Vectigalia Romanorum triplicia. Portorium quid, & quotuplex. In ponte ſoluta vectigalia. Vectigales datæ prouinciæ dynaſtis benè meritis ex more noſtro. De aquæ refrigeratæ, & calefactæ potu, & vſu in menſis. De Thermopoliis, & aquæ calidæ miſtione, &c.

Vinum niuatū, & gelatum à Neronis vſque tempore.

NON nouitium, ſed antiquum inuentum, & vſu receptum à Neronis vſque tempore vinum congelare, cum Syrius maximè ardet, atque arua incendit, voluptatis, & ſanitatis gratiâ. Plinius apertiſſimè fatetur, ſcribens. *Decoquunt alias niues, quas mox & illas hyemant, quod Neronis Principis inuentum*: idem. *Hi niues, illi glaciem potant, pœnáſque montium in voluptatem vertunt. Seruatur algor æſtibus, excogitatúrque, vt alienis menſibus nix algeat.*

Neronis inuentum de vino gelato.

Colum niuatium.

Quam niuem colo niuario percolabant, vt alſius, & liquidius potarent. De colo niuario habemus Martialis Epigr. 101. lib. 14.

Setinos moneo, noſtrâ niue frange trientes,
Pauperiore mero tingere lina potes.

Idem de ſacculo niuario Epigr. ſequenti

Attenuare niues norunt, & lintea noſtra,
Frigidior colo non ſalit vnda tuo.

Pomponius lib. 2. ff. de auro, & Argento. *In argento potorio etiam, id, quod ad præparationem bibendi comparatum eſt, veluti colum niuarium, & vrceoli.* De niue Seneca ita Epiſt. 95. *Niuem rodunt ſolatium ſtomachi æſtuantis.* Et 2. de Irâ. *Puero male diluenti niuem iraſcitur.* Martialis Epig 64. lib. 5.

De niue.

Sextantes Calliſte duos infunde Falerni,
Tu ſuper æſtiuas Alcime funde niues.

De glacie idem Seneca Epiſt. 70. *O infelicem agrum, quia non niue vinum diluit, quia non rigorem potionis ſuæ, quam capaci ſcypho miſcuit, renouat, fractâ inſuper glacie.* Idem Quæſtionum naturalium c. vlt. *Inde eſt quod ne que niue quidem ſunt contenti, ſed glacie, velut certior illi ex ſolido rigor exquiritur.* Non ſolum igitur niuem adhibebant, verum etiam glaciem fractam. Vt autem frigidior aqua fieret gelata prius calefiebat. Idem Plinius lib. 31. c. 3. ita inquit. *Neronis Principis inuentum eſt decoquere aquam, vitroque demiſſam in niues, refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit, ſine vitio niuis. Omnem vtique decoctam vtiliorem eſſe conuenit, item calefactam magis refrigerari ſubtiliſſimo inuento.* Iuuenalis.

Aqua decocta à Nerone, vt citius, & magis gelaretur.

Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Fructus in frigida, deſumpti in menſa.

Et non ſolùm vinum in frigidam immittebant, ſed & fructum, qui in diſco frigidam continente aſſeruabantur, ad ſecundam menſam exornandam; ita Athenæus de ceraſis loquens lib. 2. ait. *Cum frigidâ ſumuntur placere ventriculo.*

Aquæ refrigeratæ ritus varius antiquus.

Semus Delius *libro Neriadis ſecundo*, refrigeratoria loca excauata in inſula Cimolo fieri ſcribit, in quibus æſtatis tempore vaſa fictilia tepidâ aquâ plena deponunt, poſtea nullâ re niuibus differentia ea exportant, Athenæus *lib. 3. c. 21.*

Chares Mytilenæus *in Hiſtoriâ de Alexandro* declarat, quo pacto niuem ſeruare oporteat, vbi Petræ ciuitatis Indiæ obſidionem percurrit, dicítque Alexandrum triginta magnas foſſas excauaſſe, quas cum niue repleuiſſet, ramos querneos ſuperiniecit; ſic enim plus temporis niuem perdurare poſſe affirmat, Ibidem.

Calliſtratus *Commiſtorum lib. 7.* vt teſtatur Simonides poëta, cum apud quoſdam magni caloris tempore pranderet, pocillatoréſque cæteris omnibus, ſe vno excepto, niuem in poculis miſcerent, Epigrammate ex tempore pronunciato, & ſibi niuem dari popoſcit.

Protagorides *libro Comicarum Hiſtoriarum*

Refrigerandæ aquæ ratio.

rum ſecundo, vbi Antiochi regis nauigationem juxta fluuium deſcribit, quædam refrigerandæ aquæ artificia ita commemorat. Die quidem ipſam in aprico loco ponentes, & quod craſſum eſt, noctu excolantes, reliquam noctis partem in hydriis fictilibus ſub dio in editioribus partibus domus exponunt: per totam deinde noctem duo pueri ipſa vaſa exterius irrigant, ac diluculo incipiente, purgantes, fæcémque rurſus ſubtrahentes, & tenuem ipſam aquam, maximeque ſanitati idoneam facientes, inter paleas hydrias ipſas collocant; poſtea illâ ſic vtuntur, nullâ niuis inopiam cognoſcentes.

Ex quibus facile eſt colligere non tantùm Neronis inuentum fuiſſe aquam æſtate refrigerandi, nec Romanorum tantummodo, ſed ante ipſum alibi vſurpatum, intermiſſum aliquando, prout parſimonia, vel locus repoſcebat. Plutarch. eruditiſſimus ſcriptor 6. *ſymp.* ait, coribus, ſilicibus, necnon plumbeis laminis aquæ iniectis aquam refrigerari. In puteis quoque viuam refrigerandi morem habuiſſe veteres Athenæus probat ex auctoribus quibuſdam. Sed de aqua frigida facile adducor, vt credam ad potum adhibitam.

Aqua refrigerata in puteis.

Aqua calida ex medicorum præſcripto omnino ſtomacho noxia, & tamen plures auctores aquæ calidæ meminerunt ad ignem calefactæ, hinc Thermopolia, Plautus in Curc. *Quos ſemper videas bibentes eſſe in thermopoliis*, & alibi. Termopolia erant cauponæ, in quibus calida venibat, pura, puta; & aliæ potiones dulces. Lipſius duplicem calidæ aquæ vſum agnoſcit, & cùm ſalitariam, tùm vino infuſam vult bibi ſolitam: quod procliuius, & iucundius potio fieret, quàm frigida iret in bulgam, Martial. confirmat de calefacta

Aquæ calidæ potus Thermopolia quæ. Aquæ calidæ vſus duplex.

Caldam poſcis aquam, ſed nondum frigida venit:

Alget adhuc nudo clauſa culina foco.

Athenæus *lib.* 11. ex Ariſtotele docet, olim Rhodianis aquam, qua vinum miſcebatur, calefieri olim fuiſſe ſolitam, iniectâ in eam myrrha, maſtiche, croco, balſamo, cinnamomo, & aliis aromatibus. Apud Apuleium Photis accipit poculum, & deſuper aquâ calida iniecta porrigit. Cuius ratio hæc videtur eſſe. Quia ex Platone 1. *de Rep.* aqua calida inteſtina refrigerat, & appetentiam concitat; ex Mercuriali, ante alios potata cibos, renum feruorem remittit. Conducit potiſſimum ventriculum frigidum habentibus, & vomitum concitare volentibus ad magis ſe ſe cibis ingurgitandum: ita faciebant Rhodij, teſte Stratonico apud Athenæum *lib.* 8. Thermopolia Romæ ablata à Claudio ex Dione Caſſio, ne calida proſtaret. Thermopolium taberna erat vbi confectæ dulcéſque potiones venibant, quas calidas bibebant. Idem de Druſo Tiberij filio, quem ebrietatis accuſat, quod ad ignem reſtinguendum vti voluerit aqua calida; quaſi, dicens, conuiuij res eſſet, non incendij. Hinc Tiberius dictus Biberius, Caldius, Mero, à frequenti calidæ potu. Meminit quoque calidæ Tacitus *Ann.* 13. de Britannico loquens, Pollux, Athenæus, Martialis &c.

Aqua calida miſta.

Aquæ calidæ vtilitas.

Thermopolia Romæ ablata.

Quod ſi quis locus coniecturæ; meam hic ſubiicio. Fateor equidem decoctam olim in maximo pretio; non quia calida biberetur, ſed quia frigidior, congeſtis deinde niuibus, & quia ſalubrior: Hinc Herodotus ſcribit *lib.* 1. regem Perſarum, ſolitum ferre aquam Choaſpis fluminis decoctam, quocumque iret, nam ex eo bibebat flumine. Lipſius cum cæteris primæ notæ hominibus, aquam calidam potatam cenſet in Electis, & ad illum locum Taciti, 13. Ann. *Innoxia adhuc, & præcalida, & libata guſtu potio traditur Britannico: dein poſtquam feruore aſpernabatur, frigida in aqua effunditur venenum.* Vbi fraus, & dolus, non vſus, aquam calidam potandi: cenſent alij eruditi viri calidam offerri Britannico; quæ calida erat reſpuenda, vt videlicet prægustator ſine noxa libaret: quo facto, quaſi neglig&etilde;tius fuiſſet frigefacta, nix adduceretur, vt fieret frigida, inter quas moras effunditur venenum, iam abſque periculo prægustatoris, cum iam eam libaſſet, ita ſentit pereruditus Cerda, & alij non infimæ notæ viri. Verùm multis placet, & noſtratibus omnibus, ex medicorum præſcripto frigidam, gelidamue dici, quæ niuibus, gelu, aut alia ratione frigefacta; calidam, quæ communis; aut quæ reuera calefacta, & excocta, deinde frigefacta: Quiſque ſuum conſulat guſtum; deinde ſuffragium ferat, in quam ſententiam libuerit.

Calidæ potus quis reuera fuerit.

Auctoris ſententia.

Proram meæ inſcriptionis ſoluo, verto, & panſis velis alio me conuerto, pontone tranſuectus, & vectigal in ponte ſoluturus; quod genus vectigalis ſolutum, & Imperatorum priſcorum æuo. Nec eſt, quod liuiduli noſtrorum Principum vectigalia ſugillent, cum illi monarchæ tantis nó exhauſti calamitatibus, vt noſtri; non tantum tonderent, ſed & degluberent pecus.

In Cedreno lego ἀερικὸν Tributum, liberi aëris nomine impoſitum prædiis à Ioan. Michaëlis Paphlagonis fratre. Dio. *lib.* 46. autumat Senatorij ordinis omnes in ſingulas ædium ſuarum tegulas ſex aſſes perſolviſſe. Zoſim. refert *lib.* 2 χρυσάργυρον tributi genus, quod pro ſuis pariter, & brutorum animalium excrementis dare homines conſueuerant, homines pro ſe nummum argenteum vnum, pro bubus, mulis, & equis alterum; pro cane atque aſino folles ſex numerabant, auctorem facit Conſtantinum Magnum. Vectigal fixum, ſine quo fundus comparari non poteſt, Cod. Item, mobile pro rebus mobilibus: Dur. Caſel. *l.* 2. *c.* 2.

Vectigalia olim ex arationibus, quæ decimæ; ex paſcuis, quæ ſcripturæ; è portibus, quæ portoria dicta. Hinc Decumani, ſcripturarij, & portitorij. Sed nomine portorij intelligitur τέλος ἐν λιμένι, vectigal in portu, item τέλος ἐν πύλῃ, vectigal in porta. Demum τέλος ἐν γεφύρᾳ vectigal in ponte. Primum dictum portorium: alterum portarium: tertium (vt ita dicam pontorium quod poſteriore æuo ſolutum tempore Neronis reperio, idque habeo ex Seneca de

Vectigal Romanorum triplex. Decimæ. Scripturæ. Portoria.

Con

In pontibus quibuſdam ſoluta vectigalia.

Conſtantia cap.14. *Nec indignabitur aliquid impendere, vt limen tranſeat, cogitans & in pontibus quibuſdam pro tranſitu dari*: Ex quo colligo non in omnibus, ſed in nuper inſtructis; fortaſſe, & inſtauratis; ita notat eruditiſſimus Lipſius in admir.

Erat & vectigal ſtipendiarium, ideſt, certum, vt auctor eſt Cic. act.5. in Verrem, de quo ita Appianus lib.1. belli ciu. *Dedit colonis colendos agros, quos bello ſibi quæſierant eóſque graſſantis belli iniuria incultos relictos, ex quibus quidem agris vectigalia annua publicè pendebant coloni; partem ſcilicet decimam ſeminum, fructuum verò omnium ex arboribus quintam, pecorum rationem quandam præſcripſerant.* Vide locum ſub initium.

Regiones vectigales datæ dynaſtis.

Liberalitas antiquorum principum.

Ad liberalitatem principum nauem appello, qui regiones, & vrbes aliquando vectigales dedere dynaſtis de ſe benè merentibus, & more principum; Regúmque huius ætatis. Athenæi ſuffragium fero lib. 8. dicentis. *Dixit Strabonius à Muſis ſe accepiſſe id vectigal omnes Græcos, à quibus mercedem exigat ipſorum imperitiæ.* Plutar. in Sylla, *ſedebatque Pergami opes, Dynaſtias, & Dominatus amicis impertiens.* Sic olim Ægyptum cuidam reginæ εἰς ζώνην ad ornatum à marito datam, Themiſtocli Lampſacum εἰς οἶνον, Magneſiam εἰς ἄρτον, Myuntem εἰς ὄψον, refert doctiſſimus Athenæi interpres. Plutarchi prætextam prætexo huic capiti in Themiſtocle dicentis. *Vrbes tres tradunt plerique ei in panem, vinum, & eſculenta datas, Magneſiam, Lampſacum, Myunta. Duas adiiciunt alias Cyzicenus, Neanthes, & Phanias, Percoten, & Paleſcepſin in ſtratum, & veſtem,* Idem in Alexandro, *non ante conſcendiſ, quàm conſideratis rationibus amicorum, erogaſſet huic agrum, illi pagum, alteri vici prouentum, vel portus, cum iam eſſent vectigalia penè omnia diſtributa regia, & diplomatibus conſignata, &c.* Vide de his Briſſonium *de regno Perſarum lib.1.*

IOANNI PISAVRO Senatori Veneto, & Equiti.

DISSERTATIO X.

Sumendi aliquid è re ſacra mos priſcus, & lacerandi veſtes conſecrandas, & ponendi pecunias in ſinu Deorum, & cur. Feſtum omnium Deorum apud Græcos, vt apud nos, omnium ſanctorum; aliaque Athenienſium inſtituta de hoc. Dei ignoti ara. Die feſto alacriùs agebant. Conueniebant ad pacta dirimenda. Hygeia Dea cuius filia & ſoror. Huius ſimulacrum. Salus Dea. Sanitatis ſymbolum. De ſternutamento. Omina triſtia tria.

IN religionis ſymbolum, è templo redeuntes priſci domum aliquid referebant ſacri, quod Athenæus lib.3. refert. *Hygeiam, ὑγίειαν, mazam, vocauerunt quæ in ſacris dabatur deguſtanda.* Ex quibus colligo vna cum doctiſſimo eius interprete, laudatiſſimum veterum ritum, vt qui templa Deorum adirent, domum inde aliquid referrent, bonæ ſcæuæ gratia; puta, vel libi fruſtulum, vel frondem virentem. Valetudini conducere id opinantes, quod loco ſacro eſſet ablatum; ideò illi fecerunt nomen ſanitas, ὑγίεια. Heſychius confirmat; ὑγίεια, ἄλφιτα οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένα, &c. ὑγίεια enim præter vulgatum ſignificatum ſanitatis, & bonæ valetudinis, ſignat ex Etymologico, far conſperſum vino, & oleo, & omne, quod ad ſacrum attinet. Hunc morem, & nos Chriſtiani in pluribus locis, vt à me obſeruatum, tenemus, & quæ è templis referimus, domi retinemus ad mala auertruncanda.

E templo abeuntes aliquid domū è ſacro reportabant.

Hygeia quid.

Templo egredior, & ſtomachabundus quendam conſpicio in patrios cineres mingentem, ſeu iuxta fores, proh ſacrilegium! bilis mihi ſubitò in naribus, labrum mormordi, recordatus quod legi in Suida de templo Pythio Apollini à Piſiſtrato condito, ad quod tripodas afferre ſolebant, qui vicerant Thargelia: in eo inſcripſerat, *ſacer eſt locus, extra meiite.* Ex quo deprehenſum peregrinum aiunt morte mulctatum, quod religionem neglexiſſet. Vnde prou. *In Pythio cacare, in Pythio deambulare,* Suid. Alium deambulantem in templo Piſiſtratus videns legem ſanxit, vt qui in eo delicto deprehenderetur, capite plecteretur. quid ſi vidiſſet, quæ factu, quæ dictu nefas? Repeto Hygeian.

Hygeia Æſculapij filia, ſoror Panaceæ, cui apud Sicyonios ſimulacrum cultum à mulieribus, capillos ſibi tondentibus, eique dicantibus. Hæc Dea à Romanis dicta Salus, ab hac σωτῆρος, ideſt, ſalutigeri Dei dicti. Vnde ſalutaris porta propè ædem Salutis. Salutis augurium apud Romanos celebratum, quod intermiſſum, Auguſtum renouaſſe legimus.

Hygeia cuius filia, & ſoror.

Hygeiæ ſimulacrum.

Salus Dea quæ.

Fatalis cœli inclementia, belli, famis, & peſtis, quæ hoc triennio in totam Inſubriam detonuit, adeò miſeram afflixit Italiam, vt plerique quibus ſuo viuere ſucco licitum; vitam agere doliarem ruri, quam dapalem in vrbe maluerint. Qui ſoli bellum, famemque ad tunicatum popellum amandarunt, peſtem verò in rupibus, ac tuguriolis relegari propulſarunt. Ego quoque in Vicentino angulo meum ſalem lingens in meo fortean, alieno doliolo, cum

Bellū & fames Italiæ 1629. 1630. De peſte an. 1630 1631.

Dira per Inſubriam ſerpunt contagia totam.

Totque hominum myriades victimæ nil miſerantis Orci caderent, ſchediaſmatum

ho

horum exemplar, reliquias Danuûm, atque immitis Achillis teperi, volutaui, addidi de ſalute, cui iam omnes vota concipiunt, operantur.

Pandemius morbus.

Epidemio morbo graſſante, ſeu Pandemio, parerga hæc conſcribillaui. Pandemius dictus hic, quia totum populum inuadit: πᾶν, vniuerſus, δῆμος, populus innuit.

Epidemius morbus.

Morbus Pandemius triplex; quidam dicitur Epidemius, qui non ſoli regioni, ſed pluribus communis eſt, ob aëris inclementiam ſiderumque malignitatem:

Endemius morbus.

Endemius, qui euidam populu proprius, & peculiaris vitio terræ eiuſdem, aëris, aquæ, & regionis proueniens. Pandemius ſimplex, dicitur communis; vniuerſalis, ex alteratione aëris, non cœlitus facta, ſed alia cauſa communi, vt vitioſis cibis potuq; Quare morbus Epidemius, communis eſt regioni, ex cauſa ſuprema dimanans, quod non accidit in Endemio. Prætetea Epidemius aliquando nil contagionis habet, & veoenum aliquando habet, vt hoc anno euenit, quo populariter graſſante, miſta ſenum, atque iuuenum denſantur corpora, libitinæ mactata. Apotropęo Numiui Pæana cecioimus peſtilentia deſæuiente, eâ nunc fermè ſedata, Epilœmia recioitur, & Euchariſticum ſalutiferæ Diuiparæ: à pientiſſ. enim Veneto Senatu pro vniuerſorum ſalute vota nuncupata, & conceptа, de

Ædes ſalutis Venetiis.

Æde ſalutis magnificè Venetiis à fundamẽtis excitanda, ad iram Dei auertuncandam in honorem B. Virg. MARIÆ à SALVTE nuncupanda. Hæc enim voa ſalus, aſylumque tutiſſimum, contra Pandemij morbi procellas.

Pandemi dies.

Ad haoc rem lego in Epiphanio, *Pandemis, ſeu popularibus diebus cibaria quidem in toto exurunt, vina verò libant, nihil commodi ex hoc mortuis afferentes.* Pandemi dies dicti, cum mortuis epulas publicè offerebant.

Pandema Venus.

Pandema dicta Venus, quaſi popularis. Apolludorus *in lib. de Diis*, ait, ſic vocari Athenis, quod ad forum antiquum poſita eſſet, in quo ſoleret, πᾶς δῆμος, omnis pupuſus ad conciones vocari: & verè πάνδημον vniuerſale ſignificat, & vniuerſalis hic morbus, & vniuerſalem, vt ita dicam, inuocamus patronam, auguriùmque ſaloris reuocamus, ad quod poſtliminio reuertor. Lego ſiquidem in Dion. lib. 37. A. V. C. 691.

Augurium ſalutis Romæ.

Anno tunc ſpatio Romani bellis vacarunt, itaut longo tempore intermiſſum augurium ſalutis repeterent. Eſt autem quoddam diuinitatis genus, quo probatur, concedantne ipſis Dij, vt populo ſalutem poſtulent, quaſi nefas eſſet eam, priuſquam concedatur, petere. Ad id dies deſtinatur ſingulis annis, ad quam diem nullus exercitus ad bellum ſit profectus, nullus hoſtem in aciem eduxerit, aut pugnatum ſit. Hanc ob cauſam in continentibus malis, maximéque inteſtinis non celebratur. Alioqui etiam difficillimum eſt Romanis, vt eam diem exactè ab his omnibus puram ſeruent: præterea abſurdiſſimum eſt, cum ipſi ſe ſe mutuò in ſeditionibus, vltro malis infandis affligant, vt ſiue vincantur, ſiue adeo vincant, in miſeriis ſint, ita ſalutem à Deo velle flagitare. Idem lib. 51. Antiqu. ait, Iani templum clauſum, auguriumque ſalutis factum. Tacit. Annal. 12. *Salutis augurium, quinque & viginti annis omiſſum, iuſſit repeti, ac deinde continuari placitum, idque actum tempore Neronis.* Sueton. in Auguſto. *Nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis paulatim abolita, reſtituit, vt ſalutis augurium &c.*

Ædes ſalutis dicata a C. Iunio Bibulo Ceoſure A.V.C. 146. vota ab eodem Coſ. bello Samnitum, hanc à Fabio Pictore pictam legimus. Ædes ſalutis Romæ.

Propè hanc ædem erat ex Feſto, Porta ſalutaris Romæ. Salus effingebatur ab antiquis mulieris forma, in ſolio ſedentis, pateram tenentis, penes quam ara erat, aræ anguis inuolutus, caput attollens. Porta ſalutaris: ſalutis ſimulacrum.

Ad huius ſimulacrum, vt habet Pauſan. mulieres capillos dicabant, & in eius honore, eos ſibi reſecabant. Æſculapij filias recenſet Atiſtophanes Hygeiam, Panaceam, Æglen, Iaſo, vna cum Machaone, & Podaliſio. Vide Gytaldi ſynt. Hygeia cuius filia.

Natalis ſalutis apud Ciceronem ad Atticum *libr. 4. epiſtol. 1.* dicitus dies, quo ſaluti fuerat dicatum templum. Salutis Natalis.

Liuius meminit ſæpè peſtilentiæ Romanæ, & libr. 8. ait, *Repetitum ex ſeniorum memoria dicitur, peſtilentiam quondam, clauo à Dictatore fixo, ſedatam, eaque religione adductus Senatus, Dictatorem claui figendi cauſa dici iuſſit.* Peſtilentiæ Romæ. Clauus fixus.

Et libro 10. ait, *Strata paſſim matres, crinibus templa verrentes, veniam irarum cœleſtium, finémque peſti expoſcunt.* Romana pietas in peſte.

Libri Sibyllini ex S. C. aditi. Ædes Apollini pro ſalute vuta. Alibi, *Inuentum in libris Sibyllinis Æſculapium ab Epidauro auertendum.* Et alia huiuſmodi ab hiſtoricorum Latinorum principe in medium proferuntur, locum tamen pulcherrimum ſilentio præterire nolo libro 10. *Tota vrbe patentibus ianuis, promiſcuóque vſu rerum in propatulo poſito, notos, ignotóſque paſſim aduenas in hoſpitium ductos ferunt. Et cum inimicis quoque benignè ac comiter ſermones habitos; iurgiis ac litibus temperatum. Vinctis quoque dempta in eos dies vincula. Religioni deinde fuiſſe, quibus eam opem Dij tuliſſent, vinciri.*

Pauſanias in Atticis meminit peſtis, hoc pacto. Peſtis Attica.

Cum terra Attica peſtilentiâ laboraret, conſultum eſt ab Athenienſibus oraculum, quibus Pythia reſpondit; vrbémque, & agros expiari oportere, non expreſſo cui Deo ſacra ſes eſſet facienda. Epimenides ab Athenienſibus per Niciam Nicerati filium accitus, iuſſit per agros oues nigras dimitti, ſacerdotéſque eas ſubſequi, & quo quæque loco conſtitiſſet, ibi Deo ignoto propitio immolari debere, itaque ex eo tempore frequentes per agros Atticæ aræ ſine nomine Dei videbantur, quod factum Olympiad. 27. Laërtius tradit. Aræ ignoto Deo.

Huiuſmodi aram reperit Paulus, cui inſcriptum, ἀγνώστῳ θεῷ. Lindij colebant Apollinem λοίμιον Lœmium, hoc cognomine finitâ peſtilentia oончupatum, vnde Epilœmia carmen dictum de ſedata peſte cantatum. Epilœmia, carmen de ſedata peſte.

Alia ſexcenta in medium afferrem, quæ quæ cuique paſſim obuia. Supplicationes, vota, templa, & huioſm. iram Dei leniunt,

ſed

ſed præcipuè opera ex charitate vera emanantia. Diuinam iram noſtris irritauimus ſceleribus. His abſtineamus, illa mitigabitur. Animaduertit, inquit Seneca, non ad vltionem Deus, ſed ad emendationem. Fæces fœdiſſimæ in fundo hæ nobis exhauriendæ. Nuſquam tuta Fides, Probitati, Virtuti locus nullus. At feras, non culpes quod vitari nequit. De Lue Morbonia ſatis ſuperque, vtinam ſatis factum. Salutis repeto ſemitam, quam fauſto omine, te mihi propitio, proſequor.

Salutaris porta. Salutis augurium. Sanitatis ſymbolum.

Sanitatis ſymbolum, ſeu teſſera militaris à Tribb. data, quæ erat triangulus triplex inuicem inſertus ex lineis quinque conſtans, in quibus, ὑγίεια. inſcriptum, vnde Auxilium Deum legimus in Plauti *Ciſtel prologo*. Lege Gyraldi Synt. primum. Salutem precabantur olim, vti & modo ſternutantibus, dicentes, ζεῦ σῶσον, *Iupiter ſerua*. putantes morbū eſſe ſternutamentum, vel morbi præludium. Alij adoratione illud excipiebant, non ſolùm quòd rem ſacram putarent ex Ariſtotele, verùm etiam Deum ex Xenophonte in Cyri *lib.3*. Atque omina tria antiquis ſuperſtitioſa recenſet Pontanus in Atticis bellariis, Sternutationem, cuius ominationis ſollicitudinem deprecabantur, vt dixi, non quòd Deum putarent. Alterum erat Palpitatio, vnde ſoliſſatio. Supercilium mihi ſalit, de quo videndus Adagiographos. Tertium tinnitus auris. Vide proluſionem Stradæ. Hæc à me obiter, alibi pluribus. Calamo excurrenti ignoſce.

Salutem precabantur ſternutantibus. Sternutamentum Deus habitus. Omina triſtia tria.

Idem Heſychius mihi facem prætulit ad conſuetudinem quandam, qua priſci vſi cum veſtes templis, aut aris, pietatis gratia, appenderent, quas findebant, ne rapacibus, aut furacibus manibus eſſent obnoxiæ *ἐν ἀνακτόροις ἱμάτια ἐσχάζοντο αὐτὰ ἵνα μὴ ἀφαιρῶν ὑφαιρῶνται*. ideſt, *veſtes appendentes lacerabant eas, ne à furibus ſubriperentur.* Pecuniam verò depoſitam in ſinu Deorum, eamque inuentam poſt longum tempus, refert Athenæus *lib*. 1. de quodam Polemo ad ſtatuam Cleonis.

Veſtes affixæ templis laceræ, & cur.

Ex eodem Athenæo *lib.9*. eruo, ritum celebrandi noſtrum diem feſtum in honorem omnium Sanctorū in vſu fuiſſe etiā Athenis in honoré omnium Deorum, qué illi dixere Theoxeniam, cū in vniuersū omnes inuocarét Deos, Heſych. *θεοξένια κοινὴ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς θεοῖς. Theoxenia feſtū commune omnibus Diis.*

Feſtū omniū Deorum Ethnicis Theoxena.

Ea inſtituta tradunt à Dioſcuris Caſtore, & Polluce, à Deorum hoſpitalitate, & commercio appellata. In his ludi agebantur, præmium victorum chlæna, ſeu chlamys.

An non ad Romanos vſque irrepſit hæc religio, Pantheon, πάνθεον ædificātes, in quo miſcellanea Deorum turba ex gentium ſuperſtitioſarum colluuione omnis colebatur; quod Bonifacius IV à Gregorio dono accipiens, hic à Phoca Cæſare, in templum Sanctorum conuertit. Pandicularis dies, qui communicarius dicebatur, in quo communiter omnibus Diis ſacrificabatur, πανθεῖον feſtū omnium Deorum. Deorū ſimulacra Dearūmque in Capitolio coli ſolita col-

Pantheon Romæ.

Pandicularis dies.

Ioſeph. Laurenty Polymath.

ligo ex Liuio lib.6.Dec.1. *Cæteríque Dii, Deæque qui Capitolium, arcemque tenetis*. Sed de hoc videndus Roſinus *Romanis in antiquitatibus*. Athenis potiſſimum hoc feſtum ideò celebratum inter propria illius Reip. inſtituta, vt notatur ab eruditiſſimo Athenæi interprete, quæ tenebātur colere, θεοὺς ξένους, hoc eſt peregrinos Deos, inde fortaſſe illa D.Pauli, θεοῦ ἀγνώστου, Dei ignoti; ne errarent omnes, vno cultu, vnoque templo venerabantur. Subſcribit Pauſanias in Atticis. *Quæ vltro Græcia, quæque rogatus barbarus dona dederit, Athenis in communi omnium Deorum templo conſcriptum eſt*. Subſiſtere hic poteram, ſed libuit liberales inſtitores imitari, qui legitimo ponderi mantiſſam adiciunt, ita meis tricis acceſſionem facio.

Peregrini Dei culti Athenis. Dei ignoti ara.

Ad dies feſtos conueniebant quoque contractuum diſſoluendorum cauſa. Plautus Pſeud. 11. *Ad Dionyſia præſtituta erat dies militi exſoluendi as pro puella*. Hilariùs etiam diebus feſtis egiſſe ex eodem Plauto percipio Aulul. 27. *Deinde egomet mecum cogitare inter vias occepi, ſi quid prodegeris profeſto egere liceat, niſi peperceris.*

Die feſto cōueniebant etiam pro pactis diſſoluendis. die feſto agebant alacrius.

ALBERTINO BARISONIO I.C. Abbati Canon Patauino.

Diſſertatio XI.

Lectulus triplex antiquis, lucubratorius, dormitorius, & diſcubitorius; eorum diſcrimen. De Lectiſterniis multa, & de Puluinaribus. Pluuiæ petendæ ritus. Lapis manalis quid. Fontium ſacrā ad pluuiam auertendam. Siccitas longa quo ſacro auerruncata.

EX quibus colligo priſcos habuiſſe lectum lucubratorium; præter dormitorium & diſcubitorium. In lucubratorio ſtudebant, ſcribebant, meditabantur, vt probant loci ſupra citati Senecæ, & Plinij lib. 5. *Viſus eſt tibi iacere in lectulo ſuo compoſitus, in habitum ſtudentis*. Ouid.

Lectulus triplex, Lucubratorius, diſcubitorius, dormitorius. Lectulus lucubratorius cui vſui.

Non hæc in noſtris, vt quondam, ſcribimus hortis,

Nec conſuete meum lectule corpus habes.

In hoc lectulo, vt opinor, ſemirecti, nec omnino iacentes quieſcebant. Hinc lucubratoria lectica dicta Suet. qua vſus Auguſtus ad lucubrandum. Seneca ep.72. *Quædam ſunt, quæ poſſis in ciſio deſcribere, quædam lectum, & otium deſiderant*. Inde lectica hæc dicta Plinio, cubiculum viatorium. Iuuen. Sat.3. in lectica, ait,

Lectica lucubratoria.

Atque obiter leget, aut ſcribet, vel dormiet intus

Namque facit ſomnū clauſa lectica feneſtra.

Lectus dormitorius erat ille, in quo no-

Lectus dormitorius quis, & cui vſus.

ctu, quietis, & ſomni gratiâ, quieſcebant: hinc Cicero de Diuin. ad differentiam triclinaris, dixit. *Quos nocturnæ quietis cauſa in cubiculis habemus.* Dictum etiam cubile.

Diſcubitorius verò, ſeu triclinaris, in quo diſcumbebant, qui plerumque eburneus. Propertius.

Nec mihi tūc fulcro ſternatur lectus eburno,
Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.

Lectulus diſcubitorius.

Lectulos diſcubitorios altiores fuiſſe triclinaribus docet Lipſius *Lect. antiq. lib. 3.* Erat & lectulus penſilis in curribus & pilentis, dictus Græce φορεῖον. Iuuen. Sat. 1.

Qui dedit ergo tribus patruus aconita, vehatur,
Penſilibus plumis.

Erat & Anaclinterium lectulus, vbi interdiu meridiantes horis æſtiuis diſcumbebant, qualia celebrantur Tuſcanea, & à Lampridio In Heliog. dicuntur *Accuba*, ab aliis dicuntur *Stibadia*. Rhod. *lib. 4. c. 58.* à Stibade herba, facili paratu, & idonea ſomno conciliando, hinc Plut. in Lycurg. Dormiebant ſimul Iuuenes ἐπὶ στιβάδων *in ſtibadibus, ſine herbis, quas congerebant ex arundinibus apud Eurotam natis.*

Hæc fortaſſe illa oſcilla de quibus Virg.

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Vide Mercurialem *gymn. lib. 3.*

Lecti penſiles.

Lectiſternia me à lectulo vocant, quæ

Lectiſternia quæ.

erant conuiuia ex victimis, & immolatis in templis Deorum, à ſtratis lectis, quibus ordine diſcumbebatur, ſic dicta. Horum crebra à T. Liuio fit mentio.

Lectiſternia cur.

Hæc ad templa, & puluinaria Deorum ſtrata, vel ob lætitiam, vel ad auertendam Deorum iram, in quibus plerumque Senatores, ac patricij cum coniugibus, & liberis, ad delubra, & aras procedebant, nonnunquam omnes tribus, & ordines etiam, Pontifice Maximo præeunte: in his enim, & pueri ingenui, & libertini, ac item Virgines omnes coronati, lauream præferentes, cum pompa thenſas, & fercula Deûm deferentes, tum & ſacro carmine ſupplicare, & Deûm pacem expoſcere ſolebant.

In lectiſterniis quis.

Lectiſternia vbi poſita.

Lectiſternia verò, & puluinaria iuxta Deorum aras ſtatuebantur, cum aliis ornamentis: quin, & frondes virentes, & odoriferæ, ac flores omnis generis, & verbenæ ante Deûm ædes, & in Ipſis templis ſternebantur. Illud autem obſeruatum ab antiquis videmus, vt quoties ſupplicationes, aut lectiſternia indicerentur, à iurgiis, & litibus abſtinerent, & vinctis vincula demerent.

Lectiſternij tēpore nullæ lites.

Lectiſternia quibus diis apparata.

Cæterùm lectiſternia tribus Diis in Capitolio primùm ob Deos placandos apparata, nempe Ioui, Iunoni, & Mineruæ. Iouis ſimulacrum ſtatuebatur In lecto recubans: Iunonis, & Mineruæ imagines in ſellis conſidebant. Vnde Valerius Max. colligit, viros antiquitus in lectulis, mulieres verò in ſellulis diſcubuiſſe. Deinde multa nocte appoſitis epulis, ſeptem Epulones introducebantur, qui cibos ſacratos comedebant.

Puluinaria quæ.

Puluinaria, quaſi pluminaria, quia plumis referta, erant lectuli illis Diis dicati in templis, io quibus illorum ſimulacra ſolebant reclinari, cum lectiſternia apparabantur.

Liuius lib. 5. ab V. C. *Grauis*, inquit, *peſtilenſque omnibus animalibus æſtas excipit vrbem cum inſanabili pernicie, quando nec cauſa, nec finis inueniebatur, libri Sybillini ex S. C. aditi, Duumviri ſacris faciundis, lectiſternia tunc primum in vrbe Romana facta per dies 8. Apollinem, Latonámque, & Dianam, Herculem, Mercurium, atque Neptunum tribus quã ampliſſimè tum apparari poterant ſtratis lectis placauere, priuatim quoque id ſacrum eſt tota vrbe patentibus ianuis, promiſcuóque vſu rerum omnium in propatulo poſito, notos ignotóſque paſſim & aduenas in hoſpitiũ ductos ferunt, & cum inimicis quoque benigne, & comiter ſermones habitos, iurgiis, & litibus temperatum, vinctis quoque dempta in eos dies vincula, religioni deinde fuiſſe quibus eam opem tuliſſent vinciri:* locum integrum noto, vt ritum firmem, & Italos moneam, quid agendum peſtilentia graſſante, dum vero Deo cultum ferant religiosè.

De lectiſterniis, erudita, vt ſolet, molitur V. Cl. Hieronymus Boſſius.

A lectulo, lectiſternióque ad alia me confero his horis æſtiuis, Virgilio vota noſtra ſollicitante Georg. 1.

Humida ſolſtitia, atque hyemes optate ſerenas
Agricolæ.

Optamus, vouemus iamdiu hoc æſtu ardentiſſimo, atque pluuiam expoſcimus. Modum priſcum Græcorum pluuiam expoſcentium deprehendo in Pauſaniæ Arcad. his verbis.

Pluuiæ petendæ ritus apud Græcos.

Quod ſi fortè ſiccitate ſolum laboret, atque ex eo ſegetes, & ſtirpes exareſcant. Ibi Lycei Iouis Sacerdos ad aquam eius fontis, cum precatione conuerſus, ritéque re diuina, mactatis hoſtiis, peracta, è quercu ramum non altè, ſed in ſummam aquam porricit: exiſtit repente commotâ aquâ ater halitus, nebulæ perſimilis, neque ita multo poſt nubes attollitur, moxque plurium nubium acceſſione obducto Cœlo, Arcadũ fines opatus imbribus perfunduntur. Ad portã Capenam Romæ iuxta ædem Martis, erat lapis, dictus Manalis, quem, cum Romani vellent impetrare pluuiam à Ioue, in vrbem ferebant, dicebatúrque Manalis, auctore Feſto.

Pluuiæ petendæ ritus apud Romanos.

Manalis lapis quis.

Vnde Iuuenalis vocat, *madidam Capenam.* Martialis.

Capena grandi porta, qua pluit gutta.

Etſi alij dicant vocatam madidam ob fontes, qui ibi plurimi; ideò ſacra fontium ibi fiebant, coronatis fontibus, & puteis.

Footinalia erat dies feſtus Romæ quo in fontes coronas proiiciebant, puteoſque coroonabant; vt à quibus pellucidos liquores ad extinguendam ſitim reciperent, iiſdem gratiam referre hoc ritu viderentur. Vnde dictum, *ſi aquam hauris, puteum corona.* Varro *lib. 5. de L. L.* Iouis Pluuij ſimulacrum Athenienſes venerabantur & arã, quæ in monte Hymettio poſita fuerat, vnde cum opus erat, ab Ioue pluuiam comprecabantur, dictus eſt Iupiter ὄμβριος, ὑέτιος. Tertull. hæc ſacra *Aqualicia* vocat io Apolog. & in 3. aduerſum Marcionem Aqualicem vocat Iouem, quod aquam eliciat.

Numen aliquod fontibus ioclusum antiqui venerabantur, ideo illis faciebant ſacra,

&

& religioſè colebant. Heſiodus, Nunquam, inquit, pedibus traijcias aquam pulcrifluam perennem fluminum, priuſquam in limpida fluenta intuens precatus ſis, & paulo poſt, Nunquam immingas in alueum fluminum, in mare decurrentium, neque in fontes, ſed illud diligenter vita. De violato fontis honore eſt querela epigr. Græci, qui prius defluebam pleno alueo, nunc ſum lymphis vacuus, etiam ad vnam vſque guttam. Aquis enim meis homicida ſuas manus cruentas lauit, macula inſpergens aquas. Hinc honor ille ab Horatio *lib. 3. od. 13.* traditus fonti Blanduſiæ.

Fontium ſacra quæ vbi.

Fulgentius Mythologicon. *Fibra iecoris ſandaracei coloris ſi fuant, manales tunc vertere eſt opus petras, ideſt, quas antiqui ſolebant in modum cylindrorum per limites trahere pro commutanda pluuiæ inopia.* In Lycæi Iouis fonte, Sacerdotis manu, querno ramo agitato cogebatur nubes, largoſque effundebat imbres: & Athenis Terræ fuiſſe ſimulacrum Pauſanias prodit, ſupplicitet à Ioue aquam expetentis, cuius ara in monte Hymettio viſebatur, quam ὄμβριον, quaſi pluuium Iouem dixère. Quod ſi repentina aliqua incidat pluuia, eam dixere tropæam. Nudipedalia feſtum fuiſſe apud ethnicos, Græcos, Romanos, Barbaros, in quo nudis pedibus oportebat omnes incedere, obſeruatur à Tertullian. Apolog. capite 40. dicente, *Denique cum ab imbribus æſtiua hyberna ſuſpendunt, & annus in cura eſt, quidam quotidie paſti, ſtatimque pranſuri balneis, & cauponis, & lupanaribus operati; Aquilicia Ioui immolatis, nudipedalia populo denunciatis, Cælum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis, auerſi ab ipſo Deo, & Cælo.* Inſtitutio, vt videtur, Nudipedalium fuit, vt aquarum cœleſtium defluxum terra areſcente impetrare poſſent; proprium tamen Iudaici populi feſtum, ſcribit Fl. Ioſephus, *lib. 2. Iudaic.* vt notat eruditiſſimus Dempſterus *lib. 5.*

Terræ ſimulacrum.

Pluuia repentina tropæa dicta.

Nudipedalia ad pluuiam impetrandā.

Contra verò Boreæ templum ædificatum lego in Herodoto à Græcis iuxta Iliſſum; quòd eius violentia claſſis Perſarum fecerit naufragium. Quin Athenis Boreaſmos nuncupabant, qui Boreæ feſta celebrarent, vt ſiccus ſpiraret. Idem Herodotus *lib. 4.* aſſerit, 7. annis non pluiſſe apud Theræos, omneſque præter vnam arborem exaruiſſe.

Boreæ templum.

Ad pluuiam auertendam ſacra à Boreaſmis facta.

Siccitas ſeptem annorū.

Ad pluuiam auertendam autor Geoponicon *lib. 1.* ait, valere lapidem Chalazitem ferro applosum, vel aquilæ alam dextram in medio agro defixam.

FRANCISCO MARIÆ De Monaco Cl. Reg.

DISSERTATIO XII.

De acclamationibus, & plauſu antiquorum. Quænam fauſtæ, quæ infauſtæ. Horum genera varia. Quæ Ioſeph. Laurentij Polymath. *acclamatio fieri ſolita à plebe congiarium recipiente ab Imperatore. Eadem vſurpata, & in priuatis amicis. Congiaria, & olim data nobilibus ad inopiam redactis. Pro libris edendis. Alexandri munificentia in Ariſtotelem. Quid congiarium à donatiuo diſcrepet. Qui clariſſimi dicti. Æternitatis titulus. Magnifici nomen honeſtum. Symmachi laus. Decoctores qua pœna mulctati. Quid Cophinoſis, non abſimilis Cyphoniſmo.*

OLIM acclamari à plebe ſolitum Imperatori congiarium impertienti, illo carmine celeberrimo.

Acclamatio plebis congiarium petentis.

De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos.

Hunc morem innuere videtur Ouidius primo faſtorum.

Augeat imperiū noſtri Ducis, augeat annos.

Quæ fauſta apprecatio non ſolum vſurpata erga Imperatores, ſed etiam erga amicos, vt videre licet in Seneca, de breuitate vitæ dicente. *Solent eis, dicere, quos validiſſimè diligunt, paratos ſe partem annorum ſuorum dare.* Ita Plautinus amator.

Ego vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.

Apprecatio amantium, & amicorum.

Tibullus.

Viue diu, mi dulcis anus, proprios ego tecum,
Sit modo fas, annos contribuiſſe velim.

Sed pauca mihi altiùs indaganda, vt rem clariorem faciam, Acclamationes, de quibus eruditiſſimus Ferrarius pluribus; erant voces vel fauſtæ, cum laudes & bona vota concipiebant, vel infauſtæ, cum imprecationes, & conuicia; hæ vocibus peractæ, at plauſus manibus: illæ etiam abſentibus, hi nonniſi præſentibus. Fauſta vota in hoſce modos concipi ſolita: *Dij te ſeruent. Te cum tuis Dijs cuſtodiant. Dij immortales N. vitam. Dij ſe nobis dederunt. Dij conſeruent. Dij ſe ex manibus impuri eripuerunt. Dij te perpetuent. Dij vos Principes fecerunt. Dij vos conſeruent. Feliciter Feliciſſime. Viuas. Vincas. Valeas. Felix imperes. Multos annis imperes. Feliciter imperetis. Multi anni Regi, Multi anni Reginæ. Multos annos Imperatoribus Catholicis, Senatui, Epiſcopis &c. Regnum in ſæcula permaneat. Veſtrum nobis dures imperium. Semper nobis imperetis. In perpetuum, in æternum, æternum permaneat veſtrum imperium. Imperium veſtrum Deus cuſtodiat, pacificet, conſeruet. Cæleſtis Rex terrenum cuſtodi. Chriſtus, quem colis, ipſe te ſeruet. Cuſtodes fidei Domine protegas. Imperatori vitā tribuat, cuſtodiat. Æterna memoria Imperatori, & huiuſmodi.*

Acclamationes quæ. Plauſus qui.

Diſcrimen acclamationis à plauſu. Formula fauſtarum acclamationum.

Infauſta vota, & imprecationes. *Vnco trahatur. In ſpoliario lanietur. Statuæ detrahantur, Honores. Delatores ad leonem. Delatoribus metum, fuſtem. Memoria aboleatur. Cadauer*

Infauſtæ acclamationes

in ſpoliario ponatur. Cadauer trahatur. In crucem tollatur. Vbicunque feriatur. Vini exurantur. Caput in profluentem abiiciatur. In Tiberim. Corpus nemo ſepeliat. Mortuo ſedes nulla ſit, niſi inter impios. Cadaueri vncus, & gemonia. Ad Leonem. Ad beſtias. Area non ſint. Effodiantur oſſa, exhumentur. Malos annos. Anathema ſit. Anathema, Anathema. Tolle, Tolle. Tolle de terra. Crucifige. Et ſexcenta. Hæ acclamationes in acta publica relatæ, atque in ære incidi ſolitæ, tam ſacræ, quam profanæ.

Acclamationes relatæ in acta.

Excitatæ, factæque in theatris cæteriſque publicis ſpectaculorum locis, inter communes popul. voluptates. Deinde in ſcholis, & auditoriis. Illuſtribus viris in Theatrum intrantibus à ſpectante populo honoris cauſa aſſurrectum, acclamatum plerumque; *Feliciter*, & plauſum. *Plaudite ſeu Valete*; *& Plaudite*, in fine Comœdiarum, & Tragœdiarum. Demum *Fauor*, & *Fauere* maxime propria fuere ſpectaculorum verba, quæ geſtu plerumque expreſſa, vt pollicis vtriuſque compreſſione, veſtium agitatione, Orariorum concuſſione. Orarium enim linteum erat abſtergendo ori paratum, longiuſculum, modicéque latum ad faſciarum formam.

Theatrales acclamationes.

Plauſus geſtu expreſſus.

Orarium quid.

At infeſtæ acclamationes expreſſæ pollicis conuerſione, quam ſemper ſequebatur interitus gladiatorum. Premere Pollicem, vt eruditiſſimè idem Ferrarius aſtruit, nihil aliud eſt, quàm manu vtraque ſublata, pugnoque facto, pollices ipſos intra pugnum arctè, vehementerque comprimere. Vertere verò pollicem, erat altera manu leuatà in ſublime, inque pugnum pariter contractà pollicem à pugno attollere, atque vel in eum ipſum, qui manum eleuatat, detorquere, ac retroflectere, vel circumagere, ſeu in gyrum ducere. Deinde infauſtus fauor ſibilis, paſtoritia fiſtula, vociferatione, ſeu incondito clamore, & fannis, hoc eſt inepta oris deprauatione, compreſſis dentibus, labris parum diductis, lingua exerta, manibuſque indecorè motis, ac conformatis, pedum ſupploſione. Manibus ciconias pinſentibus, Aſini auriculas referentibus, aut in obſcœnum modum formatis; verſo, impudicoque digito erecto, cæteris compreſſis, aut pollice inter medium, & indicem interpoſito. Lapidibus aliquando in theatro appetitos, ab infeſtè fauente populo, & ludorum actores, & malos poëtas (vt à me alibi indicatum) at bonos ab amicè fauentibus varia accepiſſe dona, & florum, ac frondium coniectione fuiſſe honoratos legimus.

Premere pollicem quid. Infauſtæ acclamationes.

Vertere pollicem quid.

Manibus exploſum.

Verum in Senatu, ſenatúſconſultis ita acclamatum. *Omnes, omnes: Æquum eſt, iuſtum eſt, omnes idem rogamus, ad idem conſentimus*, Benemeritis verò, *Fauſte*.

Senatus acclamationes.

Militaris acclamandi formula cum belli dux eligeretur, hæc perhibetur. *Dii te ſeruent, vel Deus te ſernet*. Cum prælium ineundum; *Parari, Iuua Deus*. Implorari, & Dij tutelares; Imperatorumque nomina tanquam numina.

Militares acclamationes.

In triumphis. *Io triumphe.*

Demum in ſponſalibus, *Feliciter, Quæ res rectè vertat; Dij bene vertant.*

In nuptiis verò *Hymenæum*, & *Thalaſſium* inclamatum, verſuſque etiã iactati feſceunini.

Nuptiales acclamationes.

At pedem refero, repetóque vnde ceſſeram. Veterum mos vſu confirmatus, vt qui magnam vellent in aliquem amoris ſignificationem verbis exprimere, palàm edicerent, Cupere ſe, annorum, ad viuendum ſibi conſtitutorum, partem aliquam ad illius vitam addi. Nimirum populus olim congiario donatus ab Imperatoribus, ac locupletatus, vt memorem ſe muneris gratúmque oſtenderet; fauſta multa conſueuit identidem in largitores inter acclamandum emittere, atque illud in primis.

Populi acclamatio in principem.

De noſtris annis tibi Iupiter augeat annos.

Quo teſtabatur vnuſquiſque, amoris, & grati animi ergo, ſe cupere, ex annis, ad viuendum ſibi conſtitutis partem aliquam ad illorum vitam addi.

Subſcriptio in litteris ad imperatorem, *Vota pro te facimus imperator*. Ingredienti Imperatori, *Deuotus numini Maieſtatiq; tuæ*. Imperatores ſcribentes ad Senatum, quã formula vterentur planè M. T. in ſuis epiſtolis fam. innuit. Dion. verò planius dicens, *Quamobrem Hadrianus cum ſcriberet ad Senatum, non eſt vſus illo exordio: Si vos, liberiſque veſtri valetis, bene eſt; ego quidem, exercitusque valemus.* Precabantur olim Cimonis Liberalitatem, Ageſilai victorias, Auguſti felicitatem, Traiani bonitatem.

Congiarium nomenclaturam cepit à congio vaſis, & menſuræ genere, quo pecunia in populum diuidenda, non numerabatur, ſed modio menſurabatur ſine radio. Diſcrimen congiarij à donatiuo Senec. 4. de beneficiis affert. *Congiarium nempe dici, quo populus; donatiuum, quo milites donabantur.*

Congiarium vnde dictũ.

Congiarium in quo differt à donatiuo.

Theſea feſta in honorem Theſei, in quibus congiarium dabatur populo Athenis. Plinius laudat Traianum, quod congiarium populus, donatiuum milites accepiſſent. Anathema verò munus, quod Diis offerebatur. Mendoza.

Nec ſolum principum beneuolentia in populum vniuerſum congiario redundauit, ſed præcipue in ſingulos, & quoſdam homines clariſſimos ad paupertatis incitas redactos, & ad manticam; vt vitam honeſtè ſuſtentare poſſent, quod Seneca de breuitate vitæ c. 8. diſertis verbis oſtendit. *Annua congiaria homines clariſſimi recipiunt, & his, aut laborem, aut operam, aut diligentiam locant, nemo tempus æſtimat, vtuntur illo laxius, quaſi gratuito*, &c. Quapropter ne illi citra arationem, & ſementem meſſem facere viderentur, publico alicui officio addicti, aut magiſtratui, vt aliqua ex parte ſalarium meruiſſe viderentur. Clariſſimi dicebantur, non tantum nobilitate, ſed etiam virtute præfulgentes. Exempla paſſim leguntur in Suetonij Nerone *cap.* 10. in Veſpaſiano *c.* 17. *&* 18. aliiſque hiſtoricis.

Congiarium datum nobilibus ad paupertatem redactis.

Clariſſimi qui dicti.

Hæc verò munificentia congiarij latius emanauit, potiſſimum pro libris typis mandandis, & in publicum edendis, Athenæus *lib.* 9. refert, Congiarium datum ab Alexandro

Congiarium datum pro

libris edendis Magnificentia Alexandri ad Ariſtotelem pro libris edendis.

xandro Magno ob libros edendos Ariſtoteli, his verbis. *Arbitratus verò apud doctiſſimum Ariſtotelem in opere talentorum multorum mercede famoſo (nam Stagiritem rumor increbuit ab Alexandro donatum fuiſſe talentis octingentis ad impenſam, edendis iis libris neceſſariam)* & quæ ſequuntur, hæc ſumma, ſi benè ſubducatur, reddit quadringentos, & octoginta mille aureos. O

Liberalitas principum Marones, Cicerones facit.

auream ætatem, cum tantò auro rependerentur doctorum elucubrationes, & virorum illuſtrium inopia ſubleuaretur, & ita quaſi manu ſuppoſita, cadentes virtutes, & probitas preſſa, non in pædore, & fœtore iacerent. Exclamat Martialis libr. 8. epigram. 56.

Temporibus noſtris ætas cum cedat auorum,
Creuerit & maior cum duce Roma ſuo.
Ingenium ſacri miraris abeſſe Maronis,
Nec quemquã tanta bella ſonare tubâ.
Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones,
Virgiliũmq; tibi vel tua rura dabunt.

Strenam congiario ſuperaddo. Strena dicta à Dea Strenia, quæ cõgiariis, xeniis; ſeu muneribus Kal. Ian. dandis præerat: eius originem Turneb. *adu. lib.* 10. *c.* 26. indagat, aſſerens à Tatio rege manaſſe, qui primum Romuli hoſtis, deinde collega in regno Romano fuit ex Symmach. lib. 1. ep. 4. dicente. *Ab exortu penè vrbis Martiæ ſtrenarum vſus adoleuit auctoritate Tatij regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni noui auſpices primus accepit.* Hinc viri ſtrenui dicti digni ſtrena. Quo die ſtrenas miſſitabant verba inomina, ſeu ominoſa prodigij inſtar habebantur. Hanc offerebant clientes Patronis: Senatus, totáque ciuitas Imperatori, veluti ſuo parenti. Auguſti ſeculo hæc conſuetudo introducta. Tiberius edicto interdixit. Strena differebat à Xeniis, Xenia enim pro Mineruali data aduocatis, hoſpitibus, & Præſidibus à prouincialibus: Apophoreta autem data poſt epulas ad cœnam vocatis.

Mantiſſam addo, quæ, oſſea licet, dum gratis, non inſuauis; ſi appendatur, non ſuauis; namque odore, atque veſtigiis dum priſca ſcripta venor, veneror magis ſcriptores illos, qui fide hiſtorica, Romana libertate, aperto pectore locuti, non ranas, vt Poëtæ in Mineruam, Pygmæos in Polyphemum, res leuiſſimas in cothurnos tragicos non ſine riſu, deformant.

Adulatio quanta in Principes.

Quid mirum, ſi hiſtorici, alias & probati ſcriptores non verbis coquinariis de populari aſſentatione ſcribentes ad auram principum captandam, adeò cauda illis fuiſſe blandiros vniuerſos, caput prius demulcentes, vt illis in Deorum numerum relatis aras, & templa dicarent, ac veluti ſacroſanctos æternarent. Horatius. Ode. 4.

Quæ cura patrum, quæuè Quiritium,
Plenis honorum muneribus, tuas,
Auguſte, virtutes in æuum
Per titulos, memoréſque faſtos
Æternet?

Æternitatis titulus.

Vnde æternitatis titulus præ ceteris artiſit, & arrepſit ad Theodoſij vſque tempora, quod indigetat Symmachus ille legum Romæ interpres, linguæ Latinæ candidatus candidiſſimus, iuriſprudentiæ conſultiſſimus, qui libr. 10. epiſtol. 38 hæc habet verba. *Cui æternitas veſtra mandauit frumentarios commeatus*, & libr. eodem, epiſt. 23. *Iuſtum eſt igitur, vt æternitati veſtræ gratias agam.* & epiſtola 43. *In qua reperiret æternitas veſtra.* Vnde enixiſſimum genus

Symmachi decus, & laus.

Preces factæ per æternitatem Imperatoris.

orandi erat per ſalutem, & æternitatem Imperatoris: quo precum genere cogebatur ille concedere quicquid petebatur. Ritersbur. in epiſt. Plinij.

Magnifici nomen honeſtum.

Magnum quid præterea loquor, dum magnifici nomen adeo quidam deteſtantur cane peius & angue, vt irriant, ringantur, cum audiunt. Sed noſcite cauſam, & ſtatim ignoſcite; ſi eſtis, qui auditis, & legitis, iuris, & æqui conſulti: túque potiſſimum, qui omnium Tribuum ſuffragia tuliſti in antiquitatibus rimandis, & indagandis. Etquidem quàm iniquè comparatum, vt nomen tam honorificum ad tunicatum popellum, & fricti ciceris emptorem amandetur? nam auctore Ariſtotele, magnificus dicitur, qui in magnis pro dignitate ſumptum facit, vel qui res præclaras gerit. Plautus Aſin. *Ex templo facio facetum me, atque magnificum virum.* Ouid. ep. 2. Demophoonti.

Magnificus quis ex Ariſtotele.

Inter & Ægidas media ſtatuaris in vrbe.
Magnificus titulis ſtet pater ante ſuis.

Liuius lib. 1. *Inde exercitu victore reducto ipſe cum factis vir magnificus, tum factorum oſtentator, &c.* Sed Lampridius in Alexandro Seuero his verbis facem mihi præbet. *Quieſcite igitur* (hæc verba Alexandri Seueri ad Senatores) *venerandi patres, & vos ipſi magnifici, vnum me de vobis eſſe cenſete, quoniam Magni nomen ingeritis.*

Senatores magnifici.

Hinc Senatuſconſultum magnificum à Cicer. dictum. Labente deinde æuo, hic titulus reſeruatus in aula Præfectis Prætorio, Magiſtris militum, Magiſtris officiorum, Magiſtris inter agentes; Quæſtoribus, Comitibus domeſticorum, vt habetur *Lege 16. Cod. de teſt. milit.* & alibi, quod ambitioſiſſimo ſæculo noſtro antiquum & antiquarum, quo non niſi diuinos fermè honores arroganter quiſque ſibi præſumit.

Senatuſconſultum magnificum.

Clariſſimi titulus nudius tertius migrauit in *Illuſtriſſimum*, hic verò in *Eminentiſſimum*, nunc proprie purpuratorum patrum, ſeu Cardinalium. Titulos nouos noua ætas ſi æque ambitioſa inueſtigabit, diuinitatémque fortaſſe cum Lucifero arrogabit. Adulantes mitto titulos; atque arrogantes, qui ſi pro meritis, iure dentur.

Qui intra dodrantem (vt habent Iuriſperiti) legat, hæreditatem delibat; qui vltrà, onerat; qui omnia, exhaurit: ne igitur nullis literis te offendam; nimis verboſus te obtundam; dodrantale hoc habeto amoris, & obſeruantiæ monumentum, tuarum virtutum eximiarum ad aram ſtatutum. Obſignet igitur mihi meum ſchedium ritus priſcus Græcorum, ne talem ſubeam infamiæ notam, quam olim de-

Decoctorum Cophinoſis.

coctores, qui cum non eſſent ſoluendo, in forum deducebantur, ibi conſidere iubebantur, capitique eorum ſedentium cophinum imponebant ludibrij causâ, & ita infamis ille euadebat, ex Caſaubono in Spartianum, quod vocabant κοφίνωσιν. Ne itaque foro per te cedam, de tuo iure cede, neque mecum ſummo iure age, ſed de æquo & bono, æquitatis, & boni arbiter: meque vt ſoles, ama, & quem in bonas artes ardorem, in bonos amorem præ te tuliſti ſemper, foue, mihique ex corde faue.

Hæc pœna nõ abſimilis Cyphoniſmo.

ALOYSIO NOVARINO Cler. Reg.

DISSERT. XIII.

Vnciales litteræ, quæ. Literarum menſura. Pater patratus vnde dictus. De ſupputatione per digitos. Quis Hirtius. Manus pro ſcriptione. Digiti ſupputatorij. Leges olim rubræ, vnde rubricæ, & cur. Quænam ſcelera publicis imprecationibus deuota. Quæ bona precatio, quæ mala vita functis facta. Imprecatio Virgiliana, & quid eam præcedebat ex more.

Budæi laus.

NUPER doctiſſimi Budæi libellum de aſſe pereruditum cum legerem, ſuſpexi quidem, ſed non ſine delectatione, cum ſcopum attigiſſe ille mihi viſus, quid vnciales litteræ eſſent. *Vnciales* (inquit ille lib. 1. de Aſſe) *literas Hieronymus intelligi voluit pollicis craſſitudine exaratas, non vero auri vnciam appendentes, vel auri vncia conſtantes*, & lib. 5. eiuſdem operis. *Vncialem altitudinem pollicarem intelligit*, ideſt, digiti, & trientis. Lupus verò Abbas antiquiſſimus, & probatiſſimus ſcriptor, epiſt. 5. ad Einhardum ità diſſerit. *Scriptor Regius Berecandus dicitur antiquarum literarum, duntaxat earum, quæ maximæ ſunt, & Vnciales a quibuſdam vocari exiſtimantur, habere menſuram deſcriptam.* Vociales igitur maximæ, & ad ſtatutam menſuram vncialem hæ literæ exarabantur.

Vnciales litteræ quæ.

Lupi Abbatis locus.

Quæ dictæ literæ vnciales.

Ex eodem, quid Pater Patratus ſit, eruo epiſt. 15. *Patrem Patratum nomen eſſe gradus ſacerdotalis exiſtimo, cum is, qui eo fungeretur tantum venerationis à ciuibus mereretur, vt eorum pater factus diceretur.* Alij aliter ſentiunt à patrando, ſcilicet faciendo iuramento, vbi de fœderibus conuenirent; quæ cura potiſſimum Fœcialium ſacerdotum Antiſtitis. Legendus Plutach. *in quæſt. Rom. &c.*

Pater patratus quis, vnde dictus.

Idem Lupus *epiſt.* 37. ad Herboldum Epiſcopum, nodum ſoluit de ſcriptore Hirtio belli Alexandrini, ad Cæſaris commentaria addito; quo nempè tempore ſcripſerit. Puto eodem ferè, aut paulo poſt Cæſarem, nam fuit eius ſcriba, ſeu notarius. Lupum audi, loco citato. *Cæterarum rerum geſtarum, poſtquam idem Iul. Cæſar totius penè orbis terrarum molibus eſt oppreſſus, Hirtius eius Notarius in Commentarios ſeriem referendam ſuſcepit.* Quod verò quoſdam me irridentes iure irriſerim de manu vſurpata pro ſcriptione, habeo ex Claudio Altiſſiodorenſi Epiſcopo cap. 3. epiſtola ad Galatas. *Manus dicitur ſcientia, quæ fit per manum, dicimus enim, prolata eſt manus eius.* Ouid. lib. 2. de ponto, eleg. 10.

Quis Hirtius ſcriptor belli Alexãdrini, & quãdo.

Manus pro ſcriptione.

Sis licet oblitus pariter, gemmaque, manuſque,
Exciderit tantum ne tibi cura mei.

Attalus rex, auctore Polyæno *lib. 4. ſtratag.* manu ſua literas inſcripſit continentes hanc ſententiam *Regis victoria.* Vt hoc veluti bono omine milites in hoſtes excitaret, & animaret. Si quis mortem ſibi intuliſſet, mos Athenienſium fuit, manum, quæ hoc peregiſſet, abſcindere ac ſeiunctim à corpore humo contegere, auctore Cœlio Rhod. *libr.* 10. *cap.* 5. Manus aliquando pro pictura. Petron. Nam & Zeuxidos manus vidi nondum vetuſtatis iniuria victas.

Manum in digitos more Anatomicorum ſeco, qui ſupputatorij dicti; digitis enim vtebantur veteres ad ſignificandum quod vellent, Seneca. *Numerare me docet Arithmetica, & auaritiæ commodare digitos,* Plinius, *Agitat digitos, computat nihil*; Aliquando ſine mentione digitorum ipſa manus hoc munus obibat, vt patet ex iſtis Xiphilini. *Cùm autem Romam veniſſet, concionaretúrque apud Pop. ac ſubinde diceret inter cætera, ſe multos annos peregrinatum abfuiſſe, conclamarétque multitudo, octo; idque ſignificaret porrectis manibus,* &c. Sciendum tamen, digitis læuæ numerare ſolitos antiquos vſque ad numerum centum, in centeſimo autem tranſibant ad dexteram. Hieronymus in Iouinianum lib. 1. *Centeſimus numerus à ſiniſtra transfertur ad dextram.* Ac tum cùm ad decem millia perueniretur, rurſum incipiebant à ſiniſtra. Vnde Nicarchus Poëta quendam ſenem ita tangit.

Digitis ſupputationes factæ.

Læua manus vſque ad C.

Qui ſoles vidit plures quã ceruus, & annos,
In læua rurſum computat articulos.

Abſtineo ab opere Bedæ, qui libello vnico complexus eſt totum hunc digitorum veluti concentum, quem librum inſcripſit de loquela digitorum.

Vno digito ſalſamentum attingendum, duobus piſcem, à pædagogis olim pueri docebantur, vt tradit Plutarc. comment. cui titulus, *Tradi doctrinam poſſe.* Digiti olim Mineruæ conſecrati, vt docet Seru. *ad 6. Æn.* Digitorum nominibus vtebantur contra pauores. Plutar. opuſc. *Quomodo quis ſentiat ſe in virtute proficere*; inquit, Nonnulli propriorum nomina digitorum édiſcunt, eiſque contra pauores vtuntur, tanquam ad auertenda mala remedium habeant, paulatim ſingulos recenſentes. Cælius

non proptios digitos interpretatur, ſed Idæos Dactylos. Nouat *Sched.l.3.c.21.*

Rubrica vnde dicta.

Rubricæ verò vnde dictæ, quæris. Leges obſeruo antiquitus rubras dictas. Iuuenalis. Sat. 14.

Perlege rubras maiorum leges.

Rubræ leges cur dictæ.

Sed cur rubræ? & quo pacto? an totæ? Rubræ dicebantur, quia minio, ſeu rubricâ notabantur: hinc rubricæ vocabulum paſſim apud ſcriptores Iuriſperitos. At non integræ, ſed tantum tituli ac librorum capita. Subſcribit huic rubricæ Ouidius de Triſtibus.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Hinc cedro digna ea dicta, quæ promerentur immortalitatem, cuius ſuccus à carie conſeruat, quæcumque illinuntur. Hac arte Numæ libros, cum eſſent chartacei, duraſſe ad annos quingentos triginta quinque terræ infoſſos narrat Plinius *lib.* 13. *cap.* 13. & cadauera mortua ſeruat incorrupta; vnde cedrus à nonnullis dicta *νεκρῶ ζωὴ, cadaueris vita.*

Terentianus.

Inſtar tituli fulgidula notabo minio.

Minio vſi antiqui, & rubro colore in titulis, & capitibus librorum. Voſſ.

Perſius Sat. 5.

Excepto ſi quid Maſuri rubrica notauit.

Pereruditus Turnebus *adu. lib.4.cap.5.* aſſerit veteres in publico iure, legitimóque rubricas poſuiſſe, vt maieſtas legibus accreſceret, capitibus earum cinabari notatis, ſanguineum quiddam, & cruentum fortaſſe tranſgreſſori minitantibus, Prud. contra Sym.lib.2.

——Dicatur cur condita ſit Lex
Bis ſex in Tabulis, aut cur rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos?

Vnde album, pro prætorio iure Quintil. interpretatur: rubricam pro iure ciuili, quod 12. tabulis continebatur, vt formularios ad Prætorias formulas, Leguleios ad 12. tabularum leges retulerit. Duo ergo colores in ſcribendo vſurpati, ater, ſeu atramentum librarium, ſcriptorium, nigræ ſuccus loliginis, ſepia in corpore ſcripturæ. Item creta, carbo: illa auſpicata, hic inauſpicatus. At color ruber, ſeu minium in titulis, & capitibus. Voſſ. *Gram.l.1.*

Imprecationes publicæ in quibus.

In publicis imprecationibus quid potiſſimum deuouerent apertè Diphilus in Paraſito apud Athenæum, lib. 6. his verbis oſtendit,

Ignoras in diris execrationibus
Quidnam illud ſit? viam ſi quis rectè non monſtret:
Si incendiarius eſt; ſi corrumpit, & inficit aquam:
Si ad cœnam properantem impedit.

Et verè hæc vltima paraſitica, quam puto de ſuo gratis addidiſſe.

Viam rectè monſtrans.

De eo, qui rectè viam monſtrat, habentur belliſſimi Ennij verſus,

Homo, qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit
Nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit.

Contra verò fauſtæ precationes factæ vitâ functis huiuſmodi. S. T. T. L. hoc eſt, *Sit tibi terra leuis*, vel, *Oſſa tibi benè quieſcant*: at illis imprecantes, *oſſa malè preſſa*, vel huiuſmodi diras deuouebant, Ouidius 5. de Ponto, eleg. 4.

Vita functis qui bene precabantur, qui malè.

Oſſa bipenniferi ſint ô malè preſſa Lycurgi,
Impia nec pœna Pentheos vmbra vacet.

Huiuſmodi imprecationes Plutarchus in Craſſo innuit. *Has Romani arcanas & vetuſtas deuotiones ea præditas vi ferunt, vt nemo, aduerſus quem concepta ſint, euitare illas queat, nec benè cedant etiam concipientibus eas; vnde nec qualibet de cauſa hos, neque inultos imprecari.* Imprecationis genus extremum apud Homerum in fœdere faciendo eſt, vt violatoris vxor ab alieno viro opprimatur. Sic in ſacris Iob cap. 31. *Scortum alterius ſit vxor mea, &c.* Deus Præuaricatori minatur. *Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea.* Imprecationis diræ exemplum, omiſſis aliis Græcis, vnus Virgilius 4. *Æneid.* proponit, his verbis

Imprecatio adulterium.

——Si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt.
Et ſi fata Iouis poſcunt: hic terminus hæret.
At bello audacis populi vexatus, & armis
Finibus extorris, complexu auulſus Iuli,
Auxilium imploret: videatque indigna ſuorum
Funera: nec, cum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur;
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.

Imprecatio Virgiliana.

Hæ imprecationes furentis Didonis, & quæ ſequuntur; ſed ante imprecationem præcedunt inuocationes Numinum, Solis, Iunonis, Hecates, Dirarum, Deorum, qui mortem afferunt, vt illæ ſint ratæ.

Imprecationes quid præcederet.

Execrantes aliquem ob aliquod facinus inſigne, ſi forte aliquo eſſet profecturus, imprecabantur illi, vt ea via foret perpetua, ne videlicet vnquam rediret, & perpetuo peregrinaretur. Vide P. Vict. *l.2.c.1.*

Ex quibus, & aliis colligimus. Diras imprecandi morem priſcum, vt imprecans poſitis humi genibus ambas palmas crebris ictibus ſolo incuteret, aut torrem ignitum ianuæ apponeret, innocatis Diis ſuperis, & inferis, cœlo, nocteque furiali carmine, necem, exilium, diraſque calamitates deprecaretur, & ſæua quædam numina aduocans, illum cum omni ſtirpe, & fortunis omnibus execraretur. Sed in execratione nomen erat exprimendum execrati: hinc vrbis Romæ nomen genuinum ignotum, & occultum, æque ac Ancylia, & Palladium, ne in euocatione Deorum, & imprecatione, nomen Vrbis, & numen execrarétur hoſtes: ideò Angerona, in cuius tutela vrbs Romæ, digito ad os applicato ad innuendum ſilentium nominis *Vrbis*, afficta colebatur. De Euocatione à me alibi ex Macrobio, & aliis. Apud Athenienſes erant publicæ imprecationes in eum qui viam non monſtraſſet erranti. Heſychius indicat templum execrationis fuiſſe Athe-

 nis.

nis. Diogenes Philoſophus execrationes ſibi accidiſſe iocabatur, quod viueret carens domo, ciuitate, patria, pecunia, nullam habens certam ſedem, & in diem viuens: quid, ni mihi has accidiſſe iure conquerar? ſic placitum Deo, cuius nutu omnia aguntur.

CÆSARI CREMONINO Philoſopho Lectori Primario Patauino.

DISSERTATIO XIV.

Præ foribus templorum, Gymnaſiorum & ædium ſimulacra Deorum poſita, Mercurij, Herculis, Apollinis, Triuiæ, &c. Hermæ quid. Limen ſalutatum ab iis qui perpetuo domum erant derelicturi. Salutantes iurabant. Salutati Lares: Poſtes cur ſacri. Salutandi ritus varij. Oſcula & prehenſationes in ſalutationibus. Aliaque ad ritum ſalutandi, non iniucunda ſcitu, ſpectantia.

SIGNA collocata olim in portis vrbium: quæque ſalutabant, & qui peregrè proficiſcebantur, & qui peregrè redibant. Lucr. lib. 1.

——Tum portas propter, abena
Signa manus dextras oſtendunt attenuari,
Sæpe ſalutantum tactu, præterque meantum.

Collocabant & patroni ſtatuas in figuram, & formam ſuam conformatas pro valuis ædium ſacrarum, vt eas clientes venerarentur, & oſcularentur, ſi quando illi ſui copiam facere non poſſent. Alciat. *Parerg.* 8. *cap.* 10.

Simulacra Deorum poſita præ foribus templorum, & domorum.

Præ foribus templorum, & gymnaſiorum ſimulacra Deorum poſita, ſuprà à me indicatum. Nunc verò etiam ædium priuatarum prædico, idque ex Athenæo, *Sed,* ἐπὶ τῶι αὐλῆι, *id eſt, in primo domus limine Mercurii ſimulacrum poſitum.* In primo domus aditu ſub dio apud Athenienſes præcipuè. Ælianus 2. hiſt. cap. 41. καὶ τὸν ςέφανον, &c. *& coronam ſumens, cum reuerteretur a cœna, Mercurio impoſuit, qui ſtabat ante fores ſecundum conſuetudinem.* Æmilius Probus in Alcibiade, *Accidit, vt vnâ nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant Athenis, deiicerentur, præter vnum, qui ante ianuam Andocidis Hermes vocatus.* Hermæ aliquando erant aggeſtus lapidum, quibus deſuper inſerta Mercurij ſtatua, pars inquam ſuprema ab vmbiculo vſque ad caput. Aliquando erant lapides quidam quadrati in triuiis, ſupráque illos caput Mercurij, nihil aliud. Hi lapides poſiti viris principibus ad nominis memoriam; mutatis tantum capitibus; & hos lapides hodie Romæ & in Græcia videre eſt. Iuuenalis.

Hermæ ſimulacrum poſitum, & Herculis.

Hermæ quid.

Hermæ quibus poſiti.

Nil niſi Cecropides, truncoque ſimillimus
Hermæ.

Hermæum, primitiæ dicebantur, ad ſtatuas Mercuriales in viis collocatæ, quas viatores ederent: itemque aceruí lapidum Mercurio ſacri in viis obſcuris. Suid. 325. Statuæ iſtæ deiectæ vna nocte Athenis ab Alcibiade periculum illi attulere, vide Plut. & Thucyd. Tertullianus, *Quæ ſine effigie, rudi palo, & informi ligno proſtant.* Loquitur de Pallade, & Cerere. Alexicaci dæmones, vt notat Rhod. *lib.* 1. *cap.* 32. à veteribus dicebantur, qui nocumenta & diras arcere, amolirique exiſtimabantur, qui & Apotropæi, Apopompæi, Lyſij appellabantur, & Phyxij.

Alexicacus quinam.

Herculem alij etiam oppoſitum, volunt, quem Alexicacon dixere; ſed & Alexicacon dictum reperio Apollinem ante ædes poſitum; Pauſanias in Atticis, *Pro foribus verò Apollinem vnum Leochares, alterum Alexicacon cognomento (quod eſt, ac ſi Auerruncum dixeris) feciſſe dicitur.* Alibi dicit, *Lapides fuere, in gymnaſio, Hermæ nominantur,* &c. In Meſſen. Mercurij, Herculis, & Theſei ponit ſigna gymnaſiorum. Vnde dictus etiam Agyeus, nam ἀγυιεὺς, dicta columna ante fores poſita Apollini, ſic ἀγυιά-τιδ. θυρώταναι, aræ præ foribus in gratiam Agyei Apollinis erectæ.

Agyeus quid

Lares viales Plaut. in Merc. intelligit Deos, qui viæ præſunt, vt ſint θεοὶ ὁδίοι, quos inuocare ſolent, qui peregrè proficiſcuntur & ad viam ſe accingunt, quo etiam cognomento colebatur Mercurius. Erat & Apollo Agyeus, ſed is à viis vrbis nomen habebat, cùm verò mala depellebat dicebatur Alexicacus, Hor. *ſic me ſeruauit Apollo,* idem in Odis,

Hic bellum lacrimoſum, hic miſeram famē,
Peſtém-ue à populo, & Principe Cæſare
In Perſas atque Britannos
Veſtra motus aget prece.

Agyeus Apollo vnde dictus.

Apolliuem hac de causâ dictum volunt ab ἀπαλλάττειν, ideſt ab abigēndis malis, & expellendis morbis à domibus. Plautus Aulul. 2. Scen. 5. *Apollo quæſo ſubueni mihi, atque adiuua; & fige ſagittis fures theſaurarios, quoi in re tali iam ſubueniſti antidota.* Hunc innocabant in ſalutem, & ſanitatem familiæ. Plautus Merc. 4. 1. *Apollo quæſo te, vt des propitius ſalutem, & ſanitatem noſtræ familiæ.* Quare merito dictus προστατήριος, quod ante fores ſtatueretur, ceu patronus, cuius ſtatuam ante ædes conſecratam ponebant. Thebanos autem ante ædes Triuiam poſuiſſe monet Plutarchus in apophth. de Epaminondâ, his verbis, *Irridens Chabriam apud Corinthum, Thebanos paucos ſub ipſos muros occidiſſe, ait, non trophæum ſed Triuiæ ſtatuam ſtare.* Solent enim Triuiæ ſtatuas ante portas in Triuiis ponere, hinc Triuia dicta. Ouidius Faſtorum 1.

Apollo inuocatus pro ſalute familiæ.

Apollo Proſtatius.

Triuiæ ſtatua ante fores.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes,

Seruet

Struat vt in ternas compita ſecta vias.

Baſcania, erant ridicula quædam a fabris ferrariis ante fornaculam appendi ſolita inuidiæ auertendæ gratia, Lex. Rh. *libro cap.* 30.

Limina ſaluta a ſe perpetuo domum relicturis.

Sed priuſquam ab his ædibus diſcedam, in limine conſiſto; ipſum oſtij limen tango, (vt prouerbio fertur) vt notem limina ſalutata ab iis, qui domum perpetuò ſunt relicturi; Nos vero Etruſci dicimus (exoſculari repagulum) quod inde emanauit. Plautus Merc. 5. Sc. 1. *Limen ſuperum, & inferum ſalue; ſimul autem vale; hunc hodie poſtremum extollo mea domo patria pedem.*

In primo templorum aditu maximus olim ornatus, quia ibi numen ineſſe credebatur, & religioſa dicta Deorum limina, ad quæ olim confugiebant, ipſos poſtes amplexantes, oſculantes, ibique ſi opus eſſet pernoctantes. Hinc illa conſuetudo Romanorum, vt nemini liceret primum limen pedibus terere, vel etiam ſummis veſtigiis contingere: tranſiliendum limen erat, ſiquis vellet ad aras peruenire. Catullus, *Transfer omine cum bono limen egregios pedes*, Ideo meritò in extremas plagas abituri illud ſalutabant. Mendoza,

Eliminare. Seruus ad limina.

Hinc dictum eliminare, extra ædes eiicere, & ad limina ſeruus, & ſimilia.

Salutari etiã lares ab egredientibus.

Salutari etiam Dij Lares, vt noto ex Plauti Milite glor. act. 4. 8. *Etiam nunc ſaluto te familiaris, ideſt, Lar, priuſquam eo.* Priſci ſiquidem Romani religionis aliquid liminibus, & poſtibus tribuebant: liminum præſidem finxerunt Limentinum Deum, ſicuti forium Forculum, ſiue Forenſem, Ianuæ Ianum; & ſicuti Vrbium, atque templorum portæ, ita ædium priuatarum ianuæ ſacræ, religioſéque cultæ; quapropter limen calcari, in ingreſſu domus mariti, & egreſſu ſuæ à noua nupta nefas putarunt. De Poſtibus hæc Valerius Maximus lib. 2. cap. 5. ſcribit, *Prædones quoſdam cum à Scipione Africano foribus reſeratis intromiſſi fuiſſent, poſtes ianuæ tanquam religioſiſſimam aram veneratos fuiſſe.* Virgilius Æneid. 2.

Limentinus Deus. Forculus Deus. Limen calcari nefas à ſponſa.

Poſtes ſacri ædium.

Amplexaque tenent poſtes, atque oſcula figunt.

Poſtes ornati, vncti.

Apud Poëtas paſſim amatores dant poſtibus ſerta, & nouæ nuptæ mariti domum intrantes laneis vittis, & oleo vngebant, vnde dicti vxores, quaſi vnxores, & Iuno Vnxia.

Vnxia Iuno.

Carbone ædes notatæ cur.

Ex veteri more etiam, ſiquid placeret, aut odioſum eſſet in ædibus alicuius, ſolebant id vel commendare creta, vel infamare carbone in parietibus ædium deſcriptis verſibus aut decantatis, Plautus in Merc. *Occentent oſtium, impleantur mea fores elogiorum carbonibus.* Catullus,

——Namque totius vobis
Frontem tabernæ ſcipionibus ſcribam.

Vnde, *ædificia caccabat a verſibus* 4. Dig. 5. vt optime Cerda Aduerſ.

Per fores qui non admiſſi. Lares, & Penates vbi locati.

Cur autem peregrè, falſo mortui renunciati reuerſique, per fores non admitterentur, ſed per impluuium, lege Plutarc. *Probl. Rom.* 5. Cauſa potiſſima tantæ religionis hæc, quia poſt oſtium, & poſtes, Lares, & Penates collocati, vt felix, & fauſtus egreſſus eſſet.

De Salutationibus quædam ad hanc rem non protrita ex variis auctoribus ſcripta ad hunc locum illuſtrandum, tibique gratificandum proferam. Salutationes variæ (vt dictum) capite operto Diis, hominibus autem aperto, & operto; manibus quoque ſalutationes, & ſupplicatione factæ. Plinius lib. 38. cap. 2. *in adorando dexteram ad oſculum referebant, totámque corpus circumagebant, quod in læuum Galli maiore cum religione ſe facere putabant.* Apud Perſas honoris genus erat, coram digniore in *Coras*, hoc eſt, veſtium manicas, manus immittere, authore Rhodigino *lib. 7. cap.* 15. Genuflexio, ſiue geniculatio, *γονυκλισία*, ſalutatio honorifica habita, tum apud Sacros, tũ apud profanos auctores; item totius corporis proſtratio, & ſalutationes cum contactu, ſeu oſculo plerúmque factæ; Et primò ex Homero percipio, moris fuiſſe ſalutantium attingere mentum ſalutati, & caput, humeróſque oſculatos, item oculos, & manus, quæ & ſimul apprehendebantur; ideò M. Liuius, & Claudius Nero Coſſ. redeuntes victores Romam de Haſdrubale ad Metaurum, vniuerſa multitudo non ſolum eos ſalutauit, ſed dexteras etiam victrices, quæ P. R. ſalutem peperiſſent, oſculati ſunt Ciues. Plautus in Amphitryone, *Mi vir, & manum prehendi, & oſculum detuli tibi.* Et ſanè dextræ contactus ſemper pacis ſymbolum. Virgilius Æn 8.

Salutandi ritus varij.

Salutatio Perſarum. Genuflexio ſalutationis genus.

Oſculationes variæ in ſalutationibus.

Dextræ tactus pacis ſymbolum. Genua prehenſata.

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Dextras tactas in gaudio notat Plutarch. in T. Q. Flaminio, his verbis, *Nemo intentus ludo fuit, omnes maturauerunt exilire, pronunciari enim Titus per præconem Græciam liberam luſſerat, dextram contingere, & appellare Græciæ ſeruatorem, &c.*

De genuum prehenſatione, quod erat ingeniculari in ſalutando, idem Virgilius.

Et genua amplexus genibúſque volutans.

Pedum exoſculatio Iudæorum, & Chriſtianorum propria.

Alium ſalutandi modum parentum, vel amantium reperio; auribus dumtaxat ſalutati apprehenſis vtraque manu ab oſculante, quæ dicitur *χύτρα*, ſeu *olla*. Iulius Pollux lib. 10. *Ollam prehenſis oſculator auribus.* Plautus in Pœn. *Sine te exorem, ſine te prehendam auriculis, ſine dem ſuauium.*

Salutantes aures apprehendebant.

Et fœtus matrona dabit, natúſque parenti
Oſcula comprehenſis auribus eripiet.

Ægyptij (ex Herodoto) loco ſe mutuò compellandi in viis adorant, genutenus demiſſa manu. Græci *ἀσπασμόν*, ſalutationem vocant, cum ſcilicet dextram dextræ iungimus. Vulgò *χαίρειν*, ideſt gaudere, epiſtolis præfixum, Platoni vſitatum *εὖ πράττειν*, Ariſtoteli *ὑγιαίνειν* Iſocrati *χαίρειν*. Romani ſuis nominibus quemque reuerenter ſalutabant, ſacerdotibus pedes oſculabãtur,

Salutandi modi.

Salutationes cum oſculis.

Oſculatio adorationis genus fuit. Pedum ac genuum amplexatio ſupplicem animum, & parentem iam ab Heroum temporibus indicauit, Vnde Hom. Iliad. vlt. Manibus

Achil

Achillis genua cepit,& genua oſculatus eſt; g. ma tua ampl. ctor Achilles. Primus omnium pedes ſuos, genuaque præbuit ad oſcula Caligula,tum Maximini filius,denique Diocletianus, Dione referente. Mos ex co forte an ortus,quod priſca ſuperſtitio Deorum pedes aut manus oſculabatur. Cic. in Verrem, *Os Diis venerabundi oſculamur, aut manus, aut pedes.* Ideo ſanctos illos viros Petrum,Clementem,Cletum numinis penè loco habitos adorabant,eorum manus,pedeſque oſculando. Igitur nil mirum ſi Sacerdotibus manus, & Sacerdotum Pontifici ſummo etiam pedes oſculamur, vicem Chriſti referenti.

Genæ oſculatæ quando.

Romanos principes peregrè profecturos, & rcex vrbem repetentes. conſueto more Senatores oſculo excipere ſolitos teſtatur Cælius. Iiſdem milites dextras victrices deoſculabantur.

Apud Perſas amici ſeſe oſculo inuicem excipiebant ex Xenophonte, & Herodoto, quod ſi alter paulo fuerit humilior, genas dumtaxat oſculatur; ſin multo inferior dignitate, proſtratus adorat honoratiorem. Apud Lacedæmonios oſcula non modo conceſſa, ſed etiam propoſiti ludi, & præmia iis, qui ſeniores lepidius ſuauiarentur. Niſæorum id inuentum, & à Megarenſibus etiam in honorem Dioclis ſeruatum. Vide Rhodiginum *lib.15.cap.* . Cur verò Romani mulieres, cognatos ſuos oſculo ſalutarent, vide Plut. *Probl.6.* & alios de oſculis: Phyſici dicunt,ſingulas corporis partes numinibus conſecratas, vt aures memoriæ, frontem Genio,dextram Fidei, genua Miſericordiæ, de quibus lege Al.x. ab Alex. & alios. Salutantes in congreſſibus addebant iuſiurandum,vt ſeriò ſe hoc feciſſe oſtenderent. Plautus. *Ita Ae depol, ſalue Callicles.* Minitantes ita iurabant ex Plauti Menæch. 2.Sc.2. *Non hercle is ſum, qui ſum, ni hanc iniuriam,meque vltus pulchre fuero.*

Ludi oſculorum apud quos.

Partes corporis numini conſecratæ.

Iuramentum inter ſalutãdum.

BALTHASSARI BONIFACIÓ Archidiacóno Taruiſino.

DISSERTATIO XV.

Quid nomenclator; quotuplex officium, tàm principibus, quàm priuatis viris in vſu. Quid amicus primæ, quid ſecundæ admiſſionis. Quid admiſſionalis; & alia non protrita. Leuato velo cauſſas cognoſcere quid.

Nomenclatoris etymõ.

DE Nomenclatore, qui Græcis dictus ὀνομακλήτωρ, ex Plutarcho in Catone, dictus Nomenclator, quaſi nominum calator, à calando ciuium nomina. Hoc officium ſemper ſeruile, & poſteriore æuo ſub Imperatoribus etiam in vſu, quod habemus clarè in Spartiano, qui ait, *Hadrianum tanta memoria excelluiſſe, vt nomina quamplurima ſine nomenclatore redderet.*

Nomenclatores ſub Imperatoribus.

Horum igitur opera vſi Imperatores, vt nomina ſalutantium, & quauis de cauſa accedentium, callerent. Priore æuo etiam illorum miniſterium vſurpatum, à priuatis hominibus, & potiſſimum candidatis, de quibus ita Horatius epiſt.6.lib.1.

Officium nomenclatoris multiplex.

Mercemur ſeruum, qui dictet nomina, læuum
Qui fodiat latus,&c.

Lege cautum tamen reperio, ne quis Nómenclatorem haberet, ſed ipſi per ſe candidati ciues ſalutarent. Id in Plutarchi Catone Minore lego. *Lege lata,ne candidati nomenclatores haberent; tribunatum militum petens, ſolus legi paruit, & per ſe elaborauit ſalutare, atque appellare ciues.* Refragari videtur huic auctoritati Cicero, *pro Muræna,* vbi dicit, habuiſſe nomenclatorem ſuum Catónem, quem etiam monitorem vocat. Hi fartores dicti, quod nomina quaſi infarcirent rogandorum candidatis, & petitorum auribus.

Candidatis interdictus vſus nomenclatorum.

Fartores dicti nomenclatores,& cur.

Aliud præterea munus illorum non infimum: ſi quando epulum, aut recta cœna danda, nominare inuitatos, vocare, & ſingulis pro ſua dignitate locum digerere tenebantur. Athenæus lib.2. ſubſcribit, *poſt hæc non expectato nomenclatore ſuum in cœna cuique gradum, & ordinem aſſignatore.* Amm.Marcell.lib.14. *homines eruditos,& ſobrios, vti infauſtos, & inutiles vitant, quoque accedente,quod Nomenclatores aſſueti, hæc,& talia venditare, mercede accepta, cœnis, & prandiis quoſdam inſerunt ſubdititi os, ignobiles,& obſcuros.* Apul. *& ad nomenclatorem mox citati venerunt.* Seneca epiſt.29. *Alioquin habebis conuiuas, quos ex turba ſalutantium nomenclator digeſſerit.*

Nomenclatorũ munus in epulis.

Eorum etiam erat digerere in literam, ſeu calendarium, quis primum,quis ſecundum locum teneret;quis honeſtior, & quis minus honeſtus. Item ciuium cenſus ſingulorum norant, & quinam ſenes orbi. Item ex Atrio amicos ad cœnam inuitatos vocabant,eóſque prout in calendario digeſſerant,ad menſam diſponebant, Seneca epiſt. 68. *Digerere in literam* (loquitur de nomenclatore) *ſenes,orbos,*&c.

Locus aſſignatus cuique pro dignitate à nomenclatore.

Verùm præ cæteris officiis illud maximè notandum quod in amicitiæ albo amicorum claſſes diſtinguebant; & primæ ceræ, ſeu cariſſimi, primæ admiſſionis amici dicebantur; ſecundæ ceræ non æquè cari, ſecundæ admiſſionis; & ſic deinceps. Seneca de beneficiis lib. 6. c. 33. *Quid? iſtos tu liberos, quos vix, aut nomenclator complectitur, aut memoria, aut manus amicorum, exiſtimas eſſe? Non ſunt iſti amici, qui agmine magno ianuam pulſant, qui in primas, & ſecundas admiſſiones digeruntur. Conſuetudo iſta regibus, regéſque ſimulantibus, proprium amicorum deſcribere.* Hinc dicti ſerui admiſſionales; eorum officium dictum admiſſionis. At non apud Romanos ſolum adhibitos admiſſio

Amici primæ admiſſionis, & ſecundæ qui.

Serui admiſſionales qui.

miſſionales ſeruos, verum etiam apud Barbaros lego in Plutarchi Lyſandro, *Callicratidem nauarchum adeſſe, & cupere eum conuentum, iuſſit ſignificari, cui cum vnus ex admiſſionalibus reſpondiſſet, Non vacat nunc hoſpes Cyrum, nam potat, &c.*

Velom alleuabat nomẽclator.

Poſtremo nomenclatorum erat alleuare velum ſeu cortinam, cubiculis principum prætentam, Seneca ep. 60. *non crepuit ſubinde oſtium, non alleuabatur velum*; quod ſcilicet leuabatur in admiſſionibus. Inde apud I.D. illa formula emanauit; *Cauſas cognoſcere leuato velo.*

Cauſas cognoſcere leuato velo.

Cognitor aliquando eſt ille, quem nos dicimus procuratorem; & apud probatos, & antiquos ſcriptores Cognitor eſt, qui, quem cognoſcit: vt homines Romani, qui in prouincia erant, ſi magiſtratus, ciues Romanos eſſe neſciret, illi tamen iura ciuitatis Romanæ implorarent, vt crucem, & virgas depellerent, Cognitores dabant, ideſt, homines producebant, qui ſe eos noſſe dicerent, & ciues Romanos eſſe pro teſtimonio dicerent, Cic. 7. in Verrem, *Adeunt ad ea loca quæ nunquam antea viderunt, vbi neque noti eſſe iis, quo venerunt, neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt.*

ALEXANDRO SYNclitico I. C. Interpreti Ordinario.

Diſſert. XVI.

Ad Clepſydam oratores orabant; quamdiu. Quis hoc primus inſtituit. Quid dictum cauſa perorata. Meretrices quædam dum Veneri operabantur, iis vſæ, hinc dictæ clepſydræ. Hæ Libertinæ plerumque. Quæ harum ſacra. Myrtus ab his ore geſtata. Item à capris venalibus. Conuiuis ea tradita, & cur. Myrtus in ſepulcris, aris, & coronis. Muſica, & ſaltatio, ſcolia, in conuiuiis antiquorum.

Oratores, & declamatores ad clepſydram orabant.

ORATORES, & declamatores ad Clepſydram peroraſſe, tam notum, quàm quod notiſſimum, ex Cicerone 3. de Oratore aſſeuerante, *At tunc non declamator aliquis ad Clepſydram latrare docuerat.* Martialis libro 6. epigrammat. 35.

Septem clepſydras magna tibi voce petenti
Arbiter inuitus, Cæciliane, dedit.

Apuleius, *Rurſum præconis ampla boatu citatur accuſator, quidam ſenior exurgit, & ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem colli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua populum ſic adoratur.* Optime hic clepſydram deſcribit, de qua etiam a me alibi, cum de horis antiquorum. Lucian. Dial. Piſcator, *Quid reſpondebo; ſi hic inauditus occubuerit, & aqua omnino compos non fuerit.* & paulò infrà, *Infunde reſponſuro; nunc tibi aqua defluit, ne igitur cuncteris.* Solem in meridie lucere oſtendo. Æſchines contra Demoſthenem, aſtruit primam aquam infundi ſolere Actoribus, alteram Patronis, tertiam Iudicibus ad pœnam conſtituendam; niſi primis ſententiis reus fuiſſet abſolutus. Hinc natum adagium, *Inaniter aquam conſumis.* Videndum adagium hoc, vbi multa ad hunc ritum ſpectantia. Dici ad Clepſydram, more Græcorum, inſtitutum à Pompeio, 3. conſulatu 3. lege; qua eo die accuſator, & reus perorabant; ille duabus, hic tribus horis, nam Prætor (præco eſt apud Tacitum) diem & horas deſignabat orationibus. Lex poſtea antiquata; in cauſa enim Iulij Baſſi, ſex horæ accuſatori, nouem reo datæ. Oratores, cum ſatis fluxiſſe orationem viderant, pronunciabant, *Dixi*; & Prætor, cauſa perorata, *Dixerunt*; ſic præco, vbi teſtimonium teſtes dixerunt.

Clepſydræ deſcriptio Apuleiana.

Aqua triplex clepſydrarũ.

Inaniter aquam conſumere prou.

Quis inſtituit dicere ad clepſydram.

Quot horæ accuſatori, & reo datæ ad perorandum.

Quod dictũ ab Oratore, à Prætore, à præcone cauſa perorata.

Meretrix clepſydra cur dicta.

A clepſydrâ temporis ad clepſydram nequitiæ abeo. Athenæi lib. 13. hæc lego, *Sic nominabatur Eubuli Clepſydra illa meretrix, quod ad Clepſydram ſui copiam faceret, donec aqua tota ex Clepſydra extillaret.* Quod verò hoc nomen non proprium illius ſit meretricis, ſed agnomen, paulò infra oſtendit, dicens eam Metichen fuiſſe nominatam.

Ad hæc, meretricium hoc ſterquilinium, vt pote putidum, viliſſimum ſemper, & infame, è plebis fæce natum; nam plerúmque libertinæ fœminæ Romæ Veneris æra merebant. Plautus Ciſtel. *Nos libertinæ ſumus, & ego, & tua mater, ambæ meretrices fuimus.* Sic Horatius notat Saluſtium in libertinarum amore inſaniuiſſe, non minus, quàm mœcharetur.

Libertinæ plerúmque meretrices.

Scorta ſua templa, & ſacra habebant. Veneris fanum Aphrodiſiis adibant (vt innuit Plautus *Pœnul.*) vna cum aſſeclis, eique corollas dicabant. An myrteas? non inficior, nam hæc ſacra Veneri.

Quod templũ & ſacrũ meretricũ.

Vnde Murtia Venus à Romanis colebatur, quæ Myrtia prius dicta fuerat, vt eſt apud Plinium, à myrto ſcilicet Veneri dicata, idcirco, & pro verbena in coniunctione Sabinorum, & Romanorum electa fuit. *Quin*, inquit idem, *ara vetus fuit Veneri mirtea, quam nunc Murtiam vocant.* Iunonis Argiuæ ſacrum, vt notat interpres in Pindarum, Hecatombe fiebat, cuius celebritatis præmium erat ſcutum æreum, & ex myrto corona. Vide Girald. At in templo Bonæ Deæ virgam myrteam habere nefas. Plut. *in Probl.* ait Flauij diuinatoris vxorem fuiſſe, quæ clam cum vinum largius biberet, à marito deprehenſa, flagris cæſa eſt, atque inde factum, vt myrtus in eius Deæ ædem non inferretur, vinumque cùm mulieres ebiberent, non vinum, ſed lac appellarent, Lactantius verò aliter.

Athenæus

Corolla myrtea Veneris.

Myrtus ore geſtata à meretricibus cur.

Athenæus lib. 13. mihi adſtipulatur, & alium mihi ſuggerit ritum, loquens de meretricum moribus, his verbis. *Riſus autem, ſi odioſus eſt, totum diem domi agunt, & qua ſæpe numero coquus apponitur, caprarum dum vendunt caluas, virgulam myrteam in labris tenuem, rectámque habent, vt, cum volunt, nolunt, diductis labris opportunè dentes retegant*, &c. En morem caprinum. Quare & myrteos ramuſculos in ore meretrices geſtabant ad dentes tegendos, vel ad Venerem conciliandam. Obiter noto ex Suidâ in myrteo ramo enſem occultatū fuiſſe ab Harmodio, & Ariſtogitone Tyrannicidis.

Capra venalia cū myrto.

Carnem caprinam vendentes eamdem myrto ornabant: vel quia in myrtetis capræ plerumque paſtæ, vel, vt caro tenerior fieret, vel, vt fœtidus halitus odore myrteo mitigaretur; & vtrumque animal petulantiſſimum.

Mirtus in ſepulcris, aris, & coronis.

Ramulos myrti Græcos conſueſſe buſtis imponere, cum quaſi inferias facerent, eiſque mortuos decoratos Euripides innuit *in Electra*. Myrto quoque ornatæ Deorum aræ, vnde in lætitiâ, & ſecundis rebus corona myrtea contexta, ideo Euripides inducit Herculem coronatum myrto epulari, Petrus Victorius *lib.* 16. *cap.*2. Pythagorici defunctos in myrti, oleæ, & populi nigræ foliis ſepeliendos præcipiebant. Magius *lib.*1 t. *cap.*18.

Sepulcra Pythagorica.

Myrtus ſignum datum in conuiuiis canendi.

Myrto coronabantur magiſtratus. Hinc ambitioſi myrtum appetere dicebantur. *Accepta myrto aliquid Æſchyli mihi canta*; nam in conuiuiis pueri, ramum lauri, aut myrti geſtantes canebant. Suid.

In conuiuiis tum myrtus adhibita ad cantiones conuiuales innuendas; erat enim quaſi ſignum, quo dato, cantare tenebatur conuiua. Id colligo in Plutarchi ſympoſ. his verbis. *Deinde vnuſquiſque propriam cantilenam, accepta myrto, quam ex eo Aſaron, appellabant, quod cantaret is, cui ea tradita eſſet*, & paulò infra, *Aly myrtum non ordine traditum fuiſſe aiunt, ſed à lectulo in lectulum, tranſmiſſam*, &c. Quæ verba ritum quoque innuunt apud Græcos, & Romanos harmoniæ muſicæ in epulis, quod ex Homero, Athenæo, & aliis planè perſpicitur. Horatius vocat Lyram diuitum menſis amicam, & templis. Virgilius quoque Iopam citharâ perſonantem in Didonis epulis *primo Æneidos* inducit.

Muſica in epulis.

In conuiuiis cantores aſciti, vt æquè palatum, atque aures permulcerentur; & diſcumbentibus interim melos concinebatur, quod Harmodij nuncuparetur, erat enim in Harmodium, & Ariſtogitona Tyrannicidas, vnde illud facetiſſimum, *Apud me nunquam Harmodium canes*, id eſt, mecum conuiuia non agitabis: huius hiſtoriam lege in Thudicyde. In veterum monumentis cantilenarum 5. ſpecies leguntur vt notat Rhod. *lib.*25. *cap.*26. Sopronistice, cuiuſmodi Clitemneſtræ accinebat cantor; Encomiaſtice, quâ præſtantium virorum præcinebantur laudes: ab Achille celebrata; Threneſtice, ideſt, lugubris; Orchematice, ideſt ſaltatoria; denique Pæanice, qualis eſt apud Homerum Ili. primo poſt ſacrificij abſolutionem.

Saltatio cū Muſica.

Cum Muſica erat coniuncta ſaltatio, & alia ludorum genera, Plutarchus libro 1. Symp. Quæſt. 1. ait. *Quin etiam carmina illa in conuiuiis decantari ſolita, qua vulgo σκολιὰ, ideſt, obliqua, ſiue tortuoſa, cratere in medio propoſito, & corollis diſtributis, quas Deus libertatem nobis donans imponit*; & paulo poſt, *Deinde quiſque propriam cantilenam canebat accepto myrteo ramo*. Ariſtoph. Scholiaſt. *Qui primus laurum, ſiue myrtum tenebat, is canebat*. Athenæus quoque lib. 5. *Solebant conuiua nominatim prouocare, cui propinaturi erant, & Lyram tradituri*. quò alludit Terentius in Eun. *Phædriam intromittamus, cantatum prouocemus*. Scolia hæc, ſeu carmina conuiualia in vſu potiſſimum apud Athenienſes.

Scolia cantiones epulares.

In epulis primus cantor.

Scolia erant carmina conuiualia, ſic dicta quòd non quiuis ea caneret, ſed eruditi duntaxat. Pollux ait, dictum Scolium obliquum, vel à Tibiarum figuris, vel quod in conuiuiis obliquo ordine à lecto ad lectum flecterentur canendi vices. Hinc prou. *Canere ad myrtum*. Plut. 1. *Symp.* ait olim fuiſſe morem, vt in conuiuio primùm voce communi Deum canerent, παιανίζοντες, vt ait, deinde myrteū ramum tradi vnicuique ſolere, quem ἄσαρον, vocatum exiſtimat, quod is, qui eum accepiſſet, caneret. Poſt lyrâ circumlata, ad quam periti canebant. Imperitis recuſantibus, Scolion dicebatur, quod non eſſet vulgare, & cuiuis facile.

Apud Romanos quoque muſica conuiualis. Cicero pro Cæl. *Baiis acta conuiuia comeſſationes, cantus, Symphonia &c.* Valerius Max. lib.2. cap.1. *Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comprehenſa pangebant, &c.*

Muſica conuiualis apud Rom.

Saltatio Muſicam ſequebatur, Homero teſte, & Athenæo: hæc Græcis maximè in vſu, Sybaritis, Macedonibus. Romanis verò probroſa, vnde illud dictum *Nemo ſaltabat ſobrius*, idque colligitur ex multis locis Ciceronis, Saluſtij, &c. Acroamata cœnæ adhibenda, Plutarchus aſſerit *ſympoſ.* 8. *lib.*7.

Saltatio Romanis probroſa.

ALEXANDRO TERTIO
Rectori Sem. Bergom.

DISSERTATIO XVII.

Vinum an, & quod mulieribus interdictum. Item claues cellæ vinariæ. Spartani domum è conuiuio ſine facibus cur redirent. Apud Romanos lucernæ prolatæ redeuntibus è conuiuio. Qui Oenopta conuiuiorum, & pocillatores. Oenoptæ lychnos cœnantibus dabant. Ebrietas infa-

mis

mis apud Lacedæmonios. Modi-peratorum munus, & alia.

Vini vſus olim fœminis interdictus & cur.

VINI vſum olim Romanis fœminis ignotum fuiſſe, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur, teſtatur Valerius Maximus *lib. 2. de inſtitutis antiquis.* Plut. Plin. Dion. Halicar. Cic. & alij. Quod in legibus antiquis ex Baldouino ſcriptum ita reperitur, *Si mulier vinum biberit, domi vt adulteram puniunto.* Romanas verò Matronas non prorſus abſtemias fuiſſe, ſed tantum à temeto, crediderim, mihi ſuffragante Athenæo lib. 10. his verbis. *Apud Romanos vinum mulieribus interdictum eſt: iis tantum paſſim vinum licuit bibere, quod ex vua paſſa fit, guſtu ſimile vino dulci Ægoſthenenſi, aut Cretico, hoc ſcilicet, cum vrget, valde, ſitim leniunt. Vinum autem, ſi qua biberit, id celare non poteſt, primum quidem quod cellam vinariam non committunt mulieri; deinde quod eam oſculentur tum ſui, tum mariti cognati, ad conſobrinos vſque, & id quotidie vbi ſtatim illam aſpexerint, quia vinum non temetum, ſed paſſum dulce permittitur mulieribus* (vt ait ille) *dulce vero non inebriat*, de quo legendus Plin. *lib. 14. c. 13.* Aulus Gellius *lib. 10. c. 23.* Claues præterea (Plinius ibidem ait) cellæ vinariæ matronæ non habebant. Nota hiſtoria eius matronæ, quæ (vt refert Plinius ex Fabio Pictore) quod loculos, in quibus erant claues cellæ vinariæ, reſignauiſſet, à ſuis inedia eſt mori coacta.

Mulieres an vinum biberent, quomodo ſcirent.

Claues cellæ vinariæ matronis interdictæ.

Addo parergon de clauibus ex Lipſio eruditiſſimo dicente clauem fuiſſe inſigne ſeruorum, geſtabant enim ſerui claues, & hoc munus illorum. Mart. lib. 5. ep. 36.

Cecidit repente magna de ſinu clauis.

Vino abſtinent mulieres, iuuenes quoque ad 30. annum, vel 35. vt apud Ælianum, niſi certis diebus ſacrorum cauſa, Egnatiuſque abſolutus à Romulo, interfecta vxore, quæ vinum bibiſſet, quâ cauſa oſculari à propinquis credidit M. Cato. Alij oſculum referunt ad tempora Troiana, cum eæ naues incendiſſent. Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 1. *De hic cognoſcebant ipſi cognati cum viro, vbi violata fuiſſet pudicitia, & quod omnium peccatorum Græcis leuiſſimum videretur, ſi quam mulierem vinum bibiſſe conſtitiſſet; Romulus enim hoc vtrumque vt muliebrium delictorum grauiſſimum puniri iuſſit, quia ſtuprum dementiæ, ebrietatem verò ſtupri originem eſſe indicauit; ex quibus perſpicio diſcrimen, &c.* De hac ſobrietate mulierum A. Gellius *lib. 10. cap. 23.* Vbi potum illarum, ait, fuiſſe loream, paſſum, murinam, & quæ id genus epotant, potu dulcia: mulctataſque a iudice fuiſſe, ſi vinum bibiſſent, non minus, quam ſi probrum, & adulterium admiſiſſent.

Vino abſtinent iuuenes ad annum vſque 30.

Oſculatæ mulieres cur.

Tanta fuit Laconum ſobrietas, vt inebriari ſine infamiæ notâ illis nunquam licuerit, quod vitium vt euitandi haberent occaſionem, lege cautum & diſciplina Laconica inſtitutum, ne quis domum è conuiuio reuerteretur cum lumine, ſed, vt Xenophon, & Plutarchus ait, λίχα λαμπάδ@. Ad hanc rem Athenæus lib. 2. præſcribit bibendi modum, *Vt videlicet tantum vini bibere liceat cuique, quantum non impediat domum redire ſine puero, qui præluceat, aut ſine itineris duce.*

Laconum ſobrietas. Ebrietas infamis apud Lacones.

Nulli licitū è ſympoſio redire cum lumine. Modus vini bibendi.

Plutar. in Gracchis, *Quibus Metellus exprobrauit, Tiberio patre eius Cenſore cum reuerteretur à cœna domum, lumina ciues reſtinguere ſolitos, quod timerent ne longius quam oporteret in conuiuiis & poculis indulſiſſe viderentur, huic vero nocte audaciſſimos quoſque, & mendiciſſimos de plebe prælucere, &c.*

Apud Romanos redeuntibus è conuiuio lucernæ prælatæ per pueros, δαΐδων.

Daduchi; dicti quoque lampodophori, Sacerdotes in ſacris Cereris, quia portabant faces in eius ſacris imitantes Cererem Proſerpinam quæritantem.

Hæ faces, & lucernæ in itinere nocturno; laterna incluſæ, ſolita iocidi è cornu. Plautus in Amph.

Faces, & laternæ redeuntibus è cōuiuio prælatæ.

Vulcanum in cornu geſtas.

Idem Caſin.

Sed eccum progreditur cum corona, & lampade.

Athen. in Epicharmi ſpe. lib. 6.

Nam multum edens, bibénſque multum, protinus
Diſcedo, lucernam puer nec fert mihi.

Apud Athenienſes Oenoptæ Lychnos, funaliaque dabant cœnantibus; ideò oculi dicti; eſt enim magiſtratibus nomen Oenoptæ, tanquam inſpectores, & obſeruatores eorum, quæ inter epulas geruntur; præter enim pocillatores in conuiuiis, qui erant nobiliſſimi iuuenes, Oenoptæ etiam erant cœnarum præſides, & Modiperatores, quorum (referente Athen. *lib. 10.*) erat ex æquo vinum conuiuis præbere, & animaduertere, vt ex æquo omnes biberent, item ſuppeditare lucernas, ellychnia, & alia: ὀφθαλμοὺς etiam vocabant ὀφθαλμοὺς: Athenæus *lib...* ὀινοπότας dixit.

Oenoptæ lychnos cœnantibus dabât, & vinum diſtribuebant. Oculi magiſtratus Athenienſ.

Modiperatores cœnarum præſide coruṁque officium. Vinum ex æquo diſtributum conuiuis à quo

D. LAVRENTIO BIFFIO Cl. Reg.

DISSERTATIO XVIII.

Diis ſuperis vota facientes manus ad Cœlum tollebant, ad mare maritimis, ad inferos inferis. Sepulcra publico ſumptu extructa viris inſignibus, priuatis non licitum hæc habere Athenis. De libationibus, iugulationibus, ſacrificiis, Diis inferis, & ſuperis factis. Hæc quàm diuerſa. De aris illorum. Tumuli quibus exornati. De aqua

luſtrali. De euocandi ritu. De ſacris inferorum. De tonſura Clericali, & aliis ad hanc rem.

In gaudio Cœlum adoratum.

IN gaudio, & bono nuncio Cœlum adoratum probaui ex Suetonio in Nerone capit. 41. *Ad eam ſpeciem exiluit gaudio, cœlumque adorauit*, quia, credo, omne bonum ſuperne, hoc eſt, è Cœlo venit. Ideo priſci Heroës manibus in Cœlum ſublatis Iouem, cæteróſque Deos cœleſtes precari ſolebant; maritimos ad mare proiectis; Manes, & inferos, terrâ percuſsa. Sextus Pompeius ait, *Diis cœleſtibus ſolita fieri ſacrificia in ædificiis à terrâ exaltatis, Diis terreſtribus in terra, Diis inferioribus in effoſſa terra:* & Lactantius ait, ita nominata altaria, quia manus in altum porrigimus ſacrificaturi ſuperis. Primi moris exemplum habemus apud Virgilium Æn. lib. 1.

Diis ſuperis manus ad Cœlum ſublatæ. Maritimis ad mare. Inferis ad inferos. Aræ ſuperûm & inferûm quæ.

Ingemit, & duplices tendens ad ſydera palmas.

Lib. 3.

Tendoque ſupinas ad Cœlum cum voce manus.

Lib. 4.

Multa Iouem manibus ſupplex oraſſe ſupinis.

Sic & noſtri ſacerdotes eleuant manus ad Cœlum, Deum verum precantes. Secundi exemplum habemus ex 5. Æn.

Ni palmas ponto tendens vtraſque Cloanthus,
Fudiſſetque preces, diuoſque in vota vocaſſet,
Dij, quibus imperium pelagi, &c.

Poſtremi ſunt hæc. Euripidis Hecuba, ὦ χθόνιοι θεοὶ σώσατε παῖδα μὴν, ὃ μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν &c. ad quem locum interpres notat, hiſtrionem (cum hæc verba loqueretur) terram pulſaſſe. M. Tullius Tuſc. 2. *Tum Cloanthem, cum pede terram percuſſiſſet, verſum ex Epigonis dixiſſe ferunt; Audiſne hæc Amphiarae ſub terram abdite?* Zenonem ſignificabat, a quo illum degenerare dolebat. Terram aliquando fuiſſe effoſſam lego in multis, & potiſſimum in Senecæ Tragici Oedipo, actu ſecundo, his verbis.

Terra effoſſa in adoratione Deorum inferorum.

Ipſe euocandus noctis æternæ plagis
Emiſſus erebo, vt cædis auctorem indicet.
Reſeranda tellus, Ditis implacabile
Numen precandum.

Idem in eadem Tragœdia actu 3.

Huc vt Sacerdos intulit ſenior gradum,
Haud eſt moratus, præſtitit noctem locus,
Tunc foſſa tellus.

Plautus quoque in Moſtel. *Ædes ne attingite, quin tangite vos quoque terram.*

Superis ſacrificantibus infauſtum erat ſi quid mali ominis eueniret, contra fauſtum, cum quid ominoſum accidebat. Diis marinis nigræ sues immolatæ; quadrupedes verò iugulabantur in littore maris; extra vero in vndas proiiciebant. Silius 17. belli Punici.

Cui numen pelagi placauerat hoſtia taurus
Iactaque cæruleis innabant fluctibus exta.
Dij quibus imperium eſt pelagi, &c.
——— extaque ſalſos
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.

Non tantum verò alio genere hoſtiarum rem diuinam inferis, atque ſuperis faciebant, ſed quoque libamentis aliis vtebantur, quæ, quòd Diis inferis funderent, tanquam inferius deorſum libarent, ideò delibamenta vocabant, & cum ea funderent, ſe defundere dicebant, quod ex Valerio Maximo eruo dicente, *Tunc defuſis Mercurio delibamentis, & inuocato numine eius, vt ſe placido itinere in meliorem ſedis infernæ deduceret partem, cupido hauſtu mortiferam traxit potionem.*

Libamina diuerſa inferorum & ſuperorum.

Defundebãt, inferis libãtes.

Templa quoque tribus modis dicabantur ab natura, ab auſpicio, ab ſimilitudine. Natura ſpectatur in cœlo: Auſpicium in terra: ſimilitudo ſub terra. Vnde Feſtus ait, Veteres diis ſuperis in ædificiis terra eleuatis ſacra feciſſe; Diis terreſtribus in terra: Diis inferis in effoſſa terra. Tria ergo ſunt in ſacris loca, per quæ piationem faciebant; ſcrobiculo facto, inferis; terreſtribus ſuper terram ſacrificabant: Cœleſtibus extructis focis: vnde etiam nominata ſunt altaria, quod ſacrificantes manus in altum porrigebant.

Indi quoque terreſtribus Diis in cauernis, & ſpecubus; ſoli in ſublimi ſacrum faciebant: non nunquam ſine ara in nudo ſolo ſacra feciſſe Græcos, ait Gyraldus *ſynt.* 17. Eumæus apud Homerum ſuper eſcharam victima fecit: ſuper aras verò ſacra facturi ceſpitem ex gramine, ſiue verbenas apponebant è ſacro loco decerptas, de quibus alibi

Cæterum Diis ſuperis ſacra facturi corpus ſæpe abluebant, inferis vero tantum aſpergebant aqua luſtrali. De ſacris ſuperorum ait Æneas, *Donec me flumine viuo abluero.*

Superis ſacra facturi corpus ſæpè abluebant. Inferis facturi corpus aqua tantum ſpargebant.

At Dido cum ſacra Diis inferis inſtituit, ait.

Annam, cara mihi nutrix, huc ſiſte ſororem
Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha.

& alibi,

Sparſerat, & latices ſimulatos fontis Auerni.

Nec non cum Miſeni ſepulturam refert idem Virg. 6. Æn. ait,

— Ter ſocios pura circumtulit vnda
Spargens rore leui.

Videndus Macrobius *Satur. lib. 3. cap. 1.* de aqua luſtrali à me alibi, & ab aliis.

Luſtralis aquæ vſum vetuſtiſſimum pro foribus templorum innuit Tertul. *de Bapt.* & Sozomen. ideo Aſconius *in Diuinat. Verr.* ait, delubra dici à labris, ſiue vaſis, quæ ad diluendum habebantur

Aqua luſtralis pro foribus téplorũ.

in

In templis. Locum ſubnecto pulcherrimum Hippocratis de morbo Sacro, *Ipſique terminos templorum Diis deſignamus: vt nullus qui non purus ſit, eos tranſcendat: & ingreſſi reſpergimus, ſed ſi quod etiam prius ſcelus habemus, purificemus.*

Aqua expiatoria.

Cicer. etiam *de legibus* id aſtruit: Ad expiationem veteres non quauis aqua contenti, ſed viua, & perenni; & limpida, non ſtagnanti, non turbida.

Lauatio duplex.

Duplex autem lauatio, ſiue purificatio apud veteres; altera ad manus pertinebat; altera ad totum corpus. Illa propriè χέρνιψ, hæc περίρρανσις, appellabatur; fiebatque θαλλῷ, ideſt, ramo felicis Oliuæ (vt dictum, ex Virg.)

Aquæ luſtralis conficiendæ modus.

Aqua verò luſtralis, qua aſpergebantur, ſic fiebat. Erat ad fores templi aquiminale quoddam magnum, quales ferè tinctorum cortinæ, labrum Aſconius nominat, in quod mergebant titionem ardentem ab ara ſumptum, quando victima adoletur, & ea aqua templum ingredientes, ſe ſe aſpergebant ipſi, aut à ſacrificulis aſpergebantur.

Aqua luſtralis ad ædium fores, & forum.

Nec in templis ſolum erant περιῤῥαντήρια: ſed etiam ad fori introitum. Moris item fuit, vt ad fores priuatarum ædium tantiſper, dum illæ funeſtæ erant, & fiebat ἀρδανίου defuncti, vas magnum ſtatueretur, aqua luſtrali plenum, quæ eſſet è domo non funeſta allata, qua aqua ſe quiſque exiens aſpergeret, qui ad exequias venerat, idque vas figlinum fuit, ex Caſaub. *in Charact. Theophraſt.*

Erat ergo aqua luſtralis in foribus Curiæ, nam Perirrhanſis, vt notat Lexicon, erat aſperſorium in veſtibulo fori Athenis, cuius aqua intrantes Curiam ſe aſpergebant, & luſtrabant. Vniuersè igitur rem ſacram facturi manus lauabant, vt habet Plutarch. in Mario. *Diis vota facit lotis manibus ſublatiſque in cœlum.* & Plaut. Aulul. Lauabant etiam pedes, vt notat interpres Horatij *lib.2. ſerm.3.* dicens, ſolebant Deos precaturi, manus & pedes abluere. D. Chryſoſt. hom. 52. in Matth. ait lotis manibus, & candidis veſtibus Chriſticolæ olim Eccleſias intrabant. Corpus quandoque ſolum lotum Tertul. cap. 11. de Orat. ſcribit ita, *Hæ ſunt veræ munditiæ non quas plerique ſuperſtitioſè curant ad omnem orationem, etiam cum lauacro totius corporis aquam ſumentes.* Ad rem.

Iugulatio diuerſa victimarum ſuperûm, atque inferûm.

Non ſolum igitur alia erat delibatio, ſeu expiatio facta ſuperis, atque inferis; verùm etiam alia iugulatio vtriſque ac diuerſa; ſiquidem conſueuerant ſacerdotes victimis, quæ mactabantur inferis, humi capita impingere; ſic enim ſubterraneis ſacrificabant, & cœleſtibus immolantes colla ſurſum conuertentes iugulabant; quod deinde factum, Medea Ouidiana 7. Metam. oſtendit,

Victimæ inferis aliter iugulatæ atque ſuperis.

Haud procul egeſtâ ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultróſque in guttura velleris atri

Sacrificium inferis factum.

Conijcit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper inuergens tepidi carcheſia lactis
Alteraque inuergens liquidi carcheſia mellis,
Verba ſimul fundit, terrenaque numina poſcit.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Sic etiam Autonoë Siliana lib. 13.

Inducit iuuenem, ferróque cauare refoſſam
Ocyus vrget humum.

Et paulò poſt.

Fundunt mella ſuper Bacchique, & lactis honorem.

Oleum quoque vſurpatum Virg. 6. Æn.

Pingue ſuperque oleum fundens fumantibus extis.

At vinum adhibitum omnibus ſacris, præter Cereris, Mnemoſynes, Solis, Lunæ, Auroræ, Veneris Vraniæ, & Nympharum.

Sacra inferorum quomodo facta.

Sacra igitur inferorum in ſcrobibus facta, vt dictum, nigris hoſtiis, pari numero, tauris etiam; hoc pacto. 1. fiebat fuſio, ſeu inuerſio. Virg. Æn. 6.

——— frontique inuergit vina ſacerdos,
Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,
Ignibus imponit ſacris, libamina prima.

Inuerſio in inferorum ſacris. Quomodo. Libamina 1.

Hæc inuerſio in inferorum ſacris fiebat manu conuerſa in ſiniſtram partem; adeo, vt patera conuerteretur; in ſacris ſuperûm, ſupina manu, libabatur. Hæc dicta 1. libamina. Qua effuſione, ſi victima non ſtupuiſſet, probabatur.

Euulſio pilorū victimæ.

Deinde fiebat euulſio pilorum, ſeu ſetarum, quæ conijciebantur in Ignem, & hoſtia tunc erat ſacra, nec licebat alteri vſui eam applicare:

Tonſura clericalis.

hinc tonſura noſtra clericorum, qua innuitur clericum eſſe iam Deo ſacrum, neque amplius profanum. Deinde victima per popas, victimarios, cultrarios, ſeu Agones, ſecuti proſternebatur ſeu cæſa, aut iugulabatur.

Sanguinis effuſio in ſacris feralibus quomodo. Euocationū Manium ritus.

In ſacris feralibus aliquando ſanguis excipiebatur, aliquando in foueam effluebat; aliquando à ſacerdote toto corpore excipiebatur, ſanguine enim Manes litabantur. Qui deinde ita euocat, vt colligitur ex 6. Virgilij, ex Seneca, & aliis. Primo longiſſimum carmen, ſeu preces ferales præmittebantur. 2. ſi preces non audirentur, ſuccedebant iræ. 3. ſi iræ non ſatis; adhibebantur minæ. 4. poſt minas ſequebatur mugitus terrarum, indicium aduentus Manium. 5. poſt mugitum aderant in foribus, ſiue manes defunctorum, ſiue Dæmones, ſiue ipſa Proſerpina (cum ſacra erant potentiſſima) Pluto interdum cum magno furiarum comitatu.

Quinā Manes euocati.

In euocatione Proſerpinæ, ſeu Hecates primo erant canes comites, quia huic Deæ ſacri, & horum latratu hoc ſacrum ſoluebatur.

Canes cum Hecate. Hecates forma euocata.

Præter canes, alia monſtra ſequebantur cum facibus. Forma Hecates euocatæ erat triceps, habentis gladium ſtrictum manu, quæ toto ſacro aderat, & præerat vim addens herbis, venenis, inuocationibus.

Euocatī Dis.

Euocatio (præter notam notionem delectus militaris in tumultu) erat precibus elicere numina illa, in quorum tutela erat vrbs obſeſſa, idque factum certo carmine, quod habetur apud Macrobium *Satyr.* 3.

cap. 7. ne videlicet vna cum victis ligari in triumphum ducerentur. Vnde exceſſus Deorum à deuictis vrbibus, timentium captiuitatem. Virg.2.Æn. *Exceſſere omnes adytis, arisque relictis Dij.* Legendus Macr. *loco citato*, de euocatione, &. deuotione.

Dij ligati ducti in triumphum.

Scitu dignum tandem reperio in Athenæo lib.3. de ſepulcris, & monumentis, ait enim. *Hoc vel Miltiadis eſſe vel Periclis, vel Cimonis, vel aliûs cuiuſdam primarij, fortiſque viri, ſtatim quiſpiam arbitretur à Ciuitate publico ſumptu magna cura extitatum: cum autem cuius ſit quaſiuerit, & didicerit eſſe Pythionices ſcurrȩ, quam de Athenienſibus opinionem concipiet?* Ex quo colligo non fuiſſe ius apud Athenienſes ornare ſepulcra defunctorum, quantum aut hæredes, aut ipſius defuncti ambitio poſtulaſſet. Verùm de tumulis maioris impenſæ cognoſcebatur, neque is honor vulgò omnibus, ſed claris tantum viris concedebatur, & plerumque Mauſolea extruebantur de publico.

Tumuli exornati non priuatis, ſed publicis, & magnis viris.

Claris viris tantum permiſſa ſepulcra illuſtria.

GRATIO MARIÆ
Gratio.

DISSERTATIO XIX.

Quod poculum vltimum, & quomodo vocatum. Quotuplex poculum, & cui ſacrum. Quis menſæ genius, & qua præfatione vſi in primo poculo præbibendo, aliáque non trita. De libatione à cœna Mercurio. Vini vſus. Conuiuia publica, Andria, Phiditia cur inſtituta. Quid in illis peractum. De Lacedæmonijs. De Prytaneo. Dioſcurorum prandium. Menſa Ægyptia, Democratica, Satrapica, &c. Loti pedes quando.

Mẽſę Genius Hercules Epitrapezius.

MENSÆ Genium Herculem fuiſſe dictum Epitrapezium, ſeu vindicem, præ cæteris oſtendunt Quintilianus *declam.* 30. Lipſius *Satur. lib.1.cap.2.* in compotationibus amatoriis varium bibendi numerum, & modum fuiſſe lego, pro varietate nominis amicarum: vnde Martialis lib.1. Epigr.72.

Pocula totidẽ exhauſta quos literæ in nomine amicarum.

Næuia ſix cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica Falerno,
Et quia nulla venit, tu mihi ſomne veni.

Hic funem contentionis ducere nolo, an totidem cyathi ebiberentur, quot litteræ erant amicarum, an pocula ipſa ebibenda totidem continerent cyathos, ſcilicet vini menſuras, quot litteræ erant in nomine; hinc calices dicti ſeptunces, quincunces. idem lib.8. epigr.2.

Calices ſeptunces, deunces qui.

Das numerum cyathis inſtanti littera Ruſi,
Author enim tanti muneris ille mihi.
Si Telesbuſa venit, promiſſaque gaudia portas,
Seruabor domina, Ruſe, triente tuo:
Si dubia eſt, ſeptunce trahas: ſi fallit amantem,
Vt iugulem curas, nomen vtrumque bibam.

Dico tamen illud carmen Martialis

Et quia nulla venit, tu mihi ſomne veni, mihi ab Athenæo lib.1. planè explicatum, dicente, *Poſt cœnam cum iam cœtus diſſolueretur, litabant antiqui Mercurio, non vt poſteritas Ioui Teleo, quoniam Mercurius ſomno præeſt, & ſomniorum præſes dictus.* Hinc paſſim Mercurium Græci nuncupant Ἑρμῆν τὸν τελευταῖον ὕπνου. Meritò ſomnum inuocat Martialis, per Mercurium, Pollux Onom.lib.6. καὶ ἑρμῆς ὁ τελευταῖα πίνει. Hom. τῷ πυμάτῳ σπένδεσκον.

Litatum poſt cœnam Mercurio, & cur.

Quoniam verò Mercurius ſomni præſes, ideo olim in lectorum fulcris eius effigiem ſculpere conſueurant, vt docet etymologici auctor: Nouar.Sched.*l.4.c.7.*

Sacra igitur pocula in conuiuiis legitimis tria fuiſſe lego in ſcholiaſte Apollonij: primum Διὸς σωτῆρος, Iouis Soſpitatoris, quod poculum fuiſſe temperatum alij contendunt, idque boni ominis, & valetudinis gratia, vt meminiſſent mortales, ſe hoc modo vinum bibentes, ſeruatum iri. Hoc tamen à Parœmiographo aliter in illa parœmia τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, ideſt, Tertium ſeruatori, vel ſoſpitatori, explicatur. Legendus ipſe, hanc pluribus explicans. Alterum poculum dictum, ἀγαθοῦ δαίμονος, ideſt, boni Genij; hac tamen præfatione vſos priſcos volunt quidam, nec ineruditi: cum principem potionem præberent præbibendam; & per, ἀγαθοῦ δαίμονος. videtur intelligi *lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno*, ideò quidam volunt hoc poculum non alterum, at primum fuiſſe. Sed quid? varij varia; alij etiam tertium locum illi adſcribunt, intelligentes per ἀγαθοῦ δαίμονος bonam fortunam.

Pocula ſacra tria. Primum poculum Iouis ſoſpitatoris.

Alterũ boni Genij poculum.

Bacchus lætitiæ dator, & bona Iuno.

Non patitur doctiſſimus Heinſius hanc verſionem, & meritò. Nam confecto iam epulo, vt dictum eſt, vinum exquiſitiſſimum promebant, quam potionem ἀγαθοῦ δαίμονος, vocabant, eo nomine intelligentes Deum non eundem omnes, neque certum aliquem, ſed quem quiſque ſibi propitium volebat, vnde Horat.libr.4. od. 5. *& alteris te menſis adhibet Deum.* nil aliud voluit, quam Aug. Cæſarem ἀγαθὸν δαίμονα, Romanis eſſe, & menſæ ſecundæ Deum, quaſi illi honor vt Deo exhibeatur. Poſt hanc potionem poculum iterum implebant, quod qui leuiter, & ſummo ore guſtaſſet, dicebatur ἀγαθοδαιμονιστής.

Tertium

Tertium Mercurij poculum. Pauſilipus Iupiter. Poculū primū Gratiis. Poculum Secundum Veneri. Poculum Tertium Baccho Crater appoſitus menſis remotis.

Tertium dixêro, ex Scholiaſte, ἑρμῆ, ideſt, Mercurij ſomni præſidis, quidam tertium poculum vocarunt παυσίλυπον, quod curas abigeret; Ideò dixerunt Iouis hoc eſſe Seruatoris; Iouem enim ipſum appellat Pauſilypum Sophocles. Primum igitur poculum Gratiis, alterum Veneri, tertium Libero: illæ pellunt ſitim, & exhilarant, Venus delectat, Bacchus liberat omnibus curis. Legendus de his Rhodiginus *lib.* 28. *cap.*6. & alij.

Menſis remotis, crater ſtatuebatur ad libationem, & inuitationem, nam ſe Græci poſt conuiuium poculis inuitare ſolebant, quam conſuetudinem imitatus Virg.

Poſtqua prima quies epulis, menſæq; remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Vina coronant, non eſt vt multi putant, ad ſummam coronam & marginem implent, ſed hilaritatis & libationis gratia pocula coronant, ſi enim coronatæ victimæ mactandæ, & pocula delibanda erant coronata.

Vini vſus apud antiquos.

Libationes à cœna.

Vino demum vſos veteres ad tria repetio, neceſſitatem, voluptatem & pietaté. Quod ad neceſſitaté datum, promiſcuè inter edendum ſumptum: at bibere voluptatis, & pietatis cauſa, ideſt, libationes facere, finitis epulis, aut ſaltem à primis menſis ſolebant, Plut. de muſica in fine, his verbis, *Hac ille factus Pæanem cecinit, cumque Saturno, eiuſque filiis omnibus, ac Muſis libauiſſet, commiſit.* Idem 8. Sympoſ. Quæſt.9. ex Hom. Odyſ.2. hæc habet, *Mercurio libant, cum iam dare corpora ſomno eſt animus.* Nonne coniungunt cum vino rationem? quando vt præſenti, & vna diſceptanti prudentiſſimo Deo vota faciunt iam diſceſſuri.

Noto apud antiquos inter libare, & litare, quæ ſunt verba ſacrorum. Libare à λείβω. Litare a λιτανεύειν; libare vtcumque eſt ſacrificare, imò leuiter tangere, vt ferè in ſacrificiis ſolemus. Litare verò, eſt ritè ſacrificare, impetrare. De libationibus paulo inferius.

Bacchus Eubulus dictus, & cur. Conuiuia publica cur apud Cretenſes, & Spartanos. Andria cur. Phiditia cur. Prytaneum. Theſmotheſion. In Phiditia quid ferrent.

Antiquiſſimi verò ipſum Bacchum, tanquam nihil Mercurij egentem, *Eubulen*, id eſt, bonum conſiliarium, & eius gratia noctem *Euphronem*, quaſi prudentiæ aptam appellauerunt. Hæc in cauſa cur apud Cretenſes Andria quaſi virilia; apud Spartanos Phiditia, quaſi frugalia; quondam erant loca arcanorum conciliorum, & conſeſſus optimatum; ita Prytaneum, & Theſmotheſion (apud Platonem) conuentus præcipuorum virorum. In Phiditia quiſque de ſuo confert polentæ ad ſummum Atticos tres dimidios modios, vini congios vndecim, vel duodecim, ac inſuper ficuum libram quamdam, & ad obſonium emendum: Æginenſes obolos decem; reliqua per te vide *libro* 4. Athenæi. Ibidem etiam vide frugalitatem Lacedæmoniorum in hoc conuiuio, viles enim cibi in eo tantummodo, & præcipuè ij, qui pueris dabantur, polentam enim oleo ſubactam illis datam lauri foliis inuolutam tradit. Lauri autem folia

Lacedæmoniorum frugalitas.

pro bellariis aliquando apposita docet Callias, ſiue Diocles in Cyclopibus. Lauri folia tu arrodes.

Imagines virorum illuſtrium diſtributæ in Phiditiis.

Imagines etiam virorum illuſtrium in Phiditiis à locupletibus diſtributas fuiſſe memorat, quas in ſubactæ farinæ materia fuiſſe impreſſas, eius interpres aſſeuerat. Pulcherrimum locum vide, quem, ne prolixior, quam par eſt ſiem, omitto.

Prytanei prandium. Dioſcurorũ prandium. Menſa Ægyptia.

Seruatum verò (referente Rhodigino) Athenis (Græci tradunt) antiqui victus exemplum, quum Dioſcuris in Prytaneo apponeretur prandium: menſis enim inferebatur caſeus, ac phyſte. Eſt autem eo nomine, mazæ ſpecies. Oliuæ quoque, quas drypetes vocant: item porrum. Menſa Ægyptia cuiuſmodi foret (nam neque hoc propoſito diſſentaneum eſt) ex Philoſtrati verbis licet coniectare in Dionyſio Sophiſta, quem ab Adriano Imperatore illis inſertum tradit, qui in Muſæo paſcerentur. Muſæum verò, inquit, menſa Ægyptia, conuocans omnes in orbe terrarum eloquentia illuſtres, Democratica menſa vocatur, quæ ſumptu modico plures alat, cuius fuit modi Athenienſis Cimonis. Satrapica verò, quæ impenſa nimia paucos admittat deliciis affluentes, qualis erat Lucullea. Inuitatus ad conuiuium ſi conſentiebat dicebat, Συμπεριφέρομαι. Si non recuſabat, Benignè, Gratia eſt, Facio gratiam, reſpondebat.

Muſæum.

Democritica menſa. Satrapica menſa.

IOANNI BAPTISTÆ Benaleo Archidiacono Bergom. & Vic. generali.

Diſſertatio XX.

Formula bene precandi cœnantibus. Libationes factæ à cœna ſuper linguis, & cur. Quomodo manus lotæ ante cœnam, poſt cœnam, & alia multa circa hanc lotionem notatu digna. De purificatione item. Quid Magdalia. Manus odoramentis ſparſæ, & ſimilia, De Telio Ioue, Iunone. Quod ſacrificium τελστῆς. Quod perfectiſſimum, & pro vita functis. Mantilia data poſt cœnam cum vnguentis, &c.

Fauſta apprecatio cœnantibus facta.

QVOD nos cœnaculum intrantes, dum cœnatur, benè apprecamur, idem factitatum apud antiquos colligo ex Athenæo libro 4. dicente, καὶ ὁ παραφέρων αὐ οἰνοῦ, εὖ ἐσθιετε, *vt proſit, quod eſtur, aut bibitur.* Haſce enim formulas prolatas lego, εὖ ἐσθιόντας, vel ὑγιείας, vel ζῶντας, tum

cap.9. ne videlicet vna cum victis ligari in triumphum ducerentur. Vnde exceſſus Deorum à deuictis vrbibus, timentium captiuitatem. Virg.2.Æn. *Exceſſere omnes adytis, ariſque relictis Dij.* Legendus Macr. *loco citato*, de euocatione,& deuotione.

Dij ligati ducti in triumphum.

Scitu dignum tandem reperio in Athenæo lib.5. de ſepulcris,& monumentis, ait enim. *Hoc vel Miltiadis eſſe vel Periclis, vel Cimonis, vel alius cuiuſdam primarij, fortiſque viri, ſtatim quiſpiam arbitretur à Ciuitate publico ſumptu magna cura extructum. cum autem cuius ſit quaſiuerit, & didicerit eſſe Pythionices ſcorti, quam de Athenienſibus opinionem concipiet?* Ex quo colligo non fuiſſe ius apud Athenienſes ornare ſepulcra defunctorum, quantum aut hæredes, aut ipſius defuncti ambitio poſtulaſſet. Verùm de tumulis maioris impenſæ cognoſcebatur, neque is honor vulgò omnibus, ſed claris tantum viris concedebatur, & plerumque Mauſolea extruebantur de publico.

Tumuli exornati non priuatis, ſed publicis, & magnis viris.

Claris viris tantum permiſſa ſepulcra illuſtria.

GRATIO MARIÆ Gratio.

DISSERTATIO XIX.

Quod poculum vltimum, & quomodo vocatum. Quotuplex poculum, & cui ſacrum. Quis menſæ genius, & qua præfatione vſi in primo poculo præbibendo, aliáque non trita. De libatione à cœna Mercurio. Vini vſus. Conuiuia publica, Andria, Phiditia cur instituta. Quid in illis peractum. De Lacedæmonijs. De Prytaneo. Dioſcurorum prandium. Menſa Ægyptia, Democratica, Satrapica, &c. Loti pedes quando.

Menſæ Genius Hercules Epitrapezius.

MENSÆ Geninm Herculem fuiſſe dictum Epitrapezium, ſeu vindicem, præ cæteris oſtendunt Quintilianus *declam.30.* Lipſius *Satur. lib.1.cap.2.* in compotationibus amatoriis varium bibendi numerum, & modum fuiſſe lego, pro varietate nominis amicarum: vnde Martialis lib.1. Epigr.72.

Pocula totidē exhauſta quot literæ in nomine amicarum.

Næuia ſix cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica Falerno,
Et quia nulla venit, tu mihi ſōne veni.

Hic funem contentionis ducere nolo, an totidem cyathi ebiberentur, quot litteræ erant amicarum, an pocula ipſa ebibenda totidem continerent cyathos, ſcilicet vini menſuras, quot litteræ erant in nomine; hinc calices dicti ſeptunces, quincunces. idem lib.8. epigr.2.

Calices ſeptunces, deunces qui.

Das numerum cyathis inſtanti litera Ruſi,
Author enim tanti muneris ille mihi.
Si Telethuſa venit, promiſſaque gaudia portat,
Seruabor domina, Ruſe, triente tuo:
Si dubia eſt, ſeptunce trahar: ſi fallit amantem,
Vt iugulem curas, nomen vtrumque bibam.

Dico tamen illud carmen Martialis

Et quia nulla venit, tu mihi ſomne veni, mihi ab Athenæo lib.1. planè explicatum, dicente, *Poſt cœnam cum iam cœtus diſſolueretur, libabant antiqui Mercurio, non vt poſteritas Ioui Teleo, quoniam Mercurius ſomno præeſt, & ſomniorum præſes dictus.* Hinc paſſim Mercurium Græci nuncupant Ἑρμῆν τὸν πανταίων ὕπνων. Meritò ſomnum inuocat Martialis, per Mercurium, Pollux Onom.lib.6. καὶ Ἑρμῆς ὁ πανταίων ὕπνων. Hom. τῷ πυμάτῳ σπένδεσκον.

Libatum poſt cœnam Mercurio, & cur.

Quoniam verò Mercurius ſomni præſes, ideo olim in lectorum fulcris eius effigiem ſculpere conſuerant, vt docet etymologici auctor: Nouar.Sched.*l.4.c.7.*

Sacra igitur pocula in conuiuiis legitimis tria fuiſſe lego in ſcholiaſte Apollonij: primum Διὸς σωτῆρος, Iouis Soſpitatoris, quod poculum fuiſſe temperatum alij contendunt, idque boni ominis, & valetudinis gratia, vt meminiſſent mortales, ſe hoc modo vinum bibentes, ſeruatum iri. Hoc tamen à Parœmiographo aliter in illa parœmia τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, ideſt, Tertium ſeruatori, vel ſoſpitatori, explicatur. Legendus ipſe, hanc pluribus explicans. Alterum poculum dictum, ἀγαθοῦ δαίμονος, ideſt, boni Genij; hac tamen præfatione vſos priſcos volunt quidam, nec ineruditi: cum principem potionem præberent præbibendam; & per, ἀγαθοῦ δαίμονος, videtur intelligi *lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno*, ideò quidam volunt hoc poculum non alterum, at primum fuiſſe. Sæd quid? varij varia; alij etiam tertium locum illi adſcribunt, intelligentes per ἀγαθοῦ δαίμονος bonam fortunam.

Pocula ſacra tria.

Primum poculum Iouis ſoſpitatoris.

Alterū boni Genij poculum.

Bacchus lætitiæ dator, & bona Iuno.

Non patitur doctiſſimus Heinſius hanc verſionem, & meritò. Nam confecto iam epulo, vt dictum eſt, vinum exquiſitiſſimum promebant, quam potionem ἀγαθοῦ δαίμονος, vocabant, eo nomine intelligentes Deum non eundem omnes, neque certum aliquem, ſed quem quiſque ſibi propitium volebat, vnde Horat.libr.4. od. 5. *& alteris te menſis adhibet Deum.* nil aliud voluit, quam Aug. Cæſarem ἀγαθὸν δαίμονα, Romanis eſſe, & menſæ ſecundæ Deum, quaſi illi honor vt Deo exhibeatur. Poſt hanc potionem poculum iterum implebant, quod qui leuiter, & ſummo ore guſtaſſet, dicebatur ἀγαθοδαιμονίσαι.

Tertium

Tertium Mercurij poculum. Pauſilypus Iupiter. Poculū primū Gratiis. Poculum Secundum Veneri. Poculum Tertium Baccho. Crater appoſitus menſis remotis.

Tertium dixêre, ex Scholiaſte, ἑρμῦ, Id-eſt, Mercurij ſomni præſidis, quidam tertium poculum vocarunt παυσίλυπον, quod curas abigeret; Ideò dixerunt Iouis hoc eſſe Seruatoris; Iouem enim ipſum appellat Pauſilypum Sophocles. Primum igitur poculum Gratiis, alterum Veneri, tertium Libero: illæ pellunt ſitim, & exhilarant, Venus delectat, Bacchus liberat omnibus curis. Legendus de his Rhodiginus *lib.* 28. *cap.*6. & alij.

Menſis remotis, crater ſtatuebatur ad libationem, & inuitationem, nam ſe Græci poſt conuiuium poculis inuitare ſolebant, quam conſuetudinem imitatus Virg.

Poſtqua prima quies epulis, menſaq; remota,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Vina coronant, non eſt vt multi putant, ad ſummam coronam & marginem implent, ſed hilaritatis & libationis gratia pocula coronant, ſi enim coronatæ victimæ mactandæ, & pocula delibanda erant coronata.

Vini vſus apud antiquos.

Vino demum vſos veteres ad tria reperio, neceſſitatem, voluptatem & pietatē. Quod ad neceſſitatē datum, promiſcuè inter edendum ſumptum: at bibere voluptatis, & pietatis cauſa, ideſt, libationes facere, finitis epulis, aut ſaltem à primis menſis ſolebant, Plut. de muſica in fine, his verbis, *Hac ille factus Paanem cecinit, cumque Saturno, eiuſque filiis omnibus, ac Muſis libamiſſet, commiſit.* Idem 8. Sympoſ. Quæſt. 9. ex Hom. Odyſ. 2. hæc habet, *Mercurio libant, cum iam dare corpora ſomno eſt animus.* Nonne coniungunt cum vino rationem? quando vt præſenti, & vna diſceptanti prudentiſſimo Deo vota faciunt iam diſceſſuri.

Libationes à cœna.

Noto apud antiquos inter libare, & litare, quæ ſunt verba ſacrorum. Libare à λείβω. Litare a λιτανεύω: libare vtcumque eſt ſacrificare, imò leuiter tangere, vt ferè in ſacrificiis ſolemus. Litare verò, eſt ritè ſacrificare, impetrare. De libationibus paulo inferius.

Bacchus Eubulus dictus, & cur. Conuiuia publica cur apud Cretenſes, & Spartanos. Andria cur. Phiditia cur. Prytaneon. Theſmotheſion. In Phiditia quid ferrent.

Antiquiſſimi verò ipſum Bacchum, tanquam nihil Mercurij egentem, *Eubulen*, id eſt, bonum conſiliarium, & eius gratia noctem *Euphronem*, quaſi prudentiæ aptam appellauerunt. Hæc in cauſa cur apud Cretenſes Andria quaſi virilia; apud Spartanos Phiditia, quaſi frugalia, quondam erant loca arcanorum conciliorum, & conſeſſus optimatum; ita Prytaneum, & Theſmotheſion (apud Platonem) conuentus præcipuorum virorum. In Phiditia quiſque de ſuo confert polentæ ad ſummum Atticos tres dimidios modios, vini congios vndecim, vel duodecim, ac Inſuper ficuum libram quamdam, & ad obſonium emendum; Æginenſes obolos decem; reliqua per te vide *libro* 4. Athenæi. Ibidem etiam vide frugalitatem Lacedæmoniorum in hoc conuiuio, viles enim cibi in eo tantummodo, & præcipuè ij, qui pueris dabantur, polentam enim oleo ſubactam illis datam lauri foliis inuolutam tradit. Lauri autem folia pro bellariis aliquando appoſita docet Callias, ſiue Diocles in Cyclopibus. Lauri folia tu arrodes.

Lacedæmoniorum frugalitas.

Imagines virorum illuſtrium diſtributæ in Phiditiis.

Imagines etiam virorum illuſtrium in Phiditiis à locupletibus diſtributas fuiſſe memorat, quas in ſubactæ farinæ materia fuiſſe impreſſas, eius interpres aſſeuerat. Pulcherrimum locum vide, quem, ne prolixior, quam par eſt ſiem, omitto.

Prytanei prandium. Dioſcurorū prandium. Menſa Ægyptia.

Seruatum verò (referente Rhodigino) Athenis (Græci tradunt) antiqui victus exemplum, quum Dioſcuris in Prytaneo apponeretur prandium: menſis enim inferebatur caſeus, ac phyſte. Eſt autem eo nomine, mazæ ſpecies. Oliuæ quoque, quas drypetes vocant: item porrum. Menſa Ægyptia cuiuſmodi foret (nam neque hoc propoſito diſſentaneum eſt) ex Philoſtrati verbis licet coniectare in Dionyſio Sophiſta, quem ab Adriano Imperatore illis inſertum tradit, qui in Muſæo paſcerentur. Muſæum verò, inquit, menſa Ægyptia, conuocans omnes in orbe terrarum eloquentia illuſtres, Democratica menſa vocatur, quæ ſumptu modico plures alat, cuius fuit modi Athenienſis Cimonis. Satrapica verò, quæ impenſa nimia paucos admittat deliciis affluentes, qualis erat Lucullea. Inuitatus ad conuiuium ſi conſentiebat dicebat, Συμπεριφέρομαι. Sin recuſabat, Benignè, Gratia eſt, Facio gratiam, reſpondebat.

Muſæum. Democratica menſa. Satrapica menſa.

IOANNI BAPTISTÆ Benaleo Archidiacono Bergom. & Vic. generali.

Diſſertatio XX.

Formula bene precandi cænantibus. Libationes factæ à cæna ſuper linguis, & cur. Quomodo manus lotæ ante cænam, poſt cænam, & alia multa circa hanc lotionem notatu digna. De purificatione item. Quid Magdalia. Manus odoramentis ſparſæ, & ſimilia, De Telio Ioue, Iunone. Quod ſacrificium τελετῆς. Quod perfectiſſimum, & pro vita functis. Mantilia data poſt cænam cum unguentis, &c.

Fauſta apprecatio cœnantibus facta.

QVOD nos cœnaculum intrantes, dum cœnatur, benè apprecamur, idem factitatum apud antiquos colligo ex Athenæo libro 4. dicente, καὶ ἐπευχόμενοι αὐ οἴνου, εὖ σοι γένοιτο, *vt proſit, quod eſtur, aut bibitur.* Haſce enim formulas prolatas lego, εὖ σοι γένοιτο, vel ὑγιαίνε, vel ζήσειας, tum

in conuiuiis Græcis, tum in Latinis; nam εὖ *benè, feliciter, fauſtéque* dicit. Quid verò poſt?

Libationes factæ ſuper linguis poſt cœnam.

Poſt cœnam heroës Homerici ſoliti facere libationes ſuper linguis, cum è conuiuio diſcederent, quas Mercurio adolebant, veteri inſtituto, vt refert Athenæus lib. 5. [illegible]. Rationem refert Athenæus ob linguæ commercium; Mercurio namque ſacræ linguæ ſunt ob eloquentiam, & orationis perſpicuitatem. Antiquiores tamen libabant Ioui Teleio, ideſt, adulto. Heſychius [illegible], exponit, perfectorem, & integrum.

Libationes Ioui Teleio.

Gyraldus refert, æquè Iouem, atque Iunonem dici τελείους, ex Diodor. Vtrique ſacrificatum tanquam primis nuptiarum ducibus, ex Pauſania, & habuiſſe ſtatuam quadrangularem in foro. Hinc προτέλεια, & προγάμεια, dicta ſacra ante nuptias, & munera etiam nuptialia, & poculum illud Seruatori libatum, dictum, [illegible], victimæ ante nuptias mactatæ.

Teleius Iupiter & Iuno, cur.

Aliud libationis genus, ſeu ſacrificij à Suida recenſetur, quod dicitur τελετή, myſterioſum ſacrificium maximum, & ſumptuoſiſſimum, ſic nominatum, quod in eo mala conſumerentur, eſt enim, τελεῖν *inſumere*, tametſi eſt quoque *perficere*; & ideo eſſe, quibus hinc potius Teletas eſſe dictas placeat; ceu ſint abſoluta quædam ſacrificia, & quibus nihil deſit.

Teletes ſacrificium vnde dictũ.

Et Ioui τέλεια, ideſt, perfecta, & adulta ſacrificare ſolebant, τελεία etiam dicta Iuno, quam Virgines ante nuptias placabant, quod matrimonia perficeret. τελεταί, ſacra eximia. Teletarches, religionis conditor. *Polyteles*, qui multa: *Enteles*, qui bene operatur. *Teleſterium*, locus ſacrorum.

Talia erant ſacra Solis, & Lunæ (vt ſcribit Porphyrius) & Bacchi; & quædam expiationes, quæ libris Orphei, & Muſæi continebantur, ſicut Plato docet *lib. de R p.* 2. quibus ſcelera non priuatorum modò, ſed publicæ quoque Ciuitatum, & pro viuentibus, & pro vita iam functis expurgarentur per ſacrificia, ludóſque, & omne genus oblectamentorum; quæ ſacra, Teletæ, dicerentur; etſi Plato eo loci ad ſolos mortuos pertinere dicat, & inde dictas nempe à [illegible], quæ nos malis, quæ apud inferos ſunt, liberant.

Sacrificia perfecta quæ.

Sacra mortuorum.

Hoc tamen libationis genus à cœnis vſurpatum quomodo fieret, refert idem Athenæus *lib.* 4. his verbis (Latinè refero) *Cœnati Diis libant non manibus illotis, ſed fruſto panis aſperſis.*

Purgatio manus facta poſt cœnam fruſto panis.

Interpres Ariſtophanis *in Equitibus* refert moris fuiſſe, adipem finito conuiuio à manibus furfure abſtergere, & canibus obiicere; vnde prouerbium,

Magdalia.

Tanquam canis è Magdalia.

Vide Cælium Rhod. de eodem *lib.* 28. *c.* 1.

Purificationis genera, ſeu expiationis, ſunt aqua viua, bis, vel ter, vel ſepties abſtergendo, mergendo, ſpargendo, irrorando, circumferendo, ſubmergendo, abluendo, caput, manus, pedes: vnde adagiũ, Illotis pedibus, corpus totũ. Aut ſulphure, ramo oliuæ, lauri ramuſculo, tedis, ſale, lente, ouis, placentis, caſeo, &c. Aut reliquis elementis nempe igne, aëre, ſeu ventis, terra, ſeu puluere. Delrius *ad Senecam.*

Tanquam canis è Magdalia, prou.

Manus lotæ poſt ſingulos miſſus.

Ante cœnam lotæ manus.

Purificatio à cœna quæ.

Quod verò abluerent manus priſci etiam poſt ſingulos miſſus, à me alibi explicandum: ante cœnam, Athenæus eruditiſſimus apertè teſtatum reliquit, qui lib. 9. in calce, ſic ait, *Veteribus ante prandium, & cœnam dictam fuiſſe* κατὰ χειρός, [illegible], *manus aluere*, & paulo infra, de purificatione priſca hæc refert, *Eſt autem* χέρνιψ *aqua, in qua titionem ex ara ſumptum tingebant*, Aqua illa conſperſos purificabant eos, qui adeſſent. Nota morem purificandi priſcum: ſubiungit; *Mos quoque fuit manus odoramentis illinire, ſpretis magdaliarum honoribus, quas Lacedæmony Cynadas appellabant.* Magdalia nomen, mazam ſignat, ex reliquiis farinæ aqua ſubactis, quà pranſi, & cœnati, cum manus abſterſiſſent; canes alebantur. Deinde addit. *Pueri lauandis manibus aquam dederunt ſmegmate ex admiſta iride confecto, cius tepida tantum affunderent, quantum opus erat: mantilia præbuerunt ſplendida è ſindone texta, & vnguenta ambroſiam ſpirantia, & coronas è floribus conſertas.* Ex quibus percipies quàm fuerint delicati in lauandis manibus. Corollarij vice, & xeniorum data mantilia ſplendida, vnguenta precioſa, & corollæ maxime fragrantes.

Purificati qui odorati.

Manus odoramentis ſparſæ Magdalia quid.

Prius quàm conuiuio dimittam, noto apud antiquos, poſt menſam manus lotas, teſte Polluce, quod dicebatur, ἀπονίψασθαι.

Manus lotæ poſt menſã.

Aquam ante prandium, & cœnam vocant, ad manus. Poſt cibum dicebantur abluere ſe, vtebanturque ſmegmate ad ſordes abluendas. Inde odoratis manus inungebant, & mantili è crudo lino eas tergebant: Buleng. *de Imper. Rom.*

Deinde factam propinationem vltimam Mercurio, Sanitati, Ioui ſoſpitatori, Bono Genio, de quibus à me alibi fuſiùs: Deinde data munera conuiuis dicta Apophoreta, Martialis *Præmia conuiua det ſua quiſque ſuo*, de his crebra mentio in epulis Imperatorum apud Athenæum, Iulium Capitolinum, Suetonium, & alios; & quia conuiuia plerumque noctu facta, ideò in ipſis plurimus vſus Lucernarum, de quibus Virg. *Pendent Lychni laquearibus aureis.* Lucernarum etiam vſus conuiuis deducendis domum; de Lucernis plurima Licetus. Reliquum eſt in conuiuio, vt de reliquiis pauca delibemus.

Apophoreta munera.

Lucernæ vſus in conuiuiis.

Reliquiæ vini pincernæ puero datæ, quod autumat Athen. lib. vlt. *Mos erat*, ait, *vt cum ſurgerent à menſa, cumque libaſſent, vini reliquum puero illi darent, qui bibere miniſtraſſet.*

Athen. *lib.* 1. notat conuiuas non abſtuliſſe reliquias domum, ſed reliquiſſe, quas Conda colligebat, atque hoſpitibus aduenientibus reſeruabat; paraſitos tamen ſibi illas arrogaſſe video in Plauti Perſa, *Nunc huc introibo, viſam heſternas reliquias.* de menſæ reliquiis vide Plut. *lib.* 2. *probl.* Senecam Lampridium, & alios; Deus tamen voluit in veteri Teſtamento reliquias epularum ſacrificialium igni comburi, cauſam pete à Theologis; reperio tamen apud Ethnicos

Reliquiæ menſæ a quo collectæ.

Reliquiæ quibus reſeruatæ.

Reliquiæ epularum combuſtæ.

quod

Proteruia ſacrificium.

quoddam ſacrificium fuiſſe quod vocabatur Proteruia, in quo igne conſumebatur, quicquid ex epulis ſupererat. Hinc iocus Catonis de Albidio, qui dictus, proteruiam feciſſe in domus incendio, poſtquam cætera bona ſua decoxiſſet, lege Macrobium *Satur.2.* Quæ verò in terram decidebant vocabantur analecta, ſeu quiſquiliæ ciborum, quas tollere nefas, cum amicis defunctis, atque Heroibus eſſent conſecratæ, de quo à me alibi pluribus, & ab eruditiſſimo Boſſio Proteruia expenditur, & enucleatur in aureis eius opuſculis; Propter viam nuncupando.

Analecta quid, & quibus dicata.

Analectæ verò ſerui dicti, qui reliquias cœnæ, aut ea, quæ ceciderant de menſa colligere ſolebant, ea autem analecta dicebantur.

BARTHOLOMÆO BVRchellato Medico Phyſico.

DISSERTATIO XXI.

Medici olim ſerui. Vindicantur ab hac calumnia. Medicinæ laus. Medicorum dignitas. Quid Parabolani medici. Catarrhi, quàm ferales, & quomodo illis conſultum apud Pœnos ex Herodoto. Medici iure anuli donati ab Auguſto. Ægroti expoſiti in foro ad ſalutem. Canes ægroti ad Dianam. Canes emeriti feriantes. Faces Dianæ latæ.

Medici ſeruos olim ſeruiſſe, & medicina ſeruilis.

MEdicos olim omnes ex genere ſeruili fuiſſe, & medicinam artem ſeruilem, in ore omnium percrebuit, quod colligunt 1. ex Seneca 3. de beneſic. capite 24. dicente, *Tenebatur incluſus Domitius, imperauit medico eidémque ſeruo ſuo, vt ſibi venenum traderet.* Tum ex Suetonio in Caligula cap.8. *Mitto præterea cum eo ex ſeruis meis, medicum, &c.* Deinde ex Cicerone pro Deiotaro, *Philippum medicum, ſeruum Regium, qui cum legatis miſſus eſſet, ab ipſo adoleſcente, eſſe corruptum,* & ex eodem Suetonio in Nerone cap.2. *vt hauſtum venenum pœnitentia euomuerit, medicúmque manu miſerit, qui idem ſibi prudens, ac ſciens, minus noxium temperaſſet.*

Medicina quidem diu Romæ, vt ingenuo homine indigna neglecta, & ad ſeruos, libertinoſque ablegata eſt: eos certe ſolos medicinam exercuiſſe Briſſon. *lib. 2. cap. 3. ſelect.* pluribus exemplis demonſtrat. Iul. Cæſar primus decus addidit, & ciuitate eos donauit.

Medici Principū amici.

Contra verò video potius medicos in amicitiam principum adſcitos, & ſumma familiaritate dynaſtarum vſos, eiſque coniunctos; quod noto potiſſimum circa Auguſti tempora, cum etiam in interiorem principum cultum, & amicitiam admitterentur, vt percipio ex Tacito annal.4. *Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus, & medicus Liuiæ.* Seneca 6. de beneſ. cap. 14. *Quare medico, & præceptori plus quiddam debeo, nec aduerſus illos mercede defungor, quia ex Medico, & præceptore in amicitiam tranſeunt, & non arte, quam vendunt, obligant, ſed benigna, & familiari voluntate.* Legendus totus locus pulcherrimus. Valer. Max. lib.c.8. *Qui cum ad vnam potionem ſententiam direxiſſet, atque eam Philippus medicus ſuis manibus temperatam Alexandro, erat autem ipſius amicus & comes, porrexiſſet &c.*

Medico, & Præceptori quantum debeatur.

Falſum igitur eſt omnes medicos ſeruos fuiſſe Romæ Auguſti tempore, multi enim excellentes in ea arte è Græcia illuc quæſtus ſui gratia, partim ingenui, partim manu pridem emiſſi Romam itabant: hi ſunt quos narrat Suetonius ciuitate donatos ab Iulio Cæſare, nam in ſeruos id beneficium collatum non eſt veroſimile.

Medica facultas Deorum inuentum.

An quia mercede conducti corpora curant, ideò ſordidi, & illiberales? vix in animum induxerim, cum Hippocrates in epiſtola ad Abderitas, medicam facultatem Deorum dicat inuentum, & vaticinio propinquam, quod vtriuſque artis Apollo ſit parens. Ad hæc, huius artis inuentores, diuinos honores aſſecutos legimus, delubris excitatis, vt Chironem, Machaona, Podalirium, Hippocratem: quin, & principes magnos, & reges medicinam fuiſſe profeſſos; vt Saborem, & Gigem Medorum Regem, Sabielem Arabum, Mitridatem Perſarum, Meſuem Damaſceni Regis nepotem. Ego crediderim ſeruos illos medicos fuiſſe, quos Parabolanos dicunt, [illegible] & [illegible], quaſi iuxta glebam; &, vt interpretatur Alciatus, Aſcriptitios glebæ; quibus ſcilicet in omni vita ab agricultura recedere non licebat.

Medici Diuinos honores aſſecuti,

Medici Reges.

Parabolani medici qui.

Parabolus homo audaciæ proiectæ, & ad pericula adeunda præceps, ex Turn.

Parabolani plebeij quidam famulitio Eccleſiarũm vel hoſpitalium deputati, ſicut aſcriptitij glebæ: vt enim his vita tota in cultura, ita illis in noſocomiis. Alc.

Parabolanos dicemus Medicos, quos tempore peſtis vocamus *expoſti.*

Parabolare.

Parabolare olim, vt notat Sirmondus ad Capitula Caroli Calui, erat rationari, vnde Parabolani, qui benè, & multum ratiocinabantur: Ita medici debent eſſe. Parabolani etiam dicti audaces, qui ad beſtias depugnandas, & conficiendas operas locabant. Confectores dicti: Salmaſ. *ad Trebell. Poll.*

Ridicula ſanè eſt interpretatio Accurſij, dicentis parabolanos dici medicos, quod multas habeant parabolas, quod videlicet, vt quiſque loquaciòr eſt, ita doctior medicus cenſetur, & nos Etruſci vocamus *Parabolanos,* viros linguaces, nugaces. Plebeij potius

erant medici parabolani qui ſeruitio Noſocomiorum ſunt addicti, & quaſi aſcriptitij glebæ, quibus à Noſocomiis recedere non licebat, vt his ab agrorum culturâ. Ita cenſeo.

Parabolani vnde dicti.

Vel dictos Parabolanos (quod magis ad rem) quaſi [illegible], quæ Græcis ſunt ſummis periculis obiecta, hinc dictos Parabolanos, mendicabula ægrotis aſſidentia ſeruitij causâ. Interpres tamen Digeſtorum 27. parabolanos intelligi medicos, ait, qui à Modeſtino circumitores vocantur; quoniam ciuitatem obeant ægris opem laturi.

Parabolanorum vita cõtempta.

Parabolani itaque contemptâ vitâ id muneris ſuſcipiebant, vt ægrotos Alexandrina in ciuitate curarent in Noſocomiis omni periculo ſe exponentes, quos ex ſeruili genere fuiſſe vt credam, facilè induci poſſum.

Medici iure annuli donati ab Auguſto, & ab eo immunitatis priuilegio primum.

Plurimi verò factos medicos bonos apud antiquos, vel ex his intelligere poſſumus, quod ius annli datum, & alia medicis ſub Auguſto, refert Dionyſius Halicar. his verbis, *Antonius verò Muſa, cum nihil Auguſtus eorum, quæ maximè ad ſanationem opus erant, poſſet facere, lauacris frigidiſque potionibus ſanitati reſtituit: quam ob rem etiam pecunia ei ab Auguſto, & Senatu multa, vſuſque annuli aurei (libertus enim erat) datus eſt, immunitáſque non ipſi modo, ſed omnibus eamdem artem exercentibus, in poſterum quoque tempus conceſſa.*

Medici cuilibet morbo.

Medicos Romani, & Græci habebant, qui nudis quibuſdam experimentis peculiares corporis humani partes curare profitebantur, vt oculos, aures, caput, &c. ſed maior erat copia ophthalmicorum, qui oculos curabant: hic mos ab Ægyptiis ad Græcos, ab his ad Romanos emanauit, ex Catone, Plinio, Mercuriale.

Mantiſſam addo de medicis. Olim medici ignobiles habiti, quia etiam chirurgiam exercebant; quem morem apertè indicat Cic. in Piſon. *Medico, quem tecum duxeras, imperaſti, vt venas hominis incideret*, ideo 3. *de orat.* diuidit medicos in eos, qui morbis medentur, & qui vulneribus. Plinius *l.* 29. *cap.* 1. ait Artagathum medicum à ſæuitiâ ſecandi vrendique in carnificem tranſiiſſe. Cerda ad 3. Georg. & in 12. Æneid. ad illa Virgilij verba

Scire poteſtates herbarum, vſumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

ait, intelligi hic de empiricâ, quæ ſolo vſu, & exercitatione conſtat, non clinicâ diſputatrice, ideo illa dicta muta, quæ caret literis, de quâ ij intelligendi, qui hanc artem dicunt ſeruilem: & medici olim chirurgi fuere Seneca, *numquid æger laudat medicum ſecantem?* & Virgilius vocat manum medicam medici chirurgi, quare Lipſius meus *Satur. l.* 1. *cap.* 14. ait Medicos adhibitos ſingulis ludis, qui erant chirurgomedici, ij enim opus certè gladiatoribus læſis, & luxatis, vt ſalui eſſe ſine medico non poſſent, vt & qui large edebant, & bibebant ad saginam duntaxat.

Ægroti expoſiti in foro ad ſalutẽ recuperandam.

Babyloniorum morem ſimilem Gonelliano lego in Herodoti Clio, exponendi ægrotos in foro, his verbis, *Alteram item ſapienter condiderunt legem, languentes efferendi in forum (neque enim medicis vtuntur) vt de eorum languore conſulant, qui eos adeunt, ſi quis, & ipſe paſſus eſt morbum, aut alium vidit patientem. Hac viri, qui illos adeunt, conſulunt, hortantúrque ad ea, quæ ipſi faciendo, effugerint ſimilem morbum, aut alium nouerint effugiſſe. Nec fas eſt cuiquam languentes præterire ſilentio, nec antequam exploraueris quonam laboret ille languore, &c.*

Depoſiti qui. Depoſita Reſp.

Depoſiti dicebantur, ſalus quorum deſperata iam propè eſt, vnde Cicero in 2. Actione in Verrem *Ægram, & depoſitam Remp.* vocat. Seneca in Oedipo, *Ite, ferte depoſitis opem*, hoc refertur, inquam, ad morem veterum, quibus in vſu erat, vt qui laborabant periculoſo morbo, deſperatâ iam ſalute, ante ianuas domorum reponerentur; vel, vt ſpiritum redderent terræ; vel, vt à tranſeuntibus fortè curarentur, ſi qui iam ſimili morbo laborauiſſent.

Ægroti locati ante ianuam.

Plutarch. hunc morem firmat, in lib. λάθε βιώσας, vbi ait, *Priſci ægrotos ſuos in publico ponebant, vt prætereuntium quiuis, ſi quid, vel ipſe eodem morbo conflictatus, vel ſimiliter laboranti opitulatus, medelæ noſſet, id ægrotanti ſignificaret, aiunt que artem hoc modo experientiâ adiuuante creuiſſe.*

Medicina vnde creuerit.

Neque abhorrent, quæ Plinius cap. 1 lib. 19. *Solitos*, inquit, *olim liberatos morbis ſcribere in templo Æſculapij, quæ auxilium attuliſſent, vt poſtea ſimilitudo alijs proficeret, atque inde (vt auctor eſt Varro) excerpſiſſe Hippocratem medicinam illam, quæ vocatur Clinice, &c.* Clinicus, æger lecto decumbens, nec ſe mouere potens. Clinici medici, lectulis ægrorum aſſidebant. Clinici quoque dicti tempore Cypriani, qui in lecto morti proximi baptizabantur. Herib.

Clinice medicina.

Empirica verò optima, quæ experientia conſtat, vt verbi ratio innuit. Clinicus medicus, qui decumbentes inuiſit.

Veteres ergo medici tum ex templo medicinas petebant, puta Æſculapij, vt dictum eſt, tum ex triuiis, quando aliunde pharmaca, & remedia, vt ex herbis, lapidibus, & huiuſmodi facilè parabilibus, & in medio poſitis aſſumebant: vtrumque genus exagitat Tertull. hoc vocans de triuio, & margine; illud de templo & ara, cum dicit mederi in Apolog. & de Pallio.

Quæ Hyginus in poëtico refert cognitu periucunda: antiqui obſtetrices non habuere, vnde mulieres verecundia ductæ interibant. Nam Athenis cauerãt, ne quis ſeruus, aut fœmina artem medicam diſceret. Agnodice quædam puella virgo, vt diſceret, ſibi capillos amputauit, habitúque virili ab Herophilo didicit. Itaque mulieres curabat, quæ accuſata à medicis tandem abſoluta fuit. Tunc Athenienſes legem emendarunt, vt ingenuæ artem medicam diſcerent. ex Hygino.

Canes ægroti Dianæ ſiſtebantur.

Non homines tantùm ægroti curæ Diis, canes quoque qui ægroti, ſcabiéque laborantes infulis velati Dianæ à venatoribus ſiſtebantur, omnéque inſtrumentum venatorium ante eam collocabant venatores, Gratius de Venatione

Spicatáſque faces ſacrum ad nemorale Dianæ
Siſtimus,

Siſtimus,& foliis catuli velantur honore,
Ipſique per flores medio in diſcrimine luci
Strauere arma, ſacris & pace vacantia
feſta.

Canes emeriti feriantes.

Hinc Diana venatrix feriis Iduum Auguſti emeritos canes quietos, immuneſque habere credebatur: Papinius Syluar.3 1.

——————ipſa coronas
Emeritos Dianæ canes, & ſpicula tergit,
Et tutas ſinit ire feras.

Faces Dianæ cur latæ.

Huic Deæ tandem mulieres voti damnatæ, & compotes, ab vrbe ardentes faces in Aricinum nemus, vbi Dea colebatur, ferebant illius Deæ feriis, Propertius lib.2, Eleg.32.

Cum vides accenſis deuotam currere tædis
In nemus,& Triuiæ lumina ferre Deæ.

Adr. Turn. *lib.*8. *cap.*26.

Ne verò genuinum aliquis meis deliramentis figat, mercenariáque loquacitate, verba effutire dicar, neue nugarum promercalium inſtitor habear, ſilentium mihi indico. Grandè operæ pretium tuliſſe opinor, quod Genio meo pauciſſimis horis ſubſeciuis litaui. Auctarium addo de meo, ideſt de me acturus. Veſtram opem imploraturus (ô Machaones noſtri temporis) quorum calamus, virga illa Mercurij ab inferis reuocans, eóque compellens; nullam verò aliam poto virgam nos peculio Proſerpinæ aſcribere præter pituitam, ſeu catarrhos, quibus plerique, & potiſſimum Phœbo operantes, mactantur; expertus loquor. Vnde Horatius de ſe ſapienter fatetur, his verbis, lib.1. Epod.1.

Pituitæ, ſeu catarrhorū quantum damnum.

——————*Sapiens Ioue minor vno*
Liber honoratus,
——*Rex denique Regum,*
Præcipuè ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.

Cui, ne Salutem quidem ſaluti poſſe eſſe, omnes cenſent; lego tamen huic capitis fluxui aliquando conſultum apud Pœnos, referente Herodoto, lib.4. his verbis, *Ad occaſum verò Tritonidis lacus iam non ſunt paſcuales. Pœni, neque eiſdem moribus vtentes, neque idem circa infantes, quod paſcuales ſolent, factitantes; nam Pœnorum, qui paſtorales ſunt, an omnes, non queo pro certo dicere, ſed plerique hoc faciunt, vbi filij ipſorum quadrimi effecti ſunt, venas verticis illorum lanâ ſuccida inurunt. Nonnulli venas temporum, eam videlicet ob cauſam, ne vllo vnquam tempore phlegma, ideſt pituita defluens à capite officiat, eaque de re ſe aiunt eſſe optima valetudine. Et ſunt re verâ Pœni inter omnes, quos nos nouimus, homines, ſaluberrimo corpore. Incertum mihi, an ob hanc cauſam, certè optima valetudine ſunt. Quod ſi pueris inurendis ſpaſmus extiſtat, inuenta eſt ab eis medicina. Vrinâ enim hirci aſperſa eos liberant. Ea refero, quæ ipſi Afri narrant, &c.*

Catarrhis quomodo Pœni medentur.

Catarrhum nouum morbi genus Græcorum, ætate Socratis, ait Plato 3. *de Rep.* hunc Scythæ cauterio prohibent. Æthiopes ipſo die natalium infantum eos in fronte inurunt, & ſtigmate notant, quo capitis, & oculorum humor exſiccetur, hodie quoque occipitium infantum carbone igoito incendunt, quod dicunt incendere, ad epilepſiam arcendam.

Incenſi, & inuſti infantes contra catarrhum.

Æſculapij ſimulacrum relatum à Pauſania *in Corinth.* typus eſt medici: ſedens in ſolio, ſcipionem tenens, quo imperium in ægrotos notatur, altera manu draconis caput premens innuit eius vigilantiam, canis ad pedem decumbens fidelem cuſtodiam. In Æſculapij fano fons olei aureo fornice conſpicuus, quem Heraclides conſtituit, innuit è medicis fontes ſalutis manare,

Omnes humanos ſanat medicina dolores.

BARTHOLOM. VECHIO I C Lectori Primario Patauij.

DISSERTATIO XXII.

Manus poſt ſingulos miſſus olim lotæ. Poſt locutionem datum poculum Bono Genio. Item poſt bellaria, & alia ad compotationem ſpectantia. Quod poculum temperatum, quod non. Temetum libatum Bono Genio, qui idem cum Ioue ſeruatore, & alia. A minoribus poculis ad maiora cœnatum. An ſingulis conuiuis ſingula pocula data? De cœnâ Delphica.

NON ſolum manus lotas ante cœnam, & poſt cœnam lego ſed & poſt ſingulos miſſus, ideſt, poſt primam, & poſt ſecundam menſam, quod mihi confirmat Athenæus lib. 14. Alexidis verba referens hoc modo, *Remouenda menſa, danda manibus aqua, afferenda corona, vnguenta, libamen, thus, eſcharis, bellaria, dandum ouum, attingenda placenta.* Quare non tantum poſt primum miſſum, manus lotæ, ſed & coronæ, & vnguenta (crediderim) innouata; coronati enim accumbebant. Ad hæc datum ouum, quod etiam paulo ſuperius innuit, his verbis: *Nonnunquam vero ſecunda menſa dabatur & ouum, & leporina mixtim cum turdis, & opere dulciario.* Quod confirmat carminibus Antiphanis in Leptiniſco. Manus lotas poſt ſingulos miſſus Lampridius confirmat in Heliogabalo.

Manus lotæ iam poſt miſſus ſingulos.

Coronæ vnguenta, innouata poſt ſingulos miſſus.

Interuallum inter primam, & ſecundam menſam dicabatur coronis, vnguentis, vinoque ad libationem. Ideò Athenæus *lib.*4. in conuiuio inducit puerum ferentem vnguentum ſuaue; & alium, qui στεφάνους, id eſt, coronas, & tandem miſcentem cratera Bromij. Hunc ritum refert etiam Virgilius 8. Æneid. Et quamuis coronæ adhibitæ in vtraque menſa; ſecunda tamen eas ſibi arrogabat præcipuè, veluti etiam propinationes. Ratio in promptu.

Coronæ, & vnguenta quando diſtributa.

Capiebant coronas à conuiuij domino,

quæ

quæ fuerunt primùm ex lana, mox floribus omnibus, excepto apio mortuis dicaro, quare neç polluti in conuiuio ſedebant, quod Cic. obiecit Vatinio. Factæ frequentiſſimè ex roſis hyemali tempore ramento è co:nibus tincto, laminauè ærea inaurata, aut vnguentata cum lemniſcis, auteis, quos cælare inſtituir P. Claudius Pulcher, & bracteas etiam M. Craſſus aoreas fecit & argenreas, folia imitantes. Coronæ adhibitæ ad vini vapores, & ebrietatem cohibendam, odores ad terrum odorem nidorémque corrigendum. De Coronis, & vnguentis alibi.

Poſt lotionẽ datũ poculũ dicatũ Bono Genio. Metanipteron poculum.

Poſt lotiooem poculum dabatur Bono Genio (de quo à me ſuprà.) Sed hic addere mihi libet, quæ nuper occurrerunt, Ioui Seruatori dicatum illud poculum, quod 122. *lib.* eiuſdem Athen. aſſumo, his verbis, *Metaniperon poculum eſt, quod iam cænatu, poſtea quam manus lauerint, prabetur. Antiphanes in Lampade, poſt bellaria Boni Genij poculum: quod libandum, & plaudendum eſſe monet Diphilus in Sappho,*

Archilochè mihi hanc oſtende Metanipttidem

Plenam, qua Ioui Seruatori libemus, atque Bono Genio.

Dij, amici, Iupiter Seruator nominati in conuiuijs.

Græci enim in conuiuiis primum Deos ſalutabant, deinde amicos ſuos nominatim appellabant, demum Ioui Seruatori litabant; de quo vide Adagiographum. Sed hoc poculum temperatum fuiſſe reperio in eodem Athenæo lib. 15. *Quapropter, inquit, Graci, cum temetum inter cænandum menſa infertur, elato clamore, Bonum Deum inuocant. Fuit autem is Bacchus. Cum verò poſt cœnam primum aqua temperatum poculum miniſtrant, Iouem Seruatorem exultantes exclamant, pluuiæ largitorem, & moderatorem exiſtimantes, iucundaque temperationis, & mixtionis auctorem.* Hæc ille, & pulcherrimè. Quod verò Booo Geoio libabant, eſſe temetum, affirmat Theophraſtus lib. de temulentia. *Temeti, quod cænatis, git, dant, & quod boni Dæmonis eſſe poculum dicunt, parum offerunt, vt eius potionis qua vis eſſet, & quantum Dei beneficium, tantum recordarentur.* Poculum crediderim Boni Genij idem fuiſſe, cum Iouis Seruatoris, ſeu Boni Dei, cœna peracta, vt videtur ionuere Cicero 3. de Natura Deorum. *Iam menſas argenteas de omnibus delubris iuſſit auferri, in quibus, quod more veteris Gracia inſcriptum erat, Bonorum Deorum, vel ſe eorum bonitate velle dicebat.* Quod de Bono Genio iotelligendum ſuadet Ælianus *lib.* 1. *cap.* 22.

Poculum à cœna temperatũ & cur.

Temetum libatũ Bono Genio.

Poculum Boni Genij idem Iouis ſeruatoris.

A minoribus poculis cœnam ordiebantur.

Vſitatum reperio ab initio cœnæ minoribus poculis, deinde maioribus vſos Græcos, & Romanos. Cicero 6. in Verrem, *Fit ſermo inter eos, & inuitatio, more Graco vt biberetur: Hoſpes hortatur; poſcunt maioribus poculis.* Philo *de ebrietate*, aperte id aſſerit. Trallianus *lib. 1. problem.* inſtitutum eſſe refert, vt in principio minutis, in fine amplioribus vterentur poculis; ne videlicet à largo potu cœnam auſpicaores ſe adeo explerent, vt veſci non poſſent. Apud Indos hic mos quoque inualuit, vt docet Philoſtratus *lib. 2.* In Heroum veterum epulis Homerus tradit fuiſſe vſitatum, vt ſingulis conuiuis ſingula appooerentur pocula. *Apponitur* (ait Athenæus lib. 1.) *ſingulis Homeri conuiuis caniſter, menſa, & poculum, vt bibant quando volunt.* Aliquando verò ex vno, eodemque poculo omoes bibebant. At hæc aliquando pocula plena apponuntur in menſa epulari, aliquando (hic mos magis vſitatus) in abaco; vnde conuiuarum aliquis bibere volens, à miniſtro ſeu pincerna poculum poſcebat. In menſa Delphica paria pocula appoſita: Flaccus,

Ao ſingula ſingulis pocula appoſita, & quãdo.

——Et lapis albus

Pocula cum cyatho duo ſuſtinet.

Delphicæ menſæ à Delphis vrbe Apollini ſacra dictæ ſunt, & erant ex ære, quas veteres dixere cortinas. Plin. lib. 34. *ex are factitauerunt cortinas tripodum nomine Delphicas*, Cic. 6. in Verrem meminir harum, ſed marmorearum, Martial. quoque.

Aurum non ſimplex, ſed Delphica portat.

Super hac menſa pocula paria ſemper fuere. Delphica quoque erant vaſa, quorum nulla mutata forma varius & multiplex vſus, namque ita erant facta, vt duplice facie diuerſis vſibus inſeruirent, nunc poculorum vicem præſtantia, nunc clypeorum. Alex. ab Alex. *gen. lib. 1. c. 19.*

GVIDO BENELEO EQVITI Iuriſconſulto.

M. ANTONIO GRVMELLO Equiti.

IO. ANTONIO GRVMELLO I.C. Triumviris Collegiarchis Marianis Bergom.

DISSERTATIO XXIII.

Conuiuales ritus varij ex Athenæo. Coronatum, & vnctum pectus præter caput. Quomodo vocatæ hæ coronæ. Ebrij exacti è conuiuiis. Et quomodo coronati. Quæ pœna non non ſoluentis griphum. Quod præmium ſoluentis griphum, & vigilantis in lucem vſque. Cantiunculæ in propinationibus. Coronæ conuiuales Diis dicatæ, & regibus. Formulæ conuiuales benè precandi. Coronati poſtes etiam Amantum, ſepulcra, & tumuli defuncti. Flores ſepulcrales qui. Arbo-

res

res quæ ſatæ circa ſepulcra. De Apio, &c.

CORONAM dictam à Græcis non modo στέφανον comperio, ſed & χόρον, ex eo ſcilicet, quod hiſtriones, & ſaltatores χορευταὶ dicti iis redimiti ſaltarent,& pro ea adipiſcenda laborarent. Apion Gramm.

Pectus coronatum,& vnctum,& cur.

Caput in conuiuiis priſcis coronatum, & vnctum ad ebrietatem arcendam, & cerebrum recreandum paſſim legimus; ſed pectus rarò legi. in Athenæo lib. 15. his verbis, *Coronis etiam pectus ornari, vnguentiſque oblini captum, quia ſit in eo cor ſitum. Coronas, quibus ceruicem coronabant ὑποθυμίδας appellarunt, ita & eas, quibus cor.*

Hypothymiades coronæ.

Alcæo,

Ceruici hypothymiadas quiſquam apponet.

Anacreonte

Hypothymiadas circa pectus ſtatuerunt.

Hypothymiades coronæ quæ,& vnde ſic dictæ.

Huius coronæ meminit Archilochus, Plutarchus quoque in *Sympoſiacis lib. 3. qu. 1.* ſic dictæ hæ coronæ, quod odoris halitum, ac tanquam ſuffitum ex inferiori parte afflarent. Refert tamen Athenæus eodem libro, paulo infra à Lesbiis hypothymiadas vocari myrti ramum, cui violas & flores circumplicant. Archeſtratus apud Athen. *lib. 8. ait*, Acipenſerem cum tibiis, & coronis ad cœnas circumlatum, à coronatis pueris.

Coronatus Acipenſer piſcis.

Pœna ebriorum in conuiuio.

Apud Cic. de Fato, vt refert Macrob. lib. 3. Sat. cap. 16. acipenſer paucorum hominum perfacete dicitur, ad cuius dapes multi conuiuæ non ſunt adhibendi, quaſi acipenſer multis communicari nolit: cum enim Scipioni acipenſer donatus fuiſſet, atque multos ad cœnam eſſet inuitaturus, Pontius in aurem dixit, Scipio vide quid agas; acipenſer iſte paucorum hominum eſt.

At qua pœna mulctati, qui ebrij fierent in sympoſio? idem Athenæus libro eodem, his verbis, *Quoniam verò nihil reſpondet tot verbis prouocatus, exigi conuiuio illum iubet tumultuaria corona τῷ χυδαίῳ, cinctum, cuius ſic meminit comicus Ariſtophanes.*

Harum coronarum, quas χύδην confusè texuerunt.

Corona tumultuaria quæ.

*Coronati ebrij.

Hinc tumultuariam coronam dictam eam puto, quæ nullo habito florum diſcrimine, ſine delectu, & temerè nexa. Coronatos autem fuiſſe ebrios Plutarchus in Pyrrho docet. *Vnus Meton nomine, probus vir illucente die, quo ſanciendum decretum erat, cum pop. conſediſſet, ſumit ebriorum more coronam marcidam,& tibicina præeunte, ludibundus eſt concionem ingreſſus, &c.*

De ebriis coronatis lege Clem. Alex. *l. 2. Pedag. c. 2.*

In propinationibus cantiunculæ.

In propinationibus cantiunculæ vſitatæ, & ſalutationes. Verùm ex Suida acclamatum, ζήσαις, ideſt, *viuas.*

Dione teſtè, Commodus Imperator in theatro feras conficiens, pulcherrimæ fœminæ manu vini poculum cum accepiſſet, biberetque, pop. cum Senatu, acclamauit ζήσαις, *benè*, aut, *diu viuas.* Hoc potiſſimum dictum de iis qui ἀμυστὶ, ideſt, vno hauſtu multum ebiberant ſine reſpiratione, quod propriè Threiciorum; μυστίν, enim eſt ſugere, ſeu pitiſſare, ſorbillare. Horatius lib. 1.

Formula precandi ζήσαις.

ἀμυστὶ quid.

Baſſum Threicia vincat amyſtide.

& quia,

Fœcundi calices quem non fecère diſertum?

Recreato corpore cibis, potationibúſque, animus quoque conuiualibus quæſtionibus recreandus, de quibus Plut. Hæ dicebantur, Griphi, quæſtiones pocillatoriæ, iocoſæ, argutæ, non ſcrupuloſæ, & difficiles, Ænigmata dicta ſympoſiaca, quæ qui diſſoluebat, præmij loco accipiebat (ex Athenæo) carnis portionem; contra verò, qui id non poterat, potionem ſalſam vno hauſtu ſine ſine reſpiratione bibere, ἀμυστὶ ἐκπιεῖν cogebatur, ex Antiphanis poëtæ teſtimonio apud Athenæum. Aliam pœnam non ſoluentis affert, vt biberent phialam κεκερασμένην. id eſt, miſtam, teſte Clearcho. Exempla Griphorum habemus in ſacris, & profanis litteris: ſymbola potiſſimum Pythagorica, & problemata varia Griphorum materiam præbent.

Griphi, & Quæſtiones in conuiuiis.

Griphū ſoluētis premiū & pœna.

Placenta donatus, qui in aurorā vſque ſobrius vigilaſſet.

Præmium vigilantium in conuiuiis ſine ebrietate.

Quod ſi quis ſic pergræcando in auroram vſque vigilaſſet, nec ſomno correptus perduraſſet, placenta larga donabatur; quod certaminis loco poſitum, refert Ariſtophanes *in Equit.* Præmium item griphum ſoluentis coronam fuiſſe è lauro plexam: In Aulo Gell. lib. 18. cap. 2. habeo, *Tum qui & cœnulam ordine ſuo curabat, præmium ſoluendæ quæſtionis ponebat, librum veteris ſcriptoris, vel Græcum, vel Latinum, & coronam è lauro plexam; totidemque res quærebat, quot homines iſthic eramus, cumque eas omnes expoſuerat, rem locúmque dicendi ſors dabat: quæſtione igitur ſoluta, corona, & præmio donabatur: non ſoluta autem tranſmittebatur ad eum, qui ſortito ſucceſſerat, idque in orbem vice pari ſeruabatur; ſi nemo diſſoluebat quæſtionis eius nodum, præmium ipſum, & corona Deo, cuius id feſtum erat, dicabatur, &c.*

Corona non ſoluentium griphum dicata Deo.

Tertull. ait nullam gratiam floris; nullam lætitiam frondis, nullum cœſpitem, aut palmitem non alicui capiti inuenias conſecratum. Item à ſæculo coronantur, & lupanaria, & latrinæ, & piſtrina, & carcer, & ludus, & ipſa amphitheatra, & ipſa ſpoliaria, *in Apolog.* Item ſupplices coronatos apud antiquos. Apollinem pro inde interfecto Delphico dracone lauream induiſſe. Appianus in Libycis in obſidione Byrſæ capta Carthagine à Scipione, quoſdam Carthaginenſes floreis coronis (vt in ſacris Æſculapij fieri conſueuit) caput redimitos ſupplices veniſſe. Idem in Hiſpania quoſdam coronatos, & ſupplicum habitu ad Lucullum acceſſiſſe ait.

Lares

Lares in nuptiis coronati : Plaut.iu Aulularia.

Mortuos coronatos , vide in opuſculis.

Coronam in certaminibus adepro eadem mortuo adhibebatur.

In annuis votorum nuncupationibus coronatos fuiſſe auctor Tertull.

Magiſtratus, & publicos ordines in cauſis publicis coronatos ſediſſe notat Dur. Caſel.*lib.1.c.14.*

In Bacchi feſto corona.

In Bacchi Feſto corona plus bibenti data, Ælianus lib.2.de varia hiſtoria , *In Bacchi etiam feſto præmium ordinatum eſt ei, qui plus bibiſſet, aurea corona :* quod perpetuum non fuiſſe notat Plutarchus in præceptis, *Ipſi,* inquit, *Libero patri frequenter Nephalia (feſtum quod citra vinum celebrabatur) facimus, aſſueſcentes merum non ſemper quærere.*

Nephalia apud Græcos ſacrificia fuere ex Polluce ſine vino celebrata : huiuſmodi ſacra apud Athenienſes Mnemoſyne, Auroræ, Soli, Lunæ, Veneri Vraniæ, & Nymphis celebrata: in hoc ſacrificio non vinum , ſed aquam mulſam libabant. Pauſan. tamen ait, Eleos thure cũ tritico melle ſubacto additis oleæ ramis aras ſuffire ſolitos, & vti vino; ſolis autem Nymphis, Cereri , & Proſerpinæ vinum minimè libare conſueuiſſe, neque ad aram omnium Deorum.

Coronæ cõuiuales Diis dicatæ , & Regibus.

Coronas verò conuiuales Diis dicatas refert idem Athen. lib. 10. *Zenocratem diſcedentem è conuiuio, coronam ibi acceptam Diis conſecraſſe :* quod confirmat Iuſtinus lib 18. his verbis. *Miſſi à Senatu in Ægyptum legati cum ingentia ſibi à Ptolemæo Rege miſſa munera ſpreuiſſent, interiectis diebus ad cœnam inuitatis , aureæ coronæ miſſæ ſunt, quas honoris cauſa illi receptas , poſtera die ſtatuis Regis impoſuerunt.* Quare non tantum Diis , ſed & Regibus has conſecratas fuiſſe colligo.

Coronati veteres ſupplicabant , & orabant. Tertul.de mil corona: *Erant ſupplices coronati apud veteres.*

Comus Deus comeſſantiũ.

Superpondium addo; comeſſantium, nocturnarúmque ſaltationum Comum fuiſſe præſidem; in cuius militia auhorabantur iuuenes , qui coronati noctu cum facibus, muſiciſque inſtrumentis ad amicarum fores ſaltandi , canendique gratia concurrebant, procaciterque laſciuiebant , vt fores nonnunquam effringerent ; vnde verbum comeſſari, κωμάζειν , & Crepalocomus violentorum dicitur hymnus.

Crepalagomus hymnus violentorũ. Coronati poſtes amãtium.

A coronis conuiualibus ad amatorias, & funeſtas ſermonem conuerto. Coronatos fuiſſe poſtes amantum docet Tibullus Eleg.2.

Te meminiſſe decet, quæ plurima voce peregi
Supplice , cum poſti florida ſerta darem.

Ouidius de remedio

Et tegat ornatas multa corona fores.

Coronati defuncti viri illuſtres.

Coronis donabant defunctos viros illuſtres. Auctor eſt Æmilius Probus in Pelopida. *Quo facto omnes Theſſaliæ ciuitates interfectum Pelopidam coronis aureis, & ſtatuis æneis, liberóſque eius multo agro donarunt.* Tumulis etiam coronas dabant. Plutarchus in M. Antonio. *His editis lamentis poſtquam coronas, & oſcula tumulo tulit, præcepit ſibi parari balneum : Lota accubuit, & ſplendidè eſt epulata, &c.* Loquitur de Cleopatræ morte. Idem Plutarchus in Demetrio. *At enim habuit, & funus Demetrij tragicam , theatralémque ſpeciem . nam filius eius Antigonus , vbi reliquias patris cognouit afferri, totam claſſem ſoluit , eiſque apud inſulas occurrit obuiam : vt eas accepit, impoſuit vrnam, quæ ex ſolido auro erat, in nauem Prætoriam. Ciuitates , ad quas appulerant hinc coronas ingeſſerunt vrnæ , hinc viros cultu lugubri miſerunt ad exequias decorandas, & proſequendas. Decurrente Corinthum claſſe vrna ex puppi conſpicua viſa regali purpura, & diademate exornata, quam circumſtitit in armis iuuenum ſtatio, &c.* paulo poſt, *Honoribus, & coronis funeri Corinthi delatis, deportauit reliquias Demetriadem vrbem , illi cognominem ex paruis ad Soleon oppidulis frequentatam.* Vide totum locum, vbi etiam refert aſſediſſe funeri tibicines , carminaque ceciniſſe, &c.

Tumuli coronati.

Coronata etiam ſepulcra. Ouidius 3.de triſtibus Eleg.3.

Coronata ſepulcra.

Tu tamen extincto feralia munera ſemper,
Exque tuis lacrymis , humida ſerta dato.

Clemens Alex. *Pæd.2.c.8.* coronam ſocordiæ , & ignauiæ ſignum vocat, propterea mortuos, & ſtatuas coronari. Iac.Dur. *lib.1. c.19.*

Flores ſepulcrales qui. Flores ſati iuxta ſepulcra.

Hæ coronæ texebantur è floribus diutius durantibus , qui plerumque ſati iuxta tumulum , confirmat id Perſius Sat.1.

Nunc non è tumulo , fortunatáque fauilla
Naſcuntur violæ?

Arbores ſatæ circa ſepulcra quæ.

Plinius cap. 11. lib. 21. *Duo genera huius; vnum, cui flos hyacinthi eſt ; alterum candidius , quod ferè naſcitur in tumulis, quoniam fortius.* Serebantur etiam arbores perpetuò virentes, ideſt buxi , cupreſſi, lauri, vt perpetuo creſcentes monumentum opacarent. Apio etiam coronata fuiſſe ſepulcra Plutarchus innuit in Timoleonte his verbis, *Cum collem ſuperaret, vnde inimicorum caſtra videri poſſent , mulis apium ferentibus obuiauit , quod infauſtum milites augurium putauere, quoniam apij coronas ſepulcris imponere vſurpatum eſſet.* Vnde hoc prouerbium natum *Apio egere,* qui periculosè ægrotet.

Apio coronata ſepulcra.

Nam olim monumenta defunctorum apio coronata Plutarch. ait in ſymp. & qui periculosè ægrotant apio opus eſſe. Idem prouerbij meminit & cauſam addit in vita Timoleonis ſupra, ſubeſt autem adagio iocus alludens ad coronas victorum quæ ex apio fiebant, preſertim in Ludis Iſthmiis.

Vide Paſchaſium *de Coronis,* Item Iac. Duran. *variorum lib.1.c.19.* Plinium *lib.21. cap.5.*

D. FRANCISCO RVGERIO Somaſchenſi Theologo.

DISSERTATIO XXIV.

De vini libatione, & quo tempore facta, & cui Deo. De Antheſterione, & Pithægia. De vinalibus. Duplicia Vinalia. Hilaria, Aloa, Vacunalia. Quid vinum Calpar, Inferium, Sacrima, Præmeſſum. Libationes ex epulis Diis Penatibus factæ. Peracto negotio, quid dictum. Cottabus quid, quando, quomodo. Quis cottabi inuentor. Quando eius vſus. Reliquiis menſæ mortuis parentatum.

Vinalia quãdo inſtituta.

A Vindemiatoribus peracta vindemia epulæ feſtæ celebratæ, ex quibus Comœdiam, & Tragœdiam originem traxiſſe ferunt: Bacchus cum victor ex India rediſſet, populus in illius honorem eboreas ad torcularia duxit. Athenæus lib. 2. *Ab ebrietate Comœdia, atque Tragœdia inuenta in Icario vrbe Attica, idque ipſius vindemiæ tempore.* Arnobius quoque teſtatur *lib. 7.* vindemiatores, & qui torcularibus vinum expreſſerant, vindemia finita, & vini expreſſione, Æſculapio diem feſtum egiſſe, in quo noua vina guſtabant, vt apud nos in Martinalibus, quod feſtum ab illo, Æſculapij vindemia, appellatur.

Æſculapij vindemia.

Hilaria.

A frugibus collectis, & reconditis ruſtici etiam Hilaria peragebant.

Sed re vera Hilaria celebrabant antiqui ex Macrobio 8. Kalend. Aprilis cum fit æquinoctium vernum, ac tunc Sol diem longiorem nocte protrahit. De his meminit Fl. Vopiſcus *in Aureliano*: at Aloa propriè erat feſtum agricolarum Athen. poſt fruges receptas. Horatius libr. 2. epiſt. ad Auguſtum.

Agricolæ priſci, fortes, paruóque beati,
Condita poſt frumenta leuantes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura laborum
Cum ſociis operum, & pueris, & coniuge fida
Tellurem porco, Syluanum lacte piabant,
Floribus, & vino Genium, &c.

Aloa feſta.

Huiuſmodi feſta dicta Ἀλῶα, quæ ſubuectis ex agro frugibus in honorem Cereris, & Bacchi Athenis celebrabantur, ſic dicta, quod in areis (area, ἅλως) moras tra-

herent. Sic Vacunæ Deæ apud Romanos, quæ præeſt vacantibus agricolis à labore poſt perceptos fructus agrorum, de quibus Ouidius Faſtorum 4.

Vacunalia.

Nam quoque cum fiunt antiqua ſacra Vacunæ,
Ante Vacunales, ſtantque ſedentque focos.

Virg. 1. Georg.

Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur,
Mutuaque inter ſe læti conuiuia curant.

Omiſſa re frumentaria ad vinalia pedem reuoco, tam iucunda, deque Vini libatione quædam illibata delibo.

Vini libatio quãdo facta.

Vini libationem Diis factam (hoc erat relinere dolia, quod nos in diui Martini feſto peragimus) lego in Plutarchi ſymp. 3. quæſtione 8. his verbis, *Athenis vndecima die menſis Antheſterionis primitias noui vini delibant, diemque illum à doliis reſerandis Pithœgiam vocant, vtque apparet, antiquitus de vino antequam guſtarent libantes, vota faciebant, vt ſibi vſus eius medicamenti ſalutaris, innoxiuſque foret. Apud nos menſis Proſtaterius, dicitur, quaſi patronalis, ſextaque eius die ſtatutum eſt, ſacris Bono Genio factis, guſtare vinum poſt flatum Fauonij, is enim ventus omnium maximè vinum mouet, ac mutat, & quod vinum hunc ſubterfugit, id iam videtur perduraturum;* At idem ſymp. 8. quæſtione 10. hæc habet, *Iam vinum quoque qui bibunt citiſſimè, Antheſterione hoc faciunt menſe, qui hyemem ſubſequitur, diemque illum, quo guſtatur nouum vinum, nos boni Dæmonis, Athenienſes Pithœgiam à doliis aperiendis, appellamus.* Ἀνθεστηριὼν menſis octauus apud Atticos, quo ἀνθεστήρια celebrantur, ducta appellatione, ἀπὸ τοῦ ἀνθεῖν, quod tunc terra florere incipiat, vt Etymologiſtes ſcribit; ſiue quod terræ tunc magna ex parte floreant. Volunt enim hunc octauum menſem fuiſſe Aprilem ex Macrobio Satur. *libro 1. capite 12.* & ex Philoſtrato. Gaza tamen Nouembrem eſſe cenſuit. Videndus Manutius in adagiis.

Antheſteria quæ. Pithœgia quæ.

Proſtaterius menſis.

Antheſterion menſis vnde dictus.

Pithœgia ergo ſic dicta à πίθος, dolio &, οἴγω, aperio, quod tunc dolia relinerentur. Proclus ait, Pithœgia eſſe feſtum, quo in vini participatum, & ſeruos aduocabant, & mercenarios; relinebantur enim tunc dolia. Proinde facta re diuina vini communicatio tunc patebat, comprecabanturque, vt Plutarchus ait, innoxiam ſalubremque ipſis fieri medicamenti potionem. De tempore varij varia, ego quoque hæreo.

Vinum, quod ſacrificij cauſa nouum è dolio emittebatur, antequam guſtaretur, Iouique libaretur, dicebatur Calpar, ſeu vinum calpar, vt optimè notat Briſſonius *in formulis ſacris.* Vinum ergo illud Ioui.

Calpar vini quod.

Dicatum, ne reliquum, quod in illis apothecis remaneret, ſacrum eſſet in-

eiperet, & vſibus ineptum, ideo calpare ſublato, religione ſoluebatur, vti & in frumentis quod ſacrificij cauſâ præmetebatur, *Præmeſſum*, appellatum. Quòd verò Cereri poſt meſſem, Flurifertum. Athenis feſtum vinale *Pithœgia* nuncupata. Scal. *ad Varr.*

Vinalia duplicia Veneri & Ioui dicata.

Sed hic mihi hæret aqua. Hæc feſta vocabantur Vinalia, quæ duplicia reperio in faſtis Romanorum. Vinalia Nonis Maij, & Vinalia 14. Calend. Septembris; illa dicebantur Veneris; hæc Iouis; vnde Veneralia illa dicta, quòd Aprilis eſſet Veneri dicatus: vbi multum vini effundebatur è templo Veneris: & vinum in vrbem ferebatur. Cuius cauſam reddit Plutarchus *in quæſtionibus Romanis, quæſt.* 45. & Ouidius 4. Faſtorum.

Cur igitur feſtum Veneris vinalia dicunt,
Quæritis, & quare ſit Iouis iſta dies?

Sacerdotes vindemiam publicè primum facere incipiebant.

Varro mihi prælucet hac face, *Vinalia* (inquit) *à vino. Hic dies Iouis non Veneris. Huius rei cura non leuis in Latio; nam aliquot locis vindemiæ primum à Sacerdotibus publicè fiebant, vt Romæ etiam nunc; nam Flamen Dialis auſpicatur vindemiam, vt iuſſit vinum legere, agnam Ioui facit, inter cuius exta caſa, & porrecta, Flamen prorſus vinum legit.* Subſequitur Plinius, *Vinalia priora 9. Kalend. Maij degustandis vinis instituta, nihil ad fructus attinent. Vinalia altera, quæ aguntur 13. Kalend. Sept. & hunc diem feſtum, volunt tempeſtatibus leniendis inſtitutum, &c.*

Vinalia ergo decimo tertio Calendas Septembris celebrata, Ioui dicata. Virgilius Georg.

Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.

At prioribus Vinalibus vinum (vt docet Paulus Feſti mutilator) In vrbem deferebatur. Feſtus verò ait, *Ideò Iouis dies Feſtus, quia Latini bellum gerentes aduerſus Mezentium omnis vini libationem ei Deo dedicauerunt, hoc vinum Calpar libatum, Inferium vocabatur, quod ſolum inferretur, his verbis, Macte hocce vino Inferio eſto.* Quod ideò factum, vt docet eruditiſſimus Scaliger in Coniectaneis, ne reliquum, quod in Apothecis illis, vnde Calpar prometetur, remaneret, ſacrum eſſe inciperet; & omnino ex vſibus eriperetur humanis; ſed Calpare libato religione ſolueretur.

Inferium vinum.

Calparis libatio.

Vinum ante vinalia non tactum.
Muſtum ante vinalia nō delibatū. Sacrima quid.
Præmeſſum quid.

Nec ſolùm ante vinalia hæc nullum vinum tactum, aut libatum, ſed ne muſtum quidem, ex quo pars libata Libero Patri, quæ dicebatur Sacrima; quemadmodum Cereri de ſpicis, quas primum meſſuiſſent, ſacrificabant eam particulam, quæ dicebatur Premeſſum. Mos (ex Feſto) olim Latinis populis, quo die primum guſtarent vinum, dicere ominis gratiâ, *Vetus nouum vinum libo, nouo veteri morbo medeor*, hinc dicta Meditrinalia, à medendo; ſacra Deæ Meditrinæ. Vinum vetus nouum quidam vocant recentatum, quaſi renouatum nouo muſto.

Meditrinalia.

In his ergo vinalibus Flamen Dialis vindemiam auſpicabatur, maturis vuis vinum legere, & vindemiam fieri iubebat, quibus diebus agnam immolabat, interque cæſa, & porrecta vinum legebat, vinumque vetus libabat medicaminis gratia; vnde Meditrinalia dicta. Tunc nouum vinum in vrbem ferebatur, & in vinariis cellis condebatur, nec prius; quem morem multi, & nos Lucenſes ſeruamus, vt vindemiam non aggrediamur, niſi prius publico edicto indicetur. Porrò & Romanis vino, & nouis frugibus veſci non licebat, priùs quàm Sacerdos primitias libaſſet; Græcis ante vernum æquinoctium vitem incidere, ante autumnum vuam deguſtare nefas habebatur.

Libatum ex epulis Laribus.

Non ſolùm igitur ex vino libatur Diis, verum etiam ex epulis; quare ex illis in cœnam paràtis particulam Diis Penatibus libabant olim, & Lari, cæteriſque Diis domeſticis. Horatius Sat. 6. lib. 2.

——— *vernáſque procaces*
Paſco libatis dapibus.

Varro ex Nonio, *Quocirca oportet bonum ciuem parere & Deos colere in patellam dare μικρὸν κρέας.* Solebant Græci, & Romani poſt cœnam crateras vini in menſas afferre, & ad multam noctem ſermonem producere. Ex eo vino aliquid in menſam fundebant. Quem morem tangit Virgilius 1. Æneid. in conuiuio Didonis.

Vinum in menſam fuſum.

Dixit, & in menſam laticum libauit honorem.

Tanquam ſi in arâ Diis libaret: in quo vino effuſo digito milites domum reuerſi pugnas deſcribebant. Penelope Ouidiana.

In vino ſcriptum quid.

Iamque aliquis poſitâ monſtrat fera prælia menſâ,
Pingit & exiguo Pergama tota mero, &c.

In nequitiis quoque & luſibus amatoriis, ſolitos hoc vinum ſuper menſam diffuſum digitis deducere, & neſcio quas notas depingere, quibus tacitè inter ſe loquerentur; liquet ex Epiſtola Helenæ ad Paridem.

Peracto negotio quid acclamatū.

Ad aliud. Peracto negotio, aut conuiuio priſco acclamaſſe, ἰὼ παιὰν, Io Pæan Athenæus in calce ſui operis fuſiùs explicat, & cauſam addit, *Demum, cum è menſà ſurgebant, aut thus, aut aliud thimiama adolebant*, inquit enim, *alius thuribulum ferebat, alius in acerram thus, alius pateram ad libandum. Mos fuit*, (ſubiungit) *è cœnâ cum ſurrexiſſent, ac libaſſent, quod reſtabat meri, dare puero ad bibendum, qui miniſtrauerat.*

Cottabus quid, & quādo.

Sed in fine menſæ Cottabo etiam vſos antiquos lego. Cottabus enim eſt ænea phiala, quam peracto conuiuio menſæ imponere ſolebant, vino plenam; deinde in minora pocula ab alto miſcentes, ſonum edere; qui ſi illiſu maior ederetur, ab amaſiis ſe amari augurabantur, Cicero Tuſc. 1. *Theramenes cum coniectus in carcerem triginta iuſſu Tyrannorum venenum ſitiens ebibiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret, quo ſonitu reddito, Propino, inquit, hoc poculo Critiæ.* Græci enim ſolent nominare, cui poculum tradituri ſunt.

Hinc

Præmia data in ludo cottabi, & quomodo dicta.

Hinc præmia dari ſolita Victori huius ludi, dicta, κοττάβια, quæ, teſte Athenæo, erant πυραμοῦντες, hoc eſt, triticeæ placentulæ, & ſeſamineæ. Athenæus lib. 10. hæc habet, *Omni memoria veteri per manus traditum, vt Diis libarent deinde, vt Cottabo luderent in eorum gratiam, quos amabant, magno namque ſtudio Cottabum, qui ludus eſt inuentus à Siculis, adhibebant.* Pindarus.

Cottabus à quo inuentus.

Vt hyeme gratum Venereorum amorum bibens,
Ac ebrius Agathoni Cottabum nuncupem.

Ad hunc morem alludens Iuuenalis Satyra 3.

Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo,

Alio modo fiebat in peluí: ea implebatur aqua, cui innabant oxybapha, ſeu vaſcula vacua, in quæ ex carcheſiis deiiciebant latagas, ſeu liquores, & qui plura vaſcula ſubmerſiſſet iſta deiectione, is ſuperior euadebat. Athen. *lib.* 15. Poll. vide Suidam voce κοτταβίζειν fol. 501.

Plautus in Trin. Cottabum videtur appellare ſonum flagrorum, qui inter verberandum redditur, *Caue ſis,* inquit, *ne Cottabi bubuli crebri in te crepent.* Ariſtophanes ipſos ludentes Methyſocottabos appellat, quod iam vino madentes, & ebrij id agerent. Reliquiis vini cottabo funus faciebant, & mortuis amicis parentabant analectis, quæ de menſa cadebant, vt idem Athenæus innuit his verbis; *Amicis contra defunctis, quæ decidebant ex menſa tribuebantur: ideo etiam, ait Euripides in Sthenobæa poſtquam illa Bellerophontem mortuum putauit, nihil eam, quod de manu cadat, latere, ſed ſtatim nuncupat Corynthio hoſpiti, dicit, nempe ſacrum eſto, quod cecidit.* Apuleij locum ſubnecto lib. 2. Metam. *Lucerna prægrandis, & oleum ad lucem luci ſufficiens, & aquam cum œnophoris, & calice, cænarumque reliquiis diſcus ornatus, &c.*

Cottabo ebrij ludunt. Methyſocottabi qui.

Reliquiis menſæ mortuis parentatum.

ꕥꕥꕥꕥꕥꕥꕥ:ꕥꕥꕥꕥꕥꕥꕥ

SCIP. FERRAMVSCHÆ, I. C. Equiti.

DISSERTATIO XXV.

Dies, & mercatus meretricius, quando, vbi, & cui. Meretrices Veneri operatæ coronas dicabant. De Marſyæ ſtatua, cur poſita in foro, vbi vadimonia. Item de Iulia filia Auguſti. Proſtibulum vnde; & proſedæ cur dictæ meretrices. Buſtuariæ, Semitariæ, Summænianæ, Suburranæ meretrices, Scrantiæ, Blitidæ, &c. Floralia ludi meretricum, Aphrodiſia, & ſimilia. Aquarioli qui.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

DIEM factum meretricium, Aphrodiſia fuiſſe, docet Plautus in Pœn. *Ad ædem Veneris hodie eſt mercatus meretricius, eò conueniunt mercatores, ibi ego me oſtendi volo,* inquit meretricula. Idem in Aſin. 4. *Tum ſi coronas, ſerta, vnguenta iuſſerit ancillam ferre ſuam Veneri, aut Cupidini.*

Dies meretricius feſtus & mercatus.

Ex quo colligere licet, vt milites exauctorati arma ſua ad Martis; gladiatores rude donati ad Herculis poſtes ponebant, Paſtores fiſtulam Pani, Mulieres, vetulæ pectinem Veneri, perſonas Baccho Tragœdi emeriti ſuſpendebant. Item pueri prætextam Laribus, puppas puellæ Veneri, pugiles cæſtus Polluci, nautæ remum, & contum Neptuno, Muſici fiſtulam, aut lyram Pani:

Ita comeſſatores & puellæ, quæ Veneri militarent, languidas coronas demptas ſuo capiti Deo cuipiam muneri dediſſe; & quoties penſum ſuum abſoluiſſent, tot corollas ludicro cuipiam, & minorum gentium Deo donabant, vti Trepallo, Hermæ, Marſyæ. De Marſya meminit Seneca de beneficiis lib. 6. cap. 32. *Diuus Auguſtus,* inquit, *filiam intra pudicitiæ maledictum impudicam relegauit:* Hunc locum à me latius explicatum alibi videbis, *& flagitia principalis domus in publicum emiſit; admiſſos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comeſſationibus Ciuitatem, forum ipſum, ac roſtra, ex quibus Pater de adulteriis legem tulerat, filiæ in ſtupra placuiſſe, quotidianum ad Marſyam concurſum, cum ex adultera in quæſtuariam verſa, ius omnis licentiæ ſub ignoto adulterio peteret;* Plinius libro 21. cap. 3. *Apud nos exemplum huius licentiæ non eſt aliud, quam filia D. Auguſti, cuius luxuria noctibus coronatum Marſyam litteræ ipſius Dei gemunt.* Videndus Muretus ad locum dictum Senecæ, & alij ibidem. Marſyæ ſtatuam in foro poſitam, aiunt, vt eius aſpectu, & ſupplicio impij, & iniuſti litigatores deterrerentur. Ad hanc ſtatuam ſtatuebant vadimonia. Ideo Horatius Sat. 6. libro 1.

Corollæ donatæ à meretricibus operatis Veneri, Trepallo, Hermæ, Marſyæ. Marſyæ ſimulacrum. Senecæ locus.

Marſyæ ſimulacrum cur in foro poſitum. Vadimonia ad ſtatuam Marſyæ.

Surgendum ſit manè; obeundus Marſya, &c.

Notiſſimum eſt de Marſyæ contentione cum Apolline, illiuſque euentu, vt eſt in fabulis.

Athenis in foro, vbi agebantur cauſæ, Lycus quidam Genius, ex Zenobio, ſculptus ſtabat lupina facie. Apud hanc ſtatuam ſycophantæ pecunia corrupti verſari conſueuerant, veluti apud Deum quempiam, ſui quæſtus præſidem, eique in dies ſingulos triobolus ſacrabatur, hoc præſide gaudent improbi.

Sed meretricum deteſtare impudentiam, quæ nudæ ante fornices, & ſtantes etiam proſtabant; vnde proſtibulum dictum, quod ſtarent. Docet Seneca controuerſ.

Meretrices ſtantes ante lupanar.

Proſtibulum vnde dictũ. *Meretrix vocata es, in communi loco ſteti-ſti, ſtetiſti puella in lupanari.*

Marcellus optimè hunc morem explicat, dicens, Proſtibula dicebantur, quod ante ſtabulum ſtarent, quæſtus diurni, ac nocturni gratia. Plaut. Ciſtel. *Intro ad bonam meretricem, aſtat ea in via ſola, Proſtibula ſane eſt.* Non. Marcellus.

Meretrix honeſtioris loci & quæſtus eſt, nam meretrices à merendo dictæ, quod copiam ſui tantummodo noctu facerent.

Alicariæ meretrices. Feſtus, Alicariæ meretrices appellabantur in campis ſolitæ ante piſtrina alicariorum verſari quæſtus gratia; ſic eæ, quæ ante ſtabula ſedebant, proſtibulæ dicebantur, ego potiùs ſtetiſſe crediderim; tum quia id nominis ratio exigit, tum quia melius à ganconibus circumſpiciebantur. **Proſtibulæ meretrices. Stabulum quid.** Stabulum enim eſt meritorium, ſeu lupanar, quod inibi conſiſtunt. Horatius Sat. 2. lib. 1. optimè rem declarat,

Nulla niſi olenti fornice ſtantem, &c.

Nec tamen inficias ierim, aliquando proſediſſe; hinc dictæ illæ meretrices, proſedæ. Plautus. **Meretrices proſedæ.**

An vbivis inter iſtas verſarier proſedas?

& paulo poſt. *Quæ tibi olent ſtabulum, ſtatumque, & ſillam, & ſeſſibulum merum.* Ab honeſto, ad turpem morem hic mos deductus; honeſtæ enim fœminæ olim in veſtibulis, foribus, & liminibus domorum; vnde apud Virg. in 6. *Caſta Proſerpina,* dicitur, *limen ſeruare.* Propertius lib. 2. eleg. 6.

Honeſtæ fœminæ olim in veſtibulis. Cur honeſtæ mulieres in Gynæceis.

Et quæcunque viri fœmina limen amat.

Vnde mos appendendi ad poſtes, & ianuas amantium coronas, & flores de quo à me alibi. Locus hic liminaris ex honeſto, turpis factus, & quaſi proſtiturus vulgari libidini, traduxit honeſtas mulieres ad inferiores partes ædium, & Gynæcea.

Deuiũ ſcortum. Buſtuariæ mœchæ, diobolares erraticæ. Scortorum genus duplex; aliud Deuium (de quo Horat.) ideſt, non proſtitutum in propatulo omnium libidini, ſed honeſtius, minùſque vulgare. Contra verò Buſtuariæ, mœchæ dictæ, vulgaria, & diobolaria ſcortilla, erratica, inter buſta, atque monumenta penè in propatulo proſtantia, de quibus Martialis lib. 1. epigr. 35.

Abſcondunt ſpurcas hæc monumenta lupas.

Semitarij mœchi. Sic à Catullo dicti ſemitarij Mœchi pro ſcortatoribus viliſſimis, in agrorum ſemitis, ſub dio ſcortilla ſubigentibus. Summœnianæ etiam dictæ meretrices. Mart. lib. 3. ep. 82.

Summœnianas cœnas inter vxores.

Summœnianæ. Suburranæ mulieres. Summœnium enim locus in Vrbe, vbi frequentia lupanaria. Hæ fortaſſe illæ dictæ Suburranæ, quarum meminit Martialis lib. 6. epig. 66.

Famæ non nimium bonæ puellam,
Quales in media ſedent Suburra.

Et Horatius Epod. Iuxta hanc Suburram erat ſacra via, de qua Martialis libro 2. epigr. 63.

Sola tibi fuerant ſeſtertia Miliche, centum,
Quæ tulit è ſacra Leda redempta via.

Scrantiæ, Blitidæ, Diobolares. Dictæ deinum in contemptum Scrantiæ, Blitidæ, Diobolares, &c. Proſtibula. Plaut. Stich. *Proſtibuli eſt ſtantem ſtanti ſauium dare.*

Meretricum veſtes Athenis variæ, floridæ, ornatæ, Suid.

Nonariæ dictæ à Perſio Sat. 1. quod eâ hora pateret aditus ad lupanaria, cum antea clauſæ eſſent fores, vel ex more, vel ex lege, ea enim hora cuti curandæ olim deſtinata.

Meretricum domus *Ianua Orci,* vocatur à Plauto in Bacchide. Coma flaua meretricum erat, nigra matronarum; colligitur ex Iuuen. Sat. 6. de Meſſalina *flauo galero* redimita, vt lupis eſſet ſimilior. Mart. lib. 5. ep. 65. *tua flaua magis.*

Floralia, ludi meretricum. Ludi meretricum erant Floralia; primùm menſe Aprili celebrata; deinde in Maium tranſlata; qui ludi à fœminis nudis impudiciſſimis cum omni laſciuia verborum, & geſtuum celebrati: quorum Floralium actores vnum tantùm Catonem veriti: Legendus Ouidius 5. Faſtorum. De his ita Plutarchus in Pompeio, *Et quidem Floram referunt vſque adeo floruiſſe, ac fuiſſe celebratam, vt Cæcilius Metellus cum ſignis, & tabulis pictis ædem Caſtoris exornaret, vna illius pictam imaginem ob venuſtatem ibi dedicaret.* Sed lupæ in lupanaribus.

Floralia ergo Kalendis Maij celebrata, vnde mos inoleuit, vt paſſim plerique iuuenum eo die floribus Maium celebrent. Flora enim effìcta a Praxitele, cuius dextra flores fabarum, & ciceris præferebat: hæc putata Chloris, vnde Ouidius,

Chloris eram, quæ Flora vocor.

Hæc Zephyro nupta dotis loco accepit, vt haberet omnium Florum poteſtatem: hanc placabant Ludis Floralibus, vt fruges cum arboribus, & vitibus bene florerent.

Lupanaria in littore. Lupanaria olim in littoribus fuiſſe coniicio ex Quintiliano, *Fortaſſe etiam natus eſt ingenuus, fortaſſe raptus ex aliquo littore, prætextam fortuna reddidit.* Seneca controuerſ. probat nudas meretrices ſtetiſſe in littore quoque. *Nuda in littore ſtetiſti ad faſtidium emptoris.* Hic locus dictus, *Acta,* **Acta locus luxuriæ.** Acta enim littora amœna propriè dicunt & ſecreta, ex obſeruatione Cuiacij lib. 8. & Tullij verbis in Verrem; *Quod vbi nunciatum eſt, tametſi in Acta cum mulierculis iacebat ebrius.* Prudentius, lib. 1.

——— temulentus adulter
Inuenit expoſitum ſecreti in littoris Acta.

Ceramicum meretricum. Ex Scholiaſte Ariſtophanis in Equit. Ceramicum duplex Athenis, vnum, vbi erant ſepulcra bello occiſorum; alterum vbi proſtabant meretrices. Corinthiacæ (ex eodem) digno loco habitæ, videlicet in templo Veneris, vnde Laidis precium Corinthiacæ. *Maſtrillyum,* proſtibulum, locus vbi lenones verſabantur. **Corinthiacæ meretrices vbi.**

Sacrilegium maximè impium in Herodoto *lib. 2.* lego dicente, omnes penè mortales

Lupanaria in templis.

Iudicia olim in templis.

tales præter Ægyptios,& Græcos dare operam in templis rei Veneris, Romani etiam templa profanabant. Neque aliâ (credo) mente ſcriptum à Plutarcho in vitâ Camilli, *Iudicium de condemnatione Manly celebratum in luco Petilino: cum enim alibi non poſſet Camillus, lucum elegit ad audiendum reum, & peragendam actionem, quem antiquus Romanus loco templi eſſe ſciebat.* Vſitatum enim (ex Varrone, *lib. 2. de lingua Latina*) templis vti pro curia ad negotia tractanda, ad cauſſas, ad lites, Liuius lib.23. loquens de Annibale, & Capuanis,

Curia olim.

Egreſſus Curia, in templo magiſtratus conſedit. comprehendique Decium Magium, atque ante pedes deſtitutum cauſſam dicere iuſſit. Thucydides, *Ærarium eis erat Delos,& conuentus in eo templo fiebant.*

Iudices dicturi ſententiam intra velum ſe continebant, ne ſcilicet rei aſpectu iudices à recta, & iuſta ſententia ferenda amouerentur, vt notat Nouar. *Sched. l.5. cap.19.* ex Athenæo *l.13.c.22.*

De ærario à me alibi,& de pecunia, theſaurisque templis credita. Demum, vt meretricia loca cane peius, & angue, ſinguli deteſtentur, Plautinum adduco locum in Pœnulo.

Plauti locus de meretricibus.

An ibi vis inter iſtas verſarier
Proſedas, piſtorum amicas, reliquias, alicarias,
Miſeras, cœno delibutas, ſeruilicolas ſordidas,
Quæ tibi olent ſtabulum, ſtatumque,& ſellam,& ſeſſibulum merum,
Quas adeo haud quiſquam vnquam liber tetigit neque duxit domum:
Seruulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria,

Mandras luſtrati, Archimandritas hircoſos luſtralibus ſacris expiemus, hi dicti olim Aquarioli, mulierum ſcilicet impudicarum ſordidi aſſeclæ, & amantium internuncij. Septimius Florens; *Primo erant lenones,aquarioli, &c.* Apuleius Apol. *Hiſce auditis exacerbatus aquariolus iſte vxoris ſuæ ita ira extumuit.* Dicti ab aqua, cuius, cum Veneri operantur, miniſterio vulgo vtebantur. Lampridius de Commodo, *Gladiatoribus conuiuis aquam geſſit, vt lenonum miniſter.*

Aquarioli qui.

An quia in ædes aquam portabant? qua plurima egent ad balneum ſe ſeque eluendas mulieres. Hac occaſione iis, vt internunciis amorum vtebantur: Iuuen. *venit conductus aquarius.* Per diminutiuum, & contemptum dicti aquarioli. An quia ſtatim atque Veneri erant operati amantes, aqua ſe luſtrabant? Ouid. Amor.

Veneri operantes aqua vſi.

Neve ſuæ poſſent intactam ſcire miniſtræ,
Dedecus hoc ſumpta diſſimulauit aqua.

Cicero pro Cælio,

Ideone aquam adduxi, vt eam inceſte vteret?

Meretrices poſt ludos proſtitutæ.

Poſt ludos, meretrices omnium libidini, & licentiæ exponebantur, Iſidorus l.18.c.42. *Idem vero Theatrum, idem & proſtibulum, eo quod poſt ludos exactos meretrices ibi proſternerentur.* Statius 1.ſylu.in Satur.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Huc intrant faciles emi puellæ;
Hic agnoſcitur omne quod Theatris,
Aut forma placet, aut probatur arte.

Cotys dæmon apud Corinthios colebatur præſes effœminatorum, & impudicorum. Suid. 502.

Aphrodiſia Veneris.

Aphrodiſia Veneris erant ſacra, celebrabâturque à Cypriis auctore Cinyrâ, vbi qui ſacris Deæ initiabantur, pugillum ſalis, & phallum accipiebant; ipſi nummum offerebant, vt habet Clemens Alex. in Protreptico: Arnobius lib. 5. his verbis, *Nec non* (& Cypriæ) *Veneris abſtruſa illa initia prætereamus, quorum conditor indicatur Cinyras fuiſſe, in quibus ſumentes ea,certas ſtipes inferunt, vt meretrici; & referunt phallos, propitij numinis ſigna, donatos.* Floralia tamen vt à me alibi, meretricum feſta, in quibus Ædiles fabas, cicer, aliaque ſimilia in vulgus ſpargebant. Perſius

Floralia meretricũ feſta.

——— cicer ingere largè
Rixanti populo, noſtra vt Floralia poſſint
Aprici meminiſſe ſenes.

Flora meretrix.

Et quia ipſa Flora meretrix fuiſſet notiſſima, meretrices apertis, nudatiſque pudendis producebantur curſuræ, ſaltaturæ. Martialis lib.1.epigr.36.

Cur Floralia neſcit,& ſtolatum
Permittis meretricibus pudorem?

Committebantur, ſeu choreæ, ſeu luſus iſti, fœminarúmque nudarum diſcurſus, ſono tubæ. Iuuenalis

Nudæ meretrices in Floralibus.

——— Digniſſima certè
Florali matrona tuba. ———

Vide Dempſt. lib.2. c.20.

Gynæcocoſmi, ex Athen. lib.6. dicti fuerunt, qui petulantiores mulieres afficiebant mulcta, propoſita ſcriptura publica in platano in Ceramico. Subnecto quædam ad Veneris cultum ſeu ſuperſtitionem ſpectantia ex Nouar. *Sched. l.4. c.12.* Venus ab iis fœminis colebatur, quæ fuerant fornicatæ. Viri in Veneris cultu muliebrem habitum induebant. De Veneris ſacrificio ita ſcribit Arnob. *in Libano ſacrificantes vſque hodie turpiſſimæ Veneri vitulorum virilia amputant, & in eius ſacrificio huiuſmodi incenſa ſupponunt.* Phœnices verò, vt notat D.Aug. *de ciuit. Dei l.4.* donum dabant Veneri de proſtitutione filiarum. Veneris vero ſtatuam in foro poſitam narrat Plin. *l.35.c.12.* Fuiſſe autem, qui armatam Venerem in annulo ſculptam geſtaret, auctor eſt Dio hiſtor. *l.43.* cur verò myrtus Veneri dicata, Seruius ad eclog.1. Virg. diſertis aſſerit verbis. Vide Nouar. *Sched.*

ROMANO GARZONIO
Patricio Lucenſi.

DISSERTATIO XXVI.

De ieiunio Romanorum ex libb. Sibyllinis, Ægyptiorum, Hebræorum, Ethnicorum vſu recepto aliquando

quando valetudinis, & religionis gratia. Caſtum Cereris. Varia variorum Ieiunia. Statio quid in ſacris litteris. Quænam ſalutatio matutina, & quænam veſpertina. Quid Vale, quid Aue, diſcrimen horum.

Ieiunium ſanitatis gratia olim apud Ethnicos.

IEIVNIVM antiquis ethnicis fuiſſe in vſu valetudinis cauſſa, & religionis colligo ex Seneca ep. 68. dicente, *Alius leuat vomitu ſtomachum; alius frequenti cibo fulcit, alius interpoſito ieiunio corpus exhaurit, & purgat.* Suetonius in Aug. cap. 76. *Ne Iudæus quidem tam diligenter ſabbatis ieiunium ſeruat, quàm ego hodie ſeruaui, qui in balneo demùm poſt horam primam noctis bucceas duas manducaui, priuſquam vngi cœperim.*

Zenonem Citticum, qui nonagenarius obiit, ſubinde cibo tamdiu abſtinuiſſe dum inedia deficeret, Suidas refert Seuerus Imperator quolibet menſe die integro nil cibi admiſit. Diogeniana Stoicorum inedia neminem prætetit.

Veſpaſiani ieiuniũ ſingulis menſibus.

Idem in Veſpaſiano cap. 22. *Quamuis ad tuendam valetudinem nihil amplius, quam fauces, cæteraque membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio refricaret, inediamque vnius diei per ſingulos menſes interponeret.* Hæc de ieiunio bonæ valetudinis gratia: Religionis cauſſa apud Ægyptios fuiſſe, refert Athenæus lib. 4. cum inquit, *ego quidem malim, inquit Cynulcus, tentato illo ludo Thracio perire, quam iſtic apud vos, qui religiosè ieiunatis, expectantes dum ſol exoriatur, ſidus, ideſt, veſper.* Liuius lib. 6. Belli Macedonici, *Eorum prodigiorum cauſſa libros Sibyllinos, ex Senatus Conſulto, Decemviri cum adiſſent, renunciauerunt ieiunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoque anno ſeruandum.*

Oracula conſultutis ieiunium indicebatur; ita Tert. de Anima aſſerente, *ut cum apud oracula incubaturis ieiunium indicebatur:* & paulo poſt. *Sic enim, & dæmonia ſobrietatem expoſtulant à ſuis ſomniatoribus.*

Idem de Ieiuniis ethnicorum c. 16. *Sed & omnem Tapinophroneſim ethnici agnoſcunt, cum ſtupet cœlum, & aret annus, Nudipedalia denunciantur, magiſtratus purpuras ponunt, faſces retro auertunt, precem indigetant, hoſtiam inſtaurant. Apud quaſdam verò colonias prætereà annuo ritu ſaccus velati, & cinere conſperſi idolis ſuis, &c.* & paulo infra, *ſed benè quod in noſtris Xerophagiis blaſphemias ingerens Caſto Iſidis, & Cybeles eas adæquas, &c. Xerophagia,* erat ieiunium conſtans ex aridis cibis tantùm, ſeu crudis: ſtationes & ieiunia vſque ad veſperam, ſemieiiunia, vſque ad nonam: vide Pamel. ad Tertull. loco citato.

Hinc Theſmophoria feſta apud Athenienſes, vt eſt à Plutarcho traditum, io quibus Ægyptiorum more mulieres à cibis abſtinebant, humique iacebant. Comicus à piſtrino ferias eſuriales ſæpe proclamat. Amphiaraus vates cenſebat Sacerdotibus reſponſum clarum aut accepturis aut daturis die ſolido ieiunandum, & triduo vini vſu abſtinendum.

Horatius, etſi furtim in Ariſtippi præcepta relabens, totus Epicureus, & ſanna poſtica irrideus religionem nimis religioſam; innuit tamen, eſſe quædam ieiunia, in honorem Iouis inſtituta, *ſat. 3. lib. 2.* mater pro ſalute filij quartana laborantis precatur Iouem ita,

Frigida ſi puerum quartana reliquerit, illo
Mane die, quo tu indicis ieiunia, nudus
In Tiberi ſtabit.

Numæ abſtinentia.

Legimus Numam Pompilium, cum pro frugibus faceret, vſu carnium, & Venere abſtinuiſſe.

Iulij Cæſaris frugalitas.

Quæ ſacra cum poſteri tenuiſſent, anulum etiam digitis deponebant, nec ante repetere conſueuerant, quàm peracta ea frugum ſacrificia fuiſſent. Legimus & Iulium Cæſarem oleribus, leguminibuſque contentum ſæpe cœnitaſſe ob religionem, atque eos, qui Iſidis ſacris initiandi erant, dies decem carnibus peperciſſe, & vino; & Ægyptios feſtis quibuſdam diebus ieiunia ſeruaſſe, vt refert Plutarchus in *lib. de Oſiride, & Iſide,* allata in ea re Xenocratis ſententia.

Ægyptiorũ ieiunia.

Eorum Sacerdotes, vt habemus à Chæremone, ex eo tempore quo ſacris eſſent initiati, carnibus ac vino ſemper abſtinebant. Cretenſium Sacerdotes vllum cibum igne mollitum coctumque non ſumebant.

Sacra abſtemia. Sobrietatis commoda.

Athenienſes, teſte Polemone, ſobria, ſiue abſtemia ſacra Memoriæ, Muſis, Nymphiſque offerenda putarunt, nullo vini vſu. Sic enim meraciore potu memoriam obnubilari, ingenij aciem obtundi, virginitatis ſecreta tentari, demonſtratione ſymbolica oſtenderunt, Iunius *ant. 3. Prouerb.* 1. Alex. ab Alex. *lib. 4. c. 17.*

Ieiunium apud Hebræos erat abſtinentia ab omni cibo vſque ad veſperam, ſiue nonam horam. Eſſæorum autem ἐγκράτειαν, ideſt temperantiam, ſeu abſtinentiam, Philo Iudæus fuiſſe ſcribit, vt cibum, aut potum nemo illorum ante Solis occaſum ceperit.

Caſtum Cereris. Lacedæmoniorum ieiunium.

Eo tempore, quo ieiunium à mulieribus humi ſedentibus, vt notat Nouar. ex Plut. & ſacra Cereris celebrantur, pane veſci nefas fuit: hoc ieiunium dictum Caſtum Cereris. Lacedæmonij vno die ſe, & ſeruos, & animalia ieiunare decreuere; & quantum expendiſſet quiſpiam, tantum dare Samiis nolentibus ab obſidione recedere. Ariſtoteles *Oecon.*

In Creta ex Euripide apud Maiolum Iouis vates non modò carnes, ſed etiam cibos coctos non eſitabant, & Indorum Magi ad ſolis Sacerdotium euecti, carnibus, & vino abſtinebant, & nunquam

quam ſub tecto erant, ſed lineis velati ſob dio agebant. Ægyptij Sacerdotes carnibus, & vino abſtinebant. Gymnoſophiſtæ pomis ſolum, oryza, & farina alebantur. Serpens quoque ieiuni hominis ſaliua necatur, vt eſt apud Plin. *lib.* 38. *cap.* 4. Neſtea celebritas apud Græcos, in qua ieiunium ſeruabant, vt Ælianus 5. *variar. hiſtor.* tradit.

Myſtariū Iſi. dis ieiuniū.
Vatum ieiunium.
Trœzeniorū ieiunium.

Qui volebant ſacris Iſidis & Cybeles initiari, illis ieiunium 10. dierum indicebatur ex Apul. *lib.* 2. quo peracto phaſianis delicatiſque carnibus veſcebantur. Nouar. Amphiaraus ſummus vates iuſſit, ſacerdotes, qui reſponſa clare accipere, & ſincerè reddere vellent, integrum diem à cibo, à vino triduo abſtinere, Volaterranus *lib.* 13. *cap.* 55. Apud Trœzenios, qui ad Aridalſ aram rem diuinam facerent, & Deorum reſponſa peterent, per integrum diem cibo, à vino autem per triduum abſtinebant, Alexander, ab Alex. *lib.*6. Tarentini cum à Romanis obſiderentur, ac iam deditio ob rerum penuriam inſtaret, Rhegini cum in decimum diem ſuis ieiunia indixiſſent, victum Tarentinis dedere, quo diutius patriam ab hoſtibus defendere poſſent, ideoque cum Romani obſidionem ſoluere cogerentur; Tarentini in perpetuam eius rei memoriam ieiunij feſtum inſtituere, ex Æliani hiſtoria *lib.* 11. Locum pulcherrimum ſubnecto de ieiunio noſtro ex Iſidoro cap. vlt. lib.6. etym. *Ieiunium autem & ſtatio dicitur. Statio autem de militari exemplo nomen accepit, pro eo quod nulla lætitia, ſiue triſtitia obueniens caſtris ſtationem militum reſcindat, nam lætitia libentius, triſtitia ſollicitius adminiſtrat diſciplinam. Vnde, & milites nunquam immemores ſacramenti magis ſtationibus parent. Diſcernunt autem quidam inter ieiunium & ſtationem, nam ieiunium eſt indifferenter cuiuſlibet diei abſtinentia, non ſecundum legem, ſed ſecundum propriam voluntatem: ſtatio autem eſt obſeruatio ſtatutorum dierum, vel temporum, dierum, vt 4. Feria, &c.* De ieiunio Hebræorum, & aliorum videndus Nouar. *in Sched. lib.*8.*c.*16.17.

Tarentinorū ieiunium.

Statio in quo differat à ieiunio.

Aue, matutinum.
Vale, veſpertinum.
Aue, congredientis
Vale, diſcedentis.

Veſpertina ieiunantium cœna omiſſo prandio ad Aue, ſeu Vale veſpertinum me manu ducit, de quo à quibuſdam controuerſium. Et ad hanc rem, cum audio Chelidonem. Scrupulum mihi non exiguum Dionis hiſtoria in Adriano iniecit, his verbis, *Eúmque ſalutauit non verbo χαῖρε hoc eſt ſalue, quæ eſt matutina ſalutatio, ſed ὑγίαινε, hoc eſt, Vale, quæ veſpertina eſt, vſus.* Martialis lib.5. epig.61. vocat Aue, matutinum. At Aue apud Martialem erat congredientis, Vale verò diſcedentis, idem lib.9. epigram.8.

Dicere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,
Continuis volui quinque diebus Aue.
Non vacat aut dormit, dictum bis, terque reuerſo,
Iam ſatis eſt, non vis Afer auere, Vale.

Salue, vſurpatum à morituris: vnde illud Dionis in Claudio prolatum à reis damnatis, decertaturis in prælio nauali, *ſalue Imperator, pereuntes ſalutamus te.*

Vale, & ſalue coniungebant diſcedentes ab aliquo, quem nunquam eſſent viſuri. Sed Luciani Dialogus, pro lapſu inter ſalutandum totus, totum auferet ſcrupulum, Legantur, & alij; fiet hæc res tam clara, quam Solis radij ſolent in meridie cum ſudum eſt.

IO. PAVLO BONETTO Sacro Curioni.

DISSERTATIO XXVII.

Oſculum quid. Explicatus Apuleius, notatus Beroaldus. Oſcula libare, figere. Crines, & aures apprehenſi in deoſculando. Oſcula per anulos miſſa aliquando. Cogitabundi deſcriptio, Plauti Eulogium.

Oſculum ab ore quaſi paruum os.

NVLLI ignotum, oſculum ὑποκοριστικῶς, ab ore per diminutionem deflecti. Ouid. Metamor.1.

——Videt igne micantes
Sideribus ſimiles oculos, videt oſcula, quæ non
Eſt vidiſſe ſatis.

Martialis lib.11. epig. 92.

Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi.

Beroaldi lapſus.

Oſculū pro paruo ore.

Subſcribit Petronius Satyr. *Oſculum quale Praxiteles habere Dianam credidit, iam mentum, iam ceruix.* Omnes illius Deæ partes deſcribit, inter quas oſculum. Vnde Beroaldi lapſum quis non videt ad 3. Apul. in illo loco, *renitentibus, & hiantibus oſculis, & flagrantibus pupillis, &c.* qui interpretatur oſcula ore patulo, & rictu peruio impreſſa, ſuauia; labra ſiquidem, atque os ipſum deſcribit in delineanda, aut adumbrandum exprimenda pulchritudine illius. Quare hoc loco non φιλήματα ſed στομάτια, vel στόματα, Apuleio, buccula, ideſt, paruum os. Vnde idem et de Deo Socratis, ait, *Linguæ & dentium vallum, & ipſius oſculi venuſtas acceſſit:* ſic ille locus interpretandus, *oſcula libauit gnatæ*, ideſt, parua ora tetigit leuiter, paruum enim os muliebre eſt ornamentum, ſic Ouid. ſupra citatus 1. *Metam.* & Virg. lib.12.

Paruum os muliebre ornamentum.

Summaque per galeam delibans oſcula fatur.

Oſculū pro baſio.
Oſcula libare, figere, &c.

Non tamen inficias ibo, ſumi plerumque pro ipſis baſiis oſcula; quoniam in baſiando oſculum coarctamus, atque minuimus, & quaſi ex ore oſculum facimus: hinc illa, *oſcula libare, figere ingeminare*, & alia poëtis decantata, quibus ſuperſedeo, ne, dum rabulam inſector, garrulus audiam, & dum oſcula explico, Oſculanam patiar pugnam. Cedrenus vocat oſculum amoris φίλτρον.

Oſcula vt habet Lipſius *elect.l.2.c.6.* in omni fere parte corporis vſurpata. Primum in facie, ibique os, genas, oculos ſuauiabantur in abitu, & reditu, in gratulatione, imo in ſalutatione, & quotidiano occurſu; qui mos inualuit maximè ſub Auguſto; ſecundo manus oſculabantur, ſed non tamen, niſi potentiorum. Is mos etiam ſub libera republ. natus à blanditiis candidatorum prenſantium, rogantium, alienas manus oſculantium: parti autem auerſæ manus dexteræ oſculum imprimebant, ex Plinio. Viliores tamen & ſerui manus; alij oculos, genas, collum oſculabantur. Ab oſculatione manus nata illa formula. *Ad manum accedere.* Tertiò denique genua oſculati, imo & pedes. Raderus ad Mart.

Oſculaturi pueros auriculas apprehendebant.

Ad aurium curam, culturámque commendandam oſculaturi pueros priſci apprehendebant eorum auriculas, quod apud omnes tritum ſatis, peruulgatumque, at de crinibus apprehenſis Plautus Moſtel. *Soli cenſeo gerendum morem, & capiendos crines.*

Crines apprehenſi in oſculando amatoriè.

Amatoriè enim oſculandi gratia crines capiebant. Apud Plautum enim prehendere crines, & auriculas, eſt amatoriè, & blandè aliquem delinire, & permulcere. Ita locus ille Horatij Satyræ 5. lib. 1.

——*Aurem ſubſtringe loquaci.*

Aurem ſubſtringere quid. Horatij locus explicatus.

Explicatur, aurem ſenis loquacis leuiter tracta, vel molliter attinge; quod faciunt adulantes, & qui ſe amare ſimulant. Adnecto inaurem auriculæ, & noto ex Rhodigino *lib.3.cap.29.* Aurum in auricula geſtare nobilitatis inſigne fuiſſe, vt à me alibi notatum quoque, & aurium imam partem, *loben*, dictam memoriæ dicatam. Nato inde more, vt rapturi in ius aduerſarium, teſtes facerent, aliàs iniectio manus non erat, interrogabaturque, *Licet Anteſtari?* quaſi dicerent, *Memor eſto.* Aurium ſummam dictam, [illegible], in flagitiu deprehenſis, ignominiæ cauſa veteres præcidebant. Macrino Imperatori aurium alteram fuiſſe perforatam Maurorum ritu, vnde erat oriundus, Dion ait.

Aures cum auro, nobilitatis ſignũ. Aures tangũt in iudicium ituros. Auriũ ſumma præci a ignominiæ cauſa. Auris perforata Mauris.

Ideo aures perforatæ exprobratio fuere barbariæ. Sic Xenophon narrat quidem ſe vidiſſe aures Apollonidis, quæ ambæ eſſent, quales Lydorum, perforatæ. Erat & auris perforata ſignum perpetuæ ſeruitutis, vt apparet ex 21.cap. Exod. in Moſe. *Quod ſi ſeruo Dominus vxorem dederat finito ſexennio manumittebatur quidem, ſed vxor eius, & ex ea nati liberi erant Domini. Quod ſi amore captus vxoris, & liberorum ſuorum nolebat à Domino diſcedere, offerebat eum Dominus Diis, id eſt Iudicibus, eique ad poſtem applicato ſubula aurem perforabat, vt ei perpetuo ſeruiret.* Ab oſculo ad ſalutem.

Oſcula per anulos miſſa.

Nouus ad hanc rem ritus ſalutandi mihi Dionem percurrenti occurrit, in Ottone, ita referentem, *Hic vt cæpit placido, & leni ſermone, & facto ſimul, atque cultu indicare modeſtiam. Ad hæc, oſcula ad ſingulos ferè per anulos mittere.*

Maximinus, ex Capitolino, iunior porrigebat manum, genua ſibi oſculari patiebatur, & nonnunquam etiam pedes. Oſculabantur & epiſtolas ab amicis miſſas, & ad oculos admouebant. Buleng. *de Imper R.*

Vt interim Plautinum ſalem inſpergam his meis ſchedialmatis, quo faſtidium tuæ palæſtræ veluti condimento detergam, tædium leuem, ex eiuſdem penu cogitabundi, veluti ſuccidiam, expromo. At in anteceſſum tibi Virgilianum propono 7.Æn.

Cogitabũdi deſcriptio ex Virg.

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, ſoloque immobilis hæret,
Intentos voluens oculos: nec purpura regem
Picta mouet, &c.

Labiorum exporrectio cogitabundi olim geſtus, ita Satyr.

Labia exporrecta cogitabundis.

Atque exporrecto trutinantur fata labello.

Ex Liuio.

Liuianum appono etiam lib.9. *Cos. demiſſis in terram oculis tacitus, ab incertis, quidnam eſſet acturus, Legatis receſſit,* & lib.8. *Itaque veluti emerſo ab admiratione animo, cum ſilentio defixi ſteriſſent, &c.*

In bellariis vltimo loco appono Plautinum, tanquam ſuauiſſimum τραγῆμα.

Ex Plauto.

Vide quemadmodum aſtitit ſeuera fronte, curas cogitans,
Pectus digitis pulſat, cor credo euocaturus foras:
Ecce autem auortit, nixus læua, in femore habet manum,
Dextera digitis rationem computat, feriens femur,
Dextrum ita vehementer, quod facto opuſt, ægrè ſuppetit.
Concrepuit digitis, laborat cerebro, commutat ſtatum.
Ecce autem capite nutat, non exprimit, benè coctum aliquid dabi.
Ecce autem ædificat, columnam mento ſuffulcit ſuo.

Sales vides Plautinos nunquam ſatis laudatos. Hic ille (ex Lipſio) Muſarum, & Gratiarum hortus: linguæ, & elegantiæ in verbis Latinæ Princeps, ex Gellio: ex Varrone, Muſæ, dictæ loquuturæ ſermone Plautino, ſi loquuturæ Latinè; cuius virtutes recenſere ſi ante lucem occipiam, à primo mane, concubia ſit nox priùs, quàm ad poſtremam perueniam.

Plauti laus.

CÆSARI BVRLAMACHIO Patricio Lucenſi.

DISSERTATIO XXVIII.

Manus, & pectus diuitũ patronorum, & dominorum oſculabantur clientes, ſerui: quod etiam factitatum à candidatis, ambientibus, &c. Manus tactæ in gaudio. Genij vocati Patroni. Abigendarum muſcarum ritus. Deus Muſcarum Myodes.

Myodes. Apomyos. Muſcæ abſunt ab Olympiis,&c.

Manus oſculatæ honoris cauſa.

IN adoratione, manum priſcos ad os applicuiſſe, alibi à me dictum, religionis cauſa: tam honoris cauſa id factitatum, dico, & quo geſtu illi ſuos colebant Deos, eodem nos hodie dynaſtis, & fortunatis hominibus in ſalutandis vtimur. Nec ſolùm viliores clientes, & ſerui, diuitum, patronorum, & dominorum manus oſculaturi tangebant, vt notant Lipſius in electis *lib. 2. cap. 6.* Muretus, Pithœus; ſed hoc etiam obſeruatum à candidatis. Seneca epiſt. 118. optimè candidatorum refert morem his verbis. *Quàm putas eſſe iucundum, tribubus vocatis cum candidati in templis ſuis pendeant, & alius nummos pronuntiet; alius per ſequeſtrum agat; alius eorum manus dextras oſculis conterat, quibus deſignatus contingendam manum negaturus eſt; omneſ attoniti vocem præconis expectant.* At Deos veneraturi ſuam dextram ad os admouebant, vnde, adorare, dictum, quaſi ad ora dare dextras; vt ſignificarent à Deorum dextera, quam eo geſtu tangere ſe velle profitebantur, felicitatem omnem, & ſecunda omnia ſperare, atque prouittere, Lucianus Dial. de ſacrificiis. *At ſi quis pauper, is ita Deo litat, vt dextram duntaxat ſuam ipſius oſculetur.* Alij aliter verbum, adoro, explicant, vt adorare ſit, in terram procidere, & illam ore, & oſculo tangere, Græci cum προσκυνεῖν coniungunt illa πεσεῖν ἐπὶ γῆ, cadere in terram. De Tigrane adorante Pompeium Dio lib. 36. *Cadentem in terram, & adorantem.* Latini quoque; nam Liuius lib. 46. *Submiſit ſe, & oſculo limen curiæ contigit.* Hæc potius adoratio, quæ propria Deorum; mortalium verò ſalutatio. Curtius *lib. 8.* Iuſtinus *lib. 12.* aſſerunt Alexandum non ſe ſalutari, ſed adorari iuſſiſſe. Quod videbantur facere tenuiores; opulentiores enim, vt ex eodem licet colligere, thure, libis, bobus, & aliis victimis litabant. Hinc noſtra conſuetudo inualuit dicendi, tibi manus deoſculor: idest, ſalutem imperior, Suetonius in Auguſto cap. 94. *Ad quem omnia ſua deſideria referrent, eiuſque oſculum delibatum digitis ad os ſuum retuliſſent.* Plinius lib. 12. *Quandam religionem eſſe in dextra ceſtatur, qua oſculis auerſa petitur.* In hanc ſententiam Apuleius de Aſino aureo, ait, *tunc Iuppiter perpreſſa Cupidinis buccula, manuque ad os relata conſuauiat.*

Candidati manus oſculabantur.

Adorare vnde dictum.

Pauperes oſculādo adorabant.

Adorare eſt Deorum: ſalutare hominum.

Diuites thure, libis & bobus adorabant.

Auerſa manus oſculata.

Pectus etiam oſculabantur, vt ait Lucianus de moribus Philoſophorum, *Quidam faſtuſiores adorari etiam cupiunt,* & infra, *pectus, & dextram deoſculari,* in pectore enim conſilij ſedes, & cordis receptaculum, & animæ origo, vt multi aſſerunt.

Manus tactæ in gaudio.

Manus tactas in gaudio, & præcipuè dexteram, lego in Plauto, Menæch.

—— Teneo dextera Genium meum
Qui me aluit, & quaſi genuit.

Hinc etiam Patroni dicti Genij. Plautus Capt.

Patroni, & amici dicti Genij.

Cedo manum; manum! Gaude; quid ego gaudeam?

Et paulo infra.

Vin' te faciam fortunatum? cedo manum, bem manum.

In *Curcul.* vocat Phædromum Genium ſuum, & in eadem Comœdia

Tuum gnatum, & Genium meum.

Huic homogeneo, vt dicunt conglutinato, heterogeneum aliud de muſcis abigendis, quæ nobis æſtiuo tempore tantam faceſſunt moleſtiam, quod à me notatum in Pauſaniæ Eliacis prioribus, his verbis, *Proditum etiam eſt Herculem Alcumenæ filium Ioui patricientem, cum muſcas abigere non poſſet, vel quod ei primum tunc in mentem venerit, vel quod tralatitium fuerit, Abactori muſcarum, ἀπομυίῳ Elei vocant, hoſtiam mactaſſe, cum perlitatum eſſet, omnes repentè muſcas trans Alpheum deuolaſſe. Vnde ſeruatum ab Eleis, vt ad abigendas ex Olympia muſcas, idem ſacrum vſurparetur.* Quare importunus quilibet muſca dictus. Hinc prouerbium, *muſca importunior.* Harum Deus putatus Myodes, ita Plinius lib. 19. cap. 6. *Nullum animal muſca minus docile putatur, minoriſque intellectus. Eo mirabilius eſt Olympia ſacro certamine nubes earum, immolato tauro, Deo, quem Myodem appellant, extra territorium id abire.*

Muſcarum abigendarū ſacrum.

Muſcæ importunitas.

Muſca importunior.

Myodes Muſcarum Deus.

Antiphanes Syracuſius poëta, eos, qui in vrbibus, vt ſæpè fieri ſolet, inuocati, non inuitati, ad conuiuia accedunt, muſcis comparat, quæ in Olympiis aduolantes bouem fœdè feriebant. Muſca aliquando dicitur importunus hoſpes, paraſitus Plauti Merc. *Muſca eſt meus pater; nihil poteſt clam illum haberi.* Ælianus lib. 5. de Animali c. 27. ait, *Muſcas Piſæides, eo tempore, quo Olympia feſtum celebratur, inter tot ſacrificia & ſanguinis paſſim fluentis copiam, & carnes ſuſpenſas, quaſi Dei reuerentia metas diſcedere, ac vltra Alpheum flumen auolare conſueuiſſe. Ac ſoluto iam feſto vna cum mulieribus, (quæ & ipſæ lege, & imperio aberant) tanquam decreto aliquo; exules reuocatas in Elidem reuerſas eſſe.* Achorem, alij Acharon muſcarum Deum faciunt, cui Cyrenaicos (quibus muſcarum multitudo peſtilentiam, afferebat) dicunt, ſacrificare fuiſſe ſolitos, ac ſimulatque illi Deo litatum fuerat, protinus omnes interiiſſe, appellatuſque (teſte Rhodiginio *lib 22. cap. 2.*) ἀπόμυιος muſcarum abactor, à fugandis, pellendiſque muſcis. Videndus Plinius ſupra citatus, *lib. 19. cap. 6.*

Muſcæ dicti non vocati ad cœnam.

Muſca importunus hoſpes.

Muſcæ abſunt ab Olympiis.

Achoron Apomyos Deus muſcarum.

Sacellum Herculis in foro Boario eſt, in quo argumenta conuiuij Potitiorum, & maieſtatis ipſius remanet, nam diuinitus illo, neque muſcas, ex Solino, ingreſſus eſt: etenim cum viſcerationc ſacrificij litaret, Myiagrum Deum dicitur imprecatus, clauam verò in aditu reliquiſſe, cuius olfactu refugerent canes, virtus enim vel ſolo ſui odore terret, & fugat calumniatores. Pauſan. in Arcad. *In ea celebritate* (loquitur de ea quæ Palladi Tritonidi agebatur) *ante*

Myia

Myiagro ſacrificant, preces inter ſacra Heroi effundunt, Myiagrum inuocantes, atque ita facientibus nihil præterea moleſtiæ muſcæ afferunt. Meminit huius Solinus, & Gyrald. *Synt.* 1.

LEONARDO VERLATTO Iuriſconſulto.

DISSERTATIO XXIX.

Circumitores vigilum equites, & quo nomine indigitati. Vigilum vigilantia ſeuera, nulli ſine commilitone à commeatu regredi licitum, & alia de Militari diſciplina. Oracula capiendi ritus varij apud Græcos. Ægroti in Fano Æſculapij, & non ægroti aliquando dormiebant, de morbi euentu conſulturi. Tabellæ in eius templo. Oraculi reſignati pœna. Somnia de Rep. quanti. Vota quibus credita, narrata, &c.

Statij locus enodatus.

QVID ſentiam de loco Statij lib. 11. quia à te rogatus, ſententiam dico pedariam

—— *Monitu ducis acer agebat*
Amphion equitesq́; noctem, vigilataque caſtra
Explorare datus.

Equites circumitores vigilum.

Alludit ad priſcum morem in militia obſeruatum, vt equites vigilias circumirent, qui circumitores dicti, & [illegible], ſeu Peripoli, περίπολοι, quos vulgò dicimus, *Ronda*, horum erat vigilantiam vigilum tentare, explorare. Vigiles quaterni ſe diuidebant, ita vt ſinguli vigiliam vnam noctis obirent tres horas, quo vigilante, alij cubarent. Vigilantes ſtare tenebantur; ideo Paulus Æmilius ſuos ſine ſcuto ire voluit, ne eo innixi facilè in ſomnum laberentur, quare illis omnino interdictum, cuipiam rei inhærere. Seneca ep. 56. *Stans etiam aliquando pro vallo peruigilet, & ne pilo quidem incumbat.* Quia ſolet obrepere interdum ſomnus in aliquod adminiculum reclinati. Et ſtabant quidem inuicem aduerſi, ne ex inopinato expoſiti eſſent hoſtili captioni, ſi fraudulenter ad eos progrederentur.

Circumitores.

Vigiles ſtabant, nec pilis inhærebant, & cur. Vigiles aduerſi in ſtatione.

Vt verò vigilantiam commendarent militibus duces, Deum ipſum Martem vigilantem precabantur, exituri in bellum, dicentes, *Mars vigila.* Tum ad eius opem implorandam, ſic apud Plaut. ſeruus, qui vapulat, Fidem Veneris implorans, dicit, *Tuam fidem Venus, noſtra vigila*, & Valer. Flaccus, *Excubias Gradiue tene.* O Diſciplinam militarem religioſiſſimam.

Ex eodem Seneca *de ira cap.* 16. aliud admiratione dignum colligo, milites nunquam ad commeatum ſolos miſſos, & ſine commilitone regredi nunquam auſos; alioqui capitale admittebant crimen. *Piſo*, inquit, *cum iratus, duci iuſſiſſet eum, qui ex commeatu ſine commilitone rediret, quaſi interfeciſſet, quem non exhibebat.* De diſciplina hac præ cæteris videndus Lipſius *lib.* 5. *cap.* 9. de militia Romana, aliique.

Milites nunquam ſoli à commeatu, neque ad cōmeatum.

Sed quia, vt dicitur, præcidanea cum non prodeſt, proſit ſuccidanea, aliam ſuppono hoſtiam, vt hoc ſacrum peragatur, & Apolline litato, eius mentem perſcrutemur in oraculorum ritu, quem lego apud Pauſaniam in Achaicis his verbis. *Qui Deum colunt, Veſtam primum thure incenſo placant, deinde oleo infuſo lucernas accendunt, tum verò in ara dextera parte nummum patria nota ſignatum, appellant æreum, dedicant; vbi quid ex vſu fuerit rogarit, aurem ſimulacro admouet, inde foro abiens manibus aures premit, vbi à foro exceſſit amota manu, quam primum excepit vocem, eam ſibi oraculi locò ducit: eadem apud Ægyptios in Serapidis celebratur oraculi religio.* Et alibi hæc refert; *In proxima ſepultura, Herculis ſignum. oraculi ſortes capiuntur ex tabula per talos, qui conſulturi venère precatione ad ſignum peracta, votiſque nuncupatis talos ex ea, quæ in promptu eſt, copia, iaciunt quatuor ſuper menſam, inſcripti ſunt certis notis tali ſinguli, earum illi notarum interpretationem in tabulis ſimilitudinem ſequuti requirunt.* Alibi. *Pro Cereris æde fons eſt, ad eum per exteriorem tramitem deſcenditur, ibi oraculum maximè veridicum eſt, cognoſcuntur ex eo non rerum omnium; ſed morborum duntaxat euenta, &c.* Vnde mos ille ægrotorum, vt in ſomniis monerentur de ægritudine curanda, & modo; vt ipſemet Pauſanias *in Achaicis*, verbis planiſſimis oſtendit, & Plautus in Curcul. his verbis,

Oraculorum ritus varius. Veſtæ ſacrificium.

Manus ad aures admota in oraculo capiendo.

Euētus morboꝝ ex oraculis cogniti.

Ideo fit, quia hic leno ægrotus incubat,
In Æſculapi fano, is me exercuit.

In ſomnis moniti de morbis.

Et in eodem.

Migrare certum eſt, nunc è fano foras,
Quando Æſculapi ita ſentio ſententiam,
Vt qui me nihili faciat, nec ſaluum velit.

Dormiebant in templis vel ſi non ægroti. Plutarchus in Lucullo. *Troadem deuectus, dum Veneris in templo contubernaret, dormienti ferunt nocte Deam in ſomnis viſam dixiſſe, &c.*

Ægroti in Æſculapij fano dormiebant, & cur. Non ægroti etiam.

Non ſolum in Æſculapij templo dormiebant, vt curationes varias diſcerent, ſed etiam Apollinis: poſtea verò gliſcente ſuperſtitione Ægyptiaca Iſis, & Oſiris, ac Serapis, item Ægypti filij 50. in Apollinis Palatini templo locati eandem vim habere exiſtimati ſunt, vt docet doctiſſ. Caſaub. ad illud Perſij. Sat. 2.

Tabellæ in templo Æſculapij.

Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt.

Conſuetudo tenuit, referente Pontano in Atticis bellariis, in Græcia & Italia, vſque ad Antonini Imperatoris ætatem, liberatos morbis in æde Æſculapij tabellas ſuſpendere,

dere, & in iis remedia, quibus ſanitatem recuperaſſent ſcribere, ac Deo gratias agere. Mercurialis Gymn. lib. 1. cap. 1. exemplum huiuſmodi proponit, *Valerio Apro militi cæco oraculum reddidit Deus; acciperet ſanguinem ex gallo albo admiſcens mel, & collyrium conficeret, & tribus diebus vteretur ſupra oculos: & venit: & gratias egit*

Oraculi reſignati pœnæ:

publicè Deo. Ei vero qui oraculum Delphicum adierat, & oracula obſignata accipiebat, denunciatum erat ſupplicium, ſi tabellas ſoluiſſet, vnum de tribus, aut enim oportebat eum priuari oculis, aut manu, aut lingua, Suidas.

Oracula vbi edita.

Oracula aut in templis, aut in antris edi ſolita.

Sortes proiectæ in flumẽ.

Sortes etiam in aliquod flumen profundum iactatæ diuinandi gratia, & ob id in fontes dona quædam, ſeu accepti beneficij præmia coniiciebant, percepta ſorte diſceſſuri, non minus quam illi, qui oracula conſulebant, donaria votiua templorum ſeu tholis, ſeu parietibus figebant, ex Dempſt. *lib. 2. cap. 9.*

Somnia de Rep. maxima.

Somnia credebantur efficacia & rata de Republica (tanti ea facienda, quanti vos iure faceritis) ideoque qui ſomniaſſet de ea, per præconem ſequenti die publicè certos faciebat ciues de viſis, idque non ſine ſolemni expiatione. Quare ſomnia hæc loto corpore, oblatiſque victimis expiata, Silius Ital. lib. 8.

Quæ dum abigo menti, & ſub lucem vt viſa ſecundent,
Oro cœlicolas, ac viuo purger in antro.

Somnia quibus narrata.

Secundum hanc expiationem onirocritæ, ſeu coniectori ſua ſomnia narrabant. Huic officio plerumque vetulæ addictæ, quia ſuperſtitioſæ. Propertius lib. 2. el. 4.

Quæ mea non decies ſomnia verſat anus?

Narrabantur ſomnia ab Ethnicis Soli, vt habet ſcholiaſtes Sophoclis. Idem refert Rhodig. l. 27. c. 16. dicens. *Sed & illud apud Sophoclem obſeruatum eſt, veteribus in more diu fuiſſe, vt ſomnia auertentes, ea Soli denarrarent. Et quia de ſomniis iam diu commentamur, de ſomno illud non negligamus, fuiſſe apud Tergeminos Ardali aram, ſuper qua Muſis & ſomno rem diuinam peragebant, ſomnum aſtruentes eſſe Muſis Deum præcipue amicum.* Cum ſomnus ex abrupto interrumpebatur malum omen ab antiquis putabatur, vt refert Seru. ad 3. *Æn.* Aut Diis Penatibus domeſticiſque narrabant,

Vadit & hinc caſta narratum ſomnia Veſta,
Quæ ſibi, quæque mihi non nocitura forent.

Ventis credita vota.

Ventis aliquando credita, ſicuti & vota. Hinc finxere ventos Deorum eſſe nuncios, & vota hominum, preceſque ad Deos deferre, Ouid. Metam.

Rettulit aura preces ad me non inuida blandas.

Vota irrita à ventis diſcerpta.

Quæ autem vota irrita cadebant, ea dicebantur à ventis diſcerpta Virg. 9. Æn.

Multa patri portanda dabat mandata, ſed Euri
Omnia diſcerpunt, & nubibus irrita donant.

Ventos antiqui fecere Deos; hinc Orpheus hymnos eis canit, adolet thus, Boreæ ſcilicet, Zephyro, & Noto. Herodotus in Polymnia ait, inter cætera, quæ ex Oraculo Græci fecere ad expiandam Deorum iram in Perſarum deſcenſu in Græciam, eos ventis aram in Thyia ſtatuiſſe. Phœnix ventis templa poſuit, illiſque ſacra fecit. Æneas quoque apud Virg. Zephyris felicibus albam pecudem immolat. Vide Gyraldum.

Voti reus is dicitur, qui emiſſo, ſuſceptoque voto, ſe Diis obligauerat. Voti damnatus ille, qui voti compos factus eſt, remque pro qua votum emiſerat, conſequutus, atque adeo obnoxius manet, tenetur que ad ſolutionem. Alex. ab Alex.

OCTAVIO VRSVCIO Iuriſconſulto.

DISSERTATIO XXX.

Inſani Laribus porcum immolabant, & qui ab ea liberabantur inſania, & cur; & quomodo, aliter vocati Plauto, & aliis. Supplicia nulla de reis ſumpta noctu, nec feſtis diebus. Locus ſuppliciorum extra Vrbem; vbi & carnificis ædes. Coquorum locus pœnæ puteus. Cæada vbi, non abſimilis ſaxo Tarpeio. Decas, Tullianum, loca carceris quid, & de aliis carceribus Romanis, Græcis, Barbaris. Humanitas in capitales. Vinum datum morituris. Sacrificium de bonis damnatorum.

Stultorum plena omnia.

STVLTORVM plena omnia, ex Tullio,

Nimirum inſanum paucis videatur, eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodẽ.

Curatores dati ſtultis.

His olim curatores dati à Prætore. Horatius lib. epiſt. 1.

Inſanire putas ſolemnia me ——
Nec medici credis, nec curatoris egere
A Prætore dati.

Item Sat. lib. 2.

—— Interdicto huic omne adimit ius
Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.

Stulti ſua curare non poſſunt lege 12. tabularũ. Cerriti dicti ſtulti. Elleboroſi qui. Bibe elleborum prou.

Ad cognatos verò & gentiles deducendos mente captos autumabant; & lex 12. tabularum rerum ſuarum dominium illis interdicit. Hos Cerritos dictos à Plauto, quod à Cerere eſſent percuſſi, alibi elleboroſos, quod elleboro ille morbus curaretur, reperio. Vnde prouerbium *Bibe elleborum,*

Si

Si tribus Anticyris caput inſanabile——

Laribus porcum immolabãt inſani.

Sed etiam Laribus porcum eos immolaſſe elicitur ex Plaut. in Menæchmo his verbis.

Quibus hic pretijs veneunt porci ſacres ſinceri? nummum vnum; en à me accipe, iube te piari de mea pecunia, nam ego te inſanum eſſe certè ſcio. Horatius Sat. 3. lib. 2.

Non eſt periurus, neque ſordidus; immolet æquis
Hic porcum laribus.

Laribus ſacrificandi quis primus auctor.

Dionyſius Halicar. refert, quinam primus inſtituerit morem ſacrificandi Laribus ſue, his verbis, *Æneas ſue fætum vna cum matre Dijs penatibus primus ſacrificauit.* Laribus primitiæ immolabantur, vnde prou. Ab ipſo Lare. Vide.

Laribus pars cœnæ donata.

Partem cœnæ Lari, Diiſque offerebant, & in focum mittebant Lari ſacrum, quod erat libare dapes. Horat. 2. Sat. 6.

Ante Larem proprium veſcor, vernaſque procaces
Paſco libatis dapibus ——

Varro apud Nonium, *Quocirca oportet bonum Ciuem legibus parere & Deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας* Inde dicti à Plauto Dij patellares, quibus in patella libabatur. Tales Dij erant in Larario domeſtico Penates, & Lares. Turnebus *libro 6. capite 7.*

Lares putati iidem cum Penatibus, qui & publici vrbium, & priuati domorum, creditique pericula vrbium, & domorum imminentia depellere, atque his pueri pro familiarum ſalute immolabantur: ſequentibus temporibus, ex Maiolo, apud Romanos alliorum, papauerumque capitibus pro pueris, immutato ritu, illis ſacrificatum fuit. Canes præterea erant his dicati, vti etiam Dianæ, illis etiam focus erat conſecratus. Ludi Larium erant in vrbe, Compitalitij per compita ex Tibullo, & Ouidio. Dion. Halic. lib. 4. *ſacrificia compitalitia ſacra facientibus non ingenuos, ſed ſeruos miniſtrare voluit, quaſi hoc gratius eſſet Laribus.* Genij quoque placati per ſeruos. Erant & Lares Marini. Nonius, *ſuſpendit Laribus marinis molles pilas, reticula, ſtrophia.* Lares viales inuocati à viatoribus, vti & Mercurius, & Apollo Agyeus: in Larario non ſolum Lares ſeruati cum imaginibus amicorum, & clarorum virorum ſed etiam illis ſacrificatum. Picumnus princeps fuit Larium *Noſter* vocatus, & *Patrius*, & *Suus*, ab auctoribus. Diuerſus ab hoc erat *Familiaris*, cui cura foci, & familiæ, ideſt, ſeruorum, qui etiam in foco tanquam in præſentia Dei ſui cibum ſumebant, hic fortaſſe erat Saturnus. *Lar*, Hetruſca voce, præſtitem, & principem ſignificat, ex Scaligero ad Propertium. Hinc Lares dicti variarum rerum antiſtites. Lar cœleſtis, Iupiter, Ianus. Vnde Lares vrbium. *Viarum Lares*, Mercurius, Hercules. Sancius, Lex. Phiſol. Vide *Lar*.

Lariũ imagines in cubiculis. Qui cubiculares cuſtodes.

Larium imagines ſeruabantur in cubiculis, vocabanturque cuſtodes, quod percipitur ex Suetonio in Auguſto cap. 8. dicente, *Thurinum cognominatum ſatis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imaguncolam eius æream veterem, ferreis, ac penè iam exoleſcentibus litteris; hoc nomine inſcriptam, quæ dono à me Principi data inter cubiculares colitur.* Inter eas enim imagines eorum etiam, quos amarent collocabant. Plinius lib. 35. cap. 2. *Iidem & vultus Epicuri per cubicula geſtant, quibus imaginibus puer cuſtodia appoſitus.* Suetonius in Domitiano cap. 17. *Puer curæ Larium cubiculi ex conſuetudine aſſiſtens interfuit cædi.*

Vbi Lares, & quæ aſſeruata apud illos. Lararius puer, & quæ eius cura.

Has pone imagines gladios aſſeruabant ad caput poſitas; ſimulacra etiam Deorum tori genialis. Puer Lararius vocabatur, cuius cura hæc, vt omnia in Larario diligenter eſſent ordinata, dictus etiam magiſter, decurio Larium. Larium ſedes in Compitis lucorum, & vrbium. Turn.

Lararium verò domus ſacrarium, vbi Dij domeſtici & lares culti, cuique familiæ propitij, in hoc imagines maiorum, quas æreas habebant pictas, & coloratas, non integras, ſed capita humero tenus ſeruabant, quas in gentilium funeribus exportabant. Marcel. Don.

Decurio magiſter Lariũ. Liberi ab inſania Laribus ſacrificabãt. Maniæ, & Larium idẽ templum, & ſacrum. Lares Grundules.

Non ſolum igitur Laribus ſacrificabant porcum ſtulti, ſed & qui ſtultitia liberabantur; namque à Laribus Laruæ dicuntur: à Laruis Laruati, ideſt furioſi: vel quia Mania Larium mater; idcirco Maniæ, & Lares templum commune aramque communem habebant, & ſacra communia. Porcus autem ideò immolatus, quia Lares Grundules dicebantur, Romæque erant Grundules conſecrati ob porcam, quæ 30. peperit ſues.

Supplicium nullũ ſumptum de reis noctu.

Sequitur altera ſcena ſatis feralis, non tamen ab re, quia de re priſca, vſitata. Nullum ſupplicium de reis ſumptum noctu, ſed interdiu in omnium oculis, vt noſtra fert conſuetudo, ad exemplum, terroremque aliorum. Præter alios plurimos Seneca lib. 3. de ira cap. 19. diſertiſſimis innuit verbis. *Quid tam inauditum, quàm nocturnum ſupplicium? cum latrocinium tenebris abſcondi ſoleat, animaduerſiones quo notiores ſunt, plus ad exemplum, & commendationem proſunt*; ideò ſæuitiam C. Cæſaris deteſtans ait. cap. 18. *Quoſdam ex illis cum matronis, & Senatoribus ad lucernam decollaret.* Hinc Argentarius apud Senecam patrem Contr. *Age lege, ſcis* inquir, *quid dicat? interdiu age, in foro age.* Vbi tempus nota, & locum, vbi ſupplicia ſumenda; in foro, in omnium oculis.

Supplicia ſumpta extra portam Metiam. In foro etiã.

Sed de foro aliter vſurpatum, nam ſupplicia apud Romanos ſumi ſolita extra portam, ne frequenti cæde, ac ſanguine contaminari oculi ciuium, aut delibari videretur libertas, extra portam, inquam, Metiam, & Exquilinam. Plautus Caſ.

Ille edepol videre ardentem te extra portam Metiam.

Carnificis domus extra portam Metiam & Exquilinam.

Atque ideò carnificis domus extra vrbem fuit. Idem Plautus Pſeud. *Iam hic ero, verùm extra portam Metiam currendum eſt potius,* vt notat Muretus, Lipſius, & alij.

Quod lictores in vrbe peragebant, videlicet virgis, aut ſecuri plectentes, id δεξιολάβοι in militia. Manum nimirum iniicie-

bant

bant malẽficis, & ſontibus, eoſque apprendebant, quod nominis ratio manifeſtè explicat: inde δεσμοφύλακες dicti: & carceri quoque mancipatos, aut ad ſupplicium producendos cuſtodiebant, ſtipabantque, atque inde eos παραφύλακας interpretantur Græci, quod colligit eruditiſſ. Io. Meurſius in Lexico barbaro ex Conſtant. Porphyrog. & Suida. Lacedæmoniorum ritus diuerſus refertur ab Herodoto lib. 4. *Quoſcumque Lacedæmonij morte plectendos cenſent, eos noctu plectunt, interdiu neminem.*

Statis diebus ſupplicia ſumpta.

Sed non ſolùm interdiu capitales pœnæ exactæ (apud Romanos) ſed ſtatis diebus, non feſtis, at profeſtis, Seneca Declam. 4. lib. 5. *Sic*, inquit, *diebus feſtis intercedentibus, pœna ex lege dilata eſt.* Differebatur igitur in profeſtum, & negocioſum diem. Hinc Socratis ſupplicium dilatum poſt triginta dies, quòd illo menſe Delia feſta celebrarentur, vt in Epiſtolis refert Seneca. Apud Græcos etiam nefas ſumere diebus feſtis ſupplicium, licet ſumpſerint aliquando. Plutarchus in Phocione. *Phocion accerſito quodam amico, ait, an ne gratis quidem mori Athenis licere? petiitque, vt carnifici illud æris daret. Dies erat menſis Munychionis decimus nonus, ac pompam Ioui agentes præteruehebantur equites, quorum alij coronas detraxerunt, alij fuſis lacrymis fores carceris reſpexerunt. Exiſtimauerunt illi, qui non prorſus erant immanes peruerſaque ira, atque inuidia, animo rem maximè deteſtandam, quod non ſuſtinuiſſet illo die, neque à cæde publica, ſolemne agens, abſtinuiſſet Ciuitas.*

Supplicia nulla feſtis diebus.

Carcerum tria genera. Vrbanus. Rusticus. Caſtrenſis. Carcer vrbanus triplex cur. Cuſtodia militaris. Vincti dextra nexi.

Vt verò à carceribus ad calcem percurram, tanquam phylaciſta, carcerarium compendium relaturus, aio, Carcerum tria genera Romæ; Vrbanum nempè, Ruſticum, & Caſtrenſem. Vrbanus in Vrbe, vbi Ciues cuſtoditi. Ruſticus, ſiue ergaſtulum, vbi mancipia. Caſtrenſis in caſtris, vbi captiui catenati, fuit. Vrbanus carcer triplex pro triplici modo reos ſeruandi, vel enim in loco concluſo, ſed ſine militari cuſtodia, vt ſeruitia plerúmque, & plebs, aut cum cuſtodia militari; vel demum in ædibus magiſtratuum aſſeruabantur. Cuſtodia militaris frequentiſſima, tum Romæ, tum in Prouinciis. Vinciebatur autem dextra nexi ferreâ catenâ vnâ, & alterâ, quæ eiuſdem cuſtodiæ Præfectum læua manu alligatum tenebat; quod innuit Seneca de Tranquill. cap. 10. *Sed quid refert? eadem cuſtodia vniuerſos circumdedit, alligatique ſunt, qui alligauerunt: niſi forte tu leuiorem in ſiniſtra catenam putas.* Et epiſt. 5. *Quemadmodum eadem catena, & cuſtodem, & militem copulat.* Athenæus *lib. 5.* Ioſephus idem planiſſimè confirmant.

Duo milites cuſtodes rei.

Aliquando duo milites vni tantum reo cuſtodes dati, vt in Actis Apoſtolorum legimus de D. Petro c. 12. *Dormiebat inter duos milites duabus alligatus catenis, &c.* Suetonius in Domitiano non refragatur.

Tres in ciuitate carceres notat Plato 2. de legibus. *Cum, inquit, ſint carceres in ciuitate, vnus quidem in rerum venalium foro, vbi permulti aſſeruantur ne fugiant, alter iis, qui nocturnos cœtus habere ſolet, tertius in medio regionum, vbi deſertus & agreſtis locus eſt infamis.* Nouar. Sched.

Cuſtodis deſerentis reum pœna capitalis.

Pœna autem cuſtodis, ob auaritiam deſerentis reum, capitalis erat. Ita Paulus I. C. *Si pecunia accepta miles cuſtodiam dimiſerit, puniendus eſt.*

Primus carceris auctor Romæ. Tres carceres ex Rhodigino.

Carcerem Romæ Ancus Martius primus foro imminentem frequenté valde ad malorum terrorem ædificauit. Rhodig. erudiſſ. tria carceris genera conſtituit, vnũ, quò immodeſti, & indocti a doctis noctu erudiendi compellebantur: alterum, quò ære alieno oppreſſi, & petulantes detinebantur: tertium vbi ſceleſtiſſimi quique propediem plectendi aſſeruabantur.

Ceramos carcer. Labyrinthus carcer. Barathrum carcer. Galeagra carcer. Gorgyra carcer. Ancō carcer. Meſſeniorũ carcer Theſaurus. Termerio Carum.

Carcer à Cypriis Ceramos, ab Athenienſibus Labyrinthus, ſeu Domus, dictus. Ideò Appius Decemvir carcerem, quem conſtituit, domicilium plebis appellauit. Athenis Barathrum locus, in quem deturbati nocẽtes. Galeagra carcer Caligulæ, teſte Dione. Gorgyra apud Herodotum, eſt ſubterraneus carcer. Ancon, ἀγκὼν (ideſt cubiti flexus) domicilium fuit ergaſtularium in aula Gelimeris Tyranni obſcuriſſimum, in quod conjiciebantur, quicumque Infenſi Tyranno exiſtimabãtur. Apud Meſſenios carcer Theſaurus erat locus neque auram, neque lucẽ exterius excipiens, cuius nullæ fores, ſed intus ſaxo occludebatur. Termerio in Caria.

Carontica ianua quæ.

Carontica ianua pro quolibet carcere à priſcis vſurpata ſcriptoribus.

Coquorum, & furũ locus ſupplicij vbi. Hypogæum furum.

Coquorum rapacium & furum, locus ſupplicij dicebatur puteus, ſiue hypogæum, barathrum, Græcè λάκκος, in quo ſepulti poſt flagellationem. Colligo id ex Plauti Aulul. *Coqui abſtulerunt; comprehendite, vincite, verberate, in puteum condite.* Corax Bœotorum, Lethes Perſarum. Ita dictus carcer, quod ij qui in eum detrudebantur nunquam exirent veluti alta obliuione ſepulti.

Corax Bœotorum. Lethes Perſarum.

Tarpeium ſaxum Romanorum. Cæada fouea Lacedæmon.

Saxum Tarpeium, è quo nocentes præcipitati, iuxta Capitolium, non abſimile fuit Spartanæ Cæadæ. Cæada enim (ex Pauſania) eſt fouea dehiſcens Spartæ, in quam maximis criminibus damnatos præcipites agebant. De ſaxo Tarpeio hæc Plut. in Romulo, *Tarpeia ibi ſepulta, ab ea tumulo nomen inditum manſit vſque ad Tarquinij ætatem, qui eum locum dedicaſſet Ioui, reliquiis alio tranſlatis, Tarpeiæ nomen ſimul manſit, præter Capitolij ſaxum, quod & his temporibus Tarpeiũ vocant, è quo ſontes præcipitare ſoliti ſunt, &c.* Robur quoque Romæ, ſceleratus campus, Gemoniæ ſcalæ, Athenis hic locus præceps dicebatur, Acropolis; innuit hunc Seneca in Hippolyto actu primo, ſcena vltima. *An miſſa præceps arce Palladia cadam.*

Tarpeium ſaxum vndè dictum.

Acropolis ſaxum Athenarum.

Latomiæ quæ & vbi.

Syracuſis locus ſupplicij, in quem ſceleſti dejiciebantur, Latomiæ dicebantur, ita dictæ, quod in rupe eſſent à Dionyſio Tyranno exciſæ, Cic. in Verrem 7. *Carcer ille, qui eſt à crudeliſſimo tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ Latomiæ vocantur, in iſtius imperio domicilium Romanorum fuit.* Vnde apud Plautum *in Capt.* Tyndarus in Latomias lapidarias ab Hegione

Damnari ad Latomias, & metalla.

ne damnatur; hinc ad Latomias damnari, & ad metalla, de quibus alij pluribus, & erudite: & ego alibi: Plutachus in Niſia. *Athenienſes pleriqae in Latomiis morbo, & victu prauo abſumpti ſunt, ſiquidem hordei hemina bina, ſingula aquæ, illis in diem præbebantur, &c.* Decas carcer Ephororum: Plutarch. in Agide. *His auditis Ephori morte damnatum, vt in Decada ipſam deducerent, præcepêre: eſt autem Decas in carcere locus in quo morte damnatos ſtrangulari conſuetudo fuit.* Idem ibidem, *Similis huic locus Tullianus Romæ à Tullo Hoſtilio inſtitutus, vnde nomen accepit, noxiorum ſupplicio deſtinatus.* Saluſt. in Catil. *Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* Apud Meſſenios Theſaurus nuncupatur. Plut. in Philopœmene his verbis. *Tandem deportauerunt eum in cameram ſubterraneam, quam Theſaurum vocant, aeris, luciſque externæ expertem: nec habet ea fores, ſed ingenti clauditur ſaxo machina ſuperimpoſito, &c.* Cæada, καιάδας, locus apud Lacedæmonios, in quem ſontes dejiciebantur. Plutarchus in Agide. *In Caadam auferunt; is locus in carcere eſt, in quo iudicatos ſtrangulant.* De hoc Strabo *lib. 7.* Thucyd. 1. Pauſan. *in Meſſen.* Seſtertium verò apud Plutarchum in Galba locum fuiſſe reperio, in quem eos quos Imperator ſupplicio dediderat, abjiciebant. *Galbæ autem caput, Patrobij, Vitelliique ſerui dono dederunt, quod illi accipientes, vbi multifariam pulſaſſent, & omni contumelia affeciſſent, abiecerunt, quo ſolent eos, quos Cæſares ſupplicio dedunt. Is verò locus Seſtertium vocatur.* Hæc Plutarchi verba.

Decas carcer vbi ſtrangulati.

Tullianus carcer.

Theſaurus carcer Meſſeniorum.

Cæada carcer.

Seſtertium carcer.

Carcerem Senatori Rom. vltimum fuiſſe ſupplicium, Plutarchus in Cic. innuit his verbis. *Vt etiam immutatus Syllanus retractaret ſe, negaret capitalem ſe dixiſſe ſententiam. Vltimum enim Senatori Pop. Romani eſſe carcerem ſupplicium.*

Carcer vltimũ ſupplicium ſenatorum.

Carcer liber, erat, cum apud priuatorum domos vincti erant, ſub militari cuſtodia, non in publico carcere. Saluſt. in Catil. *Decreuit Senatus, vt abdicato magiſtratu Lentulus itemque cæteri in liberis cuſtodiis habeantur.* Hæc ergo dicta libera cuſtodia, quæ & militaris dicta, quod Centurioni alicui traderetur ſeruandus reus, vel Tribuno, vel militi. Hæc cuſtodia opponitur Carceri, qui erat plenus rigoris, & vincti compede tenebantur (quæ dicta caſtra) & catenis ad colla, manus, pedeſque.

Carcer liber qui.
Libera cuſtodia quæ.

Ægyptiorum pulcherrimum morem lego in Plutarchi Cleomene, miſſa nempe fuiſſe munera à Rege, & cœnam datam iis, quos carcere liberare volebat: en ipſa Plutarchi verba. *Ptolemæo fortè Canopum profecto, primò vulgauerunt rumorem, liberari eum à Rege cuſtodia. Deinde quod in more Regi eſſet, vt, quos erat carcere ſoluturus, cœna onbis. & munera mitteret, amici multa talia apparata miſerunt foris in Vrbem Cleomeni, quo circumuenirunt cuſtodes, qui iſta miſſa putabant à Rege, quippe ſacrificauit, participauit eis hæc liberaliter, impoſitaque corona accumbens amicis epulatus eſt.*

Liberati carceribus donati cœna.

Quos morte damnabant Romani, hos nec odiſſe nec amare iurabant. Non damnabant in conuiuio. Quare Senatu mouit Cenſor Cato L. Q. Flamininum, quod Placentiæ nobilem Boium transfugam, vel hominem damnatum, in conuiuio interfici mandaſſet. Impunes erant damnatorum filij. L. tamen Sylla primus eorum, quos proſcripſerat, filios magiſtratu abdicato Senatu eiecit, & Tyrannorum liberos interfecere Græci. Stipem olim collectam pro detentis in carcere colligimus ex Libanij orat. 19. tom. 2. *In carcerem*, ait, *detrudunt, ac pro illis ſtipem colligunt, ac ſuppeditant commoda.*

Alexandrini reges capite damnatis, pridie quàm ſecuri ferirentur, munuſcula quædam mittebant, quibus videlicet erga carceris cuſtodes, aut à quibus beneficij quippiam accepiſſent, gratos ſe oſtenderent. Perſius.

Apud Romanos ſi qui nefarij vltra morem fuiſſent, & aliquo inſolito polluti crimine, plumbo necabantur vel vnco pertrahebatur ad Gemonias ſcalas. De hoc pœnæ genere vide Cuiacium *lib. 7. Obſeru. capit. 13.* Horatius vtrumque pœnæ genus complectitur illis verbis libro 1. Odarum.

Plumbi liquefacti ſupplicia.
Vncus & Gemoniæ ſcalæ.

——— *Nec ſeuerus*
Vncus abeſt, liquidumque plumbum.

De vnco Iuuenalis ſatyr. 10.

——— *Seianus ducitur vnco*
Spectandus.

Vide Senecam *de Tranquill.* & alios multos, qui de pœnis Martyrum agunt, & me alibi. Theſſali habebant locum ſuppliciis deſtinatum, cui nomen Corui; ex quo noxij agebantur in præceps, quod Zenodotus in collectaniis auctoritate Menandri confirmat. Perſæ item habebant carcerem nomine Lethen, & domicilium cineribus plenum, ad quod nemo niſi moriturus accedebat. Æthiopibus Macrobiis, locus erat noxiorum Heliotrapeza nomine, reos autem aureis catenis hæc gens deuinctos tenebat. Herodotus in Thalia. *Deinde à fonte Rex iſtos ad carcerem deduxit, vbi viri omnes aureis vinclis erant alligati, eſt enim apud hos Æthiopes omnium rariſſimum, ac pretioſiſſimum, &c.*

Coruus ſupplicium Theſſalorum.

Lethes carcer Perſarũ.
Heliotrapeza carcer Æthiopum.

Ex noxiorum bonis ſacra Diis exhibita fuere. Ad beſtias etiam damnati ſceleſtiſſimi homines, qui beſtiarij dicti, tenebantur autem cum beſtiis depugnare.

Bona noxiorũ Diis dicata.
Ad beſtias damnati.
Beſtiarij qui.

Damnatis denium imagines ademptæ. Dio quoque Vitelli ſtatuas in carcerem tractas fuiſſe memorat, vt alibi innuo.

Patricidas Romani culeo incluſos cum gallo gallinaceo, ſimia, & vipera in mare præcipitabant. Primus fuit tanti ſceleris reus M. Malcolus. *Ægyptij illos per ſingula membra acutis calamis impetebant, & ſic innumeris ictibus dilaniatos ſuper ſpinas comburebant*, Diodorus Siculus lib. 2. cap. 3. Patri autem, filium qui occidiſſet, hæc pœna conſtituta Idem ibidem. *Patribus qui filios occiderent, non erat pœna mortis indicta, ſed tribus diebus, noctibuſque continuis*

Patricidarũ pœna.
Patricida primus.

edi

edictum, vt circa defuncti corpus aſſiſterent, publica etiam cuſtodia aſtante, &c. Cuiuſlibet vel maximi ſceleris rei apud Indos nullam ſubibant pœnam, niſi quod a Rege tonderi iubebantur. Aliis ſuppliciorum generibus abſtineo, alibi tractaturus.

Pœnæ Indorũ tonſura.

Supplicio afficiendis cum ad crucem ducerentur, veriſimile ducit eruditiſſimus Cerda Aduerſ. capit. 177. ad doloris magnitudinem minuendam, pias aliquas matronas vinum protuliſſe, atque eam fuiſſe populi Iudaici conſuetudinem colligit ex variis Scripturæ locis, & Seruatoris noſtri potu recuſato in extremo illo vitæ ſupplicio pro maculis noſtris eluendis. De bonis damnatorum fieri ſacra Iſidorus in 6. meminit, & Feſtus. Hine etiam ſacer homo, ſacra bona, & ſacrum pro execrando ſumptum, quia ſacræ res de bonis execrandorum fiebant. Iſidorus *lib.5.* Vinum verò damnatorum nullum eſt aliud ex Pontano in Atticis bellariis, niſi illud, quod ex damnatorum mulcta, & ſupplicio comparabatur, ex quo Diis ſacrificare, ac proinde conuiuari etiam peracto ſacrificio veteres conſueuêre.

Vinum datũ morituris.

Sacrificium de bonis dãnatorum.

Vinum damnatorum.

STEPHANO LAMBERTO Iuriſconſulto.

DISSERTATIO XXXI.

Propinandi mos antiquiſſimus, vnde originem traxerit. Formula propinandi. Amantes nominati in compotationibus. Quota pocula exhauſta. Cibus, & pocula æqualiter diuiſa. Penuaria Ancilla quomodo dicta, Eius officium. Inuerſio poculorum, & alia. Amantium mores varij ad ianuam. Amaſiarum carmen flebile. Imagunculæ ad ianuam amantium.

Propinare quid.

PROPINARE, προπίνειν, propriè ex Athenæo eſt τὸ ἕτερον πρὸ ἑαυτοῦ δοῦναι πιεῖν. Alteri pro ſe dare bibere, antequam quis bibat. At nunc propinare, vt olim etiam, eſt præbibendo alios ad bibendum inuitare, ſeu præguſtato leuiter vino poculum alteri offerre; ita intelligendus Iuuenalis Sat.5.

Propinare ſeu prægustare.

> ——— *quando propinat*
> *Virro tibi, ſumitque tuis contacta labellis*
> *Pocula* ———

Propinabat ſemper dignior, & Sympoſiarcha cæteris. Hic ritus propinãdi, atque apud Hebræos, Græcos, atque apud Romanos inualuit. Hæc ſunt Philoteſia, amicitiæ, beneuolentiæque ergo inſtituta; hinc ille crater Philoteſius, de quo alibi. Huius finis

Quis primus propinaret.

Philoteſia.

Propinationis finis.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

laudabilis: quia ob amicitiam vel ineundam, vel fouendam.

Philotheſio ſiquidem cratere conciliantur amicitiæ, vt apud Germanos laudabiliter fit. Apud Plaut. in Pſeud. ſeruus ebrius Diis proximum putat, manu candida cantharum dulciferum propinare mitiſſimam amicitiam, & hoc fortaſſe erat, *Potare more Græco.* ex Pediano in Verrem, non grandioribus, ſed meracioribus poculis. Græci enim libantes in conuiuio prius Deos ſalutant, paululum è cyatho profundentes, dein amicos ſuos; totieſque bibunt merum, quoties Deos, aut caros ſuos nominatim vocant, quaſi in Philoteſio cratere, vt ait Plut. de fortuna Alex. miſcentes vitas, mores, coniugia, ac viuendi rationes. Hinc illa Phiditia, Syſſitia, de quibus alibi.

Ne tamen frequens nimis ad potum inuitatio ebrietatem induceret, apud Ægyptios, & Sybaritas moris fuit ante omnia ſumere cramben coctam. Suidas ſcribit illam ſolitam in menſis apponi. Quibuſdam mos erat ex amethyſtino vaſculo crambes ſemen ante compotationem capere, quo citra periculum ebrietatis, vino indulgere poſſent.

Antidotum contra ebrietatem.

Crambe appoſita menſis.

Propinantes Deum quempiam, aut hominem omnis cauſa præfabantur. Sic apud Lucianum in Lapithis Alcidamus Cynicus ſponſæ, Herculis nomine propinat. Horatius Od.19. lib.3.

Propinantes quem inuocare ſoliti.

> *Da lunæ properè nouæ,*
> *Da noctis mediæ, da puer auguris*
> *Murenæ: tribus aut nouem*
> *Miſcentur cyathis.*

Tres igitur cyathi, totidem Gratiæ: aut nouem, totidem Muſæ, non autem quatuor, vt habet adagium. *Non quatuor bibenda.* Nam Deus numero impare gaudet.

Pocula tria cur.

Pocula nouẽ cur.

Apud Patres ſanctos, & Eremitas in compotationibus præfabantur, Συγχώρησον, *Ignoſce*, vt notat Sozomenus, & Heriber.

Prælibo poculum, eiuſque tibi materiam primam præmonſtro, videlicet corneam, è cornu enim antiquitus potabant. Athenæus *libr.* 5. Priſcos atque primos homines fama eſt boum cornibus olim bibiſſe, poculis inde factis intellige: liquet hoc ex eo quod adhuc, dum aquæ vinum permiſcent, κεράσαι dicunt, ἀπὸ τοῦ κέρως, à cornu; & vas, in quo vinum miſcetur, craterem appellant, ἀπὸ τοῦ κέρατος. quaſi κεράτινον corneum, quoniam in cornua potio fundatur. Teſtes adducit Xenophontem, Pindarum, Æſchylum, & alios.

Pocula è cornu.

Poculorum menſura triplex.

Menſura potus varia, communis triplex, Sextans, Triens, Deunx. Sextans temperatorum (vt Budæus vult) erat legitima menſura quotidiani potus. Deunx intemperatorum. Martialis libro 12. epigram. 28.

Quatuor pocula cur non potata.

Sextans legitima mẽſura vini.

> *Sextantem poto, tu potas Cinna deuncem,*
> *Et quæreris, quid non, Cinna, bibamus idem.*

Sextans ſex vnciarum. Deunx 12. Sex-

Deunx intē-
perātorum
poculum.

tantem ſexies ori admouiſſe Auguſtum in conuiuiis publicis, etſi ſobrium, refert Cornelius Nepos. Sextans igitur maximè in vſu repetitus, credo quinquies, aut ſexies. Deunx verò, & Triens intemperatorum. Indicat hoc ſæpe mentio facta ſextantis. At Trientem magis in vſu fuiſſe teſtatur Mercurialis, quæ erat quarta ſextarij pars, ex quo infero Sextarium fuiſſe forſan potius menſuram, quam in cœna quotidie ſumebant, quanquam in quatuor partes, ſiue circiter, trientes quatuor diuidebant.

Triens intē-
peratorum
poculum.

Tot pocula
exhauſta
quot digiti
in manu.

Tot cyathos bibebant aliquando, quot digiti ſunt in manu, ideſt, quinque. Plaut. in Sticho. *Vide quot cyathos bibamus. St. quot digiti tibi ſunt in manu*; ideò ſubiiciebant cantionem, *Aut quinque bibe, aut ter, nec quatuor*. De hoc à me alibi.

Propinandi
mos anti-
quus, & vnde
initium ha-
buit.
Philotesia
ſolemnis
cōpotatio.

Antiquiſſimus fuit propinandi mos in conuiuiis, vt colligitur ex Plauto Curcul. *Propino magnum poculum.* Quæ conſuetudo inde initium habuit, quod Græci in ſolemnioribus compotationibus, quas Philotesias appellabant, aurea, argenteaque pocula proferri, & vino impleri iubebantur, eaque prægustata, cui viſum eſſet, dono offerebant. Liberalibus feſtis Romani tot cyathos bibebant, quot annos alicui precabantur. Ouidius lib. 3. Faſt.

Liberalibus
mos propi-
nandi.

Sole tamen, vinoque calent, annoſque precantur
Quot ſumunt cyathos, ad numerumque bibunt.
Inuenies illic, qui Neſtoris ebibat annos,
Quæ ſit per calices facta Sibylla tuos.

Liberalia feſta, Bacchanalia, Dionyſia, Orgia, dicta. Sane Liberalia, & Bacchanalia non eodem tempore fiebant, nam Liberalibus togæ pueris dabantur 16. Kalendar. Aprilis, ſic dicta ex Varrone, quòd per totum oppidum eo die ſederent Sacerdotes liberi, & anus hedera coronatæ cum libis, & foculo pro emptore ſacrificarent. Bacchanalia verò ſingulis menſibus, quæ ſublata fuere à Poſthumio Cos. propter dedecus.

Pro ſalute
Principis
potatum.

Bibebant autem modò pro ſalute Imperatoris, vt indicat Dio, qui Auguſto inter alios hunc quoque honorem decretum ait, vt pro ſalute eius in conuiuiis biberent. Aliquando ob felices ſucceſſus amicorum, vt Horat. Od. 19, lib. 3.

Da puer Auguris Murenæ.

Potatum pro
felici euentu
amicorum.

Potatum etiam in amicorum gratiam abſentium. Tibullus lib. 2. eleg. 1.

Sed benè Meſſalam ſua quiſque ad pocula dicat.
Nomen, & abſentis ſingula verba ſonent.

In circulo
bibere quid.

Verum pocula miniſtrata à ſummo ad infimum, initio facto ab vno ex conuiuis, qui in ſummo accumberet, & in orbem circumlato poculo, ad eum, qui in imo lecto diſcumberet, quod Athen. dixit, ἐν κύκλῳ πίνειν. Inter potandum prægustatum poculum alteri traditum ex Hom. Il. 4.

Formula
propinandi.

Formam propinandi deſcribit ſic Plautus Stich. *Benè nos*, ſcilicet, valere precor, *Benè vos, Benè te, Benè me. Benè noſtram etiam Stephanium.* Ex quibus etiam amantes ſemper nominatas percipio, &c, cum in nomine *Stephanium*, decem litteræ continerentur, totidem pocula quiſque bibere tenebatur, vt apud Martialem, *Septem Iuſtina bibatur.* Cantiu tamen in conuiuiis plerumque, & cantio Græca. ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία πίνειν, ἢ μὴ τέτταρα, *aut quinque, aut tria bibenda, nunquam quatuor.* Antiquitatis eruditiſſimus indagator Athenæus, vel Athenæi Eclogarius longè antiquiorem hunc ritum propinandi recenſet his verbis, (Latinè refero) *Salutabant etiam olim ſe mutuò propinantes; & ſoluere iubebant. Achillem etiam quidam accepit, nempe ipſi propinans poculum dextra obtulit. De ſua potione quiſq; largiebatur, quibus eſſet libitum, ſic Vlyſſes de tergo, quod appoſitum ſibi fuerat, reſciſſam partem Demodoco dat.* Et paulo ſuperius. *Vt autem Cereris beneficio largior annona fuit, cibum ex æquo ſingulis exhibuerunt, quæ res ad modeſtiam cœnas reuocauit, homineſque impulit, vt æqualiter panem, & bellaria partirentur, &* [illegible] *quod alia non eſſent aliis capaciora pocula bibitarum partis magnitudinis fierent.* In quibus vides partem cuique æquā diſtributam, poculum æquale omnibus, præterquam, cum omnes de eodem biberent poculo. Horatius Sat. 6. lib. 2. planè, & apertis tibiis deteſtatur hunc morem, vt alienum à conuiuali modeſtia.

Propinandi
mos anti-
quiſſimus.

Cibi æqua-
liter diſtri-
buti.
Pocula parta
appoſita.

——— *Prout cuique libido eſt,*
Siccat inæquales calices conuiua ſolutus
Legibus inſanis.

Plutarchus in Apophth. Lacon. *Sorte quadam* (Ageſilaus) *in conuiuio magiſterium nactus, pincerna interroganti, quantum cuique conuiuarum vini iuberet apponi, &c.* Etſi hæc lex non ſemper ſeruata.

A vini diuiſione ad ciborum verto ſermonem: æquam enim cibi partem ſibi vendicant atque pocula in conuiuiis. Structores dicti, qui cibos diuidebant, à ſtruenda menſa. Virgilius, quibus ait,

Structores
qui.

Cura penum ſtruere. ———

Græcè dicti Chironumi, qui docebantur à magiſtris hanc artem profitentibus. Seruis olim hoc officium demandatum. Seneca epiſtol. 47. *Alius*, inquit, *precioſas aues ſcindit & clunes certis, ductibus circumferens eruditam manum, & in fruſta excutit.* Vbi de ſeruis loquitur. Integra nonnunquam animalia coquos appoſuiſſe Perſas, ex Herodoto, & Athenæo *lib.* 4. ex Macrobio Romanos lego. Rullus primus Romæ integrum aprum appoſuit, cui conſultum lege Fannia, ſed fruſtra. Munus diuidendi cibos apud Græcos erat, τῶν μαγείρων, coquorum, Apud Lacedæmone κρεοδαιτῶν primorum virorum carnium diuiſorum. Idem Plutarch. de hoc optime diſputat in Probl. *Laudabiliaſne fecerint maiores certis portionibus, an recentiores communibus dapibus victitantes.* De hoc diſputatur in vtramq; partem. Lege; ipſe iudica, cui iudicium non fallax. Miſſas aliquādo ſuper portionibus ſortes reperio apud Plut. in Catone Minore his verbis.

Chironomi.

Seruorum
officiū cibos
diuidere.

Integra ani-
malia appo-
ſita menſis.

Coqui diui-
ſores.

Diuidendine
cibi cōuiuis.

Sortes iactæ
ſuper portio-
nes.

verbis *In cœnis ſortem mittebat de portionibus. Si fors ipſum deſtituiſſet, amicus, vt primam tolleret, inſtantibus; parum id, ait, conuenire inuita Venere.* Hinc prouerbium illud. *Priusquam ſortiaris, communia deuoras.*

Ancilla penuaria promus, & eius officium.

A Cellario me vocat Ancilla penuaria, vt partiariò agam ex æquo. Ancillam penuariam ibidem reperio dictam promam, cuius erat, apud Homerum reliquias colligere, & analecta ex conuiuiis, vt, ſi quis nouus hoſpes ſuperueniret, eſſet, quod daret. Mirare priſcam frugalitatem, & ſeruorum raram turbam: antequam Aſiaticus luxus, & luxuria inuaderet homines. Analecta inſuper data hoſpitibus. Aliam tamen formulam propinandi, & diuerſam à ſupra dicta, obiicit mihi Vlpianus apud Athenæum libro 10. his verbis.

Formula alia propinandi.

——— Hanc ego
Plenam pateram amicis meis, quos nominatim
Appellans totam præbibo, beneuolentiæ
Certum pignus.

Inuerſa pocula in ſympoſiis.

Totam dicit, quia bibentes inuertebant poculum, vt ego oculatus teſtis vidi in Germanicis epulis, & comeſſationibus; alibi etiam. Ita Virgilius Æneid. 9.

Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.

Idem Plautus in Stich. ſupra citato.

Vide ſubitus vel cadus verti poteſt.

A Baccho ad Venerem (ſine illo hæc enim friget) à vino ad amorem progredior, & eidem lineæ inſiſto, vt huic amicam coronidem faciat capiti. Plutarchi Eroticus de amantium moribus variis diſſerit,

Amantum ritus varij.

Quid vero prohibet, quin commiſſatum ad fores eius ipſa eat, cantet carmen, quod a fletu ad ianuam vocatur, παρακλαυσίθυρον: *imagunculas ſertis ornet, omni conatu cum riualibus decertet.* Et paulò infra. *Simul & mulieres intus Bacchoni chlamydem diripuerunt, & nuptialem iniecerunt veſtem, ſerui autem circumcurſitantes, olea, lauroque fores, non Iſmenodora modo, ſed Bacchonis etiam redimiuerunt, & tibicina canens per vicum tranſiuit.* Quæ verba morem amantium innuunt de carmine flebili ad ianuam amaſiarum; de imagunculis coronatis cum cantu ad eandem: de veſte nuptiali; de ſeruis, olea, lauroque fores ornantibus, & aliis, quæ lector per ſe norit, dum legat, quæ ille, aliique habent de conuiualibus, & amatoriis: ne aliud agens à linea excidam, neue ad faſtidium vſque decantata nolenti obtrudam æque, ac volenti.

Imagunculæ coronatæ ad ianuas amaſiarum.

Solebant amantes periculum facere, vtrum redamarentur, necne, compreſſo, & colliſo digitis papaueris folio, quod ſi ſonitum ederet, ſe redamari dicebant; ſi non ederet, ſe non redamari. Idcirco folium papaueris [illegible] quaſi [illegible], modò πλαταγώνιον à ſonitu nuncupatur, & πλατάγημα eſt ſonitus ipſe. Interp. Theocr.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

PHILIPPO MEIO
Patricio Lucenſi.

DISSERTATIO XXXII.

Lucernis vſi Hebræi, Romani diebus feſtis, ad portas appenſis. Vnde hunc morem mutuati vtrique. Matutinæ preces Ethnicis in vſu, & à quibus hic mos emanarit. Veſperi etiam Indis, de quibus pulcherrimus locus in Luciani Dialogo de Salutatione. Matutinæ, & veſpertinæ preces. Templa diluculò aperta. Ante menſam, & poſt factæ preces; & alia de Lucernis antiquorum, & Feſtis lucernatis. De lucernis item ſepulcralibus multa. De igne, & Veſtalibus quædam.

QVIA noua lux affulget clariſſimo tibi ſideri Reipubl. Lucenſis, quod legatus fueris renunciatus ab eadem apud Sereniſſimum Magnum Ducem Etruriæ, gratulor tibi, patriæque noſtræ, & quod olim religionis, & ominis boni gratia lumen inferentibus precabantur, ἐπ' ἀγαθῷ, *cum felix ſit*, idem nobis apprecari liceat. *Quod felix fauſtum nobis ſiet, æternum*, quod tuum ingenium veluti fax clariſſima in tenebris huius ſæculi nobis præluceat. Præluxit olim ignis, non è carbonibus, aut lignis, ſed lampas Imperatoribus: à Perſis hunc morem Romani mutuati, quibus ignem præiſſe docet Xenophon. Marciæ concubinæ, ait Herodianus, lib. 1. omnia priuilegia Commodus detulit, quæ Auguſtæ tribuerentur, præter ignem. Pertinax apud eundem, neq; ignem ſibi præire, neque aliud vllum imperij paſſus eſt inſigne attolli: Fax illa ſi præferretur Imperatori corollis auratis duabus cincta erat: ſi præiret Imperatrici, vel Patriarchæ, vna tantùm. Thuribulū Indiæ regibus, ignis in foculo regibus Perſarum, Lampas Imperatoribus Rom. Vide Lipſ. *ad* 1. *Annal. Tacit.* & Buleng. *de Imperat. Rom. l.* 1. *c.* 30.

Lucernatas fuiſſe ianuas, & floridas diebus feſtis, omnes vno ore palàm teſtantur, & præ cæteris eruditiſſimus Lipſius, Martinus de Roa, Licetus *de Lucernis*. Laurum etiam additam in feſtis, habemus in Plut. Paulo Æmilio, *Ac cæteros ſerui occurrentes ad faces cum gaudio, & plauſu in remeria luminibus fulgentia, ederaque, & lauro exornata, reduxerunt.*

Lucernis ornatæ fores. & floribus feſtis. Lauro ornatæ fores feſtis.

Oratores, & cauſſidici, qui cauſſam vicerant id palma ante fores ſuſpenſam iodicabant, vt notat Voſſius eruditiſſimus

in ſuis inſtitutionibus oratoriis : ex Luciano, Iuuenale, & aliis.

Tertullianus ianuas vocat laureatas, & lucernatas Iuuen. Sat. 12.

Cuncta nitens, longos erexit ianua ramos.
Et matutinis operantur feſta lucernis.

Greg. Naz. colligit omnes priſcorum mores diei feſti, corporis lauacra, vnctiones, veſtis cultum, comeſſationes, flores ad coronamenta compitorum, vnguenta ad menſas, ianuarum ornamenta, lucernas domi accenſas, poſtremo tripudia, βακχευμάτ. Græci duabus vocibus celebrationem feſti deſignabant, φωτὶ, καὶ στεφανώμαι, luminibus, & coronamentis : coronabant autem aras, ſimulachra Deorum, fores templorum, & ianuas domorum.

Lucernarum mos vnde. Morem hunc ſeruatum video paſſim feſtis ſolemnibus. Mutuatos Romanos quidam cenſent ab Hebræis. Perſius Satir. 5.

Herodis venêre dies, vnctaque feneſtrâ,
Diſpoſita pinguem nebulam vomuêre lucernæ.

Seneca Philoſophus epiſt 95. *Accendere aliquem lucernam ſabbathis diebus prohibeamus, quoniam nec lumine Dij egent, nec homines quidem delectantur fuligine.* Hunc morem accendendi lucernas diebus feſtis, & ſacris Hebræi imitati, & mutuati fortaſſe ab Ægyptiis, inter quos iam diu verſati ſunt, ſi vera tradit Herodotus *lib.* 2. cuius verba paulò infra inferam. Romanos verò non ab Hebræis; ſed ab Athenienſibus crediderim, à quibus leges, & alia multa inſtituta, & Sacra tenuerunt, apud quos βασιλεὺς, ideſt, *Rex ſacrificulus* apud Romanos dictus, ſacra omnia curabat, & potiſſimum ἀπὸ λαμπάδι, quæ videlicet apud lampadem fierent.

Ab Ægyptiis hic mos. Athenienſium mos lãpades accendendi. Ab Athenienſibus quoq;.

Feſta tria apud Athenienſes cum lampadibus. Tria, quibus ſemper lampadis vſus erat, feſta Athenienſes habuere, ἀθήναια, ἡφαίστεια, προμήθεια. *Mineruæ, Vulcano, Prometheo.*

Mineruæ gratiam referentes ob artium inuentionem : Vulcano, quod lampada excogitaſſet : Prometheo, quod hos ludos inſtituiſſet, ignemque è cœlo nobis attuliſſet; quemadmodum enim ille ferulam, qua ignem conceperat cœleſtem in terram vſque aſportauit, continua agitatione, ne extingueretur, ita huius ſimulachrum per traditionem lampadarum in curſu repræſentarunt. Herodotus in Vrania à Perſis hunc morem manaſſe credit, vt diſpoſitis equis, atque curſoribus alius alij lampada traderet, quo celerius ferri poſſet. Pauſan. Plato. 6. *de legibus* ait, ciues oportere liberis generandis, atque educandis operam dare, vt vitam, quam ipſi à maioribus accepiſſent, viciſſim, quaſi tædam ardentem poſteris traderent. Hæc de Lampadophoriis Athen. Eruditiſſim. Corn. à Lapide in Euang. S. Matthæi notat, Iudæos non vſos fuiſſe cera ad lumina, cereiſque tædis, ſed oleo. Vnde in Scriptura crebra fit mentio lampadum, lucernarum, nulla candelarum : imò in candelabro templi erant lucernæ cum oleo, non candelæ ex cera aut ſebo. At è contra apud Scriptores profanos tædarum fit mentio v. g. in nuptiis, non candelarum. Tædæ vero propriè erant virorum, lampades verò virginum. Tædæ illæ dictæ pronubæ quinque erant ex ſpina alba, vt notat Plut. *Probl.* & Alex. ab Alex. quia noctu celebratæ nuptiæ.

Tum in Prytaneo ignis æternus in aurea lucerna ardebat. In Vrbe Muchia Ammonis æde, in altari Delphico, in Pyrethiorum ara, & aliis ſacellis. Herodoti verba lib. 2. hæc ſunt. *Noctu ſub dio vniuerſi circum mœnia frequentes lucernas accendunt; imbutas ſale, & oleo plenas, cum multo lychno, quod tota ardeat nocte, cui feſto nomen impoſuerunt, Accenſio Lucernarum. Ad hunc conuentum quicumque Ægyptiorum ierint, obſeruantes ſacrificij noctem, & ipſi lucernas accendunt, neque id in Sai modo; ſed etiam per vniuerſam Ægyptum.* Martialis lib. 10 epig. 6.

Lucerna perpetua in Prytaneo.

Quando erit illa dies, quo campus, & arbor, & omnis
Lucebit Latia culta feneſtra nuru.

Arbores enim, feneſtræ, & ianuæ lucernis ornabantur, vt docet Lipſius primo Electorum.

Arbores. feneſtræ, ianuæ lucernatæ

Præterea non ſolùm ianuæ lucernis ornatæ; ſed & ipſi cum lucernis occurrebant, vt habet Plutarchus *in Pompeio*, & Xiphilinus *initio vitæ Seueri.* Hinc lumina perpetua, & lampades in noſtris Eccleſiis. Candelabrum differt à Lucerna; illud enim pauperum, hæc diuitum. Cubicularis lucerna dicta *myxos* : ea verò, quæ pluribus lychnis luceret, deſtinata conuiuiis, dicta *polymyxos.* Martialis lib. 14. epigr. 41.

Lucernis occurſum viris magnis.

Lucerna Polymyxos cui vſui.

Illuſtrem cum tota meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos, vna lucerna vocor.

At quia de lucernis hic mentio, de iis quædam non trita non vulgata, ex alieno cratere & luce mutuata, ex eruditiſſimi Liceti lucubrationibus, Phœbea lampade lucidioribus, delibabo. Lucernæ (præter illarum vſum in templis) in Veſtalium ſepulchris etiam poſitæ, quod ex Plutarcho in Numa patet, de Veſtalibus loquente hoc pacto. *Sed quæ virginitatem perdiderit, viua ad portam, quam Collinam vocant, defoditur, quo quidem in loco ſupercilium eſt intra Vrbem terreſtre, iacet in ea ſtratus lectulus, & lucerna ardens.* Legantur reliqua ſcitu digna de ſupplicio Veſtalium, Verùm non in Veſtalium tantummodo ſepulcris, ſed in aliorum quoque virorum ardentes Lucernæ appoſitæ, illuſtrium tamen, & maximè nobilium, ad differentiam plebeiorum, & ignobilium, ex lege Mænia ff. de manum. teſtam. *Nobiles tantum conſueuiſſe die teſtamento mandare, vt liberti lucernas monumentis accenderent, illudque cuſtodirent.* Huic addo aliam rationem, & ad alium ſcopum illos collimaſſe puto. Siquidem vetus religioſa ſuperſtitio animis quorundam Philoſophorum inſedit, nempè animas, non longè aberrare à cadaueribus, aut cineribus, quibus vitales functiones tamdiu dederant; ideóque circa ſepulcra habitare, vbi condita oſſa. Ne igitur

Lucernæ in Veſtalium ſepulcris.

Lucernæ in ſepulcris Nobilium.

Animæ errãtes circa ſepulcra.

tur in tenebris vmbræ illæ ſepulcrales oberrarent, Lucernæ perpetuæ accendebantur; an quia ignis ſacer eſt, & ſacra etiam iura ſepulcralia? an quia immortalitatis ſymbolum, animas immortales teſtatur? Vnde

Ignis ſacer. Ignis ſymbolum. Ignis perpetui vſus cur Veſtalibus. Veſtalium munera tria. Vigilia Veſtalium circa ignem.

aſtruunt quidam, ideò ignes perpetuos aſſeruatos a Veſtalibus, vt Romanum imperiū, ad æmulationem cœleſtium ignium, perpetuum ageret æuum. Harum tria præcipua officia, vigilare, aſſeruare, & ſacrificare, inuenio. Vigilia ad ignem ſpectabat, quem ſine intermiſſione alebant, & æternabant, quod ſi aliquando extingueretur (quod piaculare erat, maximúmque portendebat malum) Veſtalis, cui per vices cuſtodia ignis erat deſtinata, afficiebatur verberibus à Pontifice in loco obſcuro, & velo medio interpoſito.

Ignis pro Deo habitus apud Perſas, ideo illi ſacrificatum, vt ait Lucianus Dial. Iupiter Tragœdus. *Phryges*, ait, *Lunæ: Æthiopes diei, Perſæ igni, Ægyptij aquæ, &c.* Ignem præterea in ſacris ædiculis ſeruatum perennem, eumque de rebus futuris conſultum Agathias *lib. 2. hiſtoriæ*, ait, quia ignis peruigil in Deorum templis Deorum excubiæ dicebatur, vt notat Seru. 4. *Æneid.* Nouat. *Sched. lib. 5. cap. 5.* Quare nefas, & piaculum putarunt lucernam ſponte extingui olei defectu, quod innuit Plutarch. in Sylla *Vita*, ait, *comeſſationibuſque diurnis perpetuo confectus, ſaltans & illudens hoſtibus, ſacram lucernam extingui olei penuria permiſit.*

Cuſtodia Penatiū Veſtalibus credita. Sacrificium perpetuum Veſtalium.

Deinde adſeruabant imperij pignus, quod in arcanis fuit, nempe Penates, aut Palladium.

Demum ſacrificium curabant perpetuum diu, noctuque; & aquam fontis Camœnarum, quæ hauriebatur ad ſacras lauationes quotidianas. Cum igitur æternitatis ignis imaginem præſeferat; æterno Deo in lampadibus ſemper ardebat templorum; vel quia omnium elementorum puriſſimus ignis, Dei puritatem æmulatur. Hac de cauſa priſci ſuperis tantum Diis, non inferis lucernas accendebant, quod vtrum verum, tu cenſe. Plutoni enim, Diis Manibus, dicatum lego ignem lucernarum, non aliis tamen Inferis. Ex Ægyptiorum doctrina lucerna vitam igne ſignificabat, ideò perpetuas lucernas in ſepulcris poſitas, ad Manium vitam perpetuam innuendam, Sebaſtianus Foxius ſcribit. Diis enim manibus antiqui ſepulcra ſua dicabant, & potiſſimum Plutoni, Cacodæmonum Principi. Quod verò huic, cæteriſque Diis Manibus lucernæ in locis ſubterraneis ardentes reconderentur, ex multis marmoribus, monumentis, Scriptoribus antiquariis, colligere licet. Hoc vnum inſtar omnium eſto teſtimonium claſſicum. Licetus, Philoſophus, & antiquarius ſolertiſſimus, refert, de quadam lucerna reperta Ateſte, anno reparatæ Salutis 1500. à ruſticis terram fodientibus, qui vrnulam fictilem inuenerunt, quæ lucernam continebat ſtantem inter duas ampullas, alteram auream, alteram argenteam, quodam liquore plenas, cuius virtute tot annos arſerat; adhuc arſura, niſi illa terra deffoſſa aër ſubintraſſet, quod accidere omnibus lucernis ſepultis Philoſophi teſtantur. Et quia duæ vrnulæ, altera maior, altera minor; in maiori hæc inſcriptio legitur, digna, quæ referatur,

Lucerna vitæ ſymbolum. Lucernę perpetuæ in ſepulchris, cur. Diis Manib. ſepulcra ſacra. Lucernę perpetuæ ſubterraneæ. Liceti de lucernis laus. Lucernę perpetuæ quando extinguantur.

Plutoni. Sacrum. Munus. Ne. Attingite. Fures.

Ignotum. Eſt. Vobis. Hoc. Quod. In. Orbe. Lat. et.

Namque. Elementa. Graui. Clauſit. Digeſta. Labore.

Vaſe. Sub. Hoc. Modico. Maximus. Olybius.

Adſit. Fecundo. Cuſtos. Sibi. Copia. Cornu. Ne. Tanti. Pretium. Depereat. Laticis.

Lucernæ Olybianæ inſcriptio.

In altera minori.

Abite. Hinc. Peſſimi. Fures.

Vos. Quid. Vultis. Cum. Veſtris. Oculis. Emiſſitiis?

Abite. Hinc. Veſtro. Cum. Mercurio.

Petaſato. Caduceatoque.

Donum. Hoc. Maximus. Olybius.

Plutoni. Sacrum. Fecit.

Itaque lucernæ ſepulcris deſtinatæ, adeo vt nullum ſepulcrum vetus eruatur, quin aliqua lucerna reperiatur. In quibuſdam tamen, quia lucernæ perpetuæ comparari non poterant, ignis imago ſculpta loco veri ignis, cuius multa marmora teſtimonium faciunt luculentiſſimum. De Lucernis ſatis.

Ignis ſculptus in ſepulcris.

Infantes ſemel in anno à matribus per ignem traducti, vt ita expiarentur, Theodoreto teſte, & a me alibi notatur: noſtri verò pueri, iuueneſque ſaltu ſe expiant ad ignes feſtos, quod a me obſeruatum in pagis quibuſdam, Nouat. *Sched. libr. 5. cap. 5.* Vide ſupradictum eruditiſſimum Licetum.

Addo obiter ex Ariſtophanis interprete in Ranis, in tribus certaminibus ſolere veteres geſtare faces, vt illi dicebant λαμπάδας, in Prometheis, in Vulcaniis, ſiue Hepheſtiæis, & Panathenaicis. Legendi de hoc Scriptores.

Ignes in tribus ludis geſtati.

Ex eodem Seneca eadem Epiſt. 95. percipio alium ſanctiſſimum ritum, prima luce, & ſummo diluculo adoraturos, & ſacris operaturos templa adiuiſſe; ita enim inquit, *Vetemus ſalutationibus matutinis fungi, & foribus aſſidere templorum.* Fortaſſe necdum apertis; ante lucem enim eò frequentes accurrebant. Prudentius.

Tēpla manè aperta, & adita.

Manè ſalutatum concurritur, omnis adorat.

Vnde Sacerdotes adoraturi vertebantur ad Orientem, matutinum tempus innuentes ſacrificiis idoneum; nam Deos tunc aſſidere templis & matutinis ſalutationibus adeſſe opinabantur, Magorum Perſarum exemplo, quibus mos fuit primo ſemper diluculo Diis canendi hymnos & laudes; Solemque Orientem venerandi. Hinc etiam noſtra incruenta, & ſacroſancta ſacrificia manè ſolum oblata. De manè, ſeu matutinis actionibus à me dictum (ad nauſeam fortaſſe) alibi.

Adoratus Sol oriens.

Locus Luciani de matutinis precibus. Indorũ preces matutinæ & veſpertinæ.

Locus Luciani in Dialogo de Salutatione me manu trahit, qui Indorum religionem ita narrat in precibus matutinis, & veſpertinis, his verbis: *Indi quoque poſteaquam manè è ſtrato ſurrexerunt; & Solem precibus venerati fuerunt, non quemadmodum nos deoſculatæ manu perfectam precationem eſſe arbitrantur; verùm illi ad Orientem conuerſi, ſalutatione Solem conſalutant; ſed cum ſilentio, ſe ipſos conformantes, Dei choream imitari, atque effingere conantur. Duabus verò vicibus ad hunc morem Deum placare ſolent, nempe manè, & veſperi.* Tertull. in Apol. cap. 39. *Non prius diſcumbitur, quàm oratio ad Deum prægustatur, editur quantum eſurientes capiunt; bibitur, quantum pudicis eſt vtile, ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe.* Plutarchus in Sympoſiacis ait, menſam inter res ſacras antiquitus fuiſſe, idcóque ante guſtationem, [illegible], id eſt primitias Diis conſecrari ſolitas, ac deinde religione quadam ad conuiuium, veluti ad ſacrum quoddam epulum iri. Athenæus refert, *etiam poſt diſcubitum in genua procidebant, & præeunte ſacrorum administro patrias quaſdam preces effundebant.* O religioſam Ethnicorum religionem! T. Liuius quoque Dec. 4. lib. 9. hæc habet, *Commiſſum eſt facinus hoc ſæuum atque atrox inter pocula atque epulas, vbi libare Dijs dapes, vbi benè precari mos eſſet, &c.*

Menſã præcedit oratio.

Menſa res ſacra.

Matutinæ preces cum luminibus.

Vt autem matutinæ preces fierent, diluculo templa aperiebantur, accendebantur tædæ flammis, quas deſpiciens Lactantius, *Mactant*, inquit, *opimas, & pingues hoſtias Deo, quaſi eſurienti; profundunt vina tanquam ſitienti; accendunt lumina, veluti in tenebris agenti.* Apertis deinde & adornatis templis cum puluinaribus, luminibúſque accenſis, matutinæ primum fuere vigiliæ. Sacrorum enim cauſa maturius vigilandum. Suetonius in Auguſto cap. 78. *Matutina vigilia offendebatur, ac ſi vel officij, vel Sacri cauſa maturius vigilandum eſſet, ne id contra commodum faceret, in proximo cuiuſcumque domeſticorum cœnaculo manebat.* Matutinarum, & veſpertinarum precum luculenter Horatius meminit in Odis, *dicimus integro,*

Templa diluculo aperta. Matutinæ vigiliæ.

Sicci mane die, dicimus vuidi,
Cum Sol Oceano ſubeſt.

Id eſt, precamur & veniente die ieiuni, & abſtemij, & decedente, id eſt, veſperi, & vuidi: Integer dies eſt adhuc incipiens. Plato quoque 2. de legibus ſubſcribit.

FRANCISCO MARIÆ
Campano S.T. Mag. Dom.
Oratori ſacro.

DISSERTATIO XXXIII.

Vtriuſque linguæ periti, Græcæ, & Latinæ ſcilicet, olim maximè commendati. Modus deprecandi antiquus. In gaudio Cælum adoratum, manúſque ad illud ſublata, aliáque peracta. Legumina Athenis cocta. Faba cur legumen impurum. Benè eſſe, formula. Propinationes varijs variæ factæ. Item pro Principe, abſentibus, & alijs. Imprecationes bibere recuſantibus.

VT Cœlo duo luminaria magna maximè conſpicua cæteris lucem ſuam impertiuntur, & orbem totum illuſtrant; ita duæ linguæ, *Græca*, & *Latina*, omnes illuſtrarunt artes, & ſcientias. Quare vtriúſque periti maximè olim commendati, quod ex Athenæo lib. 1. colligo illis verbis: [illegible], &c. *Quamobrem Aſteropæum illum vocant, ex æquo in vtróque lingua principem, eúmque non minus Græcos ritus, quàm patrios noviſſe, ad manúmque habuiſſe.* Galeo. [illegible] (loquit) &c. *Bilinguis olim quidam dicebatur, erátque res miraculo mortalibus, homo duas exactè linguas tenens.* De Aſteropæo Homerus Ili. φ. Celeberrimus hic Aſteropœus adeo fuit, vt etiam in prouerbium abierit Aſteropœus pro homine exprompto. Sic Athenæus initio lib 1. Antonium Cæſarem Aſteropœum quemdam appellauit, vtriúſque linguæ iuxta Antiſtitem. Quem igitur priſci maximè eruditum vocabant, indigetabant nomine vtriuſque linguæ periti. Ita Huratius lib. 3. Ode. 8 vocat Mæcenatem.

Docte ſermones vtriuſque linguæ.

Et Martialis epigr. 76. lib. 10.

Iucundus, probus, innocens, amicus,
Linguæ doctus vtráque.

Olim Romani, & alij, quibus virtus cordi, vt Græcas literas Latinis coniungerent, ſe Athenas conferebant, ad bonarum artium emporium celeberrimum. Ideò meritò Cicero pro Archia ita exclamat: *Erat Italia tunc plena Græcarum artium, & diſciplinarum.*

Procedam porrò, tenuíſque telæ opellam tenuem ſubtexam de Deprecatione, cum aliquid obnixè deprecamur genibus accidentes, apud quem deprecabundi aliquid recuſamus.

Sæpè precor mortem, mortem quoque deprecor idem. Suetonius in Auguſto cap. 3. modum deprecandi conſuetum deſcribit his verbis. *Dictaturam magnà vi offerente populo, genu nixus, deiectâ ab humeris togâ, nudo pectore deprecatus eſt.* Ambroſia intubæ ſuccedat, deprecationi gaudium. Deprecandi modus.

In gaudio, & bono nuncio Cœlum adoratum probat Suetonius in Nerone cap. 21. hiſce verbis: *Ad eam ſpeciem exiliuit gaudio, Cælum adorauit.* Manus ad Cœlum ſublatas in gaudio lego in Dionyſio Halic. lib. 3. de patre Latinorum. Latinè dicam. *Pater autem, vt eorum ſententiam cognouit, lætitia elatus, & manibus ſublatis in Cælum, magnam ſe Dijs habere gratiam dixit, &c.*

In gaudio cœlum adoratum. Manus elatæ in gaudio.

Horatius Satyra 5. lib. 2.

Donec

Donec ohe iam
Ad Cælum manibus ſublatis dixerit vrge.

[Sacrificantes in gaudio à coronatis.] Sacrificabant etiam coronati in lætitia. Plutarchus in Ageſilao. *Ipſe procedens coronatus læti nuncij cauſa ſacrificauit, portionéſque ſacrificij miſit amicis.*

[Flores congeſti in gaudio.] Flores etiam congeſti in plauſu. Plutarchus in Pompeio, *Ille, tanquam victor elatus gaudio, proſiluit in concionem, plauſuque illic, & floribus in eum congeſtis exceptus eſt.*

[Legumina in communi gaudio cocta.] Cocta legumina Athenis in communi gaudio lego in Plutarchi Theſeo, his verbis. *Patre ad ſepulturam dato; Apollini votum perſoluit Nonis Iulus, eo enim die in vrbem ſe incolumes receperunt, quare & legumina ob eam cauſam, aiunt, coqui, quod ſeruati allata ſibi cibaria in vnum confuderint, & communi ad coquendam olla adhibita, congreſſi inuicem, atque epulati ſint.*

[Faba legumen impurum, & cur.] Fabam autem fuiſſe legumen impurum, lego apud Pauſaniam in Arcadicis, his verbis. *Veniſſe in hæc loca Pheneata Cererem dictitant ante Numm, dum errabunda Proſerpinam quæritaret, & ijs, qui ſe comiter, ac liberaliter accepiſſent, legumina diuiſiſſe omnia, præter fabam, quæ enim maximè de cauſa impurum legumen faba ſit arcanis commentarijs mandatum eſt.* De faba, Theon Grammaticus narrat apud Plut. *in Symp.* tantam eſſe fabarum religionem apud Ægyptios, vt eas neque ſerant, neque comedant; imò nec aſpicere fas ſit, teſte Herodoto. Quin & apud Romanos inter funeſta habebantur fabæ, quippe quas nec tangere, nec nominare Diali Flamini liceret, quod ad mortuos pertinere putarentur: nam & Lemuribus iaciebantur, & parentalibus adhibebantur ſacrificiis, in flore enim earum luctus litteræ videntur. Cur a Pythagoricis interdictæ, vide Plut. Sympoſ.7. quæſt.8. alioſque.

[Benè eſſe formula.] Huic ſuccedat illa formula, *Benè eſſe,* quod illi precabantur, cui omnia ſecunda volebant: id quoque tibi volo.

Ergo viuamus, dum licet eſſe benè.

Amici dum viuimus, viuamus, viuamúſque quamdiu hæc vita ſuppetet.

[Formula benè precandi in compotationibus.] Formula benè precandi in compotationibus hæc, *Benè vos, Benè nos, Benè me,* quibus addebant nomen amicæ, *Benè Stephanium.* Intelligitur, [illegible], precor benè viuere. Ouidius Faſt.2.

Et benè vos, benè tu patriæ pater optime Cæſar,
Dicite, ſuffuſo per ſacra verba mero.

Aliquando propter ſuos, & amicorum [Propinatum abſentibus.] felices ſucceſſus bibere conſueuerunt. Horatius, *Da puer Auguris Murenæ,* intelligitur, *cauſa*, ſeu *propter Auguratum.* Lego tamen in Liberalibus tot cyathos exhauſiſſe, quot alicui annos precabantur. Ouidius Faſt.3.

[Tot cyathi exhauſti quot annos precabantur.]

Sole tamen, vinóque calent, annóſque precantur,
Quot ſumunt cyathos, ad numerúmque bibunt.
Inuenies illic, qui Neſtoris ebibat annos.
Quæ ſit per calices facta Sibylla ſuos.

[Propinatum pro ſalute Principum.] Pro ſalute Principum (vt dictum eſt) amicorum, abſentium æquè, ac præſentium, & hodie bibitur, vſitatúmque ſemper fuit.

[Imprecationes bibere nolentibus.] Quod ſi precationibus ſeſe mutuo prouocabant, prouocabant ſe quoque imprecationibus bibere recuſantibus. Tibullus de Libero Eleg.6. lib.3.

Iam venit iratus nimium, nimiúmque ſeuerus:
Qui timet irati numina magna, bibat.
Quales his pœnas Deus hic, quantáſque minetur,
Cadmeæ matris præda cruenta docet.

HIPPOLYTO CAMILLO
Guidio S. T. Mag. Dom.
Oratori ſacro.

DISSERTATIO XXXIV.

Piſcatores ſtantes vendunt. Pretium piſcium appenſa in tabella deſcriptum. Lex Piſanæ ciuitatis de piſcium pretio antiquiſſima. Nec licitum olim viuos piſces vendere, nec aqua aſpergere. Piſces ſacri Ægyptijs. De piſcium immolatione Quinam ijs veſcerentur, qui abſtinerent. Piſcatorij ludi, & alia.

[Piſcium pretium in tabella publicè expoſitū.] IN prima fronte Athenæi *lib. 6.* morem, & legem ſtandi in foro piſcario lego, & pretium ſingulorum piſcium in tabella publicè appenſum; vt vidi obſeruatum in quibuſdam ciuitatibus, & oppidis. Refert igitur ex Lebete hæc carmina.

Poſt Solonem legiſlator nullus fuit,
Aſtronomico ſapientior. Alias is quidem
Multas leges promulgauit, atque varias:
Nunc autem legem quamdam edixit nouã
Auream, ne ſedentes vendant [Stãtes piſcatores in foro piſcario.]
Piſcarij, ſed recti ſtent perpetuò.
Deinde appenſis tabulis pretium ſcribant in poſterum.
Quo citius mercaturi reuertantur domum,
Suique, velut Dei, vendant è machinis.

Sed præ cæteris mihi arridet, quod paulo ſupra meminit, de lege quadam, quam Piſano in foro piſcario, & alibi obſeruatam religioſiſſimè vidi. Idem Alexis in Lebete de eodem Ariſtonico legiſlatore apud Athen. hæc refert. [Lex piſcarij fori Piſani.]

Vt piſcariorum quiſque piſcem venundet
Vbi pretium indicauit, ſi minoris det,
Quam æſtimauerit, in vincula
Protinus conijciatur, vt pœna metu
Iuſto pretio contenti ſint, & veſperi
Marcidos omnes reportent domum.

Ne videlicet in tabernis forenſibus relinquant, poſtridiè carius vendituri. Piſces verò in profluentem Arnum proiicere tenentur veſperi, quos eò pretio, quod ſibi indixere, vendere non potuerunt.

Piſces venales cautum aqua aſpergere.

Piſces verò venales, cautum legibus, aqua aſpergere. Ita Xenarchus in Purpura apud eundem Athenæum lib. 6. initio, recenſens varias nequitias piſcatorum. *Piſcatorio genere nullum magis impurum, nam quia piſces illis non licet aqua rigare, legibuſque id vetitum fuit*, & quæ ſequuntur: Subdit, illos venditos mortuos ex Antiphane *in adulteris*, & lib. 9. Alexis in Atthide ſic:

Piſces mortui venditi.

Qui primus dixit Sophiſtem neminem
Animatum quippiam comeſſe, ſapiens mehercule fuit.
E foro nunc reuertor, mercatus nihil
Animatum, emi namque piſces mortuos
Ingentes, tum agni pinguis carnem minimè viui, &c.
Horum quidquam animatum eſſe ſi quis oſtenderit,
Et culpam admiſiſſe, & legem violaſſe me fateor.

Tenebantur igitur mortuos piſces vendere, &, ne putreſcerent ſtatim, nec aqua aſpergere eos ad diutius retinendos, quod ideò factum, vt viliori pretio eos diſtraherent, timentes, ne in foro putreſcerent.

Piſces ſacri Ægyptiis.

Piſcibus Ægyptus abſtinet, vt docet Herodotus, lib. 2. *Arbitramur* (inquit ibidem) *ſacrum genus piſcium, quod vocatur ſquamoſum, atque etiam anguillam. Hos ipſos, aiunt, ſacros eſſe.* Pythagoriei etiam à piſcibus abſtinent, vel quia alienæ gentis, vt aiunt, ſunt; vel quia non ſunt malefici, quare piſcium nullum immolabant, & à piſcibus nemo Deorum nomen habuit. Plato in legibus marinam venationem adoleſcentibus interdixit, nulla enim roboris exercitatio, nulla ſapientiæ meditatio paratur congricidæ, mullicidæ. Piſcatorum nequitiam Athenæus pluribus deſcribit, eoſque vocat execrandos Cætera apud ipſum vide. Phaſelitarum ſacrum anniuerſarium ex ſalſamentis refert Leonicus *de varia hiſtoria.*

Pythagorici cur à piſcibus abſtinēt.

Venatio maritima interdicta.

Piſcatorum nequitia, Piſces an immolati.

Cum hoc anno peſte deſæuiente per Duūuiros ſanitatis quotidie ſub horam diei primā inquireretur in ſingulis domiciliis, an ſani eſſent cuncti. Audiui dicentem, *Sanior ego piſce*, quod mihi parœmiam antiquam reduxit in memoriam, depromptam ex Iouenale, *Sanior ego piſce.* Vulgo enim creditum piſces non ſentire morbos, cui tamen refragantur Ariſtoteles, & Plinius. Crediderim tamen hoc verum de valetudine non contagioſa. Soli enim piſces contagioſa non ſentiunt, quod non accidit hominibus, & cæteris animantibus, ſiue feris, ſiue cicuribus. An quia contagioſa aëris contactu contrahuntur, cuius piſces ſunt expertes, cum in aquis degant? an quia elementum illud frigidiſſimum, vbi degunt, omnem peſtilentiam prorſus extinguit? ego non auctor fundus, vt dicitur, alienæ ſententiæ.

At *lib. 7.* idem Athenæus ait, anguillas coronatas, aſperſaſque mola cum precibus, Diis à Bœotis immolatas: & Neptuno à piſcatoribus thynnorum, thynnum immolatum, vocatumque illud ſacrificium Thynneam.

Thynnea quid. Piſcatorij ludi.

Piſcatorij ludi quotannis menſe Iunio (vt refert Feſtus) fieri ſoliti trans Tiberim à populo Romano pro piſcatoribus Tiberinis, quorum quæſtus non in macellum peruenit; ſed ferè in aream Vulcani, quod id genus piſciculorum viuorum datur ei Deo pro animis humanis: vnde Volcanalia (ex Varrone de linguâ Latinâ) dicta à Volcano, quod ei tum feriæ, & quòd eo die populus pro ſe in ignem animalia mittit. De ludis piſcatoriis Ouidius 6. Faſtorum.

Piſcis pro animæ immolatus. Volcanalia quæ.

Tertia poſt Nonas remouere Lycaona Phœbe
Fertur, & à tergo non habet vrſa metum.
Tunc ego me memini ludos in gramine campi
Aſpicere, & dici, lubrice Tybri, tuos.
Feſta dies illis, qui lina madentia ducunt,
Quique tegunt paruis æra recurua cibis.

Piſcium eſus Homeri tempore.

Homeri temporibus piſcium, & auium eſum fuiſſe vſitatum, Athenæus docet *lib 4 cap 5.* eorum tamen in conuiuiis Heroum nullam mentionem facit; propterea quòd iis in dignitate conſtitutis non conuenire huiuſmodi alimentum exiſtimabat. Euſtathius Gadarei Melegni teſtimonio comprobat, veteres non fuiſſe appetentes piſcium; ſed eorum eſum poſt Homeri tempora inualuiſſe: Homerum præterea, ceu Syrum natione, ſecundum gentis illius inſtituta, Heroas feciſſe abſtinentes à piſcibus.

Veteres non appetentes piſcium.

Horus Apoll. hierogl. 42. ait, nefarium innuentes, aut etiam abominationem piſcem pingunt, quod horum eſum qui in ſacris verſantur, horreant, atque execrentur: eſt enim eius naturæ piſcis omnis, vt quæ offenderit exhauriat, inque ſuum ipſe genus ſæuiat: Victimas quoque de piſcibus aliquando factas legimus. Bœotij vt ſcribit Athenæus, Copaidas anguillas à lacu ſic vocatas, coronatas molaque perfuſas Diis immolabant. Idem ſcribit de Thynnæis ſacris factis à piſcatoribus.

IOAN. BAPTISTÆ
Sacco à Secretis Senatus Mediolanenſis.

DISSERT. XXXV.

Dapiferi quinam, Ferculum quid. Cibi primi miſſus. Primæ menſæ qui cibi. Qui ſecundæ. Bellaria nulla apud Lacedæmonios: Lauri folia, & eiuſmodi in ſecunda menſa. Tabellæ ferculorum conuiuatori datæ, & cur. Vini prægustatio hoſpitibus data, & quanta eius vis ad amicitias aucupandas. Quot Cœnarum genera. In ſportis priſcos cœnas ad amicos detuliſſe. Symbolæ quid. Cœnæ antiquorum frugales. Prouerbia cœnarum lautarum,

&

& frugalium. Epulum publicum vbi factum, à quo inſtitutum, illud contemnentis pœna.

Dapiferi quinam.

ATHENÆI penus multos ritus priſcos ad conuiuia ſpectantes ſuppeditat, & primum Fercula portata in menſam ab ancillis, atque ſeruis dapiferis,

Ferculum quid.

δειπνοφόροις, ex lib. 5. Hoc munus etiam coquorum. Δειπνοφόροι (inquit Suidas) *Dapiferæ dicebantur, quæ in Mineruæ templo decumbentibus cœnam afferebant.* Ferculum, idem, quod miſſus; hi olim terni Auguſto, teſte Suetonio; aliquando ſeni; Heliogabalo, (teſte Lampridio) viceni. In primo miſſu, ſeu antecœnio, ex Macrobio, echini, oſtrea

Primi miſſus qui cibi.

cruda. Martialis guſtationem præguſtemus ex lib. 11. epigr. 53.

Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo
Vtilis, & porris fila reſecta ſuis;
Et quæ Picenum ſenſerunt frigus oliuæ:
Hæc ſatis in guſtu, cætera noſſe cupis.
Mentiar, vt venias, piſces, conchylia, ſumen, &c.

Vltimi ferculi ſignum buccina interdum datum, ex Buleng. *de Imper.*

Prandium pro guſtu.

Aliquando lego, prandium pro guſtu vſurpatum, ſeu antecœnio. Sed ante cœnam plerumque promulſis appoſita (de qua, & antecœnio, quia à me alibi dictum) ſuperſedeo. Obiter tantùm tetigi.

In guſtatione, ſeu cœnæ capite appoſuere oſtrea, lactucas, oua, mora, gobios, rutam.

Cœnæ caput. Primæ menſæ cibi. Secundæ menſæ cibi.

Deinde ſequebantur miſſus carnium, aut piſcium; & hactenus dicebatur prima menſa. Secunda menſa continebat cibos ſuaues, vt bellaria Attica, τραγήματα: Athenæus, *lib.* 14. Secundam menſam his exornabant, ouis, lacte, caſeo, melle, Iouis cerebro, hoc eſt opiparo aliquo cibo, turdis, leporibus, conchis, iuſculis quibuſdam, placentis, variis, præſertim ex melle confectis, rapis, fabis, malis, pyris, meſpilis, nucibus, denique omni fructuum genere. His acceſſerunt, vinum ſuaue, coronæ, vnguenta, muſica inſtrumenta, & aliæ huiuſmodi voluptatis illecebræ. Plutarchus *in Artaxerxe* ait, Reges Perſarum de more Regio initiando pro bellariis terebinthum deguſtaſſe. Lacedæmonij bellaria non comedebant. Lego etiàm in Athenæo *lib.* 4. folia lauri adhibita inter bellaria.

Terebinthus. Bellaria nulla Lacedæmoniorum. Lauri folia inter bellaria cur.

Quod pluribus rationibus factum puto: ſed potiſſimum hiſce duabus; tum, vt vi foliorum exſiccatoria fumi ad caput elati abſumerentur: tum vt etiam odor vini, ac ciborum, qui ſolet ſæpenumero à ſaturis hominibus grauis emitti, abſconderetur; id quod Martialis facete admodum nobis indicat, lib. 5. epigr. 4.

Fœtere multo Myrtale ſolet vino.
Sed fallat vt nos, folia deuorat Lauri
Merumque cautâ fronde, non aquâ miſcet, &c.

Cammata, erant folia lauri quibus placentas inuoluebant, vt habet Lexicon. Item placentæ è farina, & oleo, quas Lacones à cœnâ eſitabant lauri cum frondibus. Hæc fortaſſe illa lauri folia inter bellaria recenſita, & eſitata.

Semen etiam papaueris cum melle, & lactuca ad conciliandum ſomnum eſitaſſe, vna cum ficubus, & vuis legimus. Horatius Sat. 2. lib. 2. ſecundæ menſæ frugalitatem ita deſcribit.

——Tum penſilis vua ſecundas,
Et nux ornabat menſas cum duplice ficu.

Ordo in cibis portandis, & apponendis.

Vt autem in ciborum appoſitione ordinem ſeruare poſſent Serui, de ſchedulà id factum. Nam non ſingula fercula; ſed menſas ferculis onuſtas duo ſerui accumbentibus apponebant, loco, & tempore diſponendis. Conuiuator ergo, vt ſcirent Dapiferi quænam fercula, aut quo ordine eſſent ſuper menſa diſponenda, tabellam ſibi afferri iubebat, in qua omnium ferculorum nomina eſſent deſcripta, ita Athenæus lib. 2.

Tabella ferculorum data conuiuatori.

In cœnis priſco more conuiuatori, poſteaquam accubuiſſet, tabella, in quâ omnium ferculorum nomina deſcripta fuerant, tradebatur, vt ſciret ille, quodnam opſonium allaturus eſſet coquus. Deinde in fronte 4. lib. idem præcipit, quid primo faciendum, cum hoſpites excipiuntur in conuiuiis nuptialibus, his verbis: *Videtur autem vinum ad conciliandam, alliciendamque amicitiam, vim quandam habere, vt quod animum diffundat, & calefaciat. Quamobrem, non antea qui eſſent, rogabant, quàm bibiſſent, ſed guſtato iam vino hoſpitij ius, & fidem honorantes, potius quàm priuatam hoſpitialm, ſingulos.* Deinde recenſet hæc Cœnarum genera, nempe, Philiticas, quæ ſcilicet amicis, & familiaribus præbentur. Populares, quæ vniuerſo populo. Thiaſas, quæ in ſodalitiis, quæ & φρατρικὰ dicta, ſcilicet contribules, cum vnaquæque tribus ſua propria, & peculiaria ſacra haberet. Demum Orgeonicas, quæ in Orgiis ſacris Bacchi. Has à legiſlatoribus eſſe præſcriptas meminit ibidem Athenæus.

Philiticæ cœnæ. Populares cœnæ. Thiaſæ cœnæ. Orgeonicæ cœnæ.

Cœnæ antiquorum moderatæ.

Moderatas fuiſſe antiquorum cœnas inde colligo, quòd variis prouerbiis exprimuntur, ſumptis vel à Diis, vel ab hominibus, qui eiuſmodi tenuitate conuiuiorum vſi: quæ prouerbia tantùm innuo, quia à Parœmiographo fuſius explicata. *Cœna Deûm*, dicta frugi & iucunda; creditum enim Deos, ex Dionyſio, non tantùm nectare paſci, & ambroſia, verùm etiā vilibus quibuſque cibis. *Cœna Saturnia*, ignara exoticarum deliciarum. *Hecates*, quod apud inferos præparcè cœnent. *Hecales*, ab Hecale paupercula. *Icci*, à parſimonia illius. *Philoſophica*, non multùm à ſportula differens. *Muſica*, vnde Plautus in Moſtellaria. *Muſicè herclè agitis ætatem*, &c. *Platonica, Ruſtica, Laconica, Cynica*, pro nimis tenui, & ſordida. *Terreſtris*, id eſt ſine ſanguine, ex oleribus tantùm.

Cœnarum frugalium prouerbia. Cœna Deûm. Cœna Saturnia. Cœna Hecates. Cœna Hecales. Cœna Icci. Cœna Philoſophica. Cœna Muſica. Cœna Platonica, Laconica, &c.

Contrà verò dicebatur, *Cœna dapalis, dapſilis, dapatica, pollucibilis, recta* quæ dabatur à diuitibus, & Principibus: *Vncta, epularis, ganeata, gliſcera, dubia, popularis, ebria, adipalis, regalis, Cerealis, Saliaris, auguralis, Pontificalis, Capitolina; Perſica Medica, Sybaritica, Italica, Campana*, & aliæ huiuſmodi, quæ à luxurioſiſſimis populis vſurpatæ.

Cœnarum lautarū prouerbia.

In lautiſſimis conuiuiis primi quique ferculorum miſſus ante cœnam dicebantur; ij verò

plerumque iterabantur, ſecunda tamen fercula, ac velut ſolidum conuiuij corpus, cœna appellabatur. Vnde Macrobius, Ante cœnam echinos, oſtreas crudas, quantùm vellent, in cœnà ſumina, ſinca pulli aprugnum. Hic obiter ſubnecto, cœnam diei ſepulchrum dictam, & hoc eſſe componere, ſepelire, comburere diem, hilariter epulando, & compotando. Mendozæ Virdarium, *lib.8.Saturn.*

Cœna plerumque largior, quia vberiore epularum apparatu, tum familiarium, atque affinium ſocietate, in propatulo, vnde cœna dicta ἀπὸ τ κοινωνίας *à communione.* Prandium erat tenuius, quia ſoli, ſeorſim, μονοφαγοι prandebant.

Cœnæ delatæ in ſportulis.

At *lib.* 8. apud eundem Athenæum in calce præter ſymbolam (de qua alibi dari ſolitam pro cœnis, alium modum reperio deferendi cœnas in ſportulis, his verbis, *Veteribus quoque nota fuerunt è ſportulis cœnæ, quas Pherecrates in Mal. ſeu obliuioſo, his verbis ſignificat,*

Cœna ſportę quæ.

Cœnam cum in ſportula præparaſſet, Ophellum ibat.

Hinc liquet è ſporta cœnam vocari, quando cœna parata ſibi quiſpiam, & in ſporta recondita, ad alium proficiſcitur, cum eo cœnaturus. Arrianus id confirmat.

Symbola cœnarū quæ.

Idem Athenæus ſcribit de ſymbolis, quæ apud Chalcidenſes erant, teniæ, corollæ, vnguenta, aliaque paruo parabilia, quæ inuitati ad Regem conuiuæ deferebant. Sed hæc tenebantur apud alias gentes Sympoſiarchæ conuiuis de ſuo miniſtrare. Argiuorum ſymbola erat pecunia, vt idem ibidem aſſerit, in ſumptum conuiuij erogata.

Epulum publicum datū in Capitolio.

A cœna ad epulum gradum facio, & potiſſimum triumphale, datum à triumphantibus, cuius duo loca reperio, vnum Capitolinum, vt habet Mart l.12.epigr.48.

Non Albana mihi ſit comeſſatio tanti,
Nec Capitolinæ, Pontificumque dapes.

Epulæ in templis.

Deinde cætera templa, epulis dicata. Innuit Virg.7.Æn.

Hæ ſacra ſedes epulis, &c.

In templo Herculis epulū cœna popularis dicta.

Alium locum noto in Athenæo *lib.* 5. ſub finem, cum loquitur de pellibus reportatis à Mario Romam, quorundam animalium incognitorum, ob inſolitam, & inuſitatam ſpeciem, dicatas illas fuiſſe in Herculis templo, in quo triumphantes Imperatores epulum exhibent. Hæc cœna dicta popularis, quia populo data.

Epuli inſtitutū, & vbi

Cuius verò ſit inſtitutum epulatio, Plutarchus in Solone annuit ſic. *Proprium verò eſt Solonis epulatio in Curia, quod παρασιτεῖν ille appellanis, ſiquidem non permittit eidem illic epulari frequenter. Sin autem ille, cui id delatum ſit, contemnat, infligit ei pœnam, atque hoc honoris publici faſtidium illud eſſe plus æquo appetentis,* &c.

Quæ perorꝰ conſumméris epulum.

Ne verò vim à me tibi fieri logis alogis iure ſuccenſeas, finio, ſed noto, vt ſine noxa mala abeam, Veteres cum violenter detinebantur, exclamare ſolitos eſſe, *Hæc vis eſt*, vt colligitur ex Plauti Capt. *vis hæc quidem hercle eſt, trahi & trudi ſimul,* & ex Suetonio in Iulio cap. 28. *Deinde clamantem, iſta quidem vis eſt.* Ne tu quoque clames; mutito.

CLAVDIO TEGRIMIO
Iuriſc. Archidiacono Lucenſi.

DISSERTATIO XXXVI.

Opſonium vnde dictum: & quorum erat illud in cœnam parare. Sybaritarum luxus, & liberalitas in nouo opſonio reperto. Flores in manu, in auribus etiam priſcorum. In affinitate contrahenda, ſponſæ ſponſus phialam donat. In puerperio dona miſſa. Natalitia celebrantes quo nomine compellati. Mathematici vocati in natalibus. Natalitia quotuplicia. Conuiuia natalitia, & alia ad hanc rem ſpectantia. Puerorum inſignia. Puerum tollere, & exponere quid, & vnde hic mos. De puerperio. De ſacris varius pueritiæ. De die natali. Varij ritus enucleantur.

DE Opſonio pauca dicturus præmitto paucula quoque. ὀψωνεῖν eſt, vel conuiuari, vel obſonium parare, ὄψον dicitur ἀπὸ τῆ ὀψὲ, Ideſt *ſero ſiue veſperi*; quòd in cœnam pararetur opſonium, non in prandium; vel quòd ſerò, voluptatis cauſa id inuentum. Opſonatores olim, vel ipſi patres familias. Plutarchus: *Poſtquam opſonauit herus.* Vel ſerui, aut paraſiti, ideo à Græcis dicti ὀψῶναι; à Latinis *opſonatores*: melius *opſonitori*, qui dicto citius, edulia pro conuiuarum numero emebant. Martialis libro 14. epigram. 217.

Opſonium vnde dictū. Opſonium qui pararent.

Dic quotus es? quantique cupis cœnare? nec vnum
Addideris verbum: cœna parata tibi eſt.

Creſcente deinde luxu, horum creuit exiſtimatio; & ſi quis coquus nouum opſonandi modum reperiſſet, nouo munere decorabatur, vt olim apud Sybaritas. Hinc, *Sybaritarum luxus*, prouerbio locum fecit. Quare Athenæus lib.12. hæc refert. *Siquis coquus, peculiarem, excellentemque aliquem cibum inuenerit, ne cui alij fas ſit eo vti annuum, niſi ei, qui inuenerit, vt toto illo tempore auctor eius inuenti quæſtum inde faciat, quo laborent & alij omni ſtudio ſeſe inuicem talibus inuentis ſuperare.* Vide

Coqui quāti facti.

Sybaritarū luxus.

Inuentores nouorū opſoniorum quāti habiti.

quanti

Adjicialis cœna.

quanti factus coquus ob nouitium inuentum opſonij, non aliàs guſtati. Hinc fortaſſe dicta, *Cœna adjicialis*, in quam nouum obſonium aſportatum, & adiectum. Opſoniuoros mitto, Floriferós adeo, non tamen Floralia ago, te Catone audiente, vidente.

Flores in auribus, & manibus geſtati cur.

Flores in auribus, & manibus geſtari ſolitos innuit Athenæus in calce eiuſdem. 12. *Molle*, inquit, *ſyſimbrum, aut roſa, aut lilium auri inſidebat.* Remanſit hoc in moribus noſtris inſtitutum geſtandi flores in auribus. Sed quæ refert Clearchus Solenſis in Amatoriis apud eundem ſubſcribam, quia relatu digna, & eruditionis plena. *Sciſcitatur*, ait, *cur manibus flores, poma, id genus alia, geſtemus, an quod, qui delectantur illis, pulchritudinis appetentes eſſe natura demonſtrent. Iſtaque, propter illud natura ipſorum veluti ſpecimen, quæ pulchra ſunt, habent in manibus, & illis gaudent: an potius ob duas res circumferunt? nempè, quod id felicitatis initium, & omen, ac voluntatis argumentum patefaciunt. Nam, quos habent flores, ſi quis petat; ad fruendum, ſua pulchritudine inuitat, & appellat; ſin vltrò dant iis, qui accipiunt, pulchritudinis ſe participes vt faciant, antea præſcribunt, &c.* Paulo poſt. *An verò quicunque amant, hoc affectu, motúque animi procliuiores ad luxum, & nitidiores pulchris illis geſtiunt, & laſciuiunt.* Ex quibus colligo, per iſta occaſionem colloquendi nos nanciſci, & præbendi exemplum deſiderij noſtri, id eſt, docendi ſub exemplo, quid ipſi expetamus. Vide, & perpende. Caue ab iis, qui hamo aureo expiſcantur, ne fucum facientes, os tibi obliniant.

Florum donatio quid ſignificet.

Ritus nuptialis.

Ritum de nuptiis antiquum obſeruo loco anuli ſponſalis. Narratur ab eodem Athenæo hiſtoria quædam ſuper Odatidis Regis filiæ cum Zariada nuptiis. *Nos*, inquit, *Odati, nuptias tuas nunc facimus omnes, tu circumſpice, & contemplator: auream phialam vino plenam ſume, & ei trade, quem maritum optas, illius eſſe coniugem te proclamabimus.* Ex quibus deprehendo morem, cum affinitatem diuites inter ſe contrahebant, vt gener à ſocero, vel à ſponſa ſponſus phiala donaretur. De ſponſa hoc habe. De ſocero Pindarus Olympiad. 7. φιάλαν ὡς τις ἀφνειᾶς [?], &c. *Phialam vt ſi quis à diuite manu ſumptam, intus vuæ rore bullientem, donet iuueni genero præbibens &c.*

Phiala aurea data ſponſo à ſponſa vel à ſocero.

Olla petita in nuptiis.

In Lybiæ Lepta, vt refert Alexand. ab Alex. *libro 2. cap. 5.* vſu receptum erat, vt poſtridie nuptias ollam ſponſa ad ſponſi matrem petitum mitteret, quam ſi illa aſperius denegaſſet, iurgiorum auſpicium augurabantur.

Procorum nuptias ambientiū veſtitus varius cur.

Procorum, nuptias ambientium, ritum nobis innuit Dionyſius lib. 1. *Moris eſt Latinis, vt proci, qui mulierum nuptias ambiunt, paludamento vario induantur.* Hæc varietas coloris, vitæ quoque varium ritum innuebat, Polypi mentem induentium, & Chamæleontis.

In puerperio, & nominis impoſitione dona miſſa.

Ad alia calamum verto, non tamen aliena à nuptiali ſacro. Serui, & liberti munera mittere ſolebant nuptialia, natalitia in puerperio, & quando nomen imponebatur, idque cum Cereris ſacris ſuos liberos Athenienſes initiabant, quod ſignificauit Terentius Phorm.

Porrò autem Geta ferietur alio munere,
Vbi hera pepererit, porro alio autem, vbi
Erit puero natalis dies, vbi initiabunt.

Amphidromia quæ.

Ἀμφιδρόμια [?], inquit, Suidas (hoc enim etiam mantiſſæ loco addam) vocabatur quintus dies à natis pueris, quo, quæ obſtetricatæ fuerant, aut aliquid eius muneris attigerant, manus purgabant, & puerum, circum focum currentes, ferebant, & propinqui dona miſſitabant, ferè polypos, ſepias, &c.

Romani de partu, vitalis eſſet, necne, Pilumni lectum conſolebant ex Seruio, & per totam hebdomadam Iunonis menſam proponebant, ex Tertull. *de anima cap. 39.* poſtea luſtricum infantium diem celebrabant, qui fuit octauus puellarum, nonus puerorum ex Feſto, Plut. & aliis. Hic dies dictus Nominalis ob nominis impoſitionem: quo die puerum luſtrabant, vota pro eo faciebant. Luſtrationes faciebant circumlatione in orbem, & affrictione ſaliuæ ad labra, & frontem (qui mos hodie apud Chriſtianos) idque infami digito. Perſ. Sat. 2.

Exemit puerum, frontémque, atq; vda labella
Infami digito, & luſtralibus ante ſaliuis
Expiat, &c.

Aliquando puluerem ſputo turbabant. Petronius *Mox turbatum ſputo puluerem medio ſuſtulit digito, frontemque ſignauit.* Caſaub. in Perſium. Tum preces factæ (idque totum à piatricibus muliercculis, vetulis, cognatis) & vota pro infantibus, quos quatiebant, quaſi præſentibus Diis illos oſtentantes. Ritus varios natalicios exſcribo ex Tertulliano de anima, ita ſcribente.

Cui hominum non adhærebit ſpiritus nequam (Genius Ethnicis) ab ipſa etiam ianua natiuitatis aucupabundus, vel qua inuitatus tota illa puerperij ſuperſtitione? Ita omnes Idololatria obſtetrice naſcuntur, dum ipſi adhuc vteri infulis apud idola confectis redimiti, genimina ſua Dæmoniorum candidata profitentur. Dum in ſcribunda aduocantur, dum prima etiam conſtitutio infantis ſuper terram Statinæ Deæ ſacrum eſt, &c.

Luſtricus hic dies dictus, qui, ex Feſto, erat in pueris nonus, in fœminis octauus, quibus luſtrabantur, nomenque illis indebatur, vnde Nundina Dea dicta à Nono die infantium luſtrandorum. Quinto verò die Græci pro infantibus ſacrificabant ex Plauto *in Trucul.* & Platone *in Theæteto.*

Domus puerperatum corona inſignita.

Apud Athenienſes, vt notat Meurſius, conſuetum fuit, domum, in qua puerpera eſſet corona exornare, ſi maſculus, oleagina; ſi fœmella, lanea, propter lanificium, cui vita procedente dedita erat futura, hinc dicta domus puerperatum στεφανηφόρος [?].

Natalitia celebrantes quomodo ſalutati.

Natalitia celebrantibus, ſi occurrebant, hac formula ſalutationis vtebantur. *Hodie nate ſalue.* Id habeo in Plauti Pſeud. *Hodie*

nate, heus. Hodie nate, heus tibi, dico, Heduę nate, redi. Natalitia erant duplicia. Alia; quæ ſtatim poſt partum, vel paulò poſt celebrata; alia, quæ quotannis celebrata. Paulò poſt, dicebantur *Puerperalia*, ſeu *Repotia*, quo die infantibus nomina impoſita.

Natalitia duplicia.

Puerperalia, Repotia quo.

Repotia ergo celebrata poſtridie nuptiarum, vel ſeptimo die poſt, vel ſecundo, quo virgo in muliebrem habitum induebatur, vt habet Turn. *adu. lib. 3. cap.6.* Repotia etiam credo celebrata quot annis, cum maritis prope quotannis ſoboles naſcatur, hæc dicta παιδοτροφία, quaſi parentes decernant alere ſuſceptos filios, liberum enim illis erat apud Græcos, vel alere, vel exponere. Amphidromia quoque erat dies feſtus familiæ, quo natum puerum luſtrabant (vt dictum) donaque miſſitabant. Athenienſes pueros initiabāt Cereri, & Liberæ, vt notum. De Luſtrico die à me alibi.

Natalitia annua.

Natalitia annua fuiſſe conuiuiis celebrata apud Ægyptius, Perſas, Græcos, planum. Apud Romanos item. Virgilius Ecloga 3.

Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis, Iola.

Hoc tempore Sacrorum, Genio indulgere poterant, non alio. Crediderim tamen, quoties hilarius ſe excipiebant, toties Genium ſe placare antiquos opinatos, vnde Horatius lib.3. ad Lamiam, *Cras*, ait, *Genium mero curabis, & porco bimeſtri*, cui animalia mactari poterant, non autem die Natali.

Munera miſſa natalitiis.

Tunc amici, clientes, natalem celebrātibus munera mittebant. Martialis l.8. epigr. 54.

Vt poſſis Clyte munus, exigaſque
Vno naſceris octies in anno.

Conuiuia in Natalitiis.

Palilia Romæ.

Conuiuia inter ſe agitabant, quod habetur ex multis Plauti, & aliorum locis. Natalitia Romæ vrbis etiam celebrata Palilibus, ex Ouidio. 4. *Faſtorum.* Natalitia quoque Imperatorum, Principumque celebrata, cum ipſi in lucem editi, aut Imperatores renunciati Item Natalitia Romæ, cum ea condita. Item inaugurationis, quibus diebus Panegyticæ orationes habitæ, in neminem animaduerſum ſontem, accenſę lucernæ, per totam vrbem. Buleng. *de Imperat. Rom.*

Dij Genethlij qui.

Natalitia ſacrorum quę.

Dij Genethlij eo die, tanquam vitæ præſides, inuocati, Iuppiter, Iuno, Lucina, & Genius. Natalitia ſacrorum prætereà celebrata, cum quis videlicet ſacris initiatur. Apuleius Metam. lib.11. *Exhinc feſtiuiſſimum celebraui natalem ſacrorum, & ſuaues epulas, & faceta conuiuia.* Quo die pueri ab lacte remouebantur, epulæ fiebant, vt notat Athenæus lib.4. *Illo enim tempore nutrices infantes mares in agros exportabant ad Dianam Coryballiam cognominatam, &c.* Tunc igitur copidas (id erat genus conuiuij) Spartani agitabant. Sacrificabant prætereà γαλαθηνοὺς ὀρθαγορίσκους, hoc eſt, *porcellos adhuc lactentes*; & in conuiuio apponebant panes furnaceos. Hoc fortaſſe ſacrificium in ablactādo infante. Cato Eduſam, Potināq; vocauit, Deas præſides puerorum; has enim Nutrices inuocare ſolebant, cum pueri lac dimittere incipiebant. Dentitionis quoque feſtum 7. menſe pueri celebrabant: cum dentire incipiebant; dicta Græcè ὀδόντια.

Ablactationis feſtum, & ſacrum.

Copida quæ.

Eduſa, Potina Dea.

Athenienſes celebrabant ἀνακλητήρια epulis, & ſacris, cum pueros triennes, quadriēneſq; ſodalitati aſcribebant, & in claſſes tributim diuidebant, eodemque die certatim poemata recitabant. Vide Suidam.

Apaturia feſta.

Apaturia, erat feſtum quatuor dierum primam diem vocabant δορπίαν. quod ſodales ad veſperam in vnum coacti epularentur; ſecundam, ἀνάρρυσιν ſacrificandu, nam Ioui ſodali, & Palladi ſacrificabant, tertiam κουρεῶτιν, ideſt, puellatem, quod ſcilicet pueros, & puellas ſodalitati aſcriberent. Quartam ἐπίβδα. Cureotis ergo erat conuiuium, quod peragebatur die tertio Apaturiorum, quo pueri triennes, quadrienneſque in claſſes tributim diuidebant. Eodemque die iidem, vt quiſque ingenio pollebat, poemata canebat, alter alterum ſuperare nitens, qui plura recitaſſet.

Curoſyna feſta.

Barbæ comæque prima tonſura.

Curoſyna, κουρόσυνα, feſtum Græcorum, quo illi, qui ex ephebis exceſſiſſent, capillum, barbamque primam tondebant, eamque Apollini dicabant, tanquam primitias, & Fluminibus; quòd tunc humor, & calor maximè vigeat. Romani altero, & vigeſimo anno, conuiuio exceptis amicis, comam, barbamque attondebant, & Numini alicui offerebant. De hoc vide Heſychium, Plutarch. *in Theſeo*, Plinium, & alios.

Puerorum inſignia.

Puerorum, vſque ad annum 14. fuere inſignia, bulla aurea cum prætexta. Huius originem vide in Plutarc. & Macrob. Ex quo die prætextam deponebant togam virilem ſumentes, epulæ celebrabantur. Perſ. Sat. 5.

Cū primùm pauido mihi cuſtos purpura ceſſit,
Bullaq; ſuccinctis Laribus donata pepēdit.

Mathematici vocati in natalitiis.

Fata occupare quid.

Solitos fuiſſe reperio eo die, quo infantibus erant imponenda nomina (de quo à me alibi) inuocare Mathematicos, qui inſpecto themate genethliaco, fauſta, infauſtaque euentura prædicerent, atque in bonam ſcæuam arriperent, quæcumque omina: quod erat, *fata occupare.* Plautus Bacch. in Prologo; *Vocitare nomine parentes, vt ſit crebre, fata occupant.* Item Herodotus in Euterpe. *Alia inſuper ſunt ab Ægyptiis excogitata; quis menſis, dieſue cuius Deorum ſit, & quo quis die genitus, qualia ſortietur & quam mortem obibit, & qualis exiſtet, &c.*

Pueri ſtatim nati humi poſiti.

Tollere puerū vnde dictum.

Leuana Dea.

Statim atque natum in lucem ediſiſſet puerpera, humi ponebat, & parentes (liberum enim hoc Græcis) ſi alere voluiſſent, eos amplectentes, tollebant de terra, vnde Dea Leuana (hæc dicta παιδοτροφία.) vel tanquam ſuppoſititium extra ædes exponendum curabant, aut in viam, aut ad ripam, aut ad littus in vaſculo de papyro facto, aut bitumine illito, vel cantharo. Ideo quidam locum illum Ter. in Andria, *Vidi Cantharam ſuffarcinatam*, emendant *Cantharum ſuffarcinatum*, quod cantharo ille puer exportaretur. Hinc nata illa formula, *Puerum tollere*, id eſt, *domi educare.* Terent. Andria. *Nam quod peperiſſet, iuſſit tolli*, & alibi Horat. *Sublatus aletur.* Contrarium, *Puerū exponere.*

Exponere puerū quid.

Expoſiti pueri cū aliquo dono.

Non tamen nudos exponebant (hic mos Græciæ) ſed aliquid ſibi matres detrahebant, corporique ipſorum imponebant. Inde autem poſtea, vt Comici, Tragicique

que fabulantur, aliquando illi agnoſcebantur.

Naſci veteres non ſolùm eos putabant, cum in hanc lucem exibant, ſed etiam cum honores ampliſſimos conſequebantur; ita Cic. in orat. poſt reditum, *natus ſum Conſularis*, & ab exilio reuerſus, quo die rediit, *Natalem ſui reditus vocat*, & Natalis erat dies SS. Martyrum à gladio ad palmam vocatorum, cum à faucibus Erebi ad Olympi faſces euehuntur. Natali die colebatur Genius, vnde dictus, Deus Natalis. Tib. lib 4. eleg. 5.

Ac tu Natalis, quoniam Deus omnia ſentis, Annue.

Hic Deus erat tantùm virorum, qui habere Genium dicebantur, at mulieres Iunonem Natalem. Idem eleg. ſeque,

Natalis Iuno, ſanctos cape thuris aceruos.

Quare viri per Genium, mulieres per Iunonem iurabant, vt dictum.

Natalis dies ſacrorum. Ex Apuleij *lib.* 11. & Polyd. *lib.* 5. *cap.* 1. elicio, apud veteres, eundem diem, quo quis ſacris initiabatur, natalem ſacrorum appellari, religioſoque ientaculo celebrari. Pueri, verò apud Lacedæmonios, Perſas, & Scythas ante ſeptimum ætatis annum ad patris conſpectum non accedebant, ne ante patrem cognoſcerent, quàm illum vereri, ac venerari didiciſſent.

Patricius *de Regno.* Perſæ nõ ante ſeptennium ex Valer. *lib.* 2. *c.* 1. ex Strab. *lib.* 15. ante quartum, ex Herodoto ante quintum; vt ſcilicet patres paruulorum amiſſionem æquiore animo ferrent. Cæſar. lib. 6. de bello Gallico, *In reliquis*, ait, *vitæ inſtitutis hoc ferè à reliquis differunt* (Galli) *quod ſuos liberos, niſi cum adoleuerint, vt munus militiæ ſuſtinere poſſint, palam ad ſe venire non patiuntur, filiumque puerili ætate in publico, in conſpectu patris, aſſiſtere turpe ducunt.* Alex. ab Alex. *lib.* 2, *c.* 25. De puerorum inſtitutione, plura ego quoque alibi, aliique permulti.

Reuerentia patris. Patris enim nomen ſemper ſacroſanctum, tum apud ſacros, tum profanos ſcriptores, & diuinum habitum, vnde Deus pater, & Abraham, aliiq; ita nuncupati. Æneas pater paſſim vocatus honoris ergo. Hinc Senatores vocati patres patriciique. Romani nunquam magiſtratus niſi parentibus deferebant; improlibus, quibus erat proles præferebantur. Lycurgi legibus cælibes à ludorum ſpectaculis arcebantur. Reges Perſidem obeũtes, binos aureos ſingulis parentibus dilargiebantur. Ita matres pro fœminis primariis habitæ, matronæ dictæ. Vide Mendozam *lib.* 5.

HIERONYMO PARENTIO Patricio Lucenſi.

DISSERTATIO XXXVII.

Comeſſatio quid. Comus Deus quis.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Meretricium quis primus permiſerit, & cur. Nonaria mulier quæ. Adulterarum pœna. Stupri profeſſio apud Ædiles. De Scortorum toga, vectigali. Mulieres nullæ in in caſtris. Serui venales nudi proſtabant, item ſcorta, catamiti, & cur. Titulus cuique cellæ lupanaris, & fronti impudicarum mulierum. Quæ merces illarum, cui vectigal, & quis primus inſtituit. Centones habebant non tantùm in quaque cella; ſed etiam in maiori lupanaris ianua.

COMESSATIONES erant præludia ad palæſtram Veneream exercendam, vnde Scorta plerumque cum comeſſantibus. κῶμος, Comus, Deus temulentiæ. De comeſſatione à me alibi. Hora decumbendi nona eſſe putabatur, vt dictum, qua plerumque Scorta ad amaſios accedebant. Ideò à Perſio Sat. 1. dicta mulier Nonaria, impudica. — Comeſſatio quid. Comus Deus temulentiæ. Nona hora comeſſationum.

Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat.

Nonaria mulier quæ. Meretrices permiſſæ à Solone. Solon, vt ab adulteriis cohiberetur iuuentus, coëmptas meretriculas Athenis proſtituit primus, obuiaſque in Venerem eſſe voluit, ne matronarum contagio polluerentur, vt refert Plutarchus *in illius vita.* Romæ verò mulieres in adulterio deprehenſæ cogebantur togatæ in publicum prodire; quod innuere videtur Horatius Sat. 2. lib. 1. illis verbis, vt etiam Porphyrioni placet. — Adulterarum pœna.

——— Quid inter
Eſt in matrona, ancilla, peccesue togata.

Quod apertius Iuuenalis Sat. 2.

———. Eſt mœcha Fabulla
Damnetur, ſi vis, etiam Carphinia, talem
Non ſumet damnata togam.———

Et acutiſſimus Martialis eruditè lib. 2. epigram. 39.

Coccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ.
Vis dare, quæ meruit, munera? mitte togam.

Ita togatæ meretrices in Lupanari concubitus hora, quæ nona erat; hinc dictæ Nonariæ à Perſio, conſtituebantur admiſſis ad tintinnabulum ganeonibus, vt à me alibi dictum, Athenis quæ vim paſſa fuerat, eius, qui vim intuliſſet, vel nuptias, vel mortem optabat lege, quam ſignat Terentius, vbi reperit Philumenam inuentam eſſe ciuem Atticam. De pœnis adulterarum vide quæ notaui in Polym. *l.* 1. *differt.* 11.

Profeſſio ſtupri apud Ædiles fiebat, quæ tamen irrita poſtea facta lege noua, teſte Lipſio ad Tacitum Annal. 2. vbi hæc Papiniani verba ex Leg. 10. de adulteriis producit. *Mulier, quæ euitandæ pœnæ adulterij gratia, Lenocinium fecit, aut operas ſuas Scenæ locauit, accuſari, damnarique Senatus conſulto poteſt.* — Stupri profeſſio apud Ædiles, & cur.

Cur autem apud Ædiles ea profeſſio fieret, eam adducit cauſam, quia nempe Ædilibus fornicum, popinarum, locorúmque eorum, in quibus honos non colitur, aut virtus, cura erat deſtinata. Ideò Seneca.

Loca Ædili metuentia quæ.

Inuenies voluptatem circa balnea, & ſudatoria, ac loca Ædilem metuentia. Ad quod etiam Iuſtinus alludens dixit, *Dionyſium apud Ædiles iurgari ſolitum.* Publicas itaque meretrices in albo habere tenebantur Ædiles, vt, ſi quam reperirent, quæ non profeſſa eſſet, mulctarent. Quod hodie aliquibus in Italiæ Vrbibus adamuſſim ſeruatum; imò nunc non ſolùm profitentur, ſed & vectigal perſoluunt.

Meretrices vectigal ſoluunt.
Meretricum toga, &c.
Meretricum togatarum mos vide.
Matronæ veſtibus diſtinctæ à meretricibus.

Meretrices erant ſine ſtola, inſtita, & vittis, quæ Matronarum: at cum toga. Hunc morem ad Romanos ab Athenienſibus defluxiſſe crediderim, præcipuè cum apud eos lege cautum fuiſſe ſciam, vt Scorta à Matronis veſte diſcernerentur, certam veſtem ferentia, non ad libitum. Suidas, νόμῳ Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἀνθινὰ φορεῖν.

Athenis Mulieres nullæ in caſtris.

In caſtris ſcorta, aliáſve mulieres eſſe, militares leges non permiſere. Vnde Quintilianus (ſi is eſt) in milite Mariano. *Meretrices, inquit, ab exercitu ſubmouentur; intrare noſtra caſtra fœminis non licet.* Propertius lib. 4. eleg. 3.

Romanis vtinam patuiſſent caſtra puellis,
Eſſem militia ſarcina parua tua, &c.

Perſarũ mos.

Perſæ tamen vxores, & liberos, tanquam pugnæ incitamenta, in caſtra ducebant.

Quemadmodum emptores merces venales proſtituunt in propatulo, ita vt poſſint ab emptoribus, aut aduentoribus vndique inſpici, contrectari; ita factum lego à Scortantibus in meretrice conducenda.

Scorta proſtituta ſine veſte.

Seneca controu. 11. lib. 1. *Nuda in littore ſtetit ad faſtidium emptoris, omnes partes corporis inſpectæ, & contrectatæ ſunt.* Athenæus *lib.* 13. pluribus verbis, referens Euboli Zenarchi verſus, quibus id palam facit, redarguens eos, qui cum in lupanaribus omnis generis fœminarum colluuiem habeant, ad toros audeant accedere maritales, minimè veriti Draconis leges, quibus adulterium capitale erat: & paulò infra ex Philemonis verſibus. *Stant nudæ, ne te fallant; ſi placent, ſtatim amplectere; & quo, voles, modo. Exiſti, mandato laqueum.* Hoc erat aſpernantis, vnguem medium oſtendere, & in malam rem abire iubentis. Iuuenalis de Meſſalina, Satyr. 6.

Adulterium capitale.
Aſpernantis geſtus.

—— Tum nuda papillis,
Conſtitit auratis.

Velo tenuiſſimo tectæ meretrices.

Aliquando non omnino nudæ proſtabant; at velo tenuiſſimo tectæ, & pellucido. Horatius Sat. 2. lib. 1.

Altera nil obſtat, Cois, tibi penè videre eſt,
Vt nudam, ne crure malo, ne ſit pede turpi,
Metiri poſſis oculo latus, &c.

Vitrea Circes cur.

Hinc dicta Circes vitrea, & vitreæ togæ, quod ritu vitri pellucerent, vt ego opinor.

Catamiti venales quomodo.

Mangones quoque ſeu magiſtri puerorum meritoriorum eos mangonizatos proſtituebant ſine tunica. Hinc Martialis, lib. 6. epigr. 82.

Quidam me modo, Ruſe, diligenter
Inſpectum velut emptor, &c.

Serui venale nudi.

Nudi quoque Serui venales. Luciani Eunuchus, *Verum alijs quidem viſum eſt, vt nudato illo, quemadmodum in emptitijs ſeruis fieri conſueuit, inſpicerent, &c.* Sed quia Iuuenalis Sat. 6. verſus alium ritum indicat, his verbis,

—— Tum nuda papillis
Conſtitit auratis, titulum mentita Lyciſcæ.

Alij interpretantur illud, *titulum mentita Lyciſcæ,* quod nomen ſibi arrogauit, & cauſarit, meretrices enim, vt à me alibi dictum, nomen mutabant.

Titulus cuique cellæ Lupanaris.

Titulos cuique cellæ, meretricis affixos conjicio. Seneca Contr. 2. lib. 1. *Educta es in lupanar, accepiſti locum, pretium conſtitutum eſt, titulus inſcriptus, &c.*

Inſcriptas fuiſſe meretricum cellas apertiſſimè quoque teſtatur Tertullianus de pudicitia, lib. 1. *Sub ipſis libidinum titulis.* Lepidiſſimus Martialis.

Inſcripta quoties intraſti limina cellæ.

Tituli in fronte meretricis.

Et Petronius in Satyr. *Cum ego negarem, me cognoſcere domum, video quoſdam inter titulos, nudaſque meretrices conſpirantes.* Nec ſolum titulus cellæ ſuperinſcriptus; ſed etiam in fronte meretricis. Seneca in laudato loco. *Nomen tuum pependit in fronte, ſtupri pretia accepiſti, & manus, quæ Dijs datura erat ſacra, capturas tulit,* hoc eſt, *concubitus pretia,* quod pretium erat as. Petronius.

Iam pro cella aſſem exegerat.

Pretiũ meretricum as.

Alij dicunt quadrantem fuiſſe, vnde quadrantariæ mulieres.

Tituli in fronte victimarum.

Vti verò tituli in fronte Luparum, quæ verè Erebi victimæ, cur non tituli etiam in fronte victimarum, Dijs mactandarum, & donariorum templis affigendorum? Suetonius in Auguſto cap. 59. *Nonnulli patrum familias teſtamento cauerunt vt ab hæredibus ſuis prælato titulo victimæ in Capitolium ducerentur, votum pro ſe ſoluerentur, quod ſuperſtitem Auguſtum reliquiſſent.*

Tituli in ludis, in ædibus vendendis, in rebus fiſco addictis, in triumphis, in amphoris. Steuuech. *ad Veget. libro* 2. Item in ædibus potentiorum, vt tutiores redderent domus, nulluſque eas inuadere poſſet: in poſtibus etiam, vt notat ex Diuo Auguſt. Nouar. *Sched. libro* 4. *capite* 28. ſubnectit ex Clemente Alexandr. Strom. libro 7. *Diogenes cum inueniſſet ſcriptum ſuper domum cuiuſdam improbi: Inſignis victoria, Hercules hic habitat, nihil mali ingrediatur, Et quando, inquit, in aulam ingredietur dominus ædium?* Non poterat eſſe bonus, qui ſe adeo iactabat.

Veneri merces data à meretricibus.

Principibus ſi tributa à Mercatoribus ex quæſtu; & Veneri merces data à meretricibus ex proſtibuli lucro, vt quæ prima meretriciam inſtituerit artem. Videndus Martinus de Roâ Singularium *libro* 4. *capite* 10, qui fortè, & mihi viſus ab his ſcriptis.

Quod

Quod ſi quæ cuiquam noctem promiſiſſet, in foribus inſcribebar. *OCCVPATA EST.* Plautus Aſinaria. *In feribus ſcribat, Occupatam eſſe.*

Meretricium vectigal à quo primum inſtitutum.

Meretricium vectigal primum Caligula inſtituit, vt docet Suetonius *in eo, cap.* 40. quantum quæque vno concubitu mereret.

Velum ante portam meretricum.

Ante portam meretricum velum pendebat, ne introſpicere quiſquam poſſet. Martialis lib. 1. epigr. 35.

At meretrix abigit teſtem, veloque, feraque.

Iuuenalis.

Contentus non eſt foribus, veloque, feraque

——Claude feneſtras

Vela tegant rimas, iunge oſtia, tollite lumen.

Centones ante portam meretricum.

Hoc velum ex centonibus conficiebant, & cento appellabatur, quod in vnaquaque cella, & maiori lupanaris ianua, extenſum à ſcortis. Diſco ex Iuuenalis Sat. 6.

Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Petronius.

Vt in locum ſecretum venimus, centonem anus vrbana iniecit, &c.

FRANCISCO ALZANO
Iuriſc. Vicario Generali
Epiſcopi Vicentiæ.

DISSERTAT. XXXVIII.

Gynæconomi officium. Numerus conuiuarum apud varias Gentes. Quibus Numinibus dicatus. Cuius munus illum recenſere. Præcepta inuitandi ad conuiuium. Vocatores quinam. De Coquis, & eorundem officio, ac ſupplicio. Quanti Coqui habiti. De Præconibus, quorum officium nouilunia indicare, & in ſacris monere, vt cauerent à verbis malè ominatis. Dextra ſublata operis inchoandi indicium. Manus motus, & digitorum quid innueret. De Nouiluniis multa. Manu ſilentium indictum; manu etiam vſi Lictores in turba remouenda. Qui ritus in auctione. Præcones liberi. Præconum decuriæ.

Formula ſeruorum ad dominos.

VT olim à Seruis in negotiis expediundis vſurpatum, à me quoque: *Si quid me vis, impera, & factum puta.*

Gynæconomus Græcè, γυναικονόμος, mulierum dicitur inſtitutor, earum curam habens, matronarum etiam decentiæ arbiter, & muliebris ornatus. De quo ita Poſtellus. *Gynæconomi ita vocabantur, qui de matronarum primò, poſtea de omnium mulierum ornatu ſtatuebant, ne vlla illarum quicquam indignum ferret, vtque ſingula pro ratione cenſus, & facultatum induerentur, indicta mulcta eis, quæ ſecus feciſſent.* Præter hoc officium, reperio etiam in Athenæi lib. 6. aliud. *Gynæconomis autem vocatos recenſentibus, eumque faceſſere iubentibus, quia præter legem, & ſtatutum triginta conuiuarum numerum, alios ſecutus, ſe ingeſſiſſet; rurſum, inquit, numerate; ſed exorſi a me.*

Gynæconomus quis, & quod eius officium.

Gynæconomi officium cura mulierum.

Numerus conuiuæ à Gynæconomis.

Huius legis meminit Plut. Symp. 4. q. 3. nec tamen num. 30. præſcribit, ſic *Legumlatores, qui omni conatu luxum impugnarent, maxime numerum definiere eorum, qui ad nuptias vocarentur.* Et 8. q. 6. idem confirmat planè. Iabenſibus lege lata indictum erat (vt videre eſt ex Heraclidis Politicis) ne in conuiuiis celebrandis plures vocarent, quam decem viros, & totidem mulieres; neq; nuptiarum celebritatem vltra biduum producerent. Plato quoque in 5. de legibus ab hoc non diſſenſit. Ipſe enim edixit, ne plures, quàm quinque amici, totidem amicæ ex parte patris vocentur. Ex cognatis, ex propinquis totidem. Eius hæc verba. *Quod autem ad nuptiale conuiuium attinet, non plures, quàm quinque amici, totidemque amicæ ex parte patris vocentur. Ex cognatis, & peregrinis totidem. Impenſa ex facultatum modulo, & ratione fiant: ditiſſimus minam impendito: alius dimidiam minam, & ſic deinceps, &c.* Harmoſini apud Lacedæm. præerant mulieribus vt honeſtius incederent.

Iabenſium numerus conuiuarũ.

Platonis lex conuiuarum.

Gynæconomorum igitur officium etiam erat, præter curam muliebris ornatus conuiuas numerare. Confirmat idem Athenæus ex Timocle, & Menandro: & ne numerus conuiuarum trigeſimum excederet; quod quàm ſit verum, aliis iudicandum relinquo. Conuiuarum itaque numerus (vt habet Marcus Varro, & à me alibi dictum) incipere debebat à Gratiarum numero, & progredi ad Muſarum, ideſt, vt pauciſſimi ſint tres, plurimi nouem. Pauſanias refert, nunquam plures tribus diſcubuiſſe ſimul. Lege Fannia extra domum non plures tribus, in foro non plures quinque licebat conuiuio excipere. Hinc triclinia dicta à tribus lectis, in quibus ſinguli accumbebant. Septenarium numerum alij probabant ex dicto illo, *Septem conuiuium, nouem conuicium.* Ad Homerum. 2. *Iliados* denarius numerus refertur, nec plures decem accubuiſſe refert Euſtathius. Apud Iulium Capitolinum duodenarius numerus refertur in conuiuiis Veri Imperatoris. Apud Suetonium, item Auguſti, in quo duodecim conuiuæ Deorum, Dearúmque habitu accubuerunt. Xenophon octo conuiuas vult eſſe cum nono conuiuatore. Hi numerum potius reſpiciebant; eumque religioſa quadam curioſitate ſectabantur; cum conuiuarum numerus non ad viuum reſecandus; ſed

Gratiæ, Muſæ numerus conuiuarum.

Lex Fannia de conuiuiis. Triclinia vnde dicta.

Septem conuiuæ.

Varius numerus conuiuarum.

Duodenarius numerus conuiuarum.

Duodecim Dij conuiuæ Auguſti.

Nonenarius numerus conuiuarũ.

Noncnarius numerus cõuiuarum. Multitudinis conuiuatum incommoda. Præcepta inuitandi ad conuiuia.

pro loco, & tempore inſtituendus. Incommoda multitudinis conuiuarum referuntur à Plutarcho *Sympoſ. lib. 5.* reuocante omnia ad mediocritatem: & ſub hæc duo præcepta ſubnectente. Primum, vt ſæpius paucos inuitemus, alterum, vt ipſius conuiuij cauſam, genúſque ſpectemus.

Numerus conuiuarum recenſitus à Gynæconomis. Vocatores qui.

Numerus inuitatorum, poſtquam conuenerant, recenſebatur à Gynæconomis ex Athenæo *lib.* 6. Qui inuitabant, *Vocatores* dicebantur. Martialis lib. 7. epigrammat. 85.

Iam, dices mihi, vapulet vocator.

Scindere penulam quid. Lacinia tenere quid.

Qui ſeriò, & ex animo inuitabant, dicebantur, *Scindere penulam*, quaſi vi, manu iniecta in penulam; & hoc erat vehementer rogare; contra verò leniter & remiſſe aliquem inuitare, dicebatur ille, qui *laciniâ tenebat*, non penulam ſcindebat.

Modus inuitādi ad epulas Imperatoris Coſſ.

In Valerio Maximo reperio modum inuitandi, præter conſuetum lib. 11. cap. 3. ſic dicente. *Moris erat ab Imperatore triumphum ducturo, Coſſ. inuitari ad cœnam, deinde rogare, vt venire ſuperſedeant, ne quis illo die, quo ille triumphauerit, maioris in eodem conuiuio ſit imperij.* Idque fortaſſe ideò factum, vt poſt epulum, honoris ergo, à Pop. Romano deduci poſſet, qui honos præſentibus Conſulibus non poterat (ex Pop. Roman. motibus, ac inſtitutis) Imperatoribus tribui.

Pœna conuiuæ non venientis tempore.

Sed ſi conuiua ad horam conſtitutam non adeſſet, pœnæ loco, non niſi circuito triclinio admittebatur, & tunc epulari iuſſus diſcumbebat, vt refert Alexander ab Alex. *lib. 5. cap. 22.*

Coqui ſuum nomen profeſſi apud Gynæconomos. Qui mulctati à Gynæconomis. Coquorum dignitas apud Græcos.

Ad Gynæconomos reuertor, quorum curæ numerus conuiuatum in nuptiis, & apud eoſdem ſuum nomen Coqui profiteri tenebantur, vt plerique autumant. Ex Solonis inſtituto (vt notat Plutarchus in eius vita) *mulctabantur à Gynæconomis parentantes bene, quive amplius tres veſtes cum mortuo condebant, tanquam effœminati, & molles.* Legatur ibidem, vbi ritus multi pulcherrimi. Apud Græcos Coqui ſummo in pretio fuere ex Athenæi *lib.* 14. & Coquos antiquos dicit, τῆς θυτικῆς, hoc eſt, *artis ſacrificandi* fuiſſe peritos, nuptiis, atque ſacrificiis præfuiſſe, & Atticos præcones, coquorum, victimaſque cædentium ordinem locúmque obtinuiſſe; Alexim quoque Poëtam in quodam ſuo opere ſignificare, artem coquinariam inſtitutum eſſe vitæ liberis hominibus conueniens. Cadmum Dionyſij auum coquum fuiſſe teſtatur: neminem quoque veterum poëtarum, excepto ſolo Poſidippo, in antiquis

Coqui nulli ſerui.

Comœdiis μάγειρον, ideſt *coquum ſeruum*, introduxiſſe: vnde conſtat non ſeruile, ſed liberale, & ingenuum hoc genus vitæ illis fuiſſe, & lib. 9. coquorum πολυμάθειαν, ſimul & ἀνελευθερίαν multis teſtimoniis comprobat. Hæc apud Græculos cupediarios.

Coqui quāti apud Rom. Coqui ex macello vocati.

Apud Romanos ex Plinio *lib.* 18. *cap.* 11. Coqui non habebantur in ſeruitiis, eóſque ex macello conducebant. Plautus in Aulul. *Poſtquam obſonauit herus; conduxit coquos.* Poſt Aſiaticam victoriam, creſcente luxu, viliſſimum mancipium Coquus æſtimatus. Lege Plinium *lib. 9. cap.* 17. Horum mores deſcribit Plautus *in Pſeudolo* pluribus. Soliti enim ſtare, aut ſedere in foro expectantes, donec conducerentur. Hi vocati à Plauto, *rapaces*, &c. Furtum horum pœna putei plectebatur, vt à me alibi dictum, vnde Strobilus ſeruus de fure coquo. *Comprehendite, vincite, verberate, in puteum condite.* Puteus erat locus ſubterraneus ſine aqua barathrum dictum. Talis fuit puteus Ioſephi innocentis, in quo à fratribus conditus.

Furtum coquorum quā pœna mulctatum. Coquorum ſupplicium.

De Præconum officio alibi à me dictum, nunc ex Athenæi *lib.* 11. hæc addo.

Nouilunia indicata à præconibus.

Præ cæteris eorum officiis hoc recenſetur, vt nouilunium, ſeu Lunæ σύνοδον indicarent; an quia tunc menſium Initium cum Luna renouabant? Iudæis hoc in vſu, vt docet eruditus Sigonius, & alij. Verba hæc Athenæi ipſiſſima. *Stratonicus, cum Abdera ſe contuliſſet ad ſtabulum, illic ludorum ſpectaculum, ciues ſingulos peculiarem ſibi præconem habere conſtituit, qui eorum iuſſu cum adhibuiſſet nouilunium, ideſt primum diem menſium ipſorum annunciaret.* Priſcis temporibus, antequam Faſti à Cn. Flauio ſcriba, inuitis Patribus, in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hæc prouincia demandabatur, vt nouæ Lunæ primum obſeruaret aſpectum, viſamque Regi ſacrificulo nunciaret; atque tum ſacrificio à Rege, & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex Kalata, ideſt vocata in Capitolium plebe, dies Nonarum, & Iduum indicebat; & primus dies, quo calabatur populus, dicebantur kalendæ,

Nouilunia olim notata à minori Pontifice.

Menſes ad Lunæ curſum olim ordinatos lego in Dionyſio lib. 10: *Anno ſequenti decem viri accepta Conſulari poteſtate; menſes autem pro curſu lunari tunc obſeruabant, & plenilunium in ipſas Idus incidebat*; &c.

Menſes ad Lunæ curſum.

Quare menſes dicti à Luna: μήνη, enim Luna dicitur, vnde menſes, μῆνες, quod videlicet ad curſum Lunæ menſes agerent. Hebræi quoque à Luna vocarunt. Et Luna quinta, ideſt, die menſis quinto, intelligitur. Euſt. in Hom. Menſem bouem vocatum tradit à Lunæ cornibus, menſis verò principium μόσχον, ideſt, vitulum vocat. Ideo lunaris menſis erit à nouilunio in nouilunium, à Kalend. ad Kalend. diebus vndeviginti circiter, & dimidiato. Poſtea tamen ad curſum Solis, ex Iuliani anni correctione exacti ſunt. Luna, ſeu Kal. precibus & ſacris Dij placati. Hor. *lib.* 3.

Nouilunium quomodo deprehēſum. Cynocephali nutriti in templis ob nouilunia inueſtigāda.

Quomodo autem Lunæ coitum obſeruarent, & deprehenderent, refert Rhodiginus *lib.* 35. Cynocephalos in templo innutritos. Nam Lunæ coniunctione obſeruatam, Cynocephalum nec videre, nec veſci, ſed præ triſtitia in terram abſcondi, velut Lunæ ingemiſcentem raptum, quo argumento in templis Cynocephalos innutritos, vt inde nouilunium agnoſcerent. Plutarchus in Æmilio refert Lunæ ſacrificatum, ita. *Vt primum reniteſcere Lunam conſpexit, immolauit ei* 11.

Lunæ ſacrificium.

lumentis: luce prima cum ſacrificaret Herculi hoſtiis 20. non litauit, &c.

Annus, & menſes ad Lunæ curſũ.

Numa Pompilius ad Lunæ curſum ex Græcorum inſtituto annum inſtituit, & menſes, cum intercalatione, vt cum anno ſolari conueniret, annus enim lunaris conſtat 354. diebus, ſolaris vero 365. diebus integris.

Conuiuia, & ſacra in nouiluniis.

In nouiluniis, ſeu Kalendis, dictis *Neomenijs* certa conuiuia, ſeu ſacra fiebant, vt habemus in Horatio lib. 3. Od. 19.

Da Lunæ properè nouæ,
Da noctis mediæ.

Nouilunia ſacra apud Athenienſes, & quid facerent.

Item lib. 3. Od. 23.

Cælo ſupinas ſi tuleris manus,
Naſcente Luna. ——

kalendis datum, & exactum fœnus.

Apud Athenienſes in nouiluniis Serui vendebantur, belliquе Duces creabantur, teſte Suida, erantque dies illi honorati. Ex Ariſtophanis teſtimonio, vltimo menſis die, qui non fœnus, aut debitum perſoluebant ceu ἄτιμοι, in ius vocabantur, & apud Romanos moris erat Kal. pecuniam dare fœnori, & exigere, vnde dictæ Kalendæ triſtes ab Horatio. Aliquando in Idus vſque exactio differebatur à fœneratoribus. Horatius,

Omnem relegit Idibus pecuniam

Od. 2. Epodi.

Lunæ ſacrificium.

De ſacrificio Lunæ hæc Herodotus libro 2. *Aliis Diis immolare ſues, ius Ægyptiis non eſt, præterquam Lunæ tantum, & Libero: niſi per tempus plenilunij, quo ſues immolant, ac ſuilla carne veſcuntur: ideoque aliis diebus feſtis ſues reformidant, cum in iſto mactent, cuius rei ab Ægyptiis ratio redditur: ſed eandem intellectam mihi magis decorum eſt non referre. Sacrificium autem Lunæ de ſuibus hunc in modum fit. Immolata ſue, extremam eius caudam, & lienem, & omenta ſimul componunt, & adipe, qui circa aluum pecudis exiſtit, ea operiunt, ac deinde igni admouent: reliqua carne plenilunij die veſcuntur, quo die ſacra faciunt: alio die non amplius guſtant. Qui ſunt ex his inopes, propter tenuitatem facultatum, aſſimilatos quoſdam ſues coquunt, quos immolent. Baccho quoque in eius feſto, &c.*

Sus immolata Lunæ cur.

Silentium indictum à præcone in ſacris manu, voce, &c.

Ritibus præterea ſacrorum (vt parergon annectam, quia amica ſilentia Lunæ, Diana enim ſilentium regit vt dicitur) olim receptum, vt, cum ſacra facerent, abſtinerent ab omnibus malis verbis. Propterea qui aderant, monebantur præconis voce, εὐφημεῖν idest, *fauere linguis, & verbis parcere male ominatis.* Id verò maxime deſiderabatur, cum Diis vota fiebant. Hinc ioci Stratonici apud eundem Athenæum eodem libro de tibicine indocto, & malo, cuius ſonus perinde malus, atque mala verba. Sic ille. *In ſacrificio tibias inflaturo quodam tibicine, bona, ominari me oportet (inquit Stratonicus) liberius iam, & Deos precemur.* Quare ex Dione in Adriano (vt alibi à me notatum) præco manus elatione omnibus ſilentium indicebat. *Non modo non conceſſit; ſed etiam iuſſit ſuperbi*

Iocus Stratonici de malo tibicine.

Manu ſilentium indictũ.

illud Domitiani, Silete, quod verbum tamen non eſt à præcone dictum; nam ſi, cum manum porrexiſſet, eſſetque ob eam cauſam ſilentium conſecutum, vt eſt conſuetudo, vox enim præconis audiri ſolet magno ſilentio; hoc vero, inquit, Princeps vult.

Silentium præterea eſt augurale vocabulum, vt colligit Turneb. Aduerſ. lib. 5. cap. 19. & Cic. 2. de Diuin. *Peritum autem eſſe neceſſe eſt eum, qui ſilentium, quid ſit, intelligit,* nam vitium iis, quæ auſpicata ſunt, & augurata opponitur, vitio creati ſunt magiſtratus, qui creati ſunt contra auſpicia. Silentium ſane apud Ethnicos diuinum quippiam eſt viſum. Philoſtratus libro 1. Apollonij, cap. 1. *Silentium,* inquit, *pro re diuina à Pythagoricis diſcipulis celebatum.* Hinc & Dij quidam apud illos ſilentij cultores præſideſque. Deæ Angeronæ ſimulacrum obligato, obſignatoque ore erat. Harpocrates digitum ori impoſitum tenet, in taciturnitatis & ſilentij argumentum, vt tacite nobis innueretur, diuinitatem quampiam præſeferre linguæ coercitionem. Cum ad bellum pergerent; ſua ſecum numina gentiles ducebant, & præcipuè ſilentij, hinc vetus illud dictum; *Ter maximum in bello numen ſilentium eſt.* Nouar. Sched. lib. 10. cap. 10. Ab Angerona, & ab Harpocrate ſilentium quiſque diſcat, cum Plutarch. de garrulitate concludat, *Loquendi magiſtros habemus homines, tacendi vero Deos.* Roſam ſilentij ſymbolum fuiſſe notat Nouar. *Sched.* Hinc apud aliquos in cœnaculis roſa ſuper menſas affigitur. Hinc carmen,

Est roſa flos Veneris, cuius quo facta laterent,
Harpocrati matris dona dicauit Amor.
Inde roſam menſis hoſpes ſuſpendit amicis
Conuiua vt ſub ea dicta tacenda ſciat.

Inde natum prouerbium apud Germanos *ſub roſa dicta, & facta,* idest, ſub ſilentio condita, quæ dicuntur, aut fiunt.

Formula in re diſtrahenda, & recipienda.

Præconis haſta inſectari quid.

Alium ritum Lucianus in Vitarum auctione mihi ſuppeditat à Præcone obſeruatum, qui auctionem auſpicans, ita proclamabat, *Quod felix, fauſtumque ſit, rem diſtrahimus emptori.* Cum verò emptor recipiebat, dicebat. *Age; quod felix, fauſtumque, ſit recipe.* Hinc illud dictum, *Præconis haſta inſectari*, quod nihil aliud eſt, quam curare, vt bonorum ſub haſta venditio fiat.

Roſini locus de Præcone & officio eius.

Præconum vſum varium colligo ex Roſini *lib. 7. cap. 49.* paucis complectente rem totam. In auctionibus, vt ad haſtam ſtarent, & precia oblata nunciarent. In concionibus, vt audientiam facerent. In comitiis magiſtratuum, vt tribus ad ſuffragia ineunda citarent, & eos, qui renunciati erant, renunciarent. In legibus ferendis, vt, ſubijciente ſcriba, leges populo recitarent. In iudiciis & quæſtionibus, vt iudices, reos, & accenſatores, & teſtes citarent. Liberos autem fuiſſe præcones, exemplo ſit Sext. ille

Nænius, de quo Cicero. Hi à Conſulibus & Ciuibus Romanis eligebantur, eorumque multæ erant decutiæ.

Diſcoloria veſte vſos olim, qui publica auctoritate quippiam facerent, more noſtro, teſtimonio ſunt Imperatoriæ conſtitutiones In Codice Theodoſiano, ſub titulo, de habitu quo intra vrbem vti oportet, & Petronij Satyricon: *Neque longè à præcone Aſcyltos ſtabat amictus diſcoloria veſte, atque in lance indicium, & fidem proferebat*, & hodie quoque in vſu aulicorum, & miniſtrorum publicorum tunicæ, peno æque multitiæ, & polymitæ verſicoloribus liciis textæ, Alexandrinorum inuentum.

GASPARI SCIOPPIO, Regio, & Cæſareo Conſiliario.

DISSERTAT. XXXIX.

Chirothecæ, Dactylothecæ olim in vſu contra frigoris vim. Manipuli dictæ chirothecæ, & alia ad hanc rem. Tunica vtrinque manicata quorum. Parthorum anaxyris. Lacedæmoniorum veſtitus. Alala militum clamor. Ante prælium vota militaria concepta, & perſoluta. Bellum venale, apud Lacedæmonios, Athenienſium laus in pugna. Laconicæ claues.

Chirothecæ olim in vſu. Chirothecæ dictæ manicæ, manipuli.

CHIROTHECAS, quas Græci dicunt & dactylothecas, manuum vaginam ad frigus arcendum, lego fuiſſe etiam in vſu priſcis, quæ & dictæ manicæ, ſiue manuthecæ, & manipuli. Cicero in Phil. *Solet enim cita ipſo accipere manicas.* Athenæus, lib 14. *Hyrcani non tantum caput, corpus, & pedes operiunt, ſed etiam manicas induunt ad extremam manum, & digitalia.* In quo loco, inter cætera luxus, & molliriei Perſarum argumenta, hoc quoque à Xenophonte recenſetur, quòd digitalibus contra frigus manus ſuas munirent. Quare manicatis tunicis non ſine probro indui ſolebant, quas Græci, χειρίδωτας, Latini *chiridotas* vertunt; manuleatas tunicas crediderim, quibus non tantum corpus, & brachia, ſed & manus tegerent contra frigoris vim. Manicatas fuiſſe probro, ſubſcribit Agellius lib 7. cap. 12. dicens: *Tunicis uti virum prolixis vltra brachia, & vſque in primores manus, ac prope in digitos, Romæ, atque omni in Latio indecorum fuit, fœminis tantum permiſſum; vnde Publius Africanus Sulpitio Gallo homini delicato, inter cætera, quæ obiectabat, id quoque probro dedit, quod tunicis vteretur manus totas operientibus.* Hæc dicta

Manicatæ tunicæ probroſæ.

chiridota tunica, ἀπὸ τῶν χειρῶν, *à manibus*, quas tegebat. Q. Ennius, Carthaginenſium tunicatam iuuentutem non ſine probro dixit. Virgilius, Æn. 9.

Chiridota.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

At propriè manuum tantùm tegumenta chirothecæ, vt noſtræ, ſeu dactylothecæ dictæ, ſeu digitalia, quas ſeriùs in vſum veniſſe crediderim. Hinc Plinius Iunior: *In itinere* (inquit) *quaſi ſolutus cæteris curis huic vni vacabat: ad latus notarius cum libro, & pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebat, vt ne Cœli quidem aſperitas vllum ſtudij tempus remitteret.* Varro lib. 1. de re ruſtica. *Olea manu ſtricta melior ea, quæ digitis nudis legitur, laudabilior, quam illa, quæ cum digitalibus.* Manipulus etiam dictus, hoc eſt manus tegumentum, quo & milites vſi, quod Græci dixer. χειρίδα, χειροθήκην, contra quorundam nimiam ſedulitatem in re Latina recudenda. Suetonius: *Sed cum ad conſpectum eius concitus leo, impetum feciſſet, manum manipulo inuolutam Lyſimachus in os Leonis immiſit arreptaque lingua feram examinauit*, χειρίδες, inquit Pollux Onom. 7. de veſtibus loquens, ſunt veſtis partes, quæ manus tegunt, τὰ περὶ ταῖς χερσίν. Vnde χιτὼν χειριδωτός, id eſt *manicata tunica*. Harum & meminit Homerus Odyſſ. vlt. χειρῖδάς τ' ἐπὶ χερσὶ βάτων ἕνεκα, *Chirothecaſque in manibus, ruborum gratia.* Legatur Euſtathius interpres ad hunc locum.

Manipulus dictus chirotheca.

χειρίδες.

Apud Parthos, qui principes erant Ciuitatis, & inter cæteros valdè conſpicui, Anaxyrulem triplam induebant, & manicatam tunicam; plebs verò erat cum tunicis ſine manicis, vt habet Strabo *lib* 15. Pollux idem ſuprà citato libro *cap* 13 ſcribit, apud Athenienſes tunicam vtrinque manicatam, puerorum fuiſſe; vnam verò tantummodo manicam habentem, ſeruorum. Æmilius Pauli filius P. Sulpicio Gallo, quod tunicis manus totas operientibus vteretur, vt probrum obiectauit. Talares enim, & manicatas inducre tunicas, aut diſtinctas flagitij loco habitum, vt notat Alex. ab Alex. *lib* 5. *cap.* 18. Apud Lacedæmonios in luxum veſtimentorum non tantum leges latæ erant, ſed Ephoris etiam mandatum, vt quotidie inſpectiones obirent veſtimentorum, & ſi quid in illis à decenti, iuſtoque ornatu alienum inueniretur, delinquentes, iuxta legis rigorem, punirent.

Anaxyris, tunica manicata Nobilium Parthorum.

Tunica vtrinque manicata quorum.

Talares, & manicatæ tunicæ probroſæ.

Lacedæmoniorum cura circa veſtitum.

Linquo manipulos, manipulareſque: pugnæ præludium libo, fieri ſolitum ad animos efferandos, efferendos quoque.

Ante pugnam milites vociferabantur, *Alala*, quod erat quaſi præludium, & incitamentum ad manus conferendas, ita Athenæus lib. 1. *Audi, Alala, belli filia, votis prauia.* Plutarchus de gloria Athen. *Audi Alala, belli ſoror, haſtarum hoc exordium.*

Alala militaris clamor ante pugnam.

At, priuſquam Martis aleam ſubirent incertam, vota concipiebant milites, aut eorum vxores propinquive, quæ in portis vrbis ſuſpendebant. ſuſpenſa videlicet tabella, qua voto ſe obligabant, reditum voventes, & fauſtum ominantes. Hunc morem indicat Propertius.

Vota militaria concepta & ſuſpenſa in portis.

Omnibus

Omnibus hen portis pendent mea noxia
vota.

Iis reducibus, aut victoribus voti damnati perſoluebant, quod ſuſpenſa tabella concepetam, ſuſpendebantque illi portæ, per quam redibant. Idem.

Vota ſoluta à reducibus victoribus, ſuſpenſaque portis.

Armaque cum tulero porta votiua Capena,
Subſcribam, ſaluo grata puella viro.

Votum ſignare, eſt votum nuncupatum, & in charta conceptum, & conſcriptum Deorum genibus cera obſignatum adfigere: hinc fortaſſe manauit formula, Deorum genua incerare, de quo alibi; de Donariis, & votiuis tabellis videndus eruditiſſ. Iacobus Philippus Tomaſinus.

Lacedæmonij primum fecere belli euentum venalem.

Laconicæ claues prou.

Subſcribo huic, quod lego de Lacedæmoniis, qui etſi diſciplinæ eſſent domi integerrimæ; attamen foris eam labefactarè ſunt coacti. Pauſanias in Meſſen. hæc habet: *Primi omnium Lacedemonij ex omni antiquitatis memoria, hoſtem dicuntur muneribus ſollicitaſſe, & venalem feciſſe belli euentum.* Mirum, tantam virtutem degeneraſſe Hinc puto illud adagium, *λακωνικαὶ κλεῖδες, laconicæ claues*, id eſt, *fallaces.*

Parœmiographus ait, explicans adagium, *Vliſſis vinculum*, vetuſti moris fuiſſe vinculis munire, quod ab aliorum iniuria tutum eſſe volebant, recentior enim eſt clauium vſus, quas Laconum eſſe inuentum ſunt qui adnotant.

Athenienſiū laus, quod nunquam ſolum verterint.

Subnecto tamen, quod lego in Herodoto lib. 7. de Athenienſibus: *Qui ſoli Græcorum feruntur nunquam ſolum vertiſſe.*

GERARDO IOANNI Voſſio publico Rhetorices Prælectori apud Batauos.

DISSERT. XXXX.

Menſæ benedictio etiam priſcis in vſu. Inter bibendum ſibi mutuò benè precari, & ante inuocatus Iuppiter ſeruator, κυλίκειον, ſeu, bottiglieria, olim in vſu. Vindemiatorum, viatorumque licentia. Cuculi qui dicti. Preces ante menſam, & poſt menſam factæ. Cœna vnde dicta. Chariſtia quæ. Epulæ ſacrificiorum appendices. Cibus non ſumendus non libatus. Monophagia quæ, & alia.

Benedictio menſæ antiquos in vſu, & cur.

LAVDATISSIMVS mos Chriſti fidelium ante menſam Deum precandi, quem & priſcis Ethnicis etiam in vſu fuiſſe refert Athenæus lib. 7. his verbis: *Nam ad epulas conuenientes primùm Deos venerabantur, deinde ad animi remiſſionem, ac hilaritatem ſeſe traducebant, &c.* Paulò infra rationem reddit: *Vt dum putaret quiſque ad primitias, & libationes Deos venire, in iis verecundè, ac pudenter verſaretur.* Idem lib. 10. *Deos igitur precati, quod ait Plato in Philebo, vinum miſceamus, ſeu Bacchus, ſeu Vulcanus, ſeu quis alius Deorum hunc ſortitus eſt honorem, cum vinum miſceretur, nempe, vt eius numen inuocetur, & libatione colatur.* Quintil. decl. 301. *Inuitaui ad cœnam, &c.* Paulò pòſt, *Et adiſti menſam, ad quam cum venire cœpimus, Deos inuocamus.*

Menſa ſacra. Iuramentum per conuictum cur.

Plutarchus præterea *quæſt. Rom.* 54. apertè aſſerit, menſam eſſe ſacram. Ideo ſolemne apud Scythas iuſiurandum per conuictum, ſeu conuiuendi, conuiuandique conſuetudinem. Athenæus lib. 5. *Omnis conuiualis cœtus apud veteres ſui cauſam ad Deum referebat,* & idcirco ſubiungit: *Veteres cum coronis, atque hymnis Deorum propriis, tum menſæ miniſtris, non ſeruis; ſed liberis, & ingenuis in conuiuiorum celebritate vti ſolitos.* Aſclepiades, teſte Pauſania, moderatum conuiuium, Deorum conciliabulum vocat, dum ad tale conuiuium non modo Heroas, verùm ipſum quoque Iouem, Deoſque omnes accedere poſſe crediderit.

Conuiuium Deorum cōciliabulum. Cœna vnde dicta.

Conuiuium à Varrone apud Agellium *lib.* 13. *cap.* 11. dicitur conſtare quatuor rebus, quod omnibus ſuis ſit abſolutum numeris: ſi belli homunculi collecti ſunt, ſi lectus locus, ſi apparatus non neglectus, ſi tempus lectum, hoc eſt, ſi tempeſtiuum ſit cōuiuium, vt interpretatur eruditiſſimus Turnebus, de rebus potius feſtis, quàm profeſſis, ſi ſub noctem, de die enim potare olim turpe; neque in multam noctem producatur, ſed fiat temporè. vnde *tempeſtiuum dictum.*

Epulæ ſacrificiorum appendices. Publica conuiuia quæ.

Cœnam Plutarchus vult dictam, quaſi *κοινὴν*, id eſt, *communem*, à communione; Clemens *ἀγαπὰν*. id eſt *charitalem*; alij *Conuiciam*, id eſt *conuictum* Vnde epulæ olim ſacrificiorum appendices Quare legiſlatores conuiuia publica inſtituerunt, vt illis vel ciuilis ſocietas iniretur, vel inita beneuolentia conſeruaretur. Ariſtoteles *in Politicis*, ait antiquiſſima Italorum *συσσίτια*, ab Italo: Cretenſium *ἀνδρεῖα* à Minoë: Lacedæmoniorum *φιδίτια* à Lycurgo: Carthagienſium ſyſſitia: Athenienſium *συσσίτια* in Prytanæo, in Panathenæis, & Theſmophoriis; nec non Romanorum Chariſtia inter proximos: & cœnas in Capitolio, publiciſque ſacrificiis fieri ſolitas. Quare *μονοφαγία* olim probroſa, id eſt, à conuiuiis fugata: in prandio ſolùm permiſſa, ex Athenæo, & aliis. Inde precibus præmiſſis etiam Ethnici cibum capiebant. Athenæus lib. 4. Latinè: *Etiam poſt diſcubitum ſurgebant rurſus, atque in genua procidebant, & præeunte præcone, ſeu Sacrorum adminiſtro, patrias quaſdam preces certum ſimul profundebant, quibus abſolutis, denuò menſæ accumbebant.* Hoc facit quod refert Liuius Decad 4. lib 9. de Q. Flaminio Coſſ. Placentiæ, vbi amplificans ſcelus, ait, *Commiſſum eſt facinus inter epulas, vbi libare Diis dapes, vbi benè precari mos eſt.* De libationibus his à me alibi. Plutarchus in Sympoſ. Inter res ſacras,

Chariſtia Romanorū. Monophagia quando permiſſa. Preces ante menſam.

cum

Cibus non ſumendus nō libatus.

cum dixiſſet eſſe menſam, ſubdit: *Ac proinde cibum ſumpturi, Diis conſecrabant τὰς ἀπαρχάς*, hoc eſt, *primitias, &c.* Vnde prouerbium: *Ne è chytrapode cibum nondum ſacrificatum rapias.* Vide Manutium.

Ductum hoc à victimis, quas fas non erat contingere, niſi myſteriis peractis. Et Plato vult, etiam in conuiuiis prælibari Diis, & menſam rem ſacram putauit antiquitas, teſte Plutarcbo, vnde fit, vt his etiam temporibus nefas putent ἀνίπτοις χερσὶν, id eſt, illotis manibus, accumbere. Prandij quoque etymon mihi prælucet ad obſeruandum etiam ante prandium, preces fuſas, prandium enim Græcè ἄριστον, ab, ἀρὰ, dictum putant, hoc eſt, à precibus, quod non niſi Deos precati veteres ad prandium accederent.

Præfati olim in orationibus Deos.

Nec ſolum menſas à Diis priſci auſpicabantur, ſed etiam orationes, quod dicebant præfari, vt colligitur ex principio Paneg. Traiani. Præfari enim eſt dicere aliquid extra orationem, quò fieret precatio ad Deos, vt ex Demoſthene, Platone, Liuio, Cicerone & aliis patet. Inter pocula verò ſolemni verbo ſibi mutuo precandi morem innuit Ouidius, Faſt. 11.

Mos inter bibendum, ſibi mutuò benè precandi.

Et benè nos, benè te, patriæ pater optime Cæſar;
Dicite ſuffuſo per ſacra verba mero.

Vnica voce dicebatur clarè, Ζήσαις, hoc eſt, *Viuas*, cum quis ἀμυστὶ, vno ſcilicet hauſtu vini plurimum ebibiſſet. Caſſius Dio in Commodo id apertè declarat. *Bibebat defeſſus, Commodus, in medio certamine cluuato è calice, vino dulci refrigeratu, mulieris à manu ſumpto, vno hauſtu. Inde populus, & nos omnes ſtatim, quod in conuiuiis dici ſolet, acclamauimus, Viuas.* Grande ergo poculum, vnico hauſtu, ac ſine reſpiratione exſiccatum, cauſa erat acclamandi, *Viuas*. Ex quibus liquet, vocem illam, *Proſit*, quam omne inter propinandum, & finita cœna, aut prandio, vſurpamus, pro eo nobis eſſe ferè, quod olim, Ζήσαις Græcè, Latinè *Viuas*. At verò ante pocula, Iouis Seruatoris nomen inuocabant. Athenæus lib. 2. *Iouis præterea Seruatoris nomen inuocare conſtituit, memoriæ grata bibentium, quod ſic bibentes ſalutem ſine dubio conſequerentur.* Hæc ille; ſed de hoc à me alibi.

Acclamatum in potationibus.

Ioui ſeruatori poculum primū.

A Romanis in menſa ſecunda, in qua libatio fieri ſolebat, & Deorum precatio adhibebatur: colligitur ex illo Horatij lib. 4. Od. 5.

Et alteris te menſis adhibet Deum.

Auguſto enim vt Laribus libabant. Virg. 1. Æn. inducit Didonem libantem in conuiuio, *Iupiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.* Itaque non ſolum in libationibus, ſed etiam manè, & veſperi precabantur: *Dicimus* (Horatius ibidem) *integri ſicci mane die, dicimus vuidi, cum Sol Oceano ſubeſt*, quod eſt; precamur, veniente die ieiuni, veſperi poti. Ea duo tempora votis, & precibus addicta, teſtatur Plato lib. 10. de legibus, Turn. Aduerſ. lib. 24. cap. 35.

Bottiglieria olim in vſu.

Quod autem olim, κυλικεῖον, quòd volgò hodie dicitur *Bottiglieria*, in conuiuiis eſſet in vſu, idem Athenæus lib. 2. his verbis refert: *Sed quærendum vobis cenſeo, priuſquam recenſere pocula inſtituimus, quibus eſt refertum hoc κυλικεῖον, ſeu ἄβακας, abacus, ita enim appellatur poculorum vaſorumque theca, &c.* vbi diſputat Philologus de dictione illa; ſimulque veteris conſuetudinis nos admonens; quæ fuit, vt in diuitum conuiuiis (qui mos etiam durat apud nos) cum crateribus apponeretur poculorum ingens theca ad triclinium, magis ad opum oſtentationem, quàm ad vſum: propriè autem erat menſa; vbi κυλικεῖον ſpectandum exhibebant, quod vulgò dicimus etiam *Credenza*, quam Seruius vocat poculorum menſam.

Ad menſam feſtinanti Hippomene malum mihi obiicit aureum de ritu, tempore vindemiæ à vinitoribus obſeruato, & viatoribus, vt colligo ex Horatio. Viatores enim vinitoribus, & vindemiatoribus de via conuiciari, eoſque vt nimis tardos in vitibus putandis, colendiſque agris, contumeliæ gratia, cuculos appellari ſolitos, indicat Horatius Satyr. 7. lib. 1.

Cuculi appell. . agricolæ tardi.

——Regerit conuicia durus
Vindemiator, & inuictus, cui ſæpè viator
Ceſſiſſet magna compellans voce cuculum.

Cuculum lego. Dedecus enim habebatur, falcem ab illa volucre in vite deprehendi. Auſonius in Moſella:

——Inde viator
Riparum ſubiecta terens, hinc nauita labens,
Probra canunt ſeris cultoribus.

Hæc vox contumelioſa poſtea deflexa ad maritos, parum vigilanter vxores cuſtodientes. Plinius de hoc ritu pluribus *lib. 18. cap. 2. Dum ſecat, inde natam exprobrationem fœdam putantium vites, imitationem cantus alitis temporaria, quam cuculum vocant: dedecus enim habetur opprobrium meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, vt ob id petulantia ſales etiam cum primo vere laudentur, auſpicio tamen deteſtabiles videantur.* Cuculus vocatus Iupiter κόκκυξ, quod in cuculum verſus Iunonem ſtuprarit. Gyral. Cuculus oua ſua in nidum Curucæ transfert, vnde *Curuci* potius dicendi quibus vxores ignominiæ notam inurunt.

Extat adagium, *Cuculus*, vbi multa eruditè. Innuo locum, tu conſule. Plautus Aſin. *Cubat cuculus; ſurge amator, i domum*, & alibi. Vide Alciati Parergon l. 7. c. 5.

LÆLIO GVINICIO
Patricio Lucenſi.

DISSERTATIO XLII.

De nominis mutatione. Nomina mutabant Serui libertate donati, adoptati, in Deorum, & ciuium numerum relati: vel per fraudem. Meretrices etiam meretricium profitentes, eique renunciantes, cum

ad

ad bonam frugem reuertebantur. Aræ in apotheoſi. De Apotheoſis origine, & progreſſu. Calcei quando mutati. Soleæ & Crepidæ diſcrimen; hæ mulierum, & conuiuarum calceamentum. Pergula locus Scortorum vilium. Ebrium eſſe de die turpe.

Nominum mutatio in mancipiis ſeruitute liberatis.

DE nominis mutatione hæc ego mutuatus à Scriptoribus. Apud antiquos nominis mutationem in diuerſis actionibus comperio, & primò mancipia ſeruitute exempta, & libertate donata, Dominorum nomina ſibi imponebant;

In adoptatis.

item adoptati adoptantium, de quo à me alibi.

In Apotheoſi.

In apotheoſi, ſeu Deificatione, nomina quoque mutata, cum ſcilicet in Deorum numerum aliquis referebatur. Qui honos traditus olim ferè vrbium conditoribus,

Apotheoſis origo.

aut aliis de Republica benè meritis. Plutarchus de virtutibus mulierum, de Lampſacen. Vide ἀποθέωσιν apud eundem in Romulo, & eius grauem cenſuram Romæ, vt M.

Romulus ſolus Deificatus & poſtea pauci.

Tullius auctor eſt, ſolus ex Regibus Romulus conſecratus eſt, & poſtea pauci alij:

Apotheoſes priuatæ.

Priuatæ tamen Apotheoſes parentum per liberos conſecratorum, & domeſtica religione cultorum.

Dij animales qui.

Atque iſti ſunt Dij animales, de quibus Labeo libros ſcripſerat: in quibus aiebat (verba Seruij) eſſe quædam ſacra, quibus animæ vertantur in Deos, qui appellantur animales, quod de animis fiant. Hæc origo ἀποθέωσεως. Imperatores qui Patres Patriæ, & dicebantur, & habebantur, publicè in Deorum numerum relati, & publica religione culti, Illi dicti Indigetes antiquitus, & mutato nomine, Romulus dictus Quirinus ſemper poſt conſecrationem. Ouidius, 11. Faſtorum.

Proxima lux vacua eſt, & tertia dicta Quirino,
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.

Nomina alia apud Deos, alia apud homines.

Ne quis eos fuiſſe homines putaret. Ob id Homerus alia apud Deos, alia apud homines nomina quibuſdam imponit, namque Paris illi perpetuo, Alexander aliis dicitur, *Iliad* 14 fortaſſe ad maioris venerationis illicium.

Caſtor & Pollux Dioſcuri dicti. Id cauſæ fuit, cur Harpocrates, Sigalion digito ad os admoto in templis Ægyptiorum apponeretur, vt Iſis & Oſiris homines fuiſſe ſilerentur: At in Apotheoſi Imperatorum Romæ contra accidit, vt iiſdem nominibus, quibus prius fuerant conſecrarentur. Vide Buleng. *de Imperatore Rom.*

In apotheoſi quid peractum.

In Apotheoſi effigies erigebantur, coronæ imponebantur, ſtatuæ erigebantur Imperatoribus, eis ſubiiciebant aquilam, aræ ac templa ſtatuebantur.

Chalcidē Dij vocāt, homines verò *Cymindim*. Il. 20 Æneas poſt mortem dictus Iupiter Indiges Scamander fluuius dictus apud homines. Xanthus apud Deos. Herſilia vxor Romuli dicta Ora. Ita Ouidius, *Mutat, Oramque vocat quæ nunc Dea iuncta Quirino.* Hippolytus olim, nunc Virbius dictus, vt inde maior veneratio. Pontifices noſtri Sacroſancti hanc nominis mutationem vſurpant in apotheoſi, cum inaugurantur Pontificatu. Et religioſi etiam monaſticam vitam profitentes, quaſi diuinitate initiati, nomen cum vitæ inſtituto mutare non dedignantur. Ad hanc rem noto olim apud Græcos religioni habitum pæanem in cuiuſquam mortalium honorem canere Primus omnium inſertus fuit Lyſander, vt notat Plutarchus in eius vita. Simile legimus Romæ factitatum, vt eorum nomina, quos eximio honore vellent decorare Saliari carmine canenda decernerent. Germanico mortuo hic honos inter alios tributus, auctore Tacito *lib.* 2. Et M. quoque Antonius Philoſophus mortuo filio Vero, iuſſit nomen eius Saliari carmine inſeri, teſte Spartiano. Iam olim id Romæ inſtitutum, vt ex iis conſtat, quæ de Mamurio Veturio & Luciâ Volumniâ, ſcribit Varro, Ouidius, Feſtus. Vetus, & recens hic quoque Eccleſiæ mos Chriſtianæ, Martyrum, Pontificum, ſanctorumque virorum ſacris diptychis nomina inſerta, inter hymnodia recinendi, vt notat ad Athenæum auctor damnatus. Ouidius 11. Metam.

Hūc Icelō Superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat. Io, Iſis: Melicerta, Ino. Ouidius, 14. Metam.

Mutat priſcum pariter cum corpore nomen.

Noto obiter, in Apotheoſi duas aras ſtatutas, vt habet Virgil Eclog. 5. de Daphnide. Duæ aræ in Apotheoſi.

——— En quatuor aras,
Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo,

Additi etiam ludi funebres quotannis, Lectiſternia, Nouendialia ſacra, &c. Hunc morem habemus in principio 5. Æn. vbi funus Anchiſæ, & eius apotheoſis deſcribitur *ad amuſſim.*

Qui Romam commigrabant aliunde, vt *Romanis* gratiores eſſent, ac proinde iura Ciuitatis conſequerentur, aptabant ſua nomina ad formam nominum, quæ erant in Vrbe, facta aliqua litterarum mutatione. Inde Lucumo ille, Demarati filius, qui Romam cum Tarquiniis venit, comparato ibi domicilio, dictus eſt Lucius Tarquinius, non Lucumo. Sic Appius Clauſus, mutatus eſt in Appium Claudium, vnde Claudij, mox dicti Clodij. Nominis mutatio propria Romæ.

Inquilini quilibet habebant patronum vnū ex ciuibus, per quem & cenſum ſoluerent quotannis & cætera gererent. Si quis igitur inquilinus patronum non habebat, aut cenſum non ſoluebat, aut ſe pro ciue gerebat, falſo in ciuitatem aſcriptus, quilibet actionem in eum habebat Apoſtaſiæ, dabat autem actionem Polemarchus Suid. f. 121.

Præterea ciuitate donati, dicti, παρέγγραφοι, facticij, & aſcriptitij ciues, binomines; & ij potiſſimum, qui quolibet modo ciuitatem adepti, vel per fraudem nouum nomen in cenſum ac tabulas publicas deferebant, non illud, quo antea noſcebantur. Ideo Athenæus *lib* 6. refert binominem fuiſſe quendam Nebulonem, nempe Athenionem, & Ariſtionem, qui *Athenio* dictus, poſtea vero *Ariſt*. Mutabantur etiam nomina aliis de cauſis, ſic Plato prius dictus, *Ariſtocles*; Paulus, *Saulus*, & ſic alij. Ciuitate donati nomen mutabant.

Ac

At præ cæteris mutaſſe peculiariter ſibi nomen reperio. Meretricum quædam cognomina recenſet Suidas, *Myſachne* fœda pruina, operaria. *Borboropus*, cœni facie, *Anaſyrtopolis*, à retegenda vrbe ſua. *Pandoſia*, caupona. *Leophoris*, via publica. *Maniocepus*, inſaniæ hortus. *Ilipus*, pedes implicans, quid mirum ſi nomen mutabant proſtitutæ?

Meretrices nomina quando mutabát.

Meretrices, quæ ſtupri licentiam apud Ædiles profeſſæ, meretricium inſtituebant quæſtum. Colligo ex Plauti Pœnulo 5. 3. *Namque hodie earum mutarentur nomina, facerentque indignum genere quæſtum corpore.*

Meretrices reſipiſcentes nomen reſumebant.

At, quæ capturis, quæſtuique meretricio renunciabant, liberum ſibi, ingenuumque nomen, priori illo cum perſona depoſito, aſſumere ſolitæ fuerant, vt notat Pithæus Hæc loca Ædilem metuentia, vbi nulla virtus, ganeonibus relinquamus, & lurconibus.

Alciatus vir pereruditus, *parerg. lib.* 9. *cap.* 16. quinque refert cauſas nominis mutandi 1. cum quis adoptione in alterius poteſtatem tranſit, aſſumit enim patris arrogatoris nomen, & familiam. 2. cum quis ſeruus manumittitur, incipit enim patroni manumiſſoris ferre nomen. 3. cum quis teſtamento hæres ſcriptus nomen teſtatoris ferre iubebatur. 4. mulieres quæ meretricium, nomen, & quæſtum incipiebant. 5. peregrini qui ad ius ciuitatis Romanæ admittebantur nomen Romanum aſſumebant, & eius potiſſimum, in cuius clientelam ſe tradebant, vel cuius opera ciuitate donati erant.

Calcei quando mutati.

Velificationem muto à nominis mutatione ad calceorum, qui mutati in tricliniis, in magicis, & ſuperſtitione, in luctu funebri, in bello, religionis gratia, & ignominiæ. Ex Pontano in bellariis, Calceus virorum, Solea mulierum, ſeu Crepida, quæ & conuiuarum. Crepida vox Græca κρηπὶς, Latinè *ſolea*, *Crepida* Tuſcum, vel Graium calceamentum, priuſquam ad Romanos perueniret. Hæc habebat obſtragulum, vnde malè audiebant crepidati. Cicero in Piſonem. *Inde nocte intempeſta, crepidatus, veſte ſeruili, nauem conſcendit.* Hæc crepida ſimilis noſtris Pantofulis. Solea obſtragulum non habebat; ligamentis, ſeu ligulis ſuperiori pedis parte obuinciebatur. Hæc item viris parùm honeſta. Cicero in Verrem. *Stetit ſoleatus Prætor P.R. cum pallio purpureo.* Soleas ergo, ſeu crepidas fœminæ, viri effœminati, & diſcumbentes induebant, depoſitis calceis. Catullus de Lesbia.

Soleæ diſcrimen, & crepidæ.
Crepida quid & Solea.
Crepidati male audiebant.
Crepidæ fœminarum, & conuiuarum.

——— *Argutâ conſtitit in ſolea.*

Plautus loquens de meretrice,

Soleas mihi date.

& in Curcul.

Date mihi ſoleas, atque me intro actutum ducite,

Tribulis conuiua apud Horatium in Epiſtolis, gerit ſoleas ſub ala, & Naſidienus apud eundem conuiuator ſoleas poſcit. At pullatos crepidis vſos docet Plutarchus in Paulo Æmilio. *Eos, eorúmque famulitium proximè excepit Perſeus pullatus, patriis induitus crepidis, præ miſeriarum mole, ad omnia ſtupenti, & attoniti mente ſimilis, &c.* Et quia interdiu id actum, etiam ſummo dedecori verſum. Pergræcari enim de die, & ebrium eſſe non ſine infamiæ aliqua nota factum.

Pullati, crepidati.

Pergræcari, & ebriú eſſe de die turpe.

Quare Plautus Pœn. *Quæ iſthæc audacia eſt, te ſic interdiu cum corolla incedere ebrium?* Idque ſcortillantes, & ganeones ſub pergulà actitabant, vnde ſcortorum diobolarium, pauperumque artificum fornices, & tabernæ ſub pergula plerumque æſtatis tempore. Plautus Pſeud. *Faciam deportere in pergulam*, & alibi, *Phœnicio corio inuiſes pergulam.* De his alibi, & apud alios, quæ leuicula, turpicula: reculas in iis non requirito.

Pergula locus ſcortorú vilium, & artificum.

IOANNI ANTONIO Caſtillionæo I.V.C. & Antiquario Mediolanenſi.

DISSERTATIO XLII.

D. Chriſtophorus cur noſtris templis præ foribus appictus. Hercules quoque, & cur extra fores, aliique Dij. Antelij Dij. Alexicacus olim in templis Ethnicorum. Gymnaſiorum præſides Hercules, Mercurius, Apollo, Amores additi. Scholæ philoſophorum templa. Inſtitutio puerorum triplex. De Herma Agoræo, & alia ad hunc ritum ſpectantia. Dianæ quoque ſignum præ foribus Gymnaſiorum. Portæ vrbium ſignis Deorum decoratæ. Primitiæ dicatæ tutelari. Præſides varij menſæ, theatri, circi, palæſtræ, &c. Aræ dedicandæ ritus.

PRæ foribus templorum Mediolani, & alibi plerumque D. Chriſtophorum, Chriſtum ferentem, appictum reperiri, probè, ſi quis alius, tenes, qui Templi huiuſcemodi tutelæ apud tuos præes, Hiſtoriam iſtam non libo, ne in alienam ſegetem falcem meam immittam. Appingitur autem forma altiore, quàm cæteri homines; an quia creditus gigantea magnitudine fuiſſe? ego verò ritum altius indagare ſtudeo, collimabo ad ſcopum, alij fortaſſe ferient. Hunc loco Herculis à piis Chriſticolis appictum opinor, ad ethnicam ſuperſtitionem Herculis abolendam paulatim, ne ſtatim (quod perdifficile) eraderetur, ſimilemque illi affinxêre. Priſci enim foribus templorum Herculem cuſtodem poſuerunt, quem vocabant

D. Chriſtophorus præ foribus templorum modo cur.

Alexi

Alexicacon, hoc eſt, *malorum depulſorem*, quibus per eum Antiſtitem ſactum, quaſi luſtraretur.

Ideo Minerua dicta, *πυλαῖτις* portas cuſtodiens, quia in portis vrbium pingebatur; vt notat Lexicon. Quin etiam & in ædium ianuis veluti in ſuburbiis Mars: ea ſcilicet ratione ſignificantes, in vrbe, & ædibus prudentia opus eſſe, foris verò vt quæ eſſent, armis belloque defenderentur. Feſtus ſcribit, referente Gyraldo, Mercurij Maleuoli ſignum ſiue ſtatuam ita appellatam, quod in nulla taberna ſpectaretur. Hermas ſiquidem virtutis ergo publicè priuatimque Athenienſes dilcgiebant. *Agyias*, vt ait, Suidas, erat ſtatua Mercurij, vel Apollinis in via poſita, ſine manibus, & pedibus. *Agyleus*, dictus Apollo à viis. Sunt qui columnam erectam in eius Dei honorem Agyica vocent, aras quoque Agyiatidas. Ridiculum ſubnecto ritum ex Iuuenalis Satyr. 11.

Vile coronati caput oſtendebat aſelli,
Ad quod laſciui ludebant ruris alumni.

Nudatum ſiquidem priſci cote caput aſelli ſuſpendebant in agris, quia putabant ex priſca diſciplina Hetruſca, incommoda agrorum arceri poſſe, vnde Columella de cultu agrorum.

Tunc caput Arcadici nudum cute fertur aſelli,
Tyrrhenus fixiſſe Tages in limite ruris.

Veſta in veſtibulis.

In veſtibulis verò ædium priuatorum apud Romanos Veſtæ ſimulacrum ſtabat, vt apud Athenæum Mercurij, ex Dempſtero. Hic ritus ponendi Herculem præ foribus ex priſca religione manauit; nam huic ſacra extra vrbem etiam facta, quia fuit penè ſemper peregrinus. Ideo Plutarchus *in Rom. quæſt.* ait, pueros iuraturos per Herculem, exire ſub dium, non enim indigena hic Deus, ſed peregrinus. Ariſtidis oratio, *Hercules peregrinorum primus initiatus eſt* Plutarchus in vita Niciæ meminit templi Herculei, quod extra vrbem eſſet, & in vita Themiſt. addit, *Gymnaſium Herculis, quod eſſet extra vrbem.* Athenienſes præ foribus columellas, & obeliſcos conſecrabant. Legimus, ſtatuiſſe *Græcos Apollinem θυραῖον, & Antelios Dæmones eſtiorum præſides.* Antelij dicti, quaſi contra Solem poſiti in foribus Nec ſolum Hercules templorum foribus præfixus, verum etiam gymnaſiorum, vna cum Mercurio, vt paſſim teſtantur Græci. M Tull. *ad Atticum*, Hermeracleam. id eſt Mercurij, & Herculis ſtatuam, appellat, & potiſſimum meminit Hermathenæ, id eſt ſtatuæ Mercurij. & Mineruæ, quam ſtatuam *lib. 1. ad Atticum epiſt.* 11. ornamentum Academiæ proprium nuncupat; nam Eloloquentia cum Prudentia ſemper coniungenda. Athenæus lib. 13. in principio hoc docet. *Mercurioque ſimul, & Herculi ſtatuam poſuerunt; illi, vt orationis, & facundiæ; huic, vt roboris, & virium præſidi; vt his in vnitatem coactis amicitia, & in rebus gerendis conſenſio vigerent, quibus adeptis libertas inualeſcit.*

Hercules extra fores poſitus templorum. — Hercules Deus peregrinus. — Apollo præ foribus. — Antelij Dij qui. — Hermeraclea. — Hermathena quid.

Scholæ philoſophorum templa.

Schola olim pro templo habita Hinc Dij præſides, Mercurius, Minerua, & alij. In templum nemo olim ingrediebatur profanus, aut non initiatus. Vnde inſcriptum in aditu templi Æſculapij Epidaurij, *Eſſe decet caſtum, ſancti qui limina ingreditur templi.* Sic philoſophi veteres à ſcholis ſuis tanquam à templis, & myſteriis abigebant illiteratos, hinc ſcholæ Pythagoræ inſcriptum.

Cantabo doctis, age, vanis claudite portas.

Et Platonis *ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω, expers Geometriæ ne ingreditor.* Neander *in Phocylid.*

A ſchola ſcholares dictos quidam putant. Lego tamen in Gloſſario Meurſij Scholares fuiſſe tanquam cuſtodes Imperatorum, & noctu atque interdiu in aula verſabantur, magnificentiæ, & ornatus cauſa comitantes in publicum prodeuntes, vt colligitur ex Agathia *lib.* 6. Et primitus quidem hic ordo dabatur ſolis militiæ peritis exercitatiſque præmij loco. Poſtea verò cum Zeno Iſauricus quibuſdam ſuis familiaribus dediſſet, quorum nulla virtus, aut meritum. nundinatio irrepſit, & ignauiſſimus quiſque hunc honorem emit. Cedrenus auctor eſt inſtitutos eos à Gordiano, & candidati eligebantur è ſcholaris ætate vigentes, & robore, vt hoſti eſſent terribiles ex aſpectu; candidati enim militum erant genus. Horum ſcholæ duæ, vna iuniorum, altera ſeniorum. Scholaſticum verò vocabant aduocatum, & patronum cauſarum Suid Sophocles Amphiclidæ filius legem Athenis promulgauerat (referente Laërtio in Theophraſte) ne Philoſophus ſcholæ præficeretur, niſi id Senatus, populuſque decreuiſſet: qui ſecus feciſſet, vt ei capitale eſſet. Itaque & Theophraſtus, & philoſophici reliqui vrbe ſeceſſerant. Sed à Philone dies ob id Sophocli, cum ſequenti anno, quo abierat Præfectura, dictus eſſet; Athenienſes lege abrogata Sophoclem quinque talentis multauerunt, & vt philoſophis redire, ac ſcholam regere liceret, decreuerunt. Tanta dignitas erat Præfectorum Scholarum, non tamen ij paſſim & temerè lecti, vt nunc.

Inſtitutio puerorum in tribus.

Apud Athenienſes & Græcos ferè omnes in more poſitum. vt liberos, ſi facultates permitterent, tribus præſertim exercerent inſtitutionibus, litteris nimirum ad mores informandos pro Republica capeſſenda, Muſica ad grauiora ſtudia permulcenda, Palæſtra, ne delicatior cultus corpora molliret. Colligitur ex illo Terentiano. *Fac periculum in litteris, fac in palæſtra, in muſica, quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.*

In literis. — In Muſica. — In Palæſtra.

Scholarum feriæ quando.

Addo obiter ſcholas ceſſaſſe à menſe Iulio ad Octobrem vſque, vti & Saturnalibus, & Mineruallibus, & aliis feriis per annum, vt planè Martialis innuit lib. 10. epigr 62.

Ludi Magiſter parce ſimplici turbæ, &c.

In Plinio ſecundo *epiſt* 5. *lib.* 3. lego à Vulcanalibus circa Augusti finem cum noctes incipiunt fieri productiores lucubrationes inchoatas ab iis qui tempora ſua in negocia, & ſtudia diuidebant. Clarorum virorum imagines in Muſæis haberi ſolitas colligitur ex Syneſio in encomio Caluitij, *Licet eas intueri, quas in Muſæo habemus*, depictas clarorum virorum imagines; Diogenes, inquam illos & Socrates, aliosque ab hominum memoria ſapientes: Caluorum theatrum

conuenientumque eſſe dicens, Nouar. *Schediaſ. lib.4.cap.4.*

Antiquorum Imagines in æde Camœnarum.

Auctorum imagines, iconeſve olim, aut in æde Camœnarum, aut in priuatis bibliothecis collocatæ; quare Martialis agit gratias Stertinio in Dedicatoria lib. 9. ſcribitque Epitaphium epigr. 1. carmen conſcribendum ſtatuæ ſuæ. Hunc morem imitantur multi, & præcipuè C. V. Hieronymus Boſſius meo-tuus, ſæculi noſtri Varro, philologus præſtantiſſimus, & ſupra omnes ſciolorum morſus Græcæ, Latinæque literaturæ eruditiſſimus.

Hieronymi Boſſij elogium.

Athenienſes, cum dedicata Mineruæ Academia eſſet, illic Amoris quoque ſtatuerunt imaginem, & ſimul illi cum Pallade ſacrificarunt. Rationem huius oſtendit Athenæus, cum ait: *Amorem Deum auxiliatorem eſſe in iis, quæ ad ciuitatis ſalutem pertinerent. In fœderibus quoque, quæ populi iuſſu, & edicto percutiuntur, amori plurimus honos tribuitur. Quare Lacedæmonij ante inſtructas acies amori rem diuinam faciunt, quod in militarium ordinum amicitia ſita victoria ſalus.* Hæc Athenæus loco paulò ſuprà citato. Plutarch. in Solone: *Fertur quoque Piſiſtratus amator Charini fuiſſe, & ſignum Cupidinis in Academia, vbi ignem accendunt illi, qui ſacram facem decurrunt ſacraſſe.*

Amores præſides Academiæ.

In fœderibus quoque amores, & prœliis.

Apud Spartanos in loco dicto, *Dromo*, id eſt, curriculo, ſeu ſtadio, vbi curſu ſe exercebant, ſimulacrum Herculis poſitum lego, cui operabantur quotidie, ad robur, & fortitudinem impetrandam. Plutarchus in Pelopida. Amatores fidem vbi darent, oſtendit, his verbis: *Ariſtoteles verò*, inquit, *etiam ſua tempeſtate in Iolai ſepulchro amatores inter ſe fidem dare, & accipere ſolitos fuiſſe.* Hermes Agoræus, vt refert Lucianus in Dialogo, *Iuppiter Tragœdus*, ad Pœcilen porticum æreus ſtabat dictus Hermagoras. Dianæ quoque ſignum reperio in gymnaſiis fuiſſe, vt videre licet in Pauſania Corinth. lib. 2. *Gymnaſium Climias Sicyonius exædificauit, in quo puberes hac ipſa etiam ætate erudiuntur. In eo Dianæ ſignum è marmore pube tenus expolitum, & Herculis inferiore trunci parte, quadratis Mercurij ſignis perſimilis.* An quia pudicitiæ, & laboris Diana exemplum? nam, ex Horatij Poëtica.

Herculis ſimulacrum in Drom, & cur.

Amantes vbi fidem ſibi darent.

Hermes Agoræus quis.

Dianæ quoque ſignum in gymnaſiis.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, &c. abſtinuit Venere, & vino, &c.

Portæ vrbiū ſignis decoratæ Deorū.

Solebant in portis vrbium etiam Veteres aliqua Deorum ſtatuere ſimulacra (vti nos quoque) quæ, qui in vrbes ibant, ritu quodam religionis, tacta dextera manu, ſalutare ſolebant, manuque ad oſculum, vt ſuſpicor, relata oſculabantur, vel peregrè proficiſcentes, vel redeuntes, quod indicat Lucretius:

——Tum portas propter ahena
Signa manus dextras oſtendunt attenuari
Sæpè ſalutantum tactu, præterque meantum.

Non ſolùm in portis, & foribus ſtatuæ collocatæ ad religionem, ac tutelam, verùm etiam ad faſcinum auertendum. Hortos & fores, ait Plinius *lib. 19. cap. 4.* contra inuidentium effaſcinationes dicare ſolebant, & in remedio erant Satyrica ſigna: etiam Satyricon inuidiam pellebat, nam quæ turpia erant & ridicula, ad auertendam illam peſtem accommodata credebantur. Obtutu, & aſpectu inuidentium obſcœnitate, & miraculo turpitudinis auocatis, vt refert Plutarch. vnde ad eam repellendam de collo puerorum ſuſpendebant amuleta Varro lib. 6. *Pueris turpicula res in collo ſuſpenditur, ne quid obſit, bonæ ſcæuæ cauſa.* Hinc, Faſcinum, vocatur pudendum virile, quod faſcinum depelleret, quod è collo puerorum ſuſpenderetur, & è curru triumphantium. Et quia inuidia & Faſcinatio Græcè dicta, Βασκανία, hinc Baſcania, vocabantur ridicularia quædam, quæ apud veteres Fabri ferrarij ante fornaculam appendere ſolebant, inuidiæ auertendæ gratia. Portas vrbium ferratas olim, vti & modo legimus, ſed etiam priuatorum. Iuuen. Sat. 7.

Ac longè ferrata domus ſeruire iubetur,
In qua ſollicitas imitatur ianua portas.

Ideo Camillo obiecit Sp. Caruilius quæſtor, quod oſtia ærata haberet domi. Britan. *ad Iuuen. Sat. 7.*

Cautio olim fuit apud pleroſque ne per vrbis portas, per quas exibant morte plectendi, ac ob id triſtes, & nefaſtæ dicebantur, nihil putum, aut ſacrum ingrederetur. Tangit hunc morem Plutarch. de curioſitate, dicens: *Quomodo vrbes habent portas certas nefaſtas, quibus educunt eos, in quos vltimo ſupplicio animaduertitur, ſordeſque, & piacula eiiciunt, purum autem, vel ſanctum nihil ingreditur, &c.*

Mineruam ante vrbis portam depingebant vt propterea dicerent eam πυλαίτιδα: huius moris meminit Æſchyli ſcholiaſtes. Nouar. *Sched. l. 7. c. 18.*

Cribologi, erant magiſtratus apud Opuntios, qui ſacris, & colligendis primitiis præerant, quaſi hordeologi, à vetuſtiſſimo ſacrificiorum ritu, quo hordeo vti ſolebant. Plut. *Quæſt.*

Collocabant & Patroni ſtatuas, in figuram, & formam ſuam conformatas, pro valuis ædium ſuarum, vt eas Clientes venerarentur, ſi quando illi copiam ſui facere non poſſent, vt notat Alciatus παρέργων Iuris *libro ſexto, capite quinto*, & quidem veſtibus indutа illa ſimulacra docet Varro, *A quibuſdam dicitur eſſe Virginis Fortunæ ſimulacrum ab eo, quod duabus vndulatis togis eſt opertum.* Hæ togæ, vel lapideæ, vel, vt placet Tertulliano, prætextæ, & trabeæ, quæ vna cum faſcibus, & virgis, ipſis Idolis præferebantur. Plutarchus in Theſeo. *Neptunum enim Trœzenij ſumma religione colunt, & eius Dei tutela eorum ciuitas dedicata eſt, cui & fructuum primitias deligunt, & inſigne in nummo tridentem inciſum habent, &c.* Hæc ille de templorum dedicatione, & de primitiis Patrono libatis.

Patronorum ſtatuæ ante valuas.

Primitiæ dicatæ patrono vrbis.

Menſa etiam ſuum habuit ſimulacrum Dei tutelaris, Geniique ſui. Ita Herculem Epitrapezium lego in Siluis Statij: qui Vindici fuit,

Menſæ Deus epitrapezius.

——Caſtæ Genius, tutelaque menſæ.

Papinius

Papinius de eodem Hercule Vindice.

——Pellam habebat

Regnator lætis numen venerabile menſis.

Innocati Dij tutelares menſæ ante menſam.

Quin etiam Deos ipſos initio menſæ (vt dictum) inuocabant. Quintilianus Decl. 301. *Habuiſti honorem,& illud humile limen intraſti,& adiſti menſam,ad quam,cum venire cœpimus,Deos inuocamus.* Sed de hoc alibi.

Gladiatores Saturno operati.

Gladiatores,qui Saturnalibus feſtum agebant,Saturni tutelam habuiſſe quidam opinantur:credo tamen cum eruditiſſimo Lipſio, Saturno placando gladiatores pugnaſſe, Deo infero, malefico;eorum tamen præſes habetur Marſ. Saluianus.

Mars præſes gladiatorũ. Venus præſes theatri. Neptunus præſes circi. Mercurius præſes palæſtræ.

Colitur, & honoratur Minerua in gymnaſiis, Venus in theatris, Neptunus in circis, Mars in arenis, Mercurius in palaſtris En cuique loco,& arti ſuus Genius, & Deus tutelaris, & Mercurius item præſes palæſtræ ſtudiorum.

Aræ dedicatæ cum ollis.

Aras dedicaturi olim, aut ſimulacra Dei alicuius,legumina elixa pro primitijs offerebant dicatis,ob memoriam grati animi de primo victu. Ariſtophanes in Ranis. *Teſtor Iouis Hercei ollas,cum quibus ara dedicata eſt olim.* Fortaſſe alludit ad ollas extares,quæ dictæ ita, quòd exta elixarentur victimarum in eis,nam ſæpe numero exta torrebantur. Virgilius 2 Georg. 11.

Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.

In aruige hoſtia elixabatur. Varro, *H æſune quarum in ſacrificlis exta in illa non in vein coquuntur.* Ollæ extaris meminit Plaut. *in Rud.* Scribit Purphyrius, antiqui ædium partes Diis conſecrabant,anteriorem partem Ioui Herceo attribuebant,in cuius media aram erigebant, atque ideo ἀπὸ τοῦ ἕρκειν, id eſt, à ſepiendo, & circundando Herceus dicebatur. Harpocration ſcribit,cum de ingenuitate ſuorum Athenienſes agerent, interrogabant, an ipſis eſſet Iupiter Herceus, & Apollo patrius.

Mercurij ſtatua pro foribus dicata cum olla polentæ.

Mercuriales verò ſtatuas pro foribus & alia ſigilla dedicantes, quo felicior eſſet erectio, ollas polentæ adhibebant. Suidas in voce χύτραις ἱδρύειν, *Ollis pax ſancienda.* Ante priuatas ædes (non tantum in viis) & in foribus olim imago Mercurij collocabatur, cui exeuntes conuiuæ geſtatas à ſe in menſa coronas imponebant, quo ſpectabat Ælianus *l.2.c.42* dicens; Sumpta corona cum à cœnâ reuerteretur, Mercurio, qui ſtabat ante fores eam impoſuit, iuxta priſtinam conſuetudinem;cui crumena addita tanquam lucri Deo; vt colligitur ex Codino, è Scholiaſte Perſij *Sat 5.* Hagyeus (vt refert Suidas) eſt lapis ſupremè acuminatus, quem ante fores ſtatuunt, vel Apollini, vel Baccho, vel potius vtrique ſacer Nuuar. *Sched.l 7.c 29.*

Ex variis veluti liciis, & diſcoloribus hæc tela texitur,vt polymita veſtis texatur,raſtum coloris diſtinctione variegati ſpectabilis,non pretio. Hæc ego ludibundus non pro ſeriis do. Lectorem opto non ſupercilij cenſorij, nec patruum,qui ſapiat.In dias luminis auras è tam obſcuris latebris ſiquid eruam, fortunæ potius, quàm eruditioni adſcribito, vt ſi aleator Venerem iaciat,quæ mihi ſemper infeſta, quia illi nunquam adij manum, neque hoſtiam immolaui; & facit, vt aliis quoque Diis ſemper ſacrificem,nunquam litem, ideò mihi,*Semper damnoſi ſubſiliere canes.*

Ioſeph. Laurenty Polymath.

ANTONIO MINVTOLIO Iuriſconſulto.

DISSERT. XLIV.

Vinum temperatum antiquis. Vinum dilutum, ſiue miſtum datum Seruis. Vini temperandi primus auctor. Prouerbium, vel quinque bibe, vel tria, vel non quatuor. Martialis enodatus. Vini miſtio qualis & quotuplex. Nunquam potabis tria. Potus triplex pro triplici hominum conditione.

TANTA priſcorum ſobrietas, vt vinum meracius, vel Homeri ætate, non potatum. Id colligo ex Athenæi lib.1. dicentis:*Porrò monit & Homerus vtilitatem vini, ac temperaturam,etſi Horatius ſugillans eum, ita inquit, Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus. Nota fuere & illi temperandi varia genera. Non enim Achilles temperari meracius oportere dixiſſet,niſi quotidiana quadam fuiſſet temperatura.* Hinc dictum vinum dilutum Martiali,

Vinum temperatum antiquis.

Vinum dilutum.

Diluti bibis vnciam falerni,

Horatius 2.Odyſſ.2.

——Quis puer ocius
Reſtinguet ardentis falerni
Pocula prætereunte lympha?

Dicebatur etiam miſtum, quod ſequenti ætate increſcente luxuria ſeruis ad pedes datum, vt colligunt ex illo Martial.l.7.ep.19.

Vinum miſtum Seruis datum.

Miſto lagenam replet ad pedes vino.

Author diluendi vini.

Staphylus, Sitheni filius, dicitur à Plinio *lib.7. cap 57.* induxiſſe primum vſum, aqua vinum diluendi, contra morem & mentem Thyadum, quæ vetant aquam infundi vino bacchantium. Sed malè: Baccho enim plurima Nymphas nutrices finxit antiquitas,quòd oporteret vinum cicurari, & temperari pluribus aquæ portionibus, de quibus idem Athenæus lib. 10 in hunc modum: *Quæ noſtro ſeculo fit miſtio, priſcis inconſueta, memoriam retulit iactati prouerbij,ἢ τρία, ἢ μὴ τέσσαρα. Bibenda quinque, vel tria,ſed minimè quatuor*, iubet adagium, etſi aliter hoc alij explicent, vt, cum quinque partibus aquæ, vini duas bibamus, aut cum aquæ tribus vnam vini At quibus diutiùs,& copioſiùs bibere placebat, ij quinque cyathos aquæ miſcebant cum duobus vini: De illo prouerbio legendus Plutarchus Symp.*lib.3.quaſt.9;* Plautus in Sticho, Auſonius.

Prouerbium; Vel quinque bibe,vel tria, vel non quatuor, explicatum.

Ter bibe, vel toties ternos, ſic myſtica lex eſt, &c.

Locus Martialis explicatus. Vini miſtio, & temperatura.

Hoc carmen alij referunt ad numerum conuiuarum, vt incipiant à numero trium Gratiarum, & deſinant numero nouenario Muſarum: Quinarius igitur bis duo compleſtitur, & dimidium; quaternarius ſemel tria, & tertiam partem. quòd quatuor bibere vetet, ea temperatio eſt duorum aquæ cyathorum, cum totidem vini. Antiquis ea potio meracior videbatur. At Plutarchus aliter exponit. Legendus etiam Adagiographus in illo adagio, *Aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor.* Communiter tamen ita temperatum lego, vt crateri tot tantùm aquæ infunderent, quantùm vini, propterea de parum generoſo vino frequens erat in ore potantium, *nunquid potabis tria?* Sed quis legem præſcriberet exlegi? Bibendum enim in conuiuio, aut abeundum.

Nunquam potabis tria quid.

Diuerſa miſtio pro vini diuerſitate facta. Potus triplex pro triplici hominum conditione.

Pro vini, potantium, & temporis diſcrimine, diuerſa & aquæ miſtio. Præterea potûs triplex quantitas pro triplici hominum conditione, alij enim ſani, alij valetudinarij. Valetudinariorum potus quantitas ſextans, hoc eſt, duarum vnciarum: ſanorum, vel temperatorum, vel intemperatorum, ſeu ebriorum: temperatorum conſuetus erat triens, ſcilicet quatuor vnciarum circiter; ebriorum verò 10. ſeu 11. vnciarum, & meracius ad libitum, & libidinem.

Obſeruo apud Homerum, vt primitias ciborum Dijs offerebant in ignem coniectas, ita vinum libabant Veſtæ in fine conuiuij, vt & principio. Meracum in Græcis ipſis conuiuiis miſcerut primò, qui calyx dicitur Iouis Olympij, vel Iouis, & Iunonis. Secundus diluti Telluris, & Heroum. Tertius Iouis Soterij. Sublata menſa iterum ſumebant mera cum in honorem Mercurij, qui ſomnum mittit: cum cyathis ſaltabant, & vt vel Deos, vel amicos nominaſſent, bibebant. Iactu etiam talorum libatam potionem aliis, eorum pronunciato nomine, addito ſalutis verbo Χαῖρε, Salue, tradebant canebantque; Vel *quinque bibe vel tria, non quatuor*, de quibus à me alibi. Hoc meum vinum miſcellum decumanum, ideo deterius.

Hæc ad te à me pluribus, nō ocij, ſed amoris abundantia. Inertibus ſemper feriæ, nunquam ſtudioſis, & potiſſimum in illa aula Palatina, vbi tu meres, multa iam diu meritus, aurea compede vinctus, aurea vincens ſecula, aurea cont. ntus mediocritate.

✿✿✿✿✿✿✿✿✿ ✿✿✿✿✿

PELEGR. GIAMPAVLO Iuriſconſulto.

DISSERTATIO XLV.

Serui ab aliis docti ſeruis, non ab ingenuis, neque inter ingenuos Matronæ non doctæ probatæ, contra ſcorta docta commendata, Meretrices Mathematicis, & Philoſophicis imbutæ, & cur Athenis. Serui vbi ſepulti, vbi fæx plebis. Serui æs pendebāt in theatro. Allio veſcentes prohibiti à ſacris Matris Deûm. Saturnalia feſta Seruorum. Eleutheria feſta quæ, & quando celebrata. Eleutheria feſta Lucenſium. Soteria.

Serui cum ingenuis literis non incumbebant.

NE ſeruiles animi, vt ſolent, altè intumeſcerēt, quia pares cum paribus facillimè congregantur, prudenter legibus cautum reperio, vel ſaltem more vſurpatum, Seruis non licuiſſe cum ingenuis operam dare literis, neque ingenuarum artium magiſtros publicè profitentes audire. Horatius Sat. 7. lib. 2.

Dum quæ Criſpini docet me ianitor, edo.

Ad hanc rem nummum plumbeum cudere contendo cum ſcortorum ludo argutias, & Matronarum laudo inſcitiam. Apud antiquos mulieres eruditæ non benè audiebant. Iuuenalis Sat. 6.

Mulieres eruditæ non benè audiebant, & cæt.

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum ſermone rotato
Torqueat enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes,

Euripides.

Odi eruditam, ne mea vnquam ſit domi,
Quæ plus ſciat, quàm mulierem ſcire expedit.
Namque eruditis ipſa maiorem Cypris aſtutiam indit.

Si enim multas legunt hiſtorias peccare docentes (vt ait Flaccus) peccare diſcunt. Et Martialis inter vita bona hoc recenſet, *Si non doctiſſima coniux*, ad meretriciam enim accedit petulantiam, doctrina & argutia muliebris, ideo Athenis ſcorta non vulgaria, non ſuum vulgariter vulgabant corpus, niſi prius artes liberales percepiſſent, vt ſuis ſophiſmatis melius amantes in eauros irretirent; quare Athen. l. 13 hæc refert. *Reliquæ meretrices ideo magnis ſpiritibus inflata gloriabantur, quòd operam darent humanioribus, & Mathematicis diſciplinis temporis nonnihil impenderent, quarum ſcientia & cognitione ad reſpondendum fierent acutiores, & dicaciores.* Et paulo infra aſſerit, perinde eſſe diſſertare cum Philoſophis, atque cum Scortis, nam, vt Agathon ait,

Coniux non doctiſſima bona. Scorta erudita liberalibus, & Mathematicis.

Quæ ob inertiam mulier eſt ſegni corpore,
Animi habet intus non ſegnem intelligentiā.

Subdit deinde: *Huius Epicuri famoſa meretrix Leontium, amica fuit, quæ philoſophiæ operam nauare cum incœpiſſet, non ideo ſcortari deſiit ſed Epicureis omnibus in hortis ſe proſtituit, & palam quidem Epicuro.* Huius etiam meminit Cic. in *Piſoniana*, Lactant *l. 3 de falſa Sapientia*. Laërt. *in Epicuro*, Muret *l. 8. c. 21.* Reperio tamen Corneliam apud Plutarchum in Pompeio, litteris, lyra, muſica, & Geometria excultam, præceptiſque Philoſophicis optimè imbutam, aliaſque, quas apud probatos Scriptores repetire licet.

Corneliæ artes variæ.

Sed emergamus ex hoc cœno tenaciſſimo quod ſuſpenſo pedē calcaſſe nobis fraudi non eſto. Repeto ſeruitia. Locus ad ſepeliendum deſtinatus miſeræ plebi, & ſeruis, fuere Exquiliæ, dictæ *puticuli* à *putreſcendo*, ſeu *putendo*. Horatius Sat. 8 lib. 1.

Sepulturæ locus miſeræ plebis.

Puticuli qui

Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis

Conſeruus

Conſeruus vili portanda locabat in arcâ.
Hoc miſera plebi ſtabat commune ſepulchrũ.

Anacæon carcer erat, in quem coniiciebantur peruerſi ſerui, aut liberi ingrati, qui à patronis deſciuerant apud Boërios, Ceramos verò dictus apud Cyprios: hinc *Apoſtaſium*, actio dicta in ingratos, & deciſcentes libertos à patronis.

Serui pendebant æs in theatro.

Serui aliquid pendebant in theatro pro loco. Plautus in Pœn. *Serui ne obſideant, liberis vt ſit locus, vel æs pro capite dent.* Græci appellarunt ὀρτνίγια. Hæc aliquando in ſeruis tantum, ſed receptum etiam hoc in aliis è plebe, qui locariis neſcio quid pro ſede pendebant.

Locariis ſolutum in theatro.

De Seruorum iniqua conditione hactenus: nunc pauca de illorum conuiuiis, & feſtis.

Saturnalia feſta ſeruorum.

Athenæus lib. 4 *Apud Romanos Saturnaliorum diebus moris fuit, vt domini famulos ſuos conuiuio exciperent, ipſique Seruorum officio fungerentur.*

Noto quæ ad Iuuenal. Satyr. 9. Interpres habet Kalen. ait, Martiis munera mulieribus mittebantur ab amicis, ſicut Menſe Decembri V. diebus viris, cum Saturnalia celebrabãtur. Et quemadmodum mulieres Kal. Martiis ſeruos cœna excipiebant, tanquam exhortantes eos ad ſequentis anni operam, ſic & viri in Saturnalibus ſeruos in cœnam admittebant, tanquam eis gratias agentes operæ toto anno nauatæ.

Hanc conſuetudinem Græcam fuiſſe exemplis quibuſdam probat: nam in Cretâ, feſto Mercurialium, conniuantibus ſeruis domini miniſtrant. Idem mos apud Trœzenios. Idem Sseeam feſtum Babyloniorum in medium affert: ſed hæc, eruditiſſimè pertractata à Lipſio, & Macrobio *in Saturnalibus*, mitto. Eleutheria erant dies feſti; & epulæ lætiores, quas Serui libertate donati celebrabant. Horum mentio fit apud Plautum in Perſa: *Baſilicè agite Eleutheria.* Dicta ſunt ἐλευθέρια ſacra quædam apud Samios τῷ ἐρῶτι hoc eſt, *amori* Deo dedicata. Itaque apud Romanus Serui, quando ad Dominorum ſuorum menſam admittebantur, id erat manumiſſionis ſignum ex lege Iuniâ Narboniâ. Tertull. de Reſur. *Atqui* (ſeruus manumiſſus) *& veſtis albæ nitore, & patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratur.* De manumiſſione a me alibi.

Eleutheria feſta Lucenſium quo die peracta & qua pompa.

Hæc Eleutheria feſta nos Lucenſes ſumma cum iucunditate, ſplendore, & magnificentia, annuis ſupplicationibus, ſacris epulis, octauo die quotannis poſt feſtum Sacroſanctum Paſchæ celebramus, quo die etiam in memoriam aureæ vindicatæ Libertatis, liberantur è carceribus quidam captiui ramo felicis oliuæ exornati. Ita Romæ Coſſ. initio magiſtratus manumittebant, in memoriam libertatis recuperatæ poſt reges exactos. Demum publica vota concepta Deo peraguntur, Chriſtoque liberatori, Beatæque Virgini Mariæ, vindicibus, ſoſpitatoribus tam caræ LIBERTATIS, gratiæ referuntur immortales.

Eleutherius Iupiter.

Apud Suidã, ἐλευθέριος ζεὺς, *Eleutherius Iupiter*, cui Seruatoris nomen aſcriptũ eſt; vel quòd Libertini porticum illi vicinã extruxerint; vel quòd Græcos à Perſica ſeruitute liberarit. Ita Lucæ in ſacra Æde Cathedrali à

Ioſeph. Laurentij Polymath.

S P.Q L. Ara dicata inſcripta, χριςῷ ἐλευθερίῳ, CHRISTO LIBERATORI. Sicyonij hæc vocant σωτήρια, etſi hæc potius ad ſanitatem recuperatam referantur, non ad libertatem. Hine Soteria munera dicta, quæ pro conualeſcentia (vt ita dicam) Diis vouentur, & ab amicis mutuò corrogantur.

Soteria.

Theſmophoria erant Cereris ſacra, quo die captiui vinculis ſoluebantur. Lytron, erat pretium redempti captiui. Ancillarum feſtum Non Caprotinis, ſeruorum Saturnalibus. Libertas in primis Dea culta à Romanis, eique templum P. Victor conſtituit in Auentino, & ibi item atrium libertatis, cuius crebra mentio apud Scriptores. Liuius ait, templum libertatis ex multaticiâ pecuniâ cum æreis columnis, & ſtatuis pulcherrimis à patre Tib. Gracchi conditum, & dedicatum. Cic. ſcribit pro domo ſua, domum ſuam à Clodio Libertati dicatam. Græci quoque Eleutheriam, & Deos Eleutheros coluere. Libertatis indicium fuit pileus, vnde moneta Bruti cuſa cum pileo duobus pugionibus impoſito, ſerui enim pileo donati liberi fiebant. Hinc fortaſſe pileus ille purpureus portatus ab ephebo honorario Machærophoro præcurrente Prætorem vexilliferumque Lucenſem. Pileus enim libertatem, gladius imperium in libero populo Lucenſi præmonſtrat.

Calónes, lixas, & ſcortilla in hoc albo ſcripſi, tu libertos, matronas tuis inſere caſtris. Ventilo ergo adhuc, & luſoria arma tracto, & aliquando à toga ad pallium, à ſtolata ad togatam, ſtylum conuerto, ne in ſicco hæream. Addo pertranſennam, lege cautum apud Græcos, ne, qui allio veſcerentur, Matris Deum ſacrarium ingrederentur. Ea neglecta, cum intraſſet Stilpon, per quietem oblata ei eſt Deæ ſpecies coarguentis, quod legem exculcaret, Philoſophum profeſſus. At is inſuſurrare eſt viſus: *Da, quo veſcar, & alliis abſtinebo.*

Allio veſcentibus in ſacrarium Matris Deum ingredi nefas. Stilponis dictum de allio.

POMPEIO CAIMO
Equiti, Medico, Lectori
primario Patauino.

DISSERTAT. XLVI.

Cantorum citharædorum lex, veſtis, corona, inſignia, quanta olim modeſtia, quanti æſtimati; item Poetæ, Oſcula iactata à Citharœdis in theatro. Virginum modeſtia in lauandis hoſpitibus. Epigramma quanti emptum. Homeri, Tyrtæi, Æſchyli quantus honos. Mali Poetæ lapidibus petiti, boni floribus, & frondibus ornati. Inſani lapidati. Poetarum certamina. Famoſum carmen carbone in foribus notatum.

SAPIENTER ille, *Viuendum moribus antiquis, & loquendum verbis præſentibus*, & optimè præſcripſit. At paſſim (dolendum) priſcos bonos mores antiquatos in omnibus, & præcipuè videmus in Citharœdis, qui olim modeſti & frugi; at nunc immodeſti, & nebulones.

Citharœdorũ modeſtia priſca.

Athenæi eclogarius de hoc diſſerit. *Quamobrem vxori Clytemnestræ cantorem Agamemnon reliquit monitorem, & cuſtodem, quam non prius Ægiſthus ſtuprauit, quàm in inſula occidit cantorem.* Eiuſmodi fuit Cantor ille, qui inſidiatores procos Penelopes execrabatur, vel repugnante adagio illo vetere: *Multa cantores mentiuntur.* Citharœdorum corona erat querna. Martialis lib 4.epigr.54.

Citharœdi cuſtodes pudicitiæ mulierum.

Cantores multa mentiuntur.

O, cui Tarpeias licuit contingere quercus.
Et meritas prima cingere fronde comas,

Lib.4.epigr.1.

Perque manus tantas plurima quercus erat.

Citharœdorum veſtis olim demiſſa ad pedes vſque, vt colligitur ex Virgilio, Horatio, aliiſque claſſicis Scriptoribus. Hæc dicta palla, eratque purpurea, & variegata. Apuleius, 1. Florid. *Eique prorſus citharœdicus ſtatus, Deam proſpiciens canenti ſimilis, tunicam picturis variegatam deorſum ad pedes deiectus ipſos* Hæc quoque diſtincta. Ouidius:

Citharœdorum veſtis qualis.

Induerat Tyrio diſtinctam murice pallam.

Legem hanc Citharœdorum Tacitus Ann. lib.16. refert *In theatro ne feſſi reſideant, ne ſudorem, niſi ea, quam indui gerebant veſtem, detergerent, & nulla oris, aut narium excrementa viſerentur.* Hos cum palla cecinisse, & ſaltaſſe Plautus quoque in Menæch. refert. *Salta ſic cum palla poſtea* Hinc dicti Citharœdi *pallium trahere* Quapropter Citharœdorũ, æuo deprauato, conditio olim maximi habita, & lautior, quàm Poëtarum, aut eruditorum. Ideo Martialis de ſe lib.3.ep.4.

Citharœdorum lex.

Citharœdi cum palla ſaltabant.

Quanti citharœdi habiti.

Exierat; veniet cum Citharœdus erit.

Et lib 5.epiſt.57.

Artes diſcere vult pecunioſas?
Fac diſcat Citharœdus, aut Choraules.

Ingreſſi ſcenam oſcula, ſeu baſia iactabant ori prius manu admota, deinde protenſa in eos, quos adorabant, & hoc erat *adorare*, quod factum vel ab Hierone innuit Tacitus, loquẽs de eo Citharœdum agente. Aurigæ verò populum, flagello ad os admoto, cum aliter non poſſent, adorabant. De adoratione alibi. Citharœdi, cum placebant, plauſu excipiebantur vt habemus in eodem Martiale *lib.4.ep.5.* Plinio, Luciano, Ouidio, & aliis.

Oſcula iactata à citharœdis.

Aurigarum oſculum.

In circo quomodo Citharœdi plauſu excepti.

Citharœdorum, vt & Muſicorum inſigne ânulus, ſeu gemma fuit. Anuli meminit Suetonius de Symphoniacis Neronis. *Inſignes pinguiſſimâ comâ & excellentiſſimo cultu pueri, nec ſine anulo læuis.* Quaſi dicat, ex conſuetudine aliorum Muſicorum, & Citharœdorum læuas anulis habuiſſe ornatas. De gemma meminit Plinius *lib.17. cap.1.* Citharœdi, qui alios canendo viciſſent, coronabantur, detractam ipſi coronam citharæ imponunt.

Anulus inſigne citharœdorum.

Poëtæ quoque nomen venerandum olim, quia temperantiæ, omniumque virtutum magiſtri dicti, [illegible], & [illegible]. Citarem Homerum, Strabonem, Quintilianum, Plutarchum, Clementem Alexandr. niſi actum agere vellem. Confirmat dictum de Poëtarum æſtimatione, quod idem Athenæus refert lib.5. de Hierone, cuius hæc verba: *Nauis autem in Alexandriam remulco deducta eſt, Hieroque Archimelon, epigrammatum Poëtam, ob epigramma de illa naue ſcriptum, donauit honoris ergo mille tritici modiis, quos Athenas in Piraeum portum ſumptu ſuo perferendos curauit. Epigramma in eo libello adhuc extat.* Cherilus (etſi Poëta diobolaris) in ſingulos verſus accepit aureos ſtateres, & ab Alexandro pro ſingulis verſibus Philippeis fuit donatus. Hinc Horatius lib.11.epiſt 1.cecinit.

Poëtarum modeſtia.

Epigramma quanti emptum.

Cherilli verſus quanti.

Gratus Alexandro Regi Magno fuit ille
Cherilus, incultis qui verſibus, & malè natis,
Retulit acceptos, regale numiſma, Philippos.

Corona redimiti Poëtæ verſus ſcripturi, vt Sacerdotes coronati, infulatique Oratores oraturi, ita apud Maronem Æn.7.

Poetæ Scripturi coronati erant.

Quin & Marrubia venit de gente Sacerdos,
Fronde ſuper galeam, & felici comptus oliua.

vt auſpicato ſe fronde coronantes, Deos ſibi hominesque conciliarent hac tanquam religione. Horatius epiſt.1.lib.2.

Fronde comas vincti ſcribunt, & carmina dictant.

Poëtarum corona ex Marcilio in Perſium erat ex hedera, lauro, & myrto, quod ſacri eſſent Baccho, Apollini, & Veneri, Numinibus illarum plantarum. Apud Athenienſes lex erat, vt quinto quoque anno in Panathenæis Homeri vnius ex omni Poëtarum numero carmina publicè recitarentur, quod inflammarent animos ad honeſtatem, docerentque quid faciendum, quidve fugiendum. Lacedæmonij ſimili honore proſecuti Tyrtæum, Poëticis licet aduerſarentur ſcriptis, lege conſtituta, vt quoties cum hoſtibus dimicaturus in procinctu conſtitiſſet exercitus, conuocarentur milites in tabernaculum regis, ibique audiendis Tyrtæi carminibus, ad ſpernendam pro patria vitam, incitarentur. Æſchylum quoque Athenienſes; vnius enim ex omnibus Tragicis fabulæ, ipſo etiam mortuo, vt docerentur, decreto publico ſtatutum eſt. vt notat Muretus *lib.6.cap.7.*

Poetarum corona qualis.

Homerus quanti apud Athenienſes.

Tyrtæo & Æſchylo quantus honor.

Poëtæ Latini certabant carminibus in ſacris Iouis Capitolini ſingulis luſtris, victor corona donabatur. Athenis in Dionyſiis Poëtæ tragici, & Comici fabulas contentione quadam docebant, recitabantque ipſi vt olim Homerus, & Heſiodus carmina à ſe facta; mox adhibiti hiſtriones. Ad clepſydram dabant fabulas, nam plures agebantur eodem die. Quinque iudices, teſte Epicharmo, iudicabant, victorem manibus extenſis pronunciabant.

Mali poetæ lapidati.

Quod ſi Poëtæ infelices, & inculti putabantur, lapidibus petebantur: at contra felices & culti, ſertis & floribus decorabantur, quàm Græci [illegible], id eſt *florum, & frondium ſparſionem* dicebant. Athenæus *l.7.* refert Polyſtorem quendam, citharœdum infelicem, periiſſe

Boni poetæ coronati.

petiiſſe ab amico ſaxa ædificandæ domui; quia vero ille pauca pollicebatur, indignatus Citharœdus. *Quid (ait) tu mihi tam parcè lapides promittis, poſſum ego plures reportare ex theatro, cum artis meæ ſpecimen prebens lapideo imbre fuero impluttus.* Lapidationis theatralis multa exempla habemus in Macrobio 11. *Satur* & in Seneca.

Lapidatio theatralis.

Ingenioſiſſimus Æſopus *apologo* 42. huic apertiſſimè ſubſcribit. Quia Poëtæ inſulſi phreneſi correpti inſaniæ notam ſubibant, ſi carmina canerent; ideò imitantur in lapidatione Poëtarum malorum, pœnam inſanorum, quæ erat lapidatio. Plautus Pœn. *Neque nos populus pro Cerritis inſectabit lapidibus.* Lapidatio ergò finis malorum Poëtarum; mordacium verò ſcommata carbone notabantur; quæ famoſa carmina foribus amantium carbone inſcribebantur. Plautus Merc.

Inſani lapidati. Famoſū carmen carbone ſcriptum in foribus.

——*Occentent noctu ad oſtium.*
Mea impleantur carbonibus elegiarum fores.

Quando ſcilicet face extinctâ inſcribebatur famoſum aliquod carmen ad oſtium infamiæ gratiâ.

Lapidationis malorum Poëtarum meminit appoſitè Petronius his verbis, quæ libet attexere. *Ex his, qui in porticibus ſpatiabantur, lapides in Eumolpum recitantem miſerunt; at ille, qui plauſum ingenij ſui nouerat, operuit caput, extráque templum profugit. Timui ego, ne me Poëtam vocarent, itaque ſubſecutus fugientem, ad littus perueni: & vt primum extra teli coniectum licuit conſiſtere. Rogo, inquam, quid tibi vis cum iſto morbo? minus quàm duabus horis mecum moraris, & ſæpius Poëticè, quàm humanè locutus es. Itaque non miror, ſi te populus proſequitur. Ego quoque ſinum meum ſaxis onerabo, vt, quotieſcunque cæperis à te exire, ſanguinem tibi à capite mittam. Mouit ille vultum, &, mi inquit, adoleſcens, non hodie primum auſpicatus ſum: imò quoties theatrum, vt recitem aliquid, intraui, hac me aduentitiâ excipere frequentia ſolet, &c.*

Lapidationis theatralis locus.

Mali igitur poëtæ in theatro, & ludorum actores, ſi artis ſuæ ſpecimen infeliciter darent; & ipſi quoque ſpectatores, ſi odioſi populo, & inuiſi lapideo imbre petiti; contrà boni munuſcula varia florum, ac frondium coniectionem referebant: illam Græci dixere [illegible], hanc φυλλοβολίαν, ſeu *florum, ac frondium aſperginem, iaculum.* Ideò Genſianus Heruetus ait. *In certaminibus primo fuit donum athletarum. Secundò autem exercitatio. Tertio foliorum ſparſio. Vltimo autem fuit corona.* His additi petaſi, zonæ, cingula, bracteæ, tuniculæ, galeri, crepidæ, & his ſimilia. Videndus meus eruditiſſimus Franc. Bernardinus Ferrarius non ferri, ſed auri puri, patique fodina inexhauſta. Erant & Poëtarum certamina ex Suetonio in Auguſto, Caligula, & aliis. Veniebant autem ad commiſſiones coronati. Qui vincebatur, is detractam ſibi coronam vincenti donabat, quò Flaccus alludens dixit Satyrâ vltimâ lib. 1. de ſe, & Lucilio, quem carpſerat

Malorū poëtarum pœna.

Bonorum poëtarū præmia.

Poëtarum certamina.

——*Neque ego illi detrahere auſim Hærentem capiti multa cum laude coronam.*

Hæc pœna ignaui poëtæ.

Alio gradum verto, & ab impudentia, & ſtultitia Citharœdorum, malorúmque Poëtarum me conuerto ad pudicitiam virginalem, quam admiror in illis antiquis, quod maximo cum ſtupore ſuſpexi in eodem Athenæo *lib.* 1 quanta fuerit priſcorum continentia. Refert enim, à Virginibus, atque fœminis hoſpites lotos, nec inflammationi, nec intemperantiæ obnoxios, tam rectè illorum vita inſtituta. Ex quo colligo, vel virgines ancillas hoſpites lauiſſe ſine vllâ pudicitiæ maculâ. O ætatem verè auream, etſi auro non veniret honos.

Pudicitia virginum quanta olim. Loti hoſpites à virginibus ancillis.

COSMO BERNARDINIO Iuris Conſulto.

DISSERTAT. XLVII.

Formula noua antiqua dimittendi à funere populum. Ritus oſſa colligendi, lauandi, & à quibus poſt rogum. Non niſi interdiu mortuis parentatum. Quid ſacrum nouendiale, quando vitâ functi memoria facta, quid dici conſueuit? Sycioniorum mos cadauera condendi. Veſtes funebres paratæ ante mortem. In luctu faſces, arma, &c. ſubmiſſa. Lex Numæ de luctu pro mortuis. Viduis in luctu nubere interdictum. θ littera præfixa militibus mortuis. Anuli detracti Imperatoribus morientibus, traditi ſucceſſoribus. Quæ cadauera oſtenſa. Rogi extructi etiam abſentibus. Saccus vndecimus pro ſepultura militum, & alia funebria.

IN funere peractis omnibus feralibus, *Conclamatum eſt. Ilicet*, acclamabant; quibus additum reperio, nec aliis (Lipſio, vt puto, excepto) notatum, *Palam factum*, innuentes rem publicè peractam. Colligo ex Seneca de tranquillitate. *Cato* (inquit) *ille virtutum viua imago incumbens gladio, ſimul de ſe, ac Republica, palam facere*, quod erat dicere, peracta omnia, & deſperatum de ſua & Reipublicæ ſalute. Cicero. *Nondum palam factum erat occidiſſe Rempublicam.*

A funere quid clamatum. Palam factum, quid.

Poſtquam cadauer in rogo erat abſumptum, mittebantur, qui oſſa legerent, & cineres in vrna conderent. Seneca de ira lib. 11. cap. 43. *Dignus fuit, cui*

Oſſa lecta è rogo, & cineres per quos.

 permitte

permitteret à conuiuio ad oſſa filij legenda diſcedere.
Virgilius 6. Æn.

Oſſaque lecta cado texit Chorinæus aheno.

Propertius.

Hoc etiam graue erat, nulla mercede hyacinthos
Iniicere, & fracto buſta piare cado,

Et rurſum Eleg. 1. lib. 4.

Oſſáque legiſti, non illa ætate legenda,
Patris, & in tenues cogeris ipſe lares.

Oſſa lecta lota & lacte ſparſa, vinoque à quibus.

Legebantur igitur oſſa, aut per propinquos, aut per Pontifices, ſi inclyti duces, aut principes eſſent: eaque oſſa vino ſpargebantur & lacte, dum à cineribus ſeparabantur; quod fiebat nono die, vt ex ramentis, & minutalibus Feſti apparet, hinc Nouendiale ſacrum, Nouendiales feriæ, vt à me alibi. Nouendiale ſacrum duplex lego in auctoribus, vnum cum defunctis parentabant, ſeque luſtrabant, alterum cum prodigium aliquod accedebat, quod Nouendiali ſacro expiare ſolebant, de quo ſæpe Liuius meminit, nouem enim dies continuos ſacrum faciebant, quod ſacrum inducebatur, vel à Pont. Max. vel à Prætore vrbano ex Senatus decreto. Nonalia verò ſacra, quæ nonis celebrantur. Vide Gyraldum, & alios. Suetonius in Aug. cap. 100. *Nonnulli, legenda oſſa per Sacerdotes ſummorum Collegiorum.* Legebantur igitur per ſummos Sacerdotes, tanquam res ſacræ. Hæc autem oſſa lecta, in ſumma veneratione habita ex Suetonio percipitur, in ſequentibus his verbis. *Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis tunicati, & diſcincti, pedibúſque nudis. & in Mauſoleo poſuerunt.* Vide quàm religioſè hæc lecta, ſeruata, & honorata.

Nouendiale ſacrum.

Interdiu mortuis parentatum.

Sed, quod mihi maximam affert admirationem, reperio non niſi interdiu mortuis parentatum, etſi apud inferos, & inter vmbras verſarentur vita functi, ſub Ditis, & noctis imperio. Seneca id aſſerit Epiſt. 122. dicens, *mortuis certè interdiu parentatur.* Interpres Apollonij refert priſcos immolaſſe inferis ſub occaſum Solis, ſuperis verò ſub ortum; atque illa ἔνορχα dicta, quod, quæ generare non poſſunt, mortuis, ac inferis dicantur: hæc verò ἄνορχα, ideſt non execta, vt quæ generationi apta, quia inferi mortis, ſuperi vitæ parentes eſſe cenſerentur.

Superis mane, inferis veſperi immolatum.

Mentione facta alicuius vita functi, quid dictû.

Cum mentio fieret alicuius vita functi; *Felicem*, aut ſi plures, *Felices*, precabantur. Horatius Sat. 19. lib. 1. *Haud mihi quiſquam, omnes compoſui, felices, nunc ego reſto.* Ita Theocritus latinè, *Throchareln Thracia nutrix, felix, hic in propinquo habitans orauit.* & Lucianus, *finites quieſcere felicis* (ideſt mortui) *Genios.*

Sicyoniorũ mos cadauera condendi.

Pauſanias in Corinth. Sicyoniorum morem cadauera condendi pergratum mihi obtulit, his verbis. *Corpus terra contegunt, deinde lapideu baſi extructa columnas exigunt, quibus faſtigia, vel vt Græci vocant, aquilas imponunt, eadem propè facie, qua ſunt templorum columnæ; inſcribunt verò ſepulchris planè nihil; ſed eius, quem extulerunt nomen appellantes, patris mentione prætermiſſa, illum valere iubent.* Columnas ſtatutas ſuper ſepulchra alibi à me dictum, & morem deductum ex eodem Pauſania, & Plutarcho. In columnis crimina olim ſcripta ſi grauia & in omnium perniciem, ſceleſtorumque nomina magna cum infamia, colligo id ex Demoſth. Philippica 3. Nouar. *ſched. l. 8. cap. 12.*

Columnæ ſuper ſepulcra.

Veſtes funebres paratæ ante mortẽ.

Mos etiam fuit mortalium, vt ſibi, & ſuis funebres veſtes pararét. Homerus Odyſ. 3. ore Penelopes ad Procos. *Suſtinete heroes meas nuptias, donec linteum perfecero Laerti Heroi pollinctum*, & Illiad. 22. *Sed tibi veſtimenta in ædibus iacent facta manibus mulierum.* Virgilius Æn. 19.

Heu terra ignota canibus data præda Latinis,
Alitibuſque iaces, nec te tua funera mater
Produxi, preſſiuè oculos, aut vulnera laui,
Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina dieſque
Vrgebam, & tela curas ſolabar aniles.

In quibus verbis varij ritus apparent; & quàm eſſet abominandum, inſepultum iacere, prædam ferarum; qui omnes optimè à Kiromanno in ſuo libro de funeribus recenſentur, quem nec dum potui manibus, oculíſue libare.

Ignoſce lector, ſi aliena compilare videor. Præter mentem, & conſilium id accidit. Si ille mihi præ manibus, fortean conſilium mutarem, ita de reliquis.

In luctu faſces, arma, ſigna, ſcuta, demiſſa.

Lugẽdi modus ex Plut.

In luctu more priſco, lictores faſces; milites ſcuta, & arma inuertunt. *Lugendi modum* (ex Plutarchi Numa Pompilio) *pro ætatibus, temporibúſque Numa ſtatuit. Puerum non lugeri trimo minorem, neque etiam natu grandiorem plures menſium, quàm vixiſſet, annos, ad decem vſque, & prolixiore fletu ætatem lugere nullam. Sed longiſſimum luctus tempus eſſe menſium decem, quamdiu, & mortuorum vxores viduitatem ſeruant. Quæ verò intra id temporis nupſerit, vaccam prægnantem ex Numa legibus immolat.* Item veſtes morte puniendis mutare ſolemne fuit & eſt, præſertim ſi inſignes aliqua dignitate fuiſſent. Meminit huius moris D. Chryſoſtomus hom. 6. Nouar. *Schediaſm. li. 1. cap. 18.*

Viduis in luctu nubere nefas.

Ritus varios funebres mihi ſubtexere hic liceat ex Atticis bellariis Pontani, & aliis. Militum defunctorum nominibus θ præfigebant, quod in ſepulchris, & monumentis etiam videmus. Imperatores morituri anulum dabant ſucceſſori, vt fecit Tiberio Auguſtus, & anuli traditione antiqui hæredem, & ſucceſſorem deſignabant ex Valerio M. l. 8. *Rutilus Spintheri decedens ſuos anulos perinde atque vnico hæredi tradidit*, & aliis. Solebant etiam morientibus detrahi, ex Plinio *lib. 33. cap. 1.* Vnde refert Spartianus anuli lapſum ſpontaneum de digito Hadriani inter ſigna mortis fuiſſe. Imperatores verò in funeribus virorum illuſtrium, ad laudationem tantùm, quæ fiebat in foro; nec intereſſe officio cum efferrentur è roſtris ad buſtum extra vrbem, niſi rarò admodum, docet Suetonius in Tiberio *cap. 32.* Laudationes eorum,

θ Præfixum mortuis.

Imperatores morientes anulum dabant ſucceſſoribus.

Anuli detrãcti morientibus.

Imperatores intererant ſolùm orationi funebri.

rum, qui militiæ, aut alibi ſe fortiter geſſiſſent, quæ fiebant apud Imperatorem, obibant Præfecti huic muneri deſtinati dicti [illegible], quod munus poſtea abrogatum ſub malis Imperat. Incumbebat primitus tota hæc r.e Comiti theſaurorum, ſiue largitionum, Memoriali nunc dicto, vt colligitur ex Agathia l.4 Cadauer, ſi vegetum & coloratum eſſet, ipſum in thoro ſiue lecto oſtendebatur; ſin autem id nullum, vt in peregre functis, aut diu functis, aut non eſſet præſto cadauer, cerea effigies eius loco oſtenſa, ex Lipſio *ad Annal.* 3. Qui funus proſequebantur, cereos manibus geſtabant, candelas, funalia, faces, Lipſius *excurſu ad* 3. *Annal.* Item colligit ex Tacito de cineribus Germanici, alibi licet terrarum mortui, & viſo iam cadauere, nihilominus rogos accenſos, quaſi verum ibi funus, & cadauer eſſet. Vegetius *lib.* 11. *cap.* 20. tradit, ad decem ſaccos, in quibus donatiui dimidia pars apud ſigna deponebatur, additum fuiſſe ſaccum vndecimum, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, ſepulturæ ſcilicet causâ, vt ſi quis ex contubernalibus defeciſſet, de illo vndecimo ſacco ad ſepulturam ipſius promeretur expenſa. Demùm non ſolum mortui, dum efferrentur, pulcherrimis veſtibus errant ornati, ex Luciano, ſed etiam quibus moriendum erat, ſic apud Plutarchum Philoctetes, & apud Laërtium in Socrate, die, quo cicutam bibiturus erat, Apollodorus pallium ei pretioſum obtulit, vt in eo moreretur. Caſaub. *in Notis ad Laërtium.* Mulieribus, quæ peperiſſent veſtis honor in funere concedebatur, qui aliis ſterilibus non concedebatur, earumque cadauera tegebantur, vt è lib 2. Cic. de legibus conſtat, & Propertio Eleg. 12. *Et tamen emeriti generaſos veſtis honore* tanti fecundæ æſtimatæ.

Cadauer oſtenſum ſi vegetum. Funalia in exequiis.

Rogi ſtructi etiam abſentibus.

Saccus vndecimus pro ſepultura militum.

IVLIO STROZZIO
Viro Clariſſ.

Dissertat. XLVIII.

Prætor reum damnaturus prætextam ponit. Claſſicum canitur ante illius domum, circa muros, & in arce. Damnatorum veſtes laceratæ per contumeliam à lictore; nomina eorum & obæratorum columnis inſcripta. Damnatorum nomina ad ærarium delata. Mercurius pictus in carcere, & cur. Manus iudicum oſculata ab iis, pedibus, & genibus eorum aduolutis Rei abſoluti, tonſi ibant in Capitolium. Supplicantium ritus varij. Tumuli amicorum ſentibus, & ſpinis purgati, ornati titulis, etiam diuitum. Inimicorum tumuli horridi relicti. Portenta exuſta lignis infelicibus. Quænam ea ligna.

TRISTEM ſententiam Prætores laturi, & capitalem, triſtem etiam induebant tunicam, prætexta depoſita, quæ lætitiam præſeferebat ob coloris dignitatem. Quare tunicatus ille condemnabat reos, vel in toga ſordidiore, aut pullu, quam Seneca vocat togam peruerſam lib. 1. cap. 16. de Ira, his verbis. *Itaque & ſi peruerſa induenda magiſtratui veſtis, & conuocanda claſſica concio eſt.* Crediderim poſitam prætextam togam, vt peruerſam induerent, ideſt, partem floridiorem eius intus conuerterent. Hæc toga peruerſa dicta. Quare in condemnando non ſolùm erat veſtis mutatio, ſed & claſſicum canebatur ante oſtium damnati; circa muros, & in arce, vt pop. conueniret, & triſti periculo, atque exemplo intereſſet. Valerius Max. cap. 1. lib. 2. de C. Mario. *Cum M. Ciceronem, qui ad iudicium cogebat, penitentem prætextam vidiſſet.* & lib. 5. cap. 6. inquit, *M. Cato Prætor M. Scauri, cæterorúmque iudicia reorum nulla indutus tunica ſed tantummodò amictus prætexta egit, &c.* Lege Lipſium *ad Taciti Ann.* in Germanici funere: Item Roam, *Singul.* 5. *cap.* 6. Inter cædendum præco cauſam dicere ſolebat ſupplicij, ex Petronio.

Prætexta depoſita à prætore reû damnaturo. Tunicatus Prætor damnabat. Peruerſa toga quæ.

Claſſicum cantatû ante oſtium damnati, alibique.

Prætor cauſam ſupplicij edebat.

Damnatorum quoque veſtes mutatas, quinimo laceratas per contemptum à lictoribus reperio, & colligo ex eodem Seneca, de Ira lib. 1. cap. 16. *Quid ſi videns eum, ſcilicet Cn. Piſonem, ſua veſtimenta ſcindentem, quia tardius ſcindebantur aliena* Liuius lib. 8. *Fabius fidem militum implorans, lacerantibus veſtem lictoribus, ad triarios ſe recepit.* Eumdem morem ſcindendi veſtes refert Tacitus 10. *Ann.* de Herennio Gallo agent. Plutarchus de Bruto *in Publicola in Camillo, Mario, Craſſo, & in Nicia.* Suetonius in Vitellio cap. 17. *Donec religatis poſt terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veſte diſciſſa. ſeminudus in forum tractus eſt.* In ſummo dolore veſtes etiam laceratas, vt corpus nudum pateret planctibus, colligitur ex multis, ex Virgilio etiam 5. *Æn.*

Damnatorum veſtes mutatæ, etiam laceratæ à lictoribus.

In dolore veſtes laceratæ.

Damnatorum pœna decreto patrum (vt refert Tacitus 3. *An.* Suetonius *in Tib. cap.* 75. Dio) ante diem decimum ad ærarium non deferebatur. Manſiſſe videtur hoc decretum donec Theodoſius Imperator clementiſſimè, conuicto, & damnato reo dies indulſit 30. vitæ. Apud Athenienſes damnati morte non omnes die vno efferebantur, ſed ſorte quadam dies illis contingebat. Miſer ille cui prima ſors contingebat, & dicebatur Mercurius, vt colligitur ex Scholiaſte Ariſtoph. *in Irena* Erat mos alius huic affinis apud Græcos, ex Polluce *lib.* 8 In ianua carceris depictus Mercurius, quem [illegible], quaſi Ianitorem vocabant. Damnatorum

Damnatorû nomina ad ærariû quando.

Mercurius dictus damnatus primus.

Mercurius pictus in carcere.

rum nomina columnis inſcripta probat Plutarchus in apophteg. de Epaminonda dicens, *Poſtulo vt, ſi me interficitis, inſcribatis damnationem columnæ alicui, vt ſcire poſſint Græci,* &c. Reperio etiam in agris eorum, qui ære alieno obruti ſoluendo non erant, columnas defixas, in quibus deſcripta erat debiti magnitudo, & debitoris nomen, quod eo fine ab iis factitatum, vt ne quis ei poſtea imprudens fœnus locaret. Atque iſtæ columnæ [illegible] appellarę ex Suida. Ager verò, qui eiuſmodi columnas non haberet, [illegible] dicebatur. Etymolog. Capitis poſtulati ita damnati, referente Plutar. in Gracchis. *Et quidem more maiorum, ſi quis rei capitalis poſtulatus ad iudicium non accurrerit, huius ad ianuam profectus, mane tubicen tuba eum ciat, neque ante ferunt ſententiam iudices. adeò religioſi, & circumſpecti fuerunt.* Magnam pietatem ſapit lex Imperatoria, qua iubetur, vt ſeuerius aliquos puniturus, eorum ſententiæ executio in trigeſimum diem differatur, *lege* 20. *cap. de pœnis*. olim tamen pœna damnatorum in decimum diem dilata. Suet. in Tiberio. *Cum Senatuſconſulto cautum eſſet, vt damnatorum pœna in decimum diem differretur.* Inſolens ferè de reis noctu ſupplicium ſumi. Seneca 3. de ira. cap. 19. *Quid tam inauditum, quàm nocturnum ſupplicium?* In omnibus vrbibus locus ſupplicij extra vrbem. In ſolemnitatibus, & Auguſtorum natalitiis olim magiſtratus cauebant, ne in quempiam animaduerterent. Ita notat Nouar. *in Schediaſmatum. lib. . cap.* 8.

Damnatorũ nomina inſcripta colũnis.

Obæratorũ nomina, & æs alienum in columnis inciſum.

Rei ſupplicantes manus Prætorum, ſiuę Iudicum ad ſuum os applicabant oſculantes, vt annuit Seneca de Ira cap. 33. lib. 1. his verbis, *funeſtam, perfuſámque filij manum ad os ſuum retulit. & cœnauit.* Sed tamen ſine vnguento, & corona, quod erat lugentium (idque factitatum à victis in prælio ad ſuos victores) vel pedibus illorum proſtrati aduoluebantur, & ad genua ſupplicantes. Idem Seneca de Ira, *quam ſæpe veniam, qui negauit, petit; quam ſæpè pedibus eius aduolutus eſt, quem à ſuo repulit.* Qui ad capitale ſupplicium adducebantur, iis licebat cibo, & potu plenis, tria dicere quæ vellent, deinde, ore obturato ad necem ducebantur. Suidas. 366. Sed de hoc à me alibi, & à pluribus plura.

Supplicantes manus iudicum oſculãtes, amplexãtes ad genua, aduoluti ad pedes.

Priuſquam condemnarentur aduocabant amicos inſignes, vt ſibi aduocati præſto eſſent, & ad miſericordiam iudices mouerent. Quod ſi rei fiebant alicuius grauis criminis non ipſi ſolùm afflicti, ſed nomen, memoriaque eorum ex Lipſio.

Aduocati in Iudiciis Dãnatorũ pœnas grauis. Supplicantium ritus varij.

Varios ſubtexo ritus ſupplicantium ex Atticis bellarijs Pontani.

1. Apud Perſas, ſi ſupplex ſumpto igne flumen ingreſſus, minatus fuiſſet, ſe ignem aquæ immiſſurum, niſi voti compos fieret: hoc eò ſpectabat, quòd apud eos ſacroſancto in honore ignis eſſet.

2. Apud Aſſyrios, ſupplicans incuruatis membris humum penè vultu contingebat, manibus poſt tergum reiectis, connexiſque

3. Apud Scythas, maximum ſupplicandi genus erat, ſi quis extento humi corio bubulo reiectis in dorſum manibus reſideret.

4. Apud Iudæos, ſupplex manum ſubiiciebat femori eius cui ſupplicabat.

5. Apud Græcos, oleaginas virgas ore, manúque præferebant ſupplices, lanâ circumdatas: vnde [illegible] apud Æſchylum, ſupplices rami, & [illegible] oliuæ ramum à ſupplicando Græci dicunt.

6. Macedones [illegible], tunica, quam ſubuculam dicimus, ſola induti ſupplicaſſe dicuntur.

7. Antiquæ Græciæ in ſupplicando mentum eius quem deprecabantur, attingere mos erat. Apud Homerum, & mentum, dexteram, & genua contingunt ſupplices.

8. Ad focum ſedentes verbum nullum faciebant, ſilentio animi demiſſionem conteſtati. De his Adrianus Iun. Qui ad aliquem opis gratia confugerat, ad focum ſedebat, quemadmodum Coriolanus apud Actium Tullum Volſcum. Themiſtocles apud Admetum Moloſſorum regem, eius liberis manu ſumptis. Vlyſſes verò auxilium petens ab Arete Alcinoi vxore, manibus elatis ad eius genua ſtat, mox ſedet humi inter cineres, quem ſublatum Alcinous ad menſam cum filio collocat, quod hoſpitalitas contraheretur ad menſam. Hoſpitibus his primùm apponebant ſal, quo guſtato nefas erat eos violare. Græci primo die eos conuiuio excipiunt, mittunt extremo pullos, oua, olera, cęteraque dicta, xenia, vt ex variis colligit Vardus. Rei barbam, & capillum promittebant, hinc barba reorum dicitur prolixa à Martiale, & Seneca Epiſt. 78. *Dimiſſa vſque in pectus vetere barba rogaret mortem.* Ita etiam abſoluti tondebant capillum, barbamque radebant. Exuti demum veſtes lugubres, Ioui Capitolino gratias acturi in Capitolium aſcendebant. Martialis lib. 2. Epig. 73. *Ad alta tonſum templa cum reum miſit*, ita Plutarchus *in Cic.* & apud Hebræos Geneſeos cap. 41. *Pretium ad regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt, & veſte mutata obtulerunt ei.* Quapropter depulſionis periculi argumentum fuit capillorum abraſio, de quo à me alibi.

Barba reorum.

Rei abſoluti tonſi ibant in Capitolium.

A ſuppliciis ad feralia gradum facio, & noto amicorum ſepulcra purgata ſtirpibus, & ſentibus; inimicorum verò derelicta, inculta, & horrida, quare dumos, & ſentes excindebant, exurebant in amicorum tumulis: Propertius. *Pelle ederam tumulo.* Contra optabant caprificos eorum tumulis, quos oderant; idem Propertius, lib. 4. Eleg. 5.

Amicorum tumuli purgati ſpinis, & dumis. Inimicorum relicti horridi.

Vrgeat hunc ſuprà vis caprifice tua.

Quin & ſaxis eorum ſepulchra cædebant, additis imprecationibus, Idem Propertius ibidem.

Quiſquis amas ſcabris hoc buſtum cædito ſaxis,
Miſtaque cum ſaxis addito verba mala.

Quæ verba, vti inſerti per feneſtram radij ſolis, totum conclaue, ita illuſtrant, enucleant

Catulli locus enodatus.

Porrecta exuſta lignis infelicibus.
Ligna quæ infelicia.

cleant verſiculum Catulli de Voluſini Poëtæ carminibus; *Infelicibus vſtulanda lignis.* Macrobius *lib.* 3. *cap.* 20. Arbores, quæ inferum Deorum, auertentiumque in tutela ſunt, eas infelices nominant, quibus portenta, prodigiáque comburi iure oportet; Græci ea ſpinoſis lignis, quæ infeliciora videbantur, comburere ſolebant, & cinerem in profluentem proiicere. Theocritus ſubſcribit, videndus. Infelicia etiam ad mala auerruncanda exuſta. Tumulos ditiorum cum titulis: pauperum ſine titulis fuiſſe lego in Ouidio.

Tumuli diuitum cum titulis.

Tumulo quoque nomen habenti
Inferias dederat.

Virg. lib. 7. Æn.

Oſſaque nomen
Heſperia in magna, ſi qua eſt ea gloria, ſignat.

NICOLAO FRANCIOTIO Patricio Lucenſi.

DISSERTAT. XLIX.

Deorum ordines varij. Summates, Medioxumi, Heroes. Quæ eorum victimæ. Selecti, Conſentes, Indigetes. Quæ Necia feſta. Patriciorum quoque partitio triplex; & à quibus. Patricij maiorum, minorum gentium. Deorum tres ordines. Quibus ſupplicabant. Quàm antiquus mos cereos appendendi in templis. Conſulum numerus variatus, à quo. Conſules ordinarij ſuffecti quinam. Conſules deſignati gratias populo agebant. Quis Conſul maior. Quis primus è plebe. Quanta auctoritas ſenatus. Quanta plebis, ſeu pop. Cenſoria auctoritas quanta: & alia.

Patricij maiorum gentium.

DE patriciis maiorum gentium, & minorum quædam à me ad te. Notum ſatis lippis, & tonſoribus diſcrimen inter patricios maiorum gentium, & minorum gentium; vt ij dicerentur maiorum gentium, centum Senatores à Romulo instituti, eorumque progenies. Eos verò, qui à Tarquinio Priſco Romanorum rege, ex plebeiis in patriciorum primum ordinem adlecti, deinde Patrum numero adſcripti fuerunt, Patricios minorum gentium appellatos, teſtis eſt Liuius. Allectos inde in Senatum à M. Bruto, & Publicola primis Coſſ. poſt pulſos Reges, Patres & Conſcriptos vocitatos, colligitur ex iis Taciti verbis, 11. Annalium. *Iiſdem*

Patricij minorum gentium.

diebus in numerum patrum aſciuit Cæſar vetuſtiſſimum quemque è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant: paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum; L. Brutus minorum gentium appellauerunt: quare maiorum gentium patricij ij dicti, qui oriundi ab iis, quos Romulus legit. Minorum verò cooptatione in patres poſtea Patricij facti à Priſco, à Tullo, à Bruto. Pithœus videndus *lib.* 2. *cap.* 7. Inde ex tranſlatione quadã, Deorum alij maiorum: alij minorum. Cic. 2. *de leg* tres ordines Deorum recenſet, vnum eorum, qui cæleſtes ſemper habiti, qui & maiorum gentium Dij vocati; alterum eorum, quos in cœlum merita vocarint, qui & Semidei, & Dij indigetes appellati, & minorum gentium; tertium eorum, per quos datur hominibus aſcenſus in Cœlum. Primi dicti Magni, & Conſentes, vt qui in conſilium Iouis adhibiti, hique fuere 12. vt notat Ennius, his verſibus.

Dij maiorũ, & minorum gentium.

Deorum tres ordines.

Conſentes Dij qui, & quot.

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Horum imagines auratæ apud forum ſtabant. Alij dicti ſelecti, & Summates; ſed de horum numero varij varia. Indigetes ſic dicti, quod nullius rei indigeant, vel quaſi cum Diis degentes ex hominibus ad diuinitatem elati, vel quòd indigetari, hoc eſt nuncupari nefas; vel quaſi in hoc loco geniti, vel degentes. Vnde à Virgilio dicti Dij Patrij Indigetes.

Selecti ſummates Dij.
Indigetes Dij qui, & vnde dicti.

Ex Varrone Deorum ordines ſubnecto, & ex aliis Platonicis. Romani quoſdam Deos ſummos nominabant, Medioxumos alios, alios Heroas infimos, quaſi terreſtres ab Hera, quam veteres terram dicebant, vt Capella perhibet. Medioxumos dixere, quos merita in Cœlum vocarunt, vt ſcribit Cicero *in legibus*, hoc eſt, Semideos, velut Hibridas quoſdam ex mortali, & immortali progenitos, vt Romulum, Herculem, Æſculapium, Tyndaridas, & ſimiles. Heroes ſunt, ex vtroque mortali parente nati, qui meritis feliciorem quamdam nacti ſunt ſortem, quàm vulgus generis humani. Eos, qui ſanctè vixiſſent, & ex hac vita migraſſent, in Deorum numero Romani veteres eſſe cenſuere, eorumque feſta Necia ſunt appellata. Cicero. 2. *de legibus.* Quibus autem victimis magnis Diis litaretur, ex variis auctoribus colligere licet, ſi libet: Diis Maximis ſacra menſtrua celebrata lego, quot Kalendis, aut Idibus renouata, atque eæ erant feriæ religioſiſſimæ cum ſolemnibus, & anniuerſariis non ſatis eſſe putarent d fungi ſacris, quod colligit Adr. Turn. Adu. *lib.* 2. *cap.* 14 ex Virg. Eclog. 1.

Deorum ordines tres ex Varrone.
Summi Dij ſicut Summates.

Medioxumi Dij qui.

Heroes Dij qui.

Neciã feſtã quæ.
Quæ victimæ minorũ Deorum.

Biſſenos cui noſtra dies altaria fumant.

Quibus minorum gentium Diis victimis litaretur ex Seneca apertiſſimè perſpicio, qui 3. de Ira cap. 18. ſic inquit, *M. Mario populus vicatim ſtatuas poſuerat, cui thure, & vino Romanus populus ſupplicabat.* Plautus: *Et mihi quotidie, aut thure, aut vino, aut aliquo ſemper ſupplicat.* De eodem M. Tullius 3. offic. confirmat, *ad ipſius ſtatuas thura, cereos*

reos

Quæ victimæ indigetum.

reos appeſitos. Ex quibus colligo thure, vino, & cereis, Indigetibus litatum, & quàm antiquiſſimus mos cereos ad aras appendendi, & cerea vota, vt nos ſolemus.

Cereos appendendi, & vota cerea, quàm antiquus mos. Incerare genua Deorū. Candelæ pauperum: Cerei diuitum. Duobus Diis vnum templum non dicatum.

Ritum appendendi cereos Diis (vnde dictum incerare genua Deorum) puto manaſſe à Saturnalibus, in quibus cerei mittebantur, vt ait Feſtus, *Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis vtebantur* Videndus Macrobrius 1. *Saturn. cap.* 7. de ritu Saturnalium quam maximè antiquo, & de cereis, vbi feſtos illos dies antiquiores Roma oſtendit, ex quibus ritus emanauit incerandi Deos, tanquam patronos.

Duobus Diis vnum templum non dicaſſe priſcos reperio in Plutarchi Marcello dicentis, *Hinc cum ædes ex præda Sicilienſi locata, quam Honori, & Virtuti vouerat, impediretur à Pontificibus dedicatio, quod negarent vnam cellam duobus Diis rectè dicari*, &c.

A patriciis maiorum gentium, ad Senatum, Conſuleſque gradum facio. Quæ eſſent Senatus poteſtati, & quæ pop. ſuffragiis Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 4. breuiter innuit.

Pop. Rom. auctoritas circa quæ.

Scitis nobis eſſe iam inde ab V. C. legem, qua rerum omnium ſummam Senatus poteſtati permittit. Magiſtratuum creationem, legum lationem, & belli inferendi arbitrium; horum enim trium poteſtatem eſſe penes ſuffragia populi, &c. Soli Senatores iudicia in poteſtate habebant. Plutarchus in Gracchis, *Soli enim iudicia in poteſtate Senatores habebant atq; ideo populo, & ordini equeſtri erāt formidabiles, &c.*

Iudicia omnia penes ſenatum.

Senatores à quo ſecreti à pop. in theatro.

Senatores à plebe in ſpectandis ludis quis primus ſecreuerit, idem mihi ſuggerit, in Scipione, his verbis. *Hi primi fuiſſe dicuntur,* (loquitur de Africano, & de Sempronio Lōgo) *qui in ſpectandis ludis patres a populo ſecreuerant: quam ſelectionem plebs Romana moleſtiſſimè tulit, aduerſus Conſules indignata, &c.* Sed mecum quæſo in eiuſdem Plutarchi C. Mario, ſuſpice, quàm leui etiam de cauſa Senatores à Cenſoribus ſenatu moti: & hinc (cum non multi Senatu permoti fuerint) Senatorum Romanorum modeſtiam, frugalitatemque diſce. Loquitur de Mario. *Hic à iudicibus interrogatus reſpondit, quod ex æſtu ſitiſſet, frigidam ſe poſtulauiſſe; & ſeruum cum poculo ad ſe ingreſſum, ſimul atque bibiſſet, abceſſiſſe, atque hic quidem Senatu à proximis Senatoribus motus eſt: viſuſq; vel ob falſum teſtimoniū, vel ob intēperantiā meritò notatus* &c.

Senatu moti pauci à Cēſoribus.

Cenſores nulli bis.

Cenſores autem bis nulli eſſe poterant poſt Cenſorinum, vt idem Plutarchus in Coriolano teſtatur. *Cenſorinus, quem populus Romanus creauit iterum Cenſorem. Poſtea illo ſuaſore ſanxerunt lege, ne quis eum magiſtratum bis caperet, &c.* Si cui autem Pop. magiſtratum abrogauiſſet, alterum magiſtratum petere non poterat, lege Gracchi, vt idem Plutarchus in eius vita aſſerit. *Duas leges promulgauit, Vnā, ſi cui pop. magiſtratum abrogauerit, ne aditus huic ad ſecundum magiſtratum ſit. Alteram, ſi quis Magiſtratus ciuē indicta cauſa exilium irrogauerit, vt is cauſam dicat ad pop* &c. Magiſtratus autem: quoſdam apud Græcos ſorte datos fuiſſe idem in Pericle auctor eſt, *Quod nec Archon, nec Theſmothetes, nec Rex ſacrorum, nec Polemarchus ſorte ſortitus fuiſſet; hi enim magiſtratus ſortitò antiquitùs creabātur, quique in iis ſpecimen dediſſent ſui, aſpirabant ad curiam Areopagi* &c.

Abrogati magiſtratu alium petere non poterant.

Magiſtratus quidam ſorte dati.

Ad Auguſti vſque tempora Conſulatus binarius numerus perdurauit. Auguſtus primus Imperatorum Coſſ. numerum auxit ſupra binarium: quorū alij ſuffecti, alij Ordinarij dicti. Suffecti per menſes tres aut duos, ſufficiebantur, poteſtate pari, non dignitate cum ordinariis, qui annum auſpicabantur, & faſtis prænotabantur, & omnibus publicis inſtrumentis, vbicunque annorum ratio habebatur. Hoc diſcrimen innuit Seneca l. 3. de Ira cap. 31. *Dedit mihi Præturam, ſed Conſulatum ſperaueram. Dedit 12. faſces; ſed non facit ordinarium Conſulem. A me numerari voluit annum, ſed deeſt mihi ad Sacerdotium Cooptatus in Collegium ſum, ſed cur in vnum* &c. Locus pulcherrimus de honorum gradatione.

Conſulum numerus variari à quo incæperit.

Coſſ. ſuffecti quinam Coſ. ordinarij qui.

Conſules deſignati gratias populo agebāt, Plutarchus in Paulo Æmilio, *Cum verò mos eſſet, vt, qui deſignati Conſules erant, gratias populo agerent, benignéque alloquerentur, Æmilius aduocata concione* &c. Hæc mutuanda ab auctoribus, Roſino, Manutio, aliiſque non protritæ eruditionis & emunctæ naris viris, ne Archimedeum hoc problema à me venditari liuiduli obſtrepant. Conſules deſignati primi omnium in Senatu ſententiam rogabantur. Saluſtius in Catilinario, *Cum D. Iunius Sylanus primus ſententiam rogatus, quod eo tempore, Coſ. deſignatus erat, de iis qui in cuſtodiis tenebantur.*

Deſignati Coſſ. gratias populo agūt.

Quis verò dicendus Conſul maior (nam Plinius meminit Conſulis maioris) à me ſciſcitaris: Maiorem puto Conſulem dictum penes quem faſces forent. Hi in anteceſſum ſeniori contribuebantur, vt habet Plutarchus, & Valerius Max.

Coſ. maior quis dictus.

Sed quis primus ex plebe Conſul: Plutarchus in Camillo. *Camillus, comitiis habitis Cōſules creauit ex patritiis M. Æmilium, & L. Sextium de plebe primum.* &c. Conſules autem (cum in Senatu eſſent dicendæ aliqua de re ſententiæ) eos, qui primi dicturi eſſent, nominabant. Dionyſ. Halicar. lib. 7. *Cumque iam ſententia à patribus eſſent dicenda, primi quidem Conſulares viri, maximèque quiq; natu de more à Conſulibus vocati ſurrexerunt.* &c. De candidatis ad Conſulatum Plut. *in Coriolano.* Dona miſſa à Rege Ageſilao ſenatoribus, ſtatim atq; renunciatus fuit Senator, in eiuſdē vita refert Plut. *Quoties in Regio ſolio ſedebat, & reſponſa dabat, ſuperuenientibus aſſurgebat Ephoris, vt quis prælectus in Senatu fuit, ſemper ei lenam, & bouem donabat, &c.*

Coſ. quis p. ex plebe.

Dicturi ſententiā à Coſ. vocati.

GERARDO SPADÆ. I. C.
Auditori Cardinalis Barberini, Fr. VRBANI VIII.

DISSERTAT. L.

Benè precandi, & famem auerruncandi mos priſcus; nunquam deſe-

rendi

rendi menſam vacuam, neque permittendi lucernam per ſe extingui; nec apponendi cibum niſi libatum. Mos Perſarum menſæ. De libatione in menſa. Quid: Quotuplex libatio. Libatio cibi, & potus, & cuius Lotio, & preces ante libationem, & poſt. Perfecto conuiuio quid factum. Menſæ cur nunquam relictæ vacuæ. De mappa menſarum. Carnes victimarum cibus potiſſimum antiquorum. Viſceratio quid. Carnes aſſatæ, aliaque. Publicè edendi modus triplex. Bulimi expulſio, & Famis, quid, & quando.

Menſa nunquam relicta vacua.
Lucernæ nunquã ab alio extinctæ.
Cibi appoſiti ſẽper libati.

ANTIQVIS mos fuit nunquam omnino inanem menſam tollendo facere, neque lucernam vnquam per vim extingui ſinere. Plutarchus ſymp. 7. quæſt. 4. *Heſiodus vetat, cibum apponere ex ollis, nondum libatum, ſed igni vult ſuas primitias, ſummque ob miniſterium offerri honorem, & recte. Romani, quod alimentum lucernis dediſſent, ius vſi reliquerunt, paſſique ſunt viuere, & fulgere. Ita relinquendum aliquid è menſa ſeruis, & vernulis; gaudent enim communicatione hac magis, quam alioquin accipiendo. Idcirco Perſarum Reges non amicis modo, & proceribus, ac ſtipatoribus ſolebant de cœna portiones mittere, ſed ſemper ſeruorum quoque, & canum cœna in ipſorum menſa proponebatur, cum quantum omnino fieri poterat, omnes, quorum vtebantur opera, ſua menſa facerent participes.* Vide quanti facienda eiuſdem menſæ communio; vel ſaltem ciborum, ad amorem aucupandum, ita enim communis fit Mercurius. Hinc Phiditia, Syſſitia, epulæ publicæ, de quibus à me alibi. Tantaque fuit antiquorum religio in libationibus, vt primitias omnes fructuum, quas ἀπαρχάς vocabant, ſuis numinibus libarent. Tubullus eleg. 1.

Perſarũ mos.

Libatum ex qualibet re.

Et quodcunq; mihi pomi nouum educat annus,
Libatum agricola ponitur ante Deos,

Libare quid, & vnde.

Libare, propriè, eſt leuiter deguſtare, & primis labris attingere. Iſidorus vult, à Libero quodam, qui in Græcia vitis vſum reperit, deductum libare.

Libatio duplex.
Libatio ciborum.

Duplex libatio apud Ethnicos, tum in ſacrificiis, tum in epulis. Vna erat dapium, atque ciborum, quorum partem aliquam decerpentes, illam in ignem focúmque conjiciebant, atque ita Diis ſuis illas conſecrabant. Cicero de finibus, *Atqui reperiemus Aſotos primùm ita non religioſos, vt edant de patella, quæ Diis è cœna libata ſunt.* Plutarchus de fortuna Rom. ait, *Ocreſiam Virginem identidem primitias, & libationes à Regia menſa accipere, & ea ad focum perferre, conſueuiſſe; cumque aliquando pro more*

Ioſeph. Laurentij Polymath,

quàm in ignem conijceret. Ideò Horatius cum agens, ait, ſe non veſci, niſi dapibus piè ante Deo libatis; vnde Dij Patellarij, quibus in patella libabatur, & non magna ſacrificia fiebant. Legendus Macrobius *lib. 3. c. 9.* Altera fuit potus, cum videlicet vini, aquæ, lactis, vel alicuius liquoris parte aliqua effuſa ex vaſe in terram, vel in aram certis adhibitis cæremoniis, ſeu precibus in Dei honorem fiebat, & hoc erat Diis libare. Vinum potiſſimùm non quodvis in ſacris libatum, ſed meracum. Vinum ſpurcum ſacris adhiberi non poterat, nempe cui aqua admixta eſt (vt ait Labeo) defrutumve; aut igne tactum, muſtumve, antequam deferveſcat. Mercurio verò vinum miſtum libatum, quia in viuis, & mortuis dominatur. Soli mel libatum, vt à me dictum. Athenienſes Mnemoſynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Vraniæ, Nymphis, non vino, ſed aqua melle diluta ſacrificabant; Diis Inferis non vinum tantum, verùm etiam mel, atque lac inuergebant: oleum aliquando libatum.

Patellarij Dij vnde dicti.
Libatio potus.
Libatum non ex quolibet vino.
Vinum ſpurcum non libatum.
Mercurio libatum vinũ mixtum.
Vinũ quibus non libatũ.
Inferis quid libatum.

Vbi autem in ſacris vina libare Diis fuit neceſſe, ex Græcia, & imputata vite, ſeu fulmine tacta, aut quæ vulneratis pedibus calcata, vel immunditie polluta fuerat, aut iuxta quam homo laqueo pependerat, quæque circumciſis vinaceis profluxerat, vina libare Diis erat infauſtum.

Ante libationem manus abluebant, certaſque preces fundebant, vt colligitur ex multis locis Homeri, *Iliad.* 9 Virgilij, & cæterorum, marina aliquando aqua, cui vis expiatrix. Formula precum huiuſmodi erat, *Mactus hoc vino inferio eſto*; Inferium enim vinum dicebatur ſacrum, quod Diis infertur: è cratere pleno effundebatur, vel alio vaſe ſacro ſuper victimas, vel ſuper terram; vel ſuper mare, prout erat ſacrificium. Libationes vſitatiſſimæ in fœderibus, in ſponſalibus, in exequiis, in conuiuiis, & in omnibus epulis, in quibus nullus bibebat, niſi prius Diis facta libatione. De libatione facta Mercurio poſt epulas à me alibi, quæ erat poſt epulas, antequam cubitum irent. Lege Euſtathium in illa verba, *Diuidite linguas, miſcete vinum*; veteres enim poſt ſacrificium cubitum ſe recepturi, victimarum prius linguas ſacrificabant, illas in ignem conjicientes, vel vt ſe à maledicentia repurgarent; vel quòd lingua ſit membrum præſtantiſſimum; vel quod ea, quæ inter pocula dicta erant, Diis dedicabant; vel quòd in conuiuio dicta ſilentio eſſent premenda, vnde prouerbi: *Odi memorem compotorem*; vel quod iam ſub veſperam tacendum, loquacitate omiſſá.

Manus lotæ ante libationem.
Precum antè libationem formula.
Inferium vinum quod.
Libationes quibus adhibitæ.
Libatio poſt epulas Mercurio cur.

Præter hanc libationem in fine menſæ proferebatur vltimum poculum, dictum ἀγαθοῦ δαίμονος, id eſt boni Genij, de quo à me alibi, Philoteſius crater; de quo vide Adagiographum. De vini noui libatione quoque alibi. A libatione ad menſas reuertor.

Vltimũ menſæ poculũ.

Menſæ igitur ſemper ferculis onuſtæ à duobus ſeruulis aſportatis ſimul, vt moris eſt in cœnobiis noſtris. Ita habet Athe-

Menſæ onuſtæ à quibus, & cur non relictæ vacuæ.

næus *lib.* 9. & Plutarchus *in vita Pelopidæ.* Dicebantur etiam menſæ, in quibus reponebantur vaſa eſcaria, & fercula.

Mappam ſecum quiſq. portabat.

Mappam ſternendam ſuper menſæ partem, pro ſe quiſque conuiua ſecum afferebat ad conuiuium, vt videre eſt in Martiali lib. 12. epig. 29.

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,
Mantile è menſa ſuſtulit Hermogenes.

Menſæ appoſitæ nō opertæ.

Quod verò menſas opertas non apponerent idem Martialis lib. 11. epigr. 54. confirmat, idque ridiculum putat,

Menſas Ole bonas ponis, ſed ponis opertas
Ridiculum eſt, poſſum ſic ego habere bonas.

Cur menſa ſemper plena Rationes. 5. ex Plut.

Cur autem menſam inanem nunquam relinquerent Plutarchus ſupra citatus *quæſt.* 4. *lib.* 7. *Symp. Probl.* 64. rationes has reddit. Primò ſignificabant ſemper ex partis aliquid in futurum, & in præſenti die ſubſecuturæ aliquam habendam rationem. 2. Quòd ſcitum putabant, appetitum cohibere, eúmque reprimere, dum aliquid adbuc ad fruendum in promptu eſt: minùs enim appetunt abſentia, qui præſentibus abſtinere didicerunt. 3. Quòd mos iſte humanitatis aliquid erga famulos videtur habere, qui ſic videntur quodammodo à dominis ad ſocietatem menſæ admitti, non enim tantùm delectantur accipiendo, quantùm participando 4. Quòd menſa ſit res ſacra, nulla autem rerum ſacrarum vnquam debeat inanis relinqui. 5. Quòd menſa terræ videatur eſſe ſimulacrum; nam præterquam quod nos alit; rotunda etiam eſt, & ſtabilis, & rectè Veſta à quibuſdam appellatur; ſicut ergo terram volumus aliquid nobis vtile ſemper producere, & efferre; ita cenſemus menſam quoque nunquam debere vacuam, & omni deſtitutam apparatu relinqui. Hæc eruditiſſimus Plutarchus. Et quia menſa res ſacra, ideò multa ſuperſtitioſa narrantur à Plinio *lib.* 28. *cap.* 2. quæ tibi quia gratiſſima, & ſcitu iucundiſſima, ordine recenſebo.

Auguria ſuperſtitioſa menſæ antiquorum.

1. Incendia inter epulas nominata, aquas ſub menſa profuſas, abominantur.

2. Bibente conuiua, menſam, vel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimum iudicatur.

3. Seruij Sulpicij commentatio, quare menſa linquenda non ſit.

4. Sternutamento ferculum reuocari, menſamue; ſi poſtea non aliquid guſtetur, dirum habetur.

5. Cibus etiam à manu prolapſus reddebatur, vtique per menſas, munditiæ ergo, deflare vetitum.

6. Si Pontifici accidat Ditis gratia epulanti, in menſa vtique id reponi, adolerique ad Larem, dirum.

6. Medicamenta, priuſquam adhibeantur, in menſa fortè depoſita, negantur prodeſſe.

8. Quæ de menſa cadebant (vt dictum) nefas tollere, quæ mortuis amicis Heroibus dicata.

9. Quando menſam tollebant, nunquam inanem relinquebant. Semper aliquid in ea.

At menſa res eſt honorifica, & auguſta; hinc menſæ adhibentur à Principibus honoris gratia viri virtute inſignes, quos ſua gratia dignari volunt.

Ieria ſacra quæ.

Græci ſcriptores non ſolùm ἱερεῖα appellant victimas, quæ verè ἱερεύσιμα, & in ſacrificiorum vſum mactantur; verùm omnia quæcumque ad comedendum iugulabantur animalia. Pauſanias in Corinth. *Carnium vero parte vna non aliter, quàm victimarum ſoliti eſſent, veſcerentur.* An quia (vt colligere licet ex Scriptoribus tum ſacris, tum profanis) in honorem tantùm numinis animalia mactabantur, hoſtiæ dictæ? vſus autem maximè tunc olerum: at mortales cæpere carnibus veſci, vel ſalitis, vel reliquiis hoſtiarum, vt colligi poteſt ex Iuuenale,

Carnes victimarū cui vſui.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate,
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, ſi quam dabat hoſtia, carne

Viſceratio quæ.

Hæc viſceratio, quibuſdam dicta; nec vnquam animalia in proprios vſus mactabant, quin eius aliquam partem Deo conſecrarent adolandam: qui ſecus facerent, prouerbio notari ἄθυτα ἱερὰ κατεσθίειν, *non ſacrificata ſacra deuorare.* Item ad Heſiodeum illud ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιρρέκτων ἀνελόντα, id eſt, ante ſacrum factum cibum ab ollis tollere raptum, atque edere. Lege interpretem. Plutarchus *in Sympoſ.* ſcribit, priſci ſæculi homines inter res ſacras menſas habuiſſe, & prius ἀπαρχὰς, id eſt, primitias Diis conſecraſſe, quàm ad edendum accumberent. Ad hæc ex reliquæ hoſtiæ partibus cœnam apparabant, quibus, qui ſacris interfuiſſent, veſci ſolebant; hæ partes dictæ μερίδες Græcis, Miſſæ Latinis.

Non ſacrificata deuorare, prou.

Menſa cur res ſacra. Mēſæ apparatæ ex victimis. Miſſæ quæ.

Miſſa dicta, quia populus non niſi miſſus recedit, vnde Sacerdos in fine, ait, *Ite Miſſa eſt.* Ita apud Græcos, λαοῖς ἄφεσις; alij melius dicunt nomen Hebraicum, מס, *Mas* enim Miſſa illis; id eſt, munus perſonale tributi, cenſuſque perferendi; & Miſſa, ipſa oblatio dicitur facta à ſeruo Domino ſuo propter debitum perſonale. Alciatus *parerg. lib.* 7. *cap.* 10.

Abſentibus quoque diſtribuebant; & plerumque in macello, auaritia impellente, vendebant, vt habemus in Diui Pauli epiſtolis iubentis edi ex macello carnes emptas, non interrogantes ex conſcientia. Apud Romanos cœna edita, ſublatiſque menſis primia, omnes conticeſcebant, quò ad, ea quæ de cœna libata fuerant, ad focum ferrentur, & igni darentur. Tum puer Deos propitios nuntiabat, vtque Diis honos haberetur. Vulgatum illud Arnobij, *Menſas veſtras Salinorum appoſitu, & ſimulacris Deorum ſacras facitis.* Ab his dicta ſunt, *ſacra menſa.* At virgam

Silētiū olim in cœna quādo.

Sacra menſæ quæ.

lauri

lauti non aliunde expecto, quàm ex Plauto, dicente in Trin. *Vereccundari ad menſam dedecet. Nam ibi de diuinis, atque humanis agitur.*

Publicè edendi cauſæ tres 1. Viſceratio.

2. Sacra publica.

3 Epulum publicum.

Publicè tribus de cauſis vêſcebantur Romani, vel quando dabatur epulum, ſeu potius viſceratio in funere aliquius Principis viri,& inſignis, quæ erat crudæ carnis diſtributio; vel in Latinis feriis; vel in funere,& parentalibus, quam viſcerationem dedit M. Flaccus in funere matris. Altera, cum publicè ſacrificabant, ſeu ſacra faciebant. Demum, cum ob publicam lætitiam publicum aliquod epulum dabatur.

Boum carnibus veſcebantur heroës, roboris non voluptatis cauſa, ideoque Agamemnon, ex Homero, ſemper boues immolabat,& ad hoc præſtantiſſimos quoſque inuitabat, ideoque nunquam piſcem guſtabant, etſi ad mare fixiſſent tentoria. Dio Chryſ. *orat.*5.

Priſci an aſſis carnibus vſi.

An verò priſci tantum carnibus aſſis veſcerentur? Seruius apertè teſtatur *ad Virg.* & Athenæus *lib.*1. videtur docuiſſe his verbis, *Carnes aſſabant illi* (Scilicet Græci ad Troiam) *tantummodo; etenim nullam elixaſſe ex illis refert.* Crediderim tamen (auctore M. Varrone) aſſas primùm, deinde elixas, demum è iure cæpiſſe, natura id docente, & vſu; legimus enim apud Platonem Heroum in menſis parari ab Homero non piſces, non elixas carnes, ſed aſſas, vt quæ concinnarentur facilius. Huc Athenæum reſpexiſſe opinor; in exercitu enim expeditiùs,& faciliùs aſſantur carnes, cum ſolo ſit opus igne, cuius miniſterium expeditiſſimum: contra, operoſa ſit vaſorum adminiſtratio, quibus ad elixandum indigemus. An quia aſſa caro ſalubrior? non negarem tamen aliquando priſcos vſos elixis carnibus, quæ viliores, quibus profeſtis veſcerentur diebus. Ita Euſtathius inducit, Heroas Homericos elixis veſcentes carnibus, ſed præcipuè aſſis,& plerumque; nunquam piſcibus, qui delicatorum erat cibus,& difficilis paratu; nec multi, aut boni nutrimenti.

Heroũ mẽſis nulli piſces, aut carnes elixæ.

Piſcibus cur heroes non veſcerentur.

Quando verò primùm Athletæ carnibus veſci cæperint, refert Pauſanias in Eliacis Poſterioribus. *Primùm Stymphalium carnibus veſci cæpiſſe ferunt, cum Athletæ ante ipſum caſeo è fiſcellis alerentur.*

Athletarum cibus.

Bulimi expulſio quid.

Ad famem auertuncandam, morem priſcum reperio non indignum, qui ſciatur; hic dicebatur, *Bulimi expulſio*, in Plutarchi Symp. 6. q. 8. *Quod Archon in publico, reliquorum quiuis domi ſuæ peragit, vocatur autem Bulimi expulſio, & ſeruorum aliquem viticeis verberantes ferulis per fores eiiciunt, additis his verbis; Foras Bulimum, intro diuitias,& ſanitatem.*

POLYMATHIÆ LIBER TERTIVS.

AD LECTOREM.

EN tibi (candidiſſime, amiciſſime Lector) Tertiam Polymathiæ partem ſubſeciuis horis, in gratiam Philologiæ ſtudioſorum, quibus Auctor mancipatus viuit, conſarcinatam. Animum cenſe non vires, genium, non ingenium. Vnus quippe illi ſcopus Polymathiæ candidatis prodeſſe, atque è tenebris in lucem, eruditionum abdita eruere, illuſtrare; aut per viarum compendia eos manu ducere, ad ritus priſcos indagandos, digitovè innuere indagatos. Multa, nec inficiatur, ne plagij reus audiat, compilauit, in Enchiridion, ſeu Synopſim contulit, longis enucleata voluminibus. Quid faceret? Sterilius Agrippo illius ingenium, alibi Pactoli gazas rimatur, vt ſibi compendium faciat tibique. Hæc tamen qualiacumque ad iuuenilem luſum ſcripta, non ad virilem vſum. Quid ſi ad vſum? non id ex Auctoris mente. Quòd ſi fortè Venereus illi talus ceciderit, Bonum Factum, *exclamabit: ſibique Fatum ſatis fauſtum exiſtimabit. Noctuæ in luce cæcutiunt, in tenebris cernunt. Faces noctu luceſcunt; ad Solis exortum hebeſcunt. Ita huiuſmodi ſchedia in vmbratili puluere, berilli, deliciæ; ſub dio verò cum adamante, propudia, ſordeſcunt, vileſcunt. Syphonibus capacioribus tuos hortos è fontibus perennibus irrigabis, ad luſum, ad luxum. Sed ad vſum, ſitimque extinguendam, quam tibi Auctor aquam, manu cauâ, ex illis hauſtam propinat, delibandam, ſatis ſuperque, ſi fronte ſerenâ, exporrectaque potaueris, non à Muſis auerſus, Muſarúmque cultoribus, quas tibi propitias vouet, quiſquis æra meres ſub auſpiciis Apollineis. A cuius numine, mentem, animumque tam bonum apprecatur, quàm eſt ipſa Bonitas. Tumultuario delectu hæc ſcripta, nec dum exſcripta. Menda hic plurima, benignè emenda, perhumaniúſque hominem eſſe puta Auctorem. Dabit fortaſſe meliora, ſi ocium, occaſio, tempus magis opportunum. Si huiuſmodi ad tuum guſtum, cui hæc condita. Ordo hic nullus; tuæ duntaxat Prudentiæ permittendus. Audiſtin? In rem tuam felix abi, omnibúſque calculis fortunatiſſimus.*

Lemma illud, in antiquis donariis adſcribi ſolitum, ſubſcribit, ἄλλο ἔχει οὐδὲν, *Aliud præterea non habet. Æternum ſalue.*

IOANNI THEVPOLO
Patriarchæ Veneto.

SYNOPSIS PRIMA.

De Religione priſca Romanorum, & aliorum.

De Auguribus, Haruſpicibus, Veſtalibus, & aliis Sacerdotibus; & potiſſimum, De Pontifice Maximo, eiuſque dignitate, & iure. Item de aliis Pontificibus & Miniſtris ſacris.

Saturnus primus religionis ſator. Fanū à Fauno dictum.

VT Saturnus vitæ ciuilis primus inſtitutor in Italia fertur, ita primus religionis ſator cenſetur, cuius filius Faunus, à quo Fana dicta, ius ſacrificiorum aſſignauit. Poſt Faunum, Picus, Latinus, Euander, & alij, qui in Latio regnauerunt: nouiſſimè auxit Æneas, ſacris Phrygiis in Italiam tranſportatis; quem deinceps cæteri Reges Albani imitati; Demum Romani, vſque ad Numam, à quo ſacrorum ius ordinatum.

Numa religioſiſſimus.

Numæ inſtitutio religionis. Fornacalia Numæ inſtitutum. Seia, Segeſta.

Numa inſtituit, Deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare, atque (vt auctor eſt Hemina) far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Is & Fornacalia inſtituit, farris torrendi ferias, & æquè religioſas terminis agrorum. Hos enim Deos tunc maximè nouerant, Seiamque à ſerendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant, quarum ſimulacra in Circo videmus. Tertiam ex iis nominare ſub tecto religio eſt. Ac ne deguſtabant quidem nouas fruges, aut vina, antequam ſacerdotes primitias libaſſent. Plinius *libro* 18. *cap.* 2. Videtur idem, cùm cætera ſacrorum ſapientiſſimè præcepiſſe, tùm præclarè ſanè ad religionem hoc conſtituiſſe, vt cùm magiſtratus, & ſacerdotes rei diuinæ faciunt, antecedens Præco, magna voce, clamet: *Hoc age*: qua voce rebus diuinis iubent, intentos eſſe, neque vllo opere eas, vel negotio interpellare: quod pleraque mortalium coactu quodammodo, & vi efficiantur: Plut. *in Coriolano.*

Libatū quid libet.

Præconis vox in ſacris.

Imago, aut ſimulacrum nullum ſub Numa.

Idem Romanos prohibuit exiſtimare, imaginem Dei, aut hominis ſpeciem, aut animalis habere formam. Nec fuit apud eos, vel picta, vel ficta Dei prius ſpecies: ſed prioribus centum, & ſeptuaginta annis templa quidem ædificabant, ſacraque tuguria erigebant, ſimulacrum verò nullum corporeum dicabant. Perinde atque nefas eſſet, deterioribus meliora aſſimilare, neque aliter, atque intelligentia Deus percipi poſſet; Plut. *in Numa.* Eadem apud Clementem, vt Euſebius Cæſarienſis refert, & Dionyſius Halicarnaſſeus, qui ait, templa eſſe à Numa Diis erecta. Negat tamen ſimulacra in his fuiſſe vlla; quod Deum nulla ſpecie, formave effingi poſſe crederet. Perſæ quoque, quia nullam Deorum ſtatuam, templum, aut aram habent, Ioui immolaturi, montes aſcendunt, Herod.

Perſarū adoratio in monte.

Tarquinij religio. Simulacra, & imagines Romæ ex Etruria.

Tarquinius Priſcus, vanitate, & ſtultitia Græcarum religionum, Etruſcarumque domi imbutus, Romanos edocuit ſimulacra Diis ponere, quod Tertullianus ſubſignificat, inquiens, *Age iam rebus religio profecerit. Nam & ſi a Numa concepta eſt curioſitas ſuperſtitioſa, nondum tamen aut ſimulacris, aut templis res diuina apud Romanos conſtabat: frugi religio, & pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia Cœlo, ſed temeraria de ceſpite altaria, & vaſa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipſe nuſquam. Nondum enim tunc ingenia Græcorum, atque Thuſcorum fingendis ſimulacris vrbem inundauerant.* Viues *in lib.* 4. *de ciuitate Dei, cap.* 21.

Haſta culta.

Antiquiſſimi, vt refert Maiolus, haſtas coluerunt, aut ligna delibrata corticibus pro Diis. Hinc Romani ſingulis Deorum ſimulacris haſtas dabant, & pro Marte haſtas colebant, quod auctoritate Varronis tradit Arnob. *contra gen. lib.* 5. Apud Æſchylum quoque Parthenopæus per haſtam iurat, eamque pro Deo colit. Cænei haſta nota prouerbiu locum dedit.

Scytharum adoratio.

Scythæ nulli Deorum ſimulacra, aras, templa faciunt niſi Marti. Herod. 4. Aras dedicaturi, aut ſimulacra, legumina elixa pro primitiis offerebant, dicata ob memoriam, grati animi de primo victu humano.

Sacerdotia quæ.

Sacerdotia vocabantur curationes eorum, qui res ſacras, & diuinas tractarent, vt docet Sigonius *de antiquo iure Rom. lib.* 1. Hos verò, aut ſingulis Diis operatos eſſe inuenimus, aut promiſcuè omnium Deorum, & omnium ceremoniarum colendarum rationem tenuiſſe. Singulorum Deorum ſacra curarunt Luperci, qui Panis: Potitij, qui Herculis; Sodales Titij, qui Sabinorum Deorum; Salij, qui Martis; Flamines, qui ſigillatim, Iouis, Martis, Quirini; Veſtales Virgines, quæ Veſtæ ſacra peregerunt. Singulis de rebus, vt fratres Arvales, qui pro arvorum frugibus: Curiones qui pro Curiis ſacrificarunt: Augures qui auſpiciorum; Haruſpices, qui extorum; Feciales, qui belli, paciſque diſciplinam tenuerunt: Duum viri Sibyllini, qui ſacra librorum Sibyllinorum: Rex ſacrificulus, qui ſacra regia: Epulones, qui ludorum epulare ſacrificium adornarunt. Quo factum eſt vt Pontifices ſoli, & Sacerdotes ſacra omnia promiſcuè commendata habuerint. Ex his autem autem Augurum, Flaminum, Pontificum, Veſtalium, 3. Virum, & Epulonum numerus procedente tempore auctus. Augures enim 3. facti 9. Flamines 3. Iouis, Martis, Quirini facti 12. Additi Volcanalis, Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falcer, Carmentalis, Portumnalis, Virbialis, Laurentalis, Lauinalis, Pomonalis. Veſtalibus additæ duæ à Tarquinio Priſco, vt eſſent 6. cum Virgine Veſtali Maxima. Pontifices

Sacerdotes ſingulorum Deorum.

Sacerdotes ſingularum rerum.

Pontificum curæ omnia ſacra.

Numerus ſacerdotum auctus.

ſices quatuor, vt eſſent VIII. cum Pontifice Maximo. Augures XV. effecti. Duumviri ſacrorum XV. Epulones a tribus ad VII. aſcenderunt.

Sacerdotes ſine imperio.

Illud porrò Sacerdotum omnium proprium fuit, vt nec imperium, nec poteſtatem haberent: vt perpetui eſſent, & tam ex plebeiis, quàm ex patriciis fierent, & vt à Collegio cooptarentur.

Sacerdotes à quibus lecti.

Rex tantùm ſacrorum, Flamines maiores tres & Salij Palatini patritij lecti. Pontifex Max. & Rex ſacrificulus, & Flamines à populo etiam creati. Pontifex tributis Comitiis, Rex Centuriatis, Flamines Curiatis, tum, cum reliqui Sacerdotes à collegiis coptarentur: quos omnes poſtea Cn. Domitius ad Comitia populi tributa tranſtulit.

Ceremoniæ vnde dictæ.

Ceremoniæ verò prima ſacrorum fundamenta, & cura Sacerdotum: hæ ex quibuſdam dictæ ab oppido Cerætan à carendo? vt intelligatur addictos & intentos ſacris, id vnum, quod eſt in manibus, agere oportere: an à caritate: an dictæ cerimoniæ, quaſi gerimoniæ à gerendo, ſicut à gemendo Gemoniæ ſcalæ, vt indicentur ea, quæ in ſacris, ritu ſolemni geri deberent? At quia varia erant ſacrorum genera, ideo varij etiam deſtinati cuique Sacerdotes, de quibus ſigillatim.

Luperci qui, à quo inſtituti.

Luperci omnium vetuſtiſſimi ab Euandro Arcadum Rege Pani Lyceo ſacrum facientes ex Arcadia tranſlati, in monte Palatino inſtituti: hi per laſciuiam diſcurrentes pellibus obuios cædebant, & potiſſimum mulieres ob fœcunditatem. Canis ab iis immolabatur de his videndi alij.

Potitij & Pinarij qui.

Potitij, & Pinarij Sacerdotes ab Hercule inſtituti, qui deſierunt A. V. C. ccccLXI. Lege Liuium, & Dionyſium.

Fratres Aruales qui quot.

Fratres Aruales dicti, qui ſacra publicè faciunt; propterea, vt fruges arua ferant. Aruales numero erant 12. ab Accà Laurentià Romuli nutrice inſtituti cum 12. filios haberet, quorum vno mortuo, in eius locum ſuffectus Romulus: Horum inſigne, ſpicea coróna, & albæ infulæ; hi de finibus, & motis terminis cernebant.

Inſignis fratrum Arualium.

Augures vnde dicti.

Augures ab auium garritu dicti, antiquiſſimi à Chaldæis vſque, & Græcis exportati, & ab Etruſcis ad Latinos. Primi Augures à Romulo inſtituti tres, à tribubus educti, à Numa deinde confirmati; his vnus additus, patricij omnes; deinde plebe contendente additi quinque plebei, ita nouem Augurum erat collegium.

Augures primi à Romulo.

Augures quot

Magiſter collegij Augurum.

Hic numerus manſit ad Sullam vſque, qui auxit hoc collegium; vt eſſent 15. Augures, ac totidem Pontifices. Augurum ſenior, Magiſter collegij dictus. Primi Augures creati Comitiis Curiatis. Poſtea more receptum, vt in defuncti locum vnus aliquis è duobus nominaretur, & à toto deinde collegio cooptaretur, & mox inauguratus captatis auſpiciis in collegium admittebatur. Demum cooptatio collegio permiſſa; renunciatio tributis Comitiis; donec arbitrio Principum cooptatio omnis permiſſa. Collegium Augurum durauit ad Theodoſij vſque tempora. Augurum dignitas perpetua, non ita aliorum Sacerdotum, nam ob crimē nullū eo priuari vnquam poterāt.

Augures à quibus creati.

Augures quovſque durarunt.

Auguratus perpetuus.

Officium Augurum fuit ex auibus vaticinia obſeruare, obnunciare, addicere: de prodigiis, ſomniis, oraculis, portentis reſponſa dare, tum procurationes, expiationeſque, Vatum libros, portentorum explanationes, & monita Deorum edicere, & alia huiuſmodi, lege Augurali comprehenſa. Etſi augurium ſpectaſſet ad quoduis omen, quod vel ſubitò, vel improuiſo nobis obueniret, ſpeciatim tamen vſurpatur de eo genere diuinationum, quod ex cantu, volatúque auium, ac tripudiis pullorum futura præſagiret.

Augurum officia.

Auguriorum alia erant proſpera, bonum prænunciantia ſucceſſum. Alia aduerſa, infauſta, & piacularia. Vtrorumque alia oblatiua, quæ non poſcebantur: alia impetratiua, quæ optata veniebant; quæ Augur captabat ab auibus, cœlo ſereno deſignato lituo, hoc eſt, baculo recuruo, precatus, in ortum conuerſus, toga augurali amictus, defixis oculis in cœlum, vt auem obſeruaret. Ritum hunc alibi lege.

Auguriorum diuiſiones.

Oblatiua auguria.

Impetratiua auguria.

Auguriorum genera quinque. Primum è cœlo naſcebatur: Alterum ex auibus; Tertium è pullis; Quartum ex quadrupedibus; Quintum ex diris, id eſt, tonitru, fulmine. De fulminibus vide Plinium.

Auguriorum genera V.

Auium aliæ Oſcines: aliæ Præpetes; Oſcines, ore canentes auſpicium faciebant. Præpetes, quæ ſecundo volatu, ante eum, qui auſpicabatur, volabant. Harum aliæ ſiniſtræ, quæ ſinebant aliquid fieri. Aliæ funebres, quæ, auerſo omine, impediebant aliquid fieri, & hæ, aut Arculæ dicebantur ab arcendo, quod arcerent; aut Cliuiæ; quia difficilia vocabant cliuia, aut Remores, a remorando; aut Inebræ, & Tenebræ ab inhibendo, aut Alteræ aues, cum alteræ ſuperuenirent, quæ felici auſpicio vitium facerent; aut Volſgræ, quæ ſe vellendo malum auſpicium faciebant. Superuacaneæ, quæ ex ſummo acumine vocem emittebant; de his quoque legendus Plinius *lib.* 10. Alex. ab Alex. & alij.

Auiū diuiſio.

Oſcines aues.

Præpetes aues.

Funebres aues.

Arculæ aues.

Cliuiæ aues.

Remores aues.

Inebræ aues.

Volſgræ aues.

Superuacaneæ aues.

Captata quoque auguria de pullis à pullariis, qui pulli ſi ad oblatam eſcam è cauea non prouilirent, aut ſeriùs egreſſi; vel non eam attingerent; vel alarum planctu diſſiparent, mali ominis erat. Contrarium verò boni ominis. Quod ſi ex ore pulli eſca in terram caderet, & pauiret eam, dicebatur tripudium Soliſtimum, quod erat boni ominis. Tripudium Oſcinum erat, quod oris cantu ſignificabatur.

Pullariorum auguria.

Tripudium Soliſtimum.

Tripudium Oſcinum.

Haruſpices à victimis in ara aſpiciendis dicti, qui, poſtquam hoſtia immolata eſt, inſpectis extis, futura prædicunt, vnde extiſpices appellantur. Hi primum à Romulo inſtituti, ex Hetruſcis deducti. Haruſpex conſiderabat, aut hoſtias, priuſquam iugularentur, aut earum, poſtquam diſſectæ erant, exta: aut flammam, quæ ex incertis, & ardentibus euolabat victimis: aut farinas, vel farinæ materiam ex quibus liba pinſebantur, & molæ; aut thus, quod adolebatur, aut vina, aquas, & huiuſmodi.

Haruſpices qui.

Extiſpices.

Haruſpices à quo inſtituti.

Haruſpicum officium.

Curiones

Curiones qui.

Curiones à Curiis dicti. Romulus in 35. Curias pop. Rom. diuiſit, ſingulis Curiis præpoſuit Curionem, qui ſacra pro Curia ſua curaret, & Curio Maximus dicebatur qui Comitiis Curiatis creabatur. Sacra hæc dicta Curionia, & Curionium æs, qood dabatur Curioni ob ſacerdotium curionatus.

Curionia ſacra. Curionũ æs. Flamines, qui, vnde dicti. Flamines à quo inſtituti.

Flamines dicti à filo, quaſi Filamines, quod licio ſemper in capite velati erant, atq; caput filo cinctum habebant; qoi cognomina habebant à Deo, cui ſacra faciebant. A Rege Numa primi Flamioes inſtituti tres, Dialis, Martialis, & Quirinalis: temporis proceſſu 12. & 15. tres priores patricij, & Flamines maiores dicti. Reliqui ex plebeis, & minores Flamioes creati à populo Comitiis Curiatis, & inaugurati à Pontifice Maximo. Flaminum vxores dicebantur Flaminicæ, quibus diuortium facere non licebat.

Flamen Dialis.

Flamen Dialis dictus à Ioue, Numæ inſtituto, vt aſſiduò Ioui præſtò eſſet, eique ſacra faceret. Huius leges, & officia vide apud Agellium *lib.* 10. *c.* 15.

Leges Flaminis Dialis.

Prima eſt, Dialem Flaminem equo vehi religio eſt.

2. Claſſem procinctam, ſeu exercitum armatum videre illi nefas.

3. Iurare nefas.

4. Anulo vti niſi peruio, caſſoque nefas.

5. Ignem è domo Flaminia, non niſi ſacrorum cauſa, efferri nefas.

6. Vinctum, ſi eius ædes introierit, ſolui neceſſum eſt, & vincula per impluuium in tegulas ſubduci, atque inde foras in viam demitti.

7. Nodum in apice, neque in cinctu, neque in alia parte habeat.

8. Si quis ad verberandum ducatur, ſi ad pedes eius ſupplex procubuerit, eo die verberari piaculum.

9. Capillum Dialis, niſi qui liber eſt, nemo detondeat.

10. Capram & carnem incoctam, hederam, & fabam, neque tangere, neque nominare illi fas.

11. Propaginem è vitibus altius prætentis non ſuccidet.

12. Pedes lecti, in quo cubet, luto tenui circumlitos eſſe oportet, & in eo lecto cubare aliquem non fas.

13. Vngues Dialis, & capillorum præſegmina ſubter arborem ilicem terra operiuntor.

14. Dialis quotidie Feſtalis eſt; ſine apice ſub dio eſſe oon licet; ſub tecto vtiliter erit.

15. Farioam fermento imbutam attingere ei nefas.

16. Tunicam intimam, niſi in locis tectis, non exuit; ne ſub cœlo tanquam ſub oculis Iouis nudus ſit.

17. Super Flaminem Dialem in conuiuio, niſi Rex ſacrificulus, haud quiſquam alios accumbit.

18. Vxorem ſi amiſit, Flamioio decedit.

19. Matrimonium Flaminis, niſi morte, dirimi nefas.

20. Locum, vbi buſtum, nunquam ingreditur.

21. Mortuum nunquam attingit, funus tamen exequi religio non eſt. Harum legum cauſas affert Plutarch. *quæſt. Rom.*

Porrò Flaminum miniſtri Flaminij dicti, miniſtræ Flaminulæ, vxores Flaminicæ.

Flamẽ Martialis.

Flamen Martialis dignitate ſecundus, ex patriciis lectus, Marti inſtitutus.

Flamen Quirinalis.

Flamen Quirinalis in honorem Romuli, dicti, Quirini, patricius hic quoque.

Flamines plebeij.

Deinde alij minores Flamines plebeij, Volcanalis, Volcano: Volturnalis Volturno: Palatualis, in cuius tutela Palatium: Furinalis Furinæ: Floralis Floræ: Falacer, Falacri: Pomonalis, Pomonæ: Carmentalis, Carmentæ: Virbialis, Virbiæ: Laurentialis, Laurentiæ: Lucinalis, Lucinæ, & huiuſmodi.

Salij qui, vnde dicti.

Salij, à ſaltando dicti, ſacerdotes Martis 12. à Noma rege inſtituti ex patricio ordine, & quia ſacra in Palatio celebrabant, Palatini dicti. Ad Curetum imitationem, Salij in publicis locis choreas ducebant, tunica picta inſigniti, deſuper æneo vmbone cum gladio, & ancylibus cœleſtibus, & ita tripudiantes, canentes Vrbem luſtrabant. Carmen Saliare omnium antiquiſſimum à Numa vſque inſtitutum. De ancylibus alibi, quæ traditā cuſtodiæ Saliorum.

Carmen Saliare.

Non ſolom Romani in ſacris quibuſdam ſaltationibus, & hyporchematibus vſi, ſed aliæ omnes ferè nationes, nam vt ſcribit Athenæus, & Lucianus, Diis peculiares ſuæ fuerunt ſaltationes, quin nulla ſacra in Delo fiebant, ſine ſaltatione. Inde mane, & veſperi cum ſaltatione ſolem ſalutabant.

Fœciales qui.

Fœciales ſacerdotes, qui fidei publicæ inter populos præerant, & fœderibus ſanciendis inſtituti. Romani iuſtum aliquod bellum non cenſebant, niſi id per Fœcialem indictum. Formam fœdus ſanciendi habet Liuius. Vnus Fœcialium dictus Pater patratus, ideſt, perfectus, cui pater, & filij eſſent.

Pater Patratus qui.

Duumviri libris Sibyl. præfecti.

Duumviri libris Sibyllinis cuſtodiendis inſtituti, quorum curæ commiſſi illi ſacri libri, & in rebus dubiis conſulti; poſtea aſſeruati à Decemviris, incluſi arca lapidea, vſque ad bellum Marſicum in templi Capitolini cella ſubterranea, qui incenſi cum Capitolio incenſo. A Sulla additi quinque, ita vt eſſent 15. viri, qui & manſere vſque ad Theodoſij tempora.

Rex ſacrorũ.

Rex ſacrorum, ſiue ſacrificulus in locum regis exacti lectus, multa enim ſacra Reges obibant; Comitiis Centuriatis ille legebatur, qui Pontifici Maximo ſubiectus.

Regis ſacrorum inſtitutio, & cur.

Cum à principio vrbis multa, & magna ſecreta Reges obirent, ad quos de religione, deque ſacrificiis, & cæremoniis Deorum, ſacerdotes ſæpè conſultum ibant, qui etiam rem diuinam facientibus aderant: ne bonis auſpiciis cœptum, confirmatumque regium nomen, poſt exterminatos reges, aboleretur penitus, neuè derelictis ſacris, regium nomen expeterent, longè antiquiſſimum rati, ſacra quæ penes Reges erant, alicui demandare, Regẽ ſacrificulũ crearunt, qui ſacrorũ Rex dictus, ſine regio imperio, ſolo nomine Rex, ſacra quæ penes reges

Rex ſacrificulus quis.

Sacerdotiũ regis perpetuum.

Regis ſacrorum priuilegia.

Rex ſacrificulus perpetuus.

Regis ſacrificuli dignitas.

erant, obiret, ac cæremoniis præeſſet, quem creatum, aut in locum decedentis ſuffectum, ſicut reliquos ſacerdotes, inaugurari oportebat. Eratque non annuum, ſed perpetuum ſacerdotium, immune ab omni belli tumultu, Neque enim Rex ſacrorum militare, ſtipendiaue facere: aut caſtris, & legionibus præeſſe poterat, propter ſuſpectum, inuiſumque Regium nomen, neque magiſtratum gerere, aut concionem habere, vel cum populo agere; namque eius poteſtas ſola religione, ac templis tenebatur.

Rex ſacrificulus à quo creatus.

Primus quidem Manius Papyrius ex patriciis, Bruto conſule Rex creatus fuit, cui ius ſacrificandi, & de ſacris decernendi reliquerunt, eumque Pontifici maximo ſubiecerunt; idem in ſacris epulis poſt Maximum Pontificem, ſupra Flaminem Dialem, Martialem, & Quirinalem accumbebat. Atque licet a principio à populo crearetur ex patriciis, & multis honoribus functis, poſt aliquot ætates à minore parte populi, ſelectis, calatiſque comitiis (quibus fiunt ſacerdotes) ex plebe creari cœpit, tunc cum Maximus Curio plebeius homo Rex ſacrorum fuit. Cuius vxor Regina ſacrorum hoc habet propriom, vt quoties ſacra facit, ex malo punico virgulam, quam, *inarculum*, dicunt, pro inſulâ deferat: quæ omnibus Calendis Iunonis ſacrum facere, eiq; porcum, vel agnum mactare debet in regia. Ad quam Veſtales Virgines, die conſtituta, annis ſingulis ventitare, & ne ſacra negligerentur, quæ ſuæ fidei, tutelæque credita erant, præmonere ſolebant. Erat ergo Regis ſacrorum munus, quinto Idus Ianuarias Iano arietem immolare, dieſque faſtos prædicere, & nefaſtos, ſacra procurare, & quæ ſacrificio vſui eſſent, miniſtrare. Ideò ſacra facturi, lanam, farra, & fruges, lauros, & verbenas, quæque ſacrificio opportuna ſunt, Regem poſcunt, ad eumque tam intra, quam extra pomœrium, populi, ciueſque, quique in agris agunt, imperiti morum ciuilium, atque vna agricolæ, de ſacris, feſtiſque diebus conſultum vadunt, & ſacra poſtulant. Ipſeque feriarum cauſas, & quid quoque menſe faciendum, a quibuſque cauendum eſſet, prædicabat, præmonebat, cui hoc proprium dicunt fuiſſe, vt ſacrificium in Comitio peragat; quo perfecto, nulla cunctatione, vel mora ſe ex foro proripiat. Quando verò diuinis rebus perfectis, in comitium venit, in Faſtis notabatur: vtque Calendis Martiis, fores Regis ſacrorum, Flaminis, & Pontificis maximi noua exornentur lauro; ſicut Palatinæ ædes, & Auguſtæ quercus virides, nunquam lauros habuere. Huius filiæ ad ſacerdotium Veſtæ inuitæ eligi nequeunt; nam priuilegio honoris ab hoc onere immunes erant: volentes verò, non vetantur. Alex. *lib.* 3. *c.* 27. ex Plut. in quæſt. Rom.

Regis ſacrificuli vxor, dignitas, officium.

Regis ſacrorum munus.

Galli, Archigalli.

Galli fuerunt ſacerdotes Deæ Cybeles, quorum præſes dictus Archigallus. De his auctores conſule.

Titij Sodales Sacerdotes extra vrbem habitabant, & in tuguriis certa auguria ſeruabant ad id deputatâ à Pontifice, ex Varrone.

Epulonum collegium.

Epulonum collegium erat ſeptemvirûm, vel plurium pro temporibus; Horum cura, epulæ publicæ; ludi publici & huiuſmodi: è ſacerdotibus plerumque lecti.

Epulonum numerus auctus duoque tribus additi; adeo vt 5. eſſent, poſtea 7. excuſabantur ſeptemviri epulonum filia à Veſtali vocatione.

Duumviri ædis locandæ.

Duumviri ædis locandæ, faciundæ, dicandæ cauſa. Item Triumviri ædibus ſacris incendio conſumptis reſtaurandis.

Veſtaliū origo, numerus.

Veſtalium officia.

Veſtalium priuilegia, honores.

Veſtalium origo ab Ænea vſque. Harum cura, aſſeruare templum Veſtæ, ignemque perpetuum. Hæ virgines numero 20. à Regibus lectæ, deinde a Pontifice Maximo à quo eæ probatæ, aut improbatæ, quæ debebant eſſe patrimæ, matrimæ ſine corporis, aut famæ vitio. Hæ diuiſæ in claſſes tres, in diſcentes, docentes, & miniſtrantes, lectæ ab anno 7. vſque ad 37. poſt quod tempus nubere poterant, ſed hoc erat infauſtum. Officia harum tria, vigilare ad ignem, ne extingueretur, per vices, noctibus etiam excubantes: quod ſi fortè extingueretur, piaculum maximum putabatur. Deinde aſſeruabant imperij pignus, id eſt, Penates, aut Palladium. Demum ſacrificium perpetuum, diu, noctuque curabant, & aquam ad lauationes quotidianas ſacrorum. Præmium harum primum; ius teſtandi. 2. habebant ius trium liberorum. 3. habebant lictorem, quibus Prætor & ipſi Coſſ. in via cedebant. 4. Reo occurrenti, vita per eas donabatur. 5. qui earum lecticam ſubit, morte id luit. 6. Demum vittas in capite geſtabant, & veſtes purpureas. Semel tonſæ in ingreſſu, capilluſque Deæ Veſtæ ſuſpenſus. Stipendia, opes publicæ, tabulæ teſtamentorum illis creditæ. In ludis certo, & honeſtiſſimo loco ſpectabant. Inceſtarum pœnam lege in Liuio, & aliis. Hæ deſierunt cum aliis ſacerdotibus tempore Theodoſij. Vide Lipſium de Veſtalibus, & Feneſtellam.

Pontificatus dignitas.

At Pontificum ſyntagma reſtat, vt quod maximum, ita poſtremo loco tractandum. Pontificatus aliorum ſacerdotum finis; qui primus dignitate putatur, at poſtremus tractatione explicandus. Rem tamen altiùs indagare volo, vt clarius illuſtrare hanc poſſim, mihi prælucentibus multis viris clariſſimis, Guthero in primis.

Religionis diuiſio.

Haruſpicum à ſacerdotibus Haruſpices vnde.

Religio veterum, vt refert Cicero 3. *de Or.*, in ſacra, & auſpicia diſpertita fuit. Sacris Pontifices, ſeu ſacerdotes: Auſpiciis Augures præerant. Tertium adiunctum, ſi quid prædictionis cauſa ex portentis, & monſtris, Sibyllæ interpretes; & Haruſpices monuerunt. Quare ex eodem, de Haruſpicum reſponſis, Romani ſtatus, ſolemneſque cæremonias, Pontificatu; rerum bene gerendarum auctoritates, Augurio; Prædictiones Apollinis, vatum libris; Portentorum explanationes, Etruſcorum diſciplina contineri voluerunt. Haruſpicum collegio ſæpe ſenatus paruit. Hi acciti à patribus ex Etruria ad publica prodigia. At Pontificum, Augurum, Quindecim virorum arbitrio

omnis

omnis omnino religio continebatur. Penes vero Pontifices, & Augures tantum ſacra erant.

Delphi Pontifices.

Pontificia dignitas vbique in maximo honore, & cultu apud priſcos. Delphis quinque Pontifices per omnem vitam ſacri erant, qui Hoſij dicti. Quorum primus qui hoſtiam immolabat Hoſiter: qui verò edebat oraculum Aphetor nuncupabatur: qui vnà cum prophetis ſacra obibant, diuináſque prædictiones, & cæremonias, & quo cultu, quibúſque exemplis fierent ſacra, prædicebant.

Athen. Pontifex.

Apud Athenienſes Dadachus maximus erat ſacerdos. Palladis Eteobutades à Bute propagati, ex qua familia longo tempore ſacerdotio præfuere: ſicut Bazygiti à Baxye heroe, qui Athenis diu ſacerdotium tenuit.

Clazomenij Pontifices.

Clazomeniis Palladis ſacerdos Heſychia. Bacchi verò Thyas nomen habet. Poliei Iouis ſacerdos Buphonus; in Thrœzene Hippolytus nuncupatur.

Cretenſes Pontifices.

Apud Cretenſes Matris magnæ ſacerdos Meliſſa, Alex. ab Alex. *lib.2. cap.* 8. Timoleon Corinthios liberata tyrannide Dionyſij, inſtituit magiſtratum quem Syracuſani dixere Iouis Olympij famulatum, à quo anni illorum numerati.

Sacerdotij dignitas quanta.

Pont. primus à quo inſtitutus.

Sacerdotij dignitas olim cum regia poteſtate iuncta, at quia bella à regibus adminiſtrata, diuiſum ſacerdotium a Regno. Numa primus Pontificem Maximum, è patribus legit, cui ſacra omnia ſcripta, aſſignatáque tradidit. Huic adiecti tres Pontifices Patricij, quibus magiſtratus, & ſacerdotia adipiſci licebat: dictus Pontifex à poſſe, & facere, quodſ facit, quod potis eſt facere; an à potentia, quod hic res diuinas curat, vel à ponte faciẽdo, cuius duplex ratio, vel quòd antiquiſſima, & ſanctiſſima ſacra in ponte ſublicio ligneo confici ſolerent: vel quia pontis illius, quaſi ſarti tecti præſtandi curatio penes Pontifices erat, vt notat Ioach. Camer. *in probl.*

Pontificis etymon.

Pontificis nomen commune omnibus ſacerdotibus.

Sacerdotes perpetui qui.

Pontificis nomen deinde omnibus ſacerdoribus commune, vt Pontifices ſacrorum, Cæſarum, Solis, Vulcani, Veſtæ, &c. Pontifices ſeu ſacerdotes perpetui omnes: quod dupliciter intelligitor, vel per, διὰ βίου ad vitam: talis fuit Rex ſacrorum, Augures, quibus viuentibus ſacerdotium adimi non poteſt. Alij dicti perpetui, quod illorum miniſterium publicè ſemper vſui; quales ſunt Flamines Diales, qui mori ſacerdotio, vel ob leuem cauſam, vel ſi vxorem amiſiſſent, item Quirinalis, Martialis. In prouinciis, Flamines Quinquennales.

Pont. Max. à Collegio cooptatus.

Pont. Max. cum de Collegio Pontificum eſſet, ab illóque pridem cooptatus, ab eodem iterum in Sacerdotium ampliſſimum cooptabatur. Poſt legem Domitiam, qua ius Sacerdotum ſubrogandorum à Collegiis ad pop. tranſlatum eſt, Pontifices omnes tributis Comitiis creati, quæ Tributa plebeia tantum conſilia, patribus remotis. Ex Cic. verò colligimus pro Domo ſua, populum non creaſſe Pontifices, propter religionem ſacrorum; ſed ſuis ſuffragiis deſignaſſe, poſteáque à Collegio cooptatos; Illud vocatum ius nominationis, hæc canonica inſtitutio. Pontificatus Maximus apud Patricios manſit vſque ad Coruncanum, qui è plebe primus ob ingenij præſtantiam, Ogulenio Trib. pl. ferente, Pontificatum adeptus eſt. Quatuor ſiquidem à Plutarcho in Numa, è patriciis fuiſſe recenſentur, & poſt cum plebis poteſtas creuiſſet, quatuor alij ex plebe creari cœperunt. Hic poſtea cæteris patuit, donatis prius iure Quiritum, vt Cornelio Balbo primùm nato Gadibus, qui per Cn. Pompeium Coſſ. maior & Pontifex factus. Poſtquam verò Imperatores ſacerdotia ampliſſima ſibi arrogarunt, Sacerdotum, & cæterorum electio penes illos fuit, legibus omnibus abrogatis.

Pontificatus apud patricios quamdiu. Pontificatus communicatus exteris.

Pontificatus dignitas maxima, hæc præcedebat ciuiles reliquos Magiſtratus, Pontifices enim perpetui Deorum Sacerdotes, qui religionibus, & ſummæ Reipublicæ præerant, & rebus conclamatis Pontifices, & Augures à pop. miſſi legati. Nullus Pontifex erat qui non ſediſſet in ſella Curuli. Huius erat Veſtalium electio curáque: Inauguratio Regis ſacrorum, & Flaminum; ille Centuriatis Comitiis fiebat ab ipſo Pont. Maximo habitis, cuius Sacerdotium Pont. Maximo ſubiectum eſt, ne additus nomini honos aliquid officeret libertati. Pontificis Max. erant Tenſæ, Curricula, Præcentiò, Ludi, Libationes, Epulæque ludorum publicorum, Ancylia, Acus matris Deum, Quadriga fictilis, Veientorum cineres, Oreſtis ſceptrum, ſiue Priami, Ilionei, Palladium. De ceremoniis Pont. Maximus edicebat; pro Collegio reſpondebat, cum populo agebat, Italia abeſſe non poterat. Pontifices olim Trib. pl. Augures, Decemuiri erant, Imperatores. Coniux Pontificis Max. per confarreationem ducta, vti & Flaminis Dialis, cui ſi vxor moriatur, cedit Flaminio & hoc matrimonium non niſi morte dirimi poteſt. Domus publica data Pontifici Maximo quæ dicta Regia, quod in ea Rex ſacrificulus habitare conſueſſet: hæc domus laureata. In hac ſacrum Bonæ Deæ.

Pontificatus dignitas.

Pontifices rebus deſperatis Reip ſummã tractabant.

Pont. nullus niſi curulis.

Pontificum officia.

Pontificis inſignia.

Domus publica Pont. Max. dicta Regia.

Domus Põt. Max. laureata.

Reliqui 7. Pontifices dicti minores, qui faſtos, & commentarios habebant, dictos Annales maximos. Ab his noua luna obſeruata, & indicti dies à Kalend. ad Nonas Regi ſacrorum. Ad hos de iure ciuili reſpondere, interpretari & de ſacris ceremoniis, ſpectabat.

Sacra Bonæ Deæ Domi. Pontificis.

Pontifices minores, & eorũ munus.

Pontificum iura ex Dionyſ. circa lites inter priuatos pariter, & Magiſtratus, ſacrorúmque miniſtros. Leges ferunt de ſactis, quæ nondum ſcripta ſunt, nec vſu recepta. In omnes Magiſtratus, quibus ſacrificia, & Deorum cultus commiſſus eſt, & in omnes Sacerdotes inquirunt; Miniſtros ſacrorum in officio continent, ne quid contra ſacras leges delinquant. Rudi vulgo, Deorum, ac Geniorum cultum præmonſtrant, & interpretantur.

Põtificis iura circa lites, leges nouas.

Fuit & Pontificum præcipua cura, vt circa religiones, cæremoniaſque verſarentur.

Pontificum cura circa religionem.

Iidem

Iidem de ſacris, de votis, de fetiis decernebant, de ludis maximis, de Deorum Penatum Veſtæque matris cæremoniis. De ſacro illo, quòd fiebat pro ſalute Pop. Rom. Quæ voluntas eſſet Deorum immortalium interpretabantur certa ſcientiâ.

Pontifices ſacris ſolemnibus præſunt.

Pontifices ſacris ſolemnibus præerant, ne ea ipſa, quæ ſuſcepta publicè erant, quiſquam extra collegium noſſet. In religionibus quoque domeſticis adhibebantur; nam ſine Pontifice religioni priuatæ ſatisfacere poterat nemo: & quòd tres illorum ſtatuiſſent, id ſemper Senatui, & populo vniuerſo ſanctum.

Pontifices ſoli, & Veſtales penum, ſeu penetrale Veſtæ adibant. Pontifices Deos indigetabant ſtatis ſacrificiis, nomen videlicet eorum proprium deſignabant, eoſque precabantur, fana ſacrabant. His non licebat equo vehi, ſed curru, nec per liberos iurare; ſed tamen per Deos. Prodigia, quæ Deorum iras minabantur, cum videlicet contra, vel præter naturam quicquam accidiſſet, v. g. ſigna ſi ſanguine humano ſudaſſent: ſi pueri nati ſine oculis &c. ſi lapidibus pluiſſet. Piacula verò propter quæ expiatio dabatur, vt ſi ludi non rectè facti, ſi Veſtalis incœſta, &c. De prodigiorum procuratione, & ſacris piacularibus erat in Pontificio iure, item de Vere ſacro, & ludorum inſtauratione, & ſi quid in eis prætermiſſum, aut commiſſum, Deos placari credebant inſtauratione.

Prodigia per Pontifices procurata.

Piacula curata per Pôt.

Intercalationes factæ per Pont. &c.

Intercalationes factæ à Pontificibus. Item Annales maximi, in quibus nomina Coſs. aliorumve Magiſtratuum notata, & quæ domi, militiæque; terra, marique geſta per ſingulos dies. Faſti item, in quibus dies præſcripti, quibus fari, aut non fari liceret. Feriæ conceptæ. Lunæ, & Solis defectiones. Dies atri decreti: Pons ſublicius curatus.

Inauguratio quid.

Inauguratio eſt certus quidam ritus, quo Sacerdotes publici, eius numinis maieſtati deuouentur, ad cuius miniſterium cooptati ſunt. Hi iuretando aſtringebantur, ſe nihil è ſacris enunciaturos.

In Curia Calabra calati dies feſti à Pont.

In Curia Calabra (ad differentiam Curiæ Hoſtiliæ, vbi Senatus habebatur,) quæ erat in Capitolio, ratio ſacrorum habebatur, primiſque menſium diebus calabantur eius menſis Nonæ à Pontificibus: Quintanæ ne, an Septimanæ eſſent futuræ hoc modò; *Dies te quinque Kalo Iuno nouella.* Erat & Pontificale pomerium ager ponè murum, in quo Pontifices ſua conſtituebant auſpicia.

Pontificale Pomerium.

Pontificũ à militia immunitas, & priuilegia.

※ Pontifices immunes erant à militia, aliiſque vrbanis moleſtiis. Sella curulis cum toga prætexta illis permiſſa in ſacris pompis, & feſtis Deorum.

Tutulus Pôtificum.

Galerus Flaminis Dialis.

Pontificum erat Tutulus, ideſt pileus lanatus metæ figurâ. Galerus, ex pelle hoſtiæ, Ioui cæſæ, Flaminis Dialis proprius, cui ſine galero, & prætexta nunquam licebat eſſe in publico. Apex, ideſt pileus ſubtilis, circa medium virga eminente, erat reliquorum Flaminum, & Sacerdotum. Collegio Pontificum aſcripti Rex ſacrorum, & Flamines; vt ſi quando res aliqua apud illos diſceptaretur, ipſi vna cum Pontificibus iudices ſederent.

Apex quorũ Sacerdotum.

Rex ſacrorũ & Flamines aſcripti collegio Pont.

Etſi res ſacras, & cæremonias Senatus ad Pontificum collegium, & virgines Veſtales rejiciebat; aliquando tamen multa Senatus decernebat in Religionibus, Et portentorum procurationes rejectæ ad Coſs. Ludorum inſtaurationes, piacularia ſacra ex Senatuſconſulto, & dies Circenſibus additi. De externis verò religionibus, Magiſtratibus maioribus, minoribuſve negotium datum, vt Ædilibus. Ne qui, niſi Romani Dij, neu quo alio more, quàm patrio colerentur. Supplicationes præterea Senatus decernebat, nunquam tamen in ciuili bello) ſacrificium imperabat, formulamque precationis præſcribebat, quâ decernebat, quo Deorum honor augeretur.

Senatus aliquando decernebat de religionibus.

Dij nulli externi admiſſi, aut religiones Romæ.

Imperatores Rom. Pontifices Max. fuere, vt cæremoniarum, & religionum eſſent arbitri. Numa Pomp. primus hunc honorem adeptus fuit, omneſque deinceps qui Reges appellati, ac poſt illos Iul. Cæſar, Octauianus, & ceteri. Horum nonnulli titulo contenti officia non peregerunt. Et quia nefas fuit Pontificis Max. oculos aſpectu cadaueris funeſtari, ideo Auguſtus laudauit Agrippam, velo ante mortuum expanſo, & eius ſtatuæ ſemper velatæ in amphitheatro, ob cædes ibi perpetratas continuò. Tiberius, vt ait Seneca *Conſ. ad Marciam*, pro roſtris laudauit filium, ſtetitque in conſpectu poſito corpore, interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret. Buleng. *de Imperat.*

Pontificum iuriſdictio.

Iuriſdictio criminalis Pontif.

Pontificum iuriſdictio, quædam continet criminum perſecutionem, quædam ad ciuilia negotia trahitur: quæ crimina perſequitur, mulctam habet, & pœnam; quæ ciuilis eſt, adoptiones, teſtamenta, &c. complectitur. Pœna generale nomen, omnium, delictorum coërcitio, mulcta ſpecialis peccati, cuius animaduerſio pecuniaria eſt. Mulcta irrogata, vbi legibus conſtituta non erat. Pœna ergo ſupplicium erat peccati legibus conſtitutum. Peccatum, vel publicum, vel priuatum: cuius pœna in quatuor partes diſtributa, capitalem, pecuniariam, aut exiſtimationis, aut corporis coërcitionis. Capitis pœna erat Veſtalium incœſtus, & eorum, qui eas incœſtauerant; Periurij, & fraudis ſcelera Pontifices quærebant, non ad vltionem, ſed ad expiationem hoſtiis, & libamentis, quæ ad Pontifices ſpectabant, qui modum præſcribebant, quibus hoſtiis hæc piacula reſoluerentur. Adoptiones lege Curiata apud Pontifices factæ. Tranſlationes reliquiarum ſine permiſſu illorum fieri non poterant, nec refici, aut moueri monumentum etſi ſine illis conſtrui poſſet: Pontifices tamen cogi poterant à Tribb. pl. Cenſoriæ notæ obnoxij, & ab illis prouocatio ad pop. Fiſcus quoque ſuus erat Pontificibus, ſeu arca cui ſui curatores dicti Arcarij 4. viri Pontificales; has pecunias cogebant ex ſuis prædiis, & redditibus, vt dictum à me alibi. Pontificalibus ludis, qui ob Pontificatum Max. fiebant, præerant Romæ, & in prouinciis,

Pœna, Mulcta quæ.

Pœna quãdo irrogata.

Mulcta quãdo irrogata.

Peccatũ publicum aut priuatum.

Pœna peccati quadruplex.

Capitis pœna quando

Periurium & fraus quærenda punita à Pontif.

Adoptiones apud Pont.

Tranſlationes reliquiarum penes Pont.

Pont. à quib. coacti

Pont. fiſcus, Arcarij qui

Ludis qui præſidebant

ciis, Pontifices, & Sacerdotes: vt priuati iis, quos funeris cauſa dediſſent. Ædiles Ædilitiis; nam publicis ludis, qui ſumptibus Pop. Rom. fiebant, Prætor Vrbanus præerat, qui ſi morbo impediretur, Dictator dicebatur, qui in ludis ſignum mittendis quadrigis daret. Prætores ergò præerant illis, qui publico ſumptu fiebant. Ædiles verò iis, qui priuata pecunia parabantur. Publici ludi eaueá circove diuiſi; priuati ſeptis, foro, amphithearro, & vicatim facti. Pontifices octo, è quibus vnus reliquis præeſt, & cæteris myſtis. Pontificum inſigne erat galerus, lituus Augurum, Imperatorum paludamentum, diadema Regum.

Prætor Vrbanus publicis ludis præerat.

Ædiles quibus ludis præerant. Ludi vbi facti.

Pont. nu. & inſigne.

Cupentus lingua Sabinorum erat Sacerdos. Orgeones Sacerdotes, qui Deorum honori, aut heroum conueniebant, ab orgiis dicti, ac ſacris myſteriis.

Cupentus Orgeones.

Chalazophylaces Sacerdotes Græci, qui grandines cum inſtarent ſpeculabantur: qui agni, vel pulli ſacrificio eas auertere credebantur, ſed ſi illi abfuiſſent, digitum graphio feriebant, atque inde fuſo ſanguine litabant, à Cleone inſtituti.

Chalazophylaces.

Pyrphori igniferi Sacerdotes ignem ante alios in ſacris præferentes. Hi in prima acie cum face & corona prodibant, quos violare nefas, vt Fœciales.

Pyrphori.

Paſtophorij Sacerdotes apud Græcos, & Ægyptios dicti, à παστὸς. ideſt, thalamo, veſte, aut velo, Apuleius ſic vocat Iſidis ſacerdotes.

Paſtophori.

Miniſtri Pontificum nobiliores, Triumviri epulonum, Virgines Saliæ, & Camilli. Triumviri epulonum à Numa inſtituti ad epulare ſacrificium peragendum. Virgines Saliæ in regia ſacrificium faciebant cum Pontifice paludatæ. Camilli pueri erant ingenui patrimi, & matrimi, qui ſacerdotibus publicis ad ſacrificia præminiſtrabant. Deinde alij minus nobiles; Scribæ, Lictores, Apparitores, Calatores, Decuria Curiata, quæ ſacris apparebat. Præcones, Tibicines, Ludij. Popæ, Victimarij, Haruſpices Pontificis, Fictores Pontificum, Incinerarij, Diſcipuli Fictorum, Nomenclator Thenſarum, & huiuſmodi. Vide Gutherum, Roſinum, & alios.

Miniſtri Pōt. nobiliores. Triumviri epulonum.

Virgines Saliæ.

Camilli qui. Miniſtri minus nobiles.

AVGVSTO PRIOLO Epiſcopo Bergomenſi.

SYNOPSIS II.

De Templis antiquorum. Quid Templum quotuplex, Deque eius partibus; altaribus; ornatu; ſignis; donariis; dedicatione. Demum de ſacris miſcellaneis exterorum, & huiuſmodi.

Templi ſignificatio triplex.

TEMPLVM non ſemper idem ſignauit. In Augurali diſciplina, Templum eſt cœli regio: vnde Lucretius, ait, *Nec cœli lucida templa.* Deinde templum eſt quilibet locus clauſus, etiamſi profanus, & non augurio conſecratus. Varro de lingua Latina libro 6. *Curia Hoſtilia templum eſt, & tamen ſanctum non eſt.*

Tertiò templi nomine ſignificabatur ſepulcrum: nata inde ſuperſtitione, quod veteribus cippi, ſeu tumuli amicorum vita functorum pro templis religioſè colerentur, vnde Virgil. 4. Æn.

——Antique de marmore templum
Coniugis antiqui.——

Denique eſt ædificium Deo conſecratum. Nec verò omnibus gentibus templa Diis dicare placuit. Sicyonij primùm nullum fanum nullamque ſtatuam Coronidi Deæ ſuæ erigebant, ex Pauſania *in Corinth.* Nos imitari Athenienſes, qui ſuæ Clementiæ nullum ſimulacrum voluere. Perſæ etiam nulla fana admittebant, quod putarent maieſtatem Solis, quem venerabantur, nullis tectorum anguſtiis coërcendam. At Romani, vt docet Dempſterus. 170. annis, (ritu Perſico) templis, ſimulacris, Deorumque ſtatuis caruerunt, ex Varrone, quod an ſit verum, tute ipſe dijudicato.

Templi definiti

Tēpla nulla apud quos.

Romaniquã diu ſine tēplis.

Ianum primum ferunt in Italia Templum ædificaſſe, ideoque veteri inſtituto in ſacrificiis Ianum Latini perpetuò præfabantur. Alij à Fauno, ſeu Fana, vnde Fana. Alij ab aliis. Vide apud Gyral. Plerique ex ſepulchris templa initium ſumpſiſſe opinantur. Verùm non omni loco Diis temerè templa ponenda, nam qui pacis, pudicitiæ, & bonis artibus præerant intra mœnia, qui autem voluptatibus, rixis, incendiis vt Venus, Mars, Vulcanus, ex vrbibus excludebantur. In medio vrbium tutores Veſta, Iupiter, Minerua. Neptunus ad maris litus, & ſic de ſingulis. Templorum quoque forma varia. Veſtæ, Solis, & Liberi rotunda. Iouis perforata, cœlitibus & ſuperis aliis à terra templa extabant, inferis ſub terra, Chthoniis ſiue terreſtribus media. Vitruuium lege. Templum tribus modis dicitur à natura, ab auſpicio, à ſimilitudine: à natura in cœlo; ab auſpicio in terra; à ſimilitudine ſub terra.

Quis 1. Templorum inuentor.

Sepulchra pro tēplis. Qui Dij in vrbe, qui extra.

Templorum forma varia.

Templa olim quadrata ad Orientem ſpectantia. Vitruuius libro 4. capite 5. *Ædes*, inquit, *Deorum immortalium ad regiones, quas ſpectare debent, erunt conſtituenda, vti ſignum, quod erit in cella collocatum, ſpectet ad veſpertinam cœli regionem, vt qui adierint ad aram immolantes, aut ſacrificia facientes, ſpectent ad partem cœli Orientis.* Vvalfridus Strabo, lib. de Exordiis, & incrementis Eccleſiarum ita diſſerit, *Priora autem, & anteriora templi, vel altaris, Orientem reſpiciebant, vnde & apud veteres, Orientales templorum partes Antica, Occidentales Poſtica, Aquilonares ſiniſtra. Meridiana dextera.* Vnum tantum introitum habebant, & quamuis templa omnia eſſent ſacra, non tamen ſancta: nam Curia Hoſtilia, Pompeia, Iulia, Roſtra, per

Tēpla quadrata ad Orientem.

Templa omnia ſacra nō ſancta

Augu

Quid ſanctũ efficeret templum.
Augures templa conſtituebãt, Pontifices conſecrabant.

Augures fuere templa conſtituta, nec tamen erant ſancta, nam ad hoc requirebatur, vt per Augures effata eſſent, & a Pontificibus conſecrata, vt ſancta fierent. In his ſacra edicebantur; Augures enim templorum locum conſtituebant; Pontifices conſecrabant; *Effari* Augurale verbum, ab Auguribus enim loca ſacra inaugurabantur, hinc, *effata*, ſunt Augurum preces. Quod ſi templum de cœlo tactum eſſet, pollutum credebatur, ſeu afflatum, quod piaculari ſacro procurari debebat.

Effari quid. Effata quæ. Pollutum templum quod. Templa rotunda quæ. Valuæ templorum quæ. Sacella nulla priuata ædibus.

Templa rotunda pauca, Veſtæ duntaxat, Dianæ, Herculis, vel Mercurij. Ædium ſacrarum valuæ, ac limina, vt templorum, ex ære factitata, atque in illis Lychnuchi penſiles, aut arborum modo mala ferentium, lucentes. Ædiculæ verò priuatæ, nec ſacræ, nec ſanctæ erant, ſed religioſæ. Ex Liuio *lib.* 40. colligo ſacella non in domo cuiuſquam fuiſſe, ſed populo ſemper patuiſſe, ita dicente de Lepido, & Fuluio Cenſoribus, *Complura ſacella, publicáque ſacra occupata à priuatis, vt paterent, eſſentque populi, curarunt.* Cælius autem, vt oſtenderet Appium Cenſorem officio ſuo deeſſe, petere cœpit ab eo, vt ſacellum in domo priuata ne relinqueretur. Cuius rei cura Appij, qui Cenſor erat, eſſe debuerat. Manutius *in ſcholijs epiſt. Cic.* Artemidorus, & & Plutarchus ritum innuunt non iniucundum, quo loca omnia, in quibus portenta apparuiſſent, religioſa facta. Hinc illa Platonis querela de ſuperſtitioſis hominibus, præſertim mulieribus, quas, ait, leuiſſimas ob cauſas, & pauores inanes, impelli ſolitas, vt aras, & ſacella diis ſtruerent. Porrò ſerpentem vidiſſe in ædibus, aut in itinere, triſte auſpicium ex Cic. *de Diuin.* Sacella igitur excitata à ſuperſtitioſis, quod iure Romano non licitum. Lex enim vetus Tribunitia vetat, iniuſſu plebis ædes, terram, aram conſecrare. Caſaub.

Loca vbi portenta, ſacra. Serpens viſus mali ominis. Ædiculæ priuatæ religioſæ.

Templorum partes tres

Templorum partes tres, prodomum, quod eſt ante cellam: opiſtodomum, quod eſt poſt cellam: & cella ipſa Dei, quam hodie, chorum, dicimus.

Templi partes apud Græcos 5. Prima ἅγιον βῆμα ſanctum tabernaculum, ad quod gradibus aſcendebatur, vbi duo altaria: maius in medio θυσιαστήριον, ſacra menſa, propitiatorium. Minùs altare, vbi ſacra vaſa, & panis conſecrandus apparabantur, πρόθεσις, quaſi propoſitio. Secunda pars ἱερατεῖον, chorus, loca cleri, & cantorum. Tertia ἄμβων pulpitum, vbi recitantur euangelia, epiſtolæ, conciones fiunt. Quarta ναὸς templum ſeu nauis, in qua populus erat. Quinta βαπτιστήριον baptiſterium. Genebrardus.

Delubrum quod. Fanũ quod.

Templorum hæ ſpecies: Delubrum, quod plura numina complectitur, vel locus, vbi aqua currit ante templum. Fanum, quod fando per Pontifices conſecratum, ſeu effatum. Vel, locus ſacer ſine ædificio, hinc *ſiſtere fana*, eſt locum futurorum fanorum conſtituere. Exaugurare fana, eſt euocatis Diis, & cæteris religionibus locum liberare, peculiarique Deo templum conſtituere. Sacellum eſt locus paruus Deo ſacratus cum

Siſtere fana. Exaugurare.

Sacellum. Cella.

ara. Cella pars templi in qua Deus, Deáque concluſa, quæ duobus Diis dicari non potuit. Teſqua loca ſancta agreſti alicui Deo dicata.

Teſqua, Feſtus ait, loca erant augurio deſignata, Cicero aſpera, & difficilia. Aſylum templum, ex quo nullus extrahi poterat; hinc, Aſyli, homines ſacroſancti: hoc autem non fuit in omnibus templis, niſi quibus conſecrationis lege conceſſum. Sacrarium locus in templo, in quo ſacra reponuntur. Bidental, vbi bidentes hoſtiæ ſacrificatæ. Fauiſſæ, vbi templorum res inutiles reponebantur.

Aſylũ quid. Sacrarium. Bidental. Fauiſſæ.

Templa ergo in vrbe, & agris. In vrbe auguria, in agris auſpicia captabantur. Luci nunquam ſine religione, in quibus pleriſque Fana affabre facta, proceris, & vaſtis arboribus conſita. Ædes ſacræ dictæ, antequam fierent auguria, poſtea dicta templa.

Luci qui.

Templorum ædificandorum non vna, eademque ratio fuit, ſed ex triplici natura Deorum petebatur, qui aut fortes ſunt, aut delicati, aut medij ex Vitruuio; Fortibus, vt Marti, Herculi, Mineruæ ædes Doricæ, ſeuerioris ſcilicet ſtructuræ conſtitutæ. Delicatis, vt Veneri, Proſerpinæ, Floræ Corinthio genere, propter tenuitatem operis factæ. Mediis, vt Iunoni, Dianæ, Baccho conſtructæ Ionicæ, nec floridâ ſtructurâ, nec ſeuera. Templis attributæ areæ, quæ appendices dicebantur, vbi hoſtiæ proponebantur venales, cæteraque ad ſacrificium ſpectantia. Iuxta hanc piſcina ad ſacrificiorum vſum. De his vide Vitruuium *lib.* 1. 3. & 4.

Templorum ædificia varia. Fortibus Diis Doricæ ædes. Delicatis Diis Corinthiæ. Mediis Diis Ionicæ ædes. Areæ templorum.

Rotæ in templis Ægyptiorum circumagebantur ex Clem. Alex. *lib.* 5. vt Dei naturam ſignificarent. Vnde conuerſiones, & circuli in ſacris ad ſimilitudinem cœleſtium ſphærarum. Meam cauſam ſubdit Plut. in Numâ: *Niſi quid Hercule ſimiliter Ægyptiis rotis imitabuit, & ſignificat hac figura mutatio, nihil eſſe in rebus humanis ſtabile.* Templa olim vittata diebus feſtis, floribus, frondibus, & lucernis ornata docui alibi.

Rotæ in templis. Templa vittata.

Atrium erat ædificium ante ædem continens medium aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendebat. Atria facta tria Romæ, Libertatis, Mineruæ, & Veſtæ. Templorum interiora picturis, aris, ſimulacris exornata.

Piſcina ad templum. Atrium templorum. Atria tria Romæ. Templorum ornamenta interiora.

Aræ ad orientem verſæ, ſemper inferiores ſimulacris. Excelſiſſimæ aræ Ioui, omnibuſque cœleſtibus: Veſtæ, Terræ, Marique humiles in mediis ædibus. Tres aræ, ſeu impares ſuperis: pares inferis: prima in medio templi ſimulacro inferiori: ſecunda pro foribus, vbi victimæ immolarentur: tertia, quæ fortè Anclabis, menſa, quæ Diis anclatur, quod eſt, hauritur, miniſtraturque a quâ Anclator, ſeu miniſter.

Aræ ad orientẽ verſæ. Aræ quot in templis. Anclabis menſa quæ. Anclator.

Altaria, ab altitudine dicta ſuperis tantum erecta. Aræ ſuperis, inferis, & terreſtribus. In altaribus ignis, ſeu thus adoletur, in aris nihil, ſed crematur, & conſumitur. Adolere enim eſt igne puro, thure, & precibus, Deos ad altaria placare, quod

Altaria ſuperis tãtum. Aræ quibus Diis dicatæ. Ignis in altaribus, non aris.

proprium

Ignis in altaribus, non aris.
A ſolere quid.

proprium ſacerdotum, ſacrificio ad aras peracto, cùm votis, & ſupplicationibus, thure incenſo, numen auctius faciunt. Lactantius Grammaticus ait, tria fuiſſe in ſacrificiis loca per quæ expiationem facerent ſcrobiculo facto inferis, aris terreſtribus, cœleſtibus extructis focis, vnde altaria denominata, ad quæ cum ſacrificabant manus in altum porrigebant. De hoc alibi. Super aras verò ſacra facturi ceſpitem ex gramine, ſiue verbenas apponere ſolebant. Verbenæ enim in omnibus ſacris fauſtæ, è ſacro loco decerptæ. Aræ quoque frondibus ornatæ, prout cuique Deo gratæ, Æſculi Ioui, Lauri Apollini, Oleæ Mineruæ, &c. Circa aras hoſtiæ immolatæ, quarum ſanguine illæ tingerentur, extaque cremarentur in aræ ipſius focis. Fuerunt & aræ priuatæ, quas quiſque in ſuo ſtatuebat, vel funebres, vel honorarias, quarum nullæ religionem loco adferebant, niſi eſſent conſecratæ Comitiis curiatis.

Hoſtiæ immolatæ circa aras.
Aræ priuatæ.

In adytis templorum ſoli ſacerdotes admiſſi. In Penetralibus Principum cadauera recondita, victimæ immolatæ, precioſiſſima quæque abdita: ſimulacra Deorum conſtituta. In delubris captata ſomnia à pernoctantibus in templis.

In adytis templorum ſoli ſacerdotes.
In penetralibus cadauera principum.
Somnia capta in delubris.

Aræ in ſepulchris erectæ. Vnde Virgilius. *Æn.3. Stant Manibus aræ.* In Comœdiis, aræ duæ ſtatutæ, Apollini dextra; ſiniſtrâ Heroi, Deoue, cuius ad honorem ludi celebrati. In Tragœdiâ, dextra aræa erat Bacchi. Aræ præterea dicatæ Laribus, Mari, Fluminibus, quæ humanâ effigie celebrabantur.

Aræ in ſepulcris.
Aræ duæ in Comœdiis, & Tragœdiis.
Aræ Larib. dicatæ.

Menſæ etiam dicatæ eodem die, quo templa, ſuper quibus vinum libabatur, ac ſuper aris victimæ libatio fiebat. Imagines Deorum, vti imperatorum, aut priuatæ, aut ſacræ erant, aut honorariæ. Priuatæ domui affixæ domus portio ſunt, ad quarum ornatum inſtitutæ, atque tanquam pars ædium vendi poterant, quia priuati iuris erant. Sacræ, aut honorariæ, ſine crimine maieſtatis vendi non poterant; quia priuati iuris non erant; quinimò publici iuris; nam proximum ſacrilegio maieſtatis crimen. Aliquando imagines, & ſtatuæ non ſacræ, quæ nempe ex hoſtibus captæ, quæ & venales; & vectigales dictæ (loca namque capta ab hoſtibus, deſinebant eſſe religioſa, vel ſacra, meritòque in fiſcum cogebantur) quas aliquando relinquebant, aliquādo amouebant; & vſibus ſuis applicabāt.

Menſæ dicatio.
Imagines Deorum priuatæ.
Deorū imagines quæ vendi poſſet.
Imagines Deorum ſacræ.
Loca capta ab hoſtibus deſinunt eſſe ſacra.

Folia & rami in templis Ægyptiorum ex Clem. Alex. *lib. 5.* qui prælati ad cultum Deorum, vt Pinus Pani, Syluano; & Diti Cypreſſus, Abrotonum Iſidi: hinc *Oſchophoria*, ramorum geſtatio apud Athen. in honorem Bacchi. Inde poſteà ramorum honos principibus viris adhibitus in pompis, & triumphis, & non ſolum ramis, ſed & foliis, & floribus, benè meritos excipiebant, & Rhetorum fores inſignitæ palmis, vt notat Caſſinus.

Simulacra ante Aſiam deuictam Romæ lignea, aut fictilia, ex Plinio *lib. 34. cap. 7.* Honorariæ ſtatuæ, decreto Senatus, Romæ poſitæ. In municipiis, decreto Decurionum. Honos maximus Romæ, ſtante Rep. ſtatua in Roſtris, aut foro poſita. Hæ ſtatuæ honorariæ nihil religionis habebant, niſi à Pontificibus dedicarentur, quod fiebat, pane, & vino epulantibus dato; vel ſi in templis collocarentur; vel in cubiculo Principis.

Simulacra lignea Romæ quando.
Imagines honorariæ.
Statuæ honos maximus.

Signa non ſolum in templis, & lucis, ſed in ipſis portis vrbium locata, quæ veſtibus induta.

Signa vbi locata.

Sigilla ſunt parua ſigna in ſuis ædiculis poſita; nos, *Nichias*, dicimus, quaſi parietum honeſtamenta.

Sigilla quæ.

Clypei etiam affixi templis primùm ab Appio Claudio.

Clypei templorum.

Sacrarium locus templi, in quo ſacra inſtrumenta, effigieſque ſacræ aſſeruatæ, vt Palladium, Penates, & huiuſmodi.

Sacrariū locus templi.

Donarium erat, locus vbi collocabantur oblata.

Donarium quod.

Tholus erat veluti ſcutum breue, quod in medio tecti eſt, in quo trabes coëunt, ad quem dona ſuſpendi conſueuerunt.

Tholus quid.

Lectiſternia erant cum in templo ſacrorū gratia lecti ſtrati ad diſcumbendum, ſiue pernoctandum, in Iouis epulo; quod factum in Capitolio tribus Diis, Ioui, Iunoni, & Mineruæ; ille recubans in lectulo ſtatuebatur; Iuno, & Minerua ſedentes, vbi epulones 7. epulabantur. Hi lecti in ſacrario, vel donario erant incluſi. Cœleſtibus (inquit Porphyrius, referente Rhodig. *lib. 12. c. 1.*) Diis templa excitant, & aras terreſtribus ἐσχάρας, ideſt focos, ſic & heroibus. Subterraneis autem foſſas deprimebant; Mundo & Nymphis antra. Subdit idem. Templorum ſtatuæ, & ingreſſus orientem ſpectabant, vt adeuntes in occaſum conuerſi Diis preces effunderent, remque diuinam obirent. Et in Aſclepio Mercurius ſcribit, Deum ſummum adorantes, ſi medius affulſiſſet dies in Auſtrum conuertebantur: ſi occiduus, in occaſum, ſi oriens in ortum. Quidam ex Grammaticis ita produnt. Si Heroibus rem diuinam obirent; occaſum ſolis ſpectabant; ſi Diis, ortum, quod in Iſthmiis Pindarus innuit. Romanum verò fuit inſtitutum, adorantes circumagi, vt à me alibi pluribus. Cauſam pete ibidem, & in Plutarcho.

Lectiſternia quæ.
Simulacra quò verſa.
Templa & aræ quò verſa.
Adorationis mutationes.
Adorationis ſitus varius.

Rhodiginus *lib. 17. cap. 9.* ait, à Pythagoricis obſeruatum, vti & Chriſticolis, in adoratione orientem ſpectari, Triſmegiſtus meridiem: Moſes, Iudæique occidentem ſpectabant adorantes.

Tēpla quorū Deorum extra vrbem.

Venerem, Vulcanum, Bellonam, & Martem veteres, Hetruſcorum diſciplina moniti, intra mœnium ſepta collocandos non putarunt, quod libidini, voluptati, incendiis, iurgiis, & litibus præeſſent. Eos in vrbe coluerunt, qui frugi, ideſt, eis rebus præeſſent, vnde ad adoleſcentiam, & matronas mali nihil deriuari poſſet, neque tamen perpetuum hoc fuit. Nam Febris fanum in Palatio fuit, Martis vltoris, ad Auguſti forum; Veneris, in foro Cæſaris; Vulcani in Circo Flaminio, ex Vitruuio *lib. 2. cap. 7.*

Athenienſium templa extra mœnia. Timoris templum Spartæ iuxta ſuum tribunal

Ephori conſtituerunt; quod metu corrigi rempublicam maximè putarunt. Saturni, aut Serapis templa intra mœnia Ægyptij non admittebant, vt quaſi excubitores extra pomœrium in ſuburbiis agerent. In foribus verò & atriis domorum Ara, Focus, & Lar familiaris erant.

Lararis quæ.

Lararia erant priuata ſacraria domi, in quibus cubiculares imagines reponebantur. Horum præfectus dictus Magiſter Lararius. Hæc Lararia fuere apud principes, & priuatos homines, Tenuiores, loco ſacrarij, aut Lararij, habuere focos, in quibus Lares ſuos colerent. Quibus Laribus thure, vino, aut aliquo ſemper ſupplicabant, eóſque coronabant. Hæc ſacraria priuata ſancta, & religioſa, non ſacra; vnde aræ, pro Penatib. prou. *Pro aris; & focis pugnare*, ideſt, pro Penatibus.

Lararij magiſter.
Foci priuatorum Lararium
Sacrificia Larium quæ.

Dedicationes omnes Romæ Tributis Comitiis permiſſæ, & lectus Pontifex qui in Dedicatione verba præiret, idque maxime expedita lingua. Poſtem templi ergo tenens Pont. Dicebat, *Duro ſo, dedicaroque Numini.* In dedicatione verò templi 5. requiſita, mens, vox, lex, manus, ſimulacrum. Mens pura, integraque dedicantis, grata Diis. Vox ad ſolemnia verba ſpectabat, ad religionem compoſita. Lex, vt ex Curiata lege fieret, qua populus aliquem dedicationi præficiebat. Manus Pontificis poſtem tenentis Simulacrum, erat quid neceſſarium; ſemper enim cum templo dicatum ſimulacrum Numinis, cui illud dicabatur, poſitum in medio templi.

Dedicationes quibus permiſſæ.
Dedicatio quæ.
In Dedicatione 5. requiſita.
Ludi in dedicatione templi.

Dedicatio ergò Ædium, templorum, ararum apud Romanos facta à Coſ. aut Imperatore, accenſo foculo, cum tibicine verbis priſcis, & ſolemnibus præeunte: Pontifice Max. præfante carmen, capite velato, & concione aduocata, ac iuſſu pop. cuius iniuſſu, ex eorum religione, conſecrari ædem, terram, agrum, aut quicquam ſanciri nefas: item in luctu publico, aut priuato dicare, ſacrificare nefas, ſupplicare autem fas. Ideo in ſacrificiis, & dedicationibus publicum luctum minui, perpetua lege cautum. In dedicanda ara aut ſimulacro poſtes non tenebantur, vti in Æde. De Horatio Puluillo dedicante inter funeſta, lege Val. Max. *lib. 5. cap. 10.*

Duumuiri dedicationis.

In Dedicatione ludi publici facti, & ſpectacula. Duumuiri Dedicationis à populo lecti ædi dicandæ. Hæ vel ſacræ, ſeu votiuæ, vel honorariæ; publicæ, aut priuatæ.

De Ædium dedicatione apud Græcos ita Plutar. in Mario; *Poſt ſecundum triumphum; cum in ædis cuiuſdam ſacra dedicatione ſpectacula Græco more ederet, ingreſſus aſſediſſe tantum, mox diſceſſiſſe.* Inſcriptiones in iis etiam Dionyſ. lib. 9. ſed tunc ex S. C. *Poſthumius eam dicauit, vt eius ædis inſcriptio teſtatur.*

Templa reſtaurata, dedicata.
Dedicatio præcedit conſecrationem.
Conſecratio religioſa.

Templa veſtuſtate collapſa denuò dedicabantur, & conſecrabantur. Dedicatio præcedebat conſecrationem; illa rei immobilis, hæc mobilis.

Conſecrationis duo genera, vnum religionis cauſa, in Deorum honorem; alterum odij, aut contumeliæ hominum, vt cum bona damnatorum, hoſtium, vel captæ ciuitatis conſecrantur. Animalia quoque Diis conſecrata, & arbores, vt in Iunonis, Lucinæ templo lucus, & pecora. Hæc de templis Romanis innuiſſe ſatis. Ad extera pedem conuerto, tantum delibanda.

Conſecratio dira.

Perſarũ opinio de Deo.

Innumera fuere apud innumeras gentes ſacrificiorum genera, & ritus pro Deorum varietate. Perſæ putarunt Deos non ex hominibus eſſe ortos, ideo nec ſtatuas, nec templa, nec aras vllas habuere, alia quoque de his gentibus ſic refert Herodotus lib. 1. *Neque ſtatuas, neque templa, neque aras ex truere conſuetudo eſt, quin imo hoc facientibus inſaniæ tribuere, ob id, (vt mea fert opinio) quòd non quemadmodum Græci, ſentiunt, Deos ex hominibus eſſe ortos. Moris habent, editiſſimis quibuſque conſcenſis montibus, Ioui hoſtias immolare; omnem gyrum cæli appellantes Iouem. Soli, Lunæque ſacrificant, & Telluri, & igni aquæ, atque ventis, hiſque ſolis ſacra faciunt, iam inde ab initio.*

Templa, ſtatuæ nullæ Perſarum.
Sacrificium Perſarum.

Maſſagetarũ religio.

Maſſagetæ vnum Solem tantum venerantur, cui equos immolant. Hic autem eſt eis mos ſacrificandi, vt Deorum perniciſſimo è pecoribus omnibus perniciſſimum mactent.

Ægyptiorũ religio.

Ægyptij non ſigillatim cuique Deorum, ſed gregatim initiabantur. Animal ſigillari anulo non notatum immolare nefas, & hoc facientibus pœna mortis lege ſancita erat. Apud quos ſacrificandi ritum Herodotus lib. 1. hunc habet. *Pecude, quæ obſignata eſt, ad aram, vbi immolatur, adducta; pyram incendunt; deinde ſupra pecudem libato contra templum vino, ac Deo inuocato, eam mactant, mactatæ caput aſportant in forum, ſi Nundinæ ſint & ſi Græci negotiatores affuerint, illis vendunt, qui ſi non affuerint, in flumen abiiciunt. Execrantur autem capita in hæc verba. Si quid mali, aut ipſis immolantibus, aut vniuerſæ Ægypto futurum ſit, id in caput hoc conuertatur, &c. Vaccas autem immolare Ægyptiis vetitum.* Idem ibid. *Bouos mares; eoſdemque mundos, ac vitulos vniuerſi Ægyptij immolant. Fœminas eis immolare non licet, vt potè Iſidi conſecratas. Nam Iſidis ſimulacrum muliebre eſt, bubulis præditum cornibus, quemadmodum Iò Græci deſcribunt.*

Imprecatio in caput victimæ.
Vaccas non immolant Ægyptij.

Thebanorũ ſacrificium.

Thebani arietem immolare, piaculare duxerunt. Certo tantum die, quot annis in feſto Iouis, vnum demum arietem cædebant, cuius pelle detracta Iouis ſimulacrum induebant, ſacra deinde in vrna arietem verberatum ſepeliebant.

Sues quibus immolant.

Ægyptij, nulli Deorum præterquam Lunæ, & Libero, ſues immolabant; ſed cùm de hoc ſacrificio à me alibi, in hoc opere, ad alia tranſeo.

Ægyptij poſt ſacrificium quid.

Ægyptij, poſt ſacrificium, quod in vrbe Bubaſti peragebant, innumera hominum multitudine, verberabantur: & inſuper Cares Ægyptum incolentes gladiis frontem concidebant. Alia verò in vrbe ſacrificantes Ægyptij pro foribus templi ſtatuebant ſacerdotes cum ligneis clauis, qui, conantibus aliis, qui Deum in plauſtro rotarum quatuor trahunt, ingredi templum, reſiſtunt, & ita fuſtuarii pugna mutuo ſe verberantes multi pereunt ex vulneribus.

Carum ſuperſtitio

Verum

Dij verberati ab Ægyptiis.

Verum Ægyptij non modò ſe ipſos in ſacrificiis verberabant; ſed & Deos ipſos aliquando ex Herodoto *lib.* 1. & poſtquam Ægyptij verberarunt Deum quemdam, quem in tali negotio non puto nominandum, tunc & bouem in lucem proferunt. Aureæ phialæ à Pontificibus Regi dabantur in ſacrificio quodam. Duodecim autem reges eum iuſtè regerent, ac ſtato tempore in templo Vulcani ſacrificaſſent, & vltimo die feſto libaturi eſſent, porrexit eis Pontifex aureas phialas, quibus libare conſueuerant, aberrans numero, duodecim videlicet viris vndecim phialas. Ibi Pſammitichus, qui poſtremus eorum ſtabat, cum non haberet phialam, detractam ſibi æream galeam tenuit, libauitque.

Sacrificati homines.

Verberati Dij, ô impium facinus! Verberatos verò homines non modò, ſed ſacrificatos Diis apud Scythas, refert Herodotus *lib.* 4. Idque eſt Martis ſimulacrum, cui annuas hoſtias offerunt, cum aliorum pecorum, tùm equorum, & plus huic Acinaci, quam cæteris Diis. Ex captiuis centeſimum quemque immolant. Vide ineptias, Ride mecum, vel cum cachinno. Laciniam huic capiti ſubnecto ex aduerſariis Cerdæ eruditiſſimi. Veteres gentiles ſerpentes appinxere ad conciliandam loco ſacro reuerentiam, quos myſtæ ſuos interpretabantur quemadmodum Chriſtiani Crucem appingunt: vnde illud Satyrici,

Serpẽtes culti ab Ethnicis, vt à Chriſtianis Cruces.

Pinge duos angues: pueri, ſacer eſt locus, extra

Meiite.

Aliquid ad hanc rem Artemidorus locutus. Itaque illud Danielis, *& Draco magnus, & colebant eum Babylonij*, quid mirum ſi ab hoc duceret exemplum? putabant enim Babylonij ſacrum eſſe locum, in quo erat ſerpens, vt Epidaurij ſerpentem, & Romani Æſculapium ſub forma ſerpentis, & Ægyptij Crocodilum; & dracones Mineruæ Troiani, Draconem item Delij auctore Strabone; Æneum etiam ſerpentem Iudæi. Adeo vt Ethnicorum plerique eos heroum ſuorum patres agnoſceret, Ariſtomenis Meſſenij, Alexandri Macedones, Ariſtodamæ Sicyonij: quin anguem,

Incertus Geniúmne loci, famulúmne parentis
Eſſe putet.

Formoſi in ſacrificiis adhibiti.

Dubitabundus hæſit Æneas. 5. Æneidos, an adoraret. Formæ ratio habita olim in ſacrificiis, ex Athenæo *lib.* 13. docente, formoſiſſimos ſeligi, & inter primos ferre aliquid. In Elide verò pulchritudinis etiam fit iudicium. Quem pulcherrimum Iudices pronunciarint, Dei vaſa illi ferenda traduntur. Proximus ab eo bouem victimam agit. Tertius liba, & fruges ſalſas hoſtiæ imponit. Quod autem antiquitus ſpectata ſit forma in ephebis iis, qui ad ſacrificiorum, ludorúmue, cæremonias adhiberentur, certa, & nota res eſt. Atque eo referendus Cic. lib. 1. de Nat. Deorum: *Eſt enim vis tanta natura, vt homo velit, niſi homini ſimilis eſſe, vt quidem formica formica. Sed tamen cuius hominis? quotus enim quiſque formoſus eſt? Athenis cum eſſem è gregibus*

Forma vis quanta.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

ephebarum vix ſinguli reperiebantur. Caſaub. in Athen.

Deorum fana olim religionis gratia circumibant, qood innuit Cic. 3. de Nat. *Natio quoque Dea putanda eſt, cui cum fana circumimus in agro Ardeati, rem diuinam facere ſolemus.* Ferebant quoque circa Deorum templa coronis redimitas imagines. Tacit. Hiſt. 2. *Pop. cum lauru ac floribus imagines circa templa tulit.* Iudæi quoque vti & nos Chriſticolæ ſupplicantes templa circuimus. Aras quoque circuibant. Iſid. orig. lib. 19. cap. 30. *quod initio circum aras curreretur.* Vnde homo immolandus circa aras ab adoleſcentibus ducebatur. Euſeb. Cæſar. lib. 4. *In templo Palladis, Agraula, Diomedis, vnum enim trium fuit, Diomedi homo immolabatur, qui ab adoleſcentibus ter circum aras ductus, tandem à ſacerdote haſta percuſſus, & in rogo impoſitus cremabatur.*

MARCO ZENO
Epiſcopo Torcell.

SYPNOPSIS III.

De Sacrificiis antiquorum. Quæ publicis, quæ priuatis, De eorum priſcis ritibus; De victimis, votis; Precationibus; ſupplicationibus; Deuotionibus; Miniſtris ſacrorum, &c.

Sacrificium quid.

SACRIFICIVM, inquit Iſidorus, eſt victima, & quæcumque in ara cremantur, ſeu ponuntur. Victimæ verò, vt idem ait, ſunt ſacrificia, quæ poſt victoriam, de victis hoſtibus immolabatur: ſic dictæ, quod vi ictus percuſſæ caderent, aut quod vinctæ ad aras ducerentur. Erant autem victimæ maiora ſacrificia, quàm hoſtiæ: plerumque tamen confunduntur hæ voces. Feſtus, Hoſtia, inquit, Sacrificium, quod Laribus immolabatur, quod ab illis hoſtes arceri putabant. Alibi dicit hoſtias, ab antiquo verbo *hoſtio*, quod ferio ſignificat, dictas eſſe Ouidius.

Victima quæ.

Victima maior hoſtia. Hoſtia quid.

Hoſtibus a victis hoſtia nomen habet.

Hoſtia ſuper quam iuratũ non cibus.

Pauſan. in Eliacis tradit, veteres ſolitos fuiſſe hoſtiam per quam aliquis iuraſſet, non amplius inter edulia homini apponere. Nota antiquos totam victimam prius incendiſſe, vnde, Holocauſta, dicta. Holocauſtum, inquit Iſidorus, ſacrificium *illud, quod totum igne* conſumitur. Diſcrimen victimæ ab hoſtia vide in Geraldi *Syn.*

Holocauſtũ quid.

Hoſtiarum differentiæ.

Hoſtiarum multæ erant differentiæ, aliæ enim Præcidaneæ, quæ ante ſolemnia ſacrificia pridie mactabantur. Feſtus.

Præcidanea agna, quæ ante alias cædebantur, quæ ſi erat mas & non litabatur, ſuccidanea erat fœmina, vt notat Seruius, ad 8. Æn. ſed non contra.

Præcidaneæ hoſtia.

Præcidaneam porcam dicebant, quam immolare ante erant ſoliti, quàm nouam frugem inciderent. Idem. Præcidanea agna vocabantur, quæ ante alias cædebatur.

Succidaneæ hoſtiæ.

Succidaneæ dicebantur, ſi primis hoſtiis litatum non erat, & aliæ poſt eaſdem ductæ cædebantur, quæ quaſi prioribus iam cæſis, luendi piaculi gratia ſubdebantur, & ſuccedebant, ob id ſuccidaneæ nominatæ.

Prodigæ hoſtiæ.

Prodigæ hoſtiæ appellabantur, quæ conſumebantur.

Bidentes.

Bidentes hoſtiæ, erant, quæ, & cornigeræ eſſent, & duos dentes eminulos haberent.

Eximiæ hoſtiæ.

Eximiæ hoſtiæ dictæ, quæ ad ſacrificium è grege deſtinatæ eximebantur, oues verò dictæ lectæ.

Haruga.

Haruga, ſiue Aruga, ex Feſto, hoſtia, cuius adhætentia inſpiciebantur exta.

Cauiares.

Cauiares, ex eodem, pars hoſtiæ cauda tenus poſita in ſacrificio pro collegio Pont. quinto quoque anno.

Amburbales Hoſtiæ.

Amburbiales hoſtiæ, quæ circum terminos vrbis Romæ ducebantur.

Ambaruales hoſtiæ.

Ambaruales hoſtiæ appellabantur, quæ pro aruis à 12. fratribus ſacrificabantur, circum arua ductæ ab iis, qui pro frugibus faciebant. De his alibi in Luſtrationibus.

Iniuges hoſtiæ.

Iniuges hoſtiæ, quæ nunquam domitæ, ac iugo ſubditæ fuerant. Plato *de leg.* 8 ſingulos Deos ſingulis anni diebus præfecit, totidemque ſacra fieri mandauit, vt vnus aliquis ſemper ex magiſtratibus Deorum alicui aut Dæmonum pro ciuitate, pro ſeipſis, pro rebus ſuis ſacrificaret.

Hoſtiæ ſuperum, & inferum quæ, & quot.

Portò ſuæ ſingulis Diis victimæ etiam deputatæ erant: Superis albæ, & impares: Inferis, nigræ, & pares mactabantur. Ioui prodigiali faciebant thure, & mola ſalſa. Ioui Flamini boue candido litabatur: Neptuno, Apollini, & Marti, tauro, verre, & ariete; Heroibus tauro, capro, & ariete. Cereri primùm lacte, vino, & fauis, Poſtea porca, Cybele itidem porca: Æſculapio capris, & gallinis: Larib. gallo, ſue: Marti equo: Lunæ, tauro: Iunoni agna. Veneri columba: Pani, & Mineruæ capra: Dianæ ceruа: Libero patri melle, vino, & lacte, interdum capro, & hirco: Syluano porco: Fauno agna, vel hœdo, de quibus alibi.

Sacrorum diuiſio. Sacra publica quæ.

Sacrorum alia publica, alia priuata. Publica, quæ publico ſumptu pro pop. facta, vt pro montibus, dictum Septimontium; pro pagis dicta Paganalia; pro Curiis dicta Curionia. Item popularia, quæ omnes ciues faciebant, nec certis familiis attributa, vt Fornacalia, Palilia; Municipalia municipiorum. Peregrina, quæ aut euocatis Diis in oppugnationibus Romam ſunt delata, aut quæ ob quaſdam religiones per pacem ſunt petita, vt ex Phrygia Matris Magnæ, ex Græcia Cereris; ex Epidauro Æſculapij, quæ coluntur eorum more, à quibus ſunt accepta.

Euocati Dij in oppugnatione cur.

In Vrbium oppugnationibus ſemper Dij euocati. Ne verò Romanorum Dij ab hoſtibus euocarentur, occultatum id ſacrum in Pontificum diſciplina, in cuius Dei tutela eſſet.

Nomen vrbis in ſacris occultatum.

Quare perite Naſcimbenus ad verſum 1. Æn. Virg. *Romanoſque ſuo de nomine dicet*, non Romam, dixit Poëta, alludens ad illud priſcorum Romanorum decretum, ne quis nomen vrbis, ne in ſacris quidem, enunciaret; quòd in apertum proferre audens Valerius Soranus, cruci affixus fuit. Proinde Angeronæ Deæ ſimulacrum Romæ colebatur, quod ore obligato, de nomine vrbis ſilentium imperabat. Idque factum fuiſſe legimus, ne Dij tutelares vrbis ab hoſtibus euocari poſſent. Hac de re Plin. Macrob. & alij.

Peregrina ſacra.

In peregrinis ſacris peregrini non adhibiti, tanquam profani. Ius enim ſacrorum cum ciuitatis iure iunctum eſt. Communia etiam ſacra ſunt Latinæ feriæ.

Sacra ſolemnia.

Præterea quædam ſacra ſunt, aut ſolemnia, quæ certis temporibus, anniſque fieri ſolent, vt in ſæcularibus, & Actiacis ludis:

Stata ſacra. Imperatiua ſacra.

Aut ſtata, ſeu ſolemnia anniuerſaria, quæ certo die omnibus annis fiebant: Aut Imperatiua, ſeu indictiua ex S. Conſ. ob aliquid indicta.

Priuata ſacra quæ.

Alia præterea ſacra patrum, alia plebis fuerunt. Priuata verò erant, quæ ſinguli homines, familiæ, gentes, ſibi aſciſcebant peragenda. Numam Pompilium monitu Ægeriæ Nymphæ referunt totam ſacrorum rationem in claſſes 8. diſtribuiſſe, totidemque ſacerdotum claſſes, qui his præeſſent.

Numæ ratio ſacrorum.

I. claſſis complectebatur, communia, ſeu politica pertinentia ad Curias ſingulas, quæ Curiones curabat. 2. pertinebat ad Flamines, ſeu Stephanophoros, coronam ferentes. 3. ad Tribunos Celerum. 4. ad Augures. 5. ad Virgines Veſtales. 6. ad Salios. 7. ad Feciales. 8. ad Pont. Max.

Ex priſco ritu religionis, à Diis aliquid impetrari, quinque modis. Deos exorabant. 1. vel ſacrificio, cùm ſolemni ritu peragendum; 2. vel voto, cùm expoſcendum. 3. vel Impetrito, quo inquirendum. 4. vel extis, 5. vel ſortibus.

Sacrificia ſolemnia Pontificum. Tépla aperta media nocte.

Solemnia ſacrificia ferè omnia Pontificum fuerunt. Horum apparatus præmittebatur apertione templi, media nocte, eius Dei, cui res diuina facienda: non enim paſſim aperta templa, niſi ob res præclarè geſtas gratiæ Diis agerentur; vel ob cladem aliquam, irati placarentur: at cum apertio fiebat, *Moueri ſacra* dicebantur.

Templa quādo aperta. Moueri ſacra quid.

Templum verò Honoris (vt à me alibi dictum) Hortæque Deæ perpetuò apertum; quòd hæc Dea ad res præclaras perpetuò hortaretur, & ideo perpetuum precibus fatiganda.

Templa perpetuo aperta quæ. Lumina in templis. Peruigilia quæ, quando. Reſponſa, Deum in peruigiliis.

Templum quoque Iani tempore belli ſemper apertum. Apertis templis accendebantur tedæ, adornabantur puluinaria, vt fierent matutinæ Vigiliæ. Peruigilia verò erant tantùm Cereris, Veneris, Apollinis, & Fortunæ, cum nox tota vigiliis tranſigebatur. Deinde ſi accipienda Dei erant reſponſa, incubabant in templis (de his ritibus à me alibi.) His ſacrorum ſolemnium vigiliis, populus ante lucem cum ad templa veniret, ignem in aram inferebat. Hymni interea à ſacerdotibus publicis decantabantur

cantabantur

cantabantur, collatis ad tibiam vocibus. Pontifex inde ea puluinaria pertranſibat, his vocibus vtens, *Vigilaſne Deum genis?* In hymnis intercalaris verſus a populo repetitus. His peractis ſacrificium parabatur.

In templis diſcedens ante ſacrum quid peractum.

Sacrificium quid.

Sacrificium eſt, Diis rite facta ſuper aris, aut focis oblatio, ſiue Superis, ſiue Inferis, ſiue Terreſtribus.

Preces præuiæ.

Ad iratos Deorum auertendos quid factum.

In ſolemnibus preces præuiæ. Populus cum ſacerdote veniam precabatur; at vero iratis Diis ſacra cum peragebantur, aut votiua in aduerſis, aut depulſoria in prodigiis.

Orantes veniam templum clamore petebant.

Menſtrua ſacra Diis maximis.

Et crinibus paſſis mulieres aras, ac templa verrebant. Menſtrua ſacra Diis maximis celebrari ſolita. Turnebus *lib 3. cap 14* aſtruit, atque eæ erant feriæ religioſiſſimæ, cùm ſolemnibus, & anniuerſariis non ſatis eſſe putarent defungi, ſed memoriam cultus quot Calendis, aut Idibus renouandam, eà ſacra Græci vocant *νουμηνία* menſtrua, vt patet ex Sophoclis Electra, & Virgilij ecloga prima, *Bis ſenos cui noſter dies altaria fumant*, veluti numini potentiſſimo, & præſentiſſimo.

Sacra in aperto peracta.

Animalis victima.

Victima, ſeu hoſtia dicebatur animalis cuius ſola anima Diis immolabatur, aut offerebatur eo fine, vt inde illius numinis voluntatem coniectare poſſemus, cuius opem implorare vellemus.

Victimæ maiores & minores.

Maiores victimæ inauratis cornibus producebantur, minores coronatæ. Mactationi ſemper adhibita immolatio à mola dicta, quæ farre toſto conſtabat, confractóque ſale & aqua ſubacto. Græci hordei primitias, & placentas ex hordeo ſale conſperſas libabant.

Haruſpicina.

In ſacrificiis diuinatoriis Sacerdos victimam ad aram adducebat, ſtans manu aram prehendebat, preceſque fundebat auſpicans à Iano, & Veſta, vt dictum alibi. Inde Iupiter, Diique cæteri: Ne quid verò verborum prætereiretur, præibat verba alius, alius, *fauete linguis* clamabat. Inde facta immolatio, fruges aut molam ſalſam in caput victimæ deponentes, addito thure maſculo.

Immolatio quæ.

Vinum tamen prælibabat priuſquam ſuper victimæ caput effunderet. Hæc dicta libatio. Quo facto, ſetas inter cornua victimæ, manu euulſas, tanquam prima libamina in ignem proiiciebat, conuerſuſque ad ortum obliquum cultrum à fronte victimæ ad caudam ducebat, ac tandem iubebat victimam iugulari per miniſtros, victimarios, cultrarios, popas, ſeu agonas: reliqui victimam partim excoriabant, & abluebant; partim ignem accendebant, Inde haruſpex rimabatur exta, explorabatque an perlitatum foret. Quibus inſpectis, miniſtri partes certas deciſas, farina farris conſperſas in calathis ſacrificanti offerebant. Sacerdos aris impoſitas foculo incenſo comburebat, quod erat, *reddere*. & *litare*. Quibus combuſtis ad epulas ipſi ſe conferebant. Interim Diis laudes canebant; pedibus, circum aras pſallentes, pulſatis choreas agebant. Tibiæ aliquando inflatæ, mox vetitæ legibus. Sacrificantes orientem ſpectabant, Diis ſuperis mane, Inferis, & Manibus occidente ſole, coronati ipſi, victimæ, & aræ; In Cerealibus quercu, in ſacris Herculis populo, Apullinus lauro, & huiuſmodi. Veſtes quoque ſacerdotum variæ, aut albæ, ſeu purpureæ, aut atræ: ita & victimæ ſelectæ, de quibus a me alibi, & ab aliis. Græcis autem ad ſacrifica acceſſuris id præfabantur, *τίς τῇδε*; *quis hic?* qui verò intererant, referebant, *πολλοὶ κἀγαθοί*. *Multi & boni*, ideſt, non polluti, & profani, ne quid mali ominis aut nominis occentaret. Ternarius numerus in ſacris auſpicatiſſimus ſuperorum ex Porphyr. Vinum inter cornua victimarum effuſum ex Ouid. 3. Metam. à Sacerdote, & ab offerentibus ex Virg. lib. 4. Deinde paucis interiectis precibus, farina hordei cum ſale permixta tenui aqua perfuſa in tergus victimæ ſparſa, quæ mola dicta; tum poſt nonnullas preces villi è fronte victimæ euulſi ſuper aram accenſam coniecti, veluti prima libamina; vt dictum. Demum victima ſecuri percutiebatur, & antequam in ignem victimæ partem coniicerent, thus in flammam ſpargebant, vinumque è patera: reliquas victimæ partes in epulas ſeruabant, de quibus ſingulis à me ſparſim, de vniuerſis hæc modo in epitomen. Apoll. *lib* .. addit poſt epulum, Gratiæ Diis actæ linguæque victimarum in ignes coniectæ, & vini parum ſuper illas.

Litare quid.

Hymni cantati.

Coronæ variæ.

Veſtes ſacerdotum.

Sacrificium.

Mola.

Victimarum partes.

Aræ cinctæ quibus.

Sacrificia in aperto peracta, vt obſeruat Lactantius *lib.* 2 Aræ ipſæ Verbenis, & lanea corona cingebantur, eaque triplici. Has vocat Tænias Arnobius, quæ ſunt filamenta lanea; Feſtus, Infulas. Ceſpes aræ ſuperimponebatur ex more, ſuper quo ſacrificium fieret. Accedebant ad aras ſacra facturi aqua, vino, oue luſtrati, qui Venere abſtinuiſſe debebant, quia polluti, ſacris arcebantur.

Tæniæ quid

Ceſpes in aris.

Accedenti ad ſacra religio priſca

Illos ſequebatur ſacris veſtibus amictus Pontifex, qui ad aras ſacrificij, lictore præeunte, ducebatur; hic virgà populum ſubmouebat. Tum ſolennia ſacrificia peracturo Pontifici exclamabat præco, *Hoc age.* Monebatur & populus, *vt linguis fauerent.* Quare orationibus Deorum ſilentium ventorum, & maris poëtæ præmittunt. Hor.

Pontifex.

Lictor ante Pontificem cur.

Ingrato celeres obruit ocio.

Ventos, vt caneret fera Neronis fata. Callimachus, *Pontus*, inquit, *Sacro fauet ſilentio*, *Apolline canente*, vnde fauorem Latini, *τὰν ἐυφημίαν*, dixere, & apud Horatium, & alios *Fauete linguis.* Maro mirè vtrumque.

Et nunc ecce tibi ſtratum ſilet æquor, & omnes
Aſpice ventoſi ceciderunt murmuris auræ.

Meritò igitur ſacris operaturi præfabantur ſilentium, vt piè ſacra peragerentur. Sus potiſſima inter victimas habita, ex Clemente Alexand. Athen. & Varrone, eaque maximè In fœderibus & nouis nuptiis. At fœminæ victimæ in ſacris habitæ potentiores, quare ſi per marem non fiebat litatio, Succidanea erat fœmina, vt potentior: contra, non litato per fœminam, nulla erat ſuccidanea. Cerda ad Virgilium Æneid.

Præconis vox in ſacris. Victimæ coronatæ. Preces ad aras ante ſacrum.

Pontifex deinde ſacrum auſpicabatur: victimæ floribus coronatæ à magiſtratu offerebantur: à Pontifice profani arcebantur, hac voce, *procul eſto profani.* Pontifex poſteà cum magiſtratu fundebat preces, pacem per aras exquirens: aras ipſas orantes manibus tenebant omnes, præeunte vbique verba Pontifice.

Victimæ ſolutæ. Victimæ probatio. Hoſtiæ exploratio.

Victima poſt hæc, quæ ſoluta ſponte ad aras acceſſerat (nam piaculum in ſacrificio quidquid religatum) aqua puta antea luſtrata, primùm à Pontifice probabatur; & hæc dicebatur Hoſtiæ exploratio. Lego tamen, vino probatas hoſtias, illarumque frontem ſale, farre, ideſt, mola à Pontifice ſparſam, vti & focum, & cultros cum hiſce verbis. *Mactus eſto taurus, vino, moláque ſola.* Tum ignis aræ ſupponebatur. *Pontifexque ſummas carpens media inter cornua ſetas, Ignibus imponit ſacris libamina prima.* Prius enim ſetæ tolluntur, & quaſi victima deſignatur. Hæc dicebantur libamina, nam in ſacris primùm erat libare, deinde immolare, tertio reddere, quarto litare.

Libamina quæ. Sacri quot partes.

Libatio duplex in ſacris. Libatio vini. Hoſtia cæſa iuſſu Pontificis. Agõ in Agonalibus dictum.

Duæ verò fuerunt libationes in ſacris. Prima, cum poſt victimæ probationem vinum ad aras funderetur. Altera, cum ſanguis hoſtiæ libaretur. Libatio ergo vini fiebat poſt immolationem, id eſt, poſtquam victima molam ſalſam accepiſſet. Poſt mactationem ſanguis victimæ fundebatur, aliáque libamenta Diis offerebantur, inter cæſa, & porrecta. Cædebatur hoſtia Pontificis iuſſu: In Agonalibus princeps ciuitatis interrogabatur à ſacrificulis, *Agon?* Iuſſu Pontificis accepto, ſupponebant cultros, tepidúmque cruorem ſuſcipiebant pateris. A Pontifice victima percuſſa; aut, cum cultrum teneret, altero impingente, conuerſo ad Orientem, extemplo ſanguis libabatur cum thure, vino, moláque ſalſa. Interea tibicines concinebant. Pontifex thura iterum cum vino altaribus ingerebat, his verbis. *Mactus hoc thure eſto; Mactus hoc vino inferio eſto.* Vinum deinde Sacrificulus circumferebat, vt populus pariter libaret, ſibique inuicem ſummis labris deguſtandum præberent. Inter hæc pocula, libabatur Diis etiam aliquo genere libamenti, vt placenta ex farre, melle, & oleo, quæ libamenta aris imponebantur, ignéque eorum pars minuta cremabatur. Hæc libamina Diis oblata inter cæſa, quæ manè poſt hoſtiam cæſam; & porrecta, quæ veſperi, cum ea, vel in ollà, vel in veru coquebantur. Intereà Pontifex ter aram cum Magiſtratu circumibat, quo peracto, exta aræ imponebantur, *Reddique* dicebantur, quod à magiſtratu fiebat, Pontifice iubente, his verbis, *Da quod debes, de manu dextera aris.* Cumque exta reddebantur, & in foco aræ imponebantur, hoc erat, *Porricere.* Quæ verò magiſtratus in aram imponebat, & proſecta non erant, luſtralia vocabantur, quod fiebat, cum luſtrum conderetur. Exta illa porrecta, quæ ſola comburebantur dicta, *Proſicia.* Thus iterum dabatur, & vinum. Quæ exta cum nihil portendiſſent, iiſque cor, aut caput non

Pontifex cõuerſus ad orientem in victima cædenda. Libatio ſanguinis cum quibus. Thuris iniectio in ſacris. Vini libatio à populo facta. Libamin. inter cæſa. Inter cæſa & porrecta quid. Porricere quid. Luſtralis aqua. Proſiciæ. Exta fauſta quæ.

defuiſſet, ſe litaſſe credebant: tum Deos ipſos demum adorabant dextram ad oſculum referentes, totumque corpus circumagentes, circa incenſa altaria, hymnoſque concinentes. Pontifex tandem, manibus in altum porrectis, Deos iterum precabatur, Ianum primò, reliquóſque, quos neceſſe erat inuocare.

Adoratio poſt ſacrum quomodo peracta. Adoratio Pontificis quomodo peracta.

Peractis precibus Pontifex ad dextram ſe circumuertebat, admouenſque ori ſuo dextram, primore digito in erectum pollicem reſidente, ſedens Deos venerabatur; tunc populo, (velut Diis ipſis ratas preces habentibus) *Ilicet* pronunciabat, quo populum miſſum faciebat. Hoc ſacrificium publicum.

Sedens Pontifex adorabat: quando licet in ſacris.

Vt religioſè ſacra tractarentur, ſacerdotes non ſolum coronati accedebant, vt docet Lipſius in Excurſu, ſed etiam lauabant manus prius; quem morem, & nos ad amuſſim ſeruamus. Plautus Aulul. *Niſi quid me vis, eo lauatum, vt ſacrificem.* Liuius lib. 55. *Cum omnis ſacrorum præfatio eos, quibus non ſunt puræ manus, ſacris arceat.* Seneca in Herc. fur.

Coronati ſacerdotes. Manus lotæ ante ſacra.

—— Nate, manantes prius
Manus cruenta cæde, & hoſtili expia.

Heſiodus *in Erg.* vetat, ne quis mane aut Ioui, aut aliis Diis libet χερσὶν ἀνίπτοισιν, illotis manibus. Sed aqua, quæ ex ritu erat huic ablutioni neceſſaria, iugi, perenni, nõ pluuia aut ſtagnante, aut torrente, Virg. Æn. 11.

Tu genitor cape ſacra, Patrioſque Penates.

De ſeipſo Æneas loquens cæde cruento, ait

Attrectare ne fas, donec me flumine viuo
Abluero.

Viuo rore, dixit Ouidus 4. Faſt. Viua lympha, Valerius Flac. Liuius lib. 1. *Quin tu ante viuo flumine perfunderis? infima valle præfluit Tibris.* Cerda in Virg. Æn. 21. Precaturi quoque manus lauabant, aqua marina potiſſimùm, cui vis plurima expiatoria; ſic Telemachus Vlyſſis filius Palladi ad littus maris ſupplicaturus, manus prius aqua perfundit, & legati à Neſtore miſſi.

Precaturi manus lauabant.

Sacrificij priuati, ſeu Paganalis ritum pulcherrimè deſcribit Cato, *de re ruſtica c. 134* Publici vero Dionyſius *lib. 7.* & Lucanus; Hic ritus ſolemnis ſacrorum omnium. At alia ſacra alios ritus proprios habebant, abſque tot ceremoniis, vt Stata, Imperatiua, Repentina; nam quandoque vinum, ac thus ſolùm Diis offerebant; aliquando pultem. Caſta mola Virgines Veſtales faciebant. Vinum ex imputata vite Diis libari nefas. Diis ſuperiis impari numero, Inferis pari ſacrificatum, & huiuſmodi, de quibus à me alibi, & ab aliis pereruditè.

Sacrificium priuatum, quid. Sacra varia. Vinum ex imputata vite libari nefas.

Priuata ſacra, aut gentis vnius fuerunt, aut familiæ, aut ſingulorum, quæ, ſi ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certo loco fiebant, ſacrificia erant, & ſacra. Gentilitia in ſacello aliquo, ſtato loco, anniuerſaria fiebant, quibus tota gens intererat. Hæc ſacra hæredem ſequebantur. Hæc item, vel anniuerſaria ſtato die, vt Natalium, & funerum, quæ Parentalia dicta. Alia repentina, vt nuptiarum, &c. quæ aut ad aras certo loco fiebant, qui locus ſacer non erat, aut domi foculo ſuper menſam poſito, quæ eſſet aræ loco. His ſacris priuatis

Priuata ſacra quæ. Gentilitia ſacra. Gentilia anniuerſaria. Gentilia repentina.

natis adhibebatur Miniſter, Aruſpex, Fidicina, Popa.

Natalitium ſacrum. Nuptiale ſacrum.

Natale ſacrum Genio factum ſine victima, ſed cum thure, & mero. Nuptialia ſacra facta, cum auſpicibus, captatis auguriis, votis ad aras, & domi conceptis; ſi per emptionem fierent, aut confarreationem; nam quæ vſu mulier dicebatur, parum à concubina differebat.

Tellus inuocata in auſpiciis nuptialibus.

In auſpiciis nuptialibus Tellus vocabatur, quam nuptiis præeſſe tradunt. Captatis auguriis vxor duci in domum mariti non poterat, niſi ſacrificio peracto, quod quidem ſacrificium ad aras, id eſt, in templis, & ædibus publicis, vbi victimæ immolabantur. In his ſacris farreum præferebatur à noua nupta, vnde confarreatio; farre enim conueniebat in manus viri, certis verbis, & teſtibus decem præſentibus, ita vir, & mulier per Pontificem Maximum coniungebantur per fruges, & molam ſalſam: hæc dicta confarreatio: ex his nuptiis patrimi, & matrimi naſcebantur. Coëmptio fiebat per æs & libram, his ſolemnibus verbis, *Vbi tu Caius, ego Caia.* Hæc dicebatur in manum conuentio; & vxor loco filiæ dabatur; & vir patris ios obtinebat: ea lege, vt qui prior moreretur, hæredem alterum ſibi faceret. Igni, & aqua coëmptio perficiebatur. Vota deinceps fiebant.

Sacrum in nuptiis neceſſarium. Confarreatio quæ. Coëmptio quæ. In manum conuentio.

Solemni ſacrificio peracto domi priuatim, aliud repetebatur, tam à parentibus, quàm ab ipſis viris.

Priuata ſacra per Curiones. Pauperum ſacrũ quod. Adire manum quid.

Priuatorum ſacra per Curiones facta. Pauperiores, vel qui exhauſtis facultatibus nil haberent, quod ſacrificarent, manum adibant numinis oſculaturi: hinc *Adire manum Veneris*, apud Plautum.

Laribus quãdo ſacrificatum.

Domi ſacra domeſtica peracta Diis Laribus ob puerperium, vel ad placandos Deos in re difficili; vel ad gratias agendas in re læta.

Peregrinantium ſacrum. Sacrum in puerperio. Ante ſacrum quanta præparatio.

Laribus ſacrificatum Kalend. Id. Non. corona in focum indita. Peregrinantes Dei alicuius imaginem geſtabant, vt illi ſacerent ſuis feſtis. In puerperio verbena adhibita, thus, bellaria, aqua præbita aduenientibus, vt puris manibus ſupplicarent, vino cum thure, focis iniecto. Ex inſtituto Numæ in pompis, & ſupplicationibus ſacerdotum Romanorum, incedebant per vrbem Præcones, feriaſque & iuſtitium indicebant. Si quidem, Pythagoreos, aiunt, non permittere, vt obiter quis adoret, & ſupplicet Diis, verùm vt domo ſtatim mente ad id meditatus accedat, ita cenſuit Numa decere, nihil vt ciues rei diuinæ audirent, vel viderent perfunctoriè, vel ſolutè, ſed vacui curis aliis, veluti ad ſummum negotium religionis aduerterent animum, viaſque à ſtrepitu, crepitu, gemitu, & omnibus quæ comitantur neceſſarias, & vulgares operas, ad ſacra præſtarent puras. quorum veſtigium nonnullum manere ſuo æuo Romæ teſtatur Plutarchus in *Numâ*. Hinc luſtrationes factæ, vt puri accederent ad ſacra, & Præconis vox ante ſacrum, & in ſacro prædicentis *Hoc age, quod agis*; de quo alibi. Ne verò ſacra à profanis inſpecta funeſtarentur, in publicum

Sacra in abditis locis.

euulgata; in abditis, & adytis, quaſi velo, ad maiorem animi pietatem excitandam, occultata videmus, vt antiqui auctores perhibent. Ritum ſacrum loca velandi, & vias, cum Sacroſancta myſteria ſolemniter, & publicè geſtantur, lego ſeruatum etiam apud priſcos, falſum licet Deum colentes. Cauſam reddit Flaccus apud Macrobium *lib* 2. *Sat. cap.* 6. qui ſcribit, cum Populus Romanus peſtilentia laboraret, eſſetque reſponſum, id accidere, quod Dij deſpicerentur; anxiam vrbem fuiſſe, quia non intelligeretur oraculum: eueniſſeque, vt Circenſium die puer de cœnaculo pompam supernè deſpexerit, & matri narrarit, quo ordine arcana pilenti, quod vehiculi quoddam genus eſt, compoſita vidiſſet. Qua re Senatui nunciata, tunc placuit loca velis contegi, qua pompa ſequeretur. Ac ita ex illo, peſte ſedata, puer, qui ambiguitatem ſortis abſoluerat, prætextæ geſtandæ munus impetrauit. Ambiguitas autem oraculi fuit in verbo, *Deſpicerentur*; nam interpretabantur, Deos, & ceremonias negligi; quum tamen oraculum eſſet intelligendum, Deos deorſum verſus aſpici, quod nefas, & ad pollutiones ſacrorum ſpectabat. Vnde & à Chriſtianis hodie in ſupplicationibus viæ publicè velatæ, cum ſcilicet Sacroſancta portantur myſteria, neque ex feneſtris in vias deſpicere permiſſum. Polyd. *lib.* 6. *cap.* 11. Vela apud Ethnicos prætenſa lego ſepulcris, foribus, ad cubicula Imperatorum religionis ergo, item aris, ſtatuiſque, vt'colligit Martinus de Roâ, Lipſius *electorum lib* 2. *cap.* 19. quæ vela interdum pura, interdum picta. Hinc vmbellæ ſupra capita principum à priſcis vſque mutuatæ, & noſtris ſacris aris precioſiſſimæ ſuſpenſæ. Inquilinorum apud Athenienſes pueri ſcaphas in pompis ferre, hinc *σκαφηφόροι* per contemptum dicti; puellæ verò hydrias, & vmbellas geſtare cogebantur. Hæc velatio ſacra ad profana etiam vſurpata: hine triclinia ſub velis expanſis, ſeu vmbraculis agitata, quorum loco ſub pergula epulabantur, & , quod fœdius, ſcortabantur, vt à me alibi indicatur: quare velamina, ſiue vmbracula Veneris occultandæ cauſa, vt impij quæritabant, ita pij ſacrorum ergo myſteriorum.

Velandi viæ ritus in ſacris portantis. Sacra deſpici quid. Inſpectio è feneſtris in vias interdicta. Vela prætenſa variis locis religionis ergo. Vmbellæ vſus. Scaphiphori qui. Velatio profana.

A Superûm ſacris ad Inferûm deſcendo, ne quid illibatum omittam. Diis inferis ſacra facta in ſcrobiculo, id eſt, in effoſſa terra: diuerſo ritu, à Superûm. Primo ararum numero; Superis altaribus tribus, Inferis duabus in aris ſacrificatum. Superis ſacrificantes abluebantur aqua; Inferis, tantum aſpergebantur. Superis ſacrificantes thure, & vino, præfabantur; Inferis, *Pocula bina nouo ſpumantia lacte*, libabantur ex Virg. Egl. 5. Inferis pari numero, furuæ hoſtiæ; Superis, nigrantes nunquam; ſed, vt plurimùm, candidæ, & impares. Exploratio Hoſtiarum Superûm fiebat ſupina manu vina fundendo; Inferûm conuerſa, in ſiniſtram manum vina inuergebant: *Frontique* (ait Virg. in 6) *inuergit vina Sacerdos*. Diis Superis libari vina licebat; Inferis non licebat. Superis libabant ſolùm; Inferis verò ſacrificantes etiam vaſa in ignem coniiciebant: vnde Superis

Sacra inferorum vbi. Diſcrimen ſacrorum inferorum à ſacris ſuperorum. Exploratio diuerſa in victimis Superûm, & Inferûm.

 libare.

Manus diuiſæ in precibus Superûm & Inferûm.

libare, Inferis delibare dicebantur. Inferos Deos ad terram manibus demiſſis, ſubmiſſiori voce, inuocabant; at Superos elata ad Cœlum precabantur. In Superis, litantia cum exta ſunt, læta promittuntur: Inferis contraria exta erant potiora. Dij Superi diurna ſacra; Inferi nocturna ſemper retinuerunt, & ſi qua ſacra noctu, vt Bonæ Deæ, facta, ea ſex poſterioribus horis noctis, diei ſequenti adiectis. Diis Superis mactatæ ſolum victimæ: Inferis homines etiam immolati; quod deinde S.Coſ. vetitum. A.V.C. DCLVII. quod genus ſacrificij renouatum ex fatalibus libris, cum Gallus ac Galla, Græcus ac Græca in foro Boario ſub terra viui defoſſi ſunt, intra locum ſaxo conſeptum.

Sacra diurna Superis, nocturna Inferis.

Immolati homines inferis.

Sacra magica quando, & à quibus facta.

Inſtrumenta ſacrorũ Magicorum.

Sacra magica Diis manibus facta, nocturna, venefica, funeſta, Cocytia, arcana, opertanea dicta, in quibus ſceleratæ preces fuſæ, quorum ſacerdotes Magicis cœnis initiati, vel phyſiognomici, vel talorum vates, vel ignium, vel circulorum, vel peluium, vel cribrorum, chiroſcopi, metopoſcopi, & Necyomantæ. Horum inſtrumenta, lucerna, peluia, aqua, pila, lapilli, ſurculi, & huiuſmodi; quibus inhalatis, ad carminum incantamenta, quæ dictæ epodæ, deſcendebant; tùm diræ preces concipiebantur. Digitis pectinatim inter ſe implexis precabantur, quod veteres in ſacris aliis omnibus, votiſque prohibuerunt. Mulieres his ſacris famoſæ. Illæ dictæ excantationes. Quibus additæ defixiones, & ſortes; quæ omia plerumque per euocationem facta.

Digiti pectinatim iuncti in ſacris magicis.

Magica incantatio triplex.

Euocationes quæ. Euocati qui.

Euocationes fiebant ad ſepulcra. Aduocabatur Luna, Triuiaque, Manium potens, Mercurius, carminum vector, Illexque animi Venus; omnes veris ſuis nominibus ciebantur. Quod certo, & tempeſtiuo tempore fiebat; quinta decima Luna, & nouilunio, ſeu ſilente Luna.

Defixiones veneficiorũ genus.

Defixiones, veneficiorum genus, hominum exitium portendens; cuius ritum innuit Tacitus, ſecundo Annalium. *Reperiebantur* (inquit) *ſolo, ac parietibus eruta humanorum corporum reliquia, carmina, & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis litteris inſculptum, ſeminſti cineres, aliaque malefica, queis creditur animas numinibus infernis ſacrari.*

Sortes priuatæ.

Sortes, vel priuatæ, vel publicæ: priuatæ quibus inquirebant aliquid. In his potentes fuerunt, vates ignium, cribrorum, circulorum (verè præſtigiatores), qui verbis nitebantur ſine ſacris. Per ſitulam ſortitio fiebat, quæ aqua plena adferebatur, in eam coniiciebantur ſortes, è duriore aliqua materia; quarum prima foras exiens vincebat.

Sortes per ſitulam

Sortes publicæ.

Sortes publicæ fuere, oracula: Aliæ verò ducebantur ex arca ad mentem Deorum indagandam, commoto alueolo, ſortitione facta.

Deorum voluntas quomodo inueſtigata.

Deorum voluntas, vt extis, & ſortibus impetrito (impetrire eſt Augurali diſciplina litare in ſacrificiis) inquirebatur; ſic voto illa expoſcebatur; cui tunc locus, cùm ſpes nulla.

Vota publica à quibus nũcupata.

Votum publicum præeunte Pontifice Maximo Conſul nuncupabat in maximo Reipublicæ diſcrimine. Ver ſacrum de Senatus ſententia, populique iuſſu vouebatur, vt quodcunque pecus vere proximo naſceretur inter Kalendas Martias, & Kalendas Maias, ſe Diis immolaturos vouerent. Pro ſalute Principis deinde vota concepta; cùm Kalendis ipſis in acta illius iurabatur in illius domo. Summa votorum hæc: *Imperatoribus vita prolixa; Imperium ſecurum; domus tuta; exercitus fortis; Senatus fidelis; populus probus, orbis quietus* Hæc votorum nuncupatio vel in Principiis, vel in Capitolio: illa in caſtris: altera in vrbe: illa curante commilitonum pietate circa Principis ſalutem, hæc Pontifice præeunte. Libra auri probi excocti in votis ſolemnibus, ſtrenarum loco offerebatur. Precatio, quæ in omnibus ſacris vſurpata, eſt oratio, qua, quid Diis commendabatur; quæ vel impetrita, vel depulſoria, vel commendatoria. Impetrita, qua Deorum voluntas extis, vel ſortibus inquirebatur. Depulſoria, qua Deos Auerruncos precabantur hac formula. *Te precor, queſoque vti ſis volens, propitius mihi, familiaque noſtræ, vt ita morbos viſos, inuiſoſque, viduertatem, vaſtitudinemque, calamitates, intemperantiaſque prohibeſſis, defendas, auerrunceſque,*

Ver ſacrum.

Vota pro ſalute Principis.

Strena in ſacris.

Precatio in ſacris quæ.

Depulſoria precatio.

Commendatoria oratio.

Commendatoria erat, in qua Deorum numini Reipublicæ fortunam in aduerſis committebant, quod fiebat, vel obſecratione, vel precatione. Obſecratio certis precationibus à ſummis magiſtratibus fiebat, & ne quid verborum prætermitteretur, aut præpoſterè diceretur, ſcripto præibat aliquis; alius præponebatur, qui *fauere linguis* iuberet: Tibicen canebat, ne quid aliud exaudiretur. Hæc obſecratio facta in templis, vt Dij exitium ab vrbe arcerent. Et quia obligabantur ij, quos obſecrabant, ad id præſtandum, quod petebatur, ideo petentes dicebantur obſecrare, obſecrati verò reſecrare, vt ſoluerentur religione; ita populus obſecratus, in comitiis iubebat, petentem reſecrare, ne liberum ſibi adimeretur ſuffragium.

Obſecratio quæ.

Obſecratio vbi facta.

Obſecrare reſecrare quid.

Precationes quæ

Precationes eæ dicuntur, quæ in libris Sacerdotum habentur, quorum formulæ variæ, pro varietate Deorum.

Deuotio quæ quotuplex.

Deuotio coacta.

Deuotio voluntaria.

Deuotio duplex, coacta, & voluntaria: coacta ex libris fatalibus, vel Aruſpicum reſponſis, vt cùm Senatus Conſulto in foro Boario viui aliquando defoſſi ſunt. Voluntaria, Diis expoſtulantibus, hominum in Rempublicam vel Principem obſequia. Harum exempla paſſim in hiſtoriis. Ex Liuio deuotionis ritum Curtij elicimus, Capitolium intuentis, manus nunc in cœlum, nunc in patentes terræ hiatus ad Deos Manes porrigentis, Pontifice precationem præeunte: huius formulam lege in Liuio *libro* 8.

Gratulatio quæ, & quomodo, & cui.

Gratulatio εὐχαριστία, eſt gratiarum actio, qua Deos venerabãtur, vel ob voti ſolutionẽ, vel ob publicam lætitiam, vel ob bellum proſperè geſtum. In gratulationibus (ex Tullio) mentum Herculis oſculari ſolebant; Ob votum, cum redderetur, propriè Gratulatio: Ob liberalitatem, Primitiæ: Ob bellum proſperè geſtum, Supplicatio.

Vitulatio

Vitulatio in ſolemnibus ludis,& inſperata priuatorum lætitia, Græcè dicitur παιανίζειν Vitulatio propriè in victoria parta,dum non in bello ciuili.

Supplicatio, ad puluinaria quando, & cur.

Supplicatio ad puluinaria in rebus aduerſis edicebatur etiam cum lacrymis ad placandos Deos, aut ad prodigia procuranda, & morbos auertendos. Aliquando etiam in principiis bellorum hæc decreta. Ob prodigiorum ſupplicationem decreto Pontificum ſupplicatio indicebatur, cuius ritum Liuius deſcripſit *lib.3. & lib.27.* Ad morbos expellendos,procurante Collegio Decemuirorum, ſi libros adiiſſent, aut per compita,tota vrbe, aut circa puluinaria, aut per omnia fora, & concilia ſupplicatum per triduum, vel biduum. Atque in his purè, caſteque à matronis ſacrificatum; hæ ſupplicabant quandoque manibus amplexæ, & coronatæ, hymnos certis carminibus conceptis modulantes

Adoratio quid.

Adoratio, eſt cum præſentia numina alloquimur. Adorare, eſt, ad os orare, quæ geſtu, aliquo deſignatur, vt oſculo, manus extenſione, corporis inuerſione dextrorſum, genu inflexione, capite operto, præterquam Honori, & Saturno. In ſummis periculis, procumbere, ſupplicum fuit, limina oſculari, caput allidere, ad aram repere, crinibus templa vertere, & huiuſmodi.

Conſecratio duplex. Conſecratio honoris quæ.

Conſecratio omnis, aut ad honorem pertinet, aut ad contumeliam; vtraque aut ad res, aut ad perſonas refertur. Quæ honoris fuit, reſpicit aut Deos, aut ex hominibus ſacerdotes, principes, priuatos. in

ἀποθέωσις. Inauguratio. Deuotio.

Deos relatio, ἀποθέωσις, principum erat. Inauguratio, ſacerdotum. Deuotio, priuatorum. Quæ Deorum fuit, illa in ſtatuis, & imaginibus perficiebatur. Ad res ſpectat,

Conſecratio rerum. Conſecratio contumeliæ

mobilium, aut immobilium Dedicatio. Conſecratio, quæ contumeliam adferebat, rerum etiam eſt, aut hominum, qui in leges peccarunt.

Idolorum conſecratio quæ.

In Idolorum conſecratione tria exigebantur, ornatus, conſecratio, & oratio. Primùm enim adornabant Idolum varia ſuppellectile, & precioſa, vt animum multitudinis pellicerent; ſic exornatum conſecrabant; vnde dies dedicationis celebris apud illos. Verba concepta illius periere cum libris Sibyl-

Conſecratio ad contumeliá ad quos.

linis. Conſecratio ad contumeliam extendebatur ad hoſtes, & ad ciues, quæ à Tribuno plebis fiebat, capite velato, aduocata concione, foculo poſito pro roſtris, Pontifice verba præeunte, adhibito tibicine, qui cum Tribunum obteſtaretur, Tribunus preces, & priſca verba efferebat, bonaque Deo alicui, Deæve addicebat. Atque hoc eſt

Hominum conſecratio. Deuotio.

eſſe ſacroſanctum. Hominum conſecratio, ſeu potiùs execratio dicta deuotio, quæ non ad priuatos ſolum, vel hoſtes, ſed ad impios quoque Imperatores porrecta.

Poſt ſacrificium quid.

Sacrificio peracto, cœna ſemper parata, & ad extra familiares, aut conuiuas ſibi ſacrificans quærebat. Epulatum celeberrimæ in Capitolio Ioui, in lectulo; Iunoni, Mineruæque in ſellis conſtitutis, & populo denuntiabantur à ſacerdotibus pridie, quàm celebrarentur. Hic locus dictus cœnatio, ad quam Triumuiri epulones inſtituti ad hoc ſacrificium epulare peragendum. Aliud epulum Herculis celeberrimum, quod tibia publicabatur, vt Iouis; Hoc tanto ſumptu fiebat, vt Herculanarum decimarum,& polluctorum impenſas ſuperaret. Hinc dictum Plauto, Pollucibiliter obſonare, id eſt. opipare epulari. Pollucebant eſculenta, & poculenta omnibus Diis, & potiſſimum Ioui Dapali, & Herculi; nam pollucere dapem, eſt illam ſine contagione profanare id eſt, ſacro eximere, & populo exponere. Mercurio pollucebant mercatores, & ſæpiùs Herculi.

Cœnatio in ſacris.

Pollucere cui datum.

Pollucere quid.

Sacrorum miniſtri Popæ,& victimarij. Popæ hoſtias mactabant. Victimarius illas apparabat, cultrum, aquam, ignem, molam, & huiuſmodi.

Miniſtri ſacrorum.

Sympulatrices fœminæ dicebantur rebus diuinis deditæ, à Simpuuio vaſe, quo vinum in ſacrificiis libabatur, vt notat Roſinus.

Sympulatrices fœminæ.

Scaphia dicebantur ea Inſtrumenta,quibus Soli appoſitis ignem concipiebant ad reſtaurandum eum, qui Veſtalium incuria erat extinctus, Roſinus.

Scaphia.

Vaſa, & inſtrumenta ſacrorum nulla domus non habebat, quæ paulò locupletior. Hæc, Anciabrum, Patella, Armilium, Atanuuium, Calices, Præfericulum, &c. quæ dicuntur à Feſto. Aquiminale, item Simpuuium, Capedines, Hydriæ, Crateres,Canthari, Scyphi, Briæ,extaris Olla.

Vaſa ſacrorum.

Cætera ſupellex ſacrorum ad Pontifices ſpectabat, Acceres, Dolabra, vel Securis; Seceſpita, Mallei enim, culrrique Popæ fuerunt, & Victimarij. Aquiminarium vas luſtrale; Aſperſorium, quo populus luſtrabatur: Diſci, in quibus exta hoſtiarum recipiebantur; Magmentarium,in quo Proficiæ referebantur Infulæ hoſtiarum,& alia innumera, quibus ſuperſedeo.

Aquiminarium. Aſperſoriū. Diſcus. Magmentarium.

Re vero diuina, & ſacrificio peracto, ſacrificulus ſucclamabat, *Ilicet*, qua voce illos, qui interfuerant, miſſos faciebat, quod & dictum ſemper in fine tranſactæ rei, ſic Iudices de conſilio dimittebantur, per præconem, dicto *Ilicet*, & *Senatores*, addendo, *Nemo vos moratur.*

Ilicet à perfecto ſacro dictum.

Peracta verò re diuina, conuerſus ad plebem ſacerdos dicebat λαοῖς ἄφεσις, id eſt, *populi miſſio*, vt apud Apuleium *libro* 6. hinc fortaſſe dicta noſtra Miſſa, in cuius fine Sacerdos profatur, *Ite Miſſa eſt*, id eſt *Ilicet*, Ire licèt, & *Miſſa* dicitur pro, *Miſſio*, id eſt, dimiſſio; quod olim bis repetitum in ſacro, cui intererant Catechumeni, Deſerti, & Pœnitentes, ſemel ante conſecrationem, & fractionem, cum Diaconus ita proclamabat: *Si quis eſt Catechumenus, exeat; Ite Miſſa eſt.* Iterum in fine cum cæteri dimittebantur, quod hodie quoque vſu receptum,& ego tibi exclamo,Ilicet. Miſſa eſt: Nemo te moratur.

Ite Miſſa eſt quid.

Alij, veriùs fortaſſe, hoc vocabulum *Miſſa*, non à Græcis, ſed à Iudæis acceptum ferunt: neque enim veriſimile eſt à recedendi facultate, nomen ſacrificio huic inditum.

inditum. Græci enim non *ἄφεσιν*, ſed Liturgiam *λειτουργίαν*, id appellant, quod Hebraicè, *Miſſa*. Deuteronom. capite decimo ſexto. *Et celebrabis diem feſtum hebdomadarum Domino Deo tuo, Miſſa*, id eſt, *oblationem ſpontaneam manus tuæ*. Vide Alciati Parerga, *libro ſeptimo, capite decimo*. In fine ergo dicitur, *Ite Miſſa eſt*, id eſt *Ilicet, oblatum eſt*.

Denariæ cæremoniæ quæ.

Denarias cæremonias, refert Feſtus, eas fuiſſe, quibus, ſacra aditutis decem diebus certis quibuſdam rebus carendum erat. Sic & Tricenariæ cæremoniæ dicebantur. Ne verò ſacra vitiarentur, priſca ſuperſtitione ſcæua verba non prolata. Hinc, *mactare*, pro occidere, *adolere*, pro incendere, *fuiſſe, obiiſſe*, pro, mortuum eſſe. Mactare enim eſt augere, vnde ſacris operantes, vinum libabant. *Macte hoc vino inferiis eſto*, proferentes. Hæc, & alia alibi ego, leuiter. Alij melius, copioſius. Hymnorum genera; tria refert Rhodiginus *libro ſexto, capite ſexto*, Proſodion, Hyporchema, Staſimon. Proſodion, ſiue *λιτανεία* ſupplicatio cum hymno, vbi Deos adirent, ac ſacrificarent. Hyporchemata à ſaltantibus cantabantur in altaris ambitu, vbi iam igni admota eſſent ſacra. Staſima vocabant, cum quieſcentes canerent.

Scæua verba à ſacris remota.

Hymnorum genera tria. Proſodion. Hyporchema. Staſimon.

Oculus, qui variè ſe inflectit, intentè nihil videt; ſic mens, quæ auocatur: certa amittuntur, dum incerta inueſtigantur. Ego his ſacris non initiatus, myſtica huiuſmodi tantum per tranſennam inſpexi, quæ ex vſu magis, quam in vſu. O ego pepone inſulſior, qui hæc tibi inculco, trita magis, ac nota tuis digitis. Amor obſequioſus nimis me cicada reddit vocaliorem; Quænam verò conſpirantis Genij virgula nos coniunxit? quæ non fortuna dicam, ſed ſympathia? iiſdem ſacris ferme operati, vt paria faceremus omnia.

MARIO IVSTINIANO Epiſcopo Veronenſi.

SYNOPSIS IV.

DE MAGISTRATIBVS Romanorum.

§. I.

MAGISTRATVS QVI Maiores, Minores, Ordinarij, Extraordinarij, Vrbani, Prouinciales; atque eorum Miniſtri.

Magiſtratus quid. Magiſtratuū Romanorum diuiſio.

MAGISTRATVS eſt ius, tituluſque ſupra cæteros, lege, aut more conceſſum.

Magiſtratuum Romanorum alij vrbani, alij prouinciales; Vrbanorum alij maiores, alij minores. Vtrorumque alij ordinarij, alij extraordinarij.

Magiſtratus vrbani, maiores, ordinarij fuerunt, Rex, Præfectus, Conſules, Cenſores, Prætores, Imperatores, Cæſares donati Tribunitia poteſtate, Principes iuuentutis, & Præfectus Vrbis.

Magiſtratus vrbani maiores ordinarij.

Maiores extra ordinem, Præfectus vrbis, abſente ordinario Magiſtratu, Dictator, Magiſter equitum, Decemuiri legibus ſcribendis, Tribuni militum conſulari poteſtate, Triumuirique Reipublicæ conſtituendæ.

Magiſtratus vrbani maiores extra ordinem.

Minores ordinarij fuere, Quæſtores Vrbani; vel Ærarij, Tribuni plebis, Ædiles plebis, Ædiles Curules Cereales, Triumuiri, Præfecti; Magiſtri, Curatores, Aduocati, &c.

Magiſtratus minores ordinarij.

Minores extra ordinem, Duumuiri perduellionis, menſarij, nauales, Præfectus annonæ. Extra vrbem magiſtratus, ſeu prouinciales, ſunt Proconſules, Proprætores, Legati Proconſulum, Proprætorum, Quæſtores prouinciales, Præfectus Ægypti, Quinqueuiri, 7. viri.

Miniſtri Magiſtratuum erant Scribæ, Adcenſi, Præcones, Lictores, Viatores, Carnifices, &c.

Miniſtri Magiſtratuum.

Maiores dicebantur, quorum omnia erant auſpicia, quique comitiis Centuriatis creabantur, & ius coërcendi, & mulctandi habebant.

Maiores magiſtratus qui.

Ordinarij dicebantur, qui ſingulis annis & legibus, inſtitutoque ſolemni creabantur, quorum alij curules, hoc eſt, quibus ius ſellæ: hi erant Dictator, Conſules, Cenſor, Prætor, Ædilis curulis.

Ordinarij magiſtratus qui.

Prima dignitas Romæ fuit Regia cum Vrbe nata, quæ per ſeptem Reges propagata annis CCXLIII. Defuncto Rege, Interrex creabatur: deinde ſiue ciuis, ſiue aduena, per Senatum Rex legebatur, populo ſciſcente; Cuius inſignia erant purpura, ſella curulis, trecenti lecti iuuenes dicti Celeres, cum duodecim lictoribus præcedentibus cum faſcibus, & ſecuribus. Hi Celeres ſuffragiis Curiarum creati, miniſterio Regis, diuiſi in tres Centurias, quarum ſingulæ ſuum Centurionem habebant; & omnium Celerum vnus Præfectus dictus Tribunus, ſeu Præfectus Celerum, qui ſecundum à Rege locum tenebat, vt Magiſter equitum à Dictatore.

Regia poteſtas prima dignitas.

Interrex.

Celeres qui.

Tribunus Celerum.

§. II.

DE SENATV ROMANO.

SEnatus à ſenibus nomen habuit, in quibus ſummum conſilium, ſummaque prudentia reperitur; vt enim Lacedæmone Geruſia 30. viris conſtans, Athenis Areopagus, ita Romæ Romulus primus Rex centum ex ſenioribus Senatores legit, quorum conſilio omnia egit, *Patreſque* vocauit; quorum filij *patricij* dicti *maiorum gen-*

Senatus vnde dictus.

tium

Plebeij cõmendati in clientelam Senatoribus. Centum Senatores à Tarquinio Priſco lecti. Numerus Senatorum trecentorum. Numerus incertus Senatorum.

tium ; plebem verò in Tribus diſpertiuit, Tribus in Curias, quam centum illis Senatoribus in clientelam commendauit, vt quiſque plebeius patronum ſuum Senatorem eligeret. Sine horum Senatorum auctoritate nil agebat Romulus ; & in Interregno vrbem hi adminiſtrabant. Tarquinius Priſcus alios centum legit, qui vocati *Patricij minorum gentium*. Brutus numerum auxit trecentorum, lectis è primoribus ordinis equeſtris; hique vocati *Patres Conſcripti* ; & *Patres minorum gentium*. Hic numerus diu manſit, nulluſque niſi in demortui locum, ſubrogatus, quinto quoque anno, per Cenſores. Demùm numerus incertus factus, auctuſque quàm maximè à I. Cæſare. Auguſtus, rejectis indignis, Senatorium ordinem in priſtinum redegit ſplendorem.

Senatorum genera quatuor.

Senatorum genera quatuor recenſentur ; Patriciorum, Conſcriptorum, Allectorum, Pedariorum.

Patricij Senatores qui. Conſcripti Senatores.

Patricij dicti ij omnes, centum maiorum. At minorum gentium, qui poſt L. Bruti inſtitutionem, patricij generis à Senatoribus oriebantur, quique Coſſ. Cenſorúmve decretis in Senatum lecti, dicti, *Conſcripti*.

Allecti Senatores.

Allecti Senatores, ex Feſto, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in Senatum fuiſſent electi: cum bellorum ciuilium ſtrage exhauſtus eſſet Senatum.

Pedarij Senatores.

Pedarij, qui non habebant ſententiæ dictionem in Senatu, ſed in aliorum ſententiam pedibus ibant.

Senatorum ætas 45. ann.

Senatorum ætas olim ſenior, vt magis prudentiam præſeferret, anno ætatis 45. apud Athenienſes anno 50. ætatis, vt colligitur ex oratione Æſchinis contra Cteſiphontem : illa enim ætas Conſularis. Hac lege ſoluti, vel qui Curulem magiſtratum geſſiſſent, vel qui Ædilis, vel Tribunus, vel Prætor, vel Quæſtor fuiſſet, vel qui ciuicam coronam recepiſſet, vel ob egregiam animi indolem id ſibi promeruiſſet. Nulli verò imperium, aut exercitus datus, qui in albo Senatorum non fuiſſet aſcriptus.

Ordo ſententiæ dicendæ in Senatu.

Sententiam dicebant primi Senatores ſeniores à Coſſ. vel Prætoribus, atque ita deinceps, vt rariſſimè iuniores dicerent, ſed in aliorum ſententiam diſcederent.

Veſtis Senatorum.

Veſtia Senatorum, & patriciorum fuit toga purpurea ; hæc eadem fuit & magiſtratuum : dicebatur veſtis Senatoria, *Latus clauus*, ob tunicam latis clauis conſutam : contra verò Equitum erat anguſtis clauis : illam deponebant Senatores in luctu publico, anulos verò Equites.

Togam prætextam qui ferre poſſent.

Togam purpura prætextam ferre poterant quinque hominum genera ; Magiſtratus, pueri Senatorum, Senatores, Sacerdotes in ſacrificiis publicis, poſtremò triumphantes.

Toga picta, & Scipio eburneus permiſſus egregiis Senatoribus.

Toga demum picta, & ſcipio eburneus maximis Senatoribus olim permiſſus. Lunati calcei præterea erant patriciorum Romanorum; huius cauſam lege io Plutarchi problem.

Puerorum patriciorum inſignia.

Puerorum patriciorum inſignia erant ; toga prætexta, bulla aurea, collo appenſa ante pectus ; quam anno 16. ætatis Diis Laribus dicabant, prætextamque in togam mutabant.

Cenſus Senatorius.

Cenſus Senatorius olim nullus ; deinde creſcente luxu, poſt Africam deuictam cum multi ad hanc dignitatem Senatoriam aſpirarent, inſtitutum eſt, vt nequis deinceps in Senatorum ordinem cooptaretur, niſi qui Romanus eques ante factus fuiſſet, cenſumque equeſtrem duplicaſſet.

Cenſus equeſtris.

Equeſter cenſus erant quadraginta millia ſeſtertia, id eſt, decem aureorum millia : viginti verò Senatorius. Auguſtus adhuc triplicauit.

Senatorum dignitas.

Senatorum dignitas maxima, penes quos ſemper Reſpublica ſumma erat, vt nec Reges quidem, aut Coſſ. aut Dictatores, aut alius quiſpiam magiſtratus, inconſulto Senatu, quippiam moliretur.

Senatorum inſignia. Gentilitatis ius Senatorum.

Senatorum inſignia tria erant, veſtis, hoc eſt, tunica lati claui, ius ſpectandi in orcheſtra, & publicè epulandi facultas in templis. Demum Senatores ſoli gentilitatis ius eorumque filij obtinebant, vt Cornelij Fabij, Valerij, gentiles omnes erant: nos dicimus, ex eadem familia.

Senatus auctoritas.

Senatus auctoritas Romæ tanta fuit, vt omnia iuris publici poteſtas penes Senatum fuerit ; quamuis enim P. R. aut Tribuni plebis aliquid fortè decernerent ; non tamen illa prius rata habebantur, quàm Senatus approbaſſet, vel Senatus auctor fuiſſet. Quin etiam vltra publici iuris adminiſtrationem, illa quatuor grauiſſima penes Senatum ſemper extitere, ſine intercesſione plebis, aut Tribuni.

Quatuor iura Senatorũ.

Primum, vt legati ex huius Ordinis auctoritate legerentur. Alterum, vt quibuſcumque vellet, prouincias adminiſtrandas præberet, idque Senatoribus tantum, ſiue eæ eſſent Conſulares, ſiue Prætoriæ. Tertium, vt Imperatores ad bella gerenda deligeret, niſi fortè Senatorum ſententiæ inter ſe diſcreparent ; tunc enim ad populum prouocabant ; & quem populus, Tribuno plebis ferente, Imperatorem popoſciſſet, Senatus confirmabat. Quartum, vt ærarij diſpenſationem haberet, ad quem Quæſtores, & vrbani, & prouinciales pecuniæ publicæ rationem ferebant.

Ærarium Romanum vbi. Ærarium ſanctius vbi.

Ærarium verò in arce Capitolij erat in Æde Saturni, vbi non tantum pecuniæ, ſed & leges, Senatuſconſulta, actaque publica ſeruabantur : in cuius interiori parte templi erat ærarium ſanctius, ad vltimoa Reipublicæ caſus reſeruatum.

Princeps Senatus.

Princeps Senatus quinto quoque anno per Cenſores is legebatur, qui ampliſſimis honoribus eſſet perfunctus, & rerum geſtarum gloria magnoperè floruiſſet. Hic primus ſententiam dicebat in Senatu.

Officium Senatoris.

Officium autem Senatoris erat ſtatuere de iure ciuitatis, & Reipublicæ in prouinciis decernendis, in eligendis Imperatoribus, in mandandis exercitibus, in legationibus mittendis, & admittendis, in legibus ferendis, & abrogandis, in fœderibus faciendis, de bello, de pace, de ſupplicationibus, de triumphis decernendis.

Senatores

Senatores à quibus lecti.

Senatores primò lecti à Regibus: exactis Regibus, à Coſſ. tum hoc munus ad Cenſores delatum, qui quinto quoque anno aut reiiciebant indignos, aut in demortuorum locum ſubrogabant. Interdum tamen per Dictatorem, aut Triumuiros lecti, vel per fauorem, & gratiam ex Equeſtri ordine, qui putabatur ſeminarium Senatorum. Multoque ante Senatores creabantur, quàm in Senatum legerentur. Auguſtus verò ad priſtinam dignitatem hunc Ordinem reuocauit.

Senatores ante creati quam in Senatum lecti.

Auguſtus Senatoriam dignitatem reſtituit.

Senatum habere poterant, more maiorum, Dictatores, Coſſ. Prætores, Tribunus plebis, Interrex, Præfectus vrbis; extraordinario iure Tribuni militum & Decemuiri, Triumuiri Reipublicæ conſtituendæ.

Senatum habere qui poterant.

Senatorum abſentium pœna.

Senatores quando cogi non poterant venire in Senatum.

Ante Senatum, ſacrum.

Loca habendi Senatus.

Curia cur dicta.

Senatori Senatum non adeunti pignus capiebatur, mulcta irrogabatur; dum ſexageſimum non excederet annum. Duabus verò de cauſis cogi non poterant Senatores venire in Senatum: primò cum de triumpho alicui concedendo, vel denegando tractaretur; deinde cum ſupplicatio decernenda eſſet. Qui Senatum habiturus eſſet prius hoſtiam immolabat, auſpiciumque capere conſueuerat. Auguſtus inſtituit, vt quiſque Senator, cum in Curiam ingreſſus eſſet, antequam conſideret, thure, ac mero ſupplicaret, apud aram eius Dei, in cuius templo Senatus haberetur; Senatus enim habitus in loco per Augures conſtituto, quod vocabatur templum, & Curia, à publicorum curâ. Hæc, vel Hoſtilia, vel Pompeia, vel Iulia. Præterea habebatur Senatus in Capitolio, in Æde Iouis Statoris, Caſtoris, Apollinis, Telluris, Concordiæ, Bellonæ, & denique in æde qualibet augurato condita, quæ templa dicebantur. Senacula, hæc quoque dicta, vbi Senatus habebatur. Proprius tamen Curiæ locus, & frequentior fuit Ædes Concordiæ, & Iouis Capitolini.

Senaculum.

Tempus habendi Senatum.

Ante Solis exortum, poſt eiuſdem occaſum Senatus haberi non poterat, neque Feſtis diebus, neque Comitialibus, neque ludis publicis; ſed tantùm diebus faſtis; niſi forte res aliqua grauior accidiſſet. Vacabat præterea Senatus ab Idibus Sextilibus per tres ferè menſes ad Nouembrem vſque, quod oſtendit Suetonius *in Auguſto*.

Rogati ſententiam qui priores.

Rogabantur ſententiam, qui priores in Senatum à Cenſoribus lecti fuiſſent. Interdum etiam ætatis ratio habita; ſæpe etiam deſignati Coſſ. prius à Coſſ. vel ab eo, qui Senatum coëgiſſet, venia impetrata. Primus igitur locus ſententiæ dicendæ erat Conſularis. Secundus Prætorius. Tertius Ædilitius. Quartus Quæſtorius.

Diuidere ſententias quid.

Ire in alia omnia quid.

Quòd ſi ſententia plures complecteretur partes, diuidendam poſtulabant. Quoties verò alicui rei Senatus non aſſentiebatur, dicebatur. *Ite in alia omnia*, idque per Præconem dicentem, *Qui hoc cenſetis, illuc tranſite; qui alia omnia, in hanc partem.* Ire enim in alia omnia, eſt, diſſentire, & alicuius ſententiam improbare.

Senatuſconſulta tribus modis condita.

Senatuſconſulta, hoc eſt, patrum decreta, tribus modis confirmata, vel per ſententiæ dictionem, vel per diſceſſionem, vel per manua porrectionem; quod Vopiſcus, de Aureliano loquens, oſtendit: *Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verba conſentientibus, conditum eſt Senatuſconſultum.* Tribuni plebis aliquando intercedebant, ne Senatuſconſulta perſcriberentur, ante valuas poſitis ſubſelliis decreta patrum examinantes, quæ ſi approbaſſent, T littera ſubſcribebant.

Senatuſconſulta tacita.

Fuere & quædam Senatuſconſulta tacita, facta, remotis omnibus miniſtris, atque ipſiſmet manibus Senatorum perſcripta. Capitolinus, ait, vno die duo Senatuſconſulta perſcribi non potuiſſe. Hæc in Ædem Cereris ad Ædiles olim plebis delata: deinde ad Ærarium, vbi omnia acta publica aſſeruata. Finito Senatu dimittebatur illa Formula, clarè elata, *Nemo vos moratur.* Senatum mitto, Magiſtratus adeo, ac primò Coſſ.

Senatuſconſulta vbi aſſeruata.

---

§. III.

DE MAGISTRATIBVS Maioribus, ac primò de Conſulibus.

POſt Reges exactos anno V.C. 244. Conſulatis dignitas inſtituta, à conſulendo dicta. Primi Coſſ. Brutus, & Collatinus Romæ creati annui, à quibus anni numerati; donec Iulius Cæſar hunc ordinum perturbauit.

Conſulatus inſignia

Inſignia Conſulatus ſella curulis, in qua ius dicebant, trabea, ſeu purpurea prætexta, Lictores faſces cum ſecuri præferentes, initio viginti quatuor; quòd cum ægrè ferret populus, tantùm duodecim prælati faſces, alternis menſibus, vt priori menſe prior Coſſ. hoc eſt maior natu, poſteriori alter.

Conſulatus cuius ordinis.

Initio hæc dignitas non niſi in Patricios collata, ſed anno 387. plebeiis fuit communicata, plerumquè ex conuentione, alter plebeius, alter patricius. Anno tamen 581. vterque plebeius. Ita reliqui Magiſtratus plebi communicati, contra Romuli inſtitutum, patricios eſſe Magiſtratus iubentis.

Creati Coſſ. Comitiis Centuriatis.

Coſſ quando creati.

Ætas conſulatis.

Ætas legitima Conſulatis erat anno 43. more præcepto, gradatim per Quæſturam, per Tribunatum, ſeu Ædilitatem, per Præturam datam anno 40.

Conſulatum petere abſenti haud licitum.

Temporis intercapedo inter dignitates quanta.

Conſulatum petere haud licebat abſenti, quia candidatus petere tenebatur. Et inter Conſulatum, & Præturam biennium requirebatur, ſicuti inter Ædilitatem, & Præturam. Decennium verò inter eundem Magiſtratum.

Conſulum poteſtas.

Poteſtati Conſulum cæteri Magiſtratus ſubiecti, præter Tribunos plebis, pacis, bellique arbitrium, Regiam poteſtatem tenentium. Reſtricta tamen plurimùm, & ad Senatus arbitrium reuocata, & prouocationem permiſſa

Coss qui ſubiecti.

miſſa à Coss. ad plebem per Trib. pl. Ex conſularibus lecti Dictatores, & Magiſtri equitum.

Officia Coſſ. quæ.

Officia ergo Coss. hæc. 1. quia ſunt Reip. capita præter Trib. pl. omnes its ſubditi. 2. Militiæ ius ſummum habent. 3. Imperium io prouincias habent. 4. Ius conuocādi pop. habent, cum eo agendi, leges ferendi. 5. Litteras omnes à Præſidibus prouinciarum, & populis recipiunt, legatos audiunt, & quicquid in Senatu eſt agendum, conficiunt. 6. Vt Senatus res omnes tractabat, ita illi Senatum, eumque vocabant, & dimittebant.

Coss ingreſſus quis, quādo.

Kalendis Ianuariis conſulatum Coss. inibant. Domum eorum pop. & Senatus conueniebat, eóſque ſalutabat, deducebátque in Capitolium ſolemni pompa, vt vota conciperent, & ſingulos boues Ioui immolarent. A Capitolio in Senatum deducebantur, gratias illi actūri. Sportulas deinde amicis mittebant: in leges iurabant, vt reliqui magiſtratus. A Conſulibus anni numerabantur, vnde annuus fuit magiſtratus. A Cæſare hic numerus Coss. fuit perturbatus; qui verò Kalendis Ianu. Conſulatum inibant; eo die munia omnia conſulatus delibabant, veluti auſpicij cauſâ; ideò hic dies dictus Auſpicalis: auctoritas Coss. maxima tunc, cum Regiæ æquiparabatur, Senatuſconſulto, in hæc verba, *Viderent Coss. ne quid Reſp. detrimenti caperet*: quod factum cum maximum Reip. imminebat periculum, quâ auctoritate nulla maior illis permiſſa.

Coss. pompa in ingreſſu.

Anni numerati à Coss.

Auſpicalis dies qui. Coss. auctoritas maxima.

Coss. duplicis generis, alij veri, qui in faſtis notabantur, alij codicillares, & honorarij, ſeu non ordinarij vocabantur: Coss. Honorarij qui nullum cingulum geſtabant. Exconſul, & Expræfectus non minus codicillares dicebantur, quam ordinarij iam dudum dignitatibus perfuncti. Buleng. *de Imperio l. 2. c. 16.*

§. IV.

De Cenſoribus.

Cenſores qui & quando inſtituti.

CEnſores à cenſendo dicti, quod populum cenſerent primum inſtituti. Anno V. C. 310. quòd Coss. negotiorum mole obruti vacare cenſendis ciuibus non poſſent. Primi Cenſores creati, Papyrius, & Sempronius. Ceoſura erat de magiſtratibus maioribus, & ſine prouocatione. Eligebantur ad hanc duo tantùm viri, virtute, & auctoritate inſignes, vt plurimùm conſulares; quòd ſi alteruter è vita deceſſiſſet; nullus in demortui locum arrogabatur (infauſtiſſimum enim id habitum) collegam potius abire è Cenſura cogebant, vt gemini deouò eligerentur.

Cenſores quādo creati.

Creabantur quinto quoque anno. Mamertinus tamen Dictator anno V.C. 320. annuum reddidit, & ſemeſtrem: creati verò ſingulis quinquenniis, ſiue luſtris, & non io quinque annos.

Cenſorum inſignia.

Præter lictores, habebant eadem inſignia atque Conſules.

Cenſorum officia.

Officium Cenſorum erat deſcribere facultates cuiuſque ciuis, & obſeruare mores, & vitam ſingulorum hominum, Senatorum etiam, & Equitum; illos loco ſenatorio mouebant; hos equo & anulo priuabant; plebeij, ſi quid deliquiſſent, tribu mouebantur; ærarij fiebant, in Cæritum tabulas relati; quæ infamiæ nota non ſemper perpetua: interdum, vel à ſucceſſoribus vel à populo (re cognita) abrogata.

Cenſoria in Senatores. Cenſura in equites quæ. Plebeij trib. moti, & ærarij facti.

Cenſorū munus aliud.

Cenſorum prætetea munus erat addere tribus, tuere vrbis templa, vota nuncupare, vias, pontes, & alia, publica curare ædificia, elocare vectigalia, & fundos publicanis, precia ſacrificiorum præſcribere, leges condere, abrogare, cognoſcete de Matrimoniis, vacationibus militum, & huiuſmodi; præcipuè luſtrum condere. In campo Martio cenſebantur Ciues Romani. At in atrium Libertatis cenſores conueniebant, ac iudicabant.

Cenſus vbi factus.

§. V.

De Prætoribus.

PRætores olim dicti ſtrategi, quibus pareret exercitus; quod cæteris præirent, & Prætorium tabernaculum Imperatoris, Prætoriam portam, Prætoriam cohortem, vulgò ſcitum eſt. Varro *l. 4. de L. L.* in re militari Prætor dictus, qui præiret exercitui. Item Prætor qui præiret iure, & exercitu. Prætoria porta in caſtris appellatur, quâ exercitus in prælium educitur, quia initio Prætores erant, qui nunc Conſules, & ij bella adminiſtrabant, quorum tabernaculum quoque dicebatur Prætorium, ex Feſto.

Prætores qui, quando creati, & quomodo.

Prætores iiſdem auſpiciis creati, quibus Coss. ita dicti, quòd præeſſent, & præirent. inſtituti anno V. C. 386. duplici de cauſſa, vtilitatis, & æmulationis: Vtilitatis, quia, cum ſæpè Coss. bellis auocarentur neque eſſet in vrbe, qui ius diceret, ex vſu fuit, magiſtratum creare, qui huic muneri incumberet: Æmulationis, quia Patricij nouum honorem quæſiuere in locum erepti conſulatus. Vnus tantùm ab initio creatus. Inde anno 501. alter adiectus; ille inter ciues Præt. Vrbanus dictus, & Honoratus: alter inter ciues, & peregrinos controuerſias dirimebat, dictus Prætor Peregrinus. Creſcente verò Imperio, Sardiniæ, Siciliæ, additi duo, & duo Hiſpaniis, alius Galliæ Narbonenſi; & vſque ad 18 excreuère. Duo tantùm primi in vrbe remanebant. Inter quos hoc diſcrimen intercedebat; primò: quòd ſoli ciues Romani apud Vrbanum Præt. agere poterant: Peregrini non item. Deinde quòd apud Vrbanum lege ageretur, non autem apud Peregrinum. Demùm: quia Prętor Vrbanus edictum in albo proponebat, quibus de rebus ius ſuo anoo eſſet dicturus: alter verò non; ſed ex Vrbani edicto ius dicebat. Ad hæc Prætor Vrbanus, plus decem continuis diebus, Româ abeſſe non poterat, ipſique non ita. ſicuti Coss. ſed, vt

Prætores cur creati.

Prætor Vrbanus. Prætor Peregrinus.

Præt. 18. Diſcrimē inter Prætorē. Vrbanum, & Peregrinum.

Inferior magiſtratus notaretur, 6. tantummodo lictores cum faſcibus Romæ. In prouincia verò ſibi decreta, pro maieſtate Imperij etiam cum ſecuribus præibant 6. lictores.

Prætorum inſignia.

Inſignia Prætorum erant, prætexta, ſella curulis, haſta, & 6. lictores cum faſcibus, quæ in Capitolio Kalend. Ian. cum Coss. votis nuncupatis, accipiebant. Propria autem Prætorum inſignia erant, haſta, & gladius; illa ad iuriſdictionem, hic ad quæſtionem ſignificandam.

Officia Prætorum.

Prætoris Vrbani ius.

Prætoris Peregrini ius.

Officia Prætorum potiſſima, ludi, ſacra, Iuriſdictio, quæ duplex in priuatis, & publicis iudiciis: priuata iudicia, ideſt, res ciuiles, tractabant duo Prætores, Vrbanus, & Peregrinus. Publica & res criminales, reliqui omnes. Hoc vnum tamen noto, Prætorem Vrbanum nullo de crimine publico quæſiuiſſe; itaque neque Quæſitorem dictum; ſolùm de controuerſiis ciuilibus ad eum delatis ius dixiſſe, hoc eſt, iudices, & iudicij formulam, quam ſequerentur, dediſſe. Ideò in omnibus fermè eorum edictis hæc formula reperitur, *Iudicium dabo*; eiſque nouum ius condere, & vetus abrogare licuit.

Iudicij formula.

---

§. VI.

De Dictatore, & Magiſtro equitum, Decemviris, Triumviris, & Tribunis Militum.

Dictator qui.

Dictator ſic dictus, quod à Coss. diceretur, & cuius dicto omnes audientes eſſe deberent; & dictaret, quæ è Repub. eſſent: è Conſularibus legebatur à Conſule auſpicatò, non populi ſuffragio, ſed Senatu iubente.

Cauſſa Dictatores legendi.

Cauſſa eligendi Dictatores varia. Vel ſeditio, aut metus grauis ab hoſte; conſulare enim imperium non tam graue, quia ab eo prouocatio ad populum, at non à Dictatore; vel claui figendi gratia; vel comitiorum, ludorum, ſenatus legendi, magiſtratus coërcendi.

Dictatoris poteſtas.

Poteſtas Dictatoris erat ampla domi, foriſque, ſine prouocatione; pacis, bellique arbitri: quo creato cæteri omnes magiſtratus ſe abdicabant, Tribunis tantùm exceptis. Præferebantur illi 24. faſces cum ſecuribus.

Dictatoris Imperium.

Imperium Dictatoris erat ſemeſtre ſolum, niſi vrgente neceſſitate in annum prorogaretur. Deinde extra Italiam cum Imperio ire illi non licebat. Demum equum aſcendere illi interdictum, niſi in bellum ituro. Quæ dignitas per 400. annos durauit, identidem permiſſa, donec ob Syllæ tyrannidem, & C. Cæſaris, è Repub. ſublata.

Magiſter equitum.

Magiſter equitum Dictatori erat, perinde, ac Regi Tribunus Celerum, ſiue Præfectus Prætorius Imperatoribus Cæſaribus. Magiſter equitum liberè à Dictatore legebatur è Conſularibus, aut Prætoriis, vt ſibi præſtò eſſet, & auxiliaretur; cuius inſignia erant, ſella curulis, prætexta, cum 6. lictoribus.

Decemviri qui.

Decemviri fuere ſummus Magiſtratus Romæ inſtitutus anno 301. abrogatis cæteris magiſtratibus, imperio Conſulari, ac planè Regio, ſine prouocatione, vt ex patriis moribus, & peregrinis legibus optima eligentes, iura populi Romani conſtituerent, Athenis, cæteriſque ex Vrbibus Græciæ, & Italiæ adſcitis; quorum Imperium penes vnum erat, cum faſcibus, reliquiſque Conſularibus inſignibus, & ſic viciſſim certis quibuſdam diebus; illi decem tabulas æreas legibus inſcriptas, in foro affixere. Sequenti anno duas addidere tabulas, hinc illæ 12. Tabulæ legum celeberrimæ. Tertio anno, ob Claudij ſcelus, & fœdus inter ſe pactum de Repub. opprimenda, abrogari illi, & Conſularis dignitas in priſtinum ſtatum reſtituta.

Decem tabulæ legum.

Tribuni mil. qui.

Tribuni militum, Conſulari poteſtate, anno 310. creati, ne Conſulatem dignitatem Patricij communicarent cum plebe; qui poſt aliquot annos, tres; mox, quatuor; tandem ſex creati, partim ex Patribus, partim ex plebe. Eadem illis inſignia, & auctoritas, quæ & Conſulibus.

Triumviri qui.

Triumviri Reipubl. conſtituendæ inſtituti, anno V.C. 710. poſt I. Cæſarem 23. vulneribus confoſſum. Triumviri fuere Cæſar Auguſtus, M. Antonius, & M. Lepidus, conſpirantes de Republ. ordinanda, in quinquennium inſtituuntur; donec Lepido exuto, M. Antonio fugato, Auguſtus rerum potitus ſolus Monarchiam adminiſtrauit Romanam.

Triumviratus qui.

---

§. VII.

De Magiſtratibus Minoribus.

Quæſtores qui.

QVæſtores dicti à quærenda pecunia publica, & maleficiorum quæſtione, quam Triumviri Capitales deinde quæſiuere: inſtituti primùm ſub Regibus. Libera verò Republ. iſti erant pecuniarij ad ærarium augendum, aucto pop. anno V.C. 269.

Quæſtores quot.

Quæſtores duo fuere initio; alter, qui pecuniam vrbanam curabat, ærariumque in æde Saturni cuſtodiebat. Alter qui externam. Alij deinde additi, qui peregrè pecuniam prouinciarum, & militarem adminiſtrarent, proficiſcentes cum Coss. ad bellum. Hic numerus auctus vſque ad 8. ad tractanda prouinciarum vectigalia. Demum ad 20.

Quæſtores prouinciaſ.

Quæſtura: primus magiſtratus.

Quæſtura in ordine primus erat magiſtratus, qui petebantur à iuuenibus, poſt exacta (vt quidam volunt) 20. ſtipendia, non ante annum ætatis 25.

Quæſtores ex quibus lecti.

Ex patriciis primùm creati Comitiis Curiatis, deinde etiam ex plebe, Tributis.

Quæſtorum officia.

Officia Quæſtoris vrbani.

Officia Quæſtoris vrbani erant, curam gerere ærarij, & vectigalium: in tabulas accepti, & expenſi referre: ſigna militaria ex ærario depromere, atque Conſules in expeditionem ituros mittere: Legatos hoſpitari, & munerari: ægrotos curare. Demortuis

tuis funus è publico facere. Apud Quæſtores vrbanos, Imperatores, triumphum petentes, iurabant, de veritate omnium ad Senatum ſcriptorum. Ad eos etiam ſpectabat prædas hoſtium vendere, pecuniamque in ærarium referre; aſſeruare Senatus Conſulta. Nullum tamen imperium, neque inſignia habebant, vt lictores, & huiuſmodi; & ad Prætorem à priuato in ius poterant vocari. Alij verò Quæſtores parricidij, vel rerum capitalium: alij Prouincialium, de quibus infra.

Quæſtores varij.

Tribuni plebis dicti, quod terni ex tribus tribubus Romanis, Lucerum, Ramnenſium, & Tatienſium olim ad exercitum mittebantur, ex Varrone: vel quod ex ſingulis ſinguli crearentur, quibus hi præeſſent. Vel à tributo pendeodo. Tribb. ergo plebis dicti, quod plebem tuerentur, vt Ephori apud Lacedæmonios. Seditione enim factâ à plebe, & ſeceſſione, ob fœneratorum licêtiam, & onera grauia, quibus plebs opprimebatur, hæc à patriciis extorſit, vt è plebeiis Tribuni plebis auctore Siccio, contra Conſulum Imperium, crearentur. A. V.C. 260. Tribuni plebis 5. lecti. Duplicatus deinde hic numerus A. C.V. 837. Ab his Tribunis plebis erat auxilij latio aduerſus Coſſ. & erat Magiſtratus ſacroſanctus, vt hunc vel vi, vel verbis violare, capitale fuerit: & magis creati ad impediendum, quàm ad agendum, intercedebant enim decretis Senatus, plebi nocituris. Quòd ſi vnus Trib. à cæteris diſſenſiſſet, aliorum conatus erat irritus. Hi poterant quemque arreptum in concionem protrahere; cogebántque ad interrogata reſpondere. Intercedendi poſtas illorum potiſſima; ſedebant enim ad Curiæ limen, & acta Senatus modò probabant, modò improbabant. Hique ſoli Conſulibus non parent, cum cæteri magiſtratus pareant: quin imò in ipſos Coſſ. ius habuêre, in carcerem detruſêre. Demum contra omnes magiſtratus intercedebant, excepto Dictatore: & ex Gellio *lib.* 13. Vocationem habent Coſſ. & cæteri, qui habent Imperium; prehenſionem Tribuni plebis & alij, qui habent viatorem; neque vocationem, neque prehenſionem Quæſtores, & cæteri deſtituti lictore, & viatore; Tribuni enim plebis inſtituti non iuri dicundo, ſed intercedendo: & quia Tribuni plebis domus, tanquam ara, omnibus peruia eſſe debebat, ideò eorum ædes ſemper apertæ. Non vltra mille paſſus ab vrbe ad Tribunos plebis prouocatio. Capitis diem dicebãt Dictatori, vel Coſſ. poſtquam abiêre magiſtratu. Senatus conſulta, quæ admittebant, littera T. ſubſcribebant, idest Tribuni. Inſignia illorum tantùm purpura, neque illis ab vrbe abeſſe licebat, extra quam illis nullum Imperium. Sub Sylla Dictatore hæc dignitas ceſſit, à Pompeio reſtituta, durauit vſque ad Conſtantinum Imperatorem, Imperatoréſque Tribunitia hac poteſtate ad plebem tuendam ornabantur.

Tribb. pl. qui.
Tribb. plebis vnde dicti.
Tribb. plebis quot.
Tribb. plebis poteſtas.
Tribb. pleb. Coſſ. non parent.
Tribb. pl. intercedebant
Tribb. plebis inſignia.
Vocationem habent Coſſ. Prehenſioné habent Tribuni pl.
Domus Tribuni plebis ſéper aperta. Subſcriptio Tribb. plebis T. Inſignia. Tribb. pl.

Ædiles Plebis dicti ſunt ab ædium cura; ſiue quòd ædes ſacras, priuatas curarent, ſiue quòd ædibus præeſſent, in quibus ſcita ſua plebs tenebat. Inſtituti Romæ A. V. C. 261. vna cum Tribunis pl. Plebs enim ſuos Tribunos nacta, amplius à patribus petiit, vt duos è plebe creare ſibi liceret, qui Tribunorum vel adminiſtri, vel adiutores eſſent, quique eas cauſas cognoſcerent, quas illi commiſiſſent; itaque hi primi Ædiles plebis appellati. Additi poſtea anno 368. duo ex patribus, qui ludorum cauſa præcipuè creati, & cum diſcrimine, Ædiles Curules appellati, quoniam ea ſella, honoris cauſa, vtebantur: priores enim tantùm in ſubſelliia ſedebant, vti & Tribuni, & Quæſtores; fuerunt Ædiles priùs creati Comitiis Curiatis, deinde Tributis.

Ædiles plebis quando inſtituti.
Ædiles plebis qui.

Officium Ædilium erat, tueri totam Vrbem, qui ea omnia curabant, quæ ad ornatum, aut ordinem Vrbis attinerent.

Ædilium pl. officia.

Primùm enim opera publica inſpiciebant, ac tuebantur templa Deorum.

Officium 1.

Secundò, incendiorum eis cura, & ne quod ab igne damnum.

Officium 2.

Tertiò, funerum, matrimoniorum, ſcortationum regimen, balneorum, aquæductuum, cloacarum, platearum, viarum; tum æſtimatio annonæ, & omnium venalium in foro, & curatio ludorum ſolemnium (non autem priuatorum cuiúſque familiæ) librorum, fabularúmque cenſura. Kalend. Ian. quemadmodum Prætores, edictum proponebant, quomodo de ſingulis controuerſiis ius eſſent dicturi.

Officium 3.

Tempus petendi hunc magiſtratum erat annus 27.

Tẽpus Ædilitatem petendi.

Ædilium igitur triplex ordo, videlicet, Plebeiorum, Curulium, demum Cerealium, hoc eſt, rei frumentariæ, à Cæſare inſtitutorum.

Ædil. plebis ordo triplex.

---

§. VIII.

De aliis Magiſtratibus vrbanis.

CVratores Tribuum erant, qui Tribuum commoda procurabant, perinde atque in vicis vicorum Magiſtri.

Curatores Tribuũ qui.

Triumuiri Capitales, ſeu Treſuiri, ſeu Treuiri, erat Magiſtratus trium hominum, qui carceres cuſtodiebant, & ad columnam Mæuiam ius dicebant de furibus, & ſeruis nequam. Hi octo lictores habebant ſibi miniſtrantes; creabantúrque Comitiis Tributis.

Triumuiri Capitales qui.

Triumuiri nocturni noctu excubabant arcendis incendiis; erat autem ſtatio publica circa portus, & muros diſpoſita, vnde (ſi opus) vocabantur; Auguſtus tamen maluit Præfecto vigilum cum cohortibus vti.

Triumuiri nocturni qui.

Triumuiri valetudinis, peſtis cauſa creati, nos dicimus, *Domini ſanitatis.*

Triumuiri valetudinis.

Triumuiri Monetales, præerant cudendæ monetæ.

Triumuiri monetales.

Quatuoruiri viarum curandarum, tuebantur vias, Cenſoribus, aliis in rebus, impeditis.

Quatuoruiri viarum.

Item quinqueuiri cis & vltra Tiberim.

Decemuiri litibus iudicandis, haſtæ

Decemviri litibus.

præerant, & Centumuiri litibus iudicandis; iudicia exercebant de litibus, dicta, Centumuiralia.

Præfecti ærarij qui. Præfecti ærarij cur instituti.

Præfecti ærarij fuerunt etiam ab Auguſto instituti hoc ratione, Cum ad Vrbis præſidium,& imperij,plures legiones eſſent alendæ, nec tot ſumptus Auguſto ſuppeterent; conſuluit Senatum de reditu quodam perpetuo,vnde citra vllius iniuriam ſtipendia, ac præmia militibus ſufficerent; ærarium militare aperuit, & cum pecunia à Regibus, & populis miſſa non ſufficeret,

Ærariũ militare quomodo institutum.

instituit, vt ratio hæreditatum, ac legatorum eò referretur, exceptis iis,quæ proximis cognatis, ac pauperibus relinquebantur. Huius ærarij tres Prætorij ſorte lecti ad triennium cuſtodes agebant, qui binis lictoribus,aliiſque miniſtris, vt opus eſſet, vterentur.

Ærarij militaris custodes.

Curatores operum publicorum; Curatores aluei Tiberis, & cloacarum; Curatores viarum ſingularum extra Vrbem ab Auguſto fuere instituti. Horum officia nominis vis indicat.

Curatores operum. Curatores varij.

Præfectus Prætorio dicebatur is, qui militibus iis præerat, quos Imperatores in ſui cuſtodiam allegerant. Institutus & ab Auguſto hic in locum Magiſtri equitum, & primùm ex equitibus; deinde,quia ex Præfectis Imperatores creari cœperunt, etiam Conſulares aſſumebantur, à quorum ſententiâ appellare non licebat. Quamprimùm Præfectus Prætorio eligebatur, dabatur ei ab Imperatore cingulum cum gladio. Hinc illa Traiani celeberrima vox, in dando hoc enſe Præfecto Prætorio. *Accipe hunc enſem,& ſi rectè, atque è Repub.imperauero,pro me; ſin ſecùs, in me vtare.*

Præf. Præt à quo institutus.

Cingulũ datum ab Imperatore Præfecto Prætorio.

Præfectus Prætorio eundem gradũ apud Imperatorem tenuit,quem apud Reges Tribunus Celerum, apud Dictatorem Magiſter equitum:de eius dignitate, & poteſtate videndus Buleng. de Imperat.Rom.*lib.3.c.*10.

Præfectus frumenti populo diuidundi. Præfectus vigilum. Curatores regionum Magiſtri vicorum Vrbis. Aduocati Fiſci. Duumuiri perduellionis. Quæſtores parricidij, vel rerum capitalium. Præfectus annonæ. Quinqueuiri menſarij. Triumuiri menſarij. Duumuiri nauales. Triumuiri,qui conquirerent iuuenes idoneos ad arma ferenda, militéſque facerent. Quinqueuiri turribus, muriſque conficiendis. Triumuiri legendi Senatus. Triumuiri recognoſcentes turmas equitum Romanorum. Fuerunt magiſtratus etiam alij ab Auguſto instituti, quorum officium nomen indicat; & hi erant magiſtratus extraordinarij, Comitiis Tributis creati.

Præfectus frumenti & alij.

Magiſtratus alij.

§. IX.

De Magiſtratibus Prouincialibus. De Proconſulibus.

Procoſſ. quot modis.

PRoconſules quatuor modis dicebantur; Primo ij, quibus vltra legitimum, & annuum tempus prorogatus magiſtratus fuit. Secundo ij, qui ex priuatis, vel ad gerendum bellum miſſi ſunt. Tertio, qui ex magiſtratu in prouincias ſunt profecti. Quarto qui, constitutâ Monarchiâ,à Senatu in prouincias eas, quæ populi fuerunt, miſſi ſunt. Primo modo P. Philo, bello Græcorum: ſecundo modo P. Cor. Scipio fuit factus Proconſul: illi prorogatum Imperium: huic datum, antequam vrbanum geſſiſſet. Tertiò, lege Sempronij, vſque ad tempora Auguſti, antequam noui Conſules, atque Prætores deſignarentur. Prouinciæ duæ Conſulares; & ſex, vel octo, vel plures Prætoriæ à Senatu futuris Conſulibus, & Prætoribus decernebantur, quas illi deſignati ſortiebantur, ita vt,finito annuo Magiſtratu vrbano, in eas proficiſcerentur;Conſules,in Conſolares; vnde Proconſules;Prætores in Prætorias, vnde Proprætores. Quod ſiqui non proximo anno à Conſulatu in Vrbe geſto, vel à Præturâ quinto, vel ſexto, vel alio, poſt, anno in prouincias proficiſcebantur, tum priuati ire dicebantur, nihil verò diſcrepabant ab ordinariis. De quarto dicemus paulò inferiùs.

Prouinciæ Conſulares quot. Prætoriæ Prouinciæ quot.

Procoſſ. qui prouincias adirent priuati.

Creabantur igitur non à populo, vel plebe, Centuriatis, vel Tributis Comitiis, vt de Philone, & Scipione legimus: ſed quando Comitiis Centuriatis Conſules in annum ſequentem deſignati erant, tum alter Conſulum, qui magiſtratum gerebat, ad Senatum, de Prouinciis referebat; quæ futuræ Conſulares erant, Conſulibus deſignatis decernebantur, vt eas vel ſortirentur, vel inter ſe conuenirent, vtram quiſque ex Conſulatu obtineret. Quo facto Conſulatus ſui tempore, quem Romæ gerebat, legem ad populum ferebat, per curias congregatum,de imperio militari (ſine quâ lege bellum gerere non poterat) tum prouinciæ S. C. ornabantur.

Procoſſ. quando, & a quibus creati.

Ornamenta erant latitudo Prouinciæ,magnitudo exercitus, ſtipendium in milites, viaticum in Legatos, & huiuſmodi. Ad viaticum pertinebat anulus aureus,qui magiſtratibus peregrè proficiſcentibus de publico dabatur, item veſtes, vaſa, vehicula, tabernacula, &c.

Ornamenta Procoſſ. & comitatus qualis. Viaticum quid.

Comitatus complectebatur, adiutores, miniſtros, & comites in vſum, & dignitatem: vt Legati, Tribb. mil. Centuriones, miniſtri omnes, vt Præcones, Lictores, Medici, &c.

Comitatus quis.

In prouincias ituri paludati exibant,nuncupatis prius votis in Capitolio pro Repub. Vbi verò in prouincias erant ingreſſi, obuiam facti a Proconſule decedente, ab eodem de prouinciæ ſtatu admonebantur, & initium tunc muneris prouincialis capeſſebant.

Prouincias adituri ſegſdas quid prius facerent.

Munus prouinciale erat diuiſum in poteſtatem, & imperium. Poteſtas fuit, facultas cognoſcendi: Imperium, exercitui imperandi, bellúmque gerendi, quorum alterum pacis, ſeu hyeme, deſtinatum Prætoriæ cognitioni: alterum belli, ſeu æſtati, reique militari; habebat etiam curationem rei frumentariæ, Tributorum, &c.

Munus prouinciale duplex. Poteſtas, & Imperium, & quid vtrũque.

De

Procoſs. prouinciam ſucceſſori quomodo dabat.
Procoſs. triūphum petituri iterum & ratione reddita ad-miniſtratæ prouinciæ.

De prouincia decedebat Proconſul anno terminato, non niſi Proconſule ſucceſſore veniente cui occurrebat, præſenſq; præſenti prouinciam, atque exercitum tradebat; ſin deceſſiſſet ante ſucceſſoris aduentū, Quæſtorem, aut Legatum relinquere tenebatur cum imperio. Quod ſi triumphum repoſcebat, ad Vrbem manebat; vt in æde Bellonæ Senatui vocato res à ſe geſtas exponeret, triumphúmque peteret. In Vrbe verò rationes deferebat ad ærarium, deque ſe benè meritos in beneficiis deferebat. Quod ſi malè prouinciam adminiſtraſſet, coërcebatur legibus & iudiciis peculatus, aut repetundarum.

Prouinciarū diuiſio ab Auguſto facta.

Auguſtus verò aliam prouinciarum adminiſtrationem inſtituit; potentiores enim & periculoſiores ſibi reſeruauit; populo verò infirmiores, & pacatiores tradidit adminiſtrandas.

Præfecti prouinciarū qui. [illegible]

Præfecti prouinciarum olim Prætores erant, ius prouincialibus dicentes, & ſi res cogeret bellum adminiſtrabant; quibus additi Coſs. & ita duo Rectores Prouinciarum erant Comitiis Centuriatis creati.

Prætorū inſignia, tēpus.

Prætorum inſignia, vt Vrbanorum, erant 6. faſces cum ſecuribus. Tempus ordinarium annuum; ſin prorogabatur Imperium, dicebantur Proprætores, ita qui ex priuatis ad bellum gerendum mittebantur, non autem ad prouinciam gubernandam. Præterea dicti Proprætores, qui Præturâ in vrbe geſta, ſub finem anni in prouincias profecti eis præfuerunt. Horum eadem poteſtas, quæ Coſs. ſed cum 6. tantùm Lictoribus, & minoribus prouinciis præerant. Auguſti tempore 4. Proprætores prouincias Imperatorias adminiſtrabant.

Proprætores dicti qui.

Legati duplices olim, eorū numerus, & alia.

Legati olim duplices, alij interpretes Senatus voluntatis, quam ad alios deferebant; alij Procoſs. & Proprætoribus à conſilio, & opera aſſidebant, & pro Conſule abſente, aut pro Prætore, ius habebant omne. Quod ſi Procoſs. aut Propræt. ſine ſucceſſore è prouincia diſceſſiſſet, Legatis adminiſtrationem permittebat. Numerus legatorum ad minus erat trium, & in eo habita ratio Prouinciæ, & belli.

Magiſtratus minores varij.

Erant præterea alij Magiſtratus, vt Ægypti Præfectus, Præfectus Præfecturarum, Triumviri, Quinqueviri, Septemviri Coloniæ deducendæ. 10. agris diuidundis; & alij huiuſmodi.

Quæſtorum, & Proprætorū dignitas, & officium.

Quæſtores prouinciales, ſeu Proprætores (præter Vrbanos, & alios, de quibus ſuprà) erant qui in prouincias cum Procoſs. ibant ſinguli, præterquam in Siciliam, quò bini mittebantur, Lylibæi, & Syracuſarum. Poteſtas horum erat publica pecunia, quam ex ærario à Trib. ærarij accipiebant, & curabant, & indè ſtipendia, viaticum, legatis, cohorti Prætoriæ, & exercitui ſuppeditabant, tum etiam tributa, portoria, &c. exigebant, Romámque mittebant.

Quæſtorum Miniſtri.
Quæſtorum inſignia.

Miniſtri horum erant, Scribæ ad conficiendas tabulas, lictores, viatores, quibus Vrbanus Quæſtor carebat. Habebant Quæſtores prætextam, & vocationem cum prehenſione; circumibant conuentus iuridi-

cundo; & quia hi à Procoſs. aut Propræt. prouinciam accipiebant, videbantur eſſe gradus inferioris.

---

§. X.

DE MINISTRIS *Magiſtratuum.*

Scribæ qui.

Scribæ fuerunt librarij, qui rationes publicas ſcribebant in tabulis; eo enim nomine magiſtratibus apparuerunt, vt rationes publicas, leges, actaque omnia in tabulas referrent, hi à Quæſtoribus mercedem apparitionis accipiebant. Cum verò multi in decuria eſſent Scribæ, factum eſt, vt in decurias multas ſint tranſlati, Quæſtoriorum, Ædilitiorum, Prætoriorum, prout ab iis eſſent lecti; hoc enim ius erat illorum Magiſtratuum.

Quæſtorem eundem eſſe ac Aſſeſſorem Zozimus ait, quem Græci vocabant *τᾶμα βασιλέως οἱ regis, Imperatoris.* Alamannus in notis ad Procopium.

Scribæ erant mercenarij homines: non tamen aditus ad maiores honores illis fuit interclusus: omnium verò infimæ dignitatis fuere nauales ſcribæ, quòd periculis eſſent etiam obnoxij.

Apparitores qui.

Apparitores Magiſtratuum erant, qui illorum imperio præſto erant, vt ſcribæ, accenſi, interpretes, &c. hæc autem munera libertis ferè ſuis Magiſtratus quiſque mandauit; ſcribarum tamen ordo ex ingenuis potius, quàm libertinis conſtabat, quia ex illis Prætores eligebantur, quod libertinis non licebat.

Accenſi qui.

Accenſi erant miniſtri Magiſtratuum qui accirent.

Interpretes qui.

Interpretes adhibebantur ad externorum populorum orationem interpretandam inter exteras gentes.

Præcones qui.

Præconum in ciuitate varius vſus: in auctionibus, vt ad haſtam ſtarent, & precia oblata nunciarent; in concionibus, vt audientiam facerent; in Comitiis magiſtratuum, vt tribus ad ineunda ſuffragia citarent, & eos qui renunciati erant, renunciarent; in legibus ferendis, vt, ſubijciente ſcriba, leges populo recitarent; in iudiciis, & quæſtionibus, vt iudices, reos, accuſatores, & teſtes citarent. Hi à Coſs. ex ciuibus Romanis legebantur, eorumque multæ decuriæ.

Lictores quorum Magiſtratuum.

Lictores dicebantur, quòd faſces virgarum ligatos ferrent: hi comprehendebant, magiſtratuū iuſſu & delinquentibus plagas ingerebant. Vſi ſunt lictoribus Coſs. Prætores, Interreges, Dictatores, & ſi qui alij magiſtratus, non poteſtatem ſolùm habuerunt, ſed & imperium. Viatoribus vſi ij, quorum poteſtas potius, quàm Imperium extitit. Eorum munus erat, vt populum ſubmouerent, ſontes virgis cæderent, ſecurique ferirent. Hi omnes fuere Ciues Romani ex plebe, poſt Punicum bellum Brutij.

Viatores quorū Magiſtratuum.
Lictores qui.

Viatores appellabantur qui Magiſtra-

Viatores qui. bus apparent, eò quòd initio, omnium Tribuum, cum agri in propinquo erant Vrbis, atque aſſidue homines ruſticabantur, crebrios opera eorum erat in via; hinc viatores dicti, eorum etiam multæ decuriæ.

Carnifex qui. Carnifex erat miniſter, per quem aliquis in crucem agebatur; carnifex non modo ciuis non fuit; ſed nè domicilium quidem in Vrbe habuit.

Erant etiam ſerui publici, quorum miniſterio magiſtratus ferè omnes vtebantur, de quibus paſſim, loquuntur hiſtoriæ. Et hæc de magiſtratibus, eorúmque miniſtris, ex Roſino, & aliis.

VINCENTIO IVSTINIANO Epiſcopo Taruiſino.

SYNOPSIS V.

De veſtimentis, & calceis antiquorum. Item de ornamentis, tam virorum quàm fæminarum.

Veſtimentorum diuiſio. QVæ de veſtimentis pluribus Bayfius, & alij, ego paucis hic ſubtexo, in gratiam Polymathæ iuuentutis, cuius commodis inſudamus, quàm maximè fieri poteſt.

Veſtimentorum Synopſim primum vniuerſè, deinde ſigillatim explico. Vniuersè, ex Lazio eruditiſſimo: Veſtimentorum alia in pace, alia in bellis, & caſtris: alia ſacerdotum; alia Senatorum, alia plebeiorum. Demùm alia publica, alia priuata vtraque vel ſuccincta, vel prælonga. Veſtimenta ſacra. Veſtimenta ſacra linea fuere, alba, atque precioſa, nullo infecta colore, pura; tunica videlicet talaris, byſſina ex duplici ſindone facta, ſtola, zona in rotundum texta, inſtar marſupij; balteus cum cingulo, longion, & tiara, ſiue mitra, aut etiam galerus.

Veſtimenta muliebria. Veſtimenta *muliebria*, linea alba fuere, ſtola, cyclas, chlamys, prætexta, auro clauatæ, & blacteæ, atque pallæ, quæ dicta mundus muliebris. Coſmetę, veſtiſpices. Coſmetæ, ſeu Veſtiſpices horum curatores.

Veſtimenta caſtrenſia. Veſtimenta *caſtrenſia*, & alba, ſcilicet fuere apud Romanos hæc, ſagum, chlamys, macrochira, paraganda: campeſtre, lacerna, penula, ocreæ, & calceamenta. Alba quoque erant veſtimenta cœnatoria, cætera verò Romanorum veſtimenta lanea. Prætexta, quotuplex. Prætexta vel erat puerilis, vel muliebris, vel ſacerdotalis, vel militaris, vel triumphalis, vel prætexta toga, & magiſtratuum.

Toga quotuplex. *Toga*, vel virilis, vel arcta, vel laxa, vel picta, vel candida, vel pulla, vel muliebris, vel muliebris, vel præſidiaria.

Latus clauus quotuplex. *Latus clauus* proprius Senatorum, & Præſidum, qui vel latus, vel anguſtus, vel coccineus, vel ſacerdotalis, vel muliebris. Trabea quotuplex. *Trabea*, vel ſacra ſacerdotum, vel regia, vel conſularis; vel ſenatoria, vel equeſtris, vel muliebris.

Purpura quotuplex. *Purpurarum* alia coccinea, alia amethyſtina, alia cærulea, alia clariſſima, alia obſcura, alia picea, alia præſidialis, alia patricia, alia militaris, alia vulgaris.

Sagum quotuplex. *Sagum*, vel erat trabeatum, vel virgatum, vel aureum, vel purpureum, vel rubrum, vel fibulatum, vel candidum. Chlamys quotuplex. *Chlamys*, vel Spartana, vel Mileſia, vel Sidonia, vel Phrygia, vel picea, vel purpurea, vel mattuelis, vel hirta, vel ſagochlamys.

Paludamentum quotuplex. *Paludamentum*, vel album, vel purpureum, vel aureum, vel pullum. Lacerna. *Lacerna*, vel coccinea, vel candida, vel pinguis, vel muliebris. Penula. *Penula* pluuiali tempore vſurpata, vel picta, vel oratoria, vel popularis, vel funebris, vel fœminea, vel gauſapina, vel ſcortea.

Caliga quotuplex. *Caliga*, vel ſpiculatoria, vel clauata, vel faſciata, vel laxa, vel gemmata, vel ſacerdotalis, vel campeſtris.

Ocrea. *Ocrea*, vel aurea, vel coriacea, vel ferrea. Calceamentum. *Calceamentum*, vel ſacerdotale, vel Imperatorium, vel ſenatorium, vel venatorium, vel eleuatum, vel ſeruile, vel barbarum. Adde crepidam. Pileus quotuplex. *Pileus*, vel ſacerdotalis, vel ſenatorius, vel hyemalis, vel militaris, vel ſeruilis.

Balteus. *Balteus* etiam, vel auratus, vel argenteus, vel gemmatus, vel ſtellatus, vel coriaceus. Hæc ex Lazio: ex Bayſio autem aliter illa diuiduntur. Capitis tegumenta. Quædam ſunt capitis tegumenta, vt *Pileus, Galerus, Albogalerus, Tiara, Petaſus, Cucalis, Cyna, Cyrbaſia, Cidaris, Diadema, Cauſia, Mitra, Vitta, Reticulum, Reſtis, Rica, Capital, Capitium, Flameum, Carbaſus, Calantica*, & huiuſmodi. Veſtim. intima. Alia dicuntur intima; vt *Tunica intima, Interula, Thorax, Poderes*. Tibiarum ornamenta. Alia tibiarum, & femorum ornamenta; vt *Feminalia, ſeu Femoralia, Subligaculum, Gennalia, Tibialia, Sculponea*. Calceamenta pedum. Alia pedes calceant, vt *Calceus, Soccus, Crepida, Solea, Calipodia, Calceus lunatus, Calceus feneſtratus Perones, Sandalium, Calcei Phæcaſei, Sicyonij, Embas*. Alia dicuntur media, vt *Tunica, Latus clauus, Exomides, Tunica arcta, Laxa, Claui lati, Claui anguſti, Aclaſſis, ſiue Adaſus, verſicolor, Phœnicia, muliebris, Sagum, Sagum cucullatum, Lana, Symballoza, Byſſina veſtis*. Externa veſtimenta, & ornamenta. Externa veſtimenta, & varia, vt *Toga cinctata, Cinctus Gabinus, Toga*; mulierum impudicarum, *Prætexta Pura, Pulla, Pexa, Tritas Sordida, Picta, Palmata, Purpurea, Chlamys, Trabea, Paludamentum, Sagum, Pallium, Penula, Lacerna, Endromis, Abolla, Paragium, Chirodota, Suffibulum, Stola, Palla, Bardocucullus, Syntheſis, Apex. Monile, Inaures, Bulla, Supparus, Perizonium, Inſtita, Orarium, Fimbria, Balteus, Zona, Armillæ; Ceſtus, Strophium, Faſcia, Epomis, Sudarium, Amphimalla, Aulaa, Mantile, Mappa, Ceruical, Culcitra*, & alia, de quibus ſigillatim ordine Alphabetico.

Mulierum calcei. Mulierum calcei recenſentur à Poll. lib. 8. cap. 22. *Baucides, aphrabbai, opiſthocrepida, carmahia, nedipedia, peribara, nyctipedes, meſoperſica, Phitaoles, Seleucides, uoſides Ambracides, amphiſ, byra, acroſphyra*. Mulierum ornamenta. Ornamenta mulierum, refert *Nouaculam, ſpeculum, forfices*

ceto

ceroᵹam, nitrum, ocias, limbos, connexus, niſtras, redimicula, anchuſa, ceruſſam, vnguentum, pumicem, ſtrophium, fundam, tegmentum, fucum, monilla, picturationes, veſtem luxurioſam, cryphomaſtaſrim, helleborum, vittam, zonam, mitram, fimbriam, xiſtidem, tunicam, baraſtrum circularem veſtem, pectinem, inaures, geminatum trigaſtrem, plaſtra, mordium, botryculum, chlidona, fibulas, redimicula, torques, faſciam, ſigilla, catenas, anulos, vela, ampullas, mortariola ſordia, & huiuſmodi.

A

Abolla. A*Bolla*, veſtis erat Tragica, & grauiorum perſonarum. Eâ vtebantur externi Reges; erat enim magni ſplendoris, & pretij. Martialis. Item & Senatores ſub Imperatoribus, Iuuenal.

Acomia, calcei muliebres. Tiraq.

Acroſphyra, calcei muliebres. Tiraq.

Adaſus, ſiue Aclaſſis. *Adaſus*, tunica erat ab humeris non conſuta, dicta etiam Aclaſtis.

Ægle, ornamentum pedum muliebre. Tiraq.

Agnaptum. *Agnaptum*, craſſum, & ruſticum indumentum. Poll.

Albogalerus. *Albogalerus*, Flaminis Dialis pileus erat.

Alex. *Allx*, tunica chirodora, id eſt, manicata, vnde, *Alicula*, togæ breues, pueriles, grandioribus minus hirſutæ.

Alyſies, ornamentum muliebre. Tiraq.

Ambracides, calceamentum muliebre. Tir.

Amiculum. *Amiculum*, genus veſtimenti, auctore Feſto, à circumiectu dictum.

Amictoriũ. *Amictorium*, indumentum pectoris, quo dormientes ſe integebant, ne nocturno frigore offenderentur.

Amiculum, veſtimenti genus à circumamictu dictum. Feſt.

Amorginos. *Amorginos*, tunica ex tenuiſſimo lini flore, & lanugine contexta. Poll.

Amorgina veſtimenta byſſinis perſimilia.

Ampechonion, veſtimentum commune hominum, & mulierum. Poll.

Amphideæ, ornamenta iuncturarum manuum. Poll.

Amphiſphyra, genus calceamenti muliebris. Poll.

Ampyx, capitis reticulum. Tiraq.

Amphimalla. *Amphimalla*, tunicæ gauſapinæ, ex vtraque parte pilos habentes, quæ & gauſapæ dicebantur. Plin.

Amphimaſchala. *Amphimaſchala*, erant veſtes liberorum duas habentes manicas. *Heteromaſchala* verò, ſeruorum vnius tantùm manicæ.

Anaboladium. *Anaboladion*, indumentum amictorium lineum, quo fœminæ humeros velant, *Syndon* dictum. Iſid. *Anarola*.

Anademata. *Anademata*, capitum ornamenta muliebria aurea, redimicula: Anadeſmata etiam dicta.

Anamaſchaliſter, ornamentum pectoris, aut capillorum. Pollux.

Anguicula, ornamentum iuncturarum manuum.

Anaxyris. *Anaxyrim*, Cælius, ait, eſſe indumentum Perſis peculiare, nobis pileum.

Anaxyris, ſubligaculum feminale. Tiraq.

Anthina, ſiue, *Anthiræ*, vt vox Græca ſonat, veſtes pictæ, & floribus ornatæ, tam matronarum, quàm ſcortorum. Anthiræ.

Aphracta, calcei muliebres. Poll.

Apiros, tunica exitu nullo, quaſi ſine fine. Apiros.

Apauliſteria, veſtis quæ ſponſo à ſponsâ dono mittitur. Poll. Apauliſteria.

Aplegides, *Dibola*, veſtes duplices. Poll. Aplegides.

Apodeſmus, ornatus muliebris.

Arbele calceamenti genus. Rhod. Vide Arbelæ.

Arbyla, calceamenti genus pedem totum ad talos vſque complectens, Hippocr. Gorr.

Arſineum, *Arſineum*, ex Feſto, ornamentum capitis muliebre. Arſineum.

Aſtera, calcei villoſi hyemi conuenientes. Poll.

Aulæa, ex Nonio, erat veſtis peregrina, nos aulæum, dicimus, velamen belluatis intextum picturis. Aulæa.

Autapodium, volunt eſſe *Anaxyrim*, ſeu, *Ocream*. Poll. *Autapodia*, *Anaxyrides*. Autapodium.

B

B*Æta*, tunica prælonga. Poll. Bæta.

Balteus, militare cingulum, vel Zona bullis ornata. Baltheus.

Bardocucullus Gallica erat veſtis, cuique tempori idonea, cum quâ milites imbrium tempore iacebant in caſtris, & in agris ruſtici. Bardocucullus.

Baſſara, Bacchica veſtis talaris. Baſſara.

Batrachides, veſtes erant viriles, & floridæ, quæ nomen traxerunt à colore ranæ, quæ Battachos Græcè dicitur. Batrachides.

Baucides, calcei muliebres crocei, precioſi. Poll. Baucides.

Baxeæ, ſunt crepidæ, calceamenta, & propriè calcei Philoſophici. Apul. Baxeæ.

Beutos, veſtimentum virile, & fœmineum.

Birri, *Burri*, *Byrrhi*, *Ephieſtris*, genus eſt veſtis lautæ, lacinioſæ, aliquando ſeruorum, vilioris, hirſutæ, quo capita teguntur; alij dicunt eſſe paludamentum, ſeu chlamydem militarem, alij dicunt eſſe ſimile Endromidi viliori, & pilis hirſutæ. Birri, Burri.

Blautæ, ſandalij ſpecies quædam. Poll. Blautæ.

Bombycinæ, veſtes tenuiſſimæ ex bombyce confectæ. Bombicinæ.

Brachialia, brachiorum ornamenta. Plin. Brachialia.

Brachæ, à quibuſdam cenſentur veſtes fluxæ, intonſæque, ac varij coloris, quibus vtebantur frigidioris plagæ gentes, ex Diodoro. Brachæ.

Bubalia, ornamenta manuum muliebria. Pollux.

Burrhanicum, genus veſtis ex Feſto, nobis ignotum. Burrhanicum.

Byſſina, veſtis ex byſſo confecta. Byſſina veſtis.

Byſſus, linum tenuiſſimum naſcens in Ægypto.

C

C*Alantica*, tegmen erat capitis muliebre. Calanticæ.

Caſtulum, linteolum purum, & candidum, Caſtulum.

ſic dictum, quòd oras haberet circumciſas, auctore Nonio.

Calaſiris. *Calaſiris*, Perſarum veſtis omnium pulcherrima, Herodotus.

Calaſis. *Calaſis*, tunicæ genus, quod & Græci, κάλασιν, vocant à laxitate; vel, vt quidam volunt, erat nodus tunicæ muliebris, quæ connexa circa ceruicem ſubmittitur.

Calceus. *Calceus*, ſiue calceamentum fiebat olim è corio crudo bubulo: deinde ex hœdorum pellibus ad pedes tegendos. Demum ex alutâ coccinea; hinc

Calceolus. *Calceolus*, leuis erat calceus, ſimplicem tantùm ſoleam habens, qualem ſolebant olim geſtare milites leuis armaturæ.

Calceus lunatus. *Calceus lunatus*, ideſt, addita lunula circa talum, inſigne erat nobilium, ſeu ſenatorum; Romanorum Imperatorum cum Aquilis purpureus, virorum niger, mulierum albus.

Calceus clauatus. *Calceus Clauatus* militum, ruber meretricum. Deinde temporis interuallo ſuppoſito altiores facti, ex ferro, demum ex ęre, ex ligno, ex corticibus arborum, ex papyro, quod familiare Ægyptijs, ex argento. Denique aurum, gemmæ, & pretioſa quæque calceis appoſita.

Caleſtra. *Caleſtra*, genus mitræ. Demp *Calyptra*.

Caliendum. *Caliendrum*, muliebris capitis ornamentum, vel certe coma aſcititia. Aeron.

Caliga. *Caligā*, tegumentum tibiarum: hæc ſupra genua extenta, braccis alligata, gregariorum erat militum, quæ vel ſpeculatoria ad curſum deſtinata explorandum, vel clauata clauis inſuta, de qua alibi, vel faſciata, vel laxa, vel gemmata, vel ſacerdoralis.

Caligæ vel ſpiculatoriæ, vel clauatæ, faſciatæ, gemmatæ, ſacerdorales.

Calipodia. *Calipodia*, calcei ex corticibus arborum.

Calchula, veſtis muliebris genus, Pol.

Calydia, barbaricum veſtimentum.

Calydia. *Calymna*, ornamentum muliebre, tegmen vitis ſpecie. Poll.

Calyptra. *Calyptra*, mulierum capitis integumentum.

Camelauců. *Camelaucum*, *Camelaugum*, Cauſia, quâ Macedones caput velabant.

Campeſtre. *Campeſtre*, dicitur lumbare, ſeu ſubligar, quo lumbi, & pudenda integuntur, hoc vſi milites in caſtris, & gymnaſtæ in campo Martio, eratque ſimilis noſtris braccis, quibus æſtate vtimur, hanc Horatius opponit penulæ, quâ hyeme vſi.

Canabia, calceorum muliebrium ſpecies. Poll.

Candys. *Candys*, indumentum erat Perſicum, & Regum, Haliporphyron dictum. Plutarchus.

Capidulum. *Capidulum*, indumentum capitis, vnde nomen deducit.

Capillamentum, Galericulus.

Capillare, reticulum muliebre. Rhod.

Capitium. *Capitium*, item capitis tegumentum.

Capital. *Capital*, ſacerdotale capitis pileum, ex Varrone.

Capytis. *Capyris*, tunica erat Perſarum manicata.

Caracalla. *Caracalla*, indumentum ad talos vſque demiſſum, ita dictum à Caracalla, qui huiuſmodi veſtem populo pro congiario donauit.

Carbaſus, inquit Nonius, pallium erat, quo Flaminiæ amiciuntur, aut opulentæ matronæ, ex ſerico, aut lino tenuiſſimo contextum. Carbaſus.

Carbatina, calceamenta ruſtica ex recentiore corio bubulo. Carbatina.

Carpiſculum, calceorum genus. Rhod. 20. cap. 33. Carpiſculū.

Caſiaca, nomen eſt veſtis, quâ vtebantur Græci milites. Caſiaca.

Caſtula, eſt palliolum, quo puellæ nudæ, infrà papillas præcingebantur, vulgò, perizonium, præcinctorium. Caſtula.

Catagogis, veſtis muliebris, Fimbria. Poll.

Cataſtiktos, tunica figuris animalium, aut floribus intexta. Poll.

Cauſia, pileus regum Macedoniæ, vel nauclericus, ex Plauto, quo æſtus ſolis arcetur. Cauſia.

Caunacis, veſtis Babyloniorum. Poll. Caunacis.

Cecryphalus, reticulum flammeum, diſcriminale.

Cephalodeſmus, *Cephalodeſmia*, frontale

Cephalomactrum, ſudarium, quo caput abſtergitur.

Cerotes, ornamenti genus Poll.

Cento, veſtis erat craſſa, variiſque pannis, & partibus conſuta. Cento.

Cernuus, calceamenti genus apud Verrium Flaccum. Cernuus.

Chimaſtrum, veſtis ruſticorum, qua hyeme vtuntur: à Græco χειμάζειν, hyemare. Chimaſtrū.

Chirodota, tunica prolixa vltrà brachia manus operiens, dicta etiam Macrochira, & Manuleata. Chirodota.

Chiromactrum, tergendis manibus linteum deſtinatum. Chiromactrum.

Chiromaſtrum, veſtis hyemalis. Poll.

Chirotheca, manuum tegumenta.

Chiton, veſtis erat pertenuis, & ſimplex, quæ ex lino fiebat. *Hypocamis*, dicta etiam. *Chiton* virorum erat, vt peplus mulierum veſtis. Chiton.

Chitonarium, veſtis muliebris ſubtilis.

Chitonium, tunicula. Tirag.

Chitoniſcus, camiſia, induſium.

Chlamys, erat veſtis breuis, & ſuccincta, tam pace, quàm bello adhibita, quare nonnulli eam cum paludamento confundunt. Hæ chlamydes à locis nomen ſortitæ, Spartanæ, Sidoniæ, Phrygiæ; A coloribus, pictæ, purpureæ, aureæ, putæ, Imperatoriæ, Mileſiæ, limbatæ, manueles, hirræ; gregariorum militum ex viliore panno, & ſtuppa confectæ. *Sagochlamydes*, militum etiam gregariorum, non multum ab hirtis diſſimiles. Chlamys. Chlamydũ variæ ſpecies.

Chlidones, brachialia, Poll.

Chortaus, tunica denſa, qua Sileni induebantur. Poll. Chortaus.

Chorta veſtis ſeruorum forenſis. Poll.

Cidaris, ſiue *Citharis* ornamentum capitis Regum Armeniæ, & inſigne Regis Perſarum. Cidaris.

Cimba

Cimbaricũ. *Cimbaricum*, tunica perſpicua. Poll.

Cinctus, ſiue cinctura, quâ cingebantur.

Cinctus Gabinus. *Cinctus Gabinus*, toga erat in tergum reiecta, & lacinia eius reuocata hominem cingebat, eâ vtebantur Romani Conſules bellum indicturi, ex Virg. vel victores. Cinctus togæ, vel erat laxior, vel arctior. Laxior, qui togæ laciniâ trahebatur; Manutius verò exiſtimat diſcinctam togam maiorem habuiſſe dignitatem. Arctior, quo ſinus togæ in anteriore parte conficiebatur, nec toga ad pedes peruenire permittebatur, vnde altè præcincti, pro, expeditis, dicti fuere.

Circũtextũ. *Circumtextum*, amictus genus, quod purpuram circum habebat.

Cirſeris, ornamentum muliebre. Poll.

Clauus. *Clauus*, ſiue latus clauus, erat veſtis ſine manicis in lateribus, tanquam ex duabus plagulis infecta, aureis clauis coniuncta. Hæc ſenatorum propria, & Præſidum, cuius initium à Tullo Hoſtilio referunt ex Hetruſcis. Hi claui vel lati, vel anguſti; hinc latus, vel anguſtus clauus. Præterea clauus non ſolùm aureus, verùm etiam coccineus; qui & ſacerdotalis, & muliebris; qui, ſi diſpoſitus in ſimilitudinem palmarum, palmatus dicebatur clauus; ſi verrucarum, verrucatus. Dicta aliquando hæc veſtis, Tunica palmata, quæ propria triumphantium inſigne; ſicut latus clauus ſimpliciter Senatorum; anguſtus equitum, vtraque pacis ſignum, vti ſagum belli.
Latus clauus. Anguſtus clauus. Claui color. Tunica palmata.

Coa, Cia. *Coa*, ſiue *Cia*, veſtis ſubtiliſſima ex bombyce, adeò vt corpus pelluceret.

Cochlis. *Cochlis*, capitis ornamentum ad ſimilitudinem ſcalarum, ſiue animalis coclleæ.

Cochles, Poll.

Cœnatoria. *Cœnatoria*, ſiue *Triclinaris* toga dicta, qua induebantur diſcumbentes in conuiuiis.

Colobium. *Colobium*, tunicæ genus antiquorum ſine manicis, dicta à Græco κολοβὸν, mutilum, aliàs dicta hæc veſtis *Cataclista*, & *Lenitonarium*, Iſidoro; quæ poſtea mutata in Dalmaticas, quibus noſtri ſacerdotes vtuntur in ſacris.

Colorix. *Colorix*, veſtes, quæ ex lana non tincta, hoc eſt, natiuo colore infectæ. Valla.

Cõchyliata. *Conchyliata*, veſtis, quæ murice tincta eſt. Plinius.

Cora. *Cora*, veſtium manica prælonga.

Corymbus. *Corymbus*, ſiue Coſymbe indumenti genus. Rhod.

Cothurnus. *Cothurnus*, genus calceamenti ſubere quodammodò ſubleuati, quo vtebantur Tragœdi, vt eminentiores apparerent, & viatores, ne tam facilè in lutum impingerent; item virgines, vt longiores apparerent, ſub oblonga ſtola, quo & Venetæ mulieres potiſſimùm calceantur. Hic de ſutis, vinciri ſolebat, & vtrique pedi aptus, & altiſſimus, quod ſocco non conueniebat: illo in Tragœdiis, hoc in Comœdiis vtebantur: ille dictus etiam Rhodig. *Embaton*; hic, *Embades*.

Credemnum, calantica, vitta.

Crepida. *Crepida*, à crepando dicta, quòd eius ſolea, breue obſtragulum habens, inter incedendum ſubinde calcaneum feriens, creparet. Thuſcum erat, vel Graium calceamentum priuſquàm ad Romanos perueniret, hac vſi philoſophi, conuiuæ, virique molles, vnde crepidati malè audiebant.

Crepidula, paruæ crepidæ.

Crepitulum, capitis ornamentum, quòd in capitis motu crepitum faciat, Feſtus. Crepitulum.

Crobylus, Athenienſium capitis ornatus. Crobylus.

Crocota, veſtis muliebris, crocei coloris, huius diminutiuum *Crocotula*. Crocota.

Crocoton, veſtis rotunda, & fimbriata, qua vtebantur diuites matronæ, numeratur à Feſto inter delicatas veſtes. Crocoton.

Crocota, *Crocotium*, veſtis crocei coloris. Tiraq.

Cruſta, veſtimentum, in quo purpureus color inardeſcit. Codex Theod. Cruſta.

Crupezia, tibicinum calceamenta. Crupezia.

Cubitale, veſtis alba cubitum purpureum contextum habens. Poll. ornamentum cubiti. Cubitale.

Cuculio, genus eſt pilei, ex Capitolino, quo caput obtegentes vagabantur noctu. Cuculio.

Cuculla, *Cucullia*, veſtis è ſcapulis pendens, vulgò, *ſcapolare*, monachorum, Cæſarius. Cuculla.

Cucullus, nauticum, & ruſticum tegmen ad arcendas pluuias. Item capitis in formam cucullì cyathi: hinc Patres cucullati vulgò *Capuccini*. Cucullus.

Cultellata veſtis, inciſa in modum cultelli, Cæſarius. Cultellata.

Cudo, *Cudon*, *onis*, capitis tegmen coriaceum, quo, vice galeæ, olim vſi. Silius. Cudo.

Cyclas; vt nominis ratio indicat, erat veſtis rotunda. Cyclas.

Cymatilis veſtis, dicta à Græco κύματα, id eſt, vndæ, quod vndarum colorem referat, & fluctuum, *Vndatilis*, quoque nuncupata, & *Vndulata*. Cymatilis.

Cyna, pilei genus, quo Lacedæmonij vti ſolebant, ex Bayſio. Cyna.

Cypaſſis, linea tunica parua, ad medium cruris demiſſa. Poll. Cypaſſis.

Cyrbaſia, pileus altus in ſpeciem coni deductus. Cyrbaſia.

D

D*Almatica*, eſt veſtis talaris, purpurea, clauata oblonga, cum manicis; χειριδωτὸς dicta Græcis, manuleata Romanis; ſic dicta à Dalmatis populis, apud quos frequens eius vſus. Dalmatica.

Decotes, togæ attritæ, quaſi cotibus detritæ, atque conſumptæ. Decotes.

Deraa, ornamenta colli.

Deſmata, ligamenta capitis.

Dextralia, ornamenta dextræ.

Dextrocherium, ornamentum brachiorum dextrorum. Poll.

Diabathra, ſoleæ Græcæ virorum, & mulierum, vnde Diabathrarij. Diabathra.

Diadema, dictum ἀπὸ τοῦ διαδεῖν, id eſt, à vinciendo, eo quòd eſſet quædam faſcia, aut anuculum regij capitis candidum, pilei inſtar. Diadema.

Diphtera, etſi ſignificet pellem capræ, eſt tamen Diphtera.

tamen paſturitium ex pellibus veſtimentum, quod Rhenonem quidam vocarunt. eſt etiam ſtragula pellicea, quæ in ſuperiori nauis pauimento ſternebatur.

Diplois. *Diplois*, dicitur pallium, ſeu veſtis dupla, vt nominis ratio innuit.

Diploidion. *Diploidion*, Cælius enumerat inter veſtes mulierum proprias. Pollux.

Doris, veſtis muliebris. Tiraq.

Dorſualia. *Dorſualia*, dicuntur tegumenta, quibus equi integuntur.

Dropa, ornam. muliebre. Poll.

E

Eanus. E*anus*, idem cum peplo. Poll. veſtis ſplendida ſubtiliſque.

Elini, ornamenta circa carpum manus.

Embata. *Embata*, ex Cælio *lib. 5. cap. 13.* erant calceamenta Tragica apud Græcos; ſicuti Embades, Comica.

Embades. *Embades*, Comici calcei vulgares; cothurno humiliores Thracum. Poll.

Emperonatris, diplois veſtis duplicata. Tiraq.

Enclaſtridia, ornamenta muliebria. Tir.

Encombomata. *Encombomata*, veſtes puellares, quemadmodum Parnacides, teſte Nonio.

Encyclon, veſtis muliebris circularis. Tir.

Endromis. *Endromis*, veſtis hirſuta, longioris villi, ad cœli iniurias arcendas, dicta à Græco, ἐν δρόμῳ, ideſt, in curſu, quòd eá maximè in itinere vterentur: gymnaſtica, & balnearis.

Enotium, in auris. Tiraq.

Entropides, calceamentorum genus. Poll.

Epheſtris. *Epheſtris*, veſtis quæ ſupra arma indui ſolet. Bayſius putat eandem eſſe cum paludamento.

Ephaptis. *Ephaptis*, velamen Phœniceum, purpureumue, quod manibus circumuoluebant milites, venatoreſue. Poll.

Epibloma, veſtimentum exterius, ſtragulum totale.

Epicrenon, vitta, & ſtrophium.

Epomis, ſuperhumerale.

Epomidium, paruum ſuperhumerale.

Epicrocum, amiculi genus. Tiraq.

Epitogium. *Epitogium*, pallium erat ſupra togam.

Eumarides. *Eumarides*, calceamenta dicta ab induendi facilitate.

Exomides. *Exomides*, veſtes, ſeu tunicæ ſubſtrictæ, & breues, teſte Gellio, ſine manicis, & citra humerum diffluentes; hæ dictæ, *Colobia*, quaſi truncata, & mutilata ſine manicis, vt magis expedita eſſent.

F

Facialis. F*acialis*, linteum, quo facies ſudore tergitur. Iſid.

Fanon. *Fanon*, linteamen depictum, ex haſtili pendens. *confalone*, Onuphr.

Faſcia. *Faſcia*, genus linteoli oblongi, quo pueri, vel quid aliud, ſolent obligari.

Faſciis item obligabant femina, & tibias.

Faſciæ erant, vel pedules, vel crinales, vel pectorales fœminarum.

Femoralia. *Femoralia*, *Feminalia*, ſunt feminum, ſeu femorum tegumenta, Græce, *Anaxiri-*

des, propriè erant faſces illarum partium.

Fimbria, veſtium ora dicebatur, quæ inciſuras habebat, ſerræ dentalis non abſimiles. Fimbria.

Flammeum, ſiue *Flameum*, velum lutei coloris, ſeu crocei, quo matronæ, & nouæ nuptæ capita vinciebant, ita dictum, quòd Flaminicæ, vxores, ſcilicet, Flaminis, eo vterentur ad matrimonij perpetuitatem innuendam. Flameum.

Flameolum, paruum flammeum.

Forenſia, veſtis quá vtebantur viri in foro agentes, ſicut cœnatoria in cœnis. Forenſia.

Frontale, faſcia frontis.

Funda, arculus ex auro cum gemmis.

G

G*Abanium*, habitus Græcanicus oblongis manicis, quo nunc vtuntur plerique Itali. Gabanium.

Gabinus cinctus, quid ſit, vide, Toga. Gabinus cinctus.

Galbanum, veſtimentum delicatum à colore albo ſublucido, quòd nullos habet pilos. Galbanum.

Galbeum, ornamentum muliebre. Feſtus. Galbeum.

Galerus, rotundum erat pileolum, quaſi media ſphæra. Galerus.

Galericulus, Capillamentum, coma aſcititia.

Gauſapa, veſtis villoſa & hyemalis.

Albogalerus, verò erat pileum, quo Flamines Diales vtebantur, fiebat autem ex hoſtia alba Ioui cæſa. Feſtus. Albogalerus.

Galericulum, erat capitis integumentum, quo crines operiebantur, in vſu palæſtritis, ne capilli eorum ceromate fœdarentur. Sueton. Galericulũ.

Gallicæ, calceamenta, quibus Galli vtuntur pluuio tempore. Gallicæ.

Gammadia, veſtis tribus angulis conſtans vt eſt Γ Græcum. Gammadia.

Gauſape, veſtis militaris, ſeu ſtragulum, quod olim ex ſtramentis confici ſoleret: quamquàm poſteà ex lana fieri cœpit, maioribus villis, qua in vrbe etiam vtebantur. Gauſape.

Genualia, genuum indumenta. Genualia.

Gryphoma, ornamentum muliebre.

Griſeæ, veſtes precioſæ ex griſe animalculo confectæ. Griſeæ.

Guna, veſtis pellicea. Guna.

Gymnapodia, calceamenta muliebria.

Gyrata, veſtis in ambitum circumducta. Gyrata.

H

H*Arpides*, calceamenta, quæ item crepidæ dicuntur. Rhod. Harpides.

Heliſtores, inaurium genus. Tiraq.

Hemidiploidion, enumeratur inter muliebres veſtes, quaſi media parte duplum. Hemidiploidion.

Hemiſphorium, genus veſtis, quaſi dimidiatae. Epiphanius. Hemiſphorium.

Hemitogium, media pars togæ: ratio nominis nota. Hemitogiũ.

Hermaea, aurium ornatus. Tiraq.

Hetero

Heteromaſchala. *Heteromaſchala*, ſeruorum veſtis, vnius tantum manicæ.

Hipiſcum. *Hipiſcum, Trimitum*, tunicarum ſpecies. Poll.

Holobara. *Holobara*, veſtes, quæ ob aurum textum graues ſunt.

Holobera. *Holobera*, veſtes, quæ totæ birti ſunt, qui ſerici, conchyliati.

Holouera. *Holouera*, veſtes totæ ex vero colore purpuræ, quæ verus color cenſetur.

Holobriza. *Holobryza*, totæ ex puriſſimo auro, ideſt, obryzo.

Homelion. *Homelion*, pllei genus. Feſtus.

Humerale. *Humerale*, humerorum tegumentum.

Hydrobaphes, veſtis aquei coloris. Tiraq.

Hypocambia, ornatus muliebris. Poll.

Hypodeſis. *Hypodeſis*, calceus, ſeu calceamentum. Poll.

Hypodyzes. *Hypodyzes*, interior veſtis, ſubucula Pontificum, hæc

Hypetichos, etiam dicta. *Hieronymus*

Hypoſchiſma. *Hypoſchiſma*, calcei viriles vulgares. *Proſchema* ſeniles. Poll.

I

Ianthina. *IAnthina*, veſtis violacea, Martialis.

Imatium, amiculum. Tiraq.

Impluuiata. *Impluuiata*, veſtis coloris fuſci.

Impluuia. *Impluuia*, veſtis ſacerdotalis per imbrem, & ab imbre dicta, Græcè χλαῖνα: nunc paſſim à ſacris Scriptoribus, *Pluuiale* dictum.

Inauris. *Inauris*, ornamentum ex aure pendens.

Inducula. *Inducula*, veſtis interioris genus ab induendo dicta.

Induſium. *Induſium*, quaſi intuſium, quòd intus indueretur, & fœminarum erat; ſubucula verò virorum.

Infulæ. *Infulæ*, dicebantur faſciæ factæ inſtar diadematum, à quibus vtrinque dependebant vittæ. Virg.

Inſtita. *Inſtita*, tenuis faſciola, qua honeſtæ tantum matronæ vtebantur, & quæ ſtolæ extremitatem ambit.

Interula, tunica carni proxima, Camiſia, Tiraq.

Iphicratides. *Iphicratides*, Attica calceamenta.

L

Lacerna. *LAcerna*, veſtimentum laxum, ſeu pallium militare, quod injici, & rejici vtcumque poterat, nodo ſupra humeros connexum. Hæc vel Tyria, ſeu coccinea Imperatorum, ac Regum. Vel candida, ſeu amphitheatralis, quàm induebant ſuper togam ſpectacula viſuri. Vel pinguis, hoc eſt, panno ſuffulta, quæ erat militum; Vel muliebris, vel pauperum, ſeu trita. Hæc varij coloris, dicta, quaſi lacera, plebeia, & militaris potiſſimùm erat.

Iſthmion, ornamentum muliebre. Tiraquel.

Lacena. *Lacena*, genus veſtis Laconum more vſurpata.

Lacidæ. *Lacidæ* veſtes, vetuſtate dilabentes. Rhod.

Læna. *Læna*, militaris veſtis ſuper cæteris impoſita, dicta, χλαῖνα. huius vſus, & æſtiuo tempore, ſed præcipuè hyberno, ſi lanata, & villoſa; hinc Prouerbium, *Æſtate lænam teris*: hac etiam vſi in ſacrificiis, ex Cic. *in Bruto*.

Lanetum. *Lanetum*, genus veſtimenti confectum ex lana ſuccida.

Laſilis, ornatus muliebris. Tiraq.

Latus clauus. *Latus clauus*, erat tunica laticlauij Senatorum, de quo vide *Clauus*.

Ledus. *Ledus, Ledium, Ledarium*, pallium virorum, & mulierum. Poll. tunica æſtiua. Tiraq.

Leuidenſe. *Leuidenſe*, veſtis erat, ita dicta, quod filo leui, tenui, & raro eſſet contexta.

Leuitonarium. *Leuitonarium*, colobium erat ſine manicis, vide, Colobium.

Limbres. *Limbres*, veſtimentum muliebre, purpuram in imo contextam habens.

Limbus. *Limbus*, pars infima veſtis.

Limus. *Limus*, veſtis ab vmbilico ad pedes, ad tegenda pudenda, quæ in extremo ſui habet purpuram limam, ideſt, flexuoſam, hinc prouerbium, *Limis oculis intueri*, ideſt obliquis, retortis. Hæc veſtis ſeruorum propria, & poparum, dempta purpurâ: hinc dicti ſerui Limocincti, & præcincti, vt expeditiores eſſent.

Lopas. *Lopas*, veſtimenti genus.

Loroſoccon. *Loroſoccon*, ſoccus loro aſtrictus.

Ludix, veſtis genus, qua egredientes iuuenes de ludi proſtibulo, caput velabant & faciem ne agnoſcerentur. Cathol.

Lumbones. Lumbare. *Lumbones*, cingula circa lumbos. *Lumbare*, tegmen, quo pudenda teguntur.

Lydus. *Lydus*, tunicæ ſpecies. Poll.

M

Macrochira. *MAcrochira*, tunica manicata, quæ *Chirodota* appellata, quòd longas habeat manicas, quibus, & manus tegi poſſent.

Maforte. *Mafortes, Mauortes, Mafortium, Maphorium* veſtis, quæ in tergum rejicitur, idem dictum *Ricinium*.

Malacion, colli ornamentum. Poll.

Mamillare. *Mamillare*, velum, ſiue faſcia, qua mulieres mammas tegunt.

Mandya. *Mandya*, penulæ ſimilis, mantellum diceris. Rhod.

Manica. *Manica*, dicuntur manuum tegumenta: hinc manicatæ veſtes, quæ olim probro datæ; & mollitiei. Virgil. Ornamenta veſtium circa manus. Tiraq.

Mantile. Mantelium. *Mantelum, Mantelium, Mantile*, à manu, & tela dictum, ornamentum muliebre, Tir.

Mappa. *Mappa*, à manibus tergendis.

Mantellum. *Mantellum*, veſtis in ſcriptura ſacra explicatur.

Manutergium. *Manutergium*, mantile, quo manus terguntur.

Maſchaliſteres, ornatus pectoris, & axillarum. Poll.

Maſtruga. *Maſtruca*, veſtis Sarda. *Maſtruga*, veſtis ſcortea teterrimi odoris.

Melæna. *Melana*, veſtis ita dicta à colore, vel ab Inſula Melà.

Mendi

Mendicula. *Mendicula*, veſtis, à Mendice, dicta, Magiſtratu apud Oſcos.

Mitra. *Mitra*, capitis ornamentum matronarum, quæ videtur fuiſſe corona, floribus, vel quopiam alio ornamento, vt faſciis, orariiſque contexta, filo circumligata, ex quâ faſciolæ, vel fila pendebant, quæ dicta Phylla, quòd foliorum inſtar dependerent, quales noſtri Pontifices geſtant. Vnde Mitræ nomen manauit, ἀπὸ τῆ μίτρ, id eſt à filo, quod ſub mento adſtringebatur, vt videre licet in pileis peregrinantium.

Redimiculũ mitræ. Mitella. Hòc filum, Redimiculum Mitræ appellauit Virgil. ex quo *Mitella*, vſurpatur pro corolla; ſeu corona, ſed Mitellæ vſus duplex, alter ſacrandis virginibus, alter illis tegendis, & obnubendis: illa ad ornandum caput, hæc ad velandum, pudoris ergò, adhibita.

Mollicina. *Mollicina*, veſtis à mollitie dicta.

Mullei. *Mullei*, calcei Regum Albanorum purpurei coloris, his deinde vſi patricij, ita dicti, à mullando, ſeu ſuendo.

Mulitia. *Mulitia*, indumenta minutiſſimis filis contexta dicta πολύμιτα.

Mycitus. *Mycitus*, veſtis conſerta ex muribus Armeniorum, aut murium ſpecie variegata. Poll.

N

Neogeum. *Neogeum*, ſeu ſtrophium, amiculi genus prætextum purpurâ candidi coloris.

Noſſides, calceamentorum muliebrium genus. Poll.

Nyctipedeces, calceamenti genus. Idem.

Nymphides. *Nymphides*, calceamenta muliebria, & ſponſalia. Rhod.

O

Ochthos, limbus veſtis muliebris. Poll.

Ocrea. *Ocrea*, militaris calceamenti genus ex ære, ad tibias obtegendas, quâ vſi tantùm primarum claſſium milites; reliqui enim tibias caligis circumdabant.

Oeſpoeon, calceamenti muliebris genus. Poll.

Opiſtrocrepides, calceamenti genus muliebre. Tiraq.

Opiſtocrepis. *Opiſtrocrepis*, Dipodium calceamentum. Poll.

Opiſtoſphendone, ornamentum muliebre.

Orarium. *Orarium*, linteum, in formam faſciæ latum, ori abſtergendo deſtinatum.

Orphina. *Orphina*, veſtes nigræ. Poll,

Orthoſtadia, tunicæ, quæ rectæ ſtant, nec accinguntur. Poll.

Otho. *Otho*, apud Homerum, nomen eſt candidi amiculi ex lana, non ex lino, vt inquit Cælius. Quidam vocant, *Rochetum* Canonicorum.

Oxobata. *Oxobata*, veſtis precioſiſſima a purpuræ genere, quæ *Oxos* dicebatur, teſte Suida, quæ optima putabatur apud Phœnices.

Oxypederotinæ. *Oxypederotina*, veſtes, verſicolores, quas vulgò, miſchias, vocant. Marcel. Donatus.

P

Palla. *Palla*, dicta, quod palàm fit, eſtque mulierum, & Tragœdorum indumentum oblongum ad talos vſque demiſſum. Hæc aliquando cucullata, quæ *Bardocucullus* dicebatur.

Pallium. *Pallium*, veſtimenti genus extimum, quod tunicæ ſuperindui ſolet: hoc proprium fuit Græcorum, ſicuti toga Romanorum, Sagum Gallorum. Palliis etiam fœminæ indutæ ſuper tunicis, frigoris, aut pluuiæ, credo, arcendæ gratia. Vnde prouerbium, *Tunica propior pallio*. Pallio etiam vſi aliquando Senatores in Tricliniis.

Palliaſtrum. *Palliaſtrum*, vile, & rude pallium. Apul.

Palmata, veſtis triumphantium, Trabeata, Picta: cuius claui adeo lati, vt palmis poſſent menſurari: claui erant flores intexti, ideo dicta, clauata: poſtea, quia in ea palmarum rami intexti, dicta palmata.

Paludamentum. *Paludamentum*, ſuccincti erat genus veſtimenti nobilioris, & materiæ, & formæ, quàm chlamys, ſic dictum, quod palàm ab Imperatoribus, Procoss. ad bellum egreſſuris geſtaretur, ſicut chamys à quolibet milite.

Paludamenti diſcrimina erant penes colorem, purpureum, album, pullum, aureum, &c. Budæus putat, Paludamenta, dici inſignia, & ornamenta militaria, propriè tamen Imperatorum.

Pannus. *Pannus* eſt, quo pauperes veſtiuntur, vnde hi pannucei dicti, & ſumitur pro quolibet vili veſtimento.

Pannicularia. *Pannicularia*, Vulpiano teſte, ea dicuntur, quæ in cuſtodiam receptus, ſecum attulit, vt veſtem, qua indutus fuerat ille, qui ad ſupplicium ducitur; aut nummos, quos victus ſui cauſa habuerit in promptu, aut leues anulos, ideſt, omnem ſubſtantiam non excedentem aureos quinque.

Parachlamys. *Parachlamys*, veſtimentum non modò militare, vt apud Plautum in Perſa, ſed etiam puerile, Vlpianus.

Paradæ. *Parada*, nauigiorum integumenta, quibus ſol arcetur, Auſonius.

Paragaudes. *Paragaudes*, *Paraganda*, teſte Alciato, veſtimenti genus virile, vt plurimum lineum: quòd ſub alia veſte gereretur, vinctum, nunc vno nexu, nunc pluribus, Vopiſcus.

Paralurges. *Paralurges*, *Paryphes*, veſtis vtrinque intextam habens purpuram, *Pechyales*, dicta. Poll.

Parapechy. *Parapechy*, veſtimentum album, cui ab vtraque parte purpura intexta. Pollux.

Parnacides. *Parnacides*, veſtes puellares, Varro.

Paryphes. Paralurges. *Paryphes*, *Paralurges* indumentum, attextam vtrinque habens purpuram, ex Rhod.

Patagium. *Patagium*, aurea chlamys, quæ pretioſis tunicis ſuperindui ſolet, & qui ita induti ſunt, Patagiati dicuntur. Apul. Patagiarij qui illud conficiunt. Plaut.

Pectorale, quod ante pectus ponitur. Tir.

Pedilon, talare calceamentum, variũ. Tir.

Pedules. *Pedules*, pedales, pedum calceamenta, vulgò *ſcarpini*.

Pelliceæ. *Pellicea*, veſtis ex pelle confecta, vulgò, *pellicia*.

Pelyn

Pelyntra. *Pelyntra*, calceorum ſpecies. Poll.

Peniculamentum. *Peniculamentum*, pars veſtis, quæ terram verrit, aut attingit, Nonius.

Pentectenes. *Pentectenes*, tunicellæ iuxta oram purpura ornatæ.

Penula. *Penula*, veſtis erat arcendis pluuiis deſtinata, & viatoria, tam virorum, quàm mulierum, non togæ ſuperimpoſita, vt lacerna, ſed tunicæ ad pluuiam arcendam. Hæc veſtis propria Tribunorum Cohortium belli, in pace verò Equeſtris ordinis. Hæc vel picta Imperatorum, vel oratoria Grammaticorum, vel popularis, vt mulionea, vel funebris, vel fœminea, vel gauſapina ex villis conſutis, vel ſcortea, id eſt, ex pellibus confecta, vel Illyriciana ex Pamelio.

Peplum. *Peplus*, ſiue *Peplum*, ſindon, ſeu veſtis pertenuis mulierum propria, quemadmodum χιτὼν virorum, vt Euſtachius notat, eratque candidiſſima ſine manicis, aureis diſtincta.

Pera. *Pera*, ſacculus ex aluta à collo ad lumbos pendens. Martialis.

Peribaris. *Peribaris*, calceus mulierum. Poll.

Periblemma, veſtis communis virorum, amiculum. Pollux.

Periclyſis. *Periclyſis*, limbus, ſeu ora veſtis.

Perileuca. *Perileuca*, tela è purpura texta, habens alium colorem intextum fimbriis. Poll.

Perineſſa. *Perineſſa*, indumenta, in quorum extremitatibus aſſuta circumcurreret purpura.

Periſcelis. *Periſcelis*, ex vi nominis, eſt circa crura ornamenti genus, quo mulierum greſſus componi ſolebant, Porphyrius in Horatium. *Gremiale*.

Peripetaſmata. *Peripetaſmata*, ſunt aulæa, ſiue tapetia, quæ ornatus gratia circa parietes extenduntur, vnde & nomen habent.

Periſtroma. *Periſtroma*, idem, quod peripetaſma, eſt, quaſi circum ſtratum, ſeu aulæum, quo aularum parietes ornari ſolent. Plautus, *Pſeud.*

Perinoma. *Perinoma* dicitur omne, quod velat pudenda, dictum etiam, ſuffibulum, à Varrone, à Cicerone, ſubligaculum.

Peripexides, ornamentum pedum. Pollux.

Periſphyrion, pedis ornamentum. Pollux.

Periſtethion, faſcia pectoralis.

Perizomium. *Perizomium*, palliolum præcinctum, quo nudæ virgines infra papillas præcinguntur.

Perizomata. *Perizomata*, ſuccinctoria, campeſtria, quæ vide ſuo loco.

Perones. *Perones*, genus ruſtici calceamenti ex corio crudo; aut pellibus compoſitum, ad mediam tibiam alti, quo minus aratorum pedes luto, aut limo inficerentur.

Petaſus. *Petaſus*, idem cum galero, eſtque pilei latioris genus, quo aduerſus Solis ardorem viatores faciem tuebantur. Plaut.

Peza, fimbria, cyclas, limbus. Tiraq.

Pexa. *Pexa* veſtes dicuntur, quæ in ſuperficie, quandam quaſi lanoſam exuberantiam præferunt, quales ſunt *cottonate*, vulgo dictæ, & *velutate*.

Phaſiolion. *Phaciolion* capitis geſtamen. *Cordylen*, dicunt Cypri. *Crobylum*. Athenienſes. *Nidarion* *Ioſeph. Laurentij Polymath.* Perſæ. Rhod. *lib.* 25. *cap.* 28.

Phæcaſus. *Phæcaſus*, calcei genus ſacerdotalis, vnde Phæcaſiati ſacerdotes dicti, & Dij. Seneca.

Pharos, veſtimentum de viris, & fœminis.

Phenace, caliendrum, galericulus.

Phittacides, calcei muliebres.

Phylacterium. *Phylacterium*, crux pectoralis, reliquiis referta, è collo Archiepiſcoporum pendens.

Pileus. *Pileus*, ſiue *Pileum*, capitis tegumentum ex lana arctata, vel floccis; quaſi pilis contextus, quo Romani vſi in Saturnalibus, ſerui manumiſſi; vnde, *vocare ad pileum*, eſt manumittere. Hi pilei vel clauati, ſcilicet, clauis aureis ornati, vel ſacerdotales dicti galeri, vel Tiaræ, erántque rotundi, ſphærulæ inſtar dimidiatæ, acumen vnum in capite habentes, nec totum ad comas caput obtegentes, ſed tertiam partem à fronte inopertam relinquebant. (Pileorum varia genera. Pilei ſacerdotales.)

Pilei viatorij. *Pilei* quoque vel erant viatorij, dicti petaſi, hinc tabellarij petaſati, & Mercurius; Hyemales quoque alij, alij militares, alij ſeruiles.

Plaga. *Plaga*, appellabatur linteum, lecti tegmen amplum, & candidum, quod poſteà lecticariam ſindonem, ac *Torale* dixerunt, ſiue *Toral*, ex Varrone. At ex Bayſio erat lineum tegmen, quo hodie mulieres ruſticæ vtuntur, vt olim Veſtales Virgines, modò noſtræ Moniales, quod dicerem, Velum ſacrum. Illius diminutiuum, *Plagula*. (Plagula.)

Plaſtrum, ornamentum muliebre, Tiraq.

Plœaria, calcei muliebres, Poll.

Plokion, ornamentum, tricha, inauris.

Poderis. *Poderis*, talaris tunica, quæ adhæret corpori, & ita arcta, & strictis manicis, vt nulla ſit ruga in veſte, quæ & militaris dicta, & expedita. Hæc eadem talaris, nunc dicitur, *Alba* ſacerdotalis, ex Cerda.

Podonymus. *Podonymus*, veſtis ſacra aſſerbata.

Polymita. *Polymita*, veſtes verſicoloribus liciis contextæ, Plinius.

Præcinctorium. Caſtula. Vide.

Prælanium. *Prælanium*, pars veſtis erat, teſte Nonio, quæ ante clauum texitur.

Prætexta. *Prætexta*, quæ & dicitur toga prætexta. Vide in dictione, *Toga*.

Prætextum. *Prætextum* fuit veſtis talaris, quam ſupra tunicas honoratiſſimi quique geſtabant.

Praſinæ. *Praſinæ* veſtes dicuntur, quæ ex lana viridi conſtabant. Martialis.

Pſellium, armilla, ornamentum manuum, Tiraquell.

Pſeudoalethina. Alethina. *Pſeudoalethina*, veſtis dicitur, quæ ex falſa purpura conſtat, *Alethina* ex vera.

Pulla. *Pulla veſtis*, erat ſordidatorum, & lugentium atri coloris.

Quadrapola. *Quadrapola*, veſtes quadratæ, vt octapolæ, à forma dictæ, hæ vocatæ, *Scanracina*, ex Cerda *Aduerſ. capite quinquageſimo primo*, erantque filicatæ, corymbiatæ, ex quatuor rebus intextæ, argento, bombycino, ſerico, byſſino.

Quiſpiliata. *Quiſpiliata*, veſtis coccina, vulgò *Scarlatto*.

R

Racana. Ralla. R*Acana*, veſtis vilis.
Ralla, veſtis à raritate dicta, teſte Nonio, Plauto.

Rebracchiatorium. *Rebracchiatorium*, ſuccinctorium, ſeu redimiculum.

Rechidina. *Richidina*, veſtes peregrinæ, quibus in gymnaſiis vtebantur, Iuuen. *Sat.* 3.

Recidipnū. *Recidipnum*, veſtis cœnatoria. Iuuenal.

Ricinus. *Recinium, Ricinus, Ricinum*, veſtis quadratæ genus, inde dictæ, vt Seruio placet, quòd laciniam eius retrorſum in terga reiiciebant.

Regilla. *Regilla*, veſtis regia, quæ & baſilica, & trabea dicta, quoniam reges ea vterentur, auro, & purpura intexta.

Recta tunica. *Recta tunica* dicebatur, quæ ita contexta erat, vt veluti rigens ſtaret; vel quæ à ſtantibus ab imo in altum texebatur: hac tyrones, & nouæ nuptæ induebantur: hanc parentes, liberis ſuis conficiendam curabant ominis cauſa, vt Feſtus tradit.

Redimiculū. *Redimiculum*, ornamentum à mitra muliebri, vel ſacerdotali dependens, quod Græci, tænias, nuncuparunt, Iuuen.

Reſtis. *Reſtis*, ſiue *Reticulum*, inſtrumentum, ſiue faſcia quædam, qua comas colligebant matronæ. *Redimiculum*, Cicero vocat.

Reticulum. *Reticulum*, tegmen capitis, tam virorum, quàm mulierum, quòd capillum continetet, à forma retis dictum.

Reticulum, etiam erat complicatum è funiculis, inſtar retis totum corpus ambiens. Hæc veſtis vaticinatoria Polluci.

Rhenones. *Rhenones*, veſtes pelliceæ ex ouium præcipuè & caprarum pellibus confectæ, quibus, auctore Cæſare, Germani vtebantur.

Rica. *Rica*, veli genus erat, à ritu dictum, quòd eo teſte Varrone, mulieres Romano ritu ſacrificantes, caput velabant.

Rica (inquit Feſtus) palliola erant ad vſum capitis facta. Idem paulò pòſt, ex Granij ſententia; cingulum capitis interpretatur, quo procincta Flaminica ſolet redimiri: & alibi,

Rica, eſt quadratum veſtimentum fimbriatum & purpureum, quo pro palliolo, ſeu vitta Flaminicæ vtebantur. Alij dicunt, quod ex lana fiat ſuccida alba, quam conficiunt Virgines patrimæ, ingenuæ, matrimæ, ciues, quam cæruleo inficiunt colore. Huius diminutiuum eſt, *Ricula*.

Ricula. Rhiza. *Rhiza*, veſtimentum fuit Thracum.

S

Sabarium. S*Abarium*, linteum, dicebatur.

Sagum quotuplex. Sagulum. *Sagum*, veſtis erat militaris perbreuis, & ſuccincta, non fluens, artum vndique exprimens, quod plerumque ſuper arma iniiciebatur, *Embeſtridem* Græci dixere. Hinc Sagati milites ad bella, vt Coſ. paludati, procedebant, & ſemper pro militari veſte ſumitur. Sagum quoque belli indicium, ſicuti pacis toga: quare ſago vſi ſemper Romani belli tempore, exceptis viris Conſularibus; at, quando nullo premebantur bello Romani, omnes togati incedebant. Sagum vel erat trabeatum, vti apud Gallos, vel virgatum, vel aureum, vel purpureum, vel rubrum, ſiue ruſſeum: ſiue fibulatorium, ſiue candidum; gregariorum militum ſagum ex panno candido conſtabat. Huius diminutiuum erat, *Sagulum*.

Sagochlamys, erat veſtis militum gregariorum vilis, non multum ab *Hirtis*, diſſimilis. Sagochlamys. Sagiſma.

Sagiſma, dicebatur amiculum quoduis.

Samitum, holoſericum totum. Samitum.

Sandalium, calceamentum muliebre, Græcum. Sandalium.

Saraballum, veſtis erat Parthorum fluxior. Rhod. Saraballum.

Sarabara braccæ, Perſicum indumentum. Sarabaræ.

Sarabadena, oraria. Rhod.

Saracum, genus pallij, ſeu veli. Saracum.

Sarages, Medorum amictus purpureus, & medio albo colore diſtincta tunica. Poll. Sarages.

Sardia, inter ornamenta muliebria. Poll.

Scapularis, veſtis, quæ ſcapulas tegit, hæc eſt illa monachorum trita. Scapularis.

Sciadium, vmbella. Pollux.

Sculponea, calcei ex lana confecti. Plaut. Sculponeæ.

Segmenta, nubentium ornamenta, & colli. Segmenta.

Segmentata veſtes, dicuntur purpureæ, bracteolis argenteis, aureiſque depictæ. Plaut. Segmentatæ.

Seleucides, calceamentum muliebre. Poll.

Semicinctium, genus veſtis breuiſſimæ, quo velantur & teguntur pudenda. Ventrale. Semicinctiū.

Semitogium, vocatur breuis, & dimidia toga. Semitogiū.

Seſtucula, Imperatoria veſtis Suida. Seſticula.

Sicyonia, calceamenta muliebria. Tiraq. Sicyonia.

Sindon, amictus ex lino Ægyptiaco, inde, vt creditur, nomen habens quòd primum in Sidone vrbe fuerit inuentus, ob id Tyria Sindon à Martiale fuit dicta. Sindon.

Singuliones, genus erant veſtium barbararum, ex Egnatio. Singuliones.

Siſymbrium, ornamentum muliebre. Tiraquell.

Sisla, aurium mulierum ornamentum. Tiraquell.

Soccus. Græcorum erat calceamentum, quemadmodum calceus Romanorum, eo tamen etiam vtebantur Romanæ mulieres; quapropter muliebris à Tranquillo vocatur, eratque humilior cothurno, illo vſi Comici, hoc Tragœdi; & Soccus, pro Comœdia, Cothurnus, pro Tragœdia vſurpatus: huius diminutiuum *Socculus*. Soccus. Socculus.

Solea, calceamenti genus, quo ſolæ plantæ pedum obteguntur ſine obſtragulis, cæteris pedis partibus nudis relictis, supernè pedem vinciens ligulis, quas ancas vocabant, & ligulas: hac noſtri Capucini, vtuntur. Solea.

Spatalium, ornamentum muliebre manuum.

Spinter, armillæ genus, teſte Feſto, quo mulieres vtebantur in ſummo brachio ſiniſtro, Plautus. Spinter.

Spira, in matronarum ornamentis dicuntur quidam quaſi circuli caput aliquoties ambientes. Spira.

Spolas, thorax è pelle confectus, circa humeros conſtrictus. Pollux. Spolas.

Stalagmium, inaurium genus ſimilitudinem guttarum gelatarum referens. Tiraquell.

Stauracina,

Stauracinæ. *Stauracina*, veſtes quadrapolæ : octapolæ : hæ erant pampinatæ, corymbiatæ, filicatæ.

Stichatium. *Sticharium*, tunicæ genus.

Stola, etſi quamlibet veſtem ſignificet, dicta à στέλλω, id eſt, induo, propria tamen mulierum, & matronarum.

Stragulum. *Stragulum*, veſtis erat, quæ figurarum, & colorum variegatorum multitudine lectos ſternebat.

Strigium. *Strigium*, veſtis Hiſpanica, vulgatis. Plautus.

Stromatodeſmon, ſtragulæ veſtis inuolucrum, ſtragulam enim veſtem pellibus inuoluere, & loris contingere conſueuerant, quæ variis coloribus diſtincta erat. Athen.

Strophium. *Strophium*, faſcia pectoralis ad deuinciendas puellarum mammas. Nonius ait, Strophium breuem eſſe faſciam, quæ virginearum papillarum coërceret tumorem, & fluxum.

Subligaculũ. *Subligaculum*, amiculi genus, quo femora, & partes pudendæ teguntur.

Subligaria. *Subligaria*, veſtes erant, quæ coxas ad vmbilicum vſque à genibus contegebant. His vtebantur Mimi in Theatro, & luctatores in arena.

Subminia. *Subminia*, veſtis genus, à ſubrubro colore (vt videtur) nomen habens.

Subarmalia. *Subarmalia*, ſaga erant, & chlamydes, quibus arma ſuper induebantur.

Subucula. *Subucula*, intima veſtis, quæ ferè ex lino fieret, ita dicta, quòd ea ſubtus indueretur. Varro.

Sucula. *Sucula*, genus veſtis intimæ. Plautus *in Rudente*.

Sudarium. *Sudarium*, linteum, quo ſudor faciei detergitur, & nates purgantur. Suet.

Sudariolum, paruum ſudarium.

Suffibulum. *Suffibulum*, veſtimentum album erat, teſte Feſto, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Veſtales Virgines ſacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

Suppa. *Suppa*, veſtis, velut chlamys, aut pallium.

Supparus. *Supparus*, vel *Supparum*, genus togæ leuis, & anguſtæ; inde dictum, teſte Varrone, quòd ſupra induatur. Feſtus ait, veſtimentum eſſe puellare ex lino. Nonius ait, Supparum eſſe, linteum femorale, ad talos vſque demiſſum, quòd ſubtus appareat.

Sutalares. *Sutalares*, *Subtalares*, calcei ſuperiore parte tecti, nudi inferiore.

Symballotta. *Symballotta*, veſtes coacti per ſe velleris implexu potius, quàm textu confectæ : dicitur, *feltro*, Italicè.

Symmetria. *Symmetria*, veſtis ad talos vſque demiſſa. Pollux.

Synthesis. *Synthesis*, etſi pro qualibet veſte in veſtiario compoſita vſurpetur : ſumitur tamen pro ea, quàm diebus feſtis honoris gratia induimus, & in tricliniis, ſeu epulis : illis enim diebus omnes togam exuebant, & ſyntheſim induebant. Dicta, *ſyntheſis*, ab eo quòd conſuta, contextaque eſſet compoſitione verſicolori. Martialis.

Syrma. *Syrma*, genus veſtis laxæ, oblongæ Tragœdorum, vel cauda, ſiue tractus veſtis fœminarum. Martialis

Joſeph. Laurentij Polymath.

Syrtus, purpureus apparatus muliebris. Pollux. Syrtus.

Syſira tunica coriacea, piloſa, manicata, habitus Scythicus. Pollux. Syſira.

T

TAbula, veſtis erat etiam genus à re ruſtica ſumptum. Tabula.

Tænia, vittæ, quibus crines ligantur.

Tapetum, *Tapes*, idem, quod aulæum, veſtis ſtragula, variis coloribus intexta, quo aularum parietes, menſæ, lecti, nonnunquam etiam equi ſternuntur. Tapetum.

Theriſtrum, æſtiua veſtis, ſeu pallium muliebre, vt docet Rhod. *lib.* 13. *cap.* 6. Theriſtrum.

Threna, veſtis florida, & variegata, Tiraq.

Thyſanon, *Thyſſanon*, fimbria, ſeu ala. Tiraquell.

Tarentinidium, perſpicua veſtis. Tarentinidium

Tiara, ornamentum erat capitis Perſarum mulierum, inde Regum, & Sacerdotum, quam rectam geſtabant, duces autem inclinatam. Budæus Tiaram appellat Summi Pontificis triplex diadema. Tiara.

Toga, veſtis communis, & propria Romanorum, tam virorum, quàm fœminarum, ſicut pallium Græcorum, dicta toga, à tegendo, quòd corpus tegat. Hinc Comœdia palliata, erat Græcorum; togata, Romanorum. Materia togæ erat lana, vnde quidam putant lænam dictam; etſi alij putent lænam eſſe militarem veſtem. Forma ſemicirculari primùm fuit, vt colligitur ex Dionyſio, Quintil. Iſidoro, quamquam alibi quadratam fuiſſe doceat Athenæus. Hæc toga ſuper inducta tunicis, cum his vſurpari cœpit. Manutius eam non apertam, ſed à ſummo ad imum integram nulla ſciſſura, nullis manicis fuiſſe; & brachia, ſi emittenda forent, reiecta in tergum ima toga, expedita fuiſſe probare contendit. Per annum tamen, ſumpta virili toga, modeſtiæ cauſa, vt à me alibi indicatum, iuuenes in humerum non reiiciebant. Toga. Materia togæ. Forma togæ.

Toga Romanæ iouentotem Tebennum quendam Arcadem tradunt Græci, qui primus id genus veſtis geſſerit, & ſinum Ionium naui ingreſſus in Italiam venerit, & veſtimentum propagauerit. Ius togæ vſurpandæ non cuiuis permiſſum, ſed quibus Ius coloniæ datum, quare Carthaginenſibus ius togæ datum, cum à Statilio Tauro deducta colonia eſt muro cincta, Ælio Saturnino, vel augure, vel Pontifice eam Coloniam inaugurante. Loquor de externis non de Romanis.

Toga cingebatur, idque triplici cingulo laxiori, ſtrictiori, & cinctu Gabino, ex Sigonio. Laxior cinctura erat, quæ togæ lacinia trahebetur: Manutius verò exiſtimat diſcinctam togam maiorem habuiſſe dignitatem. Arctior verò erat, qua ſinus togæ in anteriore parte conficeretur, ne toga ad pedes peruenire poſſet; vnde, altè præcincti, pro expeditis habiti fuere. Togæ cingulum.

Cinctus Gabinus erat Conſulum euntium ad bellum, vel victorum. Ex Iſidoro. cinctus Gabinus dicebatur, cum ita imponebatur toga, reiiciebatur, attrahebaturque ad pectus, vt Cinctus Gabinus.

ex vtroque latere penderet: vel, vt Seruius, in Virgilium, ait, erat toga ſic in tergum reiecta; vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingeret.

Togæ longitudo, latitudo.

Togæ longitudo erat talaris, anguſtior, & arctior pauperum, laxior diuitum, atque, vt colligitur ex Horatio, ſex vlnis longa. Et quamuis in bello ſagis vterentur, Centuriones tamen, & Equites toga vſos in caſtrorum ocio, non autem in acie, pluribus Manutius *lib.* 2. probat.

Toga mulierum.

Mulieres non vulgo vſæ toga, ſed ancillæ, mulieres impudicæ, & exules, quibus aqua & igne erat interdictum, cum honeſtæ matronæ ſtola tantùm induerentur. Homines quoque, labente imperio, & mutata Reipublica forma, ſpreta toga, penulis, lacernis pallis ſunt vſi: & Appianus teſtatur, ſolis Sacerdotibus togæ vſum remanſiſſe.

Togæ nomina varia ſortiebatur à diuerſitate colorum, & officiorum.

Togæ color.

Togæ color vulgò albus natiuus; arte tamen candidus tunc fiebat, cum magiſtratus petebantur, vnde Candidati dicti.

Toga quotuplex.

Toga multiplex erat vel Prætexta, vel candida, vel pura, vel pulla, vel pexa, vel trita, vel ſordida, vel picta, vel palmata, vel purpurea, & huiuſmodi.

Toga prætexta.

Toga prætexta, ſeu ſimpliciter *Prætexta*, ea toga dicebatur, cuius ora, & circuitus purpura erat prætextus. Hac vtebantur pueri vſque ad annum 17. qui annus Tyrocinij dicebatur, vna cum bulla aurea ad pectus propendente, quod intelligendum de pueris ingenuis, patriciis, quorum patres Curulem geſſiſſent magiſtratum; cæteri verò pueri ingenui prætextam dumtaxat geſtabant. Neque ſolùm pueri ingenui, verùm etiam puellæ quouſque nuberent, libertinorum filij, magiſtratus omnes, non modo Romæ, ſed etiam in Coloniis & Municipiis, Magiſtri vicorum & Collegiorum, Sacerdotes, Senatores Ludorum Romanorum diebus, & mulieres, Nonis Caprotinis.

Prætexta cum bulla puerorum patriciorum.

Toga pura.

Toga pura, fuit communis hominum priuatorum, & virilis appellata, recta, & libera, & ideo dicta pura, quòd nulla admixta purpura, vel alio colore eſſet, ſed alba: hanc virilem togam poſt annum 17. ſumebant in Capitolio, ad Iouis ædem, vt alibi indicatum.

Toga pulla.

Toga pulla, erat atri coloris, quam induebant luctus cauſa, vnde lugentes dicti *pullati, atrati*: & ſub Imperatoribus, cum iam exoleuiſſet vſus togæ, exoleuit etiam ſimul vſus coloris albi, & tum pullæ omnes plebeiorum erant veſtes: at contra prætextæ, ſine pexæ, vt docet Lipſius, dicebantur candidæ & recentes priſco æuo vſurpatæ, quibus tritæ opponebantur.

Toga ſordida.

Toga ſordida, à pulla differebat colore, & vſu, non enim erat atri coloris, ſed albi; veruntamen erat ſordidior, & obſoleta, & longo vſu detrita, qua nec vtebantur in luctu, ſed tantùm vulgares viri, ſeu tenuiores, rei, & affines reorum: tunc dicebantur, *Mutare veſtem*.

Toga picta.

Toga picta, veſtis Etruſca erat, purpurei coloris, auro diſtincta à triumphantibus geſtari ſolita, dicta picta, quòd in ea figuræ ita fingerentur, vt ea ſpecies ad picturæ ſimilitudinem accederet.

Toga palmata.

Toga palmata, ita dicta à palmis pictis, quam fuiſſe eandem cum trabea quidam aſſerunt, & palmatam dictam volunt, quod à triumphalibus viris geſtaretur, & à victoria, quæ palma nominatur, palmata dicitur.

Toga purpurea.

Toga purpurea, differebat à picta quia picta erat: à prætexta, quia hæc erat alba cum limbo purpureo. Purpurea ergo tota ex purpura conſtabat. Erant & alia Togarum genera, vt muliebris, militaris, quæ chlamys a quibuſdam cenſetur, vndulata, raſa, ſericulata, Phrygiana, ſcutulata, & huiuſmodi.

Trabea.

Trabea, ſacerdotalis veſtis erat ſacra, eadem cum Augurali, quæ ex purpura, & cocco miſta erat cum balteo, & fibula.

Trabea regia, à Latinis ad Romanos peruenit, talis eſt habitus Ducalis.

Trabea Conſularis, labente Imperio, fuit Magiſtratuum inſigne.

Trabea Senatoria, eadem cum Conſulari. *Trabea equeſtris* equitum: *muliebris*, ſiue *matronalis*, matronarum.

Trichila.

Trichila, ſtragulæ veſtis prætenuis genus. Rhod. *lib.* 18. *cap.* 11.

Triglypha.

Triglypha, puellarum indumenta. Rhod. *lib.* 18. *cap.* 2.

Tunica.

Tunica, veſtis erat apud Romanos interior, & ſine manicis, cui toga ſuperinduebatur, anguſtior, & breuior, deinde manicata fuit, ac cingulo conſtricta, quæ ad medios vſque poplites perueniebat, aut infra, mulierum erat; ſupra Centurionum: talaris verò, probro habita. Verùm primis temporibus Romani ſine tunica fuerunt, toga ſola amicti: poſtea ſubſtrictas, & breues tunicas citra humerum deſinentes habuere, quas Græci dixere ἐξωμίδας. Color tunicæ liberorum hominum albus. Manutius *in Quæſitis lib.* 1. *c.* 2. ſentit purpureum fuiſſe, & quia popellus tunicatus incederet, & in campo Martio ſe exerceret; hinc *Tunica*, pro plebeio; *Toga*, pro Senatore, & Equite vſurpata; & licet tunicati omnes eſſent, plebs tamen arctam, & ſine clauis, Senatores autem & Equites latam, & clauis contextam geſtabant. Hæc primis temporibus, Regibus tantum in vſu; inde Senatoribus, quorum veſtis, ſeu tunica dicebatur, *Laticlauium*; & Equitum *Anguſticlauium*, item Tribunorum Militum alij Laticlauij, alij Anguſticlauij.

Tunicæ color.

Laticlauium. Anguſticlauium.

Tunicæ verſicolores.

Tunicæ verſicolores, erant Saliorum. Tunica Phœnicia, vel coccina, pugnæ ſignum erat in caſtris. Tunicæ Romanarum mulierum longè, lateque diffuſæ erant ad vlnas, & crura extenſæ, talares, pudicitiæ cauſa.

Tunica palmata.

Tunica palmata, triumphantium propriè erat.

Tyrianthina.

Tyrianthina, veſtis erat purpurea, ſumpto nomine à purpura Tyria; vnde & Tyriæ veſtes dictæ.

V

Vdo.

VDo calceamenti genus, quod nonnunquam ex lana, nonnunquam ex hirci pilis conficiebatur. Hi Vdones Cilicij dicebantur. Martialis.

Venſica.

Venſica, tegumentum, ſeu mitella erat capitis ſubtiliſſimum, quo Germanorum crines contegebantur.

Ventrale.

Ventrale, veſtimentum ventrem contegens. Plinius.

Virgata,

Virgata. *Virgata* veſtis, in qua virgæ purpureæ, ex Polluce, textæ.

Viria. *Viria*, ſiue *Viriola*, ornamentum colli à gemmis viridibus, vt quidam volunt.

Vitta. *Vitta*, faſcia capitis ad crines aut ſerta & flores religandos, Plinius.

Vmbella. *Vmbella*, itidem indumentum erat capitis, quo radij ſolis arcebantur.

Vndulata. *Vndulata* veſtis, ex hircorum, & caprarum pilis, non ex lana confecta ad ſimilitudinem vndæ.

X

X*Enion*, auratum capitis ornamentum. Pollux.

Xerampelinæ. *Xerampelina* veſtes, ex Probo, matronarum, ampelini coloris, qui inter coccinum, & muriceum medius eſt, vulgò *roſa ſecca*.

Xiſtis. *Xiſtis*, ex Cœlio, dicitur talaris tunica, & muliebris: alij dicunt Tragicam eſſe veſtem.

Xiſton. *Xiſton*, veſtimenti genus viris æquè, ac fœminis commune. Març. Don.

Xyron, ornamentum muliebre. Tiraq.

Z

Zanca. Z*Anca*, *Zanga*, calceamenti genus.

Zinichion, corrigia calceamenti. Tiraquell.

Zona. *Zona*, cingulum, quo cingimur, in quo nummi aſſeruati, de quo alibi.

Zoma. *Zoma*, indumentum commodum limbòs habens. Pollux: vetularum erat habitus, *Zoſ-ſua*, Tiraq.

Ornamenta varia. Erant & alia ornamenta; putà ſegum, vt Corona, & Sceptrum; Augurum, Lituus, ſiue Baculus incuruus; item paſtorum; Pedum, vnde dictum noſtrum Paſtorale: Apex, ornamentum capitis Flaminum ex pilis. Dextrocheria, dexterarum manuum ornamenta. Dexteriola etiam dicta Capitolino, chirothecæ manuum. Monile colli; Inaures aurium; Anuli digitorum; Bulla aurea pectoris prætextatorum; Armillæ brachiorum; Brachialia etiam dicta; Fulcralia lecti ornamenta. Ceſtus, Veneris cingulum ad amorem conciliandum; Epomis, doctorum & Canonicorum inſigne Mantiha, manuum; Mappæ, menſæ; Ceruicalia, puluini; culcitræ, lectorum. His adderem ornamenta militaria, niſi actum agerem. De quibus conſulendi Bayfius, Budæus, Lazius, Roſinus, Manutius, Sigonius, Lipſius, & alij.

MARIO ANTONIO Bragadeno Epiſcopo Cremenſi.

SYNOPSIS VI.

De Luſtrationibus, expiationibus, & aliis huiuſmodi.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

O Ego luſtralibus ſacris expiandus; ni mores inficetiſſimos hominum quorundam Variniano deteſter ſtomacho. Oculi, frons, lingua, mirum, quantùm mentiuntur? vt exclamare liceat, barbas video, non autem philoſophos, quoſdam cùm video barbitio bircino, philoſophos, ex Apuleio, mentientes. Atqui ego non mentum, ſed mentem metior; non illud, ſed hanc canam candidam ſuſpicio, namque:

Si promiſſa facit prudentē barba; quid obſtat,
Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato?

Quædam itaque de ſacris expiatoriis, & Luſtrationibus delibo,

Luſtratio aliquando vſurpata pro circumitione, & peragratione, Græcè [illegible]: aliquando pro ſacrificio expiatorio, Græcè [illegible], de qua nunc pauca. **Luſtratio quid.**

Luſtralia ſacra dicta, quæ quinto quoque anno, id eſt, luſtro peragebantur, vnde luſtralia peçora dicta quæ per quinquennale tempus deuota ſacrificiis nutriuntur, quæ quia plerumque pinguia, ideo luſtralia ſumuntur pro pinguibus.

Luſtrabantur Coloniæ educendæ ex Cic. de Diuin. Agri quoque Romani, vina fundendu ex Catone de re ruſtica, lib. 41. Virg.

——Cum luſtrabimus agros.

Luſtratæ & domus, eas ſulphure ſuffientes, ex Dioſcoride, Plinio, & aliis.

Luſtrari lecti ſulphure, ouis, vt à me alibi dictum. Ouid. 2. de arte.

Et veniat, quæ luſtret, anus lectumq; locumq;
Præferat & tremula ſulphur, & oua manu.

Luſtrationum olim plura genera apud priſcos Romanos; primò cum luſtrabant exercitum, dicebant, *Armiluſtrium*; ſub dio autem fiebat, vt notat Plutarchus *in Bruto*, Liuius *lib.* 1. *&* 2. ſue, oue, ac tauro mactatis. Dionyſius, hircum, pro ſue ſupponit. Græci verò, mactato cane, exercitum luſtrabant, ex Liuio *l.* 4 Herodoto *l.* 7. Vide Alex. ab Alex. *l.* 3. *c.* 12. Macedonibus inter diuiſam hoſtiam, priorem ad dextram, poſteriorem ad læuam viæ, aut diſciſſæ canis viſcera, armatas copias, & exercitum traducere, inſtructo, paratoque milite præcedere, & ſimulacrum pugnæ edere, cumque cohorte regia, & omni belli apparatu arma ab vltima regione regum proferre, & ſacrum piaculare facere, luſtrandi exercitus mos fuit, Alex. ab Alex. *lib.* 5. *c.* 27. Sab. *lib.* 7. *En.* 5. Xerxes autem, milite detrectante militiam, in duas partes diſſecto, exercitum traduxit, & hac victima execrabili, milites luſtrauit. **Luſtratio exercitus. Armiluſtriũ. Græcorum armiluſtriũ, Macedonum armiluſtriũ. Armiluſtriũ Xerxis.**

Manſit autem conſuetudo apud Romanos, vt cũ exercitus, & caſtra luſtrabantur, triticum militibus pro cuiuſque contubernio daretur, & ſingulis drachmæ, muneraque, & vota in proximum luſtrum exſoluenda duces promitterent. In Campo Martio id factum ab armatis peditibus, & equitibus, auro coronatis, actis hoſtiis ter circum inſtructas acies, præcedente põpa, & greſſu compoſito Marti immolandis. **Dbnatib in armiluſtrio. Armiluſtriũ vbi factum.**

Claſſem quoque luſtrabant victimis cæſis, crudis extis cæſæ victimæ in mare proiectis, teſte Liuio *lib* 29. vbi de luſtratione claſſis à Scipione facta. Hæc luſtratio ita peracta, vt colligitur ex 5. Æn. Virg. illis carminibus. **Claſſis Luſtratio.**

Dy quibus imperium pelagi, &c.

Diſpoſita claſſe in littore, aram, quæ mari abluebatur, conſtruebant, & etiam victimam, atque extra per claſſem in littore diſpoſitam nauiculis circumferebant, cum ſolemni carmine, & precatione, ducibuſque vna inſidentibus in ſcaphis, diuiſæque hoſtiæ partem in mare cum viſceribus proiicientes, partem verò flammis adolentes, à claſſe calamitates deprecabantur, ex Alex. ab Alexand. *lib.* 5. *cap.* 26. Eodemque ferè modo facta luſtratio Rogi, armis in ignem ioiectis, cum luctu, & lamentis ab inſtructis circa rogum militibus, cum tripudiis, hoſtiiſque ad rogum immolatis, exſectis in ignem proiectis.

Rogi luſtratio.

Nauibus olim, teda lucida, ouo, & ſulphure luſtratis ad purificationes, preces ſolemnes præfati, nomen indebant Ethnici ſacerdotes, nec in totum exoleuiſſe antiquum ritum Maſſiliæ conſpeximus. Brod. 2. *epigr.*

Luſtratio alia claſſis.

Vrbis luſtrationem Athenienſium ita factam lego. Vrbe Athenienſium peſte laborante, reſponſum à Pythia acceptum, vrbem expiandam eſſe. Niciam Nicerati filium naui miſerunt, qui Epimenidem ex Cretâ aduocaret. Ille profectus olymp. 27. luſtrauit vrbem hoc modo. Oues ſumpſit nigro, & candido vellere, duxitque in Areopagum, atque inde, quo vellent abire, permiſit, comitibus mandans, vbicumque illæ accubuiſſent, ſingulas mactarent peculiari cuipiam Deo. Sic quieuit lues. Hinc factum, vt per Athenienſium pagos paſſim aræ ſine nomine inueniantur. Laertius. Qui fortè, Ignotus ille Deus, cuius occaſione Diuus Paulus Athenienſibus Chriſtum prædicare cœpit. Pauſanias certè *in Atticis* ararum etiam ſub tempore, Ignotis Diis, extructarum, meminit. Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 27.

Luſtratio peſtis vrbis Athen.

Ara ignoti Dei quæ.

Galli verò ita luſtrabant vrbem; Hominem purioribus cibis anno ſaginabant, ac feſto die vrbe tota circumductum extra pomœrium educebant, eumque mox lapidibus obruebant.

Luſtratio vrbis Gallorũ.

Cecis refert ex Lycophrone in Loetide, & Hipponacte in iambis, hunc morem expiandæ peſtilentiæ famiſque. Hominem in vrbe turpiſſimum diſquirebant, quem Catharmum appellabant, eumque ad locum quendam ſacrificio illi conſtitutum deducebant, manu tenentem caſeum cum placenta, & ſiccos ficus, quem poſtmodum ſepties caprifico, & ſcilla agreſti, aliiſque virgultis ſylueſtribus partes pudendas verberatum, ſcrobe eo loci facta, lignis ſylueſtribus comburebant, confectumque cinerem pro illius loci expurgatione, & piaculo in mare proiiciebant. Vide Maiolum. Præterea Numa regnante, Vrbe morbo affecta, pelta ænea de cœlo delapſa, in quia Romanorum fata; & quia in ea Vrbis ſalus credebatur, 11. aliæ elaboratæ, Collegiumque Saliorum inſtitutum cuſtodum ancylium. Liu. & alij.

Athenienſes Vrbis luſtrandæ cauſa viros duos immolabant, vnum pro viris, alterum pro fœminis, & hi φαρμακοὶ dicebantur. Item καθάρματα. Alij virum, & fœminam tradunt, ſingulos ſcilicet, pro ſuo ſexu, & alebantur hi quidem de publico ob eam rem. Ritus luſtrationis vniuerſus hic erat. Immolandis è collo caricæ ſuſpendebantur; nigræ illi, qui pro viris; albæ, quæ pro fœminis eſſet. Præterea in manus dabant caſeum, mazam, & caricas. Deinde cæſus colaphis, ſcillis, ficubuſque agreſtibus, & aliis huiuſmodi, ſeptus igne cremabatur, ex lignis infelicibus extructo, cineresque in mare ſpargebantur. Deinde veſte ornatiore induti erant, ac deducebantur ad tibiæ cantum, ex Muſſio *lib* 4. *cap.* 22.

Athenarum vrbis luſtratio.

Luſtrationem Equitum Romæ factam ſingulis annis bis, Lupercalium die à trabeatis Equitibus, & Idibus Iulij, refert Valer. Max. *lib.* 2. *cap* 1.

Luſtratio Equitum.

Curias verò, populumque purgari hoc pacto, refert Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 27. vt excerptum vitulum ex fordæ bouis immolatæ vtero (ſicut in Fordicidiis mos eſt) per Veſtalem natu grandiorem igne comburerent, exque illius cinere & equi ſanguine, aduſtiſque fabarum ſtipulis, ſuffimen fieret, quo populus, & Curiæ Palilibus purgarentur, quod quidem in templo Veſtæ, præcipua cura ad dubios caſus, ſeruabatur; hoc modo ab infortuniis populum vniuerſum expiari putabant.

Luſtratio curiarum.

Apud Athenienſes more receptum legimus mactare porculum, & ſubſellia concionis ſanguine illius imbuere, in honorem Cereris, quia fruges eius lædit, inquit Comment. Acharnen. vnde Æſchines dixit: *Poſteaquam piaculum circumlatum erit, & præco patria vota fecerit, tum iubet lex ad populum agi.* Immolatus verò ad expianda loca porculus, κάθαρμα, dicebatur. Æſchines contra Timarchum καθάρσιον, vocat. Qui expiabat, καθαρτὴς, Cœlio, Periſtiarchos. Lex autem, vt inquit Dinarchus apud Demoſthenem contra Timocratem, præconem cum bona ominatione precari iubebat, vt populo de rebus à Diis conſilium traderetur. Cum votis quoque execratio coniuncta fuit, vt ex oratione Demoſthenis colligitur, *de ementita legatione.* Execrationis hæc vis; vt qui contra Rempublicam ſenſiſſet, dixiſſetve, ipſe cum gente, domoque ſua à Diis euerteretur. Sigonius *lib.* 1. *de Republica Athen.* Cœlius *libro* 27. *capite* 17.

Luſtratio Athen. concionis.

Catharma quid.

Catharſis quis.

Periſtiarchus.

Execratio Athen.

Ouium luſtrandarum ratio hæc recenſetur ab Alexandro *libro* 4. *capite* 27. Paſtor ſummo diluculo aqua illas aſpergebat, & ſulphure, herbaque Sabina, & lauro, igne ſuccenſis, circum ouilia ſuffumigabat: cumque ſacro carmine milio, & libo, cum lacte, & ſapa, Pali ſacra faciebat, quo ſuffitu pecora expiari, morbos depelli, ac diras tabes exterminari putarunt, Ouidius Faſtorum 4. optimè hæc deſcribit:

Luſtratio ouium.

Palilia ſacra.

Paſtor oues ſaturas ad prima crepuſcula
luſtret,
Vnda prius ſpargat, virgaque verrat
humum.
Frondibus & fixis decorentur ouilia ramis,
Et tegat ornatas longa corona fores.
Cærulei fiant puro de ſulphure fumi;
Tactaque fumanti ſulphure balet ouis.
Vre mares rores, tedaſque, herbaſq; Sabinas,
Et

Et crepet in mediis Laurus adusta focis.
Libaque de milio milij fiſcella ſequatur,
Ruſtica præcipuè eſt hac Dea læta cibo.
Adde dapes, mulctramque ſuam, dapibuſque refectus
Sylvicolam tepido lacte precare Palem.

Luſtratio inſulæ. Inſulæ expiandæ ritus talis fertur. Anno 6. Peloponneſiaci belli Delus inſula ab Athenienſibus expiata, hoc pacto. Cadauera ex tota inſula refoſſa in Rhemiam, fuere aſportata; inſtitutumque, vt iam inde nemo ibi naſceretur, moreretúrve; ſed vt, quæ nixu laborare cœpiſſent, ac quoquomodo perituri, in eam Inſulam deportarentur. Eſt Rhemia adeò Delo propinqua, vt Polycrates Samiorum Tyrannus vtramque alteri catena aliquandò iunxerit. Manſit in Delo luſtrale ſacrum, quod Athenienſes cum circumiectis inſulanis, quinto quoque anno deinceps celebrarunt. Sab. *lib. 6. En. 3.*

Luſtratio aruorum. Ambaruale ſacrum. Luſtrabantur arua ſacris Ambarualibus, porca fœcunda, & grauida, ter circum arua, maturis frugibus, ducta, omneſque poſt eam clamantes ſequebantur, ex quibus vnus querna coronatus fronte, cum ſolemni ſaltatu, compoſito carmine Cereris decantabat laudes; ac poſtquam lacte, vino, & mellis fauo libaſſent, antequam fruges meterent, porcam Cereri immolabant, quæ præcidanea, dicta. Alex. *lib. 3. cap. 12.*

Præcidanea porca quæ.

Apud Romanos agna coronata, meſſis, ager, fundus, terra, grex, vel pecus ter circumluſtrabatur: proſequente agreſtium turba cum fiſtula, ſolemnique ſaltu, & clamoribus, Deum, Deámque, cui ſacra fiebant, inuocante, vti morbos, calamitates, & omnem intemperiem prohiberent, fructum agrorum, paſtores, pecoráque ſeruarent.

Luſtratio alia agri. Item, ſi ager luſtrandus foret, Iunoni, & Iano vino libabant prius: mox Martem patrem, vt ſciens, volenſque propitius adeſſet, inuocabant. Alexand. ab Alex. *lib. 5. cap. 27.*

Ambarbiale ſacrū Athen. ad pluuiam petendam. *Ambarualia* ſacra peragebant Athenienſes circum campos, Iouem inuocantes, in magna ſiccitate, acclamantes, *Plue, plue, ò Iupiter, in aridos Athenienſium campos.* Loënſis lib. 9. cap. 10.

Amburbialis victima quæ. Amburbialis victima erat, cùm propter dira prodigia (vt ſi bubo, vel lupus, cellam Iouis, vel Capitolium intraſſet) tædæ, aut victimæ ſulphuris, & aquæ luſtratione Vrbs, aut Capitolium purgabatur. Sacrum verò Ambaruale tutandis Imperij finibus factum, ſingulo quoque quinquennio per Cenſores, Suouetaurilibus, ſcilicet, ſue, oue, ac tauro, qui circumducebantur, menſe Februario, quo tempore Februo in primis litatum, ſacrúmque peractum. Mox Cenſor in magna ordinum frequentia Deos Imperij præſides ſolemni precatione inuocabat, vt rem Romanam, vrbem, templa fines conſeruarent incolumes, & proſperos ſucceſſus darent, maláque auerruncarent, votaque in ſequens luſtrum promitterent. Alex. ab Alex. *lib. 5. cap. 27.*

Suouetaurilia. Februo dicatum Februario menſe.

Vota pro Popul. Rom. per Cenſores.

Canarium augurium. *Canarium* in antiquis libris, dicitur augurium, cui agendo conſtituerunt dies, priuſquam frumenta vaginis exirent, & antequam in vaginas peruenirent, à cane ducto vocabulo; ſiquidem rutilæ canes, ideſt, non procul à rubro colore, immolabantur, vt ait Atteius Capito, Canario ſacrificio pro frugibus, deprecandæ ſæuitiæ cauſa ſideris caniculæ. Legimus in Græcorum monumentis; exurente quandoque Cycladas inſulas cane, atque inde ſterilitate multa, ac ſiccitate conſecuta, qui in ea habitabant, ex oraculo Ariſtæum Apollinis, & Cyrenes filium accerſiuere. Aduenit, & ex Arcadia, ſecum quibuſdam ductis, templum erexit Ioui, quem vocauit Hyetæum, quaſi pluuium. Eandem quoque rebus diuinis operatus placauit, Ceiſque legem inſtituit, ſingulis annis, eiuſdem ſeruarent exorthum, & eidem rem diuinam obirent. Cœlius *lib. 17. cap. 17.*

Canarium ſacrificium.

Luſtratio contra ſiccitatem. Ieteum templum.

Luſtratio contra famem. Cum in Apamea Phrygiæ ſumma fames ob agrorum ſterilitatem orta eſſet, paſtoréſque rem diuinam fruſtra facerent, Euphorbus quidam noui ſacrificij genus excogitauit: vulpem, & echinum immolauit. Qua beſtia placatis Diis, agros feraces eſſe cœpiſſe, ſcribit Hermogenes, citante Stephano.

Tubiluſtria. Luſtrabant etiam tubas ſacrorum, menſe Martio, in atrio Sutorio: hæc dicta, Tubiluſtria.

Luſtratio ſomniorum. Faſcinationis expiatio. *Somnia* quoque periculoſa, & curas, fluminis ablutione purgabant. Faſcinationes ſaliua ieiunorum. Luſtrabant pariter domos, ſulphure eas ſuffientes, ex Dioſcoride, Plinio, Homero. Inſuper luſtrabant lectum ſulphure, & ouo, ex Ouid. *de arte.*

Luſtratio puerorum. Luſtrati pueri dì Luſtrico à Romanis, igne, aqua, ſulphure ſuffitibus excitatis; aqua verò aſperſi, adhibitis carminibus, quo die infanti nomen imponitur; ſiue quinto ex Platone, ſiue decimo maſculis ex Macrobio; ſiue ſeptimo ex Ariſtotele.

Aliam luſtrationem puerorum innuit Perſius ſat. 2.

Expiatio puerorum.
—— Ecce auia, aut metuens materteræ cunis
Exemit puerum, frontemque atque vda labella,
Infami digito, & luſtralibus ante ſaliuis
Expiat, vrentes oculos inhibere perita.

Græci pro infantibus quinto die ſacrificabant. Hebræi 8. circumcidunt. Nono die apud Romanos luſtrico maribus nomina imponebant, fœminis 8. tunc infantes luſtrati.

Luſtricus dies. Purificatio triplex. *Purificatio* apud antiquos, vt notat Seruius, triplex in ſacris vetuſtæ religionis, aut teda, ſulphure, & igne, aut aqua, aut aëre; hinc oſcilla illa ſuſpenſa apud Virg.

Aqua marina luſtralis. *Aqua* potiſſimùm, aut viua, aut marina luſtrationibus idonea. Sulphuri addebant laurum, verbenam, aliquando myrtum, oleum, bitumen aqua marina inſperſum. Quare Alex. loco ſuprà citato refert rarum expiandi genus, cum Deos quiſquam vbi maximè infenſos cernebat, linteatus ſucerinam, & laurum manu tenebat, genibúſque obrepera

Sacrum piaculare ad placandum numina.

obrepere debebat, & vocibus acclamare, numináque ſibi irata palam profiteri.

Laurus crepans boni ominis.

Laurum verò in ignem inijcientes, ſi ſonitum ederet, numina propitia; ſi ſine murmure arderet, irata portendebat.

Laurus ſilens infauſti ominis. Portentorũ expiatioq́ue. Terræmotus expiatio.

Portenta, hoc eſt, ſi bos, aut aliud animal fuiſſet locutum, expiabantur, habendo Senatum ſub dio. Terræmotus ſupplicationibus per triduum, Duumuiris præeuntibus; nonnunquam ex vna familia omnes coronati ſupplicabant, vel Fetias Prætor Vrbanus, ægris leuandis mentibus, indicebat, concione aduocata. Nomen verò Dei, cui ſacrum fiebat, ſupprimebatur, vtque iurgiis, & litibus temperarent, admonebat. Cur verò nomen Dei tacerent, lege Alex. ſuprà loco citato. De Luſtrico dic Cenſorium, Marcellum, Donatum, & alios.

Nomen Dei in ſacro tacitum.

Luſtratio gallinarum.

Pericarphiſmus, ſeu feſtucatio erat luſtrario, cum ſcilicet gallina ouo edito ſeſe feſtuca aliqua purificat. Rhod. lib. 54. cap. 29. Periſcylaciſmus expiatio facta immolato cane, quem Græci vocant Scylaca. Plut. in Rom. Periſtiarchi apud Athenienſes dicti qui conciones, ac theatra luſtrabant, quaſi circitores. Fiebat autem huiuſmodi luſtrario Carrharſiis, ideſt, minutulis porcellis; Rhod. lib. 22 cap. 26.

Periſcylaciſmus, Periſtiarchi.

Poſtulio ſacrum quod.

Poſtulio, ſacrum erat ad auerruncandam Deorum iram, facto prodigio aliquo; quod expiandum, procurandúmve foret; ita dictum, à Poſtulando, quoniam turbata ſacra cuiuſpiam, aut ludorum ratio, vbi quid parum explorate, curioſéve obiiſſent, aut in re diuina quid omiſſum, ex ritu, foret, per oſtenta, quæ paulò poſt ſequerentur, videbatur numen honoris reſtaurationem poſtulare. Vnde Feſtus, *fulgura* (inquit) *trium generum, poſtularia, peſtifera, peremptoria. Poſtularia*, votorum, aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſiderant. *Peſtifera*, mortem, aut exilium: *Peremptoria*, ſuperiorum fulgurum, portentorumque ſignificationem perimunt. Rhod. *lib.* 10. *cap.* 19. Scelera nefanda olim mari expiata, & luſtrata. Catullus auerſas, inceſtaſque Cellij Veneres carmine mordaci perſtringens, ait, eius libidines Oceanum ipſum eluere non poſſe. Subſcribunt, Cic. *pro Roſcio Amerino*, Seneca *Trag. Hippol* vnde Androgyni in mare deportati, quod nullis, niſi æquòris vndis, eiuſmodi portentum lauari, & expiari poſſit, Dur. Caſell. *lib.* 1. *cap.* 3. Monſtroſi quoque partus flammis dati, quod innuit Lucanus, Pharſ. 10.

Poſtularia fulmina. Peſtifera fulmina. Peremptoria fulmina. Luſtratio generum nefandorum. Androgyni in mare proiecti.

Monſtroſi partus vſti.

Monſtra iubet primum, quæ nullo ſemine diſcors
Protulerit natura, rapi, ſteriliſque nefandos
Ex vtero fœtus infandis vrere flammis.

Purificatio Veſtalium.

Veſtalium purificatio, ſuam pudicitiam per ſummum ſacrilegium proſtituentium, ſub terra, vnà cum lucerna, pane; aqua, lacte, oleoque, an expiatorium erat ſacrum, de ſacris tam nefariè pollutis?

Expiatio grandinis.

Grandinis auertendæ expiatorium ſacrum recenſet Palladius, panno ruſſeo molam cooperiri iubens, cruentas ſecures contra cœlum minaciter leuari, tum omne horti ſpatium alba vite præcingi.

Expiatio fulminum.

Expiationem fulminum. Plutar. innuit in Numa his verbis, *Sed poſtquam teneri, inueſtigatique vt ſe comprehenſos ſenſere, tum alia multa futura prædixiſſe, tum eam fulminum luſtrationem edocuiſſe, quæ in hanc vſque tempeſtatem per cepas fit; & crines, & mænides piſciculos*, &c.

Nocturnæ aues ſuffixæ.

Nocturnas aues, mali ominis auertendi gratia priſcos cruci conſueſſe affigere, idem refert Columella; Apuleius verò ait, poſtibus affixas.

Rubiginis expiatio. Aſini caput piaculare.

Rubigo ſanguine lactentis vituli olim placata ex M. Varronis, & Sex. Pomp. libris. Tagetis opinio longè ineptior. Nudatum cute tenus caput aſini in rutis limite, auertendæ vel rubiginis, vel tempeſtatis gratia, collocatum. Ad nubes tempeſtate grauidas auertendas; homines ad penulas diſcurrebant (vt habet Seneca *nat. Quæſt* 4) aut ad ſtoreas; imò pro ſe quiſque album agnum immolabat, alius pullum. Contra Africi flatum viri duo, vt habet Pauſanias *in Corinth.* gallum gallinaceum albis alarum pennis in contrarias partes diſtractum lacerant; ac deinde dimidiam vterque partem galli præferens cum curſu vites ambiunt, mox in eum ipſum locum, vnde currere cœperunt, rurſum congreſſi, auem defodiunt.

Nubium expiatio.

Africi venti expiatio.

Erucarum expiatio.

Erucas auertebant hoc ritu, ex Columella; ſi mulier, quæ in menſtruis eſt, ſolutis crinibus, & nudo pede, vnam quamque aream ter circumeat; poſt hæc omnes vermiculos enecatos cadere ferunt. Lege Caſellium *lib.* 2. *cap.* 10. Plinium *lib.* 30. *cap.* 2. *&* 3.

Columborũ expiatio.

Athenæus auctoritate Ariſtotelis refert, columbos excluſos pullis, ouis inſpuere, ſaliuaque eos luſtrare ad abigendam faſcini vim, Iunius *Animad. lib.* 5. *cap* 5.

Eireſione luſtratio.

Luſtratio *Eireſione* Athenienſium è Suida, & Plut. *in Theſea*, ita fertur, & Ariſtophane. Athenienſium pueri feſto quodam die, quem ipſi *Pyanepſia*, vocant, *Eireſionen* ferebant, hoc eſt, ramum oleæ lana coronatum, circum pendentibus vndique omnis generis pomis, & fructibus, tanquam primitiis, in ſignum ſupplicationis, quam, *Hiceteriam*, vocant, quaſi dicas, propitiatorium numinis. Id autem per vrbem in ſignum depulſæ olim à ſe ſterilitatis, cum cantu, quem pueri patrimi canebant. Loëuſis *cap.* 10. *lib* 4. Hæc feſta vocata *Ramalia*; Ramus ille lana coronatus *ἔιρον*, quaſi, lana, dictus; Addita & hæc, *Fert ficus, & panes pingues, Eireſione, Mellaque in cotyla, & oleum, quo te perfricare poſſis, & calicem vini boni meri, vti ebria dormias.* Si lapidibus pluiſſet, Nouendiali ſacro, id expiatum. Vbi è cœlo oſtenta apparuiſſent, vti, ſi duo Soles viſi, crinitus Cometes, Tiberis miſto ſanguine fluxiſſet, & huiuſmodi, piacularia ſacrificia facta ad numinum iras placandas, vel Feriæ indicebantur, aut Lectiſternia, ſupplicationéſve ad delubra, & puluinaria. Græci ſi quando territi malis, ſupplicabant, vetuſtum carmen inter vota, precéſque cani iubebant, hoc ſenſu, *Beatorum antiquiſſima ſanitas*

H'ceteria ſupplicatio.

Ramalia feſta.

Nouendiale ſacrum. Oſtentorum luſtratio.

Græcorum precatio.

ſanitas in omni tempore tecum ſum. Noto tamen in ſcriptoribus claſſicis, nulla potuiſſe veteres adire ſacra, ſine luſtratione facta, aqua pura, in qua titionem tingebant ex ara ſacrificij ſumptum. Hunc morem me docet Ariſtides, qui laudans Imperatoris Antonini humanitatem, ait faciles ad illum fuiſſe aditus, quaſi jam luſtrati eſſent, qui illum adirent. Hanc luſtrationem debere fieri multis partibus corporis, ſatis indicat Plutarchus, oratione poſteriori, De eſu carnium, dicens, *Quamquam nos fortaſſe peccamus, qui libros iſtos attingimus, non luſtratis manibus, oculis, pedibus, auribus.*

Luſtratio neceſſaria in omnibus ſacris.

Luſtratio facta in multis corporis partibus.

Hinc luſtralis aqua in aditu noſtrorum templorum. Cum aqua ſalem, & lentem miſcebant, vt colligitur ex Clemente Alex. *Strom.7.*

Licia, ſputũ in expiationibus.

Licia in luſtrationibus adhibita & in veneficiis, vt dictum alibi, & ſputum Petronius, *Illa de ſinu licium protulit, varij coloris filis intortum, ceruicemque vnxit meam.* Mox. *Turbatum ſputo puluerem medio ſuſtulit digito frontemque repugnantis ſignauit, hoc pacto carmine ter me iuſſit expuere.*

Terra in luſtrationibus.

Terra quoque vſurpata in luſtrationibus, vnde religio illa veterum, animas defunctorum terra purgatas in cœlum demigrare credentium, vt colligitur ex M. Tullio de Somnio Scipionis. Nunquid illa cinerum aſperſio ſuper capillos, huc reſpexiſſe videtur?

Cineris luſtratio.

Luſtratio exequiarum.

Luſtrabantur prætereà polluti exequiis. Virg. 6. Æn. *Luſtrauitque viros*, & Iuno apud Ouid. 4. Metam. luſtratur ab Iride, priuſquam cœlum reperat,

Læta redit Iuno, quam cœlum intrare parantem

Roratis luſtrauit aquis Thaumantias Iris.

Sulphur luſtrationibus idoneum.

Demum ſulphur luſtrationibus maximè aptum, ad expiandas potiſſimum domos ſuffitu, cæterarumque rerum ſanitatem.

Luſtralia quæ.

Aqua deinde ſparſa rore leui ramo oliuæ, lauriuè, cum carminibus, in corporum luſtratione. Ignis quoque vim luſtrandi maximam habet, quæ omnia tum vi naturæ, tum religionis inſtituto fuiſſe vſurpata, neminem latet. de his vide Columellam, Macrobium, Roſinum, Marcellum Donatum, & alios.

Pompea.

Pompea erant vtenſilia, quibus vtebantur ad expiationes, & pompas.

Piamenta.

Nece polluti ſepties ſe veſteſque ad flumina abluebant. Piacularis hoſtia, ex Varrone, cum quid cum piaculo factum erat, hinc piaculare factum, quod ad expiandum adhibebatur.

Piatrix.

Piatrix dicebatur Sacerdos, quæ expiare erat ſolita. Piamenta, quibus in expiando vtimur.

Suffocare, ſpecies Luſtrationis. De luſtrationibus: vide Iac. Durantium lib.1. cap.1.

MATTHÆO SANVTO
Epiſcopo Concordio.

SYNOPSIS VII.

De Coloribus.

VESTIMENTORVM ſyntagma iure poſtulat colorum, quibus veſtes inficiuntur: non vt philoſophus, ſed vt philologus paucis complectar ex Thyleſio, Baytio: & primùm in genere diſſero de illis; deinde ſingulos duntaxat delibo.

Color varius.

Color varius, ſiue veſtis varia, & diſcolor, diuerſis è coloribus diſtinguitur. Hinc equus varius, non totus candidus, vel niger; ſed his, aliiſve coloribus diſtinctus; ſic Cœlum varium, cuius partes ſerenæ interlucent, partes nonnullæ triſtantur. Sæpè etiam, quia inter colores affinitas eſt, alius pro alio ſumitur; ſic Mineruæ oculi dicuntur à Virgilio flaui, pro, glaucis; & album, pro pallido; cœruleum, pro ſubuiridi poëticè dicitur.

Diſcolor.

Diſcolor aliquandò ſumitur non tantùm pro vario, ſed pro, radianti. Virgil.

Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit.

Decolor.

At, decolor, is dicitur, ex cuius ore color defluxit, & exanguis relictus eſt; idcircò ſumitur pro, deformi, & nigro, vt, decolor Indus; at concolor einſdem eſſe coloris fertur. Sunt etiam è coloribus aliqui incerti, qui intuentium oculos fallunt, vt eſt Cœli nitor, illuſtrari radiis Solaribus, Cyaneum colorem; vel non illuſtrati, ſuboſcurum referentis; ita & mare ipſum præter cæruleum, modò atrum horret, modò vireſcit, interdum etiam flauum, rauumque ſe oſtendit, aut ſpecie quadam purpuraſcit violacea.

Colores incerti.

Colores ſuaues.

Colores triſtes.

Colorum quidam ſuaues recenſentur, vt flauus, purpureus, candidus, imprimis roſeus. Quidam triſtes & lugubres, vt ater, pullus, ferrugineus, impluuiatus, quibus rei ſe deturpabant ad miſericordiam captandam.

Colores primi.

Colorum duo potiſſimum genera apud philoſophos recenſentur, albi, & nigri; cæteri verò ex horum commixtione naſcuntur. Albus diſgregat viſum ex philoſuphis; niger verò congregat.

Colores à locis dicti.

Colorum quidam nominati ſunt à locis, vt *Puniceus. Tyrius, idemque Sarranus.* Purpurei ſunt hi. *Indicus, Sinopis, Melinus, Hiſpanus, Baeticus, Mutinenſis, Coloſſinus.* Alij dicti ſunt à metallis, vt, *plumbeus, ferrugineus, argenteus, aureus.* Alij à plantis, vt *Buxeus, Roſeus, hyacinthinus, byſſinus, coccinus, ſandycinus. violaceus*, qui & *Hyanthinus.* ex quo, *Tyrianthinus.* è purpura factus, & viola. *Croceus*, vndè veſtis crocotula; à Calta, *Caltula*; à Byſſo, *Byſſina*; à Citro, *Citroſa*; à Papauere, *Papauera*; à Galbano, *Galbana*; à maluæ floſculo, *Molochina*:

Colores à metallis dicti.

Colores dicti à plantis.

lochina: à Puniceo flore *Balauſtina*. A foliis porri virentis, *Praſina*

Colores ab animantibus dicti.

Alij colores ab animalibus, vocati, vt *Ceruinus*, *Mulinus*, *Muſtellinus*, *Ictericus*, ab aue Ictero, qui & dicitur color luteus. *Cycneus*, ſiue olorinus, candidus.

Colores à rebus diuerſis dicti.

Coracinus, à coruo niger. *Oſtrinus*, *Conchyliatus*, *Muriceus*, purpureus. A rebus denique diuerſis alij colores, vt *igneus*, *flammeus*, ab igne, & flamma; A cœlo, *cæruleus*; A mari, *marinus*, ac, *thalaſſinus*;

Colores à mari, & aqueis.

Ab vnda, *Cymatilis*, ſeu *Cymatius*: Ab arcu pluuio, *Arquatus*. *Hyalinus*, qui & vitreus coloris vitri; item, *niueus*, *marmoreus*, *lacteus*, *eburneus*, *amethyſtinus*, ex quo Tyriamethyſtinus, *Sandaracinus*, *impluuiatus*, *ſanguineus*, *herbidus*, *cereus*, *piceus*, *cinereus*. A ſpumis quoqe, & maculis, color, *ſpumeus*, & *maculoſus*, vt equorum. A guttis, *guttatus*, vt canum. A muſcarum ſimilitudine, *muſcatus*: A ſcutulis, *ſcutulatus*: Ab exiguorum pomulorum ſpecie, *pomulatus*. Si orbes ſunt latiuſculi dicitur, *rotatus*.

Color albus, Candidus, Olorinus. Candidum in quo differt ab albo.

Albus color puriſſimus, qui & candidus dicitur, & olorinus, licet album ſit natura, & candidum arte, ſumitur pro ſinceritatis argumento; vnde animus candidus, ideſt ſincerus, & candidati dicebantur Romani, magiſtratum ambientes.

Candens quid. Canus color

Candens verò ſumitur pro ignito, eiuſdem generis eſt canus, qui refertur ad barbam, & capillos ſenum. Sumitur aliquando albus pro pallido, vndè timor albus; hoc Romanæ mulieres quondam funera ſequebantur in veſte alba.

Melinus color

Melinum, eſt coloris candidi ſpecies. Hi colores albi, & ſimplices.

Color miſtus ex albo.

Ex albo, & fuſco miſtus color dicebatur, *Leucophæus*, nam λευκὸν album, φαιὸν, fuſcum, ideſt, ſubnigrum Græci dicunt.

Bicolor. Leucophæus Leucopæryphus.

Bicolor dici poteſt cinericius, talis color eſt lanæ, quem nos dicimus *griſo*, at *Leucopæryphus* dicitur candidis veſtibus indutus, nulloque precioſo ſucco inebriatus.

Color niger. Ater, Anthracinus.

Ater color, qui & dicitur, *Anthracinus* niger, à carbone dictus, quod carboni ſit ſimilis, ſiue, quòd eiuſmodi color fiat ex tritis in mortario carbonibus. Hinc Terent. ait, *Tam atram reddam, quam eſt carbo.* Sanguis præterea effuſus, ac frigefactus, amiſſo rubore, tanquam in carbonem mutatus, ater ab omnibus vocatur; dicti etiam atri dies, quòd carbone notarentur, ideſt infauſti, vnde atrati lugentes; at candidi creta notari, & fauſti.

Ater in quo differt à nigro

Differt, *ater*, color, à *nigro*, nam non omnis niger eſt ater, nec dici ſolet nigra veſtis, ſed atra, & pulla potius, hinc atrati, pullati, & ater color eſt triſtis, viſu iniucundus, lugentibus accommodatus; niger verò lepidus, ac venuſtus; hinc nigri oculi, nigri capilli decori. *Ater* ergo color ab antiquis dicebatur, Anthracinus, furuus, liuidus à liuore, fuſcus; qui ſi modum excedit, & nigreſſit,

Preſſus.

Preſſus. dicitur.

Aquilus.

Aquilus etiam eſt color ſubniger, fuſcus, à colore aquæ vocatus, cuius incertus eſt color, albuſne, an niger.

Coracinus.

Coracinus eſt color etiam niger, qualis eſt coruorum.

Pullus. Bæticus.

Pullus, color eſt fuſcus in nigrum vergens, cuiuſmodi eſt color terræ, qui & *Bæticus*. dicitur, ſiue *Hiſpanus*, hinc, pullati, dicuntur lugentes, quod pullis veſtibus terræ ſimilibus eſſent amicti.

Impluuiatus. Suaſus, Inſuaſus. Pullus color vnde dictus. Colores medij ſiue miſti.

Huic non abſimilis color erat, *impluuiatus*, teſte Nonio, quaſi fumato ſtillicidio implutus; Item *Suaſus*, *inſuaſus*. teſte Feſto, color appellatur, qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento Albo. Quidam volunt pullum colorem dici à puro per diminutionem, vt lana pulla, quaſi pura, nullo alio colore infecta.

Furuus. Fuſcus.

Furuus, & fumeus, qui fumo aſſimilatur.

Fuſcus nigro propinquior eſt. Ad colores medios progredior, nec multùm recedo ab atro.

Ferrugineus. Impluuiatum. Thalaſſicus.

Ferrugineus color, qui colorem ferruginis refert, *Impluuiatum*, dixerunt antiqui, hic dictus eſt etiam *Thalaſſicus*, non quòd maris colorem referat, ſed quòd nautæ eiuſmodi colore ſoleant vti in mari; iſte color à veteribus dictus, *Bæticus*, ſiue *Hiſpanus*. & viliſſimus habitus, vnde ferrugineę veſtes piſcatoribus, & nautis tribuuntur: imitatur color ferrugineus rubiginem ferri.

Ferrugineus color funeſtus.

Tunica etiam nuclei pinei *ferruginea* eſt, color iſte erat quoque lugentium, quare erat color funeſtus, vnde, hyacinthi, à Virgilio dicuntur, ferruginei, quaſi lugubres, & Cœlum, ferrugineum, ideſt, nubilum, triſteque, & ferruginea cymba Charontis, quod ea, veluti ſandapila, veſpillo Charon mortuos tranſuectet.

Caſtaneus.

Caſtaneus, ideſt, ad ſimilitudinem coloris caſtaneæ corticis exertæ, & paululum aſſeruatæ, vulgò dicitur, *tanèo*, ſiue cinereus, es Rhodigino.

Cinericius.

Cinericius, ſiue *cineraceus*, ſiue *cinereus*, qui colorem cineris refert, qui vulgò dicitur, *beretino*.

Thapſinus.

Thapſinus color lugubris, funereus: alij putant *flauum*, à Thapſo, vnde inficiuntur lanæ.

Corneus.

Corneus color, qui ſimilitudinem coloris corni refert, æquiparatur coracino, & nigro.

Cæruleus.

Cæruleus, quaſi cœluleus, refert cœli colorem puri, ſereni, Græce dicitur, κυανὸς, *Cyaneus*, color, vnde mare, cœli colorem referens, dicitur cæruleum, nos dicimus, *verde mare*, *verdone*.

Cyaneus.

Cymatilis.

Cymatilis, hic etiam dicitur, eo quòd, κύματα, Græcè, vndæ dicuntur. Alij volunt, cymatilem, eſſe vndulatum, quòd vndis quibuſdam ſit variegatus, crediderim eſſe, *ciambellotto verde a onde*.

Rauus. Cæſius

Rauus, medius inter flauum, & cæſium.

Cæſius color oculorum eſt proprius, quem & felinum, à felium oculis nonnulli appellauerunt, qui color eſt ſubuiridis, igneo quodam ſplendore intermicans; qualem in leonis oculis conſpicimus, & Mineruæ; Neptuni verò cœruleum; vndè dictus color, *Cæſius*, à cæde, quam huiuſmodi oculi minari videntur: color hic à Græcis dicitur, *Glaucus*, & Latinè etiam, glauca, dicitur,

Oculi Mineruæ cæſij. oculi Neptuni cærulei.

Glaucus.

ciunt, vlua paluſtris, & ſalix, vocatur etiam, *Charopus*, color, ſiue *rauus*, medius inter flauum, & cæſium: vnde Hercules cognomento dictus fuit, Charops, quaſi iracunde intuens, χαρά enim, iram ſignificat, hinc dicta, Charybdis, & Charon.

Charopus. Rauus.

Amethyſtinus color, ſimilis gemmæ amethyſti, quæ habet colorem violæ, dilutum fulgore purpuræ, non prorſus igneo, ſed in vini colorem deſinente, vulgò dicitur, *amineto*, à Græco μεθύω, inebrior, & particula priuata, α, quòd ebrietati lapis hic reſiſtat; ſin verò colori amethyſtino addatur Tyrius, fiet color miſtus, qui dicitur, *Tyriamethyſtinus*.

Amethyſtinus. Tyriamethyſtinus.

Ianthinus, vulgo dictus, *violaceus*, à Græco, ἴον, ideſt, *viola*, & ἄνθος, ideſt, *flos*, vnde, veſtis Ianthina, à colore illius violæ, quæ ſponte naſcitur in collibus, menſe Martio, quem colorem dicimus, *paonazzo*.

Ianthinus. Violaceus.

Molochinus, dictus, à Græco μαλάχη, ideſt, malua, qui in purpureum inclinat, & florem maluæ refert.

Molochinus.

Viridis, color eſt propriè herbarum, & ſmaragdi.

Viridis.

Appianum, viridis coloris genus.

Appianum.

Praſinus color eſt viridis, ad ſimilitudinem porri, nam, πράσον Latinè, porrum, dicitur; hinc veſtes à viridi lana, Praſinæ, dicuntur. Et Praſina erat factio contraria Venetæ, in ludis Circenſibus, à coloribus ita dictæ; *Venetus* enim color eſt cœruleus, marinis fluctibus ſimilis; dictus etiam, *Thalaſſinus*, *verdemaro*.

Praſinus. Venetus color. Thalaſſinus.

Hyalus, color vitreus, ſubuiridis; hinc, *hyalinus*.

Hyalus.

Factiones aurigantium, qui ludis Circenſibus palmam quærebant, fuerunt quatuor, quæ à coloribus, *viridis*, *cœrulei*, *coccini*, *albique* panni, quo donabantur, aut veſtiebantur, nomina acceperunt, *Praſina*, *Veneta*, *Ruſſata*, *Albata*, de quibus ita Tertullianus: *Ab initio duo ſoli fuerunt colores, albus, & ruſeus; albus hyemi, ob niues candidas: ruſeus æſtati, ob ſolis ruborem noti erant. Sed poſteà tam voluptate, quam ſuperſtitione prouecta, ruſeum alij Marti, alij album Zephyris conſecrauerunt; Praſinum verò Terræ, Matri, vel Veri: Venetum Cælo, & Mari, vel Autumno.*

Factiones aurigantium quatuor in ludis.

Croceus color, *ranciato*; ſiue luteus, *giallo di zafrano*; hinc, *Crocata* veſtis, mulieribus dicta *Crocota*, crocei coloris.

Luteus, color rufus, ſed dilutior, à lutea herba, dictus, tingendo maximè idonea, quo colore nuptialia vela, quæ *flammea*. vocabant, olim tingebantur, hinc luteolus: & oui vitellus dicitur luteus, lutea viola, geniſta lutea, quæ croceo lucidior, *giallo alla paglia*.

Luteus.

Ochra, ὠχρὸς Græcè pallidus, color luteus, qui fit ex vſta rubrica in ollis nouis luto circumlitis.

Ochra.

Flauus color ex viridi rufo, & albo concretus: hic eſt fuluo clarior; qualis eſt color auri, mellis, & ariſtarum; cum iam maturæ ſunt; crines dicuntur etiam flaui, ideſt, *biondi*, *giallo dorato*.

Flauus.

Fuluus ex rufo, & viridi mixtus, qui color dicitur, *leonato*, vndè fuluus leo, fuluus galerus.

Fuluus.

Gilnus color, ſiue *Melinus* inter album, & fuſcum, qualis eſt mellis.

Gilnus. Melinus.

Rufus, ſiue rutilus color differt à rubro, quia ſanguis dicitur ruber, non rufus: at barba, & capillus rufus, non ruber; vnde vini quoddam genus eſt inter rubrum, & album, qui color dicitur, *Rubellus*; quod quia cerasi duracini colorem refert, *ceraſolum* vocant Itali.

Rufus. Rubellus.

Heluus inter rufum, & album.

Heluus.

Cirrhus color rufus, *Hypocirrhus* ſubrufus.

Cirrhus.

Ruber, color eſt ſanguinis animantium, dictus *roſo*, vulgò. Gellius lib. 2. cap. 26. hæc habet. *Non enim hæc ſunt ſola vocabula rufum colorem demonſtrantia, quæ tu modò dixiſti, rufus, & ruber: ſed alia quoque habemus plura, quam quæ dicta ubs te Græca ſunt. Fuluus enim, & flauus, & rubidus, & Phœniceus, & rutilus, & luteus, & ſpadix, appellationes ſunt rufi coloris.* Hactenus Gellius. Aduertendum tamen ex eodem, quod *Phœniceus*, *rutilus*, & *ſpadix*, ſunt συνώνυμα, & ſignificant exuberantiam, ſplendoremque ruboris, qualem referunt fructus palmæ arboris non admodum Sole incocti; vndè *Spadicis*, & *Phœnicei* nomen. *Rubidus* autem, & *Rufus* atrore, & nigrore multò mixtus. Luteus quoque rufus eſt, ſed dilucidior.

Ruber.

Balauſtinus, color floris mali Punici: Balauſtium enim hunc florem ſignificat, ſed ſylueſtrem; ſubtiliùs enim flos dicitur, *Cytinus*.

Balauſtinus color.

Roſeus, à roſa dictus color, corpori humano quàm ſimillimus: nos dicimus, *Incarnatino*, mixtus enim eſt candore & rubore. Intelligo hic roſam, non Mileſiam, quæ nimis purpurea, ardere quodammodò videtur, nec albam, ſed quæ vtrumque colorem participat.

Roſeus.

Purpura, etſi conchæ ſit genus, & color, ſiue ſuccus, vnde color conficitur: vſurpatur tamen pro Magiſtratu, vel veſtimento purpureo, hinc prætexta purpurea, purpurati Magiſtratus. Hæc diſtinguitur colore, ex prouinciis, vnde deſumitur, & ex munere Magiſtratuum.

Purpura quid, & quotuplex.

Purpureus color, qui & *Blatteus* dicitur, & *Porphyriacus*, in veſtimentis laudatiſſimus antiquis fuit, & ideo color purpureus ſæpè vſurpatur pro iucundiſſimo, vnde flores dicuntur purpurei, & olores purpurei; at propriè *Purpureus* eſt color, qui purpuræ ſucco exprimitur, vulgò dicimus, *Porporin*, *ò cremeſino*. De purpura videndus Plinius *lib. 9. cap* 26. 27. 36 2. 39. Sub hoc nomine, Purpuræ, ex Plinio conſtat *Buccinum* (quæ eſt minor concha) & Conchylium, & Muricem inter purpuræ genera numerari. Quin etiam fuit Romæ purpura violacea, cuius libram denariis centum veniſſe, Cornelius Nepos affirmat. Fuit & alia inſignis purpura, quæ à Tyro inſula, *Tyria* appellata, & eſt omnium longè præſtantiſſima; vnde, *Tyriæ veſtes* ab Ouidio

Purpureus. Blatteus. Porphyriacus.

Purpuræ ſpecies. Buccinum, murex.

Tyria. Purpura inſignis.

Sarranæ veſtes. dio dictæ, quæ eædem à Iuuenale, *Sarrana*, appelatæ ſunt. Tyrus enim prius, Sarra, appellata. Tyriani autem veſtem, vel purpuream, vel etiam Megalenſem purpuram, intelligo, trabeam fuiſſe, vel togam pictam.

Amethyſtinus color. *Amethyſtinus* eſt pupureus, referens amethyſtum lapillum precioſum; hinc mulier amethyſtinata.

Amethyſtinæ. *Amethyſtina* purpura à colote Amethyſti lapidis, qui violaceus ſplendens eſt. Cauſam nominis affert Plin. loco citato, quòd vini ad vſque colotem accedeus, priuſquam eum deguſtet, in violam deſinit; fulgor quidam in illa purpura, non ex toto igneus, ſed in colorem vini deficiens: eſt enim, à particula priuata *a*, & *μέθυ*, ideſt, ſine ebrietate, nominata, tanquam amethyſtinus colore vini minimè inebriatus: quo, ſi inebriatur, dicitur, *Tyriamethyſtina*, vt dictum.

Cærulea. *Cærulea* purpura ex leuiſſima, & Africana fiebat, Violacea, quæ ad cæruleum colorem accedit: dat hæc etiam nomen mari, quod à Vig. vocatur putpureum.

Clariſſima. *Clariſſima*, electior, ac ſplendidior erat in coccineo, aut Amethyſtiuo genere, quæ ad Solis radios ignem repræſentabat.

Obſcura. *Obſcura*, ex violaceo fuſci coloris, viliſſima cenſetur, dicta etiam vulgaris.

Picta. *Picta*, quæ & regia, aureis floſculis exornata.

Præſidialis. *Præſidialis*, etat Magiſtratuum, & Prouinciæ Præfectorum.

Patricia. Militaris. *Patricia* Patriciorum: *Militaris*, qua milites donati ob virtutem.

Horum generum meminerunt paſſim auctores.

Dibapha. Quòd ſi lana bis putputa Tyria inficiatur, dicitur *Dibapha*, ideſt, bis tincta.

Coccineus. *Coccineus* color. à cocco dictus, grano, ſcilicet ex arbuſcula rubenti, *Chermes*, nuncupata naſcenti, Græcè hoc dicitur, *κόκκος βαφικὸς*, hoc eſt, granum tinctorium; hinc Coccina, ſiue Coccinea veſtis, vulgò dicitur *Grana*, ſiue, *Cremeſino in grana*, *Scarlatto*.

Oſtrinus. Oſtrũ quid. *Oſtrinus* color, qui ex oſtro factus, oſtrum enim propriè eſt ſanies illa, & liquor, qui ex murice, ſeu conchylio eximitur, ad precioſarum lanarum infecturam; vnde pro ipſo colore muriceò ponitur: Conchyliũ. Murex. Oſtrum. *Conchylium*, enim, *murex*, & *oſtrum*, in eadem ſignificatione ſumuntur. Oſtri color varius pro loci varietate, vnde legitur; Oſtri appella- Oſtrinus color. tionem accepit (vndè, *Oſtrinus* color) à Græcis, qui *τῶν ὀςρέων* nomine, etiam murices, ſeu conchylia comprehendunt. Plinius tamen ſupra citato loco, videtur diſtinguere muricem, à purpura & conchylio. At Nonius diſtinguit, & *oſtrinum* colorem facit ſubrubeum, ſiue ſubminium, *Vermiglio*; *muriceum* verò, purpureum.

Xerampelinus. *Xerampelinus*, color medius eſt (ex Probo) inter coccinum, & muriceum, à nomine Græco *ξηρὸν*, id eſt, aridum & *ἄμπελος*. ideſt, vitis, à ſiccis vitium foliis, quæ eius ferè ſunt coloris; Color hic dicitur, *Color di roſe ſecche*: vt quidam volunt: ſed ego crediderim, *Foglia marcia*.

Spadiceus, *Badiúſue*, demum eſt color Puniceus, à colore dactylorum, quos *φοίνικας*, vocant, *Baio*, qui proprius eſt equorum, & color eſt ruber cum exuberantia quadam ſplendoris. Pollux ait, veſtis purpurea dicitur, *ἁλουργὴς*, *πορφυρὴς*, *φοινικὴς*, vt conuenlant hi colores, Alurgus; Purpureus, Phœnicius. Tu cenſe. Spadiceus. Badius.

Sandarachinus, qui colorem ſandarachæ, refert, ideſt, flammæ: hic poteſt dici color flammeus à flamma, quàm refert. Sandarachinus. Flammeus.

Equorum colores, ex Rhodigno *lib.* 51. *cap.* 31. hi recenſentur, badius, aureus, albineus, ruſſeus, muteus; ceruinus, giluus. ſcutulatus, albus, guttatus, candidus, preſsè niger. Colores equorum.

Hi colores maximè apud ſcriptores nominati. Noſtra verò tempeſtate, luxu creſcente, induſtria ſuffragante, quamplurimi reperiuntur colores priſcis ignoti, è lapidibus, ex herbis, è metallis, vi ignis, & artis educti, & in vſum aſportari è longinquis vſque regionibus, nomina diuerſa ſortiri, pro materia, loco diuerſo. Videndus Thyleſius, & Bayſius, *de Re veſtiaria*, *c.*11. Plinius, & alij.

VBERTINO PAPIFAVIO Epiſcopo Adrienſi.

SYNOPSIS VIII.

De Sponſalibus, & nuptiis antiquorum.

ANTIQVI, Parcas, exiſtimabant, nuptiarum dies, albo vellere condere; hinc Sidonius Apollinaris in Epithalamio Polemij, & Araneolæ, Nuptialis dies albo vellere ſignatus.

Proſper connubio dies coruſcat,
Quem Clotho niueis benigna menſis,
Albus quem picei lapillus Indi,
Quem pacis ſimul arbor, & iuuenta
Æternúmque virens oliua ſignat.

Alba igitur lapillo dies ſignandus. Filaque ſiue ſtamina nubéntium à ſororibus Parcis coniungi credidit antiquitas. Deinde oliua coronabantur nubentes. Arbor hæc enim pacis, & iuuentæ ſignum. Hinc illud ipſius Sidonij in fine epithalamij. Nuptialis dies lapillo albo notatus. Oliua coronatæ nuptæ.

——Tum Diua comas viridante oliua
Pace ligat, nectit dextras, ac fœdera iungit.

Solebant enim dextræ iungi, quod erat Concordiæ ſymbolum. Patruus enim, vel qui ſanguine propior erat, iungebat, vt colligit Caſellius, ex Trebellio Pollione, in Galieno; vnde & mos noſter irrepſit iungendi dextras ſponſo, ſponſæque per Parochum, anulum maritalem imponentem, nuptiiſque bene ominantem. Sed rem altius attingam. Dextræ iunctæ ſin nuptiis.

Nuptiæ dictæ à nubendo, quòd noua nupta, dum viro tradebatur, Flammeo, præ pudore, caput obuelabat. Has antecedebant Nuptiæ vnde dictæ.

Flāmeo ſpōſa velata. Sponſalia à ſpondendo. Arrhæ datæ à ſponſo ſponſæ. Anulus Pronubus.

debant ſponſalia, à ſpondendo dicta; nam ſtipulabantur ſponſa,& ſponſus. Hæc ſtipulatio inita, in tabulis, anulis ſignatoriis obſignata, eorum qui interetant. Sponſæ interea à ſponſo arrhæ dabantur, in argumentum contractorum ſponſalium. Quin & anulus ſponſæ pignoris loco mittebatur, quem, *Pronubum* Tertullianus vocat. Iſidorus, Etym.l.19. *Fœmina,ait, non vſa ſunt anulis, niſi quos Virgini ſponſus miſerat; nec amplius, quàm binos aureos in digitis habere ſolebant,& potiſſimum in 4 qui minimo vicinus.* Iuuen. Sat.6.

Conuentum tamen, & pactum ſponſalia noſtrâ
Tempeſtate paras; iamque à tonſore Magiſtro
Pecteris, & digito pignus fortaſſe dediſti,

Anulus ferreus ſponſorum.

Anulum ferreum ſine gemmâ, ſuâ ætate fuiſſe Plinius *lib 33. cap.1.* fatetur. Plutarchus item, *in Preceptis Connub. cap. 36. & probl. 7.* refert, nullum munus accipere potuiſſe à ſponſo ſponſam, præter anulum ferreum,ſine gemmâ, dictum, *Pronubum*.

Ætas ſponſalium. Amazones quando nubebant.

Ætas ſponſalium legibus haud definita, ſed naturâ, cum ſcilicet rationis vſum ſuppeditat. Apud Amazones non priùs ſponſalibus ſe vinciebant, quàm hoſtium aliquem interemiſſent,vt habet Herodotus,*in Melpomene*.

Romanæ cū Romanis nuptæ.

Apud Romanos non niſi inter Romanos, vel ciuitate donatos nuptiæ contrahebantur legitimæ. Imò in ipsâ vrbe patricij non immiſti plebeiis ex lege 12.tabularum, quæ lex 5. anno poſt, contrariâ rogatione abrogata,Canuleio Tribuno plebis.

Connubia cōmunicata à Patriciis plebeiis.

Pro Romanis habiti etiam Latij iure donati, ex Sigonio. Ingenui cum libertinis non ſe immiſcuere. Anno V. C. 309. Tribunis plebis contendentibus,iura connubiorum communicata à patriciis cum plebeiis.

Sponſalium tempus. Sponſalium auſpicia. Cornix boni ominis.

Sponſalium tempus nocturnum, vt notat Alex ab Alex.*lib.1.cap.5.* nonnunquam luce primâ;in quo id in primis cautum,ne motus cœli,aut terræ fieret,neue turbatiore cœlo,& die inquieto. Cornix verò erat auſpicatiſſimum ſignum,maximæque fidei: ea enim cornicum ſocietas eſt,vt ex duabus ſociis, alterâ extinctâ, vidua altera perpetuò maneat. In hac ſponſione propria nomina ſponſi, ſponſæque nefas expromere; ſed vir *Caius*, virgo *Caia*,dicebatur,in memoriam caſtiſſimæ Cæciliæ Tanaquilis, Caiæ dictæ,vxoris Tarquinij Priſci.

Caius,& Caia in nuptiis. Horæ ſponſalium quæ.

Idque ſacrificio peracto, & conſulto Deorum numine factum primo diluculo, & matutino tempore: Siquidem prima, & ſecunda hora diei ſponſalibus idonea.

Sponſalium ritus externi.

Apud Græcos.& Macedones panem gladio diuiſum, ſponſalia cum ineuntur, ſponſi guſtant. Apud Galatas ex eodem poculo bibunt. Coi in ſponſalibus muliebri veſte induuntur. Apud Latinos iugum pariter ſubibant, vnde coniugium dictum. Apud Hetruſcos viri nobiles porcam immolant; quaſi Diis teſtibus illud benè ceſſurum,& futurum inuiolabile.

Tempus infauſtum nuptiarum.

Neque omne anni tempus celebrandarum nuptiarum idoneum. Delectus enim habitus. *Merſe Maio* (habebat parœmia) *malè nubunt*.Hic mos adhuc viget apud Vicentinos; quo menſe olim Remulia celebrata placandis Remi occiſi Manibus. Inauſpicatæ etiam erāt, ex Macrobio,Kalendæ, Nonæ,Idus,qui dies erant feriati,& feriis vim fieri cuique piaculare; ideo tunc vetabantur nuptiæ Virginum, non ita viduarum. Verrius Flaccus ita refert. *Feriis tergere veteres foſſas licet, nouas facere non item,ideò magis idonea feria viduis, quam virginibus.*

Viduarū nuptiæ feriis permiſſæ.

Dies præterea atri, & dum feralia, aut Parentalia peragebantur, vel Ancylia nondum erant recondita in Martis templo, vel erant dies feſti,& menſis Iunij, niſi poſt Idus, infauſtas reddebant nuptias. Perſis verò permiſſa matrimonia duntaxat initio verni æquinoctij.

Perſæ verno tempore tātum ſpōſalia contrahunt. Plenilunium tempus nuptiarum.

Tempus aptum nuptiis celebrandis plenilunium tantum, non deſinens luna, aut incipiens, ſiue cum in damno erat, & incremento, putabatur: quo tempore & Græci ſuas nundinas celebrabant, quod inde boni ominis non nihil ex lunæ facie auſpicarentur: ſiue vt frequenti iam, & aduenis refertâ ciuitate, in conſpectu amplæ multitudinis poſita, celebriores, nobilioreſque haberentur nuptiæ; vt colligitur ex Pindaro *in Iſthmiis*.& Euripide *in Iphigeniâ in Aulide* vbi Agamemnon rogatus ab vxore Clitemneſtrâ quando filiæ ſuæ vellet celebrari nuptias reſpondit, *Quando lunæ fortunata venerit circulus.*

Auſpices nuptiarum ſub aurorem.

Indictâ die nuptiis, auſpices noctu, & ſub auroram auguriis operam dabant, vnde inauſpicatæ nuptiæ, quæ ſine auſpice, & auſpiciis. Deinde ſacra ſponſalia fiebant, Virg.. Æneid.

Connubiis, aruiſque nouis operata iuuentus.

Sacrificia nuptialia.

Seruius, ait, perfecit ſacrificia propter connubia, & nouas ſegetes, quia apud veteres, neque vxor duci, neque ager arari, ſine ſacrificiis poterat.

Acclamatio in ſpōſalibus Epulum ſponſalium.

Acclamationes inde fiebant εὐτυχῶς *Feliciter*, *proſpere*: Denique hæc ſponſalia, epulo egregie inſtructo, finiebantur, cui amici quique, familiares, ipſique principes intererant, vt Auguſti, & Caligulæ exemplo patet. Hæc proprio nomine dicta, *Repotia*.

Repotia quę. Pecunia cuſa in nuptiis.

Pecunia aliquando vxoris, & mariti effigie ſignata, conuiuiis nuptialibus dari ſolita, vt colligitur ex Symmachi libro quarto, epiſtola quarta, & libro nono, epiſtola quadrageſima ſexta, *Non eadem tamen facilitate purgabis, quod filij noſtri Mineruij nuptias aliorum potius relatu, quàm literis tuis comperi? an veritus es, ne à te numiſma cuſum deſiderarem? potui iacturam ſportulæ facere.*

Secundæ nuptiæ quo ritu celebratę. Lecti mutatio in ſecundis nuptiis.

In ſecundis nuptiis hunc ritum notat Canterus *Nouar. Lect. lib 3.cap.4.* vt quâ domus parte ſomnus erat capiendus, eius cubiculi lectus alio loco, ſublatus poneretur, ominis vitandi cauſâ, ne videlicet, è quo cadauer prioris coniugis elatum fuerat, in eundem noua nupta, malis auibus, deduceretur.

Ianua mutata in ſecūdis nuptiis.

Et quoniam lecti locus mutandus erat, vſu non raro veniebat, vt eâdem operâ transferenda eſſet in aliam cubiculi partem ianua. Sic igitur fiebat, vt planè renouatum domicilium, felicibus ominibus, nouos coniuges reciperet. Propertius *extremo libro* Corneliam hæc facit ad hæros poſt funus loquentem.

Sin tamen aduerſum mutarit ianua lectum,
Sederit & noſtro cauta nouerca toro.

Mutabantur etiam reliqua cum mutatione tori: neque aliter Cynthia parat reditum in gratiam cum Propertio, quaſi nouum auſpicaretur coniugium poſt fulmenta.

Imperat & totas iterum mutare lacernas.

Subiicitur.

Atque, ita mutato per ſingula pallia lecto,
Reſpondi, & toto ſoluimus arma viro.

Dos dicta, & quanta.

Dos dicebatur deinde, quæ, vt ex variis colligit auctoribus Dempſterus, erat decies centena ſeſtertium millia: dicta dote, ſignabantur pacta dotalia, ſiue tabulæ, tunc exclamabatur, *Feliciter*, ita Iuuen. Sat. 2.

Signatæ tabulæ; dictum, Feliciter.

Repotia quæ. Pecunia notata vultib. nubentium data.

Εὐτυχῶς. *Proſperè*.. Hæc ſolemnitas Sponſalium finiebatur epulo, egregiè inſtructo, vocatis amicis, & familiaribus, Hæc dicta, *Repotia*. Pecunia aliquando data vultibus nubentium ſignata, vt dictum.

Vxorum duo genera.

Vxorum duo genera apud antiquos ex Cic. *in Topicis*. Alterum, quod propriè vxor dicebatur. Alterum, Materfamilias.

Vxor fiebat, Vſu, & Confarreatione: Materfamilias, Coëmptione.

Vſu matrimonium.

Vſu fiebat vxor, cùm; tutoribus auctoribus, mulier in matrimonium conueniebat, & cum viro ita conſueſcebat, vt cum iuſto marito; adeo vt, ſi vſus ille non interrumperetur (interrumpebatur autem per tres noctes, ſi vxor à marito aberat) per annum pro vſu capta, habebatur, à tutorum poteſtate egreſſa: hic mos antiquus à raptu vſque Sabinarum.

Confarreatio.

Confarreatione vxor fiebat, cum conueniret (ex Vlpiano) in manum certis verbis, & præſentibus decem teſtibus cum farre, ſolemni ſacrificio facto; in quo panis farreus adhibetur, hæc, *Farracia*, dicta. Confarreatio ſolis Pontificibus, permiſſa ex Boëthio; quod quidam ſic interpretantur, vt confarreatio per ſolos Pontifices peragerentur. Tacitus 3. *Ann.* ait, confarreandi conſuetudinem, aut omiſſam eſſe, aut inter paucos retentam.

Farraria ſacra nuptiarum.

Coëmptio in matrim.

Coëmptio, quæ Matrem familias conſtituebat, erat ſolemnis, & vſitatus ritus matrimonij contrahendi, in quo ſeſe inuicem vxores interrogabant; vir, an ſibi mulier mater familias eſſe vellet? Ita mulier; an vir pater familias? Fiebatque imaginaria quædam venditio, & adoptio, in qua nummi aliquot (dicis cauſa) interueniebant, vnde mulier in manu, mancipióque mariti erat, illique hæres facta. & in eius familiam tranſlata: vir autem non in manu vxoris erat, ſed, quòd coëmptus erat, ideo ſui heredis ius tribuebat. Addita & ſortitio nuptialis, Plautus Caſin. *Sortiuntur, vtrius ſit futura vxor*. Apul. lib. 9. *peſſimam ſortitus coniugem*. Nonius Marcellus, ex Varrone, refert, his verbis, coëmptionem priſcam,

Sortitio nuptialis.

Aſſes tres nuptiales.

Veteri Romanorum lege, nubentes mulieres aſſes tres ad virum venientes adferebant, atque vnum quidem, quem in manu tenebant, tanquam emendi cauſa, marito adferebant; alterum, quem in pede habebant, in focum Larium familiarium iniiciebant: tertium in ſacciperione cum condidiſſent, compito vicinali ſonabat, Palmerius, *Spicilegio*. Lipſius lib. 3. *antiq. Lect. c.* 21. Græci vxores emebant, vt refert Ariſtoteles 2. *Polit. cap.* 6. & apud Homerum *Odyſſ.* 8. Vulcanus, deprehenſo adulterio Veneris, queritur apud Deos de Venere, & Marte, neque ſe illos ſoluturum, inquit, ex vinculis, donec Iupiter ſibi pretium reſtituat. Thraces quoque vxores emebant, & Aſſyrij, ex Æliano. Tacitus *in libro de Germanorum moribus*, ait, munera miſſa ſponſæ à ſponſo, dotemque datam à marito vxori. Herodotus *in Clio*, ſimilem refert morem de Babyloniis.

Græci emebant vxores.

Thraces quoq; emebant vxores.

Ritus variarum gentium in danda vxori dote.

Ignis, & aqua in ſponſalibus.

Stipulatione ergò facta, & ſponſione ſequuta, ignem, & aquam in limine appoſitam vterque tangere iubebatur, hac enim noua nupta aſpergebatur, quaſi eo fœdere, inexplicabili vinculo, & mutuo nexu eſſent copulati, hæc enim duo elementa maximè neceſſaria victui humano, quibus ij interdicti, qui exilio mulctabantur. In aqua intinctus erat titio è foco deſumptus felicis arboris, vt notat Turnebus.

Titio aqua innoctus.

Flameo velata ſponſa.

Flammeo noua nupta velabatur, ne à quoquam prius ea videretur, quàm à marito, quaſi pudicitia pollueretur. Dicitur alio nomine *Rica*, quæ erat lutea. Ornabantur crines nouæ nuptæ ſenis crinibus, ſiue quòd is ornatus erat vetuſtiſſimus, ſiue quòd eo Virgines Veſtales vterentur, quarum caſtitatem hoc nubentes viris ſuis teſtabantur. Celibari præterea haſta, quæ in corpore gladiatoris occiſi ſtetiſſet, nubentis caput comebatur, vt quemadmodum illa fuerat coniuncta corpori gladiatoris, ſic ipſa cum viro eſſet: vel quia matronæ in Iunonis Curitis tutela eſſet. Alias cauſas ſubnectit Plutarchus *in Romulo*, & *in Quæſt. Rom. Quæſt.* 87.

Senis crinibus ornata ſponſa.

Celibaris haſta in nuptiis.

Coronatæ nouæ nuptæ.

Corona inde redimiri ſolebat, ex verbenis à ſe lectis, vt habet Catullus in carmine de nuptiis Iulij, & Manlij.

Cinge tēpora floribus ſuaue olentis amaraci.

Socci lutei nuptiarum. Faces in nuptiis.

Sextus Pompeius ait, coronam ex verbenis à ſe lectis compoſitam, ſub amiculo latam à ſponſa, quæ ſoccos luteos geſtabat, ex Catullo. E gremio igitur matris, aut proximæ neceſſariæ noua nupta extrahebatur, deducebaturque veſpere à prætextatis pueris patrimis tribus, quorum vnus facem præferebat è ſpina alba; reliqui duo tenebant ducentem. Plutarchus *in Quæſt. Rom.* 2. ſcribit, tantùm quinque faces, ſiue cereos in nuptiis adhibitos: lege cauſas ibidem. Apud Græcos mater ipſa ſponſæ faces præferebat. Materia facum erat pinus, vt colligitur ex Ouid. 2. Faſt.

Facum materia.

Exceptas puros pinea tæda Deos.

E ſpina alba, innuit Statius, illis verbis, *Pineam quate tædam*, hinc faces hæ ſæpè à poëtis dictæ, *tæda*, *tædæ geniales*, &, *feſtæ. faces legitimæ*.

Colus cū fuſo in nuptiis.

Nubentem ſequebatur colus compta cum fuſo, & ſtamine. Hunc morem, cauſamque notat Plinius *lib.* 8. *cap.* 48. Plutarchus *in Quæſt. Rom.* 31. Ad hæc puer impubes, Camillus, cumeram ferebat, ideſt, vas opertum, in quo nubentis vtenſilia, ſiue mundus muliebris. Notat Feſtus, tapi ſolitam

Cumera in nuptiis. Fax nuptialis rapta.

litam facem, qua prælucente, noua nupta deducta eſt ab vtriuſque amicis, ne aut vxor eam ſub lecto viri ea nocte ponat, vir in ſepulchro comburendam curet; quo vtroque mors propinqua alterutrius caprati putatur. Ita ſponſa comitata, mariti ad ædes accedebat, floribus ac frondibus ornatis.

Poſtes floribus, lana, vnguentis ornati.

Pro foribus autem interrogata, quænam eſſet, ſe Caiam eſſe reſpondebat. Poſtes ianuæ à ſponſa ornati lana, ſeu laneis vittis, & oleo inſperſi, aut adipe ſuillo, lupinóve ad mala auertruncanda, & ideo, Vxores, dictæ, quaſi, vnxores; ornati etiam poſtes florib. vti & thalami.

Vxores vnde dictæ.

Sublimius limen tranſiliebat noua nupta.

Peracta vnctione, noua nupta traſportata à Pronubis, limen ſublimius tranſiliebat, quia limen Penatibus factum, & Veſtæ Virgini, vide Plutarchum *Quæſt. Rom.* 29. & 30. Ingredienti nupræ claues datæ ad curam domeſticarum rerum innuendam. Statuebatur quoque in pelle lanata ad lanificij officium innuendum, vel quod antiqui pellibus erant induti; vt innuit Feſtus. Aqua, & ignis ſponſæ oblata, eâ verò pura illa aſperſa.

Claues datæ nouæ nuptæ

Cœna nuptialis. Thalaſſio. Hymen.

Cœna inde apparata à nouo marito, dictæ, Epulæ Geniales, cui Tibia interueniebat. Thalaſſionem Romani, non ſecus atque Græci, Hymenæum, inclamare conſueuerunt, cauſam pete ex Plut. *Quæſt. Rom.* 31. Nouam verò nuptam ita laudabant veteres, accinentes, *Nulla te hodie pulchrior*; quod obſeruauit Caſſellius in Hymenæo Manlij.

Laus nouæ nuptæ.

Non tibi, Arunculeia, periculum eſt,
Nequa fœmina pulchrior
Clarum ab Oceano diem,
Viderit venientem.

Quòd autem nimias laudes à Nemeſi vindicari, & faſcino obnoxias credebant, Feſcenninos ſtatim adiiciebant, *Præfiſcini*, hoc eſt, ad arcendum faſcinum. Feſcennini verò verſus dicti, cum deducebatur ad maritum. Interim ſacra fiebant Mutino, ſeu Priapo à velata fœmina, hinc nuptiæ, dictæ, verbáque nupta, & prætextata; ideſt, libera, & obſcœna, vt notat Gulielmus, *Veriſim. lib. 1. cap. 23.*

Feſcennini verſus in nuptiis Prætextata verba quæ.

Nuces ſparſæ in nuptiis cur.

Nuces deinde ſparſæ à nouo marito pueris. Cauſam vide apud Plinium, Plutarchum, & alios. Pontanus hanc affert: in auſpicium fauſti, proſperique aduentus ſponſæ; nuces enim, poma, pyra, & huiuſmodi ſparſa in lætitia publica pueris, quod factitatum à Græcis non modò in nuptijs, ſed & in aliis rebus lætis, aut cum res aliqua noua empta domum ferebatur.

Græcorum mos.

Græcorum mos inualuit, vt, cùm ſponſa viri domum traduceretur, puer ſpinis, & glande quercina obſitus, caniſtrum panibus onuſtum deferat, ſponſæque præcedens paſſim clamitet, *ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον*, *effugi malum, inueni bonum*. Athenis verò mos alius, vt ſponſæ caput caricis, & palmarum fructibus, leguminibus, & collybis inſpergant, & quod ſeruis nouitiis, cum primum dominorum ædes introiiſſent, fieri vſurpatum.

Athenienſium mos.

Lectus Genialis.

Lectus deinde Genialis, ſiue nuptialis, apparatus toga ſtragula ſtratus, vbi marito-

Ioſeph. Laurentij Polymath.

rum Genius inuocatus: hic ſemper ſeruatus in aula boni ominis gratia, & veluti ſacer. Hic lectus in atrio ante ianuam aduerſum fuiſſe docet Propert. qui vocatus *Aduerſus*.

Si tamen aduerſum mutarit ianua lectum,
Sederit & noſtro cauta nouerca toro.

Hoc eſt, ſi alia vxor ſuperinducatur, quæ aduerſum lectum noſtrum mutet, ſibi non mihi ſternat, nam vnaquæque, ſibi aduerſum lectum ſternebat. Sternebatur, & lectus Diis coniugalibus Pilumno, Picumno, Lex. Phil.

Simulacra Deorum præſidum in cubiculum inferebantur, vt, Subiugi, Premæ, Virginenſis, Priapi, & huiuſmodi; ſuperque ingens faſcinum ad hoc exornatum noua nupta aſſidebat, quod quaſi prius pudicitiā eſſet delibaturum. Proinde collocabatur in lecto à Pronubis mulieribus noua nupta pudiciſſimis, ad perpetui matrimonij, pudicique auſpicium captandum. Cingulum ſoluebant viri vxoribus, ſeu zonam, nodo Herculano vinctam, bonæ ſœuæ in liberis ſuſcipiendis cauſa, quod Hercules LXX. filios habuerit, hic dictus Veneris ceſtus, quo reſoluto ex ſponſa vxor fiebat, vndè Cinxia culta in nuptiis, & Soluizonia dicta.

Deorū Dearumque ſimulacra in nuptiis.

Zona ſoluta nuptæ.

Ceſtus Veneris.

Poſtridie nuptiarum apud nouum maritū rurſus cœnabatur, & quaſi inſtaurarentur, & renouarentur potatio, dicta, *Repotia*, etſi à quibuſdā, à Cic. *pro Cluentio* & ab Apul. dicta *Repotia*, quæ ante nuptias fiebant, data mulieri à viro. Poſtridie item nuptiarum, noua nupta libertatem auſpicans vxoriā, in domo viri rē ſacrā faciebat. Macrob. *l. 1. Satur. c. 15.*

Cœna poſtridie nuptiarum.

Libertatis auſpicium à noua nupta.

Nouæ autem munera nuptæ à cognatis, & propinquis mittebantur, quæ dicta nuptialia, hæc varia, vt notat Pollux, *προαύλια*, *Proaulia* erant munera, quæ pridie dabantur nouæ nuptæ. Ἀπαύλια, munera, quæ nouæ nuptæ, dabantur. Ἐπαύλια munera poſtridie nuptiarum, *προτέλεια Protelia*, præparatio, quo die nuptam virginem in arcem ducunt ad Deam, & victimam ob coniugium immolant, *προγάμια*, ſacrificium, conuiuium, & donationes ante nuptias.

Dona nuptialia quæ. Proaulia. Apaulia. Epaulia. Protelia. Progamia.

Quondam vxores, vt refert Alex. ab Alex. *lib. 4 c. 8.* viris, & matres filiis tunicas, togaſque facere eáſque acu, licio, intexere telis conſueuerunt: ſummique Imperatores, ac duces, à neceſſariis ſæpe veſtes contextas induère. Quare Alexander Macedo, & Auguſtus domeſticis tunicis ab vxore, matre, & ſorore, aut nepte confectis vſi ſunt, quas veteri more in atrio domus Romani ſeruabant. Græci verò in Oeco, & Procœco.

Veſtes maritales textæ ab vxoribus, & matribus.

Pagana lege erat ſancitum, nè mulieres in viatorquerent fuſos, aut illos detectos ferrent, quoniam frugum prouentibus aduerſatij putabatur. Si quid iurgij leuis inter vxores oriebatur, mariti leuioribus pœnis coërcebant, ſi quid verò grauius peccatum, de eo viri non in iudicio, & foro, ſed cum propinquis, tanquam iudicibus domeſticis, cognoſcebant, in ſacello Deæ Viriplacæ; quod à me alibi explicatum.

Fuſum torquere in publico retitum cur.

Delicta vxoria cognita à maritis.

Morem quendam Athenienſium refert Rhodiginus *lib. 27. cap. 6.* qui ait, Sponſi

Viriplaca Dea.

caput primùm, domum ſponſæ ingredientis, propè focum perfundebant. & per illius caput palmaceos fructus, collybos, ideſt, nummos, legumina, caricas, nuces, & id genus plura, quæ à domeſticis ſic effuſa rapiebantur, & ideò dicebantur, *Catachiſmata*, quoniam Catachiſis eſt profuſio. Erat hoc illis ἐνιαυτίας εὐφορίας, hoc eſt, annuæ vbertatis indicium. Hunc eundem morem ſeruatum aſſero, in ſeruis nouitiis, primùm Domini domum intrantibus; à conſeruis enim effuſa rapiebantur, vt dixi, ex Pontano.

Catachiſmata.

Virgines ante nuptias Dianæ ſacratæ.

Ex eodem Rhodiglo, *lib. eadem cap.* 19. elicio, initiari ſolitas, conſecrariue Virgines Dianæ, priuſquam tempus nuptiarum appeteret. Decreto namque id ſancitum Athenienſium. Quod menſe Ianuario fieri conſueſſe, indicat Libanius, in Oratione de Laudibus Dianæ. Induebantur autem veſte, quam, *Crocotam* appellabant, nec, x. ætatis anno grandiores, nec, v. inferiores. Iis autem placari Dianam credebant, indignatam ob vrſam cicurem, Dianæ ſacram, à puella interfectam. Naucratitarum nuptialibus cœnis cauebatur, ne quis ouum intuliſſe vellet, aut mellita. Rhod. *lib.* 17. *cap.* 17.

Oua in nuptiis inauſpicata.

Parochus auſpex. Paranymphus.

Parochus erat auſpex nuptiarum, ſeu Paranymphus, à Græco παρόχου, eò quòd in curru nuptiali vna cum ſponſo, & ſponſa ſederet, nam, vt refert Pauſanias, in curru nuptiali vna cum ſponſo, ſponſa media, παρόχῳ vehebatur, vel qui amicitia, vel qui ſanguine eſſet coniunctiſſimus, vel cui ob dignitatem plurimùm deferretur. *Proteliy* dicti qui vxorem duxere; *Mellonymphi*, qui nondum duxere, ſic, *Mellonympha*, puella nondum nupta. *Chamæpus* ſponſa dicta, quæ non curru ſubuecta, ſed pedes mariti domum petebat. Qui anteit dies nuptias, *Proaulia*; qui ſubſequitur, *Epaulia*; item ſponſæ dona data, *Apaulia*, vt dictum. *Promneſtria* à Græcis earum conciliatrix dicta. In nuptiis ſportulæ datæ, vt habet Apul. in Magia, φερνὴν Demoſthenes vocat.

Proteliy. Mellonymphi.

Chamæpus.

Proaulia.

Promneſtria. Sportulæ nuptiales.

Nuptiarum peculiares Dij recenſentur à Plut. *Quæſt Roman.* Iupiter perfectus, ſiue adultus. Iuno perfecta, ſiue adulta, Venus, Suada, Diana, ſeu Lucina, quæ præeſt parturientibus. Iugatinus, qui coniuges iungit. Domiducus, qui domum ducebat. Domitius, vt eſſet in domo nupta. Manturna, vt nupta cum marito maneret. Virginenſis, cum Virgini zona reſoluitur, Cinxia eadem. Mutina, ſeu Priapus, ſuper cuius grande faſcinum ſedebat. Subiogus, vt à viro ſubigeretur. Prema, ne moueretur cum à marito premebatur. Viriplaca, quæ viros placabat, & huiuſmodi. De Nuptialibus extat liber Briſſonij in operibus variis tit. de ritu nuptiarum.

APPENDIX.

Acclamationes nuptiales.

IN nuptiis boni ominis gratia varia fuere acclamationum genera: tria potiſſimum recenſentur ab antiquario doctiſſ. Ferrario, vnum in ſponſalibus, reliqua duo in nuptiis. In ſponſalibus dicta Læta omnia acclamatumque *Feliciter*, *Quæ res benè vortat*, *Dij benè vortant*. In nuptiis autem inclamatus *Hymenæus*, *Thalaſſius*, verſuſque iactati. Conſuetudo acclamandi in Nuptiis Hymenæi primos introduxiſſe Græcos reperio; à Græcis introductam Latinos accepiſſe, poſteros verò ſemel acceptam conſtanter adeo retinuiſſe, vt hodie etiam pueri paſſim nouam nuptam è domo primùm procedentem comitentur plaudentes manibus, & Hymenæum identidem contentiùs ingeminantes. Cauſas huius Proclus refert, etſi alij alias, Hymenæi origo ait; ex verbo ὁμονοεῖν, quod eſt habitare ſimul, & eadem ſentire ideoque hoc verbum repetitum, vt nouis nuptis felicem vitam, fidam ſocietatem, & mutuum amorem optarent, & precarentur, idque peractum tum, cum in domum viri noua nupta deduceretur, à fœminis, tibicinibus, muſicis omnino modis, ac oumetis accinentibus, & pueris ſuccinentibus.

Hymenæus cantatus in nuptiis à quibus & quando.

Thalaſſius vero in nuptiis acclamatus, vt ad lanificium nouæ nuptæ prouocarentur, ex Varrone, & Plut. ταλάριον enim quaſillum ſignificat, ταλασία, lanificium, vel vt benè ac feliciter euenirent nuptiæ, quemadmodum fauſtæ, & proſperæ ceciderant olim Thalaſſio Romuli duce, de quo Liuius lib. 1. Thalaſſij inuocatio ſola Latinis in vſu, quod factum tunc maximè, cum noua nupta in mariti domum deducebatur, flammeo caput obnupta, facibus prælatis; ac turba puerorum acclamante. His addita Feſcenina carmina. Feſtus, Feſcinini verſus, qui canebantur in nuptiis, ex vrbe Feſcenia dicuntur allati, ſiue ideo dicti, quia faſcinum putabantur auertere. Horum initium, & origo à vindemiæ libertate, vt colligitur ex Hor. ep. ad Auguſtum, hoc eſt ab veterum agricolarum, ac vindemiatorum iocandi, conuiciandique conſuetudine. Hi verſus fuere dicti *ioci*, *ludi*, *riſus*, *ſales*; *feſta conuicia*, *probra*, *procaces*, *dicaces*, *obſcœni*, *petulantes*, fuerunt ergo verſus laſciui, & mollitie diffluentes. Ideo cantati, ne noua nupta faſcinaretur, cum ita dicti à Faſcino: exiſtimarunt enim priſci periculum à faſcino iis eſſe, qui impenſiùs vel ipſi laudarent ſe, vel ab iis præſentes laudarentur; cui periculo vt occurrerent, conſueuerunt ſe aliquo amuleto præmunire hac præfatione *Præfiſcinè* ſeu *Præfiſcini*, quia faſcinum arceri putabatur; perinde namque eſt Præfiſcinè, quaſi ſine faſcino. Tempus feſceninorum fuit, cum ad mariti domum noua nupta deducebatur, vnà cum Thalaſſio cantatorum à multitudine puerorum alternis. Apud Græcos ſacerdos ſponſo & ſponſæ nuptias acturis ſerta imponebat, & octauo die eadem ſerta illis demebat cum ſolemni precatione. Vide Euchologium, vbi vocatur, ἀκολουθία στεφανώματος. Apud eoſdem, mater accendebat lampades ſiue tædas, vt filiq iubenti in ſponſi domum præluceret, item vt eadem lectum

Thalaſſius acclamatus in nuptiis à quibus & quando.

Feſcenina carmina vnde dicta, origo Feſceninorum verſuum.

Cur Feſcenini verſus cantati.

Præfiſcinè quid.

Lampades ante ſponſã & lectus nuptialis.

ſterneret,

ſterneret, ſponſam in lectum exornatum collocaret, præceptaque daret loco & tempori congruentia. Ian. Gebhard.

Anulus pronubus qualis.

Anulus pronubus, vt notat eruditus Pignorius in ſymbolicis epiſtolis, aureus, argenteus, æreuſue fuit, iunctarum videlicet manuum, qui Fidei nomen nunc ſortitur, quem Tacitus 1. An. & 2. miſſitatum ad exercitus non ſemel teſtatur. Genialis thorus ſternebatur religioſe in ara, deinde in aula ſtratus, eique virguncula imponebatur, quæ mox virginitatem abituram compellans clamabat, *Virginitas Virginitas, quo me relicta vadis?* An fortè hæc particula veteris cantionis, quæ ſub Veneris prælium accini ſulita, Pontanus in Atticis bellaiis.

Genialis thorus.

Arctæ quæ.

Arctæ puellæ dictæ ab vrſa Athenis, quæ ante nuptias Dianæ initiabantur & ſacra faciebant ob vrſam interfectam Dianæ ſacram. Siſymbria flores quibus coronabatur ſponſus.

Pronubarum erat nuptam in lecto collocare. Ter. Eun. act. 5. cap. 3. *Deinde in lecto illam illæ collocent.*

Eſt flammeum quo noua nupta induta, deponebat cum ſe videndam proponebat, atque munera parentum, amicorumque capiebat. Anacalypteria munera dicta, quæ vir, domeſtici, & amici ſponſæ contribuebant, cum primum retecta ſe viſendam præberet, nam apud Græcos ἀνακαλύπτειν, reuelare eſt, anacalypſia reuelatio eſt. Hæc ab aliis Theoretra item dicta inuenimus. Quidam Nymphas dici ſponſas arbitrantur ἀπὸ τοῦ νῦν πρώτως φαίνεσθαι, quòd nunc primùm ſe viſendas præbeant, cum antea prodeant obtectæ. Hinc mos Venetarum puellarum vultum tegentium, nec prius retegentium, quàm in mulieres euaſerint. Encalypteria verò facetiſſimè videntur dici, quæ dantur, cum puella obuelata nolit videri, quòd ſanè congruit deformi, ἐγκαλύπτειν enim integere eſt & obuelare: vnde iocus Antipatri cum deformem duxiſſet in vxorem, rogati quando daturus eſſet Anacalypteria: quin potius, ait, quæritis quando Encalypteria? Anacalypteria vocata etiam ex Rhodig. lib. 21. c. 26. Edna, Opteria, Proſphtheria, Diapharthenia; quoniam διαπαρθεύειν deuirginare ſignificat. Anacalypteria etiam donorum dies ſignificant. Diaparthenia ergo erant munera, quæ ſponſæ pro delibata virginitate dabantur. Rhod. l. 2. cap. 60. Mneſteria erant dona quæ dari ſolebant puellis à procis, dicta ideo procalia.

Anacalypteria.

Theoretra.

Nymphæ.

Encalypteria.

Diaparthenia.

Munera nuptialia.

Progamia, ſacrificia ante nuptias, & donationes. Athremmata, munera à cognatis miſſa nouis nuptis. Suid. Apotimema, pignus quod accipiebatur à ſponſo, vt de dote perdenda non eſſet periculum.

Gamelia, celebritas nuptiarum. Gamelion, carmen nuptiale. Gambria, munus aut conuiuium à genero.

Flauus color.

Flauus color in nuptiis auſpicatiſſimus, ſiue luteus; hinc luteus ſoccus, & Flammeum huius fuiſſe coloris omnes conſentiunt.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

MARCO ANTONIO
Cornelio Primicerio
D. Marci.

SYNOPSIS IX.

De Funeribus antiquorum. Ritus funebres antiqui ante rogum, in rogo, & poſt rogum, explicantur, illuſtrantur.

Totius tractatus ſumma in tres partes diuiſa.

FVNEBRES ritus Romanos præcipuè, mihi votum per tranſennam intuendi; aliis innuendi, quid nempe ante ſepulturam, ſeu rogum (alij enim ſepulti, alij combuſti ex priſco ritu) quid ſepulturæ tempore, ſeu in ipſo rogo; quid demum à ſepultura, id eſt poſt rogum, vſitatum, religionis ergo; idque ſtrictim, & preſsè, pro meo more; fuſiùs enim alij, longéque doctiùs: quos qui volet, adeat eruditione redundantes. Ab ouo rem ordior.

De funere antiquo Romanorum.

Ante rogum, ſeu ſepulturam, quid olim peractum.

Antequam ægrotus animam efflaret, teſtamentum legitimum condebat, cuius tabulas teſtator tenens dicebat, *Hæc vti in his tabulis, cereiſue ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, itaque vos Quirites teſtimonium prabetote.* Interim, vbi animam ægrotus exhalaſſet proximi ſanguine, cognationiſque vinculo iuncti, & potiſſimum fœminæ, vt matres, ſorores, vxores, filiæ (filiis enim hoc interdictum ex lege Mæuia) exhalantis ſpiritum oſculo excipiebant, animumque euòlantem exhauriebant, mox decedentis oculos, & ora claudebant; nefas enim exiſtimabant à viuentibus decedentium oculos ſpectari: ideò Cicer. 7. Verrina ait, *Matreſque miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris, ab extremo complexu liberorum excluſa, qua nihil orabant niſi, vt filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret.* Virg. Æn. 4.

Teſtamenti condendi formula.

Expirantis anima ore lecta propinquorum.

Oculi, & ora clauſa expirantis.

——— Et extremum ſi quis ſuper halitus errat
Ore legam, &c.

Oculi cur clauſi morientium.

Hunc morem claudendorum oculorum Plinius lib. 11. cap. 37. innuit dicens, *Morientibus oculos aperire, rurſuſque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu, ſacratum eſt; ita more conditum, vt neque ab homine ſupremum eos ſpectari fas ſit, & Cælo non oſtendi nefas.* Poſt hæc per interualla conclamabant, vnde illud in Eunucho Terentij, *Deſine, iam conclamatum eſt.* Rationem huius reddit Plinius, *Quod ſolet plerumque vitalis ſpiritus excluſus putari, & omnes fallere* Ideo præter, *Conclamatum*, ſeu, *vale*, ter dictum, propinquiores, & magis affines calida aqua abluebant cadauer, & vnguentis precioſiſſimis vngebant, candidóque amictu induebant; diebus ſeptem ſeruabant ara conſtituta, vbi odores incendebantur. Conclamatos

Conclamatio in funere. Vale.

Cadauer ablutum aqua calida & vnguentis vnctum.

 matos

Candido amictu indutam cadauer.
Libitinarij qui.
Pollinctores ſerui libitinarij.
Veſtis alba cadauerum non ex lana, & cur.
Veſtis mortuorum quæ.

maios eos quidam putant à Libitinariis. Libitinarij erant illi, quorum cura, & occupatio in procurandis funeribus verſabatur, à Libitina Dea functum, in cuius æde proſtabant, quæ humandis, ſiue efferendis corporibus eſſet vſui. Horum ſerui erant Pollinctores, ſeu veſpillones, qui cadauera ad ſepulturam exportabant. Veſtis illa funerea alba, ſed ex lino intexebatur, ex Ægyptiorum religione, apud quos laneæ veſtes, neque cum cadauere ſepeliuntur, neque in ædes Deorum importantur. Romanis hæc veſtis erant toga, magiſtratibus prætexta, Cenſoribus purpura, Imperatoribus paladamentum: Græcis verò pallium.

Cadauer in veſtibulo ædium pedibus in viam obuerſis.
Effigies cerea pro cadauere quando.
Cupreſſi, & piceæ rami ante fores defunctorũ.

Demum corpus exanimatum coronis, & floribus ornabant, & in veſtibulo ædium ad iannam collocabant, vt faciem, & pedes haberet extentos ad viam, & in publicum obuerſos, ſi cadauer vegetum, & coloratum. Sin, vt in peregrè functis, putidum, aut nullum, eius loco effigies cerea efferebatur. Canebantur interim Epicedia, Pæanes, ex Hygino, per tibicines. Cupreſſus, & piceæ rami ante fores ipſas poſiti, nequis Pontificum eo præteriret, & funeſtaretur. Mortui coronati efferebantur. Plinius *lib. 21. cap. 5.* Extat lex duodecim tabb. neue longæ coronæ, neue acerræ adhiberentur. Clem. Alexán. *Pædag. cap. 8.* Vide loc. Dur. *lib. 1. variar. cap. 10.*

Funus quando indictũ.
Quid acclamatum in funere.
Funera noctu à quibus.
Præconis formula in efferendo cadauere.
Tibicen præcedebat funus.
Tuba virorum, tibia iuniorum in funere.
Siticines qui.
Faces, cerei, lumina in funeribus.
Viri atrati, mulieres albatæ in funeribus.
Serui pileati in funere.
Habitus lugentium.
Præficæ in funere cur.
Per forum quorum funera.

At in digitum funeribus, per præconem, die octaua funus indicebatur: quando videlicet vrebantur cadauera, & ita per præconem clamabatur, *Ollus letho datus eſt*, tum noctu efferebatur ad buſtum à filiis, aut hæredibus præcinente præcone, his verbis: *Ad Exequias N. N. quibus eſt commodum ire, iam tempus eſt, ollus ex ædibus effertur.* Deinde tibicine præcedente, qui Næniam funebrem cantillabat, funeris pompam præcedebat: interdum ad tubam, maioris ætatis; minoris verò ad tibiam, elata cadauera, vnde Statius,

Tibia enim teneros ſolitum deducere manes.

Hi dicti Siticines, quaſi, apud ſitos, id eſt, ſepultos canentes, qui non plures, quàm decem ex lege duodecim tabularum; & quia funus factum noctu, ideo faces adhibitæ. Proſequebantur funus viri atra, ſeu pulla veſte, fœminæ alba: in hac pompa ſerui conſpiciebantur pileati, ſi quos vita functus libertate donaſſet. Inſignia honorum portabantur, quæ geſſiſſet, dona militaria, coronæ, vexilla, hoſtium ſpolia, cereæ imagines antiquorum, dicta ſtemmata, in oblongis perticis; deinde liberi, propinqui, affines, amici, lugentium habitu, capite, capilloque demiſſo, ac filij quidem velatis, filiæ nudis capitibus, paſſiſque crinibus; cuius cauſam lege in Plutarch. *Quæſtionibus Rom. 14 & 26.* Adhibitæ etiam Præficæ mulieres ad lamentandum conductæ. Si defunctus illuſtris fuiſſet, per forum deducebatur, vbi oratio funebris habebatur. De hoc etiam legendus Polybij locus pulcherrimus. Primus apud Romanos, funebri oratione, collegam ſuum Iunium laudauit P. Val. Publicola Conſul anno primo poſt reges exactos, qui honos de-

Funebris oratio à quo prima.

inde habitus viris Illuſtribus. Hæc ante rogum. Qui funus proſequebantur, cereos manibus geſtabant, & faces, Lipſius.

Cerei geſtari à ſequentibus funus.
In rogo, & ſepultura quid peractum.
Sepulti olim domi ſuæ.
Sepulti nulli olim in vrbe.

In rogo, Seruius mihi præit, qui ad illum Virgilij locum Æn. 6.

Sedibus hunc refer ante ſuis, & conde ſepulcro.

Notat, moris fuiſſe apud maiores, vt qui mortuus peregrè eſſet, domum ſuam referretur, & ibi ſepeliretur: poſtea verò lege duodecim tabularum, cautum, ne hominem mortuum, in vrbe ſepelirent, neue vrerent, niſi quis tamen ſolutus eſſet legibus, vt triumphales viri, & Virgines Veſtales, Imperatores, & huiuſmodi viri, reliqui autem priuatim in agris ſuis condebantur extra vrbem, diſtantibus duobus millibus paſſuum, ex Dione: aut in viis extra portas tumulos habebant. Vbi verò cognitum eſt, cadauera à maleficis, aut prædonibus effodi, illa comburi cœpta. Pauperum, verò ſepulturæ, & puticuli erant extra portam Exquilinam, vt à me dictum alibi. Pyra, ſiue rogus, vbi cadauer erat cremandum, fiebat pro dignitate perſonæ, ſiue celſior, ſiue humilior, in modum aræ, ex larice, picea, taxo, arboribus. Circa eam conſtituebant cupreſſos, propter grauem vſtrinæ odorem. Hanc pyram reſpergebant vino, vnguentis, myrrha, & aliis odoribus. Superiniiciebantur aurum, veſtes, arma, animalia, & alia precioſa. Cadauer antequam imponeretur in rogum, vino, lacte, melle, interdum etiam ſanguine, ex victimis inferis mactatis, effuſo imbuebatur. (Cum cadauera cremari vſus obtinuiſſet, priuſquam in os mortui gleba iniecta eſſet, locus ille vbi corpus crematum eſſet religioſus non habebatur, ſed iniecta gleba. Cic 2. *de legibus*)

Sepulti in vrbe qui.
Cadauera cur vſta.
Pyra quæ, æqualis, ex quibus lignis, & cur.
In rogum precioſa iniecta.

Poſtquam cadauer rogo erat impoſitum, oculi, vt cœlo oſtenderentur, aperiebantur: deinde maximè propinquus pyram accendebat auerſus; adeo, vt neceſſitatis, non voluntatis videretur officium: tum ſanguis humanus, vel gladiatorum, vel captiuorum effundebatur, Inferiarum loco: item arma hoſtilia, ſpolia, pecudes mactatæ, canes, equi, &c. Mulieres quoque genas laniabant adeo, vt ſanguinem effunderent. Præfica interea, id eſt, mulier planctui conducta, præibat carmine lugubri, cuius fletum ſequebatur atratorum corona tamdiu, dum conſumpto cadauere colligerentur cineres. Hæc in rogo.

Oculi aperti cadaueri ſuper rogum & cur.
Faces quando ſuppoſitæ rogo.
Præfica quæ in funere.

Poſt rogum, quod dicitur buſtum, cineres condebantur in vrnam, & oſſa in oſſarium, plerumque è marmore, dictum Sarcophagum. Solebant interdum, ſed antiquiſſimis temporibus, cum cinere, & oſſibus, condi theſauri (vt dictum) ad inanem oſtentationem. Deinde populus circumſtans lauri ramo ter aqua luſtrabatur. Poſt Auguſtum verò ramo oliuæ. Demum dicebat præfica, ſeu Præco illud nouiſſimum verbum, *Ilicet*; quo ſignificabat, ire licet: tum verò omnes precabantur vt ei terra eſſet leuis; ter *Vale, Vale, Vale*, clamabant, & ad poſtremum, *Vale, Conclamatum*, dicebant. addebant: *Nos te ordine, quo natura permiſerit, ſequemur.* Tum aſperſi aqua luſtrali, & ad plenam ſuffitionem

Poſt rogum, ſeu ſepulturam quid olim peractum.
Cineres conditi vbi, quomodo cum quibus.
Luſtratio facta ad cineres.
Ilicet in funere.
Vale ter dictum, & conclamatum.

Luſtrati ab-euntes à funere, & ſuffiti.

Mulſum datum in funere.

Os, ſeu digitus, è rogo ad ſepulcrū.

Sandapila.

ſuffitionem per ignem tranſeuntes, domum cum ſilentio diſcedebant. Interdum dabatur mulſum ad portam iis, qui funus eſſent proſecuti. Poſt quæ efferebatur os, ſiue digitus vnus de mortui corpore deciſus, in locum ſepulchro deſtinatum, vbi erat ara conſtituta, in quam, ſacrificio facto, ipſique aquá aſperſi, os illud acceptum cum ſulphure, & tædis imponebant, Diiſque Manibus ſacrabant, cum cæteris condentes in Oſſario, quod ſertis, floribus maximè purpureis ornatum cum epigrammare, ſeu epitaphio. *Diis manibus*. Loculus, ſeu feretrum ignobilium & damnatorum, ſandapila nominabatur.

Epitaphium ſepulcri.

Extremorum ritus lugendi mortuos.

Quomodo oſſa lecta.

Demum alia peragebantur, potiſſimum ludi, epulæ, exequiæ, inferiæ, & huiuſmodi, de quibus à me paulo inferius ſigillatim. De tempore lugendi mortuos legitimo à me alibi, & ab aliis eruditiſſimis viris, Plutarcho, Ouidio, *in Faſtis*, Feſto, & cæteris. Hoc inſuper addo. Cum ſuos defunctos cremabant, ſic eos in pyra collocabant, vt cineres, oſſaque ſeparata manerent, neque aut ligni cineribus, aut animalium, quæ ſæpiſſimè comburebantur ſimul, oſsibus commiſcerentur, hinc oſſa legebant, eaque nondum planè diſſoluta, & in puluerem redacta in vrnam condebant. Hunc morem condendi. Q. Smyrnæus in deſcriptione funeris Achillei oſtendit: & hoc puto verius, quàm, quod comminiſcuntur alij de linteo ἀσβέστῳ. hinc oſsilegium, oſſarium. Cineres verò, & oſſa diſperſa poſt obitum, quos viuos vehementer odiſſent, legimus in Suetonio, Ouidio, & Valerio Maximo, dicente de Sullâ, *Quinque millia Praneſtinorum interficienda, protinuſque per agros diſpergenda curauit.*

Cineres, & oſſa quorum diſperſa.

Ægyptij & Aſſyrij, ſquallore, & ſordibus obſiti, cœno obliti capillum ſummittentes, & barba detonsâ lugebant. Perſæ, coniugibus, & liberis detonſis lugebant mortuos. In funere autem clarorum virorum ſe ipſos, equos, & iumenta tondebant. Apud Græcos viri capillum, barbamque ſummittebant: mulieres tonſis crinibus erant; lege Alex. ab Alex. *lib. 3. cap.* 8. In grauiſsimo luctu, ingentique calamitate caput etiam cinere conſpergebant, ſeu puluere deturpabant, ex Homero, Euripide, & aliis. Minuebatur populo luctus Ædis dedicatione, luſtro à Cenſoribus condito, voto publicè ſuſcepto, vel ſacris Cereris inſtantibus. Priuatis autem, cùm liberi naſcerentur; cùm honos in familiam veniret; cùm puella deſponderetur; cùm propiore quis cognatione, quàm is, qui lugebatur; naſceretur.

Caput cinere cōſperſum in graui luctu.

Luctus publicus quibus ex cauſis minitus.

Luctus priuatus quibus ex cauſis diminutus.

Tibiæ, tuba, lumina, cerei in funeribus.

Quòd verò in funeribus præter tibias, & tubas, vterentur etiam luminibus, cereiſq; ex Suetonij Auguſto, Tiberio, aliiſque colligitur, & à mè dictum alibi. Romani glebam injicere ſolebant vitâ functis, vel tritum, & minutum puluerem; ne preſſu dolorem eis aliquem afferrent; quo reſpexit Horatianum illud de Archita Tarentino, Ode 28. lib. 1.

Quamquam feſtinas, non eſt mora longa; licebit,
Iniecto ter puluere, curras.

Vnde illa precatio prætereuntium, S.T.T.L. hoc eſt, *Sit Tibi Terra Leuis*. Inſcriptio etiam. D.M.S. hoc eſt, Diis Manibus Sacrum. Tumulos floribus, frondibus ornatos, & vnguentis delibutos, à me alibi dictum.

Tumuli floribus ornati.

Dubium. An omnes olim cremati.

Humati aliquādo domi.

Agri ſteriles ſepulcris deſtinati.

Sepultura vbi.

An omnes cremati apud Romanos? vix auſim aſſerere: pompa enim illa ad rogum funebris nimis ſumptuoſa. Legiſſe tamen memini, vt paucis repetam de ſepulchris (ſæculis illis vetuſtis) intra vrbem, & domeſticos intra parietes humatos fuiſſe mortuos, vnde Larium, & Penatium tanta religio. Poſteà 12. Tabularum lege, extra vrbem tumulari cœptum. Plato agros ſteriles ſuis legibus deſtinauit ſepulturis. Ideò ſecus vias publicas, Flaminiam, Latinam, Salariam extra vrbem Romani vulgò ſepeliebant. Atheuienſes in Ceramico, vt fœdâ, & peſtilenti aſpiratione Cœlum vrbanum liberaretur. Quapropter ſepulcra, vel communia, vel priuata. Locupletes in ſuis agris priuata, & propria ſepulcra habebant ſibi, familiæ, & hæredibus: plebs agris deſtituta commune ſepulcrum habebat in viis publicis (de quo à me alibi) Horatius Sat. 8. lib. 1.

Athenienſiū ſepultura.

In agris priuatorum ſepulcra.

Pauperum ſepulcra vbi.

Hoc miſera plebi ſtabat commune ſepulcrum.

Secus vias ſepulcra.

Cineres amicorum vino vnguentis, & lacrymis imbuti.

Secus vias autem monumenta ſepulcrorum ideo, vt prætereuntes memoriam refricarent ſuæ mortalitatis. Cineres amicorum vino, vnguento, & lacrymis ſparſos fuiſſe ex multis colligi poteſt, & ex Horatij ode 6. lib. 2.

——Ibi tu calentem
Debita ſparges lacryma fauillam
Vatis amici.

Poſt triduum à rogo cinis in vrnam miſſus, vt mandaretur tumulo.

Oſſilegij modus.

Vrnæ nomina varia

Vrnæ materia.

Oſsilegium autem ita factum. Parabatur vrna feralis, dicta cadus, teſta, buſtum, amphora, arca, hydria, dolium. Materia harum ænea, lapidea; aliquando aurea. Præcedebat extinctio rogi, vino reſperſo facta, & lacte. Legebant oſſa, & reliquias patres, amici, hæredes: oſſa Imperatorum Coss. vel maiores ordines, ex Herodiano, Suetonio, diſcincti, nudis pedibus, lotis manibus: lacrymis oſſa rigantes, ac ſinu fouebant: tollebant in altum; demum condebant in vrnâ vnguentis, & odoribus perfusâ, vna cum lacrymis. Vrna tegebatur: coronabatur; tangebatur ab amicis præ pietate. His peractis vrna dicebatur oſſarium, ſeu cinerarium. Tempus oſsilegij nocturnum.

Oſſa qui legerent.

Oſſarium, Cinerarium.

Oſſilegij tēpus.

Superſtitio Græcorum.

Obolus, & offa in ore mortuorum.

Superſtitioſum deliramentum Græcorum dicis cauſâ ſubnecto, qui in os mortui nummum inſerebant, quem traiecturus Acherontem pro naulo Charonti ſolueret. Inferebant & placentam, ſeu offam objiciendam Cerbero lattanti, limina Ditis cuſtodienti

Circa ſepulcra quid.

Ad tumulum monodia, elegiæ, epitaphia cantata, inſcripta cippis; pyramides, columellæ additæ ad memoriam mortuo-

rum æternandam. Addebant moles è ſaxo quadrato magnificas, Hermas, menſas, labella, & ſtatuas. Cryptæ etiam ſepulcrales lucernas perpetuas accenſas habebant, de quibus à me alibi. Circa ſepulcra p erunque luci,& nemora, quæ violare nefas, quod & à me notatum.

Lucernæ in cryptis ſepulcralibus.

Tumuli erigebantur mortuis abſentibus pro aris, atque his vinum, & ſanguinem victimarum ad radices tumuli offerebant, & aliquando lac cum ſanguine, animaſque vocabant ad bibendum. Lucian. in Necyom. Hæ aræ cupreſſo ornatæ, vittiſque nigris, ſiue cæruleis. In Anniuerſario nigræ oues mactatæ, quarum ſanguis in crateres collectus cum precibus in foſſas effundebatur, animæque vocatæ ad bibendum. Euripid. in Hecuba.

Tumuli erecti mortuis peregrè.

Anniuerſaria ſacra.

Vinum quoque,lac, flores, mulſum,mola ſupra vinum & ſanguinem in foueam iaciebantur,inde ter animas euocabant, tum inter mortuos numerabantur.

In parentali,ſeu funebri ſolemnitate operantes ſacris,ſediſſe lego in Atticis bellariis: contra ſtetiſſe in adoratione Deorum, vt à me alibi indicatum,Curtius libro 10. *Aſſidebat ei vna ex nepotibus,nuper amiſſum Epheſtionem cui nupſerat, lugens.* Martialis lib. 11. epigr. 41.

Sedebant parentantes.

Te mæſta decet aſſidere matri.

Tibulus 2. eleg. 7.

Illius ad tumulum fugiam, ſuppléxque ſedebo.

Ab hac conſuetudine dimanauit, vt ſedem pro ſepulcro, ſeu tumulo vſurpemus. Virgilius 8. Æneid.

Sedes pro ſepulcro.

——Sedibus oſſa quierunt,

& alibi. Vetus marmor.

Hanc ſidem ſibi viui poſuerunt.

Hæc ſedes à Sidonio vocata perpetua,è qua ſcilicet, oſſa transferri, inconſulto ſacrorum Rege, aut Pontifice, nefas: ex Lipſio, & Atticis bellariis.

Non Augures ſolùm, ſed Pontifices quoque, & (opinor) omnes Sacerdotes arcebantur à funeſtis: Apparet ex facto Auguſti, & Tiberij, qui velo interpoſito, mortuos laudarunt. Item ex Plutarcho *in Sulla* qui ſcribit, Metellam eius vxorem obijſſe,additque: Cum Pontifices non ſinerent eam viſere, neque domum eius funere pollui: Sullam ſcripſiſſe libellum diuortij, eamque adhuc viuam iuſſiſſe in aliam domum transferri. Notabilis ritus. Sulla autem inter Sacerdotes,neque ſcio, an, & Augures, certè lituus compareт in quibuſdam eius nummis. Tacitus Annal. 1. *Neque Imperatorem Auguratu, & vetuſtiſſimis ceremoniis praditum attrectare per alia debuiſſe.* Obſeruo in Tacito 3. *Annal.* loquente de funere Germanici, alibi defunctis, & vſtis, ſtatutas aras in patria, & rogos accenſos, legatur locus, & Senecæ ad Marciam *cap.* 3. ex Lipſio in Tacitum. Principes, ex eruditiſſimo Meurſio, aut in montibus, aut ad montium radices ſepulti. Iſidorus lib. 15. Etymol. cap. 11. *Apud maiores enim, potentes, aut ſub montibus aut in montibus ſepeliebantur, inde tractum eſt, vt ſuper cadauera, aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ collocarentur.* Lucanus lib. 8.

Sacerdotes à funeſtis remoti.

Aræ & rogi defunctis peregrè.

Principes ſepulti in montibus.

Pyramides ſepulcrales cur.

Et Regum cineres extructo monte quieſcunt.

Hinc emanauit conſuetudo, pyramides & columnas ſuper ſepulcris conſtituendi, vbi tituli & inſcriptiones funebres ſculptæ ad perpetuam illorum memoriam. D. M. S. Diis Manibus Sacrum.

Hoc poſtremùm innuo; Nefas puerum (vt à me dictum alibi) minorem ſeptennio, priuſquam omnes geniti dentes forent; aut fulmine ictos, qui vitâ functi eſſent, rogis imponi, ſeu hominem vitâ ſublatum feriis publicis efferri. Qui plura velit, de variis antiquorum ritibus in funeribus, tum Græcorum, tum Romanorum, Ægyptiorum, aliorumque externorum,legat Alex. ab Alex. *lib. 1. cap. 7.* qui eruditiſſimè de his, & aliis diſſerit, à me etiam alibi ex Herodoto, & aliis. Adde, ſi vis, Gyraldum, Roſinum, Beneium, Cuiacium, alioſque claſſicos, de funeribus tractantes.

Cippus erat ipſa ſepulcri Columella, cui Epitaphium inſcribebatur &, quantum ipſe terræ ſepulcro aſſignatæ modus continebat, religioſum tenebatur, intra quem religioſa omnia erant, foris nequaquam. Vide Loënſem *lib. 6. cap. 5.*

MARCO ANTONIO Franciotto Cardinali.

SYNOPSIS X.

De Tormentis, ac Suppliciis Antiquorum.

TORMENTVM eſt cruciatus, qui infligitur alicui ad pernoſcendam veritatem; Supplicium verò eſt pœna pro delicto inflicta; hæc (ex Paulo Iuriſconſulto) vel ſumma eſt, vel mediocris, vel minima: ſumma, quæ & dicitur vltimum ſupplicium, mortem inferens, vt crux, crematio, decollatio, &c. Mediocris, metallum, deportatio,&c. Minima, relegatio, opus publicum,vincula, & huiuſmodi; de quibus ſigillatim ordine alphabetico, paucis,& ſuccinctè.

Tormentum quid.

Supplicium quid.

Pœna triplex.

Acus ſub vnguibus infigebantur ad veritatem extorquendam à noxiis. Hæ vel ferreæ,vel calami præacuti.

Acus tormentum.

Ad beſtias damnabantur nequiſſimi ſerui, aut hoſtes infeſtiſſimi,plerumque homines pernicioſi, & immanes, qui ob multiplicia crimina, defectioneſque, indigni venia fuere, quibus in theatro,vt cum immaniſſimis belluis depugnarent, negotium datum eſt, vt ab iis dilaniarentur, puta, vrſis, apris, leonibus, & huiuſmodi ferè animalibus: hinc dicti beſtiarij,qui his beſtiis damnati ſubjiciebantur. Ad beſtias autem dari dicebantur, qui extra damnationem cum beſtiis

Ad beſtias dãnati qui.

Beſtiarij.

Ad beſtias dati.

beſtiis depugnandi cauſâ in arenam intendebantur, ad populi, principumque delectationem.

Ad aquariã.

Ad aquariam, paraſitos damnauit Alexander, vt notat Lampridius in eius vita, vt eius vertigine circumuoluerentur, tanquam Ixiones.

Ad antliam.

Ad antliam, damnabantur, ſeu ad aquas exhauriendas, & aquæductus exſiccandos, vt modò ad triremes.

Ad ferrum damnati.

Ad ferrum, damnati dicuntur, qui, cum gladiatoribus, vt pugnent, damnantur: itaque Suetonius de munere gladiatoris loquens in Nerone, inquit, *Exhibuit ad ferrum etiam quadringentos Senatores.* Dicitur hæc pœna, & ad gladium, quæ abrogata à Conſtantino Magno.

Ad gladium.

Ad metallũ damnati.

Ad metallum, Ad aurifodinas, & lapidicinas condemnabantur, qui vincti perpetuò opus faciebant: hinc metallici, ſeu metallarij dicti, qui in latomiis, & ad eruendas metallorum venas damnabantur. Inter eos autem, qui in opus metalli damnabantur, differentia tantùm in vinculis eſt, quòd, qui ad metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur, quàm qui, in opus metalli: quodque refugæ ex opere metalli in metallum dantur: refugæ verò metalli grauius, ac durius exercentur. Idem pœnæ genus erat ad calcariam, arenariam, ſulphurariam, ad ſalinas; & huiuſmodi.

Metallarij qui.

Ad metallũ & ad opus dãnati quomodo differunt.

Ad calcariã, ſulphurariã damnati.

Ænea tormenta.

Æneatormenta erant, Scorpiones, quibus Sancti lacerabantur.

Alapa quæ.

Alapis, ideſt, manibus dilatatis, ſeu palmis; pugnis, colaphis, ſeu manibus in vulnus compreſſis; calcibus corpora, facies Martyrum ac demùm lapidibus contuſa nemo neſcit, qui Martyrologium lectitarit, aut ſæuitiam norit antiquorum tyrannorum.

Anchora tormentum.

Anchora (ex Plutarcho) *ferrea* ceruicibus eorum inflicta, quos crudelius caſtigare volebant, & ad totum diem ludibrio ſtare cogebantur.

Anconiſci.

Anconiſci, inſtrumenta tortoria erant.

Anguilla, ſeutica.

Anguilla eſt, qua coërcentur pueri in ſcholis, vulgò, ſeutica, dicitur.

Aqua, & igni interdicti.

Aqua & igne interdicti apud Romanos illi, quibus commercium, ſocietáſque hominum interdicebatur, & ne quis eos vrbe, menſa, tecto, aut lare reciperet, vocabatur: quòd genus pœnæ, hodie, *excommunicationem*, vocant.

Aquæ feruentis iudicium factum olim refert Cod. ll. antiq. *Ferrum calidum*, ait, *ferant, vel in aquam bullientem brachium vſque ad cubitum mittant.* Vide Gloſſarium eiuſdem.

Arboribus laniati.

Arboribus quondam immaniter corpora dilaniabant, quod ſupplicium vocabant, Diaſphendoſin; cum incuruatis violenter duarum erectarum arborum acuminibus, alligatum corpus, miſſis arboribus, ſcinditur, atque in diuerſa diſtrahitur, ab Aureliano Imperatore hoc mortis genus vſurpatum, aduerſus militem violantem thorum hoſpitis: author eſt Flauius Vopiſcus *in Aureliano.*

Auris fiſſio, ſeu inciſio mulctæ genus. Item capillorum. Cod. ll. antiq.

Balnei ſupplicium.

Balnei calore, in Laconico, videlicet, noxij vitâ priuabantur; namque in eo opprimebantur vapore, magna lignorum ſtrue ſuggeſta.

Barba vſta.

Barbâ, aliquando pice illitâ, deinde combuſta, vexari noxij Martyreſve.

Beſtiis obiecti crucifixi.

Beſtiis obiecti dum ſtarent, cruci, & ſtipibus affixi, vt notat Lipſius.

Boiæ vincula.

Boia, vincula lignea, vel ferrea; ſeu torques damnatorum, quòd iis eſſent, quaſi iugum in bobus.

Bos æneus.

Bos æneus, candens, Perilli inuentum ſatis decantatum hiſtoricis, in quo ipſe Perillus à Phalaride tyranno cruciatus; cui boui lentus ignis ſubiiciebatur, vt incluſus lentam ſentiret mortem, & mugitum ederet horrendum.

Calamis acutis torti.

Calamis acutis, parricidas Ægyptij, vt eos per ſingula membra torquerent, impetebant, mox minutiſſimis ictibus conſauciatos ſuper ſpinarum aceruos comburebant. Sub vnguibus etiam calami infixi, ſiue acus acutiſſimæ ad magis torquendum, vt dictum.

Calibæ.

Calibæ ſiue *Caliba*, manicæ ex ferro aſtrictiores.

Camelo inſidebant rei.

Camelo inſidere cogebatur ignomiæ ergò, ac per vrbem circumducebatur omnibus viſendus Byzantij proditor conuictus ſub Iuſtiniano, vt refert Rhodiginus.

Camus.

Camus vinculi genus: hunc Plaut. *in Caſ.* poſuit pro fune, quo damnati furcæ alligantur.

Canis tormenti genus, quod collo circumducebatur inſtar collaris, ignominiæ cauſâ & pœnæ. Feſt. L. I. C. Præt.

Capillis ſuſpenſi.

Capillis, mulieres Chriſtianæ aliquandò ſuſpenſæ, vel priuatæ, & circumductæ ignominiæ causâ.

Capite plectendi quo.

Capite plectendi (vt colligitur ex Martyrum hiſtoria) genua flectebant, virgis priùs cæſi, oculiſque ſudario velatis, ſecuri deinde cædebantur.

Capitis raſio, & tonſio ignominioſum tormentum. Iac. Dur. *lib.* 1. *cap.* 18. Vide infra *Raſio.*

Carcer.

Carcer, ita dictus à coërcendo, quòd vincti in eo cuſtoditi prohibentur exire noxij, ideo carcer alius eſt ad cuſtodiam, alius ad pœnam; de quo à me alibi.

Carcerum nomina.

Huius varia nomina, & ſpecies, nempe: Coruus apud Athenienſes: Lethes apud Perſas: Latomiæ apud Syracuſios; Theſaurus apud Meſſenios: Barathrum apud Romanos: Decas apud Spartanos: Ceadas apud Lacedæmonios; Tullianum, Scalæque Gemoniæ apud Romanos: Ancon apud Carthaginenſes: Ceraunum apud Cyprios: Heliotrapeza apud Æthiopes. Sed de his, & aliis à me alibi.

Catabulum quod. Viuarium quod.

Catabulum, ideſt, ſtabulum iumentorum, quod publicæ vtilitati ad vehenda onera deſeruiebat. Catabulum opponitur viuario: illud domeſticorum, hoc ſilueſtrium animalium ſtabulum; hinc damnati ad Catabulum.

Catabulo damnati.

Catacumbæ.

Catacumbe, ſiue *Catatumbe*, κατὰ τύμβον, locus

cus ad fores cœmeterij, κοιμητήριον. locus cæcus, & profundus, vt ſolebant eſſe cœmeteria in arenariis profundis, & cryptis excauata, in quibus S.S. Martyres latebant, ad Tyrannorum crudelitatem deuitandam.

Catapulta.

Catapulta, nonnunquam ſumitur pro machina bellica, ad iaciendas ſagittas fabricata, ſicut baliſtæ ad iaciendos lapides, hic autem ſumitur pro inſtrumento torquendi: hinc Suidas ait, catapultam eſſe tormenti genus pedum, vt vincula manuum. Plautus, ait, *Te neruo torquebo, itidem vt catapultæ ſolent.*

Catasta quid & quotuplex.

Catasta, erat publicus ſuggeſtus lignis compactus, quem volgò tabulatum dicimus, non vno tantùm, ſed multis diſtinctus gradibus, & ſublimi aſcenſu, ſuper quem cruciandi exponebantur. Cataſta interdum ſumitur pro compedibus magnis, quibus ſerui detenti venales exponebantur. Cataſta præterea erat inſtrumentum tortorium, diuerſum tamen ab Equuleo. Hanc eſſe crediderim, cratem ferream, ad comburendum paratam, de qua Prudentius Periſteph. in Laurentio, hymno 2. ita canit,

Poſtquam vapor diutius.
Decoxit exuſtum latus.
Vltro è cataſta Iudicem
Compellat affatu breui,
Conuerte partem corporis,
Satis crematum iugiter.

Cenſio haſtaria.

Cenſio haſtaria, pœna erat militaris, cùm militi mulctæ nomine ob delictum indicitur haſta reddenda.

Catomo cædi.

Catomo cædebantur, ad humeros alicuius appenſi, capite deorſum aliquando natibus denudatis, & ſeueriſſimè flagellatis, vt ſolet hodiè fieri à ludi magiſtris, contra pueros refractarios; hinc Catomidiare.

Climax, ſcala, tormenti genus quo corpora torquentur, ſcalis alligata: ſuſpenſa, flagris cæſa, cute direpta, diſtenta, aceto in nares infuſo, lateribus impuitis, Suid. ex Ariſtoph.

Clitella tormenti genus Ian. Gul. 88.

Cochlea tortil.

Cochleâ, ſeu torculari rei, aliquando premebantur, eo modo, quo vua & oliuæ prælo.

Collare vinculum.

Collare, vinculi genus, quo collum aſtringitur, Lucil.

Columbar.

Columbar, vinculi colli genus, Plautus, Rud.

Columnis.

Columnis, arboribus, truncis arborum funiculis alligatos, clauis confixos Martyres legimus.

Colus torm.

Colus, tormenti genus, quod fit ex corio, Feſtus.

Cratis ſupplic.

Cratis, ſupplicium apud Carthag cùm quis deiectus in aquam, crate ſuperne iniecta, ſaxiſque congeſtis mergebatur.

Crux varia ſignificat.

Crux, nomen pro omni angore, tormento, & morte. Aliquandò ſtrictius pro morte in ligno. Crux, infelix arbor, lignum, ſtipes, infamis dicta. Crucifigere, configere, cruciare. Cruciarius dictus is, qui in cruce, vel qui ea dignus.

Crux duplex. Affixio quæ. Infixio quæ.

Crux, duplex, ſimplex, & compacta. Simplex, cum in vno, ſimplicique ligno fit affixio. Affixio erat, cû ad arborem, ſiue ſtipitem, ſeu crucem aſſigabât, figebántve hominem. Infixio verò, cum nudum hominem erecto, acutoque ſtipiti infigebant per obſcœna, quę dicta ſudifixio, Σκολοψ: hoc dicunt, *Impalare*. Compacta crux, quæ manu facta, idque è duplici ligno. Hæc crux, ſiue patibulum triplex. 1. decuſſata 2. commiſſa. 3. immiſſa.

Crux compacta.

1. Decuſſata, in qua duo ligna directa, & æqualia inter ſe obliquantur.; decuſſare enim eſt per medium ſecare, veluti duæ regulæ concurrunt ad ſpeciem litteræ X. quæ figura eſt crucis D. Andreæ.

Crux decuſſata.

2. Commiſſa eſt, cum ligno erecto breuius alterum ſupernè, & in ipſo capite comitatur, ſic, vt nihil extet. T. hæc Tau dicta.

Crux commiſſa.

3. Immiſſa crux, cum ligno erecto tranſuerſum alterum iniungitur, atque immittitur, ſed ſic, vt ipſum ſecet. †. In hac poſtrema Chriſtus Dominus pependit, quæ quadrangula, vt videtur in antiquis lapidibus, & ritus vniuerſæ habet Eccleſiæ Catholicæ.

Crux immiſſa. Crux Chriſti qualis.

Crucis vſus Syris, Iudæis, Ægyptiis, Perſis, Afris, Græcis, & Romanis ſtatim ſub primis regibus vſurpatus.

Crucis vſus apud quos.

Seruorum hoc erat ſupplicium, vtpote viliſſimum, aut plebeiorum; hinc dictum ſeruile ſupplicium; gladius ac ſecuris liberorum.

Crux ſeruorum pœna, & viliſſimorũ. Gladius pœna liberorũ.

Omnium ſuppliciorum crux teterrimum crudeliſſimumque antiquis habitum, atque infame.

Figendi crucis modus duplex.

Duplex figendi modus, vulgaris, & rarus. Vulgaris, qui receptiſſimus, & quo vulgò vtebantur. Rarus, qui magis ſepoſitus, nec in tam aſſiduo vſu. In vulgari, ſeu ordinario tria ſpectanda, quæ ante fixionem, quæ in ipſa, & quæ poſt ipſam. Duo adhibita, flagellatio, & deductio, ante fixionem. Virgæ honeſtiores; ideò flagra propriora cruciariis, quæ inſitis talis, & oſſiculis exaſperabantur. Flagellabantur ante deductionem, aut domi, aut in Prætorio, aut in ipſa deductione per viam; ſi domi, ligabantur interdum ad columnam, vt factum Chriſto Domino.

Vulgaris modus cruci affigendi. Rarus modus crucifigendi. Ante fixionem quid. Virgæ honeſtiores. Flagra cruciariorum. Flagellati vbi.

In deductione duo, ludibrium, & tormentum: ludibrium, quòd ipſi coacti crucem ſuam ferre, aut certè eius partem. Tormentum etiam erat trahi, diuexari, & ſtimulis agi; per viam impelli, & huiuſmodi tolerare.

In deductione duo.

In ipſa fixione tria, ſuſpenſio, aſtrictio, inſcriptio.

In fixione quid.

Ante ſuſpenſionem, nudatio: deinde in crucem dari aliquando iacentem, aliquando erectam. Adſtrictio in ea aliquando funibus.

Nudati ſuſpendendi. Adſtrictio clauis aut funib. facta.

Claui, & funes in manibus, pedibuſque. Claui tres, aut quatuor, pro vt libitum. Manus priùs fixæ, inde pedes, initium à dextera.

Claui vbi, & quot fixi.

Inſcriptio, ſeu titulus præfixus; crimen, ſeu cauſſa ſupplicij: qui titulus damnatis præferebatur: loco eius ſæpè vox præconis addita.

Inſcriptio quæ.

Poſt fixionem tria, mors, corruptio, cuſtodia.

Poſt fixionẽ quæ.

Mors

Mors in cruce quæ. Lanceis cur transfixi cruces aſſix.

Mors lenta moleſta, vel ſtillante paulatim ſanguine, & fame; vel auium, ferarúmque laniatu. Interdum & lanceis transfoſſi, vel ad accelerandum fatum, vel ad explorandum.

Crurifragiũ quid.

Crurifragium, factum, à cruce vt erant depoſiti. Iudæis vſurpatum; ne fraus legi fieret iubenti ante Solis occaſum ſuſpendioſos deponi; at deponi non niſi mortui debebant: diutius autem pleriqne viuebant. Vide Durand. variar. *lib. 2. cap. 15. de crurifragio.*

Cuſtodia crucifixorũ.

Cuſtodia, & miles ad crucem, ne quis noxios detraheret: in Natali autem Imperatoris, aut ſimili die feſto, quidam etiam crucibus deponebantur.

Crucifixi inſepulti apud gentiles.

Inter Gentiles, & Iudæos hoc intererat poſt crucifixionem, quòd illi mortua corpora abſque ſepultura, putredine abſumenda relinquerent, Hebræi verò eadem die ſepelirent. Cerda *in Aduerſariis*.

Rara crucifixio.

Hactenus de vulgari crucifigendi modo, nunc ad rarum.

Furca duplex. Furca ignominioſa.

Furca Romanis vſitata duplex, ignominioſa, & pœnalis. Ignominioſa, qua collo impoſita ſerui circumduci ſolent ob culpam aliquam irriſui, & oſtentui; hinc furciferi ignominiæ magis, quàm ſupplicij cauſſa ob leuia delicta.

Furca pœnalis.

Furca pœnalis, quâ item collo impoſita circumducti; ſed cum verberibus, & pœnæ cauſſa, atque ideo plerúmque mors ſequebatur, ſiue ſub ipſa furca ad necem rei cæſis, ſiue cum ea in crucem latis, vel ad eam fixis, & in crucem ſublatis.

Patibulum à cruce quomodo differat.

Videntur patibulum, & crux idem: diſtinguitur tamen aliquando, nam patens, & tranſuerſa pars, vbi brachia diſtendunt, patibulum dicitur: inferior, defixuſque ſtipes, Crux; hinc dicitur quis patibulo crucis affixus. Iſid. l. 1. ita ſcribit, *Patibulum, vulgo furca appellatur, ſed patibuli minor pœna, quàm crucis, nam patibulum appenſos ſtatim exanimat, crux autem affixos diu excruciat.*

Furca moderna diſtincta ab antiqua. Suſpẽſi olim in carcere.

Furca noua inſtrumentum è ligno triplici, forma iugi veteris, cui appenſos homines ſtrangulant. Hæc ſimilis noſtræ, à veteribus Romanis in publico non vſurpata, frangebant enim laqueo gulam in carcere damnatis: hæc ſubſtituta in locum crucis, à Conſtantino lege ſublatæ, in honorem Seruatoris cruci affixi.

Crucifixorũ habitus varius. Crucifixorũ ſitus diuerſus. Mortui appenſi cruci cur.

Alio, atque alio ſchemate, ſeu habitu cruci affigebantur, puta inuerſo capite, vt D. Petrus; obliquè etiam, capite inuerſo, diſtractis, & diuaricatis cruribus, manibus confixis ſimul.

Deinde alij flamma, fumoque necati, beſtiis obiecti. Aliquando mortui in eâ appenſi ad infamiam, notamque ſceleris nefandi.

Ægyptij, Perſæque excoriabant. Imagines etiam damnatorum aliquando in crucem ſublatæ.

Materia crucis.

Materia crucis ex obuio quolibet ligno. Noſtri Seruatoris è quercu, vt ex reliquiis apparet, quia lignum obuium, & in Iudæa duriſſimum.

Crucis locus.

Locus crucis paſſim; ſed potiſſimum in conſpectu iuxta vias, vbi loca erant deſtinata, ſæpè in monte.

Crucis ſignum poſt Conſtantinum non ſolùm in Labaro, & ſignis imperatorum, ſed in militum armis. Hæc ex Lipſio de cruce. Lege etiam Gretſerum. *Crucis ſignum.*

Crurifragium, ſupplicium diſtinctum à crucifixione ita deſcribitur à S. Adriano: *Incus parabatur, vnà cum vecte, ac malleo ferreo; iubebantur miſeri ponere tibias ſuper incudem, quas ferus carnifex, vecte, vel malleo, validis ictibus confringebat.* Hoc ſupplicium irrogatum vilioribus perſonis ob aliquod immane ſcelus, quod factum latronibus cum Chriſto crucifixis. *Crurifragiũ quo factum.*

Culleus, ſiue culleum, ſiue Culeus, ſaccus erat è lino, vel cannabi, vel corio factus, occulendo, vel claudendo dictus, ſumitur aliquando pro vtre coriaceo, in quo parricidæ cum ſimia, & gallo, & ſerpente incluſi in mare præcipitabantur, vt in rixa infenſorum animalium, & fœda laceratione corporis, ob tanti ſceleris immanitatem, diro cruciatus vulnere interimerentur, vtque ab omni elemento repudiatum cadauer, irrequieto labore, & perpetuis fluctibus agitaretur. Sed antequam pararetur Culleus, os parricidæ inuoluebatur quodam tegmento ex lupina pelle confecto, vt hoc modo velato capite in carcerem coniectus duceretur; moxque culleo comparato inſereretur. Hæc pœna parricidarum apud Romanos. *Culleus quid. Parricidarũ pœna.*

Apud Ægyptios, parricidarum membra ſingula acutis calamis impetebantur, mox minutiſſimis ictibus conſauciati ſuper ſpinarum aceruos comburebantur. *Parricidarũ pœna apud Ægyptios.*

Apud Luſitanos è finibus eiecti ſaxis obruebantur. Solon, & Romulus nullam parricidis pœnam ſtatuerunt, quòd nullum tam nefandum ſacrilegum reperiri poſſe fuerint opinati, qui auſurus ſit manus inferre violentas in parentem vitæ auctorem. *Parricidarũ pœna apud Luſitanos.*

Cyphon, ex Rhodigino, *κυφὸν* genus ſupplicij, Cataſtæ ſimile, eratque ſtipes ligneus, in quo vinciuntur nocentes, vulgo, *berlinam* vocant; Cyphoniſmus pro ſupplicio ponitur. Dicitur cyphon ἀπὸ τοῦ κύφειν, ideſt, à capitis proclinatione, nam & incuruati dicuntur Cyphalei. *Cyphon. Cyphalei.*

Decimatio, pœna militum tumultuantium, cùm decimum quemque pœna afficiebant mortis. *Decimatio.*

Decollatio, capitis de collo amputatio. Suet. in Calig. *Miles decollandi artifex, quibuſcumque è cuſtodia caput amputabat.* *Decollatio.*

Deportatio, ſpecies erat exilij atrociſſima, cùm ſcilicet quis ita ciuitatem amittebat, vt nemo, aut compedibus vinctus in aliquam nauim imponeretur, & ſeruis publicis, vt eum in inſulam certam transferrent, traderetur, & quia ius omne ciuitatis, & agnationis adimebat, ideò ſummum putabatur ſupplicium. Differebant à relegatis deportati; tum quia deportati capite minuebantur; itaque ciuitatem, & bona omnia amittebant. Relegati verò ſæpè ad tempus: Tum quia deportati (vt verbi vis notat) ſeruis publicis tradebantur vincti deportandi, vt eós in nauim impoſitos in ſolas terras transferrent, ſeu deportarent. Relegati verò exire iubebantur, his verbis, *Illum pro-* *Deportatio quæ. Deportatio in quo differat à relegatione.*

uincia illa, infidiſque eis relego, excedereque non debebis intra illum diem, Hotom.

Serui relegati in agros.

Aliter verò relegabatur ſerui, ac liberi: ſerui enim in agros, liberi in prouincias relegabantur.

Diſtentio in panimento pœnæ genus, cui adiungebatur crurum manuúmque effractio & ceruicis conculcatio, mox in Aſinum impoſitio. Cedrenus.

Diaſphendō.

Diaſphendon, tormentum, cùm arbor duobus ramis incuruatis, acceptum in medio corpus humanum abrumpit, ramis in diuerſa trahentibus. Vide, *Arbor*.

Eculeus quid.

Equulei etymon.

Eculeus, ſiue equuleus, ob ſimilitudinem parui equi, tormenti genus immaniſſimum. Qualis fuerit, nullus, quod ſciam, clarè iodicat, & ego, qui id facere potero? referam quid legerim. Equuleum dictum fuiſſe ob ſimilitudinem parui equi, & ipſum nomen indicat, & authores aſſerunt, Fr. Hotomanus lib. 5. antiquitatum ſub litera E. *Equuleus, vel Eculeus ſtipes conſcitur fuiſſe in equi formam inciſus, cui imponebantur rei, vt neruus vtraque parte diſtentis cruciarentur.* Idem Turneb. *lib. 4. Aduerſ. c. 3.* innuit, quem vide. In equuleo vngulis laniari. Iac. Dur. *lib. 4. cap. 15.*

Sententia prima de equuleo.

Aliqui putarunt eſſe laminam candentem, qua homines torquebantur.

Sententia ſecunda.

Alij materiam quandam in equi formam, in quam coojiciebantur rei. Alij tormentum in modum Crucis diſpoſitum.

Sententia tertia.

Fidiculæ.

At Magius fidiculas, & equuleum idem fuiſſe cenſet. De fidiculis Laurentius Valla *lib. 1. Elegant. cap. 5.* Fidicula, ideſt, parua cithara, vel chordula. In plurali numero tortorium (vt dixi) inſtrumentum ex duobus (vt reor) obliquatis lignis compactum, vel ab extorquenda fide, ac veritate, vel à neruis, fidibus, vinculiſque, quibus ad illum modum homines torquendi alligabantur.

Raphaël Regius Volaterranus *lib. 30. Comm Vrbin.* putauit, equuleum idem fuiſſe, ac funem, vulgare noſtris temporis tormentum, nititurque loco illo Senecæ in epiſt. 67. dicentis. *aut podagrà diſtortus, aut equuleo longior factus.* Opinio tamen hæc à Magio, & aliis improbatur. Iunius in Nomenclatore, Fidiculas idem eſſe, ac funem, aſſeuerat. Itaque de equuleo lis adhuc ſub Iudice, eius deſcriptionem ex Magio habe.

Magij opinio de equuleo.

Equuleum exiſtimamus fuiſſe ligneum ſcamnum aut ligneam arcam, pedibus quatuor conſiſtentem, fundoque carentem, quæ vtrinque capiebat tympana, & funes, quibus manus, pedeſque ſontium, & torquendorum obligarentur, & protraherentur, non ſine magno, vt coniecturæ locus eſt, dolore totius corporis.

Scamnum Hippocratis.

Similem equuleum organo, ſeu ſcamno Hippocratis, dicit Magius, quod Hippocrates ξυλον. Paulus μέγα ξύλον, recentiores βάθρον vocarunt. Huius ſcamni iouentor fuiſſe fertur Paſicrates, cuius meminit Corn.

Celſi deſcriptio equulei.

Celſus *lib. 8. cap. 20.* Etiamnum valentiùs intenditur membrum ſuper ſcamnum, cui ab vtraque parte axes ſunt, ad quos habenæ illæ deligantur, qui, vt in torcularibus conuerſi, rumpere quoque ſi quis perſeuerauerit, non ſolùm extendere neruos, & muſculos poſſunt; collocandus autem homo ſuper id ſcamnum eſt, aut pronus aut in latus: ſic vt ea ſemper parte ſuperior ſit, in quam os prolapſum eſt: ea etiam inferior, a quà receſſit.

Sigonij opinio de equuleo.

Sigonius vir eruditus, & antiquarius admirandus *lib. 3. de Iudiciis. cap. 38.* ita diſſerit. Eculeus cataſta fuit lignea cochleata, ad intendendum, & remittendum apta, atque ad torquendum hominem, vt facti veritas eliceretur, inſtituta. Tormenti verò genus erat huiuſmodi. Vbi cataſtæ huic brachia, pedeſque eius, qui torquendus erat, neruis quibuſdam, quæ fidiculæ dicebantur, alligauerant, tum cataſtà intenta, atque in altum erectà, vt ex eà quaſi ex cruce quidam miſer ille penderet, primùm compagem ipſam oſſium, illius diſſoluebant; deinde candentibus eiuſdem corpori laminis admotis, atque biſulcis vngulis ferreis lateribus laniatis, doloris acerbitatem augebant: quam deſcriptionem elicit ex Prudentio, Sozomeno, Nonio Marcello, ex quo infert, eumdem eſſe eculeum, cum cataſta, fidiculis, & compedibus quibuſdam, quibus pedes torquebantur ad 4. vel 5. foramen.

Sigonius reprehenſus de eculeo.

Eculeus quid ex Baronio.

Verùm Baronius in Martyrologio ad 22. Iau. Sigonium redarguit, hæc confundentem: nam poſt verbera, rei in compedibus ligneis poſiti erant, & pedes alter ab altero ad quartum foramen diſtenti, diſtrictique adeo, vt neceſſariò ſupini iacerent, nec poſſent propter plagarum vulnera recens toto corpore inflicta, ſe vllo modo commouere. At in èquuleo totum corpus diſtendebatur ad foſſionem vngularum, manibus à tergo religatis, Prudentius,

Vinctum retortis brachiis
Surſum, ac deorſum extendite,
Compage donec oſſium
Diuulſa membratim crepet.

Idem in Romano Martyre, Hymno 10.

Miſerum putatis, quod retortis pendeo
Extentus vlnis, quod reuelluntur pedes,
Compage neruis quod ſonat crepitantibus.

Eculei deſcriptio vera.

Sunt hæc Romani Martyris verba, pendentis in Eculeo: quare Sigonius putat idem, torqueri fidiculis, ac eculeo: quod diuerſum oſtendam. Eculeus à tergo deſcribi poterit, Eculeus eſt ſtipes erectus validus, *noxialis ſtipes* dictus, *Tortorium lignum*, & cochleatus, qui tranſuerſum habeat lignum, quod intendatur, ac remittatur, ad quod ligata membra diſtendantur, tortoris arbitrio.

Eculei etymon.

Ita dictus ex Iſidori Orig. lib. 5. quod extendat culeum ideſt corium, pellem, ex quo infero vnicum fuiſſe lignum, & ſtipitem erectum.

Ammianus Marcellinus *l. 15.* ait, Incuruos ſub Eculeo torqueri: ex quo deducere poſſumus vocis Etymon, vt dicatur, Eculeus, ab eculeo, ſeu equulo, quòd homo ad eum alligatus, atque diſtentus, rurſuſque quodammodò equi formam præſeferat, ita tamen, vt cœlum verſus faciem conuertat, liberumq; ei ſit, ſurſú oculos tollere, & cœlú aſpicere.

Gallo

Gallonij deſcriptio.

Gallonius hanc equulei deſcriptionem aſſignat. Equuleus, apud veteres, machina fuit lignea, ad veri equi ſimilitudinem fabricata, cum duabus ſtriatis rotulis, in extremis, excauatiſque eius partibus inditis, quæ, cum erat aliquis in ea torquendus, per axiculos ductoriis funiculis traiectis, verſabantur, quocirca fiebat, vt illis alligatus variè excruciaretur, atque diſtenderetur: hæc omnia Gallonius probare ex variis authorum locis contendit.

Equulei cõſtructio. Modus torquendi in equuleo.

Equulei conſtructio huiuſmodi erat ex eodem Gallonio. Præparabant initio operis faciundi ſtipitem rectum longitudinis, latitudiniſue conuenientis; in cuius extremis partibus, ipſorum induſtria aliquantulum excauatis, duas ſtriatas rotulas, quæ per axiculos verti poſſent, indebant; tum deinde, vt ex omni parte eleuatus remaneret è terra, deſumebant quatuor ligna eo paulò actiora, atque minora, quæ deinceps clauis ferreis non longè ab vltimis ſtipitis partibus affigentes, fabricabant machinam, quatuor quaſi pedibus, veri equi inſtar, inſiſtentem, vulgò, *cavalletto*. Quo peracto, ſi quis ibi equuleo torquendus aderat, in ipſum, cruribus diuaricatis, conjiciebatur. Poſt hæc tortores funiculos aliquos ſumentes, illorum altero cruciandi pedes, altero manus poſt tergum reiectas, atque diſtortas vinciebant. Tunc rotulis, ſiue orbiculis funiculos prædictos immittentes, & ad machinulam aliquam equulei pedibus affixam, ſuculæ (vt nobis probatur) ſimilem, eoſdem referentes, efficiebant, brachiorum ductu machinulam verſantes, vt funiculi circa eam ſe inuoluentes, extenderentur: & deinceps vt illis alligatus, dorſo ſuper equuleum, & facie ad Cœlum verſa pariter extenderetur. Verùm, cum iterum, ac ſæpius in machinula vertenda defatigari non deſiſterent, & ex hoc ſingula iam vincti membra, cunctis compagibus reſolutis, eſſent diſtracta, longo temporis ſpatio, vel ſic eum permanere ſinebant, vel Iudice annuente, funiculos relaxantes, incuruum, ac pendulum ſub equuleo cadere, non ſine maximo dolore permittebant. Quamobrem arbitratus tunc Iudex amplam condemnandi, aut abſoluendi reum ſe nactum eſſe occaſionem, de actis eius acerrimè inquirere, & cognoſcere proſequebatur. Quòd ſi rei conſtantia ſpem ipſius fefelliſſet, atque ſuperaſſet, iubebat continuò igneas laminas, lampades, aut tædas ardentes afferri, vel etiam vngulas, vncos, & conſimilia: & his, vel horum ſaltem altero eius latera, cæteraſque corporis partes aduri, atque excarnificari, vt ſic noui doloris acerbitas veritatem extorqueret.

Eruditiſſ. Caraciolus aſſerit dicendum & ſcribendum eculeum, non equuleum, ab extendendo culeum, ſeu corium, aut pellem, & fuiſſe vnicum ſtipitem terræ depactum, & crucis ſpeciem ſimplicis. In cruce compacta rei aut funibus alligari, aut clauis confixi, at in cruce ſimplici, ſeu eculèo trochleis manus, & pedes trahebantur in longum, manus poſt terga reuinctis. Quare eculeus fuit vnicum, & ſimplex lignum, ſed trochleatum, ex quo quandoque pendentem non diſtendebant, ſed trochleis in ſublime elatum, ictu celeri ſuper ſilices demittebant, quod Sigonius fermè aſſecutus, ſed deceptus, confundens cum craſſa compede. Eculeus aliquando dictus cataſta, à qua tamen differt, vt ſpecies à genere & ſimplex à multiplici; cataſta enim continet eculeum, & alia tormenta.

Atque hæc de Equulei forma, & vſu. Tute cenſe. Ego in tuam ibo ſententiam.

Eunuchi multi facti ob Chriſti fidem, vt notat Euſebius: hinc eunuchare. Eunuchi facti adulteri Athenis in pœnam adulterij. Eunuchi.

Exilium triplex.

Exilium, quaſi extra ſolum miſſio, ſeu habitatio. Exilium, erat pœna capitalis, & exilio mulctatus capite damnatus dicebatur. Quoties autem ciuitas retinebatur, relegatio propriè, non exilium dicitur. Triplex autem enumeratur exilij genus, nam aut certorum locorum interdictio eſt, aut lata fuga, cum certi loci exitu quis prohibitus eſt, hoc eſt ab omnibus locis fugatus, præterquàm ab vno; hæc dici poteſt relegatio; & relegatum ſe fatetur Ouidius, non exulem. Aut demum relegatio in Inſulam vocatur exilium. Paulus Manutius de Legibus ita diſſerit.

Lata fuga quæ. Exilium duplex.

Exiliũ poſt latã ſententiam. Exilium voluntariũ duplex.

Exilij duo ſunt genera, voluntarium, & legitimum: & voluntarij rurſus duo ſunt genera, vnum, cum reus ante latas à iudicibus ſententias in exilium abibat, vel vt legis pœnam vitaret, vel quia, cum ſe damnatum iri perſpicuè videret, ſponte vellet eam ſubire.

Exilium ante latam ſententiam. Exilium legitimum.

Alterum genus exilij voluntarij fuit, cum reus poſt damnationem, quia mulctam à iudicibus dictam ſoluere non poſſet, ex vrbe diſcedebat. Hinc exilium dictum Ciceroni perfugium, non pœna. Legitimum autem exilium erat, cum reus, non ille quidem verbo, re tamen ipſa in exilium mittebatur, nullaque exilij facta mentione, tecto, aqua, & igne interdicebatur, quaſi elementis neceſſariis deſtitutus, ex quo exulare ciues Romani dicebantur, quibus aqua & igne interdicebatur.

Oſtraciſmus in quo differat ab exilio.

Oſtraciſmus, erat exilium decennale Athenis, quod differebat ab exilio Romano, tum quia exules bonis mulctabantur, nec tempore, aut loco circumſcribebantur: qui verò oſtraciſmo erant damnati bona retinebant ſua, & certo loco, & tempore, definiebantur: tum quia exilium flagitij pœna fuit, oſtraciſmus verò quædam nimiæ potentiæ diminutio. Syracuſij pro teſtulis vſi oleæ foliis, ad quinquennale exilium ſtatuendum pro oſtraciſmo, de quo à me alibi. Syracuſanorum exiliũ.

Extenſio.

Extenſio Martyrum erat, cum proni inclinabantur ad verbera ſuſtinenda.

Fame mori.

Fame, atque *ſiti* enecari, nullum potentius tormentum coniectis in vincula. Vt verò miſerius moreſentur, cibi aliquantulum apponebatur, vel panis ſalſus, vt ſic aliquo modo explerentur, & magis ſitirent, quod innuit Sophocles *in Antigone*. Arentibus ſiti, ſitula vel aqua, vel vino plena oſtenditur; liquor ipſe de vaſe in vas transfunditur, ſic vt internam cupiditatem viſus, & auditus exterior magis accendant.

Ferro damnati.

Ferro, vel *gladio* damnati ij dicebantur, qui intra annum, ludis gladiatorus, erant conſumendi, vel in quos gladio erat animaduertendum, capite, ſcilicet, plectendos.

Decollatio.

Hæc Decollatio, dicebatur; quæ mitior, ſi gladio; immitior, ſi ſecuri.

Fidiculæ quæ.

Fidiculas à fidibus quidam deriuatas putarunt, nihilque aliud eſſe, quam vincula neruea, quibus ad Eculeum, manus, pedeſque hominis ligantur; atque torquere fidiculis reum nihil aliud eſſe, quàm in eculeo torquere, oſſiumque commiſſuras cum immenſo dolore diſtrahere, ita ſentiunt Sigonius & Valla. Iſidorus tamen *lib.* 3. Originum quid fidiculæ eſſent, monſtrauit, cum dixit, Fidiculæ dictæ, quod effodiant: quaſi findiculæ, quòd iis rei in eculeo torquentur, vt fides inueniatur. Ex quibus colligimus.

Fidiculæ vngulæ.

Fidiculas idem eſſe cum ferreis vngulis, quod reorum latera finderent, quaſi Findiculas. Prudentius ſubſcribit *Hymno* 10. Hæ fidiculæ inueniuntur ſæpe cum eculeo coniunctæ, ea de cauſſa, quòd, extento corpore in eculeo fidiculis, vel vngulis à tortoribus membra ſulcarentur; quibus aliquando ſuccederet ignis tormentum; vnde Cyprianus de Lapſis, *Nunc eculeus extenderet, nunc vngula effoderet; nunc flamma torreret*. Tiberij ſubnecto cruciamentum

Vrinæ tormentum.

notatum à Suetonio, *Excogitauerat*, inquit, *inter genera cruciatus etiam, vt larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum ſimul, vrinæque tormento diſtenderet.*

Flagellum taxillatum.

Flagellum, ſiue *flagrum* propriè erat ſeruorum, quod aliquando taxillatum, ideſt, talis, & oſſiculis refertum. Flagellorum nomine continentur, lora, flagra, fuſtes, virgæ, ſcorpiones, nerui atque plumbatæ.

Flagra erant fuſtibus tenuiora, ac ſubtiliora, virgiſque craſſiora, quibus viliores perſonæ verberatæ; & quædam tamdiu, donec expirarent.

Forcipes ferreæ.

Forcipes ferreæ, deſtinatæ ſuppliciis: harum aliæ ad incidendum, aliæ ad comprimendum, & contorquendum compoſitæ, de quibus Syneſius Epiſcopus *epiſtola* 58.

Forcipes variæ.

Aliæ apprehendendis auribus, & labiis obtorquendis. Demum, aliæ forcipes erant dentatæ, quæ quidem tribus ferreis aculeis cutem Martyrum perforabant, cum ſtringerentur, quæ crudeliter nimis membra carpentes, vellebant. Huic ſimilis erat

Palus dentatus.

palus dentatus, ex Victore de perſecutione Vandalica hæc dicente: *Illico palis minoribus dentatis iactis in capite, crinibuſque eiuſdem colligatis, ac vehementiùs ſtringentes, ſimul cum capillis pelliculam capitis auferebant.*

Fragmenta.

Fragmentis ſuper *teſtaceis* ſiue vitreis fractis nudi martyres volutati. Fragmentis his etiam teſtaceis carnes martyrum diſcerpebant Tyranni, vti vngulis laniabant.

Fumi pœna.

Fumo etiam excruciati, & enecti: hinc Illud Domitiani, *Fumo pereat, qui fumos vendidit.*

Furcæ ferreæ.

Furcis ferreis vſi in carnificina ſartaginis, & cratis ferreæ.

Fuſtes, Fuſtuarium.

Fuſtes, vnde *fuſtuarium*, & *fuſtuarium mereri*, vulgo dicimus, *meritar delle baſtonate*, erat pœna militum deſerentium caſtra, aut ſigna: quod ſupplicium ex Polybio ita inflictum.

Fuſtuarij modus.

Accepto fuſte, Tribunus, vix tantùm attingit damnatum: quod vbi factum omnes, qui in caſtris ſunt, cædentes fuſtibus, lapidibúſque pleróſque in ipſis caſtris conficiunt, ac ſi euaſerint, nec ſic quidem ſeruari poſſunt: etenim quonam pacto? quibus neque in patriam redire licet, neque aliqui ex neceſſariis domi excipere auderent.

Fuſte qui cæſi.

Fuſte cæditur quoque, qui furto quippiam ex caſtris ſuſtulerit, quique falſum teſtimonium dixerit, & ſi quis ætatis flore abutatur. Marcellus ſentire videtur, liberum cæſum fuſtibus, flagellis ſeruum.

Fuſtis liberorum, flagellum ſeruorum.

Hæc flagella dicta, *Virga*; vnde Virgatores, lorarij, carnifices, qui virgis cædunt.

Apud Romanos morti addictus virgis cædebatur, deinde necabatur; interim, cum facinus non erat graue, ſatis habebant virgis cædere.

Virgis cæſi.

Tum etiam, qui creditoribus addicebantur, multa turpia, & miſeranda patiebantur nexi apud creditores, multáſque ſeruili more, in tergo plagas.

Virgis non cæſi liberi.

Huic malo ſubuenere leges Porcia, & Sempronia, quæ liberum corpus Romani ciuis, virgis, aut aliis verberibus, aut ſecuri cædi vetant: vnde illa exclamatio D. Pauli ad Virgatorem, *Ciuis Romanus ſum*. Sed bonorum, & exilij pœna mulctabatur (excepto parricidio) cum antea ceruix furcæ insereretur, virgiſque cæſus ſecuri feriretur. In Deuteronomio minus quadraginta plagis cædi permiſſum, ideò D. Paulus gloriatur, ſe vna minus 40. accepiſſe à Iudæis.

Virgis cæſi milites cæteri.

Olim milites externi delinquentes, fuſte, & virgis cæſi, at Romani ciues vite, vt delicti pœnam honorarent, vt alibi dictum à me.

Galea ignea, capitibus Martyrum aliquando impoſita.

Gemoniæ ſcalæ.

Gemoniæ ſcalæ, diritate ſupplicij iam diù infames; dictæ Gemoniæ, quòd locus eſſet gemitus, & calamitatum: quoniam illuc per Hamotrahones traherentur vnco damnatorum cadauera, Tacitus ait, *Tunc confoſſum, collaceratumque, & abſciſſo capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt.* Gradus, vel ſcalæ dicebantur, vt refert Rhodig. quantum coniectura aſſequor, quòd ſurrectus foret locus, ac gradibus quibuſdam conſcenderetur.

Hic locus Romæ erat in Auentino, iuxta templum Iunonis Reginæ, quod,

Veiis

Veiis captis, Camillus dicauit. Sed de carceribus alibi.

Gladio damnati.

Gladio damnati dicebantur ſerui fugitiui, & reperti, hoc eſt, ludo addicti gladiatorio, vbi a gladiatoribus gladio confodiebantur; hinc gladij pœna ſumitur, cum quis gladio, aut enſe occiditur, vel, cùm quis gladiatoribus obiiciendus damnatur. Gladij ius habere ille dicitur, qui vitæ, neciſque habet poteſtatem: differebat à capitis punitione, quæ ſecuri fiebat, de qua infra. Gladiis, & lanceis aliquando corpora transfigebantur.

Gladij ius quis habeat.

Graphiis ictì.

Graphiis, & minutiſſimis ictibus quidam torti, & confoſſi ex Suetonio, Dione, &c.

Habena, Lorum.

Habena, erat lorum, quo ſerui impuberes pro quæſtione cædebantur. Horatius epiſtola ad Iulium. *In ſcalis*, inquit, *latuit metuens pendentis habena.*

Hecate, lignum erat in cuſtodiis, ad quod delinquentes, ac noxij ligabantur, flagellabanturque. Gyral.

Hyperboli lapid.s.

Hyperboli, dicti lapides, quibus ad ceruicem religatis conſcelerati in profundum demergebantur, vt colligit Rhodig. *lib.* 21. ex Ariſtophane.

Hyſtriches quid.

Hyſtriches, erant inſtrumenta, quibus diſcutiebantur nocentes; quod videtur ex ſetis ſuillis flagellum fuiſſe (ex Rhodigino) vnde & conflatum nomen, quaſi ex ὑὸς τριχῶν.

Igne, & fumo cruciati.

Igne, & fumo ex aggeſtis lignis excitato ad pedes, cruci affixos Martyres, alioſque cruciatos, notat Lipſius 3. *de Cruce.* vnde Chriſtiani olim in ludibrium *Semaxij* dicti à ſtipite cui aſtringebantur, & *Sarmentarij* à ſarmentis, quibus vrebantur. Genus ſupplicij Auidius Caſſius Imperator excogitaſſe fertur (ex Lampridio) vt ſtipitem prælongum poneret pedum 180. & à ſummo vſque ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incenſiſque aliis, alios fumi cruciatu, timore etiam necaret. Et in Nerone refert Tranquillus, ad ſcalas Gemonias tractos multos, vel in arenam inſerto gutturi vnco protractos; vbi poſtea pendentium crura frangebantur, & igne iniecto ardebant; quin truculentiſſimus Nero Chriſtianos in vſum luminis ardentibus eſt vſus in vicis Romæ: Domitianus etiam faces per obſcœna immitti iubebat.

Semaxij, ſarmentarij Chriſtiani. Stipitis pœna crudelis.

Neronis, & Domitiani ſæuitia in Chriſtianos ardentes.

Tunica moleſta.

Ignita quoque tunica, quæ & *moleſta* dicta, ignis alimentis illita, & contexta, mox ſuccenſa, cruciabiliter obuolutos nocentes amburebat. Pedes quoque Martyrum inuolutos lino, in oleum intinctos, ac deinde incenſos, refert Martyrologium.

Inſcriptio damnatorum.

Inſcriptione damnabantur olim ignominiæ cauſſa, cum hominum facies liberorum, notis atris perpetuò permanſuris, profundiſque characteribus inurebantur. Meminit huius ſupplicij Seneca, lib 3. de Ira cap. 3. cum ait, *Varia vinculorum genera, varia pœnarum, lacerationes membrorum, inſcriptiones frontis.* Hæ pœnæ ſeruos decebant. Suetonius in Caio. cap. 27. *Multos honeſti ordinis deformatos prius ſtigmatum notis ad metalla, & munitiones viarum, aut ad beſtias condemnauit.* Huiuſmodi ſerui dicebantur Stigmatici, *ſtigmatiæ*, ſerui videlicet ob crimina in facie notati: nam veteres (vt à me quoque alibi notatum) ſeruorum faciem, ſi quid grauius deliquiſſent pœnæ nomine, aut literis aut aliis quibuſdam notis per ignominiam inurebant.

Stigmatici ſerui.

In ſtagno rigere.

In ſtagno iuſſos rigere, tempore hyemali, ſupplicij loco Sanctos viros, notat Baronius in Martyrologio, ex Sancto Baſilio, & Sancto Gaudentio. Plutarchus *in Lucullo*, inter genera tormentorum recenſet Stationem ſub dio, ardente Sole, & frigoris tempore in luto, & glacie.

Statio ſub dio.

Iugulatio.

Iugulationis pœna leniſſima, quod mors, iugulo effracto, ſtatim conſequeretur.

Laceratio.

Lacerationis membrorum factæ à barbaris exemplum præbuit Marius Iunior frater Marij maioris, de quo Iulius Firmicus libr. 1. cap. 1.

Prætorio, inquit, *viro, minori ſcilicet Mario Syllana iuſſione elidunt crura primò, deinde deiecta de ſtatu corporis brachia, humerorum tenus diſſoluta reciderunt; tertiò amputata lingua vocem reliquit in faucibus: ad poſtremum omni parte corporis mutilata, oculi, qui fuerant ſpectatores & ſuperſtites, eruuntur: & vix anima tantis vulneribus eſt erogata, cum hinc inde membris fluentibus minutatim ſpiritus carperetur.* De hoc vide Lucanum lib. primo.

Laconicum.

Laconicum, idest, calidarium in balneis nimis calidis enecabat incluſos, ſupplicij ergo; de quo alibi.

Laminæ ferreæ.

Laminæ ferreæ candentes admotæ corporibus noxiorum ex Prudentio,

Nec ſic inuſta laminis ardentibus,
Vt febris atro felle venas exedit.

Cicero Ver. 4. *Quid? cum ignes, candenteſque laminæ, cæteriqueque cruciatus admouerentur?* Lamina ergo erat metalli cuiuſvis fruſtum, tractea craſſius, quod igne calefactum noxiorum corporibus imponebatur, vt ea torrerentur.

Lampades ardentes.

Lampades ardentes admotæ interdum noxiis: hæ erant vaſa, vel terrea, vel ferrea, lata palmo circiter, quæ pyramidis inſtar contrahebantur, & haſtulis quibuſdam quadratis colligata, igne flammam emittente replebantur.

Lapidatio.

Lapidationis nocentium ſacra hiſtoria paſſim meminit, & Lege Moſaica in adulteros, & blaſphemos. Lapidatio vſurpata, in proditores, eorumque cognatos apud Macedones. Apud Luſitanos neci deſtinati, lapidibus obruti, & parricidæ. In Perſide veneficos vi eo compellebant, vt in amplo lapide caput impingerent, rurſuſque alio ſuper inducto illud effringerent. Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap* 5.

Lapidatio apud varios.

Lapidibus cæſas facies militum peccantium, refert Polybius *lib.* 6. dum recenſet ſupplicia militaria, & non tantum illos cædi fuſtibus, ſed etiam contundi lapidibus ſocios narrat; quod factum apparet in SS. Quadraginta Martyres ſub Licinio Imperatore. Lapidibus ingentibus aliquando contun

Lapidibus cæſæ facies.

Lapidicina.

rundebant corpora, aut diſtrahebant ad pedes ſuſpendentes. Lapidibus aliquando obruebant.

Latomiæ.

Lapidicinis, ſeu *Latomiis* damnatos olim ſeruos, lapidibus ſcilicet cædendis, alibi à me indicatum. Res palàm eſt.

Laquei viliſſima pœna.

Laquei pœna omnium viliſſima, & ignominioſiſſima; & id genus mortis paſſim apud ſcriptores infame vocatur. Plin. *lib.2. cap.25.* hanc pœnam ſcitè præpoſteram vocat, quà ſcilicet includitur ſpiritus, cui deber quæri exitus. Apud Romanos, more tradito, nefas virginem ſtrangulari (vt à me alibi notatum) niſi prius à carnifice fuiſſet vitiata. In libris Pontificalibus (vt ait Seruius) cautum erat, vt qui laqueo vitam finiſſet, inſepultus abjiceretur, quod non ita intelligendum, vt ſuſpenſis fune fauces conſtringerentur, fieretque ſuffocatio; ſed intelligendum eſt eorum, quorum brachia, & crura funibus cruci alligari ſolita.

Virgo non ſtrangulata niſi prius vitiata.
Strangulati inſepulti.

Lebetes feruentes.

Lebetes feruentes oleo, pice, & huiuſmodi admotos Martyribus nemo ignorat.

Lectus ferreus.

Lectus ferreus, diuerſus à craticula, erat enim veri ſtrati inſtar longus, pauliſper eleuatus, vt ignis poſſet ſupponi, cum ferri fruſtis in obliquum ductis, tabularum loco, paulum inter ſe diſtantibus.

Lingua exciſa.

Lingua quibuſdam exciſa, linguario; hinc, Linguarium dare.

Lora vinculi.

Lora, vincula, quibus rei vinciebantur, hinc, lorarij ſerui loris deſtinati, hæ corrigiæ erant ex corio factæ, quibus non ſolùm vincti, ſed & verberati, & diſcerpti crudeliter.

Lumbifragium. Vide Dur. Caſel. lib. 2. cap. 13.

Mala mãſio.

Mala manſio, genus videtur fuiſſe tormenti. Vlp. in l.7. ff. depoſ. *Si hominem apud ſe depoſitum, vt quæſtio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam manſionem extenſum, ſequeſter ſoluerit.* Idem in l. 15. §. 3. ff. de iniur. *Quæſtionis verbo etiam ea quam malam manſionem dicunt, continebitur.* Quidam eculeum hac periphraſi ſignificari volunt. Alij tamen metaphoricàs intelligi arcas volunt, in quas conjiciebantur ſerui, & alij malefici, de quibus erat quæſtio habenda: quarum meminit Cic. in Miloniana, *Subito*, inquit, *arrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur à cæteris, & in arcas conijciuntur, ne quis cum his colloqui poſſit.* Robur, has videtur Feſtus, & Valerius appellaſſe, quoniam erant in robore. *Robur*, inquit, *hic in carcere dicitur locus is, in quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante robuſteis arcis includebatur.* ſed ſuo loco, de Robore.

Manus pedeſq; præciſi.

Manibus, pedibuſque milites deſertores præciſos fuiſſe Auidij Caſſij Tyranni inuentro, Volcatius narrat in eius vita.

Manicæ.

Manicæ, manuum vincula, vt pedicæ, & compedes pedum.

Metalli ſupplicium.
Metallo addicti.
Metallarij qui.

Metallum, vt dictum, genus pœnæ mediocris, cum nocentes ad eruendas metallorum venas damnabantur. Huius pœnæ inuentor (ex Eutropio) Tarquinius Superbus, quanquam legatur Semiramidem ante ad metalla captiuos exercuiſſe. Diſcrimen quoque addidi, de his, qui in metallum damnati, & qui in opus metalli: illi enim grauioribus, hi leuioribus vinculis premebantur, qui omnes dicti metallarij.

Murices.

Murices, ſunt tribuli, ſeu machinulæ ferreæ, tetragona forma, in quamcunque partem cadentes, aculeos protendunt; hi ſparſi non ſolùm contra equites hoſtes, ſed ſub nudatis Martyribus vna cum teſtis fractis, & vitris, ſuppoſiti.

Muſcarum aculeis expoſiti.

Muſcarum aculeis noxios expoſitos olim in pœnam ex variis colligo, & Apul. *lib. 8.* vbi hæc habet, *Arreptum ſeruulum eius, qui cauſſam tanti ſceleris luxuria ſua præſtiterat, nudum, ac totum melle perlitum firmiter alligauit arbori ficulneæ, cuius in ipſo carioſo ſtipite inhabitantium formicarum nidificia bulliebant, & vltro, citròque commeabant multiiuga ſcaturigine, quæ ſimul, ac dulcem, mellitumque corporis nidorem perſentiſcunt, paruis quidem, ſed numeroſis, & continuis morſiunculis penitus inhærentes, per longi temporis cruciatum, ita carnibus, atque ipſis viſceribus adeſis homine conſumpto, membra nudarunt, vt oſſa tantùm viduata pulpis, nitore nimio candentia funeſtæ cohærerent arbori.* Hæc ille.

Cyphoniſmus.

Huic non abſimilis Cyphoniſmus, de quo etiam ſupra, a Cyphone, quod erat vinculum ligneum, ſiue ferreum, quo quis ad ignominiam ligatus, detinebatur melle delibutus, expoſituſque muſcis. Dicitur cyphon ἀπὸ τοῦ κυφίζειν, ideſt, caput proclinare.

Cyphon.

Vnde etiam Cyphon, eſt collare, ſeu vinculum ligneum, quo nocentes vinciuntur. Apud quoſdam ita cautum animaduerto, vt quiſquis per audaciam, legum placita riſui habuiſſet, diebus viginti in Archiuio vinctus Cyphone perſeueraret nudus, melle, & lacte delibutus, vt apibus, muſciſque eſſet pabulum; dilapſis verò his, muliebri indutus veſte, deturbaretur in præceps. Hæc Cœl. Rhodig. *antiquar. lect. lib.10. cap.5. in fine.*

Muſcis expoſiti lacte & melle uncti.

Scaphiſmus quid.

Delibuti etiam lacte, & melle exponebantur muſcis, qui patiebantur Scaphiſmum, ſic dictum id genus cruciamenti, quòd damnatus ad ſcaphiſmum, inter duas ſcaphas incluſus, prominentibus capite, manibus, ac pedibus tantum, ad volatilium aculeos ſic perunctis, ad Solis radios exponeretur: cumque in eodem vaſe corporis fæces exonerare cogeretur, vermibus ex putredine exortis intus infelix depaſcebatur. Agit Eunapius Sardianus de Scaphiſmo pluribus *in vita Philoſ. pag. 213.* At quoniam eiuſmodi genus tormenti non ſemper ſcaphis exhibitum repetitur; ſed corio bouis arido; quo miſer ſic conſumendus inſuebatur, dictum puto ſcaphiſmum, non à ſcaphis, ſed à ſcaphio, quod eſt vas ſtercorarium; vt eſt, in *l.29. §. penult. ff. de auro, & argento legat.* Habemus de Chryſantho Martyre, hunc obuolutum corio, expoſitumque Soli, ſcaphiſmi ſupplicium paſſum eſſe, itidem alios nonnullos Martyres.

Corio bouis incluſi.

Scaphiſmus vnde dictus.

Huic ſimile erat illud cruciamenti genus,

nus, cum quis non ſcapbis, vel corio claudebatur, ſed intra mortuum animal, ſolo capite prominente, inſuebatur, quale genus ſupplicij Maximinum in miſctos ſoutes exercuiſſe, auctor eſt Iulius Capitolinus in vita ipſius, de quo etiam Valer. Max. lib. 9. cap. 2. de crudel. exter. his verbis, *mactatarum pecudum inteſtinis, & viſceribus egeſtis, homines inſuere, ita vt capitibus tantummodo emineant, atque, vt diutius pœna ſufficiant, cibo, & potione infelicem ſpiritum prorogare, donec intus putrefacti ſint animalibus, quæ tabidis corporibus innaſci ſolent.* Hæc ille.

Viui ſepulti intra mortuum animal. Aſino incluſi ſupplicium.

Huic ſimile eſt ſupplicium illud, quod Apuleius libro de Aſin. aur. in fine narrat. in hunc modum, *Hinc aſinum iugulare craſtino placeat, totoque euacuato præcordiis per mediam aluum nudam virginem inſuere, vt ſola facie prominente, cæterum corpus puellæ nexu firmo coerceat: tunc ſuper aliquod ſaxum ſcrupuloſum, inſititium, & fartilem aſinum exponere, & Solis ardentis vaporibus tradere, &c. ſic enim patebat incluſa volucrum, & canum morſibus, ac ſcatentibus vermibus.* Id fere generis erat portentoſum illud a Mezentio excogitatum ſupplicium, cum viuorum corpora cadaueribus aduerſa, aduerſis alligaret, atque coniungeret, ita vt ſingulæ membrorum partes ſingulis eſſent accommodatæ, ſimulque tabeſcerent, Valerius Max. Virg. Æn. 8.

Mezentij ſupplicium. Corpora viua mortuis conſociata.

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,
Componens manibuſque manus, atque oribus ora:
Tormenti genus, & ſanie, taboque fluentes
Complexu in miſero ſic longâ morte necabat.

Sed, vt ad Scaphiſmum redeamus. Speciem quamdam Scaphiſmi præſeferebat cruciamentum illud à Caio Caligula excogitatum, de quo. Sueton. ſcribit *in Caio cap.* 27. quò miſerius homines perbreui cauſſa coercebat, vti ſuarum egeſtionum putredine conſumerentur. Quod autem hic habetur de Chriſtianis vinctis ad radios Solis expoſitis: Simile cruciamentum refert Gellius *lib. 6. cap. 4.* dum agit de Attilio Regulo, quem à Carthaginenſibus apertis oculis ſurſum, ac deorſum diductis, conſutis palpebris, ad Solis radios fuiſſe expoſitum tradit. Porrò ſupplicium Reguli hoc amplius habuit, quòd erat arca clauſus, vndique extrinſecus clauis confixa, vt teſtatur poſt alios, Tertullianus lib. ad Martyres.

Caligulæ ſupplicium inuentum.

Attilij Reguli ſupplicium.

Nauibus fractis impoſiti.

Nauibus fractis ſine velo, atque remigibus quoſdam impoſitos legimus, & ſic vaſtiſſimo mari ad certiſſimum naufragium commiſſos.

Nerui qui.

Nerui appellantur ferrea vincula, quibus impediuntur pedes, aut ceruices. Plautus quoque ceruices vinciri ait; Hinc apud Gellium Catonis feſtiuum adagium, *Priuati fures in neruo, & compedibus ætatem agunt; publici in auro, & purpurâ viſuntur.* Quandoque verò neruus erat flagelli genus, quo noxii verberabantur.

Neruo bouino à fronte ad aures cir-cumacto, ſeu chòrda oculos eruebant & trucidabant. Procopius.

Numellæ.

Numella, genus vinculorum ligneorum ad diſcruciandos noxios, paratum, quo & collum, & pedes immittuntur, κύφων. Plaut. in Aſin. *Qui aduerſum ſtimulos, laminas, cruces, compedes, neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias.* Feſtus, Numellam vinculi genus aſſerit, quo canes ſolent alligari. Varro de re ruſtica lib. 2. *Conſueſciunt canes, vt alligari primùm poſſint lenibus numellis.* Numella aliquando vinculum, quo quadrupedes alligantur, aliquando varia vinculorum genera.

Obeliſci ferrei.

Obeliſcis ferreis accenſis ſub alis, vel lateribus, aut ſ.r s Martyres aliquando torti.

Ocrea crurifragia.

Oleum ebulliens. Oculi effoſſi.

Oleo etiam ebullienti perfuſi martyres, vt D. Ioan.

Oculi aliquando effoſſi in contumeliam, vt D. Luciæ.

Olla ænea quæ.

Ollam æneam, Ioſephus de Machabæis in eorum martyrio ita deſcribit. *Hæc loquens, iuſſu Regis raptus, carnificum manibus olla ænea imponitur* (hoc pœnali ſupplicio nomen eſt) *prælo gyrato ſanctum caput ad genua pellitur, ſicque corpore deorſum redacto, pugil in ea, quam diximus, olla miſerrimè detinuit*, hanc Martyrologium vocat ollam feruentem.

Olla feruẽs. Pali præacuti.

Palis acuta cuſpide per viſcera transfixis torquebant aliquando noxios; aliquando per obſcœna more Turcarum.

Paratilmus. Expilatio podicis.

Paratilmos, ſupplicij genus erat, quod pauperioribus in adulterio deprehenſis irrogabatur; ſiquidem ditiores pecunia ſe redimebant. Inopi expilabatur podex, vnde & nomen, nam παρατίλλειν euelli ſignificat. Erat eorundem Aporaphanidoſis quoque, cum in anum intruderentur raphani, aut quid eiuſmodi, vt eſt apud Catullum.

Raphaniſmus.

Pectines ferrei Pedicæ.

Pectinibus ferreis carnes dilaniabant, ſimilibus iis, quibus lana pecti ſolet.

Pedica (ex Iſidoro) laquei, quibus captiuorum pedes illaqueabantur, ſic dictæ à pedibus capiendis, vt manuum vincula manicæ dictæ.

Penteſyringon.

Penteſyringon, ex Rhodig. *lib.* 17. *cap.* 8. Pollux, ait, fuiſſe lignum, & item Sphalon, ſicut tympanum, inter carnificis inſtrumenta.

Plumbata.

Plumbata, erant flagelli genus ex funiculis, aut loris factum, quorum ſummitatibus glandes plũbeæ alligabantur, quo poſtea terga, ac collum damnati hominis verberabantur: hæc pœna tantum viliorum perſonarum, & debitorum, quoa exemit Conſtantinus Magnus. Plumbo quoque vtebantur ad excruciandum, vel liquente per totum corpus perfuſo, vel appenſo brachiis reuolutis ſublime, & pedibus, quæ dicta pondera plumbea, hæc erant aliquando lapidea. Supradicta plumbata flagella licet non eſſent ad inferendam mortem (nam ex legum præſcripto citra mortem verbera permiſſa) complures tamen inter ictus plumbatarum expiraſſe legimus: verberabatur tergum, & ceruix plumbatarum ictibus.

Pondera plumbea.

Pollicibus ſuſpenſi.

Podaſtrabe, inſtrumentum tortorium, quo torquetur aliquis manibus pedibuſque ligatis. Schol. Demoſt.

Pollicibus aliquando digitorum Martyres ſuſpenſi pro tormenro ſummo feruntur.

Pondera lapidum.

Pondera lapidum tormenrum erar, cum nimirum parabantur ingentis ponderis lapides rotundi, vel oblongi ferreum anulum ſaxo impactum habentes, quo immittatur funiculus ad alligandum, ac ſuſpendendum ad pedes, vel manus in ſublime. Ioſephus

Orbiculare quid.

de Machabæis ita, *Inhumana crudelitate aliquid maius excogitat: orbiculare in medium afferri iubet: hinc cum pedes, vnà cum manibus deorſum colligati fuiſſent, ſanctum quoque chordâ orbiculari ventrem circumcingit, in altum vſque contrahit. Nec morâ ſeparatur à ſede ſua dorſi iunctura, crura cum brachiis trahuntur, eiiciuntur humeri, ſicque, ſingulis neruis diſtrictis, ſoluitur Martyr inuictus.* Diuerſa ab his erant illa pondera, quæ lege 12. tabularum exhibebantur debitoribus; erant enim compedes, de quibus Gellius libro 20. cap. 5. vbi hæc habet. *vincito autem neruus, aut compedibus 15. pondo non minore, aut ſi volet, maiore vincito, &c.* Vetuit Conſtantinus admoueri pondera debitoribus.

Prælum tormentum.

Prælum eſt preſſorium inſtrumentum, quo Martyres preſſi, atque plicari in ollam feruentem proiiciebantur.

Punctis cruciato.

Pudendorum rruncatio erat pœna pædiconum, Procop. *hiſt. arcan. Aleman.*

Punctis creberrimis vtebantur non ad cruciandum tantummodo, ſed & ad ingerendam necem; cuiuſmodi ſupplicium excogitatum eſt à C. Caligula ſeueriſſimo Principe, de quo hæc Suetonius cap. 3. *Non temerè in quemquam, niſi crebris, & minutis ictibus animaduerti paſſus eſt, perpetuo, notoque præcepto ita fieri, vt ſe mori ſentiant.* & in Galba, c. 17. minutiſſimis ictibus ipſum Galbam fuiſſe excarnificatum teſtatur. Porrò diuerſum erat hoc ſupplicium ab illo, quod ad excruciandum tantùm, non autem ad occidendum inferri ſolitum, de quo Plautus, *Ne-*

Stimuleum.

que niſi ſupplicium ſtimuleum de te datur, &c. Prudentius. *Iliaque infeſtis perfodiunt ſtimulis.*

Puteo demerſi.

Puteo demergi conſueuiſſe, qui cruciabiliter punirentur, ex Plauto, & aliis licet cognoſcere.

Radiis ſolis expoſiti.

Radiis Solis obiecti Martyres, aliquando ſimpliciter palis ligati, aliquando ſportis ex iunco confectis ſublati in altum, poſtremò humi poſiti manibus poſt terga ligatis.

Raſura. Decaluatio.

Raſura capitis ignominiæ, & ſupplicij cauſſa fuit olim, vt colligitur ex Apuleio, quæ dicebatur, Decaluatio, quam vſurparunt etiam tyranni in ſanctas Virgines Chriſtianas, vt habet Martyrologium ex Baronio, hinc Moniales noſtræ raſuram capitis admittunt, vt quæ opinione hominum viderentur contemptibilia, ſi vera religione fierent, honeſta, ac ſancta haberentur, vel (à me alibi vt dictum) vt ſe victimas Deo dicatas oſtenderent, neque amplius in profanos vſus vſurpandas.

Orientales Imperatores cum viam ad dignitates præcludere volebant, vel inuitos ſacris initiandos curabant, vno autem verbo dicebant *Detondere*. Procop. Io. Curopalata.

Rota ſupplicium fuiſſe antiquiſſimum, oſtēdit Ariſtophanis interpres in Pluto, *Rota, inquit, torqueri te illic neceſſe eſt, vt excuſpatur, quod operum feciſti.* Inibi interpretes adnotarunt ſeruile id ſupplicium fuiſſe. Alioqui Rotæ inſeruntur noxij, & membratim rotarum conuulſi radiis, lentitudine mortis, maximo cruciatu perimuntur. In Nicia, Plut. ſcribit, tonſorem rotæ alligatum amplius torqueri cœpiſſe. Ioſeph. de Machabæis ita ſcribit, *Decretum dat, vt ſi quis eorum in patria conſiſtens, ad ſacrificia migrare noluiſſet, diſtrictus rota impetu diſrumperetur.* & inferius, *Illi igitur molo pedibus appenſa, atque innecti rota iubet Machabæum, ita etiam in gyrum circuli porrectus, vt ſolutis hinc inde viſceribus, veniſque diſtentis dolores ipſius, & pœnæ creſcerent.* Et infra, *vt erat affixus rota, ignis in cataſta obiicitur, atque ita tendentibus corpus radiis, & contrahentibus flammis, coſtis deinde patentibus laterum vitalia rumpuntur.* Ex quibus infertur, rotæ tormentum non ad incidendum corpus, ſed ad extendendum, & diſſoluendum eſſe compoſitum. Rotis quatuor in diuerſum actis, vt manus, & pedes à copore diſcerperentur cum brachiis, & cruribus. Aliud rotæ ſupplicium teterrimum fuiſſe lego, ſed idem cum quadrigis, quibus Mætius Suffetius fuit dilaceratus, quare crediderim rotæ ſupplicium diuerſum valde.

Rotæ ſupplicium.

Rota ſeruile ſupplicium.

Rotæ quadrigæ.

Rota quid.

Rota (ex Suida) erat inſtrumentum tortorium, & extendens corpora, eáque conuellens; & ſerui in rota ligari flagellabantur. Rota Ixionis iam ſatis eſt decantata. Apul. lib. 3. *nec mora, cum ritu Græcienſi ignis, & rota, tum omne flagitiorum genus inferuntur.* Virg. 6. Æneid.

——— Radiiſque rotarum
Diſtricti pendent.

Rota ergo in loco alto locata primùm. Deinde cruciandi in eâ illigabantur radiis ipſius, vt colligitur ex Virg. Plut. Ioſepho de Machabæo, & aliis. Hæc alligatio fiebat ad axem in radiis, vt eſſet axi proxima. Tertul. Apol. *Licet nunc Sarmentitios* (ita vocabantur Chriſtiani, vt à me alibi) *& Semaxios appelletis, quia ad ſtipitem dimidij axis reuincti, tormentorum ambitu exurimur.* Inde neceſſariò magis flectendum corpus, quod non ſine ſummo cruciatu.

Semaxij Chriſtiani.

Semaxij dicti, quia ad medium axem eſſent ligati. Hæc illigatio funibus facta, in quâ tria inerant ad cruciatum. Primum, ita nocens illigabatur, vt innecteretur radiis. Hic cruciatus ſummus: cum, miſerum corpus vt aptaretur, deberet neceſſariò frangi, exoſſari, exuertebrari. Alterum, corpus in hac illigatione tendebatur quantum poterat, vt loca ſupra citata, & alia probant. Tertium, non corpus tantùm, ideſt truncus ipſe ligabatur, ſed etiam manus, & pedes. Præter illigationem, corpus miſero ſpectaculo pendebat.

Alligatio in rotis quomodo facta.

Deinde

Deinde in gyrum rotabatur velociſſimè, & rota (vt innuit Pindarus) ita erat artificio compacta, vt iam in vnam partem verſaretur, iam conuerſim in aliam mutato motu. In hac conuerſione, viſcera, ac membra omnia, miſerum in modum, diuellebantur. Sequebantur pœnæ, comites huius carnificinæ. Primo pedibus alligati hominis appendebatur ſaxum, quo corpus mole illa magis premeretur. Deinde iſta carnificina non fiebat ſine igne. Rationem affert Ioſephus *vt tendentibus corporis radiis, & contrahentibus flammis, coſtis deinde patentibus, laterum vitalia rumperentur*. Tertiò comitabatur flagellatio. Quartò mutilatio membrorum, Vide Cerdam *ad 6. Virg.*

Dolores rotæ pœnæ.

Rotæ variæ genera.

Rota lata.

Rotarum præterea duo erant genera, aliud latum, & magnum, aliud arctum. Rota lata adinuenta, vt in montem aliquem excelſum allata, ibi conuexo eius reus vinciretur, & deinde ex eiuſdemmet motis cacumine ſimul cum damnato per præcipitem, lubricamque viam vi deorſum ad ſingula alligati membra comminuenda dimitteretur. Aliæ rotæ latæ habebant in conuexo gladios, clauóſque acutos, quibus in aëre pendentibus funiculis martyres vincti, quos deinceps ſimul cum ipſiſmet rotis ſupra ferrea acuta quædam terræ affixa cum impetu iterum atque iterum voluebantur, vt exterius corpus dilaniaretur: ita B. Catharina dilaniata fertur. Addebantur præterea virgæ, fuſtes, dum rotabantur corpora in ſublime, & ignis ſupponebatur ad corpora torrenda. Aliud arctum, in quo ſingulis rotarum interſtitiis prædictis adhuc arctioribus ſic membra noxiorum primùm vectibus ferreis confracta immittere, atque inſerere tentabant, vt quaſi intexti radij viderentur. Deinde rotas in rectorum ſtipitum terræ fixorum eminentiori parte collocantes, diu hoc prorſus modo, eos viuere ſinebant. Rotas præterea, quibus martyres torti, fuiſſe aliquando vel trochleas, vel equuleum negare non auſim. De Rotæ tormento vide Iunium *lib.3. cap.12.* *Sagittis* confecti Martyres, quod in vno Sebaſtiano ſatis liquet.

Rota arcta.

Sagittis conficere.

Sarmentitij tormentum.

Sarmentitij Chriſtiani cur.

Semaxij. Chriſtiani cur.

Sarmentitium, ſupplicium aduerſus Chriſtianos vſurpatum teſtatur Rhodiginus *lib.10.cap.9* vndè dicti Chriſtiani Sarmentitij, & Semaxij probroſè, quod ad ſtipitem dimidij axis reuincti ſarmentis circumiectis amburerentur, vt ſuprà dictum eſt.

Sartago feruens.

Sartagine olei feruentis tortos fuiſſe Martyrologium innuit. Sartaginis ignitæ meminit Hieron.

Scaphiſmus.

Scaphiſmus ſupplicium apud Perſas Derbices tale eſt, quod *σκαφευσιν* vocant. Scaphas duas inter ſe congruentes accipiunt. In altera ſupinum eum, qui pœnæ eſt deſtinatus, locant: indè inducunt alteram, & coaptant ita, vt caput, manus, & pedes exerantur, reliquum ſit incluſum corpus, tum cibum homini præbent, quem ſi reiiciat, compellunt, oculos fodicantes, eum ſumere. A cibo, mel, & lac confuſum, ad potum infundunt, tum ad Solem obuertunt affidue occulos eius, vt incubantium examine muſcarum tota integatur facies. Cum autem intus faciat, quæ homines, qui edunt, & bibunt, neceſſe habent: tineæ, & lumbrici ex tabe, & putridine excrementorum prouentunt, à quibus corpus in viſcera penetrantibus conſumitur. Poſtquam conſtat expiraſſe hominem, ablata ſuperiore ſcapha, carnem cernunt corroſam, eiuſmodi vermium examina mordicus affixorum viſceribus, atque adedentium. Ad hunc modum Mithridates, qui Cyrum Regis fratrem in prælio vulnerauerat, & huius facti gloriam ſibi, non Regi vendicabat; ſeptendecim dies tabeſcens, tandem interiit. Plutarchus in Artoxerxe, ait, hoc ſupplicium datum etiam inſutis in vtre, aut corio Soli expoſitis.

Schœniſmus, torturæ genus, quod fit per funes. Schœnos, enim Latinè, funis, dicitur: hinc, ſchœnobatæ, funambuli. Schœniſmus.

Secabantur debitores membrorum extremitatibus. Secti debitores.

Scorpio, aliquando eſt machina bellica, de qua, & aliis, conſule Lipſium meum, de Machinis erudittiſſimum, hic vero interpretamur, pro flagello. Iſidorus præit mihi his verbis. *Virga ſunt ſummitates frondium, arborúmque dicta, quod virides ſunt, vel quod vim habeant arguendi, quæ ſi lenis fuerit, virga eſt, ſi certè nodoſa, vel aculeata Scorpio, rectiſſimo nomine vocatur, quia arcuato vulnere in corpus infligitur.* Ieroboam *3. reg. cap.12.* Cædam ſcorpionibus. Vide Iac.Dur. *l. primo cap. 15* His ſimiles erant virgæ palmeæ aculeos habentes, qui inhærerent cæſorum lateribus. Scorpio ſupplicium.

Securi ceruices reis fractas, tam notum, quàm quod maximè; & Legibus Romanis ea prælata, vitæ, neciſue imperium innuebat: quare libertate vindicata, ſecuris è faſcibus ſublata, vt lenitatem Coſſ. præſeferrent. Securis.

Sedes ferrea, ſeu *ſella* Agathoclis tyranni ad necandos homines, ex hiſtoriis ſatis eſt nota, vt etiam galeæ, tunicæ, crates ignitæ, de quibus alibi. Sedes ferrea.

Sudaculum, flagellum fuit, quòd ſudare faciebat vapulantes, ſic dictum. Sudaculum.

Serra, inſtrumentum ligneum, quo trahentibus bobus homines torquebantur. Serra.

Serris ferreis ſectos Martyres legimus in hiſtoria ſacra.

Solarium expoſitionis erat locus, vbi rei exponebantur, inſpiciendi per cancellos ab Imperatoribus. Solarium.

Solis radiis pluribus modis expoſiti, vt excæcarentur, & torquerentur ſimul. Solis radiis.

Soricibus rodendi Martyres aliquandò traditi in caueis, locíſque ſubterraneis. Soricibus expoſiti.

Spoliarium, ſpoliorum ſignificat receptaculum; aliquando tamen ſumitur pro loco vbi excarnificantur nocentes. Rhod. *lib.17.* *Stimulis* agebantur, & vexabantur patibulati, vt cum Plauto loquar, dicente, Stimulorum ſupplicium.

O carnificinum cribrum? quod credo fore,
Ita te forabunt patibulatum per vias.
Stimulis, ſi noſter huc reuenerit ſenex.

Stimuli oblongi facti, ſiue è ſubibus præacutis, Patibulati qui.

præacutis, ſiue ferro præfixis: ſumptum id à bobus, qui ſic extimulantur.

Stipitis tormentum.

Stipitum tormentum, quale fuerit, dictum ſupra. Ad ſtipites quoque nudati clauis ferreis affixi, vel ſagittis confixi; aut vngulis, vncis, pectinibus excarnificati, morſibus ferarum obiecti.

Streblæ.

Strebla inſtrumentum erat ad luxandos artus accommodatum: ſicut etiam Archtembolæ: deinde vectibus eos detruncabant.

Subulis torti.

Subulis, ideſt, inſtrumentis ſutoriis ad calceos, & corium perforandum, vel quibus linum pectitur, tortos fuiſſe, lego in Ioſepho, de Machabæis, ita dicente, *Subulis etiam ferire pendentis latera ad viſcera vſque iubet, vt per eas, quæ his ſcissa erant in longum tramitem, rimas, ad intimas fibras flamma perueniret, atque vt dolor ſimul ipſe maior increſceret, tactu vulnerum, ac ſubuſtione membrorum cruor ſcaturiens ardore in ſpumas decoctus, miro modo ad caput eius deſcendit.*

Suſpēdij pœna vilis. Arbor infelix quæ.

Suſpendij pœna notiſſima ad arborem infelicem, capite obnupto, ex veteris carminis lege. Infelicem arborem exiſtimabant damnatam religione, quæ neque ſeritur, neque fructum facit. Tarquinius verò Priſcus in Oſtentario Arborario ſic ait, Arbores, quæ inferum Deorum, auertentiúmque in tutela ſunt, eas infelices nominant, vt quæ baccam nigram, nigróſque fructus ferunt.

Suſpēdij modi varij.

Suſpendebantur aliquando noxij altero pede, aliquando capillis, aliquando oneribus collo & pedibus ligatis, aliquando altero brachio, aliquando vtroque, aliquando ſuſpenſi virgis cæſi, vel diris aliis modis excarnificati.

Tabularia tormenti genus. Sen. 3. de Ira cap. 19.

Taliſragiū.

Taliſragium pœna ſeruorum, quibus tali fracti ex Plauto, vt crurifragium.

Tarpeia rupes.

Tarpeia rupes erat ſaxum Capitolij, è quo deturbati ſontes. Id notum omnibus.

Taurea ſcutica.

Taurea, eſt ſcutica ex taurino corio facta, Græcis ταυρέα dicta. Iuuen. *Taurea punit continuò flexi crimen facinuſque capilli.* Tarquinij Superbi inuentum, ex Eutropio, vnà cum vinculis, fuſtibus, compedibus, latumiis, & metallis.

Tedis aduſti. Terebris confoſſi. Teſtis conciſi. Torculari compreſſi. Tauro obiecti.

Tedis aduſti Martyres, & telis confixi, Terebris excruciati; Terra obruti; Teſtis conciſi.

Torculari compreſſi olim per ſummam ſæuitiam miſeri nocentes.

Tauro obiecti martyres dilaniandi vel in caueis, vel in arena, ſeu Amphitheatro.

Trochlea.

Trochlea eſt tota illa machina, quæ continet rotulam, & axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula verſatur. Aliquando ſumitur pro inſtrumento tortoris, per quod funis tortorius immiſſus ligatum brachiis reuinctum reum ſurſum trahit, vel demiſſum deorſum relaxat. extenſio verò ad trochleas erat diuerſa, nam in terra extenſus ad trochleas virgis, ac fuſtibus cædebatur: Ex Gregorio Turon.

Trochlea.

Trochlea (teſte Vitruuio) eſt tractorij generis machina cum æreo, aut lineo orbiculo, ſiue rotula, quæ per axiculum verſatur, traiecto fune ductario. Hoc inſtrumento olim torquebantur ita. Defigebantur primum humi tot ſtipites, quot erant hoc ſupplicio afficiendi: deinde à conſtitutis miniſtris rei manibus quandóque, quandóque pedibus, hinc funibus trochlearum, hinc ſtipitibus allegabantur: quo facto tractis iuſſu iudicum funiculis miſerè ipſorum corpora extendebantur. Interim fuſtibus cædebantur; aut denique ſulphure, reſina, oleoque feruentibus perfundebantur. Poſtremò ſublimes iidem eleuabantur, eo modo, quo nunc rei mortis, reuinctis poſt terga manibus, extorquendæ cauſſa veritatis, fune eleuari ſolent; aliquando ita eleuati ictu celeri, ſuper ſilices pondere corporis demiſſi, & lapidibus acutiſſimis animam efflabant. Trochleis plerumque torti malefici, impiíque homines, & homicidæ.

Trochleæ modus.

Tunica moleſta.

Tunica moleſta, erat veſtis ignis alimentis illita, & intexta, ac mox ſuccenſa obuolutos noxios incendio adſumens. de hac Sen. *epiſt.* 14. aliique. Aliquando etiam in vſum nocturni luminis deſtinata fuere noxiorum corpora. Tacitus An. lib. 15. *Et pereuntibus* (Chriſtianis) *addita ludibria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi; atque vbi defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis vterentur.*

In vſum nocturni luminis Chriſtiani.

Tympanum flagellum.

Tympanum in Ariſtophanis *Pluto*, ex Rhodigino, lignum erat, quo cædebatur reus. In tympano apud Græcos homines tortos refert Turnebus: vnde, Tympanotribam hominem nequam vocat Plautus *in Trucul.* quodnam verò, & quale fuerit, nullus, quod ſciam, innuit. Cerda verò *in Aduerſariis* annuit eſſe tormentum quo validè diſtendebantur, & pulſabantur, vti pelles diſtentæ in tympano.

Hic dictus eculeus qui eſt tympani ſpecies: ſub tympano enim multa intelliguntur inſtrumenta tortoria. ſc. Cochleæ, fidiculæ, crux cataſta, eculeus quandoque: ſicuti nomine cataſtæ eculeus, lectus ferreus, ſcala, compedes, crates ferrea, tortorium tabulatum & pegmata publica, ſeu tortoria tabulata. Tale ſupplicium Anaxarchi.

Venenum, cicuta

Veneni, ſeu *cicuta* extremum ſupplicium tam notum eſt, quàm quod notiſſimum.

Veſtis inedia enecti olim aliquando, vt Tiberio contigit, ex Tacito *Annal* 6.

Vinculorum genera.

Vinculorum genera hæc recenſentur, boiæ, camus, catenæ, collare ferreum, manicæ, nerui, numellæ, pedicæ, & alia ſupra narrata.

Virgæ.

Virga (de quibus etiam ſupra licet ignominioſum eſſet genus ſupplicij, leuius tamen cæteris fuit.

Erant virgæ vlmeæ propriæ ſeruorum, vt colligitur multis ex locis Plauti.

Virgas Magiſtratuum ex betulla, ſeu (vt Plinio placet) ex ſalice, factas à me indicatum.

Virgæ ex qua arbore.

Virgæ etiam erant ſanguineæ, quibus parricidæ, antequam culeo inſuerentur, verbera

Virgis cædi ignominioſum.

verberabantur; arbores verò, ex quibus virgæ ſumebantur, ab illis dicebantur infelices, vt quæ eſſent infrugiferæ, & non ſatæ. Virgarum ergò vniuerſarum materia ex betulla, ex fraxino, ex ſalice, ex quercu, ex ſanguino, ex vlmo, ex vite, ex ferro, ex plumbo, ex ſpinis.

Vncini ferrei.

Vncini ferrei, ſiue vnci ad torquendum, & excarnificandum parati. Erat & vncus inſtrumentum ad trahendum reum ad pœnas. Iuuen. Sat. *Impacto Seianus ducitur vnco.* Cadauera quoque vncis tracta. Vncus ergo eſt haſtula oblonga ab alterò latere habens ferramentum incuruum, quo damnati tracti ad ſcalas Gemonias.

Vncus ferreus.

Vngulæ ferreæ.

Vngula ferrea biſulcæ inſtrumenta erant tortoria, Ita dicta, quod ferarum imitentur veſtigia, quarum meminit Tertul. vti & aſciæ, & runcinæ. Ioſephus de Machabæis, his verbis, *Exhibentur itaque rota, vngula, rutabula, catapulta, lebetes, cataſta, frixoria, digitalia, pugillaria, manus ferrea, ſubula, ſuccenſoria, olla anea, ſartago.*

Hæc de ſuppliciis, tormentiſque reorum, & innocentum tyrannicè excarnificatorum.

Præter tormenta pœnalia, erant & militaria, ſcilicet, Aries, Catapulta, Baliſta, & Scorpiones, &c. de quibus abundè ſatis, & eruditè, præ cæteris, Lipſius, aliique non infimæ claſſis auctores. Lipſianum compendium nuper typis mandatum palmam mihi præripuit multorum, quæ muginabar ab obitu illius clariſſimi viri, quem vti Louanij docentem audiui, ita morientem epicediis, lacrymiſque condecoraui: cuius fama ſuperſtes æternùm florebit, vigebit, In meique pectoris adytis tanti viri memoria tamdiu virebit, quamdiu Phœbea lampas in Cœlo lucebit.

HIERONYMO BONVISIO Clerico Apoſtolico.

SYNOPSIS XI.

De Triumpho. Triumphales ritus Romani, & Ouales priſci enodantur, explanantur. Externi quoque, De ornamentis, & coronis militaribus.

Triumphus vnde dictus.

TRIVMPHI originem etymologicam indagare ſi volumus, videbimus, deductum hoc nomen à Græco, θρίαμβος ἀπὸ τοῦ θριᾶν, ideſt accinere, ἰαμβίζειν, maledicere, maledictis enim inceſſebantur triumphantes anapæſtis, vt dicitur. Vel ab honore triumphantium triplici, decreto iudicio trium, ſcilicet Exercitus, Senatus, & Populi. Terentius Varro, *de lingua Latina*; ait, Triumphus dictus à θριάμβῳ, Liberi patris cognomine, vnde triumphantibus ſæpè acclamatum, *Iò triumphe, Iò triumphe*, quod primus Bacchus triumpharit de Indis, triumphandique leges præſcripſerit, quas primi omnium gentium Græci mutuati, ab his Romani. Auctorem claſſicum habeo Vitruuium in præfatione lib. 9. *Nobilibus* (ait) *athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemeaa viciſſent, Græcorum maiores ita magnos honores conſtituerunt, vti non modò in conuentu ſtantes cum palma, & corona ferant laudes, ſed etiam, cum reuertantur in ſuas ciuitates cum victoria triumphantes quadrigis in mœnia, & in patrias inuehantur.*

Trophæum quid.

Trophæum Romæ, quaſi præludium primum triumphi ſtatutum, dictum à Græco τρέπω. ideſt verto, quod ibi ſiſteretur agmen Romanum, vbi hoſtes retro in fugam vertiſſet. Hoc ita factum. Arboris, ſeu quercus, quæ in victoriæ loco eſſet, ramis paululum ſupra ſtipitem ſucciſis, ſcuta, galeas, thoraces, loricas, & alia, quæ fugiens reliquiſſet hoſtis, arma appendebant, eratque id paucorum dierum victi dedecoris, & victoris gloriæ monumentum. Romani deinde hæc, marmorea, & ærea conſtruxerunt.

Trophæum quomodo factum.

Romulus primus triũphator de Acrone Rege.

Primus Romanorum trophæum ſtatuit Romulus, cæſo Acrone Cæcinenſium Rege ſua manu, Iouique arma eius ex voto dicauit, quercũmque, quam in caſtris vidit, recidit, & inſtar trophæi adornauit, Acroniſque armis aptè ex ea ſuſpenſis, veſte incincta, fluente coma, coronatus laurea, ſtipitem illum dextro humero baiulans vrbem ingreſſus, carmen victoriale præcinens, cum exercitu victorem ſe ſe ciuibus oſtendit. Deinde Tarquinius Priſcus, Romulum imitatus, currum addidit: addita demum alia multa ad maieſtatem, magnificentiámque, (de quibus infrà) ad Veſpaſianum vſque: qui triumphi fuere numero ſupra 320. De Sammitibus ſolis 34. Plures de Gallis, quàm de reliquo terrarum Orbe.

Triumphorum numerus.

Primi triumphi, vt cætera mortalium, non ita ad libellam, ad amuſſim; ſed quaſi rudi Mineruа, Martéque inculto instituti, de hoſtibus fugatis, aut deditis; de vrbibus non vi captis; de hoſte non cæſo. Verùm finibus Imperij prolatis, cum Imperio maieſtas aucta, militariſque diſciplina, cum gloria, ſuum fecit incrementum. Vnde ſuis quaſi cancellis triumphales ritus concluſi; ne exlex eſſet tam legitimus honos, & ad libitum vagaretur.

Leges de triumphis latæ.

Lex I.

Hoſtes quot cæſi pro triumpho.

Primò, legibus cautum, ne quis triumpharet, qui minus, quàm quinque hoſtium millia vno congreſſu fudiſſet, bello iuſto, ideſt, indicto, quod apud Quæſtores teſtificari cogebantur.

Lex II.

Quib. dignitatib. triumphus datus.

II. Nemini, niſi, qui Dictator aut Conſul, aut Prætor rem geſſiſſet, triumphus permiſſus, à qua lege tamen diſceſſum. L. Corn. Lentulo, & Cn. Pompeio equiti triumpho conceſſo.

Lex III.

Laureatę litteræ miſſæ à victorib. Romam.

III. Triumphum petituri litteras Romam mittebant laureatas, ſeu lauro inuolutas

tas ad Senamm: extra vrbem ſubſiſtentes, triumphum petebant, ibique Senatuſconſultum expectantes, penes quem hæc auctoritas: quo facto Senatuſconſulto, ad populum ferebatur, & rogabatur, vt eo die, quo Triumphus duceretur, Imperium triumphanti Populus (cuius vnius hæc poteſtas Imperium tradendi) concederet.

Perebatur triumphus extra vrbem. Imperium penes triumphantē Romæ.

Lex IV. Triumphus datus de bello peracto in ſua prouincia, & quomodo.

IV. Nullus triumphabat, niſi ductu, & auſpicio ſuo, aut in ſua prouiocia, non aliena, hoſtes cecidiſſet, bellumque totum profligaſſet, & ſine multo ſanguine ſuorum militum, ne maior eſſet dolor lætitia.

Lex V. Triūphator ſolus in magiſtratu ſuperiori.

V. Qui Magiſtratu ſuperiore præditus, ſolus triumphabat; non ergo Conſul cum Dictatore, aut Prætore, ne minor poteſtas maiorem æquare videretur, néue auſpicia maiorum Magiſtratuum cum minoribus confunderentur.

Lex VI. Triumphus datus tantū rem Romanam augentibus. Triumphus de quibus non datus.

VI. Illis tantum triumphus datus, qui rem Romanam militia auxiſſent, non qui vel collapſam reſtauraſſent, ideò non triumphatum de ſeruis, de piratis, de fugitiuis, & huiuſmodi. Item nec de bello ciuili debellato; de quo nullus Imperatoris nomen aſſecutus, nec triumphum, nec ouationem; nullæ ſupplicationes, aræ, ſignáue Diis ſtatuta, niſi ob victorias externas. ideò nec ciuis, pernicioſiſſimus licet Ciuitati Romanæ, victus duci poterat in triumphum.

Lex VII. Triumphans cū ſuo exercitu.

VII. Triumphum petens Romam prius victorem exercitum ducere tenebatur, Prouincia perdomita, & ſucceſſori tradita, expedita, & pacata.

Lex VIII. Triumphaturo datus Senatus in æde Bellonæ.

VIII. In æde Bellonæ extra vrbem Senatus vniuerſus cogebatur, vt patres de rebus vniuerſis illius belli, & triumphi perdocti triumphum illi decernere poſſent, cum illi vrbem ingredi interdictum, qui ad triumphum aſpirabat.

Lex IX. Laureati faſces, & lictores triūphantium.

IX. Tamdiu faſces, & lictores laureatos habebant triumphum petituri, quamdiu non triumphaſſent. Decreto vero à Senatu triumpho, lex ferebatur ad plebem, vt, quo die vrbem iniſſet, Imperium haberet, quoad ingreſſus in vrbem in Capitolium aſcendiſſet, ac ſacrificio facto; conuiuióque celebrato, veſperi, poſitis inſignibus Imperij, domum omnino priuatus ſe referret.

Impedimenta triumphum.

Hæc ad triumphum ducebant. Ab hoc arcebant Tribb. pl. parum amici Imperatori triumphum poſtulanti, atque ideò rogationem recuſantes. Vel iis rogationem ferentibus, ſi eam populus ſuffragiis improbaret. Deinde, ſi ferente rogationem Tribuno, vnus, aut plures de collegis intercederent. Demum, ſi Tribunus Imperatori ob rem bello ſecus geſtam diem diceret. A legibus, ad pompam triumphalem gradum facio, quæ huiuſmodi ferè fuit.

Triumphalis pompa.

Imperator triumphum ducturus, triumphali, purpurea, ſeu palmata auro prætexta conſpicuum reddebat populo, & militibus, donatis verò ob virtutem militibus Tribunis, Præfectis, Centurionibus; factóque ſacrificio Imperator in currum aſcendebat in hæc verba precatus. *Dij nutu, & imperio quorum nata & aucta eſt res Romana, eamdem placati, propitiatique ſeruate.*

Precatio ante triumphū.

Currus erat inauratus, gemmis diſtinctus, ſimilis rotundæ turris, duabus rotis ſuſtentatus, Deorum imaginibus mire decoratus. Sub eo, qua parte ſedebat triumphator, ſuſpenſum idolum Faſcini. In hoc curru auriga ſolus triumphator, vna miniſter publicus, qui ponè auream coronam lapillis coruſcantem ſuſtinens, Imperatorem admoneret, vti reſpiceret, ideſt, reliquum vitæ ſpatium prouideret, ne ſuperbia intumeſceret. Hanc coronam, triumpho perfecto in gremio Iouis Capitolini reponi, aut dicari templis, mos iubebat, in argumentum confeſſionis, hanc Deo acceptam referri.

Corona triū. phantū vbi locata poſt triumphum.

Præterea appendi ſolitum in curru tintinabulum, & flagellum, quæ in vltimis ſuppliciis adhiberi ſolita, vt moneretur triumphator, aleam fortunæ eſſe incertam, ad cúmque poſſe triumphātem exitum perduci, vt capitali pœna plecteretur, cuius ſymbolum flagellum, & tintinabulum. Cum triumphante in curru liberi triumphantis, ſi qui ſupereſſent, pueri, puellæque, vel nepotuli: ſi grandiores, equis currui ſubiunctis impoſiti. Currum trahebant equi quatuor. Pompeius adiunxit elephantos: alij canes: alij tigres: alij ceruos. In tali curru ſedens Imperator per portam Triumphalem ad Capitolium aſcendebat. Ipſe triumphator veſte purpurea, auro intertexta fulgebat; quali, extra hanc pompam, nemini fas vti: caput reuinctum corona laurea, vel bracteis aureis contexta præferebat; altera ſceptrum eburneum tenens, altera manu ramum laureum; & quo fieret conſpectior, faciem minio illinebat, Aſſyriorum, Medorúmque exemplo.

Quæ in curru triumphantis.

Triumphantis habitus, vultus.

Præcedebant, veluti in fronte aciei triumphantem leuis armaturæ, ac rotarij milites longo ordine, montium, fluminum, oppidorum, atque vrbium, belli iure acquiſitarum ſimulacra. Succedebant hoſtilibus ſpoliis, & armis onerata plauſtra, cum ſignis militaribus, non erectis, ſed iacentibus. Deinde varia tormenta bellica, & muralia, & clypei, lecticæ, ſigna, vaſa aurea, argentea, ænea, cum omni auro, argentóque ſignato, & rudi; capto ex hoſtibus. Portata & animalia, plantæ, inuiſa, inaudita, ſi qua primùm fortè reperta. Secundum eos tibicines coronati modos canebant; ſequebantur, boues albi cornibus inauratis, vittis, ac ſertis redimiti ad ſacrificium Ioui. Dextra, læuáque popæ ſuccincti, aureas, argenteaſque pateras præferentes. Deinde gradiebantur Tribuni mil. Centurio, Præfecti, equites, ac pedites inſigniores de victoro exercitu, qui nimirum donis militaribus ob egregia facinora cohoneſtati fuerant, lauro coronati, quæ dona palam conſpicua geſtabantur. Sequebantur hos Reges, dynaſtæ, nobilioréſque bello capti, manibus poſt terga reuinctis ſemnudi, vel eorum ſimulacra; ſi mors eos præoccupaniſſet. Qui captiui, ſimul atque per forum tranſierant,

Ante triumphantē qui præcedebāt.

Imagines ante triumphū. Spolia hoſtilia ante triūphum. Varia pompa ante triūphum.

Milites coronati ante triumphum.

Captiui ante triumphum.

ſierant, in carcerem conſiciebantur trucidandi. Aureæ tum coronæ geſtabantur in ferculis, quibus vrbes ſociæ, populique fœderati Imperatorem donauerant, à miniſtris oleaginis ſertis coronatis. Herculis ſignum vehi ſolitum ante triumphantem, narrat Aſconius. Sequebantur citharœdi, tibicines, cum coronis, in quorum medio quiſpiam talari veſte opertus geſticulationibus, & dicteriis riſum concitabat. Currum ſtipabant Senatores albati omnes.

Fercula ante triumphum.

Herculis ſignũ in triũpho.

Frontem triumphi expediuimus, ipſumque triomphantem præmiſimus. Sequitur poſterior acies, & locus triariorum. Ponè ſubibant currum captiui ſeruitute liberati, libertate donati capitibus raſis. Tum victrices legiones, idque per turmas cum ſertis laureis Imperatori Iò, Triumphe, Iò, acclamantes, eiuſque virtutes ad muſicos modos, & alternis prædicantes: nec minus cum iocorum laſciuia ſcummata in eum iactantes, & dicteria, quibus Imperatoris virtus celebrabatur, & vitia perſtringebantur, quod ab eo leniter, & patienter toleratum.

Poſt triumphãtem quæ pompa ſequebatur.

Acclamatio militaris. Iò triumphe Iò triũphe.

Martialis lib. primo epigr. 5.

Conſueuere iocos veſtri quoque ferre triumphi:
Materiam dictis nec pudet eſſe ducem.

Via triumphalis tota aulæis ad parietes ſuſpenſis ornabatur, ſpargebatur floribus, & odoribus vndique; tabulata etiam erecta, & quo eſſet via expeditior miniſtri baculos inauratos ferentes turbam è medio ſubmouebant. Delubra vix imminentia patebant, ſertis ornata, & ſuffitionibus benè olentia. Ibi vota & preces concipiebantur, hoſtiæ immolabantur, Diis gratiæ agebantur.

Via triũphalis quæ, & qualis. Delubra aperta in triumphis.

Poſtquam triumphator aductus eſſet in Capitolium, Gratiarum actionem his verbis effari ſolebat. *Gratias tibi Iupiter Opt. Max. tibique Iuno Regina, & cæteris huius cuſtodibus, habitatoribúſque arcis Diis, lubens, lætúſque ago, re Romana in hanc diem, & horam per manus, quod voluiſtis, meas ſeruata, benè geſtáque, eamdem vt facitis, fouete, protegite propitiati; ſupplex oro.* Tum victimæ cæſæ, & corona aurea (cuius ante meminimus) cum precioſis manubiis, & ſpoliis opimis, Iouis in gremium, proiiciebatur, dicabatúrque. Poſt fiebat epulum publicè ſumptuoſiſſimum. Ad quod Coſſ. inuitati, ſtatim rogabantur, ne venirent, nempe, ne quis eo die honoratior, aut maior triumphante in illis epulis conſpiceretur. Ne verò ſortis humanæ in tanto faſtu obliuiſceretur, ſeruulus iuxta aſſidebat, qui ſubinde hæc fabularetur. *Magis ſeruo tuo pareo quam tibi.* Quo conuitio ille monitus, ſe metiri diſceret. Ne verò hæc triumphi memoria cum tempore obliteraretur, columnæ, ſtatuæ, arcus, trophæa erigebantur. Aditus ædium triumphantium ſpoliis hoſtilibus exornabatur, quæ nunquam detrahi poterant, etſi domus alienaretur.

In Capitolio triumphator quid faciebat.

Precatio triumphantis in Capitolio.

Epulũ triũphantium.

Peracto, triumpho honores qui facti in vita triumphãtis.

Intexo hic de Pæane rhytmo, qui cani ſolitus in triumpho. Pæan duplex; primus ſacer Marti, alter Apollini; ille ante congreſſum, hic adepta victoria cani ſolebat. Primum dicebant ἐμβατήριον παιᾶνα, Pæanem congreſſiuum. Alterum ἐπινίκιον παιᾶνα, Pæanem victorialem: etſi non me lateat quodcumque carmen Diis, hominibuſque cantatum, ſolitum dici Pæana.

Pæan cantatus ante pugnam & poſt victoriam.

In publicis conſeſſibus triumphator ſemper non ſolum honeſtiſſimum locum obtinebat, ſed etiam in ſpectaculis lauro redimitus in ſella curuli aſſidebat. Hi maximi ſtimuli ad gloriæ apicem plurimos excitarunt, vnde multi Imperatores, iique celeberrimi leguntur paſſim in hiſtoria Romana, & cum tanta eſſet pompa, quid admirabilius Roma triumphante? Minor triumphus dictus Ouatio, de qua hæc.

Honor habitus illi, qui triumphauit.

Ouatio dicta ob oue, quam ſacrificabant ouantes; triumphantes enim, vt dictum, taurum mactabant. Cum ergo, quæ in legibus præſcripſimus; deſiderabantur vel vniuerſa, vel quædam, victores ouãtes vrbem ingrediebantur, non triumphantes. Cauſæ ouationis hæ præcipuè: Cum bella non ritè indicta; neque cum iuſto hoſte acta: aut ſi hoſtes deſpicabiles, vt ſerui; mancipia: ſi ob deditionem, ſine puluere victoria comparata fuiſſet, videlicet

Ouatio quæ, & vnde dicta.

Ouationis cauſæ.

Cum verbis, & comitate res cum hoſtibus tranſacta.

Cum non penitus debellati hoſtes, ſed tantum fugati, timore perculſi.

Cum non in propria, ſed aliena prouincia res confecta.

Cum reliquiæ belli ſupereſſent, nec adhuc pacata prouincia.

Cum ex prouincia exercitus non deportatus, nec ſucceſſori traditus.

Corona ouantium myrtea fuit, quod non Martius, ſed Venereus ſit huiuſmodi triumphus.

Corona ouantium myrtea.

Ouans primus P. Poſthumius Tubertus Coſſ. Anno V.C. 250.

Ouans quis primus.

Pompa ouaſis hæc habetur. Senatus atque ordines vniuerſi ouanti obuiam prodibant. Oppida bello capta, ſigna militaria, ſpolia, arma, munera, quæ triumphator acceperat, vt in triumpho, præferebantur. Milites etiam donati, ſua dona oſtentabant præcedentes. Dux ipſe myrtea inſignis corona, ſceptrum ferens manu, equo inſidebat purpura veſtitus. Subſequebatur Senatus, plebs, & equites præcedebant. Principio ſine exercitu, & pedites vrbem intrabant. Agebantur autem non Tauri, vt in triumpho, ſed oues coronatæ ante Ducem, quæ exacta pompa, immolabantur. Tubarum vſus in triumpho; Tibiarum in ouatione. Hæc quia ab aliis benè ſcripta, à me quoque exſcripta; vt in bonum publicum cedant. Quotuſquiſque eſt, qui noua promat, & non vetera recoquat? tritam quiſque viam per ſe callet, eius compendia per- libenter ab alio percipit.

Pompa ouãtis quæ.

Victima ouationis quæ.

Tubæ in triumpho. Tibiæ in ouatione.

Mantiſſam dè meo addo, ſi hoc ad rem, non tamen ab re, de iis, qui triumphi honorem recuſaſſent, ex Valerio Max. *lib. 1. cap. 1.* aſſerente de Cn. Fuluio, fuiſſe hunc nempe exilio mulctatum, quod Senatus Conſulto decretum triumphum repudiaſſet.

Contemnentis triumphũ quæ pœna.

Cauſa

Cauſa huius habetur, quod iudicarunt inſolentia, quæ gradus publicos ſuperbè contemneret, tendere ad virtutis perniciem, dum ſcilicet, quæ multos ad ſtudium eius accendere ſoleat, ita proiiceretur.

Trophæum quibus conceſſum. Triumphus etiam apud Græcos. Peplũ quid apud Græcos.

Græcorum morem ſubnecto de diſcrimine triumphi, & trophæi. Apud illos Imperator; qui hoſtem fugaſſet trophæo donabatur; qui hoſtem occidiſſet, aut penitus euertiſſet, triumpho, vel encomio, aut peplo. Peplum autem erat velum, in quo res præclarè, & fortiter geſtæ, effictæ, immortali memoriæ palam exponebantur, templiſque affixæ dedicabantur. Apud Lacedæmones dux, qui fortiter dimicaſſet, & cruento Marte, magnáque hoſtium clade viciſſet, trophæi loco Gallum Diis immolabat: qui verò deditione, & pacto, nec nimium cruenta victoria potitus belli mala vitaſſet, bouem; vt ſignarent, magis decere Imperatorem conſilio, & aſtu, quàm ſanguine fuſo vincere. Vide, quàm diuerſus mos hic à Romanorum inſtituto, quibus pluris ſanguis, cædes & internecio, quàm pacta, induciæ, & deditiones. Virtutis gloriam in arduis, & difficillimis conſtituebant Romani. Triumphum, triumphaliáque ornamenta aſſequutus Romanus perpetuò illa vſurpabat, dum vitam agebat; & non niſi cum eo commoriebantur.

Gallus ſacrificatus, & bos à Lacedæm. quãdo.

Ornamenta triumphalia quæ.

Ornamenta autem hæc triumphalia, Corona aurea, patera aurea, ſella curulis, ſcipio eburneus, toga picta, tunica palmata, ſtatuæ laureatæ, & nomina triumphalia.

Lauri vſus in triũphis.

Lauri vſum in triumphis trifariam lego: in ramulo, quem dextra triumphantes geſtabant: in corona, qua redimiti triumphantes: ipſa ante domum triumphatoris fixa. Triumphales domos hoc amplius habuiſſe, refert Alexander ab Alex. vt fores de via Græco more aperirentur, non intus, ſicut, de Poplicolæ familia proditum eſt. In atriis verò, liminibus & foribus hoſtium deuictorum ſpolia, & arma ſuſpenſa quæ quanto vetuſtiora, eò nobiliora putabantur. Vt verò ſtimulis quibuſdam milites æquè foris, ſeu belli; ac domi ſeu in pace ad militarem gloriam excitarentur, dabantur munera ad oſtentationem vtrobique; nam quot quiſque ſtipendia feciſſet, quot coronas, & quales meruiſſet, quot armillas, criſtáſque, quot torques, quales phaleras, haſtas puras, pila, balthea (hæc enim militaria dona) tot ſupra clypeum, & galeam appoſita, in bellicis expeditionibus, & triumphis geſtari ſolita. Domum verò quique regreſſi, appendere ea ſoliti in poſtibus, quæ, inſignia dicta, de quibus Virg. 7. Æneid.

Domus triũphales de via apertæ.

Dona militaria quæ, & quis vſus eorum.

Multáque præterea ſacris in poſtibus arma;
Captiui pendent currus, curuaque ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculáque, clypeique, ereptáque roſtra carinis.

Coronæ à quibus donatæ.

Corollarium addo de coronis, ſi placet; hæ tanquam actori (vt olim) mihi reponendæ, ex pulegio ſaltem. De his noto. Prærogatiua coronas donandi penes vnum Imperatorem, Senatúmue Rom. At haſtas, armillas, torques, balthea, penes etiam Præſides, & Præfectos Prætorio, Claudianus in laude Serenæ.

Sæpè duces meritus bello tribuere coronas,
Hunc cingit muralis honos, hunc ciuica quercus
Nexuit, hunc domitis ambit roſtrata carinis:

Coronarum diuiſio, & materia. Coronæ aureæ, ladicæ quæ.

Coronarum aliæ ex auro, argentóue; aliæ ex planta. Miſſis aureis, dico, Diadema, triumphalis, ciuica, ex lauro conſtabant; deinde ex auro; obſidionalis ex gramine; cæteræ ex hedera, cupreſſo, lentiſco, myrto, apio, atque pulegio. Coronas conuiuales conuiuiis reſeruo.

Adorea, laus bellica.

Priſcis temporibus militaria dona à ducibus donata, erant hemina farris, vnde Adorea, laus bellica dicta, & bina iugera campi; poſt quæ aucta, alia merces exhibita coronalis, virtutis præmia glorioſiſſima.

Coronæ præcipuè militares.

Coronæ præcipuè militares hæ recenſentur, obſidionalis, ciuica, muralis, caſtrenſis, naualis.

Obſidionalis quæ.

Obſidionalis, erat graminea, donata liberatori obſidionis.

Ciuica quæ.

Ciuica erat quernea, nexa ei, ciuem qui ſeruauerat, quæ dignitate cæteris aliis anteibat, eratque ius proprium ciuicæ, vt illa donatus perpetuò eam geſtare poſſet, vt ludos ineunti, à populo, & Senatu vniuerſo aſſurgeretur. Ius ſpectandi inter Senatores, vacatio munerum illi, patrique, & auo paterno permitteretur.

Obſidionalis quæ.

Obſidionalis verò ciuicæ non multum cedere videtur, quæ compacta ex gramine oppidi obſidione liberati; hæc in militia primum locum ſibi vindicat, quam vnus exercitus obſidione liberatus largiri poterat.

Muralis quæ.

Muralis eſt corona, qua donatus ab Imperatore, qui primùm murum ſubiit, inque oppidum per vim aſcendit, idcircóque muri pinnis decorata eſt.

Caſtrenſis quæ.

Caſtrenſis eſt corona, qua donat eum Imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans introiuit. Ea corona inſigne valli habet, vnde vallaris dicitur.

Naualis quæ.

Naualis eſt, qua donari ſolet, maritimo prælio, qui primus in hoſtium nauem vi armatus tranſiliuit. Ea quaſi nauium roſtris eſt inſignita.

Mitto aureas coronas triumphales; conuiuales, quæ plerumque ex floribus; funebres, luſtrales, Hieronicas, Olympicas, Sacerdotales, & ſeruiles in ſeruis vendundis. De his abundè ſatis, & eruditè Carolus Paſchaſius, Vvolphangus, & alij.

TEGRIMO

TEGRIMO TEGRIMIO à Cubiculo D. N.

SYNOPSIS XII.

De Conuiuiis antiquorum. Conuiuales ritus antiqui in ſuas partes diſtributi, deſcripti, enucleati. De Conuiuis etiam multa. De Miniſtris, menſis, poculis, & cœnaculis. De ſternutamentis. De pane, vino, & aliis ad Conuiuia ſpectantibus.

Quoties in die ederent priſci. Refectio quadruplex. QVATER in die priſcos eſitaſſe; non ſingulos tamen, lego: cui rei præuorior, ne culpam præſtare cogar, Dione in Vitellio præcurrente his verbis, *Epulas trifariam ſemper quadrifariam diſpertiebat, in ientacula, prandia, cœnas, comeſſationes.* Athenæus *lib.* 1. ex auctoritate Philemonis refert, veteres vſos eſſe ientaculo, prandio, merenda, cœna. Articulatim, anatomicè rem diſſeco.

Ientaculum quid, & quorum. Ientaculum eſt cibi deguſtatio matutina; puerilis hæc refectio fateor, Martialis lib. 13. vlt. Epig.

Surgite iam pueri; vendit ientacula piſtor,
Criſtataque ſonant vndique lucis aues.

Ientaculi cibus. Deſcribitur ab Apuleio 1. Metam. *En, inquam, paratum tibi adeſt ientaculum, & cum dicto, manticam meam humero exuo, caſeum cum pane properè ei porrige.* En cibus conſuetus vulgaris ientaculi. Feſtus ait, Silatũ quid. Ientaculum idem fuiſſe cum prandio. Silatum alibi appellat, eo quod tunc ieiuni vinum Sili herba conditum abſumebant; cum ientare ſit ieiunium ſoluere: prandium præcedebat, & hoc moderatum etiam: (vt alibi fuſius à me) nam Cicero 5. *Tuſcul.* negat, ſibi placere bis in die ſaturum fieri.

Prandij tempus. Prandij tempus Meridies. Suet. in Claudio cap. 34.

Meridie dimiſſo ad prandium populo,

Merenda. Merenda poſt prandium ſumpta, ideſt poſt meridiem, hac merenda, credo, priſcos vſos pro prandio, vt nomen innuit.

Cœna vnde dicta. Cœna dicta κοινὸν, ideſt commune; cibus erat veſpertinus, hinc dicta veſperna, vel quia publicè peragebatur, vel quia communiter omnibus vſui: ientaculum enim, & merenda puerorum, valdéque laborantium; prandium infirmorum, ad publica Hora cœnæ. negotia ſtrenuè peragenda. Hora cœnæ æſtate 9. hyeme 10. quæ indicabatur tintinabulo.

Cœnæ variæ. Cœnæ olim variæ pro temporis varietate; nam aliæ Pontificiæ, aliæ Augurales, ſiuè Adiiciales, Dapſiles, ſiue Dapales, Saliares, Cereales, Capitolinæ, Populares, Triumphales, Natalitiæ, Ferales, hæ publicæ. Priuatæ, vel puræ, ideſt ſine ſanguine. Apuleius. *Hoc optantes conuertimus nos ad puram, & ſine animalibus cœnam* quæ dictæ Ceteris cœnæ. Vel cœnæ priuatæ erant ebriæ, ſeu opiparæ, illis aduerſæ de quibus leges multæ latæ ad luxum cohibendum. Cœnæ priuatæ quæ. Cœnæ puræ quæ.

Cœnam ſequebatur comeſſatio, quæ vtpotè intempeſtiua, & poſt cœnam, ſemper intemperantium. Liuius lib. 9. *Temulento agmine comeſſabundus inceſſit*, vti & ientaculum, cum merenda puerorum; prandium leuius, & ſecretum; cœna largior, in propatulo, cum amicis. Cœnæ tantùm lecti apparati, & ſtrati. De Lotione facta in balneis ante cœnam à me alibi. Comeſſatio quæ & quorum.

Poſtquam ergo loti in balneis, vel toti, vel pedibus tantùm, calceis, ac togis exuti, ſoleis, & cœnatoria veſte induti, in lectis ordine ſe ſe diſponebant, inde manus lauabant, corollas, & vnguenta ſumebant. De lectis, ac tricliniis prius pauca delibo. Loti, vncti ante cœnam.

Lectiſterniatorem, cuius eſt lectos ſternere, eum voco, qui per mediaſtinum curabat, vt ſcopis triclinium, priuſquam ſterneretur, purgaretur. Idem lectiſterniator aulæa, ſeu vela ſternebat ſuper triclinium, ne puluere dapes conſpurcarentur, dicta hæc triclinaria, ille Architriclinus. Triclinium dictum conclaue, ſeu cœnaculum, à tribus lectis, quos in eo ſternebant, poſitos circa menſam. Lectiſterniator quis, & eius officiũ. Triclinium vnde dictũ.

In priuatis conuiuiis tres lecti, ſeptem conuiuæ. In publicis ad ſingula triclinia quatuor, vel quinque lecti. In ſingulis lectis quatuor, aut quinque conuiuæ, aut etiam plures. Hor.

Sæpe tribus lectis, videas cœnare quaternos.

Inter lectos relinquebatur aliquid ſpatij miniſtris qui dicebantur ad pedes. Mart. l. 3.

At ipſe retro flexus ad pedum turbam.

Triclinia pro numero conuiuarum varia: plerumque tamen tribus lectis ſtrata. His tricliniis à dynaſtis nomina Deorum impoſita. Hinc illud Lucullianum: In Apolline cœnare, in Hermæo, Mammea, &c. Lecti vel cubiculares, vel triclinares, de his alibi. Miſſo cubiculo in Triclinium me confero. Tricliniorũ nomina. In Apolline cœnare. Lecti cubiculares. Humi veteres comedebant.

Priſco æuo in ipſa terra fuſos diſcubuiſſe lego. Virgilius 5. Æn.

Tum victu reuocant vires, fuſique per herbã.

Tibullus 2. el. 5.

At ſibi quiſque dapes, & feſtas extruet altè
Ceſpitibus menſas, ceſpitibuſque torum.

Apud Homerum Heroas ſuper virgulta lego comediſſe pellibus ſtrata. Deinde lecti herbis ſuffulti loco tomenti, & dicti tori. Virgilius 2. Æn. Pelles lectis ſtratæ.

Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto.

Superadditæ poſtea, luxus gratia, culcitræ molliſſimæ cum ſtragulis. Lecti adfabrè facti è ligno precioſiſſimo, cedrino, & huiuſmodi, auro, argentóque ornati; & facti aliquãdo ex argento, & auro ſolido, vt habemus ex Macrobio, Plinio, & aliis: ad quos gradibus aſcendebatur; humiles enim lecti vulgares, & minus honeſti. Vnde Æneas conſtitutus in alto toro. Lecti triclinares ex vno tantum Stragula in lectis. Lectorum materia. Tororum gradus.

Longitudo & latitudo lectorum.

latere meoſæ ſtrati longitudine pedum 4. latitudine 3. Menſarum longitudo par lectis, altitudine triuio cubitorum. Lecti paulò emioentiores menſis. In lectis erant anaclinteria, ſiue accubita, in quibus reclinati conuiuæ diſcumbebant, dicti puluini.

Anaclinteria.

Modus diſcumbendi antiquorum.

Modum priſcum diſcumbendi vſitatum Græcis, Iudæis, & Romanis leui penicillo delineo.

Loti igitur, milites cœnaturi cingula, baltea deponebant; reliqui calceos, & veſtes, cœnatoria induti, tum in lectos aſcendebant, culcitris, & ſtragulis ornatos, pro cuiuſque gradu altiores. Spartanos lego in robore diſcubuiſſe, ideſt, in nudo ligno. Tum aqua manibus lauandis miniſtrata, vnguenta, & coronæ diſpertitæ, ſeu faſciæ, quibus frontem vincirent, ad ebrietatem cohibendam, vt ex marmoribus, & nummis licet coniectare: hoc modo corpore diſpoſiti diſcumbebant; ſuperiore corporis parte modicè inflexa, initio cœnæ, capite leuiter erecto, ſuppoſitis puluinis ventri, & pectori, quò vtraque manu liberius vterentur, vel aliquantulum capite, tergoque erecto, reliqua parte corporis in lectos reclinata, & iacente in cubito alτero nitebantur; atque vtramque manum quidem ad epularum, & poculorum vſum adhibebant, ſed maximè dexteram.

Spartani in robore.

Aqua manibus data, coronæ, &c.

Accumbentium habitus.

Eruditiſſimus Lipſius lib. 3. antiq. lect. ita diſſerit. *Accumbebant, reclinata ſupera parte corporis in cubitum ſiniſtrum, infera in longum porrecta, & iacente: leuiter capite erecto, dorſo à puluillo modicè ſuffulto, adeò vt eius, qui ſummus accumberet, pedes ponè ſecundum porrigerentur, & ſecundi ponè tertium, & ita deinceps. Rurſus eius, qui ſecundus accumberet, occiput, ad vmbilicum, aut pectus primi obuerſum eſſet, & ſic deinceps cæteri accumbebant, in menſa potiſſimum rotunda, aut ſemicirculari. Vbi verò cibum ſumpſerant, dorſi ſpinam ſupini reponebant, & caput in ceruical reclinabant, nonnunquã etiam ſedentium inſtar ſe ſe erigebant. Inter lectos, & triclinij parietem tantum ſpatij relictum, quantum ſatis erat miniſtrantibus ad pedes; hinc miniſtri dicti à pedibus.*

Reſupini olim poſt cœnam.

Hic è re natum griphum in tempore propoſitum diſſoluo: An priſci ſedentes an iacentes comederent, cœnarénte; cum vtriuſque paſſim ritûs exempla quam plurima extent. Stantes etiam aliquando comediſſe lego. Audi obſecro. Athenæus *lib. 1.* Heroas ſediſſe teſtatur, vt à me alibi indicatum. Hegeſander apud eumdem, ait, neque in Macedonia moris fuiſſe quemquam in conuiuio diſcumbere, niſi extra retia aprum interemiſſet. Itaque Caſſander cum 35. vitæ ſuæ annum attigiſſet, tunc etiam comedebat ſedens apud patrem, cum certamen illud non potuiſſet perficere. Quin etiam apud Romanos, vti virilis toga inſigne erat virorum, ſic apud Græcos in publicis conuiuiis accubitus. Catullus quoque Deos ſedentes facit in carmine Pelei, & Thetidis.

Dubium an ſtantes, an iacentes, an ſedentes cœnarent.

Sedẽtes epulabantur Heroes.

Macedonum ritus accumbendi.

Qui poſtquam niueis flexerũt ſedibus artus.

Quare apud Homerum mentio crebra in conuiuiis de ſubſellio, ſella, throno, ſcamno, ſcabello, & hemicyclo. Ouid. 4. faſt.

Ante focos olim ſcamnis conſidere longis
Mos erat, & menſa credere adeſſe Deos.

Diſcumbebant viri ſedentes. Sedebant mulieres ſedentes.

Iſidorus refert ex Varrone; apud priſcos non fuiſſe vſum diſcumbendi: at nouo inuento viros diſcubuiſſe, mulieres aſſediſſe; quod turpe viſum, mulierem cum viro publicè accumbere. Hunc morem alibi innuo cum Valerio Maxim. *lib. 2. cap. 4.* Virgilio, & aliis. In luctu etiam ſediſſe viros comedentes, refert Plutarchus *in Catone*, qui à pugna Pharſalica infeliciter à Pompeianis depugnata, ſedens accumbere voluit luctus gratia. Ita legimus de Annibale. Nec ſolum in diuerſo triclinio diſcumbebant viri, & ſedebant mulieres, verùm etiam in eodem, vt apertè Apuleius innuit. lib. 1. dicens, *Intuli me, eamque accubantem exiguo admodum grabatulo, & commodum cœnari incipientem inuenio; aſſidebat pênes vxor, & menſa vacua poſita.* Seſſio vilis habita, ſeruilis & Cynica. Plautus. *Vno potius in ſubſellio accipiemur, quàm in lectis.* Stantes nonnunquam epulatos, ſed prandentes tantùm, lego, & hoc dictum prandium Statarium, ex Terentio Varrone. Ambulantes negotioſi non nunquam comedebant, ita Maſſiniſſa in meridie ante tabernaculum. Sic Apuleius ientaculum Ambulatorium vocat, quod ſenſim ambulando equus carpebat, in prato. De aliis ad primam, & ſecundam menſam ritibus, cibis, potionibus, & ad epulas ſpectantibus, à me alibi, longiore ſubſellio, & ab aliis eruditiùs, & longè meliùs. Leuiter, & per tranſennam tricliniorum inſpexi.

Seſſio luctus tempore.

Prandium ſtatarium.

Ientaculum ambulatorium.

De potu refrigerato niuibus, vel aëre nocturno ego alibi. Athenæus *lib. 3. cap. 21.* pluribus ex Calliſtrato *Commiſſorum lib. 7.* Euſtathius in primum Odyſſeæ, tres conuiuiorum ſpecies apud Græcos facit, εἰλαπίνην, quod ad ſplendorem, & magnificentiam ſit apparatum; γάμον, quod ſumptuoſius eſt; ἔρανον, ad quod plurimi conueniunt, ſed ſuo quiſque cibo, ſumptúque. Apud Lacedæmonios etiam triplex genus: κόπις, quod certis ciborum generibus inſtruebantur: αἶκλον, aliquanto ſplendidius; frugaliſſimum omnium φιδίτια. Ante conuiuia ſortes conuiuales, ita Ariſtophanes deſcribit. *Sortitiones quò conferſ? In foro deponam, ſortitrice iuxta Harmodium conſtituta. Sortes omnium iaciam; donec is, cui ſors obuenerit, lætus abeat, ſciens, in qua littera ſit cœnandum. Proclamabit præco: Quibus, B, venerit, ſequantur, in porticu regia cœnaturi. Quibus O, in ea quæ eſt illi proxima captæ cenſorum. Quibus K, in porticu farinaria, vt ſe inſtent: imò errant, vt ibi cœnent. Quorum verò littera prolata non fuerit, in qua cœnent, hos cæteri expellant omnes. Sed apud nos*

Conuiuium Græcorum triplex.

Conuiuium triplex Lacedæm.

Sortitio ante conuiuia.

Litteræ conuiuales.

nos non ita ſit. Omnibus enim abundè omnia ſuppeditabimus, vnuſquiſque ebrius, cum ipſa corona face accepta, abeat. Suidas in voce ἀπὸ σπυρίδος, aſſerit antiquitus è cibis ſuam cuique portionem diſtributam. Athenæus *lib* 8. ait, cœnam è ſportula fuiſſe, cum quis ſibi paraſſet cœnam, eamque in ſportula compoſitam detuliſſet apud amicum cœnaturus. Laudatiſſimum morem refero Perſarum ea Alex. ab Alex. qui ante cibum de modeſtia diſputabant, vt, ante ſacrificium de iuſtitia, ante bellum de fortitudine. De conuiuarum numero à me alibi, qui ſemper diuerſus, vt à diuerſis memoriæ proditum.

Portiones cuique diuiſæ.
Cœna è ſportula quæ.
Perſarum mos ante cœnas.

Ordo conuiuarum hic fuit. Super Flaminem Dialem in conuiuio nullus niſi Rex Sacrificulus accumbit, qui auctoritate deinde, prudentia, ætate præibat, honoratiorem locum ſortiebatur. Locus honoratior ex Alex. ab Alex. *lib.* 5. *c.* 3. ſummus fuit. Alij medium dicũt. Apud Græcos non ſolum locus nobilior nobiliori dabatur, ſed etiam pocula maiora, & caro opimior. Veſtis erat cœnatoria, de qua alibi, candida, non pulla. Illatio ferculorum olim in caniſtris, vnde prouerb. *Vna cum caniſtro.* Partiti etiam cibi ex æquo ſingulis; hinc veterum conuiuia, dicta, δαῖτες, à diuiſione, & prouerb. ἴσης ἡ δαίς, ideſt, ſortitio, non præfocatio, quæ accidebat, cum in commune comederent ex eadem patina. Manus lotas per ſingulas fercula à me alibi indicatum. Theamata, Acroamata, adhibita inter conuiuandum neminem latet.

Ordo conuiuantium.
Locus honoratior conuiuij.
Illatio ferculorum in caniſtris.
Partitio ciborum.
Inter potandum theamata, acroamata.

In Græcorum ſympoſiis, talis ſortiebantur arbitrum bibendi, quem dicebant Sympoſiarchũ, Modiperatorem, Architriclinum. Inter potandum hæ voces vſurpatæ, *Bibe ter, aut quinquies, non quater, Par pari refer*, ideſt, æqualibus cyathis, ἴσον ἴσῳ æquale æquali, videndus de his Adagiographus. Philotheſius crater ad amicitiam ferruminandam, item boni Dæmonis. Apomagdalia adhibita, ideſt, molles panes ad abſtergendos digitos, qui dati canibus, vt à me alibi indicatum. Item menſa nunquam vacua relicta, in eaque ſemper aliquid ſeruatum, vel vt innuerent temperantiam, vel vt ſeruis conſulerent, aut quia menſa res ſacra, quam vacuam relinquere nefas.

Voces conuiuantium.
Philotheſius crater.
Menſa cur nunquam vacua relicta.

Griphi demum, ſeu ænigmata propoſita, animi gratia ſoluenda. Quoties in die ſumerent cibum, & Athenienſes in epulo publico Syſſitia, Spartanos Phiditia celebraſſe, Cretenſes Andria, ſatis ſuperque alibi à me explicatum. Feſtus refert, Dagnades aues fuiſſe, quas Ægyptij coronis, inter potandum deuinciebant, quæ vellicando, & canturiendo non patiebantur dormire potantes, ἀκαλανθίδες Heſychio. Verùm quia in conuiuiis aliquid ſemper legere, aut recitare clientes, famulique conſueuerant, hinc libri multi adeo ſuperfluo apparatu in tricliniis erant, vt bibliothecæ potius, quam cœnacula viderentur. Seneca de Tranquill. cap. 9. *Sicut pleriſque ignaris etiam ſeruilium litterarum libri, non ſtudiorum inſtrumenta, ſed cœnationum ornamenta ſunt.*

Dagnades in coronis, cur.
Libri inter cœnacula.

Odorati ſagacius odoramenta diſcuptò, Ioſeph. Laurentij Polymath.

darem vnguenta, ni mea Hecales cœna, ſed qui fundam (ea Horatiano præſcripto) capacibus vnguenta de conchis? non enim mihi longa ſuppellex: neque omnes poſſunt olere vnguenta exotica, aut opobalſama; vernacula dabo ex meis trapetibus expreſſa.

Vnguenti, & odorum vſus plurimus in menſis antiquorum, luxus, & ſalutis gratia: hinc dicti antiqui φιλόμυροι, amatores vnguentorum. Iones vnguentorum, & coronarum inuentores fuiſſe, ac menſarum ſecundarum, Valerius Maxim. *lib.* 2. teſtatur. Vinctum potiſſimum caput lego, & coronatum ad vini vapores coërcendos: pedes etiam potiſſimum apud Hebræos, vt legimus in Euangelio de D. Magdalena, caput, & pedes Saluatoris noſtri perungente, quod ſibi proprium, & debitum Chriſtus repoſcere viſus, cum a Phariſæo mulier obiurgaretur. Nec ſolum has partes proprio vnguine delibutas legimus, ſed & alias.

Vnguentorum vſus in menſis.
Vnguentorũ inuentores.
Quæ partes vnctæ in menſa.

Ideo vnguenta pedibus, & cruribus Ægyptia; maxillis, & vberibus Phœnicina: brachiis Syſimbrina: ſuperciliis, & comis Amaracina: ceruici, & genibus Serpullina: Nardina propriè capiti, & pedibus fuere deſtinata.

Vnguentã propria cuiq; membro.

Coronæ quoque vſurpatæ vnguento madidæ: roſeæ, ſi vere: ſi hyeme ea ramentis, & bracteis auri, & argenti.

Coronæ quæ conuiuales.

Coronatum non tantum caput, ſed & pectus, pocula, menſæ; hæ & floribus ſparſæ, croco, balſamo, & cæteris odoramentis: Sparſi & epulantes floribus per pueros, qui & vncti, & coronati miniſtrabant. Athenæus *lib.* 15. ab hoc ritu diſſentire mihi viſus, dicens, vnguenta, & coronas adhibitas in ſecunda menſa, ita apud Romanos, & Græcos erat inſigne ebriorum, corona, Plautus Amphitr. *Capiam coronam mihi in caput, aſſimulabo me eſſe ebrium.* De coronis vide Paſchalium. Sed quia ſaltem & menſam præterire nefas: Hanc repeto, ſed ἐν παρέργῳ.

Corona ebriorum inſigne.

Menſæ vel monopodiæ, in quibus eſculenta, & poculenta inferebantur. Menſa, poculorum dicta, Abacus, Delphica, Vrnaria, vbi pocula aquæ: hæc in culina plerumque. Menſæ non opertæ linteis apud Græcos; ſed poſt cœnam ſpongiis terſæ per tres ſeruos. Hinc nomen ſerui, apud Comicos, Peniculus. Apud Romanos interdum opertæ mappis, ſiue mantilibus, quæ, aliquando data à conuiuatoribus conuiuis, aliquando de ſuo conuiuæ afferebant, quæ mutari ſolita in ſingulis miſſibus. In quibus miſſæ partes abſentibus inuitatis, dictæ, μερίδες: item miniſtris. Menſæ plerumque dictæ illæ, quibus ſerui vaſa eſcaria, & pocula in menſam deferebant.

Menſæ variæ.
Menſæ an opertæ.
Partes miſſæ abſentibus.

Cœnabant, vt plurimum, ferculis, ſiue miſſibus ternis. Seruius, ait, Binas totidémque menſas denuò inferebant, quot miſſus; In ſuis menſis enim hi portati. Nobiliores conuiuæ lautioribus epulis excepti, capacioribus poculis, altioribus lectis, ſtragulis precioſioribus decorati.

Fercula, & miſſus quot. Menſæ tot, quot miſſus.

A triclinio, bono omine, recedere cuperem; nam priſca religione obſeruatum, dum

Sternutamentum in conuiuio mali ominis.

fercula remouebantur, ſi quis fortè ſternuiſſet, inter dira habitum: atque ad exitium, quod portenderetur auertendum, menſam iterum afferri iubebant, atque epularum aliquid reguſtabant, ne conuiuium tam dito omine deſitum videretur. Socrati aliquid

Sternutamenti omen.

acturo, ſi ſternutamentum obueniſſet ſe in propoſito obfirmabat; ſi agenti, deſiſtebat: ſi meditanti aliquid dextroſum quiſpiam ſternuiſſet, lætabatur Socrates; ſi ſiniſtrorſum triſtabatur, tanquam omine triſti. At quia mihi Amores iam ſternutauerunt, amicè enim ego auditus, ne videar tantùm amicus menſæ, menſam deſero. Eruditiſſimus Strada de ſternutamento optimè proluſit, vt de reliquis.

Cœnæ tempus.

Cœnæ tempus Athenis, vbi iam veſperauerat, ex Gellio *cap.* 8. *lib.* 17. Romæ verò antequam aduesperaſceret, non æſtate tantùm, ſed etiam hyeme, vt colligitur clarè ex Vitruuio *cap.* 7. *lib* 6. iubente hyberna triclinia recedentem Solem ſpectare debere. Quinam verò cibi maximè Romanis in precio, clarè Plin. *lib.* 6. Clemens Alexandrinus 2. *Pædag.* Gellius, Macrobius, ex Martiale, Horatio, & aliis innuunt, maioremque curam maiorum fuiſſe in piſcibus, tum auibus, quàm in quadrupedib. Lege Marſilij

Panis qualis.

Cognati varias obſer. *lib.* 1. *cap.* 18. Panis apud Græcos primum fuit maza ex hordeo, non panes: deinde panis ex tritico, poſtremò ex hordeo. A Latinis verò ex farre primùm pultem, deinde panem ex farre, tum reliqua frumenti genera inuecta lego. Idem *cap.* 18. *lib.* 1.

Vina qualia. Vina fumo inueterata.

Vina ab antiquis fuiſſe condita, vt diutius ſeruarentur, & ſanitatis gratia, pice, reſina, & huiuſmodi, vt habet Plinius, Columella, & alij. Fumo demum inueterari ſolita in vtribus, aut vaſis, & percolari, docent iidem ex eodem Marſilio *lib.* 2. *cap.* 1.

De vnguentis verò adhibitis in Conuiuiis; vide eundem pluribus differentem *cap.* 8. *lib.* 1.

De vini mixtione à me alibi: ab eodem *lib.* 3. *cap.* 13.

Lyra in conuiuiis pulſata.

In conuiuiis poſt cœnam lyra circumferri ſolita, ad quam fidibus canebatur. Lyra illa obliquo & ſinuoſo circuitu in menſa ambulans pectinatim quodammodo & non ſeriatim, & per ordinem accubitus conuiuis tradita, atque inde, carmina illa, quæ ad lyram canebantur, Scoliorum appellationem

Scolia conuiualia quæ.

meruere. Qui canebant, myrtum vel laurum manu tenebant, vt docet Plutarchus *lib.* 1. *Sympoſ.* Ariſtophanis interpres, Dicæarchus *lib. de Muſicis certaminibus.* Qui in eo illud ſeruatum diſcrimen lego, vt qui verſus Æſchyli caneret, myrteum ramulum manu teneret; qui verò Homericos, laureum

Scoliorum argumenta.

teneret. His Scoliis, carminibus aut illuſtrium virorum, & fortium laudes canebantur, aut præclaras ſententias continebant aut mixtim vtrumque. Scolij inuentionem Plut.

Scolij inuentor.

lib. de Muſica Terpandro attribuit. Quod Scolium erat carmen obliquum, poſtea tranſiit in ænigma. Orthion erat oppoſitum,

Orthion.

rectum ſcilicet, concitatius, & ſonora voce prolatum. Plinius *lib.* 2. *cap.* 7.

Publicè cœnabant tribus de cauſis.

Tribus de cauſis antiquos veſci publicè ſolitos refert Marcellus Donatus. Prima fuit, cum epulum dabatur, ſeu potius viſceratio, in funere alicuius Principis, aut viri inſignis. Altera, cum publicè ſacrificabant. Tertia, cum ob publicam lætitiam dabatur epulum populo.

Locus cœnæ Diæta. Zeta. Cœnaculum quid vbi.

Appendicem annecto de loco vbi cœnabant, quem dixere, Diætam, Zetam, Græcè, ideſt; à conuiuiis peragendis, vel alacriùs conuiuendo. Latini dixere, Cœnaculum, Cœnationem. Terentius Varro de lingua Latina. *Vbi cubabant, cubiculum; vbi cœnabant cœnaculum vocitabant*, & paulò infrà. *Poſteaquam ſuperiori parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus pars vniuerſa cœnacula dicta* Feſtus ſubdit, *Cœnacula dicuntur, ad quæ ſcalis aſcenditur.* Apuleius. *Meque per ſcalas complicitis pedibus in ſuperius cœnaculum attracto.* Quare, vt illud aſcendendi incommodum euitaretur, in atriis, & inferiore parte ædium cœnare inſtituerunt, relictis ſuperioribus, inquilinis & pauperibus. Iuuenalis. *Rarus venit in cœnacula miles*, rarò inquit, iugulatores mitti ad iugulandos pauperes, ha-

Spolia, bibliothecæ in cœnaculis.

bitantes in cœnaculis. Hæc cœnacula inde dicta triclinia, à tribus lectis in atriis, quæ ſpoliis hoſtium exornata, ſtemmatibus, & libris. Petronius. *Et quòd præcipuè miratus ſum, in poſtibus triclinij faces erant cum ſecuribus fixi, &c.*

Locus ergo, Cœnatio ſeu Cœnaculum dictus Imperatorum erat, laqueatis tabulis verſatilibus eburneus, vt flores fiſtulatim, & vnguenta deſuper ſpargerentur. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur, vt colligitur ex Suet. in Nerone, & Seneca *ep.* 91. Buleng.

Frugalitas antiqua.

Antiquum morem de vino, & alij deliciis, tanquam laciniam capiti huic ſubnecto, quæ non niſi Deorum cauſa adhibita. Hinc, *θοῖναι*, apud Athæneum, Seleucus, ait, dicta, quod fas eſſet, *διὰ τοὺς θεοὺς οἰνοῦσθαι, ob Deorum ſacra vino indulgere.* Homerus, *θαλίας*, vocat conuiuia, quod *μετὰ τὸ θύειν αὐτοῖς χεῦσθαι, peractis ſacris vino indulgerent.* Demum vinum potatum etiam in priuatis menſis, ad ebrietatem vſque; & deliciæ à Deorum menſis ad hominum diuerterunt. Hinc natæ cœnæ Pontifi-

Vinum non niſi ſacrorũ cauſa menſis adhibitum.

Cœnarum frugalium ſumptus.

cum, Augurales, Saliares, quæ excandefaciebant annonam macelli: Adiiciales, quod noui aliqui cibi ſemper adiiceretur, quæ tricies frugaliſſimis viris conſtiterunt. Sed nunquid hæ epulæ tantum priſci æui? profuſiſſimas noſtras quis non admiretur? Plautinum, illud exclamo, *Quod quidem vita me, ſaturerat, mihi diuidæ, & ſenio eſt*, talia agitari conuiuia contra ſumptuarias leges, & Cenſorias notas ex Apicij præſcripto. Sed dicis cauſa, hæc mea haud cœna, neque ad exta quemquam adduco, ne cœnam, videar in Idolio, ideſt, cum profanis. Saltè mihi fas ſubnectere, quæ habet

Conuiuis extra triclinium ſilentium indictum.

Plutarchus *in Lycurgo*, Lacedæmoniis hunc fuiſſe morem, aſſeuerans, vt ſi quem amicum, aut hoſpitem in domum reciperent, oſtenſis foribus, dicerent; *διὰ ταύτης οὐκ ἐξέρχεται λόγος*, id eſt *hac non egreditur ſermo.* Refert idem ibidem veteri inſtituto, qui natu maximus

ximus erat, ſtabat ad oſtium, & ad conuiuium ingredientibus dicebat, oſtenſis foribus, [illegible], *Per hasce nullus ſermo egrediatur foras.* Horatius hunc morem in epiſt. innuit ad Torquatum.

——— Ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.

Quas ergo conuiualis hæc pagina refert ineptias, ne quis, obſecro, ad profanos efferat; dicta tantùm his putes, qui non aſymboli cœnant amiciſſimi. Pium inſtitutum cotonidem imponit huic diſſertationi, ex Atticis bellariis decerptam: Veteres peractis ſacris conuiuatos, ſeque inuitatos alacriùs, vt & [illegible], factum, putat Ariſtoteles, quòd [illegible], hoc eſt, poſtquam ſacrificaſſent, ſe hilaritati conuiuali tradidiſſe. O pium inſtitutum! Et quia in fine conuiuiorum ſe mutuò ſalutabant, illo verbo, [illegible], proſit: ex Dione in Commodo, ita ego tibi ſalutem apprecor propitiam.

Poſt ſacra conuiuium. ſalutabant ſe mutuo in fine conuiuiorum.

ALBERTO BADVARIO
Abbati.

SYNOPSIS XIII.

De Ludis & legibus Funebribus.

FERALES, ſeu ſepulcrales ritus (cum videlicet exequias, iuſta, parentalia, vita functis gratæ memoriæ ergò peragimus) paucis complector, pluribus enim de his Gyraldus, Sardus, & alij.

Diis inferis placandis feralia.

Dij Inferi placabantur, Pluto, Libitina, Proſerpina, Venus Epitymbia, quibus litandis antiqui epulas ferales, parentalia, ſepulcralia, faciebant, quòd in ipſa ſepultura epulum fieret (mos enim antiquorum ſuper ſepulcra epulas imponendi, vt docet Plutarchus *in Craſſo*) aut poſt ſepulcrum. Ideo à Romanis lens, ac ſal [illegible] credita, idest, lugubria, ac proinde mortuis apponi conſueta.

Epulæ ſuper ſepulcra. Lens, ac ſal mortuis appoſitus. Feralia vnde dicta.

Feralia ideo dicta à ferendis epulis ad tumulum,

Hanc, quia iuſta ferunt, dixere feralia, lucem;
Vltima placandis Manibus illa fuit.

Vnde dictæ inferiæ, quòd mortuorum ſepulcris hæc inferrentur, ſcilicet lac, mel, aqua, vinum, ſanguis, comæ, oliua; comæ tantùm mortuo præſenti illatæ, reliqua etiàm abſenti. Flores non numerabantur inter inferias, quia non comburebantur, vt cætera, illis tantùm ſepulchra ornabantur. Cœnam feralem in honorem mortuorum factam paſſim legimus.

Inferiæ vnde dictæ. Quæ inferrentur ſepulcris. Comæ tantũ mortuis præſentibus illatæ.

Ponitur exiguæ feralis cœna patellæ.

Apuleius Floridorum 4. *Exclamauit viuere hominem: præfati igitur amoliuntur, rogum deruunt, cænam feralem à tumulo ad menſam referrent.*

Flores in funeribus non combuſti.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Inferiæ ſemper deteſtabiles ab hoſtibus, ideo Niſus vult in Æneide ſuas fieri ab amico.

Cœna feralis ex quibus conſtaret.

Parentalia ea dicta, quæ in parentum, aut propinquorum morte fiebant; vel à parendo, quòd ita parerent mortuis, qui viuentes ita iuſſerant facere, vel quod ſibi parentibus hoc præſtarent.

Parentalia vnde dicta.

Iuſta quoque vocabantur, quòd iure fierent iis, qui de nobis viuentes benemeriti fuerant, de quibus Virgilius 5.

Iuſta vnde dicta.

Quippe ſui memores alios fecere merendo.

Silicernium (ex Donato) cœna eſt, quæ infertur Diis Manibus, quòd eam ſilentes vmbræ cernant, idest, poſſideant, vel quòd qui inferunt cernant, ſed non deguſtent; nam Inferis quæ libantur, quiſquis guſtaſſet, funeſtabatur. Alij aliter.

Silicernium quid.

Inferis libata guſtare funeſtum.

Vnde Pythagoræ ſymbolum, Ne guſtes quæcumque de menſa deciderint, ea enim amicis defunctis ſacta putabantur. Ideo ſilicernia vel relicta ſuper ſepulcris, quò Manes venire credebantur, vel comburebantur in funere, vel in ipſo rogo, vnde prouerbium, cibum ſeu cœnam e rogo rapere; hi dicti Buſtirapi, Rader. ad Mart.

Funeralis cœna dicebatur etiam Pollinctura, quo nomine etiam tota funeris curatio intelligitur. Pollinctor, antequam efferebatur cadauer, illud vngebat odoriferis aromatis, & vnguentis; vel à linendo dictus, vel à polluendo, quaſi pollutor, vel quòd in funeribus cœnas opiparas celebrabat, pollucibiliter; & panes ex polline comparabat. In pollinctu & cœna funebri, apium, lentem, atque ſalem lugubria fuiſſe, ex Plutarcho, Sardus teſtatur.

Pollinctura, quid. Pollinctor quis eius officium.

Vt cœnaturi priùs potabant mulſum, ita ij, qui funus efferebant, prius id in funeſta domo bibebant. Romani igitur, (vt ex auctoribus colligitur) libationes, & epulas, tum in ipſa ſepultura, tum poſt illam vſurpabant, Liuius lib. 9. Dec. 4. id aſtruit, *Publij Licinij funeris cauſa viſcerationem datam, & gladiatores* 120. *pugnaſſe, ludoſque funebres per triduum factos; poſt ludos epulum, in quo, cum toto foro ſtrata triclinia eſſent, tempeſtas cum magnis procellis orta, coegit pleroſque tabernacula ſtatuere in foro.*

Apium, lens, & ſal quare eo funeſta. Mulſum qui & quando, & vbi libarent. In funere libationes, epulæ, viſcerationes, & ludi gladiatorij.

Nouendiale factum præterea mortuorum nono die poſt obitum peractum, Apuleius lib. 9. *Iamque nono die ritè completis apud tumulum ſolemnibus.* Ideo ludi tunc celebrati nouendiales dicti.

Nouendiale factum. Nouendiales ludi cur ſic dicti.

Hoc tempore reliquiæ ſolebant condi ſepulcro, dabantque operam vt moles ſepulcri tum perfecta eſſet. Illo quoque die claris viris, aut pueris dabantur ludi funebres, vt colligitur ex Virg. 5. Æn.

Præterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiiſque retexerit orbem,
Prima citæ Teucris ponam certamina claſſis.

Ea cauſa *Nouendiales diſſipare pulueres*, dixit amarè Flaccus, epod. 17. quòd quo die ſolebant religioſè coli cineres mortuorum, venefica eos impiè diſſiparet.

Rhodiginus ait, *lib* 17. dictum Nouendiale, quòd nouem diebus mortuos flerent. Ratio in promptu. Vt enim nonus dies naſcen-

Nonus dies naſcentium, & morientium celebris.

Parentalia nono die facta.

Cœna feralis quando.

Nouendiale ſacrum dupliciter actū & quomodo & cur, à quibus indictum.

Nouendialis ſacri formula.

tium, qui & Luſtricus dictus, fuit celebris, ita & nonum diem mortuorum celebrandum voluerunt. Non ergo antè nonum diem parentabant mortuis, tunc autem, Iuſta, Epulæ, Inſcriptio, & finis funeris, ex Donato in Phormione. Facta tunc demum cœna funebris, quæ dicta feralis Apuleio, & Iuuenali. Gyraldus eruditiſſimus de hoc ait *ſyntag.* 17. Nouendiale ſacrum inſtitutum fuit, quod dupliciter actum apud Romanos obſeruauimus: vno modo cum defunctis parentabant, ſeque luſtrabant, (vt in ſepulcralibus docui) altero cum prodigium aliquod accidiſſet, quod Nouendiali ſacro expiare ſolebant, vt frequenter, cum apud alios, tum maximè apud Liuium eſt obſeruatum. Ita verò perficiebatur, vt video doctis placere; Nouem dies aſſiduè Diis ſacrum faciebant; quod ſacrum indici ſolebat, vel à Pontifice Max. vel à Prætore Vrbano, ex Senatus decreto.

Februa quid Sabina lingua.

Februa quādiu celebrata, & quomodo.

Februa dicta piamina defunctorum, quòd Sabina lingua Februum purgamentum ſignificaret, vnde Februarius menſis à februando, ideſt, purgando, nam per dies duodecim februa celebrabantur pro defunctorum Manibus, piacularibus ſacrificiis, circa ſepulcra accenſis facibus, cereiſque.

Denicales feriæ.

Denicales feriæ feriales dictæ, quòd poſt nonum diem, quo cineres tumulo condebantur, decimo peragerentur.

Lemuria, ſeu Lemuralia ſacra.

Lemuria, ſeu Lemuralia ſacra ad placandos Manes Remi: de his vide Gyraldum *Syntag.* 17.

Exuerræ quid quomodo, & cur vſurpatæ.

Euerriatores qui.

Exuerræ erant purgationes domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus erat, quæ fiebant per Euerriatorem (is fuit teſte Pompeio, qui accepta hæreditate, iuſta facere defuncto debebat) certo genere ſcoparum adhibito, ab extra verrendo dictas volunt. Haſce libationes, & ſacra ideo antiqui vſurpabant, vt animæ ex Stygiis paludibus ad Campos Elyſios, in requiem deducerentur.

Epulum anniuerſarium ad ſepulchra.

In funebribus epulis albæ veſtes.

Præter hæc iuſta, legatum quoque aliquando teſtamento epulum anniuerſarium, quotannis ad ſepulcrum, floribus, atque odoribus reſperſum, pro hæreditate exhibebatur. In his funebribus epulis albæ veſtes vſitatæ, tum Argiuis, tum Græcis omnibus: lege Plutarchum in problem. *Cur fœminæ in luctu; & cadauera albam veſtem geſtarent.* Herodotus *lib.* 4. Thracum, Perſarum epulas funebres monſtroſas exponit. Alios externos omitto, ne actum agere videar. Legendi auctores ſupra citati, aliique de hoc agentes.

Chytri χύτροι feſtum apud Athenien. in quo omne ſeminum genus in olla coquere ſolebant, Dionyſio & Mercurio operantes, ſiéque ex coctis quicquam guſtabant, ſed Mercurio, & Dionyſio Cthoniis pro mortuis offerebant.

Dies funebres.

Nomina dierū funebriū Græcorū, & Latinorum.

Dies verò memoriæ defunctorum deſtinati, Græcorum, dicebantur, Necyſia, Enuata, Enagiſmata, Cteriſmata, Entehriſmata, Taricheumata, Triaconrades. Latinorum, Iuſta, Exequiæ, Inferiæ, Parentationes, Nouendialia, Denicalia, Februa, Feralia, & alia huiuſmodi. His ritibus multi non abſimiles noſtris, vt patet apertiſſimè.

Decurſiones funebres.

Decurſiones præterea celeberrimæ in funeribus, quæ repetebantur ab hominibus armatis, ab equitibus cum vlulatu, quibus miſti interdum pedites.

Ludorū tria genera inferorum.

Taurilia quæ.

Compitalia quæ.

Tarentina quæ.

Tria Ludorum genera Inferis Diis: Taurilia, Compitalia, Tarentina. Taurilia, à Tauris Scythiæ populis denominata, vbi Tauricæ Dianæ (quæ apud inferos eſt Proſerpina) pro victimis homines immolabantur, quod factum etiam Romæ vſque à Tarquinij temporibus, qui hos ludos inſtituit. Compitales ex vicis compitorum celebrati Laribus, ac Maniæ. Tarentini dicti à Tarento loco in Campo Martis, quod ibi ad aram Ditis patris occultè in terra ſacrum fieret Manibus. In haſce funeribus facem quatio, & vna lumen tuum vindico, fumum diſpellens, antiquitatis prolatis tabulis, de iure antiquo funebri, in quib. verba à Sphynge contorta negotium Oedipo faceſſerent. Verborum ſyrmata ab hac atra veſte abeſſe, ſit fas, & vndas ab hoc fuſco riuo. De his optimus ſermo, qui breuiſſimus.

Leges funebres.

Sumptus nimius funeri interdictus.

Coronæ quæ cadaueribus permiſſæ.

A Numa religionis Romæ primo aſſertore hæc lex lata circa funera. *Vino rogum ne aſpergito.* Plinius ita interpretatur *lib.* 14. *cap.* 12. Romulum lacte non vino libaſſe, Indicio ſunt ſacra ab eo inſtituta. Numæ Regis poſthuma lex eſt; nemo dubitat. In eadem lege; *Ex imputata vite libari vina Diis nefas.* Statuit, vt putare cogerentur agricolæ. Aliter Lipſius 3. *antiq. lect.* adi.

Lex xij tab. de funeribus

Duodecim tabulæ circa funera hæc ſanxere:

In vrbe nulla ſepultura.

Neminem mortuum in vrbe ne ſepelito, néve vrito. Pontificum Collegio cautum, ne locus publicus priuata religione obligaretur; virtutis tamen excellentis cauſa, quidam in vrbe ſepulti; item Imperatores, Virgines Veſtales, vel nocentes viuæ, licèt in Campo ſcelerato obrutæ.

Superſtitioſa pompa funebris vetita.

Rogum aſcia ne polito, hoc plus ne facito. Hæc lex remouet inutiles, & ſuperuacuos ſumptus à funeribus, ne nimio faſtu celebrentur.

Sanguine oblitandū manibus.

Mulieres malas ne raduntο, néve leſſum funeris ergò, habento. Moris enim priſci, & inhumani fuit, vt ante rogos ſanguis humanus effunderetur, vel captiuorum, vel gladiatorum, quorum ſi fortè copia non fuiſſet, fœminæ laniantes genas, ſuum effundebant cruorem, quod hac lege vetitum; néue leſſum facerent, ideſt, eiulatum, & lamenta plangentes mulieres.

Oſſa & membra non abſcindenda cadaueribus.

Homini mortuo ne oſſa legito, quò poſt funus fiat, extra quàm, ſi militiæ, vel peregrè mortuus ſit. Ne videlicet luctus duplicarentur, iterum oſſa legendo; & denuò inferias faciendo. Vel, ne cadaueri oſſa aliquot, aut membra adimerentur, abſcinderentúrue: niſi corpus apud peregrinos iaceret.

Seruorum cadauera uncta.

Vt ſeruilis vnctura, omniſque circumpotatio tollatur. Hæc lex de ſeruis intelligenda, non de liberis, ex lege Solonis deprompta, liberorum enim cadauera lota, vncta, vt ſupra à me dictum.

Vti

Vti ne ſumptuoſè reſperſio fieret, neve murrhinea potio, mortuo ne inderetur: nevè longæ coronæ: nevè acerra adhiberentur. Cadauera precioſiſſimis liquoribus non eſſe perfundenda, nimiáſque circa id ſumptus non eſſe faciendos, hæc lex innuit: longæ etiam coronę triumphalibus tantum curribus permiſſæ. Acerræque, id eſt, aræ, vbi odores adolentur, vetantur hac lege.

Sumptus nimius funerū interdictus.

Qui coronam parit ipſe, pecuniaue eius, virtutis ergò arduitor, ipſique mortuo, parentibuſque eius, dum intus poſitus erit, foriſque feretur, ſine fraude impoſita eſto. Hæc lex, quaſi exceptio præcedentis, licet enim in funeribus eas coronas ferre, quas quis, vel ipſe, vel per ſeruos, equoſque ſuos, virtutis ergò, in publicis ludis, certaminibuſque ſibi peperiſſet. *Arduitor*, id eſt, adducito, ſeu, addito.

Coronæ quę cadaueribus permiſſæ.

Vt plura funera ne vni fierent, nevè lecti plures inſterneretur. Ad minuendos ſumptus hæc lex data: tenuis fortunæ homines Capulis, Pheretris, Loculis, Sandapilis: at potentiores lectis elati. Sulla ſex millia lectorum in funere habuit.

Lectis elati potentiores.

Nevè aurum addito: aſt quoi auro dentes vincti erunt, im cum illo ſepelire, & vrere, ſe fraude eſto. Vetat lex, aurum nè ſepulcris injiciatur: in rogum enim, & ſepulcra precioſiſſima quæque luxus gratia olim iniecta. Excipit lex, ſi cui dentes excidiſſent, eoſque incruſtaſſet auro, licere eos cremari, vel ſepeliri: *Im*, id eſt, eum: *ſe*, id eſt, ſine: vtrumque antiquè.

Aurum an hectū in rogos inijcere.

Rogum buſtumve nouum ne propius ædes alienas 6. pedes, inuito domino, adiicito; neve forum ſepulchri, buſtumve vſucapito. Lex cauet, ne forum ſepulcri, buſtumvè vſucapi liceat. Forum enim eſt veſtibulum. Iura ſepulcrorum ſancta, quæ tamen ob vſtrinæ, aut cadauerum tetrum odorem procul ab ædibus ſtatuenda.

Sepulcra, & rogi quàm procul ab ædibus.

In luctu publico publicè ſigna doloris edebantur, iuſtitium indicebatur, fora ſilebant; & tribunalia veſte pulla induebantur. Senatus equeſtrem, equites plebeiam, plebs ſordidam veſtem induebant, anuli aurei ponebantur. Senatores in theatro penulati anguſtum clauum ſumebant, equites anulos aureos deponebant. Mulieres purpuram atque aurum deponebant; viri capillum, & barbam promittebant: Buleng. *de Imper. Rom.*

VICTORI GRIMANO Abbati.

SYNOPSIS XIV.

De Sepulcralibus externis ritibus ex Herodoto, & aliis.

APVD Perſas Sepulcralem ritum non vulgarem lego, his verbis in Herodoto libr. 1. *Quod videlicet defunctorum Perſarum cadauera non prius humentur, quàm aut ab alite, aut cane trahantur; Magos tamen ſat ſcio, factitare, quandoquidem apertè faciunt, mortuumque ceram inuoluentes in terram condunt, &c.*

Sepulcra ex ritu Perſarum.

Cadauera nō humata, niſi à cane, aut alite prius lacerata.

Apud Babylonios Sepulcra in melle erant: Idem in eodem libr. *Sepulcra eiſdem in melle ſunt; luctus funebris illi Ægyptiorum perſimilis &c.*

Sepulcra Babyloniorum in melle.

Honorificè ſepeliendi modum apud Ægyptios in eodem lib. lego, his verbis (loquitur de Rege Mycerino) *Qui clade ſupra modum dum doleret, velletque filiam excellentiori aliquo genere ſepelire, quam cæteri, feciſſe ligneam bouem vacuam, quam cum inauraſſet, in ea filiam ſepeliſſe defunctam, neque humo hos condita;* paulo poſt, *Cui ſingulis diebus omnifarij odores inferuntur, noctibus autem perpetuo incenſa lucerna aſtat, &c.* Sale condita cadauera, idem narrat. *Per eos nihil admodum calamitatis expertus, defunctuſque & ſale conditus eſt, & in ſepulcris, quæ ipſe ædificauerat, ſitus intra templum, &c.*

Sepeliendi modus honorificus apud Ægyptios.

Odores illati, & lucernæ accenſæ in ſepulcris.

Sale condita cadauera.

Apud Æthiopes Macrobios huiuſmodi fuere, ipſo id eodem libro referente. *Ad extremum inſpexere eorum ſepulcra, quæ dicuntur ex vitro eſſe conſtructa hunc in modum. Poſteaquam mortuum, ſiue Ægyptiorum, ſiue aliorum more areſecerint, totum gypſo inducunt, picturaque exornantes repræſentant, quoad poteſt, effigiem eius. Deinde cippum ei vitreo, quod apud illos multum eſt, & facile effoditur, circumdant: in cuius medio mortuus interlucet, nihil odoris ingrati, neque fœditatis vllius exhibens, ſed omnia illi ipſi mortuo ſimilia habens. Hunc cippum maximè propinqui intra ædes annum tenent, offerentes ei omnium rerum primitias hoſtiaſque: Anno exacto efferunt, circaque vrbem ſtatuunt, &c.*

Sepulcra vitrea apud quos.

Cadauera arefacta gypſo, & picturā exornata. &c.

Cadauera in cippo quomodo aſſeruata.

Apud Iſſedones hæc fiunt, vt ipſe libr. 4. refert. *Quoties pater alicui deceſſit, omnes ei propinqui pecora adducunt, quæ vbi mactauerunt conciderunique, concidunt, & mortuum patrem illius, à quo in conuiuium accipiuntur, commixtiſque omnibus carnibus, conuiuium exhibent; caput tum defuncti denudatum, purgatumque inaurant, eoque pro ſimulacro vtuntur, agentes illi quotannis maiores beſtias cæremoniaſque, &c.*

Mortuis primitię & hoſtiæ.

Apud Hyperboreos hoc refertur parentationis genus ab eodem lib. 4. *Cæterum his virginibus Hyperboreis vita functis in Delo, parentant puellæ Deliæ, ac pueri tonſis vtrinque crinibus, quos puellæ quidem fuſo inuolutos ſupra monumentum aliarum deponunt, pueri autem ad quandam herbam applicantes, & ipſi ſepulcro imponunt. Eſt autem monumentum Artemiſium ad ſiniſtram intrantibus, olea illic ſuper enata, &c.*

Parentationis genus, apud Hyperboreos.

Puellæ, & pueri detondent crines in parentatione, quos illæ fuſo inuoluunt.

Apud Scythas hæc. *Alios autem Scythas, cum deceſſerunt, proximi quique in plauſtris collocatos ad amicos circumferunt eos ſinguli amicorum excipientes, epulum cadauer comitantibus præbent, tam propinquis, quam cæteris; ad hunc modum quadringenta diebus priuati homines circumaguntur; dehinc humantur, tali tamen ratione prius purgati. Vbi caput exinaniuerant, abluerantque, circa corpus ita agunt. Tria ligna ſtatuunt mutuò inclinata,*

Sepulcrales mores Scytharum.

Cadauera purgata.

circa hæc prætendunt lanea pilea, quàm maximè poſſunt conſtipantes, & in ſcapham, in medio lignorum, pileorumque poſitam, lapides coniiciunt exiguè perſpicuè.

Sepulcrales Thracum ritus.

Apud Thraces hoc ſepulturæ genus idem libro 5. refert. *Optimatibus eorum tales ſunt ſepulturæ. Prolato triduum cadauere, mactatiſque omnifariàm hoſtiis, conuiuantur; illudque deflentum prius, deinde combuſtum ſepeliunt, aut aliter humo contegunt, aggeſtóque deſuper tumulo, cùm alia omnis generis certamina proponunt, tum præcipuè certa cum ratione monomachiam, id eſt, ſingulare certamen. Et ſepulturæ quidem Thracum huiuſmodi ſunt, &c.*

Monomachia, & alij ludi in funeribus. Cadauera lota & obuoluta.

Lauabant etiam, & obuoluebant cadauera magnorum virorum Perſæ: idem lib. 6. *Ea re audita Darius, obiurgatis, qui id fecerant, quod hominem viuum in conſpectum ſuum non aduexiſſent, iuſſit Hiſtiæi caput, cùm elotum atque obuolutum ſepelire, tanquam de ſe ipſo viri, ac de Perſis benemeriti.*

Sepulcrales ritus Laced. Mors regis enunciata per totam regionem, apud quos, Fœminæ ollas pulſantes in morte Regis. Mortuorum in bello regũ funus quomodo celebratum apud Laced.

Apud Lacedæmonios Regum ſepeliendorum ritum ex eodem libro percipio his verbis. *Equites per vniuerſam Laconicam obitum regis enunciant, fœminæ per vrbem circumeuntes ollas pulſitant: Cumque hoc fit, neceſſe eſt ex ſingulis domibus duos ingenuos, marem, ac fœminam luctu fœdari, magnis pœnis, niſi hoc faxint, impoſitis. Eadem circa funus Regum conſuetudo Lacedæmoniis, quæ barbaris Aſianis; nam plerique Barbarorum eodem ritu in morte regum vtuntur. Siquidem, poſtea quàm mortem obiit Lacedæmoniorum Rex, oportet eius exequiis adeſſe ex omni Lacedæmonis regione neceſſarios quoque Spartiatarum, qui ſunt numero vicinorum, quorum & item ſeruorum, atque ipſorum Spartiatarum, poſtea quàm multa millia in vnum coacta ſunt, promiſcuè cum mulieribus frontes ſuas intrepide pungant, & vlulatu immenſo vtuntur, vltimum quemque Regum dicentes ſemper fuiſſe optimum. Qui verò Rex in bello periit, eius ſimulacrum, cum expreſſerunt, in toro benè ſtrato efferunt, cuius tumulatione decem dies Iuſtitium eſt, nulluſque magiſtratuum conſeſſus, ſed luctus continuus. In hoc quoque cum Perſis iſti conueniunt, quod defuncto rege alter, qui ſuccedit, liberat ære alieno, quicunque Spartiata aliquid, aut Regi, aut Reipublicæ debebat. Apud Perſas, qui Rex creatus eſt, omnibus ciuitatibus tributum, quod debebant, remittit, &c.*

Iuſtitiũ per decem dies in regis morte. Reges mortuo ſuccedẽtes liberabãt ære alieno eos, qui Reip. deberent.

Apud Perſas lib. 7. idem refert, magnificè funeratum Achœmenidem à Xerxe, his. *Xerxes magno damno ducens maximum hominum fato functum apparatiſſimè eum funerauit, exhibito etiam epulo, eiuſque tumulum omnis exercitus extruxit, cui tanquam Heroi ex oraculo Acanthij ſacrificant, nomine eum nuncupantes &c.*

Epulum in funeribus datum. Heroibus facientes eos nomine vocabant.

Cadauera puniceo amictu, & oliua ornabant. Nomen defuncti in ſepulcro nõ inſcriptum, niſi in bello deceſſiſſet.

Apud Græcos ex Plutarchi Lycurgo ſancita hæc lego circa ſepulcrales ritus. *Deinde nihil cum mortuo ſepelire permittebant, ſed condentes corpus, puniceo amictu & oliuæ frondè circumdabant. Neque licebat mortui nomen inſcribere, niſi aut viri, aut fœminæ, qui piè in bello, præclaréque periiſſent. Lugendi verò tempus breue præfiniunt, dies vndecim. duodecimo autem poſt celebratum Cereri ſacrificium ſoluere luctum oportebat, &c.*

Luctus quãdiu apud Græcos in funeribus. Mortui ad orientẽ conuerſi à quib. Mortui ad occidẽtẽ cõuerſi à quib.

Apud Megarenſes, & Athenienſes, ritum mortuos ſepeliendi lego ex eiuſdem Plutarchi Solone, his verbis, *In ſepeliendo enim Megarenſes mortuos ad orientem conuertunt, Athenienſes autem verſus occidentem, teſtatur contrà Hiereas Megarenſis, aitque, Megarenſes etiam mortuorum corpora ad occidentem verſus humi mandare; idque præterea magis adiungit, Athenienſium ſingulos ſingula ſepulcra habere, Megarenſes tres, & quatuor vno ſepeliri, &c.*

Alex. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 6. hæc refert, Tauricis apud Scythas cum regibus præcipuè gratos, & qui magno in honore fuiſſent, ex amicis ſepelire in vſu fuit, cui Rex tanquam pignus amoris aures abſcindere ſolebat. Apud Græcos vſurpatum, vt, cum aliqui inexplicabili nexu copulantur, vno pallio inuicem ſe operiant, & morte obitâ eodem tumulentur; quo ſignificabant, duo ſimul corpora concordibus animis, & mente teneri, &c. Ex quibus duos etiam vno tumulatos fuiſſe ſepulcro patet.

Sepulcra ſingula ſingulis.

Ægyptij nec cremabant, nec tumulabant mortuorum cadauera. Quod refert Pomponius Mela lib. 1. cap. 9. *Mortuos, inquit, nec cremare, nec fodere fas putant, verùm arte medicatos intra penetralia collocant*, & Plinius *lib.* 2. *cap.* 38. & Stobæus *ſermone* 122. Silius Ital. lib. 13.

——— Ægyptia tellus
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo
Corpora, & à menſis exanguem haud ſeparat vmbram.

Cadauera quibus delibuta.

Cauſam verò, cur corpora non comburerent, vide in Stobæo, loco citato. Cadauera verò in loculis aſſeruanda medicabantur myrrhâ, aloë, cedro, melle, ſale, cerâ, bitumine, & reſinâ, odoribus, & vnguentis delibuta.

Cadauera foliis ſtipata ſepulta à quibus. Sepulta pecunia à quib. ſimul cum mortuis. Sepulcra Hyrcanorum canes, & à quibus. Sepulcrales canes qui.

Plinius *lib.* 35. *cap.* 12. refert Pythagoreos non vnguentis, ſed foliis myrti, populi, oleæ, ſtipatos mortuos humi mandaſſe, quo etiam modo M. Cato humari voluit. Albani, vt refert Strabo *lib.* 2. cum mortuis pecuniam in loculis ſepeliebant. Hircanis verò pro ſepulcro canes fuere, à quibus lacerabantur, eos quiſque ſibi nutriebat in vitam à quibus mortuus lacerandus eſſet; qui canes, (vt refert Strabo *lib.* 2.) dicti ſepulcrales. Huius moris teſtis eſt Silius Ital. *lib.* 13. qui tamen videtur innuere circa tantùm regia cadauera hoc factitatum, illis verbis.

Regia cum lucem poſuerunt membra, probatum eſt.
Hyrcanos adhibere canes &c.

Sepulturã Hyrcanã.

Ideo Deogenes ille dicebat, ſi canes ſuum cadauer laniarent, Hyrcanam ſepulturam fore.

Sepulti armati milites.

Apud Cares milites etiam ſepeliebantur armati, quod Thucydides teſtatur in præfatione de bello Pelopon. *Siquidem*, inquit, *cum expiaretur ab Athenienſibus hoc bello Delos, deſtructis ſepulcris eorum quicunque in ea inſula deceſſiſſent, Cares agniti genere armorum, cum quibus ſepulti erant.* Veſtes etiam

cum

Veſtes cum cadauere crematæ.

cum cadauere crematas, docet Plutarchus in Cat.Min. ſumptuoſo illo funere, quod filio mortuo parauerat ipſe Cato, vbi inquit, *verùm etiam ſumptu funeris, odorum magnificentia, & veſtibus pretioſis cum cadauere crematis &c.*

Sepulturæ nulli intra muros apud quos.

Apud Sicyonios nefas aliquem intra Vrbis mœnia ſepelire, quòd refert Plutarchus in Arato. *Ad hunc modum cum fato functus Ægij in 17. Pratura eſſet: contenderentque Achæi, illic, vt iuſta ei, & monumenta, ex vita dignitate fierent: calamitoſum duxerunt Sicyonij, niſi conditum corpus apud ipſos foret, flexeruntque Achæos, vt id permitterent. Quia verò vetus lex humari quemquam intra Vrbis mœnia vetabat, & grauis adiuncta legi erat religio, Delphos miſerunt ad conſulendum ſuper ea re vatem, qui haſce ſortes dedit.*

Conſultas Sicyon tellus, natalis Arati
De iuſtis ſemper, feſtis quoque concelebrandis
Defuncti Herois, veritùm, illum, ſi qua grauant, ſunt
Et maris, & Cœli, terraque piacula craſſa.

Sepulcralis pompa.

Allato hoc oraculo, Achæi cuncti gauiſi ſunt, Sicyonij præcipuè, qui conuerſo in feſtum luctu, protinus corpus ex Ægio coronati, & candidis amicti veſtibus, carminibus, & tripudiis in ſuam deduxêre, locoque delecto conſpicuo, & conditorem, & ſeruatorem Vrbis ibi funerauerunt. Appellatur vſque ad hanc memoriam locus, Aration. Sacra ei faciunt ſemel, quo die Ciuitatem à Tyrannide vindicauit, quinto Menſis Deſij, quem Athenienſes Antheſterion nominant. Hoc feſtum appellant Soteria:

Soteria feſtum.

iterum quo menſe memorant natum. Priora Iouis ſeruatoris ſacerdos facere fuit ſolitus, ſecūda Arati, qui faſciam non ex toto albo candidam, ſed intextam purpura gerebat. Carmina ad citharam canebantur à ſymphoniacis. Pompam ducebat gymnaſiarches puerorum, & adoleſcentium. Inde Senatus coronatus ſequebatur, & reliqui Ciues quibus libebat, quorum obſcura adhuc veſtigia diebus illis deſunctoriè retinent.

Honori fuit, refert Dio, Iulio Cæſari quòd intra pomerium crematus ſit, qui honor conditoribus tantùm vrbium, Virginibus Veſtalibus, aut raro benemeritis ciuibus tributus.

Othonis funus.

In Othonis funere hæc lego Romæ facta, apud Plutarchum in eodem. *Nec quiſquam reliquit eum, ſaluti ſuæ, propinquis iam hoſtibus, proſpiciens, ſed exculeum corpus rogo parato tulerunt armati, exultauerantque, qui occupauerunt, ſubire, & geſtare lectum. Cæteri partim vulnus examini in genua procumbentes exoſculati ſunt, partim manus attigerunt, alij procul adorauerunt, alij ſubditis rogo facibus ſe ipſi confodere, &c.*

Melle & cera condita cadauera.

Melle condita cadauera, & cera, etiam docet Æmilius Probus in Ageſilao, his verbis. *Ibi eum amici quo Spartam faciſius perferre poſſent, quod mel non habebant, cera circumfuderunt, atque ita domum retulerunt.*

Templa bonæ ſæuæ cauſſa nominata, cum eſſent tumuli ex Clemente Alexandr. Buleng.

Inſignia do-

Morituri prius inſignia, & ornamenta ſua deponebant, ne cum his, & in his morerentur, Æſchylus.

poſita à morientibus.

In ſepeliendis, qui pro patria occubuerunt, Athenienſes ita conſueuerunt.

Funus pro patria cadētū Athenis.

Primum oſſa mortuorum triduo ante, facto tabernaculo, proponuntur, & quiſque cadaueri ſui propinqui addit, quod vult. Cumque funus effertur, tunc plauſtris euehunt arcas ex cupreſſo factas, pro qualibet tribu vnam. In his condita ſunt oſſa, inter colligendum, quæ agnoſci potuerunt. Comitantur pompam funeris quicumque volunt ex ciuibus, & hoſpitibus. Adſunt etiam mulieres cognatæ, mortuos lugentes. Deinde ponunt in publico monumento Ceramico dicto ſuburbano, vbi ſemper ſepulti occiſi in bello, quibus & oratio funebris à viro præſtanti habebatur. Quod ſi vir præſtantiſſimus occubuiſſet in eo ipſo loco, vbi ceciderat, ſepelitur: Thucydides *lib.2.* Varios hos ritus, paucis complector. Ignoſce oro ſi quid bis repetitum; tumultuaria enim hæc ſchediaſmata.

Græcorum cadauera. Meſſeniorū.

Græci veſte alba, cadauer, coroniſque ornant, & Pæana canentes ſepulcro inferunt, Pauſanias *in Meſſen.*

Athen. ritus.

Apud Athenienſes ſtatutum erat, vt ſingulæ tribus ſingulas arcas haberent, in quibus cadauera, & reliquias eorum, qui in bello ceciderant, conquiſitas, vehiculis ferrent; & ſingulos ſingulis ſepulcris condiebant, quod à Romanis quoque vſurpatum.

Lycurgi legibus funerare in vrbe extinctos non interdictum, quod & aſſueſcere vellet iuuentutem, ne horreret mortem.

Ceramicus Athenis.

Athenis intra vrbem Ceramicus erat, vbi bello perempti ſepulti, & funebres orationes habitæ; at reliquorum cadauera ſepulta in tumulis extra vrbem, in quibus columnæ extabant, cum nominibus defunctorum per ſingulas tribus: Corinthiorum hic quoque mos.

Perſarum ritus.

Perſæ (vt refert Agathius *lib.2.*) nudant carnibus oſſa, & per campos diſpergunt, quod in arcam vel vrnam mortuos condere, vel terra obruere, haud fas putant; neque ignem Deum ſuum mortuis inquinari volunt.

Varij ritus gentium.

Si non ſtatim aduolaſſent aues, hominem fuiſſe inquinatis moribus autumant. Brachmanes & Iberi vulturibus cadauera exponunt; Pæones piſcibus, Parthi auibus, & canibus: oſſa verò ſepeliunt, ex Herodoto, Alex. & aliis.

IOANNI BAPTISTÆ Spadæ.

SYNOPSIS XV.

De Nuptialibus legibus Romanis & externis. De Diuortiis, Nudipedalibus, & aliis huiuſmodi.

De Connubiis.

CONNVBIORVM ratio quàm maximè Romæ habita, vti & nationis & conditionis, & gentis, & ſanguinis

guinis reſpectus haberetur, ad prolis ingenuitatem, & educationem promouendam: ex qua boni ciues, ex bonis ciuibus politia felix naſcitur. Nationis ratio habita, ne Romanus niſi Romanam duceret: per Romanos, intelligebantur omnes Itali, niſi id iuris illis eſſet ademptum. Poſtremò, Municipes etiam ciues Romani habiti: Qui verò ex mulieribus ſuſcepti eſſent, cum quibus connubium non eſſet, eos ne liberos quidem, nedum ciues fuiſſe ſatis conſtat.

Nationis ratio habita.

Conditionis ratio.

Conditionis ratio ea dicta, ne ingenuus libertinam, aut libertinus ingenuam duceret.

Gentis ratio.

Gentis ratio, ex Decemuirorum tabulis, ne patriciis cum plebeiis connubium eſſet, quæ lex quinto poſt anno abrogata.

Sanguinis ratio.

Sanguinis ratio in vxore ducenda habita, vt habent I.Conss. patrui filia, per mores, & leges, duci poterat, vt docet Sigonius, ex quo hæc ego mutuatus.

Connubiorũ cura maxima Romę. Cœlibatus pœna.

Romanis connubiorum, ſoboliſque ſemper magna cura. Ideo Cenſoria illa ſolemnis quæſtio, *Ex animi tui ſententia tu vxorem habes?* Ideo Ciceroni ficta lex, *Cœlibes eſſe prohibento.* Nec ignominiæ ſolùm cœlibatus, ſed pœnæ erat, vt paulò poſt dicam.

Sponſalium ætas.

Sponſalibus lex data, vt notat Lipſius, Excurſu ad Tacitum; Decennis, & non ante, deſponderi poterat, ad nuptias verò duodecennis. Ne mulier 50. annis minor ſexagenario nuberet, ne vir minor 60. quinquagenariam duceret.

Leges nuptiales Rom.

Nubentium præmia.

Præmia maritorum hæc recenſentur ab eodem Lipſio. 1. vt in petitione magiſtratus præferrentur, quibus liberi plures. 2. vt præferrentur Proletarij in ſorte prouinciarum & eaſdem diutius obtinerent. 3. præirent, eminerentve in omni magiſtratu. 4. in honoribus petendis, verbi gratiâ, ſi minores 25. annis ad honores non admitterentur, beneficio prolis id conſequerentur. 5. qui plures liberos haberet, in vrbe tres, in Italia quatuor, in prouinciis quinque, à cura, tutelâ, cæteriſque muneribus perſonalibus immunis eſſet. 6. damnatorum liberi plures aſſem acciperent, mitioreſque pœnæ illis reis irrogarentur. Ex his ortum Ius illud celebre, trium liberorum, quod orbis ex Principis munificentia aliquando permiſſum. Vnde cœlibes ex teſtamentis nihil recipiebant, niſi ex bonis proximè ſuorum, orbi nonniſi dimidium.

Ius trium liberorum.

Cœlibes exhæredes.

Viduæ coactæ iterum nubere.

Viduæ Romæ aliquando coactæ ad nuptias denuò; ni id ſponte facerent, ob prolis neceſſitatem, vt notat Plutarchus in Camillo.

Vxori nefas virum relinquere.
Cauſæ diuortij.

Vt verò perpetuum hoc fœdus coniugale, & ſine diſſidio foret, Vxori virum relinquere, & cum alio copulari nequaquam licebat: viro autem, niſi vxor in adulterio, aut veneficio, ſiue clauium adulteratione, deprehenſa ſit; aut ſi vinum biberit, leges à Romulo latæ dimittere nulli ſinebant; qui aliter diſſidium feciſſent, bona virorum ad vxorem deuolui voluerunt.

De diuortiis.

De diuortiis autem ad hanc rem pauca enucleo. Connubiorum tria genera, vt dictum, triplici modo copulata, triplici modo quoque diſſoluta. Mulier ergo vſu copulata vſurpatione liberabatur. Vſurpatio enim apud I. Conss. vſucapionis interruptionem ſignificat: & huic contraria. Quare ſi mulier à marito trinoctium aberat, nondum vſucapta, ante annum vſurpabatur, hoc eſt, à parentibus, aut tutoribus, ſolemni quadam ratione apprehendebatur, & à viri poteſtate vindicabatur.

Mulier vſucapta quomodo liberata.
Vſurpatio in Matrimonio quæ.

Confarreatum Matrimonium dirimebatur, diffarreatione, quod libo farreo fiebat.

Confarreatũ matrimonium quomodo ſolutum.
Diffarreatio quæ.
Coëpta mulier quomodo ſoluta.

Coëmptio mulieris emancipatione diſſoluta, cum, cui in manum erat tradita, & emancipata, ab eodem repetebatur emancipanda. Loënſis *lib. 7. c. 11.* probat omne matrimonium factum per coëmptionem fuiſſe etiam per conſecrationem. Lege auctorem.

Hæc ſeparatio coniugum dicebatur, Diuortium, de quo lex Romuli ſupra allata: lege etiam 12. tabularum permiſſum, potiſſimum ob moroſitatem, aut ſterilitatem vxoris, non modò conſummatis nuptiis, ſed etiam in ſponſalibus.

Conditiones diuortij faciendi.

Tenebantur autem iuſiurandum præſtare Cenſoribus, legitimas fuiſſe diuortij cauſas, quas obtendebant. Deinde, vt nuptiæ tabulis firmatæ, ita tabulis diſſolutæ. Ex lege Iulia, Diuortia facta ſeptem ciuibus Romanis puberibus teſtibus adhibitis, præter libertum eius, qui diuortium facit: quod in tabulis dotalibus ſignandis quoque ſeruatum. Vxor verò ſi præſens, ex ædibus exturbabatur: ſi abſens, libellus mittebatur, vel per aliquem è libertis, vel per procuratorem, in quo legitimæ cauſæ erant ſcriptæ. Formula Diuortij hæc; *Res tuas tibi habeto*, vel, *Res tuas tibi agito.* Repudij formula: *Conditione tua non vtor.*

Diuortia coram teſtibus facta.

Formula diuortij.
Repudij formula.
Repudiũ in quo differt à diuortio.

Repudium ſponſæ remittebatur; Diuortium verò coniugibus: Exeunti vxori reddebatur quicquid ſecum attulerat. Plaut. Amphitr. *Valeas, tibi habeas res tuas; redde meas.* Claues quoque illi ademptæ, traditæ in nuptialibus. Si diuortium citra culpam mulieris obtigiſſet, integra repetebatur dos, ſi verò mulieris vitio, dotis parte, pro liberorum numero mulctabatur. Apud Græcos, mulier diuertere volens, ipſa, non per alios, diuortij monumenta apud Archontem deponere tenebatur. Lege Plutarchum in Alcibiade.

Claues ademptæ in diuortio.
Pœna iniuſti diuortij.
Diuortium Græcorum

Refert Valerius Max. quoties inter virum & vxorem aliquid iurgij interceſſerat, in ſacellum Deæ Viriplacæ, quod erat in Palatio, veniebant, & ibi inuicem locuti, contentione animorum depoſita, concordes reuertebantur. Et licet Diuortium lege fuerit permiſſum, non tamen admiſſum, niſi ſerò à Seruilio Spurio ob vxoris ſterilitatem.

Viriplacæ ædes.

Diuortium primum.

Viduæ iterum nubere lege cogebantur; non tamen ante exactos à morte mariti menſes decem, vt docet Plutarchus in M. Antonio. Apud quoſdam Barbaros, vt docet Pauſanias *in Corinth.* fœmina viro viduata, iterum non nubebat. Dialis, ex eodem Plutarcho, coniuge defunctâ, Flaminio abite

Viduæ quando iterum.

Dialis carere viduatus.

Flaminio abibat.

abire cogebatur, quia ſine coniuge eſſe, aut iterum coniugio copulari non decebat: namque bis matrimonio copulati, ſiue bigami, ſacerdotio pelluntur, ex Trogo *lib.* 12. Gellio *lib.* 1. *cap.* 15. Hoc ab Ægyptiis quoque ſeruarum, vt ſacerdoti ſemel tantum ducere vxorem ſit fas. Quòd ſi mulier vidua intra decem viduitatis menſes iterum nupſerit, ex Numæ lege, vaccam prægnantem immolare tenebatur.

Bigami ſacerdotio pulſi.

Vacca prægnans immolata à vidua pubente ante tempus.

Connubiales ritus externi.

Ritus connubiales externi.

Connubiales ritus Romanorum proximè ſequuntur externorum, qui mihi tantùm delibandi. Plutarchus in vita Lycurgi, Lacedæmoniorum ritus pluribus refert, innuens eas nubere raptu. His verbis, *Nubebant autem raptu*: & quæ ſequuntur. Item paulò inferius, *Licebat enim ſeniori*, &c.

Adulterium nullū apud Spartanos, & Cianos.

Adulterium nullum apud Spartanos fuiſſe ob mulierum, virorumque pudicitiam, modeſtiamque, refert Plutarchus, de virtutibus Romanis, item apud Cianos 700. annorum ſpatio.

Vxores aliis permiſſæ liberorū cauſa.

Romanorum ritus connubialis refertur à Plutarcho, in comparatione Numæ, & Lycurgi, his verbis, *ſed Romanus quidem vir, cum ſatis ſibi filij educati eſſent, alterius ſucceſſionibus, qui filiis indigeret, cuius dedenda, recipiendaque ius habebat, cedebat: at Lacon quæ domi apud ſe eſſet, manente etiam coniugio in antiquo iure, vxorem ei impertiebat, qui ad ſobolem ſuſcipiendam ſuaſiſſet.* Apud Romanos Plutarchus aſſerit, plus verecundiæ & plus modeſtiæ in fœminis, quàm apud Græcos.

Romanæ fœminæ Græcis modeſtiores.

Matrimonia cū peregrinis illicita.

Moribus & legibus Græcorum receptum, vt matrimonia cum peregrinis, atque hoſpitibus inceſta, atque illegitima habeantur, à quibus nati μιξόγαμοι, Latinè Hybridæ dicti.

Vxorem ducturi domū ædificant.

Vxorem ducturi olim domum ædificabant, vt habetur ex Theocrito, apud quem, mulier vxor futura, interrogat virum, domumne ſibi ſit ædificaturus? ea Homero quoque, & Valerio Flacco *lib.* 6. Catullo, vt à me a ibi indicatum.

Panis geſtatus in nuptiis cum corona quercna.

Athenis mos, in nuptiis puerum aliquem puberem patrimum, matrimum, ſpinis, & glandibus quernis coronatum circumferre vannum panibus repletam, ac dicere identidem, *Effugi malum, inueni bonum*, vt innuerent, repertis frugibus, miſſas fuiſſe glandes.

Lydię ſtupro dotem comparabant.

Apud Lydios (proh nefas, ex Herodoto in Clio) *omnes filia meretricabantur, ac hoc nimirum quaſtu, tantiſper dotem colligunt, dum nubiles ipſas ſe elocent.* Solonis lege permiſſum Athenienſibus fœminis, mariti propinquos ad ſe rei Venereæ gratia arceſſere, niſi ad hoc idoneum haberent virum. Apud Ægyptios vxor marito in rebus priuatis dominabatur, & in ſponſalibus hic profitebatur, parendum eſſe vxoris mandatis. Lege Plutarchum, *de virtutibus mulierum.*

Athenienſiū mulierū licētia infamis.

Gradus in nuptiis contrahendis.

Fratribus apud Athenienſes ducere ſorores vxores permiſſum, Romani vſque ad neptes progrediebantur, ſuperior neceſſitudo inhibita.

Aſparagonia ſponſa coronata.

In Bœotia ſponſam aſparagonia obtegebant, nam vt ea ſuauē è ſpina aſperrima fundit fructum, ſic nouæ nuptæ prima aſperitas, non reclamanti marito vrbanam, iucundamque vitæ ſocietatem præſtabit. Iunoni nuptiali ſiue τῇ γαμηλίᾳ ἥρᾳ, olim ſacrum faciebant nubentes, fel è victimà eximebant, poſt aram abjicientes, qua re innuebant, bilem prorſus, iramque a coniugali ablegandam iucunditate. Græci, vt multi referunt, Iunoni, quam, *Teliam*, vocabant, in nuptiis porcum immolabant. Varro *de re ruſtica lib.* 2. *cap.* 4. Apud Babylonios, vt refert Herodotus in Clio, illo loco, *Vna iſtem Babyloniis lex*, &c. mulieres indigenæ ſemel in vita ad Veneris templum deſidentes, cum externis viris conſuetudinem habent proſtitutæ, pretium recipiunt nodis, corolliſque ornatæ, ab illiſque pecuniam recipiunt, cum hac formula, *Tanti ego tibi Deam Mylittam*, hoc eſt, Venerem; & ſeorſum à fano cum illis rem habent, neque licet pecuniam recuſare, conuertendam in vſum ſacrum. Feſſanarum mulierum impudicitiam refert Leo Africanus *lib.* 3. *cap.* 34. abſtineo, ne tui animi candorem labefactem.

Sacrum Iunoni ſine felle.

Porcus immolatus in nuptiis.

Babyloniarū mulierum proſtitutio.

Feſſanæ impudicæ.

Virgines egenas apud Athenienſes adeo, vt propter dotis defectum maritari non poſſent, vocatas θῆσσαι, genere proximus elocare tenebatur, & dotem dare, ex lege præſcripta 5. Minarum, ideſt, 500. denariorum. Mina, quippe 100. denarios continebat, denarius autem 6. obolos. Quòd ſi quis recuſaret, ipſe ducere cogebatur, ex Terentio in Hecyrâ, *Lex eſt, vt orba qui ſunt genere proximi, ei nubant, & illos ducere eadem hac lex iubet.* Quòd ſi plures eodem gradu cognatam contingerent, pro rata quiſque contribuebat; ſi plures cognatæ, is qui proximus vnam tantùm elocare tenebatur, & ſi quiſpiam recuſaret, eum cuilibet deferre licebat ad Archontem, qui legi ſatisfacere cogeret. Ille verò ſi muneri deeſſet, drachmis 1000. ideſt, Minis 10. Iunoni ſacris, mulctabatur; ita Meurſius *libro* 5. *capite primo.*

Virgines egenæ dotabantur apud Athen.

Athenis itidem moris fuit, vt nuptiarum die ſponſis per puerum genere proximum dictum, λουτροφόρον, balneum è fonte, qui nunc Enneacrunos, olim, Callirrhoë, dicebatur, afferendum curaret. In eorum etiam ſepulcris, qui cælibes deceſſiſſent, puer ſitulam tenens, collocabatur, Suidas in dictione, λουτροφόρος.

Lutrophori Athen.

Puer ſitulam tenens in ſepulcro cælibum.

Plutarchus in libello, *de facie in orbe Lunæ*; fœcunditatem mulierum à Lunà prouenire autumat, cui maximè mulier obnoxia. Idem, in præceptis connubialibus, veteres olim in eodem ſacello Venerem, & Mercurium collocaſſe teſtatur, quòd voluptas genialis potiſſimum ſermonem poſtulat, Suadamque, & Gratias, vt impetrent blandimentis mutuò à ſeſe, quæ cupiunt, Solonemque præcepiſſe, vt ſponſæ vorato malo cydonio ſponſum adirent, qua re non obſcurè innuebatur, gratiam oris, & vocis, in ſponſis, comem, ſuauemque eſſe debere.

Fœcunditas mulierum à Luna.

Veneris & Mercurij idē ſacellū cur.

Malum cydonium voratū à ſponſa.

Apud Spartanos, Harmoſyni erant magiſtratus, mulierum petulantiam, immodeſtiam

Harmoſyni.

ſtiamque comprimens. Athenis quoque magiſtratus ad id erat deſtinarus.

Conciliatæ vxores per magiſtratus.

Cœlibatus olim infamis.

Cœlibatus olim infamis; hinc legibus Lycurgus cauit, vt à ludis abſtinerent,& per hyemem forum nudi circumire cogebantur. Spartæ tam cœlibi,quàm malo marito legibus pœna indicta, quæ iudicia dicta, *Cacogamia* & *Opſogamia*. Platonis legibus cautum,vt qui ad 35. annum cœlebs manſiſſet, nullo dignus honore haberetur; & omnium poſtremus haberetur. Hinc à Romanis non ſolum cœlibes pœnis mulctati, ſed mariti honoribus, & præmiis aucti, vt à me indicatum alibi. Subnecto quædam non prorſus ad rem, neque ab re.

Nudipedalia cœlibum.

Nudipedalia erant feſta Iudæorum, apud quos,qui nuptias recuſabant, nudis pedibus incedere cogebantur, vt carentia (puto) prolis plecteretur. Erant & Nudipedalia instituta, vt colligo ex Tertulliano, *Apol. cap.*40. vt aquarum cœleſtium defluxum, terra areſcente, impetrare poſſent, quod proprium erat Iudaïci populi, ad iram Numinis placandam. Quinimò in ſacris quibuſdam pedem vnum diſcalceatum lego in Cerda eruditiſſimo (vt ſunt plerique illi Patres) ad illa Virgilij verba, *vnum exuta pedem*, inſertque illum pedem ſiniſtrum fuiſſe, quòd multis confirmat auctoritatibus. Hinc Reges Perſæ pedem oſculandum præbent: vt hodie Summus Pontifex Romanus, Crucis ſigno inſignitum. A pedibus non procul abeo, vt calcem capiti faciam, ne ritus hic in meis ſchediis iaceat, ludibrium ſcoparum, aut venti.

Nudipedalia ad pluuiam.

Pes ſiniſter in ſacris exutus.

Pes oſculatus.

Pedibus nudis Deus adoratus.

Apud Hebræos, & Ægyptios, referente Gyraldo *Dial.* 10. cum morbo, vel alia quapiam neceſſitate vrgente impliciti, Deo pro liberatione vota facerent,antequam hoſtias immolarent, vino abſtinebant, capillóſque tondebant, tum nudis pedibus rem diuinam faciebant,vt colligitur ex Ioſepho *de bello Iudaico lib.*2. Hinc Pythagoræ ſymbolum. *Nudis pedibus rem ſacram facito, & adorato*, qui mos ab Hebræis emanauit,credo, præcipientibus, ne quis ſacra loca ingrediatur, niſi nudis pedibus. Lacedæmonij quoque, iuxta hoc Pythagoræ inſtitutum, nudis pedibus adorabant, remque diuinam faciebant: hi enim Hebræos habuere ſocios, à quibus multa mutuati, de rebus ſacris; & nos Chriſticolæ in Crucis adoratione,& Paraſceue, nudis pedibus procedimus. Vide eundem Gyrald.

Pedibus nudis Deus adorandus.

De nuptiis Imperatorum, vide Bulengerum *de Imperatorib. Romanis libro tertio capite* 46. Item Græcorum & Romanorum.

IOANNI BAPTISTÆ Contareno Philoſopho Excellentiſſimo.

SYNOPSIS XVI.

De Temporis vſu Chronologico. De Annis, Menſibus, & Diebus.

TEMPORA annorum, anni menſium menſes dierum dimenſionibus terminari. Annos Hebræi ab Orbe condito aliquando enumerarunt, ab inundatione eiuſdem aliquando, Diluuio, dicto; quod incidit anno eiuſdem conditi 1600. Ab exitu etiam Iſraëlitarum ex Ægypto, aut à prima templi Salomonij ædificatione. Ægyptij, & Perſæ certam ἐποχὴν, ſeu radicem temporum non habuere, ſed Regum ætatibus tempora definiuere.

Hebræorum anni.

Ægyptiorũ anni.

Græci, vel à Troiæ excidio, quod accidit An.Orbis C.2784. vel ab Heraclidarum reditu in Peloponneſum, quando Pelopidas expulerunt Anno Orb.C.2864.

Græcorum anni.

Poſtremò ab Olympiadibus 3187. Olympias erat ſpatium 4. annorum cuius. 1.2. 3. 4. annus numerabatur, quo Olympiæ conueniebant, ad ludos in honorem Iouis Olympici, & dies intercalaris inſerebatur. Incipiebat autem Olympias à meridie primæ diei primi menſis Græcorum, qui ferè primæ diei menſis Iulij congruit, vel à Plenilunio, quod Solſtitio æſtiuo eſt proximum. Cælius *lib.*12.*cap.*17.

Olympias quid.

Attici annos à Dionyſiis enumerabant, iterabantque ea, tertio quoque anno, Trieterica, dicta.

Atticorum anni.

Cretenſes lætos dies albo calculo, triſtes verò nigro notabant.

Cretenſes anni.

Romani à condita vrbe. A. V. C. quod factum à condito orbe. Ann. Orbis C. 3215. poſt Ilium captum 432. Annos primum numerarunt per luſtra, quæ quinto quoque anno claudebantur. Deinde ſingulis annis, per Conſules, & per clauos, qui idcirco annales vocati, in pariete Iouis Ædis affixi, quà erat Mineruæ templum, numerorum inuentricis. Prætorque maximus Id. Septembr. hoc munere fungebatur. Inde Coss. Demum Dictatores.

Romanorũ anni.

Volſini quoque clauo fixo in templo Deæ Nortiæ annos recenſebant.

Volſinorum anni.

Chriſtiani demum ſerò admodum à Chriſto nato, ſeu orbe redempto 600. à partu Virginis epocham ſunt exorſi, qui partus incidit. Ann. Orb. C. 3965.

Chriſtianorum anni.

Annus eſt integra Solis reuolutio, motu proprio, in Zodiaci circulo; qui annus ab Aſtronomis conſideratus dicitur Aſtronomicus, Naturalis, & Vertens: & conſideratus à Politicis, vt olim à Iudæis, Arabibus, Græcis; & Romanis, dicitur Politicus, ciuilis, & mundanus.

Annus quid.

Annus

Annus Solaris.

Annus Solaris, (omiſſo anno magno, cum videlicet omnia inerrantia ſidera ſuum curſus peragunt periodum, quod longiſſimo fit temporis interuallo) peragitur, cum Sol ad idem punctum Zodiaci, vnde receſſerat, redit, quod fit ſpatio 365. dierum cum quadrante, quæ pars quater ducta, cogit, vnum interponi diem, dictum biſextum, quod videlicet, menſe Februario intercalari, bis ſexto Kal. Martij dicatur, atque ille annus conſtat diebus 366. quod à

Iulij Cæſaris annus.

Cæſare dictatore inſtitutum, ad noſtra vſque tempora permanſit; Gregoriana tamen correctione emendatum, ob defectum minutorum, quæ hoc temporis curriculo à I. Cæſare ad Gregorium vſque decem diebus verum Solis motum, præoccuparunt: hinc dempti illi x. dies, idque neceſſariò faciendum iterum, poſt huiuſmodi temporis

Romuli annus.

lapſum. Ante I. Cæſarem Romulus primus Vrbis parens annum ex trecentis, & quatuor diebus conſtituit, ſed cum ea dierum ratio neque Lunæ, neque Solis curſui conueniret, Numa Pompilius ſex, & quinquaginta dies addidit.

Intercalandi ratio à quo inſtituta.

Verùm quia ad Solis curſum cóficiendum aliquot adhuc dies deerant, Græcorum more, menſem intercalarem adhibuerunt, ex Macrobio *Saturn. cap. 4.* Liuio *lib. 1. & 37.* Sed quia intercalandi munus ad Pontifices, ſpectabat, hi Publicanis morem gerentes pro arbitrio illorum, intercalabant, annúmque perturbabant, adeo, vt Feriæ meſſis non æſtate, Vindemiæ non autumno,

I. Cæſar anni corrector.

inciderent. Cæſar Dictator Faſtos correxit, vt ſuprà dictum; neque amplius Menſis additus intercalaris, 26. quoque anno, vt

Exhæreſimi dies qui.

olim, ſed dies, quarto quoque anno. Hæc conſuetudo intercalandi etiam vſu recepta apud Siculos, & Græcos, qui dies ſuos congruere cum Solis, & Lunæ ratione volentes, eximunt vnum aliquem diem, ad ſummum duos, quos illi, exhæreſimos vocant, ita aliquem menſem vno die, aut ad ſummum biduo longiorem faciunt.

Annus communis.

Annus igitur Aſtronomicus conſtat 12. Lunationibus, qui communis dictus, quarum ſingulæ continent dies 29. horas 12. min. 44. quare hic conſtat ex diebus 365. hori. 8. min. 48.

Annus embolimicus.

Alter dicitur Emboliſmicus; id eſt, inſititius, quod ei lunatio vna extraordinaria inſeritur, & ideo conſtat 13. Lunationibus, diebus ſcilicet 383. horis 13. minu.

Annus ciuilis.

32. Annus ciuilis non conſiderat horas, at-

Annus lunaris.

que minuta, vti Aſtronomicus, ex Blancano. Cum igitur ſingulis menſibus ſingulæ ſint Lunationes, alternis dierum 29. & 30. vt videre eſt in Kalendario conſtetque hic annus lunaris diebus 354. qui annus minor eſt ſolari 11. diebus, vt ſupra dictum eſt, & ſic nouilunia ſequentis anni 11. diebus prius

Epacta quid. Cyclus ſolaris.

contingant, quæ dicuntur Epactæ, donec iterum annis 19. eodem die cótingant nouilunia, hinc Cyclus ille ſolaris inuentus,

Aureus numerus.

Aureuſque numerus, quia aureis numeris in foro erat notatus; complectens annos 19. dictus quibuſdam annus Metonis, ſeu

Annus Metonis.

Metonicus, à Metone Athenienſi primo inuentore. Annus igitur Lunaris triplex:

Annus Lunaris quadruplex.

vnus continet ſpatium temporis, quo luna motu proprio totum Zodiacum percurrit, quod fit ſpatio dierum 27. horis 3. min. 54. Alter à Solis cum Luna coitu ad coitum denuò factus, ſpatio dierum 29. horis 12. min. 44. & hęc eſt vulgaris Lunę periodus vnde vulgò dicta Nouilunia, Plenilunia. Tertius complectitur Lunationes 12. quod factum diebus 354. vt ſupra dictum, vndecim diebus minor ſolari, qui dies dicti, Epactæ vt dictum. Additur quartus conſtans 13. Lunationibus dictus [Greek], qui apud Hebræos ab initio menſis Paſchalis incipit, ibidemque finitur.

Anni initiũ diuerſum.

Apud Romanos anni initium ab incipiente Luna menſis Ianuarij, ibique terminatur: at apud varias gentes varium; Apud Hebræos, æquinoctio verno; Apud Græcos, ſolſtitio; Apud Ægyptios, autumno; apud Romanos non ſemper eodem tempore; à Romulo vero inſtitutum anni principium, Calendis Ian. bruma vigente & ſolſtitio

Romanorum Anni initiũ.

hyemali. Quoad verò Comitia, ineundoſque magiſtratus, variatum, nam Q. Ebutio & Q. Seruilio Coſſ. Calendis ſextilibus principium anni agebatur, magiſtratuſque tunc inibantur. Decemuiris regnantibus, Idibus Maiis. Tribb. militum, Conſulari poteſtate prædicis, Idibus Decembris. Secundo bello Punico Idibus Martij. Donec, Auguſto regnante, rurſus ad Cal. Ian. magiſtratus principia redierunt. Menſis verò

Calendæ Martiæ celebres.

Martij Calendis, perpetuò in aris à Veſtalibus nouus ignis accenſus: laureæ virides in conſularibus faſcibus, in ædibus Regia ſacrorum, Flaminum, Veſtalium, atque Curiæ additæ; merces ſoluta magiſtris, vectigalia locata, ſeruis à Matronis cœnæ exhibitæ, Matronalibus, vt ab heris Saturnalibus Decembribus.

Menſis quid. Menſis Phyſicus.

Menſis à menſurando dictus à Græcis [Greek], ſiue Luna, cuius curſus menſtruo peragitur ſpatio. Menſis vel Phyſicus, vel Politicus. Phyſicus, quo Sol, aut Luna ſigni-

Menſis ſolaris. Menſis Lunaris.

ferum percurrit, qui vel Solaris dictus, vel Lunaris. Solaris, quo Sol vnumquod-

Periodicus motus.

que Zodiaci ſignum percurrit, duodecimâ nempe anni parte. Tales menſes habuère Ægyptij, triginta diebus æquè conſtantes. Lunaris, quo Luna vnumquodque ſignum percurrit, idque bifariam, vel cum Luna ſigniferum perambulat, rediens ad idem punctum Zodiaci à quo inceperat,

Synodicus motus.

hic dicitur motus Periodicus. At Synodicus quo Luna ad Solem redit, & cum illo veluti congreditur, de quo dictum, cum ſu-

Politicus menſis.

prà, de anno. Politicus menſis ille dicitur quem vna quæque gens, ad negotia ſua, tam ſacra, quàm profana accommodatum obſeruat. Vnde Ægyptij, Perſæ, Arabes, Græci, Romani à coniunctione Lunæ menſem auſpicati: hi verò in Calendas, Nonas & Idus diſpertiuere. Menſium diuerſorum, diuerſa quoque apud diuerſos fuere nomina

ſtiamque comprimens. Athenis qooque magiſttatus ad id erat deſtinatus.

Conciliatæ vxores per magiſtratus.

Cœlibatus olim infamis.

Cœlibatus olim infamis; hinc legibus Lycutgus canit, vt a ludis abitinerent,& per hyemem forum nudi circumire cogebantur. Spartæ ram cœlibi, quàm malo marito legibus pœna indicta, quæ indicia dicta, *Cacogamia* & *Opſogamia.* Platonis legibus cautum, vt qui ad 35. annum cœlebs manſiſſet, nullo dignus honote haberetur; & omnium poſtremus habeterur. Hinc à Romanis non ſolum cœlibes pœnis mulctati, ſed mariti honoribus, & præmiis aucti, vt à me iodicatum alibi. Subnecto quædam ooo prorſus ad rem, oeque ab re.

Nudipedalia cœlibum.

Nudipedalia etant feſta Iudæorum, apud quos, qui nuptias recuſabant, oudis pedibus incedete cogebantur, vt carentia (puto) prolis plecteretur. Etanr & Nudipedalia

Nudipedalia ad pluuiam.

inſtituta, vt colligo ex Tertulliano, *Apol. cap.*40. vt aquarum cœleſtium defluxum, terra areſcente, impetrare poſſent, quod proprium etat Iudaïci populi, ad iram Numinis placandam. Quinimò in ſacris quibuſdam pedem vnum diſcalceatum lego in Cerda eruditiſſimo (vt ſunt plerique illi Patres) ad illa Virgilij verba, *vnum exuta pedem*, inſertque illum pedem ſiniſtrum fuiſſe, quòd multis confirmat auctoritatibus. Hinc Reges Perſæ pedem oſculandum præbent: vt hodie Summus Pontifex Romanus, Crucis ſigno inſignitum. A pedibus non procul abeo, vt calcem capiti faciam, ne ritus hic in meis ſchediis iaceat, ludibrium ſcoparum, aut venti.

Pes ſiniſter in ſacris exutus.

Pes oſculatus.

Pedibus nudis Deus adoratus.

Apud Hebtæos, & Ægyptios, refereote Gyraldo *Dial.* 10. cum motbo, vel alia quapiam neceſſitate vrgente impliciti, Deo pro liberatione vota facerent, antequam hoſtias immolarent, vino abſtinebant, capillóſque tondebant, tum nudis pedibus rem diuinam faciebant, vt colligitur ex Ioſepho *de bello Iudaico lib.*2. Hinc Pythagoræ ſymbolum. *Nudis pedibus rem ſacram facito, & adorato*, qui mos ab Hebræis emanauit, credo, præcipientibus, ne quis ſacra loca ingrediatur, niſi nudis pedibus. Lacedæmonij quoque, iuxta hoc Pythagoræ inſtitutum, nudis pedibus adorabant, remque diuinam faciebant: hi enim Hebræos habuere ſocios, à quibus multa mutuati, de rebus ſacris; & nos Chriſticolæ in Crucis adoratione, & Paraſceue, nudis pedibus procedimus. Vide eundem Gyrald.

Pedibus nudis Deus adorandus.

De nuptiis Imperatorum, vide Bulengerum *de Imperatorib. Romanis libro tertio capite* 46. Item Græcorum & Romanorum.

IOANNI BAPTISTÆ
Contareno Philoſopho
Excellentiſſimo.

SYNOPSIS XVI.

De Temporis vſu Chronologico. De Annis, Menſibus, & Diebus.

TEMPORA annorum, anni menſium menſes dierum dimeoſionibus terminati. Annos Hebræi ab Orbe condito aliquando enumerarunt, ab inundatione eiuſdem aliquando, Diluuio, dicto; quod incidit anoo eiuſdem conditi 1600. Ab exitu etiam Iſraëlitarum ex Ægypto, aut à prima templi Salomonij ædificatione. Ægyptij, & Perſæ certam ἐποχὴν, ſeu radicem temporum non habuere, ſed Regum ætatibus tempora definiuere.

Hebræorum anni.

Ægyptiorũ anni.

Græci, vel à Troiæ exeidio, quod accidit An. Orbis C. 2784. vel ab Heraclidarum reditu in Peloponneſum, quando Pelopidas expulerunt Anno Orb. C. 2864.

Græcorum anni.

Poſtremò ab Olympiadibus 3187. Olympias erat ſpatium 4. annorum cuius. 1. 2. 3. 4. annus numerabatur, quo Olympiæ conueniebant, ad lodos in honorem Iouis Olympici, & dies intercalaris inſerebatur. Incipiebat autem Olympias à meridie primæ diei primi menſis Græcorum, qui ferè primæ diei menſis Iulij congruit; vel à Plenilunio, quod Solſtitio æſtiuo eſt proximum. Cælius *lib.* 12. *cap.* 17.

Olympias quid.

Attici annos à Dionyſiis enumerabant, iterabantque ea, tertio quoque anno, Trieterica, dicta.

Atticorum anni.

Cretenſes lætos dies albo calculo, triſtes verò nigro notabant.

Cretenſes anni.

Romani à condita vrbe. A. V. C. quod factum à condito orbe, Ann. Orbis C. 3215. poſt Ilium captum 432. Annos primum numerarunt per luſtra, quæ quinto quoque anoo claudebantur. Deinde ſingulis annis, per Conſules, & per clauos, qui idcirco annales vocati, in pariete Iouis Ædis affixi, quá erat Mineruæ templum, numerorum inuentricis. Prætorque maximus Id. Septembr. hoc munere fungebatur. Inde Coss. Demum Dictatores.

Romanorũ anni.

Volſini quoque clauo fixo in templo Deæ Nortiæ annos recenſebant.

Volſinorum anni.

Chriſtiani demum ſerò admodum à Chriſto nato, ſeu orbe redempto 600. à partu Virginis epocham ſunt exorſi, qui partus incidit. Ann. Orb. C. 3965.

Chriſtianorum anni.

Annus eſt integra Solis reuolutio, moto proprio, in Zodiaci circulo; qui annus ab Aſtronomis conſideratus dicitur Aſtronomicus, Naturalis, & Vertens: & conſideratus à Politicis, vt olim à Iudæis, Arabibus, Græcis; & Romanis, dicitur Politicus, ciuilis, & mundanus.

Annus quid.

Annus

Annus Solaris.

Annus Solaris, (omiſſo anno magno, cum videlicet omnia inerrantia ſidera ſuam curſûs peragunt periodum, quod longiſſimo fit temporis interuallo) peragitur, cum Sol ad idem punctum Zodiaci, vnde receſſerat, redit, quod fit ſpatio 365. dierum cum quadrante, quæ pars quater ducta, cogit, vnum interponi diem, dictum biſextum, quòd videlicet, menſe Februario intercalati, bis ſexto Kal. Martij dicatur, atque ille annus conſtat diebus 366. quod à Cæſare dictatore inſtitutum, ad noſtra vſque tempora permanſit; Gregorianâ tamen correctione emendatum, ob detectum minutorum, quæ hoc temporis curriculo à I. Cæſare ad Gregorium vſque decem diebus verum Solis motum, præoccuparunt: hinc dempti illi x. dies, idque neceſſariò faciendum iterum, poſt huiuſmodi temporis lapſum.

Iulij Cæſaris annus.

Romuli annus.

Ante I. Cæſarem Romulus primus Vrbis parens annum ex trecentis, & quatuor diebus conſtituit, ſed cum eadierum ratio neque Lunæ, neque Solis curſui conueniret, Numa Pompilius ſex, & quinquaginta dies addidit.

Intercalandi ratio à quo inſtituta.

Verùm quia ad Solis curſum cóficiendum aliquot adhuc dies deerant, Græcorum more, menſem intercalarem adhibuerunt, ex Macrobio *Saturn. c. p.* 4. Liuio *lib.* 1. *&* 37. Sed quia intercalandi munus ad Pontifices, ſpectabat, hi Publicanis morem gerentes pro arbitrio illorum, intercalabant, annúmque perturbabant, adeo, vt Feriæ meſſis non æſtate, Vindemiæ non autumno; inciderent. Cæſar Dictator Faſtos correxit, vt ſuprà dictum; neque amplius Menſis additus intercalaris, 26. quoque anno, vt olim, ſed dies, quarto quoque anno. Hæc conſuetudo intercalandi etiam vſu recepta apud Siculos, & Græcos, qui dies ſuos congruere cum Solis, & Lunæ ratione volentes, eximunt vnum aliquem diem, ad ſummum duos, quos illi, exhæreſimos vocant, ita aliquem menſem vno die, aut ad ſummum biduo longiorem faciunt.

I. Cæſar anni corrector.

Exhæreſimi dies qui.

Annus communis.

Annus igitur Aſtronomicus conſtat 12. Lunationibus, qui communis dictus, quarum ſingulæ continent dies 29. horas 21. min. 44. quare hic conſtat ex diebus 365. horis 8. min. 48.

Annus embolismicus.

Alter dicitur Emboliſmicus; id eſt, inſititius, quod ei lunatio vna extraordinaria inſeritur, & ideo conſtat 13. Lunationibus, diebus ſcilicet 383. horis 13. min. 32. Annus ciuilis non conſiderat horas, atque minuta, vti Aſtronomicus, ex Blancano. Cum igitur ſingulis menſibus ſingulæ ſint Lunationes, alternis dierum 29. & 30. vt videre eſt in Kalendario conſtetque hic annus lunaris diebus 354. qui annus minor eſt ſolari 11. diebus, vt ſupra dictum eſt, & ſic nouilunia ſequentis anni 11. diebus prius contingant, quæ dicuntur Epactæ, donec iterum annis 19. eodem die cótingant nouilunia, hinc Cyclus ille ſolaris inuentus, Aureuſque numerus, quia aureis numeris in foro erat notatus; complectens annos 19. dictus quibuſdam annus Metonis, ſeu Metonicus, à Metone Athenienſi primo inuentore. Annus igitur Lunaris triplex: vnus continet ſpatium temporis, quo luna motu proprio totum Zodiacum percurrit, quod fit ſpatio dierum 27. horis 3. min. 54. Alter à Solis cum Luna coitu ad coitum denuò factus, ſpatio dierum 29. horis 12. min. 44. & hæc eſt vulgaris Lunæ periodus vnde vulgò dicta Nouilunia, Plenilunia. Tertius complectitur Lunationes 12. quod factum diebus 354. vt ſupra dictum, vndecim diebus minor ſolari, qui dies dicti, Epactæ vt dictum. Additur quartus conſtans 13. Lunationibus dictus *ἐμβολιμαῖος*, qui apud Hebræos ab initio menſis Paſchalis incipit, ibidemque finitur.

Annus ciuilis.

Annus lunaris.

Epacta quid.

Cyclus ſolaris.

Aureus numerus.

Annus Metonis.

Annus Lunaris quadruplex.

Anni initiũ diuerſum.

Apud Romanos anni initium ab incipiente Luna menſis Ianuarij, ibique terminatur: at apud varias gentes varium; Apud Hebræos, æquinoctio verno; Apud Græcos, ſolſtitio; Apud Ægyptios, autumno; apud Romanos non ſemper eodem tempore; à Romulo vero inſtitutum anni principium, Calendis Ian. brumâ vigente & ſolſtitio hyemali. Quoad verò Comitia, ineundoſque magiſtratus, variatum, nam Q. Ebutio & Q. Seruilio Coſſ. Calendis ſextilibus principium anni agebatur, magiſtratuſque tunc inibantur. Decemuiris regnantibus, Idibus Maiis. Tribb. militum, Conſulari poteſtate præditis, Idibus Decembris. Secundo bello Punico Idibus Martij. Donec, Auguſto regnante, rurſus ad Cal. Ian. magiſtratus principia redierunt. Menſis verò Martij Calendis, perpetuò in aris à Veſtalibus nouus ignis accenſus: laureæ virides in conſularibus faſcibus, in ædibus Regis ſacrorum, Flaminum, Veſtalium, atque Curiæ additæ; merces ſoluta magiſtris, vectigalia locata; ſeruis à Matronis cœnæ exhibitæ, Matronalibus, vt ab heris Saturnalibus Decembribus.

Romanorum Anni initiũ.

Calendæ Martiæ celebres.

Menſis à menſurando dictus à Græcis *μὴν*, ſiuè Luna, cuius curſus menſtruo peragitur ſpatio. Menſis vel Phyſicus, vel Politicus. Phyſicus, quo Sol, aut Luna ſigniferum percurrit, qui vel Solaris dictus, vel Lunaris. Solaris, quo Sol vnumquodque Zodiaci ſignum percurrit, duodecimâ nempe anni parte. Tales menſes habuère Ægyptij, triginta diebus æque conſtantes. Lunaris, quo Luna vnumquodque ſignum percurrit, idque bifariàm, vel cum Luna ſigniferum perambulat, rediens ad idem punctum Zodiaci à quo incœperat, hic dicitur motus Periodicus. At Synodicus quo Luna ad Solem redit, & cum illo veluti congreditur, de quo dictum, cum ſuprà, de anno. Politicus menſis ille dicitur quem vnaquæque gens, ad negotia ſua, tam ſacra, quàm profana accommodatum obſeruat. Vnde Ægyptij, Perſæ, Arabes, Græci, Romani à coniunctione Lunæ menſem auſpicati: hi verò in Calendas, Nonas & Idus diſpertiuere. Menſium diuerſorum, diuerſa quoque apud diuerſos fuere nomina

Menſis quid.

Menſis Phyſicus.

Menſis ſolaris.

Menſis Lunaris.

Periodicus motus.

Synodicus motus.

Politicus menſis.

numinaque cuique addicta. Quippe Ianuarius Iunoni ſacer, Neptuno Februarius, Mineruæ Martius, Veneri Aprilis, Apollini Maius, Mercurio Iunius, Ioui Iulius, Cereri Auguſtus, Vulcano September, Marti October, Nouember Dianæ, Veſtæ December. Cæſares menſibus nomina à ſe indidere, de quibus, vide Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 24. & alios.

Numina cuique menſi.

Dies quid.

Dies eſt ſpacium temporis conſtans horis 24. vno cœli circuitu terminatum; hic vocatur ciuilis.

Dies ciuilis.
Dies naturalis.

Dies naturalis eſt tempus, ab exoriente ſole ad eiuſdem occaſum.

Diei initium varium.

Diem ciuilem, ex Cenſorino, *de die natali, cap.* 16. Babylonij à ſolis exortu ad exortum, Vmbri à meridie ad meridiem, Athenienſes, vti nos Itali, ab occaſu in occaſum, Romani à media nocte in mediam noctem ſtatuerunt.

Diei partes.

Diei partes primum duæ apud Romanos, ante meridiem, & duæ poſt meridiem, ſiue quatuor. Prima, Tertia, Sexta, ſiue meridies, Nona, & Veſper, ſiue duodecima, cum quilibet dies naturalis tam æſtate, quàm hyeme, 12. horis conſtaret: ſed pro temporis varietate, inæqualibus, vt dictum alibi. Nox quoque diuiſa in 12. horas, aut quatuor vigilias, quarum ſingulæ ternis horis conſtabant. Diem præterea naturalem diuidebant in Mane, ad Meridiem, Meridiem, De meridie, ſiue tempus occiduum, Solis occaſum, ſiue ſupremam tempeſtatem. Noctis verò partes hæ recenſentur, Veſper, Prima fax, Concubium, Nox intempeſta, Ad mediam noctem, Media nox, De media nocte ſiue noctis inclinatio, Gallicinium, Conticinium, Diluculum demùm.

Noctis alia diuiſio.
Diei alia diuiſio.
Noctis partes.

Dierum diuiſio apud Romanos.

Dierum præterea apud Romanos, alij Feſti, alij Profeſti, alij Interciſi, alij Præliares. Feſti dicebantur, qui Diis ſacri erant. Profeſti, qui negociis gerendis. Interciſi, partim Deorum, partim hominum. Profeſti diuiſi in Faſtos, quibus Prætori fari licet tria illa verba, *Do*, *Dico*, *Addico*; Comitiales, quibus cum pop. agi licebat; Comperendinos, quibus vadimonium licet dicere, Statos, qui iudicij cauſa cum peregrino inſtituuntur. Præliares erant, quibus, vel fas eſt repetere res ab hoſtibus, vel eos laceſſere.

Dies feſti.

Dies ſacri nefaſti omnes, quibus inſunt Sacrificia, Epulæ, Ludi, Feriæ, vel publicæ, vel priuatæ; dicti etiam Feſti dies.

Dies non feſti.

Dies negocioſi, qui hominum cauſa inſtituti negociis peragendis; aut Faſti erant, diuiſi in Comitiales, Comperendinos, Nundinas; Statos: aut Nefaſti, vt ſupra dictum. De quibus a me alibi, & ab eruditiſſimo Cenſorino, & Roſino *libro* 4. *cap.* 3. & aliis.

CLAVDIO TEGRIMIO
Archidiacono Lucenſi.

SYNOPSIS XVI.

Teſſeræ; quæ; quotuplices; quis earum inuentor, & alia. De ſcytale. De ſortitionibus, calculis, & huiuſmodi.

Teſſera quid.

TESSERA ſemper ſymbolum pacis, bellique: Symbolum pacis inter hoſpites, inter pauperes, & diuites. Teſſerarum primus inuentor ex Polydoro, Palamedes habetur. Hæ in tanto pretio habitæ, vt templum illis fuerit dicatum, referente Pauſania *in Corinth.* Amicitias immortales eſſe oportet, ideo ambroſia alendas allocutionum, ſi propè; ſi procul, nectare litterario; ne verum illud eſſe cenſeatur. *Non ſunt amici, amici, qui degunt procul*; hinc datæ teſſeræ conſeruandis amicis, & comparandis, Ne cuiuis dextram temerè iniicias, Ne nulli ſis amicus. Vnde prima, & potiſſima teſſera hoſpitalitatis, ad hoſpites ſibi conciliandos, in Philoteſio cratere, vt amoris philtro: hoſpitalitatis enim ius ſemper ſacroſanctum omnibus gentibus: & Iupiter Xenius dici voluit, hoſpitum vindex. Hanc ξενίαν, dextræ apprehenſione, primò contrahebant. Cic. pro Deiotaro, *Per dextram te iſtam oro, quam Regi Deiotaro hoſpes hoſpiti dediſti.* Huic iniectioni dextræ addebant χαῖρε, *Salue*, quod inde vſurpatum in prima epiſtolarum fronte. Cydonis Corinthij hoſpitalitas maximè celebris locum dedit prouerbio,

Teſſerarum inuentor.
Teſſeræ pretium.
Teſſerarum templum.

Teſſera hoſpitalitatis.

Iupiter Xenios.
Dextra primum auſpicium hoſpitalitatis.
Salutatio hoſpitalis.
Cydonis hoſpitalitas.

Semper aliquis in domo Cydonis.

Hoc primum hoſpitalitatis præludium. Manu, iniecta dextera, domum ducti; inde loti, vncti, lauro, opiparoque conuiuio excipiebantur, dicto hoſpitali, & aduentorio. Conciliabantur hoſpites Xeniis, ſeu Proxeniis: hæc quaſi leuis armaturæ prima velitatio. Apuleius, *Commodum meridie acceſſerat, & mittit mihi Xeniola, porcum opimum, & quinque gallinulas, & vini cadum iam ætate pretioſi.* Parœciorum, ſeu Xenoparochorum id munus, παρὰ τῷ τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, quod hoſpitibus neceſſaria ſuppeditarent. Hi legatis, Romam miſſis, cæteriſque alicuius dignitatis hoſpitibus ſalem, lignaque præbebant; vnde & nomen accepère; Primum enim hoſpitalitatis ſymbolum ſal cum menſa appoſitum.

Xenia, proxenia quæ.

Xenoparochi.

Munera verò tradita, dicta Lautia, per Quæſtores legatis exterarum gentium. Liuius 8. belli Punici. *Locus inde, lautiaque legatis præberi iuſſa.*

Lautia munera legatorum.

Locus de publico apparatus, dictum, Xenodochium,

Xenodochia.

dochium, quod Hieroſolymis primum extructum ab Hyrcano, & Hegeſippo. Hæc fermè iura hoſpitalitatis publicæ.

Hoſpitia publica, & priuata.

In Italia, & prouinciis, cæteriſque nationibus externis, ciues Romani neceſſitudinem hoſpitij contrahere cum aliquo peregrino ſolebant, aut priuatim, quæ ἰδιοξενία dicta; aut publicè, quæ dicta προξενία.

Hoſpitij cõtrahẽdi modus.

Hoſpitalitatis ſymbolæ contrahendæ, hic modus habebatur, niſi me authorum loca fallunt. Cum quis peregrè proficiſcebatur, è ſeruis aliquot ad eam vrbem præmittebat, vbi erat diuerſaturus, inquirentes, an domini hoſpites eſſent paterni, ſeu auiti; ſi nulli, publicum diuerſorium inquirebant; ſi hoc nullum, magiſtratum adibant, hoſpitalitatem poſtulantes; ſi excipiebantur, ius hoſpitij contrahebant, Xenia accipiebant, Apophoreta remittebant, cum legati, vel dynaſtæ excipiebantur. Cum verò vulgariter amicitiæ ius inibatur, hoſpitio mutuo ſe ſe recipientibus, per teſſeram peragebatur. De quo more ſic ſcribit Euripidis Scholiaſtes in Hippolyto.

Teſſeræ hoſpitalitatis faciendæ modus.

Qui hoſpitio excipiebantur, teſſeram incidentes, mediam eius partem relinquebant iis, à quibus erant excepti, vt, ſi opus eſſet, vel ipſos, vel ipſorum poſteros, & amicos, eodẽ rurſus vti hoſpitio, dimidiata illa prolata teſſera, hoſpitij ius, atque neceſſitudo renouaretur: nam, quemadmodum apud Græcos mutua quædam munera vltrò, citroque data, & accepta hoſpitalis fœderis, cum paterni, & auiti, tum recens contracti erant notæ, atque pignora, vti ex illo Diomedis & Glauci exemplo ſatis apparet: ita quoque Romani teſſeram ſolebant dare hoſpitibus dimidiatam, quam quicumque tuliſſet ad hominem, continuò agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi, tanquam amicus, & vetus hoſpes. Teſſeræ fiebant ex ligno longiuſculo, & vtrimque exæquato, & complanato.

Teſſeræ ex quo factæ.

Plautus in Pœn. *Ego ſum ipſus, quem tu quæris, iam teſſeram confer, ſi vis, hoſpitalem.* Et quia hoſpites in tutela Iouis, ideo religioſiſſimè hanc teſſeram conſeruabant in Iouis hoſpitalis cultum, & ſymbolum: Idem ibidem, *Deum hoſpitalem, ac teſſeram mecum fero.*

Teſſera hoſpitalis ſymbolum.
Teſſerã frangere, & amicitiam dirimere.
Teſtari inimicitias.

Quòd ſi in contrahenda amicitia teſſeræ datæ, & in dirimenda, teſſeræ renunciatæ, & plerúmque fractæ, cum videlicet hoſpitij ius violabatur, & renunciabatur amicitia: quod ſcelus nulla expiandum victima putabatur; ſi potiſſimùm inimicitiæ indicebantur, vel litterarum teſtimonio, quod erat teſtari inimicitias.

Teſſeræ collybiſticæ.

Has teſſeras imitatæ ſunt teſſeræ collybiſticæ, quas vulgus, *litteras cambij*, vocat, eum in vſum excogitatæ, vt pecuniæ argentariis traditæ, vel in locis remotiſſimis, citra vllum vecturæ periculum, recipi poſſint. Plautus aliud teſſeræ genus innuere mihi videtur, quam nos, *Taleam*, vocamus, ſeu vulgo, Teſſeram,

Teſſera vulgo *taglia*.

dicens, *Suam vterque teſſeram habet; ratio conſtat*, in hac teſſera numeri incidebantur rerum contrahendarum.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Teſſeræ item erant frumentariæ, quibus exhibitis, frumentum pro portione accipiebatur à Præfecto annonæ, ſicut ex more noſtro vſitatum videmus; nam teſſeris exhibitis, iam ante receptis ſigillatim certa menſura farinæ, panis, vinique datur. Suetonius in Auguſto. *Ac ne plebs frumentationum cauſa frequentius à negotiis auocaretur, ter in annum quaternorum menſium teſſeras dare deſtinauit.* Iuuenalis ſatyr. 7.

Teſſeræ frumentariæ.

Summula ne pereat, quà vilis teſſera venit

Frumenti.

De Teſſera belli.
Teſſera pacis belliſque ſymbolum.

Belli tempore, cum de totius Imperij ſumma agitur, maximus teſſerarum vſus. Teſſera igitur non ſolum communis inter milites, verùm etiam belli, paciſque ſymbola fuit. Pomponius, *Quintus Mucius ad Carthaginenſes legatus, cum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, vna pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato vtram vellet deferre; vtramque ſuſtulit, & ait; Carthaginenſes petere debere vtram vellent.*

Teſſera militaris.

Teſſera militaris propriè ex Polybio erat tabella, quam ab Imperatore acceptam Tribuni militum ad Centuriones perferebant; Centuriones autem ad Decuriones; & ij denuò ad vnumquemque ſuæ decuriæ militem, à quibus rurſus, anteaquàm adueſperaſceret, ad Imperatorem redibat, de qua Virg. 7. Æn.

——It bello teſſera ſignum.

Teſſerarij qui.

Vnde teſſerarij dicti, qui teſſeras ferebant, vel nunciabant per contubernia militum. Sed nunquid alia teſſera in militia? Opinor. Teſſera enim ſignum; Et ſignum duplex, mutum, & vocale; ita de teſſera.

Teſſera duplex.

Teſſera muta quæ.

Muta teſſera dabatur in tabella, vnde nomen teſſeræ manauit; nam teſſera taleola eſt quadrata, vt dictum; hæc muta; facta ſub Imperatoribus, vocalis; muta erat tentum lignum cum voce aliqua boni ominis, verbi gratia, *Seruator, Iupiter, Imperator, victor*, & huiuſmodi. Hæ voces demum omiſſæ in teſſera, & datæ tantum ore tenus, vt etiam hodie obſeruatur; quæ dicta etiam teſſera vocalis.

Teſſera vocalis quæ.

Teſſeræ quãdo militibus datæ.

Hæc data militibus, cùm in acie eſſent diſtinctâ ordinibus, ac propè iam in conflictu, cum hoſtis proximus; vel cum hoſtis inſidiæ timerentur. Teſſera plerumque vſurpata pro militaribus mandatis. Liuius. lib. 28. *Scipio teſſeram veſperi per caſtra dedit, vt ante lucem viri, equique curati, & pranſi eſſent, armatus eques frenatos teneret equos.*

Teſſera expeditionalis.

Hæc vocata teſſera expeditionalis ad iter, & quò copiæ eſſent dirigendæ; de qua teſſera intelligendus ille locus Virgilianus 7. Æneid.

——It bello teſſera ſignum,

Vt notat eruditiſſimus Cerda, à quo hanc facem ego mutuatus, vti, & alibi, alias.

Teſſera ſignum externum.

Teſſera prætereà erat ſignum aliquod externum, quo ſe milites adornabant, vt ab hoſtibus dignoſcerentur, hæc dicta, *liurea*, ò *contraſegno*. Ita apud Herodotum lib. 8. *Tellias Phocenſis gypſo ſuos notauit milites, ne in conflictu trucidarentur inter cæteros internecioni deſtinatos.*

Z 2 Teſſe

Teſſera ludus in quo differat à talo.

Teſſera aliquando vſurpata pro talis, quibus ludimus: differt autem teſſera, à talo; quòd teſſera ſit figura omni ex parte quadrata, conſtans ſex lateribus æqualibus, Talus autem tantum quatuor, ad ſimilitudinem eorum oſſiculorum, quæ in articulis animalium biſulcorum pedum reperiuntur, vnde, talaris veſtis, ad talos vſque demiſſa. De talis, & teſſeris vide Hadrianum Iunium *Animaduerſ. libro* 2. *cap.*4.

Scytale Spartana Ziſra.

Ab his teſſeris non multum aberat (inde abeo) Scytale illa tam celebris Lacedæmoniis. Hæc, referente Gellio *lib.* 17. *cap.*9. ita deſcribitur. Scytale erat genus ſecretioris epiſtolæ, noſtris Principibus paſſim vſurpatum, quo ad res magis arcanas Lacedæmonij vtebantur; vnde & Scytale Laconica dicta. Id autem erat huiuſmodi. Imperatori ad bellum proficiſcenti Lacedæmonij ſurculum dabant teretem, alterumque omnino ſimilem penes ſe retinebant, lorumque minutim conciſum ad Imperatorem mittebant, qui loro illo per ſurculum ſuum circumplicato, litteriſque coëuntibus, commodè quod ſcriptum erat, perlegebat. Lege Gellium, Rhodiginum, Nicolaum Loënſem, *libro quarto capit.*14. & alios.

Occultè ſcribēdi Cæſaris ratio.

Cæſaris ritum ſcribendi occultè Dion. libro 40. ita deſcribit, *Conſueuerat Caſar ſi quid ſecreti per litteras ſignificaret, quartum ſemper elementum in ſcribendo, pro eo, quod ſcribi debebat, ſumere, ne obuia litterarum lectio cuiuis eſſet.* Idem libro 21. *Cæſar Auguſt. cum aliquid arcani ſcriberet proximè ſequentem ſemper litteram, pro ea qua exarari debebat, ponebat.*

Sortitiones quæ, cui dicatæ. Hermæa quid.

Teſſeris fiebant ſortitiones, omnis ſortitio Mercurio fuit dicata, cui ſuum ἕρμαιον, ſeu Hermeum donabant: ſecundum Suidam, oleæ folium in vrnam conjiciebant, primumque educebant, in honorem huius Dei. In ligno ſortem ſuam, teſſerámve incidebant.

Sortiendi modi.

Sortiendi rationem prælibo ex Hadriano Iunio *animaduerſ. lib.* 2. *cap.*5. Pri-
I. mum igitur omnium in eo ſtatu Reipubl.
qui penes populum eſt, δημοκρατίαν nomi-
II. nant, magiſtratus ſorte eligebantur. De-
inde iudices conſcribi principio de curia
ſenatoria: Deinceps ſortito in vrnam mitti,
ti, vt è pluribus neceſſarius confici poſſet
conſueuiſſe, auctor eſt Pedianus, ita vt pri-
III. mò delecti mox ſortirentur. Seruius in 6.
IV. Æneid. negat cauſas audiras, niſi per ſor-
tem ordinatas. Inſuper ducendis legatis
vrna, & ſors poſita, ne ambitioni, aut ini-
micitiis locus foret, ex Ciceron. *epiſtol.*
V. *Fam.* Brabeutæ ſorte ducebant eos, qui
curriculo certamina obituri erant, ex Ta-
VI. cito. Luctaturi quoque in Circo ſortie-
bantur, & ſorte ducta manus confere-
bant, vnde binæ litteræ pares eductæ,
VII. pares athletas committebant. Apud Ho-
VIII. merum Heroes obſignatis ſignaculo cu-
IX. iuſque ſortibus, & in galeam demiſſis, ſor-
tiuntur, quis cum Hectore ſit congreſſu-
X. rus. Apud eundem in 3. ſortiuntur remos.
XI. Miles quoque ſortitò excubabat. Alexand.
ab Alexandro notat Syracuſanis in vſu fuiſ- XII.
ſe, vt per litterarum elementa ſorte le-
gerent, qui in concione ſententiam ſuam
exponeret. Tacitus 13. refert, Præfectos
penes quos publicarum tabularum cura
ſorte duci ſolere è Prætorum numero. Ari- XIII.
ſtophanes refert, Ægyptios ſortito partitos, XIV.
quos quiſque agros coleret.

Sortitio conuiualis. Dea ſortiendi.

Sortitio in conuiuiis, in Sympoſiarcha eligendo; notiſſima eſt, qui conuiuiales leges præfigeret. Tenira erat Dea ſortiendi à tenendo dicta. Sortes capitales in foliis ſcriptas alibi doceo, teſtulis verò in oſtraciſmo, quæ ſi ſex millium numerum explebant, reus vertere ſolum cogebatur, tanquam reipub. grauis, & nimia virtute odioſus.

Calculi iudiciarij quales.

Calculi iudiciarij erant conchulæ marinæ, ex Polluce *lib.* 8. Poſtea fabricatæ fuerunt æreæ ad illarum formulam, ex Ariſtophanis interprete.

Iudicū calculi quot.

Iudicum calculi duo, vt ex Vlpiani *annotat. in Demoſth.* conſtat; quidam pertuſi, perforatiue, & nigri, qui condemnabant; qui abſoluebant albi, & integri. Cadiſcus erat ſitella, in quam coniiciebantur ſortes, ſeu calculi. Hæc duplex, prior mortis, poſterior miſericordiæ nuncupata, ex Ariſtophan. Scholiaſte *in Veſpis.* Vide Iunium *lib.* 3. *cap.* 5.

Cadiſcus quid.

ANTONIO CIVRANO. Senatori Veneto.

SYNOPSIS XVII.

De Gymnaſtica, & Gymnaſiis antiquorum. De locis Gymnaſiorum. Quot, & quæ Gymnaſia. Exercitationis genera varia. De lucta. De pugilatu. De diſco. De curſu. De ſaltu. De haſta. De pila. De folle, &c. De Ludis ſcenicis, & Circenſibus. De Ludis Græcis. De gladiatoribus, & huiuſmodi.

Gymnaſij etymon.

GYMNASIA dicta ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, id eſt, ab exercendo corpore, cui primùm ea inſtituta; poſt etiam animorum exercitio deſtinata: quandoquidem eò confluebant iuuenes, Sophiſtæ potiſſimum, mox etiam Philoſophi (vt docet Plato) ideo Cleanthes Athenas profectus pugil, in Philoſophum euaſit, in gymnaſio ſub Cratete, & Zenone; vnde prouerbium, *Diſcum, quam Philoſophum audire volunt*: & Laërtius ait, Ariſtotelem cum diſcipulis philoſophari ſolitum ante vngendi tempus.

Gymnaſium animo, & corpori deſtinatum exercendo.

Gymnaſiorum loca.

Gymnaſiorum loca varia & alia exercitiis animi, alia corporis deſtinata. Animi loca primùm tecta contra aëris iniurias;

porti

Gymnaſium animi.

porticus variæ, in quibus exedræ erant, Philoſophis, & Rhetoribus datæ, vbi ſedere licebat, & ambulare. Loca aperta tempore ſereno, tum æſtate, tum hyeme, in quibus deambulabant, puta, in viis inter porticus, in xyſtis, vel areis nudis, ſeu platanis, aliiſue arboribus conſitis.

Gymnaſia tria Athenis. Gymnaſium corporis.

Athenis tria gymnaſia lego extra vrbem: duo liberorum, Academiam, ſcilicet, & Lyceum: Tertium ſpuriorum, Cynoſargen, de quibus alibi.

Præparationis gymnaſticæ loca.

Corporis verò exercitiis, tum præparandis, tum obeundis loca in gymnaſiis deſtinata fuere. Præparationi primùm ea, in quæ conueniebant, & deliberabant, quid acturi & quid exercitaturi, hoc dictum, Ephebeum.

Ephebeum.

Tum ea, in quibus accingebant ſe ad corporis exercitium, vel cultum; non vnius generis. Etenim locum, vbi veſtes ponebant, ἀποδυτήριον; vbi nudabant, γυμνάσιον; vbi vngebant, ἐλαιοθέσιον dicebant. Inde puluere aſpergebantur in altero loco, quem vocabant κονιστήριον. Poſt exercitationes defricabantur, & iterum vngebantur: poſt balnea itidem vngebantur. Et hæc loca præparationi inſeruiebant.

Loca vara gymnaſiorũ.

Exercitationis loca Gymnaſiorum.

Exercitationi apta loca erant, vel communia omnibus, vel propria athletis. Communia omnibus, qui exerceri vellent, ſanitatis, vel voluptatis cauſſa, erant vbi exercebantur. *Lucta, pugilatu, diſco, curſu, ſaltu:* Item reliquis, vt haſta, iaculo, pila, folle, & huiuſmodi. Pancratium ex lucta, & pugilatu componitur, quòd peculiarem requirebat locum, Palæſtram, ſcilicet. Palæſtra ergo erat locus peculiaris athletis. Pila repoſcebat Sphæriſterium, cum diſco, & folle, vt curſus, & ſaltus in viis, vel xyſtis, ſeu apricis, ſeu arboribus conſitis exercebantur. Athletæ præmij cauſſa decertantes ſub dio in ſtadio, ſiue arenâ decertabant.

Exercitia corporis. Pancratium. Palæſtra locus peculiaris luctæ. Pila in ſphæriſterio. Athletæ ſub dio.

Xyſti qui.

Xyſti fuere longæ porticus ampla latitudine, & gymnaſia, vbi ambulationes eſſent, & arbores plerumque digeſtæ, in quibus Athletæ hybernis ſæpè temporibus luctabantur.

Sphæriſteriũ quod.

Sphæriſterium locus erat circularis, plures capiens circulos, & ſpatia variis luſibus diſtincta, à ſphærica figura dictum, deambulationi, quieti, & aliis exercitationibus accommodatum, vel intra ædes, vel in thermis.

Trigõ quid.

Trigon locus erat triquetro ſimilis, vbi pila exercebantur, & ludis.

I. Lucta, quid, vnde dicta.

Primò, *Lucta*, dicta πάλη, vnde palæſtra, quaſi πηλὸς, ideſt, argilla, quod puluerem, & ceroma requireret, vel dicta à Græco παλαίειν, ideſt, aſtutia, & dolo ſternere, nam nudi ſe mutuo amplexu ab iliis, & humeris, in tergum conſertis brachiis, manu apprehenſis, ſe proſternebant, impulſu tantùm, & tractu, & preſſione, & ſupplantatione, vt non cæderetur concertator, ſed proſterneretur.

II. Pugiles qui.

II. *Pugiles*, vice verſâ, pugnis ſe feriebant, vnde pugil dictus, quaſi πυκτεύς, ideſt pugno plagas impingens, & ſolo perculſu aduerſarium proſternens, quod factum primò manibus nudis: deinde addita lora pugnis ad munimentum, propterea quòd, nonnulli cum ferirent, ſæpè plus damni acciperent, quàm facerent: ea lora Græco vocabulo, dicti, *Ceſtus*, qui breues initio, mox, ne excuſſa exuerentur in ictibus, tùm cubito, tùm humero alligata. Poſtremo ferrum, plumbumque aſſutum ſæuiſſimo ſpectaculo; cerebrum enim, ac guttur facillimè eliadebant; idcirco aurium munimenta induebant ἀμφωτίδας.

Ceſtus quid.

Tota ars, ictum vitare, non fuga, ſed corporis inflexionibus. Luctaturi ceromate inungebantur, oleo, & cerâ mixtis; miniſtri, Ceromatiſtæ appellati; mox puluere aſpergebantur, quem ἁφὴν appellabant, vt corpora ceromate, & ſudore lubrica, oleo corroborata, mutuas luctantium prehenſiones admitterent, & eluderent.

Amphotides aurium munimenta. Luctaturi vncti. Corona quid. Ceromatiſtæ.

Pancratium conſtabat ex lucta, & pugilatu, ita dictum, quaſi quis totius corporis conatu pugnis, calcibus, genibus, manibus, omnique virium contentione inſurgeret in pugnam.

Pancratium quid.

III. *Diſcus* erat lapis grauis, quem, ſe ſe exercentes, proiiciebant Diſcoboli, &, cum ferreus erat, maſſam vocabant, trium, vel quatuor digitorum craſſitie, longior paulò plus pede, lenti leguimini ſimilis, quem in aërem proiiciebant; ſed modo, à iaculorum miſſione diuerſo, ſiquidem in mittendis iaculis, brachia pendebant, mox prorſum impellebant: contra in diſco, manu ad pectus adducta, atque extrorſum reducta, rotationis inſtar illum in aërem eiaculabantur.

III. Diſcus quid. Diſcoboli. Diſci luſus quomodo differret à iaculi luſu.

IV. *Curſus*, δρόμος, veteres dixere, vias, vbi currendo ſe ſe exercebant curſores. Curſorum alij Stadiodromi, qui ſtadium percurrebant, & quieſcebant in limine. Alij Diaulodromi, qui curſu ad metam peracto, eò demum reuertebantur, vnde curſum inierant. Dolichodromi ſexies ſtadium curriculo obibant, & perpetuo impetu. 12. ſtadia decurrebant. Hemerodromi, qui totum diem à mane vſque ad veſperam, citra reſpirationem, recurrebant. Olim pueri curſu certantes clamare ſolebant, *Occupet extremum ſcabies*, adhortantes hac voce ſingulos ad curſum, ac malè precantes ei, qui eſſet omnium poſtremus; vnde illud Prouerbium natum.

IV. Curſus quis. Stadiodromi. Diaulodromi. Dolichodromi. Hemerodromi. Formula puerorum in curſu.

Promethea, erant ludi, in quibus currentes in palæſtra tædam ardentem geſtabant; eamque defatigatus proximo, iſque poſtea defeſſus alteri, & deinceps alius alij tradebat; donec metam pertingerent, hinc Prouerb. *Lampada curſu tradere*, id eſt, partes ſuas ſucceſſione alteri tradere.

Promethea ludi. Lampada curſu tradere, prou.

Pentaplum erat poculi genus, quo donabatur victor in publicis ludis epheborum Athenis currentium, & geſtantium viteum ramum onuſtum fructu, qui dicebatur ὄσχος. Initium curſus erat à templo Bacchi, vſque ad templum Palladis. Nomen inditum calici, Pentaplum, quòd in

Pentaplum.

in eo quinque rerum ſpecies eſſent mixtæ, vinum, mel, caſeus, farina, & parum olei: Athenæus *lib.* 11. *cap.* 15. Stadia, in quibus currendi certamina peragebantur, oleis per ſeriem poſitis vtrinque ſepiebantur, quas præterire non licebat; proinde qui præteriiſſet, extra ſtadium currere videbatur. Hinc prouerbium, *Extra oleas ferri.* Lineæ ductæ duæ in curſu, altera pro carceribus, vnde curſus erat initium; altera in calce, in quâ præmium; hinc prouerbium, *Lineas excidere*, ideſt, de ſemita. *A carceribus ad calcem* ideſt à principio ad finem vſque.

Stadia curſus qualia. — Extra oleas ferri, prou. — A lineis excidere, prou.

V. *Saltatio*, ſiue ὄρχησις, nil aliud erat, quàm motus ac geſtus corporis artificio quodam, & numero, rationeque factus ad imitandos hominum mores, affectus, & actiones. Species huius plurimæ fuere, eæque nominatæ, vel à regionibus, vt Laconica, Ionica, Cretenſis, Gaditana, &c. vel ab inuentore, vt Pyrrhicha, à Pyrrhicho Lacone, ſeu Pyrrho Achillis filio; hanc nos, *Moreſcam*, iure dicere poſſumus. Saltatio inſtituta ad theatra, & ludos cohoneſtandos, & ſpectatores delectandos, nec non ob religionem quandam, ad ſacrificia, demum ad corporis fortitudinem, militaremque artem exercendam. Partem, vnde proſiliebant, βατῆρα vocabant. Saltandi menſura vocabatur, Canon: terminus autem, Scamma, ſeu foſſa; vnde prouerbium, *De ſcammate egredi*, ideſt, ſaltu ſulcum tranſmittere.

V. Saltatio quæ. — Saltationum ſpecies. — Pyrrhicha ſaltatio. — Saltationis finis. — Saltus qualis & quantus. — Canon quid. — Scâma quid.

Conſualia in honorem Neptuni, quem Conſum vocabant, celebrata, in quibus Quirites ſe ſe cernui iactitabant. Fuit & ille peruetus, quum per vtres vncti ſaliebant: Scaliger. lib. 1. Poëtices *cap.* 22. Pancratium ex Budæo ἀπὸ τ̃ πάντων κρατεῖν. hoc eſt, ab omnibus viribus, quas adhibebant; complectebatur pugillatum, & luctam, nam calcibus, & cubitis, non modò pugnis vtebantur, vnde Pancratiaſtæ dicti, Pentathli, ſiue Quinquertiones, qui quinque certandi generibus ſuprà recenſitis dimicabant, ſcilicet, lucta, pugilatu, diſco, curſu, ſaltu.

Conſualia quæ. — Pácratiaſtæ. — Pentathli, Quinquertiones.

Periodo autem vincunt, qui Iſtmijs, Nemæis, Pythiis, & Olympiis vincunt, qui tanquam triumphantes quadrigis per ruinas murorum in patriam redibant, & de publico alebantur. Hi ludi proprij Græcorum: alij Romanorum, ſanitatis, religioniſque cauſa inſtituti.

Periodo vincere quid.

Creſcentibus opibus, in curſu admiſere equos: demùm, currus & quadrigas; hinc aurigarum certamina.

Circenſes ludi qui.

Vnde Circenſes ludi à circuitu equorum dicti, vel quòd in Circo fierent, & circum metas equi currerent, & à carceribus inciperent, deſinerent ad calcem, ſeu metam.

Aurigæ duobus coloribus vſi Praſino, & Veneto. Praſinus erat color terræ; Venetus Cœli, & maris.

Colores aurigantium. Praſinus color, Venetus color.

Deſultores erant, qui ex equo in equum deſiliebant, vel ex curru in currum, vt citiùs metam pertingerent, vel corporis agilitatem oſtentarent.

Deſultores qui.

In Græcia ad cultum Deorum, & exercitium corporis quatuor certaminum genera inſtituta: Olympia quinto quoque anno in honorem Iouis Olympici: Pythia in honorem Apollinis; Nemæa in honorem Herculis; Iſthmia in honorem Neptuni. Vide Natalem Comitem *lib.* 5.

Certamina 4. Græciæ. Olympia. Pythia, Nemæa. Iſthmia.

Erant, & alij ludi, vt Troiæ, ideſt, equeſtres pugnæ. Ludi Scenici; quod in ſcena, hoc eſt, in vmbra agerentur; & hi ingeniorum acumine, atque actionis agilitate, ſeu arte conſtabant, atque in theatro peracti; at Circenſes in Circo. Scenici fuere Tragœdia, Comœdia, Satyra, & Mimus. In Circenſibus 1. pugnis, ceſtibus, luctâ, gladiis, fuſtibus, haſtis, pilis dimicabant. 2. curſu. 3. ſaltatione. 4. iaculatione diſcorum, ſagittarum, iaculorum, &c. 5. decurſu equeſtri. 6. aurigatione. 7. onmachia; de quibus ſingulis, vide Mercurialis Gymnaſticam, Vvolfgangum, Rhodiginum, Alex. ab Alex. Roſinum, & alios. Erant & alij ludi in honorem Deorum inſtituti, vt funebres ſeu gladiatorij. Gladiatores, vel erant Retiarij, vel Secutores, vel Mirmillones, vel Hoplomachi, vel Thraces; horum magiſtri vocati Laniſtæ. Munerarij erant ſpectaculorum exhibitores, qui ludos gladiatorios populo exhibebant, Græcis Agonothetæ dicti, de quibus à me alibi fuſius, & ab aliis quoque meliùs.

Troiæ ludus. Ludi Scenici qui. Ludi Circenſes. — Ludi gladiatorij funebres. — Munerarij qui.

DOM. FRANCISCO Calydonio Iuriſconſulto Equiti.

SYNOPSIS XVIII.

De Aquila, & Signis militaribus. Dubia 4. propoſita 1. De Aquilæ vſu militaris. 2. De ſuffragiis Romanorum 3. De iure Patriciorum. 4. De Gallia Narbonenſi in Prouinciam redacta. Primum enucleatur, De Aquilæ militaris vſu. A quo primùm inuenta, & inuecta Romam in caſtra, & vnde. Eius vſus in legionibus, locus in caſtris. Quantus eius cultus. Loci varij ad hoc probandum prolati. De vexillis, & cæteris ſignis militaribus. De illorum diſcrimine, & aliis ad militaria ſpectantibus.

IN quadriuio à te conſtituor, dum quatuor mihi nodos Gordios diſſoluendos proponis.

Dubia 4. propoſita.

Primus nodus, *Quando, & à quibus primum Aquila*

1. Dubium.

Aquila vſus, Romanis in inſignibus militaribus?

2. Dubium. Alter, *Singuline viritim ciues Romani in Comitiis ſuffragium ferrent?*

3. Dubium. Tertius, *Quomodo, quave de cauſa ciues Romani a Senatorio in plebeium tranſmigrarent ordinem?*

4. Dubium. Quartus, *Quo tempore Gallia Narbonenſis à Romanis deuicta, atque in prouinciæ formam redacta?*

Andabatarum more in tam alto ſcriptorum ſilentio, atque auctoritatum caligine, prœlium committo: quid mirum, ſi riſum moueo liuidulis; delicatulis verò ſtomachum? Dantes Alighierius (ſi qua fides, in

De Aquilæ prima inſtitutione.

his, recentioribus, & vatibus) in 6. ſui paradiſi, facem præferre nititur, ſed à nullo mutuatam, vel gratis ſibi vſurpatam, cum aſſerit, Aquilæ vſum per Æneam à Troianis in Italiam tranſlatum, qua, & vſi deinceps poſteri Reges, Conſules, inde ad Imperatores vſque: ſed audio Lyricum obmurmurantem.

Dantis ſententia prima. Aquilæ vſus ab Ænea.

Pictoribus, atque Poëtis
Quodlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas

Alexandri ab Alexand. 2. ſententia. Attamen, nunquid fabularum inuolucris veritatis arcana vates occludentes vaticinabantur? Quid igitur mirum, ſi Alexander ab Alex. cap. 2. lib. 4. Genialium dierum circa medium, diſſentire ab hoc poëta noluerit, cum inquit; *Hoc inſigni Iouem aduerſus Titanas,* (de Aquila loquitur) *vſum ferunt; inde ad Cretenſes, à Cretenſibus ad Troianos, demum in Latium ab Ænea tranſlatum defluxiſſe, quo poſtea Romani veluti præcipuo vexillo in bellis vſi ſunt. Propius vero eſt, quòd Ioue dimicante contra Saturnum, Aquila augurio tanquam felici, & fortunato regni victor euaſit. Quo exemplo Romani Aquilam, veluti auſpicatiſſimum ſignum habuere.*

Aquilæ vſus à Ioue bello Gigantum.

Aquilæ augurium Ioui fauſtum.

Verùm enim verò, quia (vt dixi) ſine vlla ſcriptorum auctoritate, gratis, & hic aſſumere videtur; Dialecticorum more, aſſumptum liberrimè negabo. Nam ſi in hoc vllus coniecturæ locus; mihi liceat coniectare; illis enim totis ſuffragiis refragari mihi videtur (pace tantorum virorum) vir pereruditus, & antiquiſſimus Dictys Cretenſis, qui lib. 5. de bello Troiano tertiam refert ſententiam, cum inquit, *Quo quidem ſpectaculo* (loquitur de quodam portento Troianis viſo in ipſo ſacro) *perculſis, atque attonitis omnibus, ſubitò Aquila ſtridore magno immiſit ſe ſe, atque exterum partem eripit, móxque ſuperuolans ad naues Græcorum pergit, tali auſpicio motus omnium animis prænunciat; Græcos dominos fore eorum, quæ apud Troiam eſſent.*

Dictys Cretenſis 3. ſententia.

Aquila rapit extra

Nunquid igitur aues ſiniſtras, pro ſuis ſignis Troiani conſtituerunt?

Non obtuſa adeo geſtabant pectora Teucri.

Deinde in mutatione illa clypeorum, facta noctu, quam refert Virgilius in 2. Æneidos, interpres tantùm meminit Palladis, & Neptuni; quæ Troianorum, & Græcorum inſignia fuiſſe, ex aliis colligo.

Mihi tamen vero ſimilius, atque ad veritatem propius accedere videret, ſi (ſaluo tamen certiori calculo, non aquilam, ſed ſuem; ſeu ſcrofam Æneæ in inſignibus extitiſſe, Meſſalæ Coruini, de progenie Auguſti auctoritate niſus, rationique innixus, dicere auderem; *quod inſigne* (inquit) *vexillis Anteori, & Æneæ fuiſſet, ſine quadam rei memoria haud prætereundum arbitror,* &, quæ ſequuntur: & paulo poſt, hæc ſubnectit non aliena, *Armaque fixit, hoc eſt, in templis arma ſuſpendit,* & quæ deinceps ſubdit; *Ideo arma fixit Troia, Troia fuit inter arma templis affixa, armorum inſigne, quod nonnulli aſſerunt. Troia namque vulgò, Italicè, Latinèque, ſcrofa, vel ſus dicitur.* Ex quibus rebus infero non prorſus à vero aberraſſe Alexandrum ab Alexandro *lib.* 4. *cap.* 2. Pliniumque *cap.* 4. *lib.* 10. affirmantes, Romanos ſuem potiùs, quàm aquilam accepiſſe à Troianis, quandoquidem idem Meſſala Coruinus paucis interiectis hæc habet. *Eundem Æneam Lauinium oppidum ſtruxiſſe aiunt, ſimul, & hinc ſcrofa ſignum Troianum ortum quidam tradidere, ſeu ob iniecti fundamenti regiæ ſedis memoriam, ſeu quia quietis genii ſcrofa ſignum dederat, ſeu ob aeraum inſigne nominis Troiæ, quæ huic vocabulo animalis, vulgò, Italicè, includitur, vt ſupra memini. Præterea, & nonnulli referunt hiſtorici, Æneam more nauigantium inter cætera animalia ad vſum veſcendi, vt fit, ſuem vnam ſecum detuliſſe, ac ex oraculo reſponſum habuiſſe, cum teneret Italiam, dimitteret eum: inde, qua reperta foret, ſedis eius conderet vrbem, quam in Campania oris apud Auernum lacum, Baiarumque fines dimiſſam voluat, mox ſupra Tibridis ripam, quare elatum ſcrofa vexillum: quocirca Helenus ab Ænea in 3. Virgilij Æn.*

Meſſalæ Coruini 4. ſententia.

Sus Æneæ in inſignib.

Plinij, & Alexand. ab Alex. 5. ſententia.

Romani ſuē mutuati in inſignibus à Troianis.

Meſſalæ Coruini locus de ſue Æneæ:

Vade, age, & ingentem factis fer ad æthera
Troiam.

Ideſt, inſigne Troianum. Ideo idemmet Virg. eodem Heleni nomine,

Virgilij locus de ſue Troiana.

Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.
Cum tibi ſollicito, ſecreti ad fluminis vndam
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit:
Alba ſolo recubans; albi circum vbera nati;
Is locus Vrbis erit; requies ea certa laborum.

Ad hoc confirmandum ſubnecto, quæ Dionyſius Halic. in primo ſuarum antiquitatum refert, qui maximè in hoc cum eodem Meſſala Coruino conſentire videtur, dum ait.

Dionyſij Halicarn. 6. ſententia.

Troianos igitur in præſentia ſedibus iſtis vſuros dicebat. Sed poſt totidem annos, quot porcellos ſus peperiſſet, alteram vrbem fortunatam, & amplam ab eius poſteris conditum iri: Æneam verò, cum hoc intellexiſſet, eamque diuinam vocem eſſe indicaſſet, Dei imperata feciſſe ferunt. Alij verò dicunt huic viro vehementer ſollicito, & præ dolore corpus languidum habenti, & neque in caſtra deſcendenti, nec cibos vllos ſumenti, ſed illic, ita vt fortè erat, noctem illam cubanti, magnum quoddam, atque admirandum ſpectrum, forma cuiuſdam Dei patrij aſſumpta, in ſomnis aſtitiſſe, & de rebus paulò ante memoratis eum monuiſſe; ſed vtrum ad veritatem propiùs accedat,

Dioniſij Halic. locus.

cedat Deus nouit. Poſtridie verò ſus triginta porcellos peperiſſe fertur, & poſt totidem annos à Troianis aliā vrbem eſſe conditam. Æneas verò fœtum ſuis vna cum matre Diis penatibus immolauit, in eo ſpatio, vbi nunc eſt quoddam ſacellum, quod Lauinienſes ſacrum exiſtimantes ab eius aditu arcent cæteros. Quæ omnia certo certius, & luce clarius innuunt, ſuem potius, quàm Aquilam Æneæ fuiſſe ſacram, vt quæ tam boni, & fauſti ominis, tantique imperij auſpicium fortunatiſſimum. At, ne quis putet viros eruditiſſimos opinantes à Troianis in Romanos Aquilæ vſum deriuatum, tanquam Senatores abſque prouocatione decreuiſſe, tanquam legatos ſine mandatis hæc litteris mandaſſe, quia mihi meus Achilles, & illi ſuum Hectora implorabunt, Dionyſium dumtaxat, ita pro illis diſſertantem, *Dum autem vrbs Lauinium conderetur, hæc prodigia Troianis oblata tradunt, cum ignis in nemore ſua ſponte accenſus, aiunt, lupum ore materiam aridam intuliſſe, & in ignem conieciſſe. Aquilam verò aduolaſſe, & alarum agitatione flammam excitaſſe; ſed vulpem conatibus horum magno ſtudio ſe oppoſuiſſe, & cauda in flumen intincta operam dediſſe, vt ignem, qui ab aliis accendebatur, extingueret, & modò eos, qui ignem accendebant victores fuiſſe, modo etiam eam, quæ flammam extinguere volebat, tandem verò duas illas viciſſe, hanc verò, cum contra illas nihil amplius moliri potuiſſet, irrito conatu diſceſſiſſe: Æneam verò, hac re animaduerſa, dixiſſe ferunt, Coloniam illam fore illam quidem illuſtrem, & admirabilem, nomenque celeberrimum adepturam, ſed eius incrementa populis finitimis inuidioſa, & moleſta fore; tamen eius aduerſarios ab ipſa ſuperatum iri, quod fortuna beneficio numinis diuini, fauorem humanis inimicitiis, ac inuidia longè potentiorem eſſet habitura. Hæc igitur tam manifeſta prodigia Troianis oblata dicuntur, quæ futuram vrbis fortunam indicarunt, atque eorum monumenta in Lauinienſium foro extant; horum animalium ærea ſtatua, quæ ibi longiſſimo tempore aſſeruantur.*

Sus potius, quàm Aquila ſignum Æneæ.

Aquilæ vſus à Troianis in Romanos. Dionyſij locus de Aquila.

In tanta itaque ſcriptorum primarum partium diſſenſione, cui aqua non hæreret? res hæc omnis longè nimis petita, & antiqua, fortaſſe antiquanda, aquilæ ab Ænea vſque petitæ. At coniectore opus, vbi locus coniecturæ, & opinioni; ideo liceat de me fari.

Ite pedes quocunque ferent, quocunque per vndas.

Clariſſimus vir, mihi ſemper cariſſimus Iuſtus Lipſius, mirum, quàm benè rem coniectare, ac penè aſſequi, vel diuinare videtur, cum in 4. de militia Romana dial. 5. hæc habet. *Signum legionis Aquila, vt ſupra tetigi, nec niſi vnius vna; imo nec ſociorum quidem, & quia hoc præcipui & imperij ſignum, ſubiungi ſub eam ſocios voluerunt, & auxilia non ſeorſum habere. Huius origo variè petitur. A Ioue alij, qui hanc inſigne militiæ habuerunt, quidam à Troianis. Ego fortaſſe nihil errem, ſi aut ipſos à ſe Romanos reperiſſe dixerim, aut vicinorum exemplo*, Hæc ille. Ne tamen videar,

Lipſij ſententia vltima.

Vnius addictus iuraſſe in verba magiſtri:
Quo me cumque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.

Romanis aquilæ vſus à ſe, vel à vicinis Etruſcis.

Temporibus Romuli, aquilæ vſum non fuiſſe ex Plutarcho in illius vita colligo, qui nuſquam aquilæ meminit; hæc enim de Romulo habet verba; *Ipſe etiam ſecum* (loquitur de Romulo) *agebat magnam armatorum manum in centurias inſtructam, quarum ſingulas ducebat vir quidam herbarum faſciculum haſtæ alligatum præferens, qui poſteà manipuli nuncupati ſunt: ex hocque lapſa conſuetudine, vſque ad noſtram ætatem, manipularii in caſtris id nomen manſit.* Manipuli deinde in aquilam mutati, vt docet Ouid. Faſtorum. 3.

Romuli tempore nullus aquilæ vſus Rom.

Illa quidem fœno, ſed erat reuerentia fœno,
Quantam nunc aquilas cernis habere tuas.

Manipuli à Romuli tempore ſigna Rom.

Et mihi quoque (ſi qua fides, ſi benè memini) nullus occurrit auctor, ſiue hiſtoricus, ſiue antiquitatis indagator fidelis, quippiam tale proponens, de aquila à Romulo in Tarquinium vſque Priſcum; quod ſubinnuere videtur Alexander ab Alex. lib. & capite ſuprà citatis, cum ait. *Signa militaria, quæ exercitum præire conſueuerunt, cum acies educendæ, & manus cum hoſtibus conſerendæ forent, à principio fere, manipulos fuiſſe accepimus, quos haſtis alligatos à ſignifero deferri, & illis preeuntibus decernere ſolebant, vnde, & manipulares dicti. Aucto mox imperio, prorogatiſque finibus quinque ſigna ærario depromi, & militum acies, ac legiones præire aſſuerunt: Hæc fuerunt aquilæ, lupi, minotauri, equi, & apri ſimulacra.*

Alia ſigna animalium addita manipulis.

Sed quàm tenebricoſus, ſibique contrarius hic videtur, Cimmeriaſque teiebras huic obducere, atque eas palpare (vt dicitur) cum pugnantia dicat ſequentibus? Quæ tamen in eiuſdem capitis fronte habet, hiſtoriam veroſimilius referunt.

Alexand. ab Alex. ſibi ipſi contrarius.

Quamobrem (etſi ego de gente Etruſca,) pro eadem tamen in mea tribu ſuffragium ferre mihi liceat: nec mihi refragante auctore grauiſſimo, Dionyſio videlicet. Ille ſiquidem lib. primo innuere videtur, regnante Tarquinio Priſco, quinto Romanorum rege, Romanos ab Etruſcis omnia imperij inſignia fuiſſe mutuatos, cum enim fœdera pacis Tarquinius, cum Etruſcis ſancire vellet, poſt inita multa certamina (ita referente eodem Dionyſio.). *His reſponſis acceptis, legati abierunt, & paucis poſt diebus redierunt, ei non ſola verba afferentes, ſed etiam imperij inſignia, quibus ipſi ſuos reges ornare ſolebant, portantes, & coronam auream, & ſellam eburneam, ſceptrumque in ſummitate AQVILAM habens, & tunicam purpuream auroque diſtinctam, & togam purpuream, & pictam, &c.* Et paulò inferius. *Tarquinius tamen his honoribus acceptis, non ſtatim eſt vſus, vt maxima pars Romanorum ſcriptorum ſcribit; ſed cum ad Senatum, populumq; Romanum eius rei cognitionem retuliſſet, an honores oblati recipiendi eſſent; poſtquam omnes*

Aquila cum cæteris ornamentis ab Etruſcis Romam delata.

nes

nes id velle cognouit, tum demum eos accepit. & paulo poſt. *Idem ornatus manſit in ipſius ſucceſſoribus, & poſt pulſos reges annuis conſulibus, excepta corona, togaque picta, nam hæc ſola his adempta ſunt, quia inuidioſa videbantur, libertatique contraria, ſeu grauia*. Sed altius rem indagemus, ſi fas. In Xenophonte de Cyri expeditione lib. primo hæc lego. *Hic autem regale ſignum agnitum, auream aquilam in pelta ad ſummam haſtam alligata*. & in Pædia. *Erat autem ei ſignum aurea aquila in longa haſta ſuſpenſa, & nunc etiam id inſigne Perſarum regibus manet*. Quare à Perſis vſque Aquilæ vſus emanauit. Perſarum aquila differebat à Romanorum, quòd hæc modica ex argento ſummæ haſtæ inſiſtens, alis expanſis, pede fulmen aureum tenens, adeò vt baltei latebris à ſignifero potuerit tegi, vt refert Florus, *lib* 4. at Perſarum, amplior. Cur autem Perſæ aquila vſi, idem Xenoph. *de Pædia lib.* 2. in principio diſſerit; quòd aquila dextra apparens, dux itineris ad Perſida fuerit ſatis omine fauſto, & auſpicato.

Aquila inſigne Perſarū, & cur.

Aquila Perſarū, in quo differret ab aquila Romanorum.

Quid hac luce clarius? non hæc Bœotica ænigmata, neque opus Delio natatore lectori, ne præfocetur, ſiquidem Dionyſ. grauiſſimus hiſtoricus ab Etruſcis in Tarquinium Priſcum, à Tarquinio Priſco in Coss. vſque hæc imperij ſigna emanaſſe palam fatetur.

Vnus hic igitur face hiſtorica in tantis tenebris præire mihi videtur, atque ad Coss. vſque, quaſi manu ducere; Sed quàm longiſſimis interuallis tentabundus lento paſſu vix progredior. À Tarquinio Priſco ad Coss. mirum quàm rara mentio huius aquilæ: aliqua tamen, neque obſcura in L. Floro, & eodem Liuio. Florus in ſua hiſtoria de 2. bello Punico, in Thraſimena clade hæc habet, de Flaminio Cos. loquens. *Imminentem temerario duci cladem prædixerant inſidentia ſignis agmina, & AQVILÆ prodire nolentes*. Annon aquilæ vſus hoc tempore Romanis? Etſi T. Liuius in 2. Dec. 3. cum de eodem loqueretur bello, eademque cæde, ſignum, non aquilam vocet, dum inquit, *Inſuper nunciatur, ſignum, omni vi moliente ſignifero, conuelli nequire*. Dion. lib. 11. ait, *Aquila exigua quædam eſt ſacelli effigies, inque ea eſt aquila aurea collocata; conſtituitur autem in omnibus legionibus Romanis, neque prius hybernaculis effertur, quam vniuerſus exercitus egrediatur. Eam aquilam haſtæ impoſitam vnus quidam vir portat, cuius haſta pars infima præacuta eſt, vt in ſolum figi queat*. Idem tamen Liuius eiuſdem Dec. lib. 4. de inquiſitione à Scipione facta, qui primi in Carthaginis Nouæ mœnia irrupiſſent, ita refert. *Stare hinc legionarios milites, hinc claſſicos, per omnes Deos paratos iurare, magis, quæ velint, quàm quæ ſciant, vera eſſe, & obſtringere periurio, non ſe ſolum, ſimulque caput, ſed ſigna militaria, & AQVILAS; ſacramentique religionem*. Quod tempus quinto tantum anno poſt Thraſimenam cladem fuiſſe reperio; nam, niſi me fallit calculus, illa fuit ab vrbe condita anno 535. Nouæ autem Carthaginis expugnatio ann. 540. V.C. Plut. in Fabio Max. *His dictis imperat, aquilas attollant, & ſe omnes ſequantur*. Vegetius etiam huius meminit *lib.* 2. *c.* 13. & Val. Max. Aquilam ſcilicet, primum totius legionis eſſe ſignum, cuius Aquilifer cuſtos. Dionyſius Halic. lib. 10. *Rurſus cum in prælio accidiſſet vt Præfectus noſtræ legionis caderet, & Aquila in hoſtium poteſtatem veniret, eodem modo pro tota legione dimicans, & Aquilam recepi, & præfectum ſeruaui, qui mihi pro auxilio tunc ſibi lato gratiam referens, ſuo primipili munere cedere, & Aquilam tradere volebat*, &c. Hæc Dionyſius habet in lib. 10. Saluſtius coniurat. Catil. in fine, *ipſe cum liberis, & colonis propter aquilam aſſiſtit, quam bello Cimbrico Marius in exercitu habuiſſe dicebatur*. Cæſar Com. de bello Gall. l. 4. *qui decimæ legionis aquilã ferebat, conteſtatus Deos, vt ea res legioni feliciter eueniret, Deſilite*, inquit, *commilitones, niſi vultis aquilam hoſtibus prodere*, &c. Senec. Trag. Thebais, actu 2. *Aquilaque pugnam ſignifer mota vocat*. Vbi videtur innuere Græcis quoque in vſu fuiſſe aquilas, ſed videndus Ælianus, Leo, Vegetius, Modeſtus, Valtrinus, Cyllenius, Fe-rcirus: An vt Romanis, ita & Græcis aquilæ vſus? Apud Perſas aquilæ vſus legitur quoque, vt dixi, in Q. Curtio lib. 3. *Inter hæc aquilam auream pinnas extendenti ſimilem ſacrauerant*, &c. Ab hoc tempore deinceps Romanis in inſignibus aquilam elatam, eamque in legionibus cultam, quis niſi talpa cæcior non videat? Subſcribit huic Plinius c. 4. lib. 10. dicens. *Romanis eam legionibus Caius Marius in ſeptimo conſulatu ſuo propriè dicauit, & antea prima cum quatuor aliis, lupi, Minotauri, equi, aprique, ſingulos ordines anteibant. Paucis ante annis ſola ante aciem portari cœpta erat; reliqua in caſtris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit: ex eo notatum, non ferè legionis vnquam hybernaſſe caſtra, vbi aquilarum non ſit iugum*. Idemque ſupra citatus Florus lib. 4. de bello Germanico, dum Vari infamem internecionem recenſet, *Signa*, inquit, *& aquilas duas barbari poſſident, tertiam ſignifer priuſquam in manus hoſtium veniret, euulſit, merſamque intra balthei ſui latebras gerens in cruenta palude ſic latuit*. Quarum aquilarum alteram Stertinius Germanici ductu recuperauit, vt Tacitus refert in primo ſuorum Annalium, *Bructeros ſua vrentes expedita cum manu L. Stertinius miſſu Germanici fudit, interque cædem, & prædam reperit vndeuigeſimæ legionis aquilam cum Varo amiſſam*. Quibus locis, aliiſq; quamplurimis, tam Cæſaris, quam aliorum primæ claſſis ſcriptorum apertiſſimè conſtat, Aquilæ vſum in bellis non alienum à Romanis, illamque religioſiſſimè cultam: ac, ſi mihi ocium, à Tarquinio Priſco ad Thraſimenam cladem vſque (quod interuallum, puto, circiter quingentorum annorum) aliquot auctoritates in medium proponerem. Ad hæc; à me ſtare videtur Roſinus in ſuis de antiquitatibus Romanis libris, aliique eruditiſſimi noſtræ ætatis ſcriptores, de tempore ſci. Tarquinij Priſci. In his præ cæteris conſulenda antiqua numiſmata, in quibus inſcriptiones, imagines, ſeu n.. plurimæ, quæ non mihi præ manibus, ad hanc antiquitatem eruendam.

Auctores de aquila mentionē facientes, ſub coſſ.

Aquilæ cultus.

Carthaginis expugnatio quando.

Aquila Græcis etiam ſignum militare.

Aquilæ vſus apud Perſas.

Aquila ſolà in caſtris.

Locus

De ſignis militaribus. Signum, & vexillum in quo diſcrepent. Signa totidē quot legiones. Signa aſylū omnium.

Locus Plinij de Signis, Lupi, Minotauri, Equi, & Apri, aurem mihi vellicat, vt Laconicè de Signis, Vexillis, & Aquilis, ex probatiſſimis auctoribus multa in pauca conferam. Diſcrepant ſigna à vexillis, & Aquilis.

Signa illas imagines ſupra narratas ex Plinio præ ſe ferebant, Imperatorum etiam, & Ducum, quæ nonem in legione fuiſſe, quot cohortes, lego, apud quæ, tanquam ad aſylum pecunia militaris, captiui, &c. tenebantur: præferebantur Proconſulibus, & Præſidibus.

Vexillum quid.

Vexillum erat inſigne, in quo imagines paſſim Deorum, Imperatorum, Ducúmque militarium erant depictæ, in formam ſacrarum ædium vexillorum, quæ nos cum Cruce veneramur.

Vexillū pedeſtre triplex. Centuriarū vexillum triplex.

Vexillum pedeſtre triplex Romanis, centuriarum, prætoriarum, & auxiliarium. Centuriarum tribus conſtabat ex vexillis, vnumquodque 186. homines complectebatur. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis; Secundum rorarſos; Tertium accenſos, hi dicti vexillarij.

Prætoriarum vexillum.

Prætoriarum cohortes Prætorianas continebat, paſſim in portis nauis, limitibuſque Romanis, vbi Prætores, & Præſides agebant;

Auxiliarium vexillum.

Vexillum auxiliarium gentium præcedebat; Hoc vexillum, ſi totius exercitus, auro, gemmiſque interſtinctum, *Labarum*: erant & alia, quibus ſuperſedeo.

Labarum quid. Aquila vna in Legione. Aquilæ deſcriptio.

Aquila erat vnica in legione, cum plura & ſigna, & vexilla extarent, huius figuram ita ex Dione Caſſio, Latinè, *Ferculum eſt paruum, in quo Aquila aurea collocatur, & in omni iuſto exercitu ab Aquilifero haſta longa præfixa defertur, quo faciliùs humi defigi poſſit, in acutam cuſpidem deſinit.*

Aquilam qui præcedebāt.

Ante Aquilam incedebant Præfecti caſtrorum, Tribuni, ac Centurionum præcipui, & apud hanc ſontes religione ſe nitabantur; ſi plura anes de his, conſule Vuolfangum Lazium *Comment. Reipub. Romanæ*, de Draconibus, & inſignibus multa eruditè differentem.

Cuique manipulo ſuum ſignum.

Eruditiſſimus Lipſius in ſuis *de militia lib 4.* refert, cuique manipulo ſua fuiſſe ſigna, legioni communem Aquilam, & ſigna præmiſſe in fronte exercitus, ſed anteſignanos præceſſiſſe, tanquam ſignorum propugnatores, qui aliquando ſumuntur pro haſtatis.

Qui circa ſigna.

Subſignani pro Principibus; Poſtſignani pro triariis. Imperatores, & Tribb. circa ſigna. Imperator inter Principes, & triarios ante Aquilas ſtabat: iuxta hunc legati, & Tribb. niſi tamen certæ alicui legioni, aut cornu præeſſent, vbi loco Imperatoris agebant.

Manipulorū ſignū quod.

Manipulorum ſignum olim ſtraminis manipulus, haſtæ ſuſpenſus, inde manus, vel tranſuerſum ligneolum in formam crucis, vel imaginis Deorum, aut Imperatorum. Repero paucioribus. Vexilla erant ſigna equitum purpurea, auro miſta, in iis nomen Principis, aut imago Imperatoris quadrata, dicta poſtea, *Labarum*.

Aquila cum fulmine. Aquilæ locus.

Aquila ſignum totius legionis, aut alia animalia rapacia, de quibus ſupra. Aquila ſæpè vnguibus fulmen tenebat, quam hybernantes in ædicula, ſeu ſacello reponebant: figebatur in terra in ipſa pugna, & in caſtris: per ipſas aquilas numerabantur legiones, & alia multa, quæ quiſque apud doctiſſimum Lipſium videat, & alios quamplurimos.

DOM. FRANCISCO Calydonio I. C. Equiti.

Synopsis XIX.

De Suffragiis in Comitiis. De Adoptione. De Prouinciæ iure Romanorum. Nodi tres reliqui diſſoluti. Primus. *An ſinguli ciues Romani in Comitiis ſuffragium ferrent. Comitia quot, quando inſtituta, Curiata, Centuriata, Tributa. Iudicium de his. De magnitudine Romana.* Alter, *quis primus nobilium in plebeios aſcitus, & cur. Quædam de adoptione, tam Romana, quàm externa.* Tertius, *Gallia Narbonenſis quando, & à quo in Prouinciam redacta. Quid Prouincia; quotuplex. Quid in Prouinciæ formam reducere. Quæ Prouinciæ vectigales, quæ immunes, & alia ad hoc ſpectantia. Ritus Athenienſium, de peregrinatione filiorum circa finitimas regiones.*

Dubium primum, an ſinguli ciues Rom. ſuffragiū ferrent.

SCISCITABARIS deinde, nunquid ſinguli ciues Romani ſuffragium viritim in Comitiis ferrent? & qui hoc in tanta vrbe fieri poterat?

Dico ergo omnibus omnino Scriptoribus mihi ſuffragantibus,

Sententia auctoris. Singuli ciues ſuffragium ferebant.

Singulos ciues Romanos, tam in vrbe natos, quàm extra (dum in numero ciuium eſſent aſcripti) vt primùm per ætatem illis licebat, neque aliqua infamiæ nota inuſti, aut ſuffragij iure priuati, in comitiis, Curiatis, Centuriatis, & Tributis viritim ſuffragium tuliſſe. Sed prius, oro, mihi liceat, proloqui quædam, de triplici Comitiorum genere, deque eorum inſtitutione, in quibus ſuffragij rationem ſingulis ciuibus Romanis permiſſam, ex grauiſſimis auctoribus colligam.

A quo primùm inſtituta Comitia

Primum à Romulo Romæ inſtituta Comitia feruntur, qui totam ciuitatem in triginta curias diuiſit, quarum ſuffragiis decernebatur, quicquid ad bonum publicum ſpectabat; hinc dicta Curiata. Ita Pomponius

nius lege 2. de origine iuris, *Poſtea aucta aliquem in modum ciuitate, ipſum Romulum, traditur, populum in triginta partes diuiſiſſe, quas partes Curias appellauit, propterea, quod tunc reipublicæ curam per ſententiam partium earum expediebat, & ita leges quaſdam, & ipſe Curiatas ad populum tulit.* Quibus in Comitiis Curiatis ſingulos ciues ſuffragium tuliſſe, Halicarnaſſæus libr. 2. apertiſſimis his verbis demonſtrat; *Plebi autem tria hæc commiſit, magiſtratus creare, leges ſancire, de bello, (Rege referente) decernere, ita tamen, vt Senatus quoque in his accedat auctoritas; ferebat autem ſuffragium non vniuerſus populus, ſed per Curias, & quicquid viſum fuiſſet pluribus Curiis, id ad Senatum referebat, qui mos noſtra ætate mutatus eſt.*

Dionyſij auctoritas de Comitiis.

Idem Dionyſius de Tullo loquens libr. 4. inquit. *Hæc dicentem, & de tribunali deſcendere parantem, clamor vndique ingens excipit, mixtaque lacrymis preces; maneret, rerumq. habenas retineret, timore poſito; deinde ſubornati quidam paſſim turbæ inſerti vociferabantur, creandum eum Regem poſtulantes, vocari ad ſuffragium Curias, à quibus initio facto, mox plebs vniuerſa in eam inclinauit ſententiam. Id animaduertens Tullus occaſionem oblatam cupidè arripuit, ſe verò illis maximas habere gratias profeſſus, quòd beneficiorum ſuorum memores maiora inſuper pollicendo, ſi Rex ab eis declaretur, ſimulque diem indicit Comitiis, quibus agreſtium quoque multitudinem vniuerſam intereſſe voluit. Fiunt Curiata Comitia, & diſtribuuntur calculi. Itaque omnium curiarum conſenſu, dignus regno iudicatus.* Liuius quoque lib. 5. dec. 1. ita Fabium Maximum loquentem ad populum facit. *Quid alia, quæ auſpicatò agimus, omnia ferè intra pomærium, cui obliuioni, aut negligentiæ damus? Comitia Curiata, quæ rem militarem continent, Comitia Centuriata, quibus Coſs. Tribunique militares creati; vbi auſpicatò, niſi vbi adſolent, fieri poſſunt? Veiosne hæc transferemus? an Comitiorum cauſa populus tanto incommodo in deſertam hanc ab Diis, hominibuſque vrbem conueniet?* Vide quæſo, quàm Dionyſij, & Liuij verba apertiſſimè fatentur, ſingulos ciues in Curiis ſuffragium tuliſſe, multitudinemque illam, non ad ſpectandum, ſed ad ſuffragandum conuocatam conueniſſe. At à Curiatis ad Centuriata gradum facio.

Centuriata Comitia à quo inſtituta.

Centuriata Comitia à Seruio Tullo inſtituta, vt Liuius primo, Decad. 1. palam facit dicens: *Aggreditur inde pacis longè maximum opus, & quemadmodum Numa diuini auctor iuris fuit, ita Seruium conditorem omnis in Ciuitate diſcriminis, ordinemque, quibus inter gradus dignitatis, fortunæque aliquid interlucet, poſteri fama ferrent. Cenſum enim inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli, pacisque munia, non viritim, vt ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum claſſes, centuriaſque, & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello; qui mos vſque ad Coriolani iudicium anno vrbis conditæ 263. perdurauit.* In quibus Comitiis viritim ſuffragia à populo lata. Id Liuius libro primo Decad. primæ quoque confirmat, *ſed gradus*, inquit, *facti, vt neque excluſus quiſque ſuffragio videretur*, & quæ ſequuntur. *Nemo*, inquit, *excluſus*: quiſque igitur viritim ferebat. Subſcribit Dionyſius his verbis lib. 4. *omnes enim putabant, ſe æquari, dum viritim ſuffragia ferunt in ſua quiſque Centuria.* Idemmet Liuius libr. 6. Decad. 3. loquens de Scipione Procoſ. deſtinato in Hiſpaniam; *Iuſſi deinde inire ſuffragium ad vnum omnes, non centuriæ modò, ſed etiam homines, P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniam iuſſerunt.* & libr. 8. eiuſdem Decad. *Comitia deinde creandis Coſs. P. Scipionem dixerunt.* Et infra, *Cæterum Comitia maiore, quàm vlla per id bellum, celebrata frequentia, proditum memoria eſt; conuenerunt vndique, non ſuffragandi modo, ſed etiam ſpectandi cauſa P. Scipionis.* Quæ omnia loca luce meridiana melius, & clarius indicant, vel in Comitiis Centuriatis cuilibet ciui ius ſuffragium ferendi permiſſum. Nunc ad Tributa.

Comitia Tributa quæ.

Tributa Comitia ſic dicta, à Tribunis; vel à Tribubus inſtituta anno V. C. 263. Coriolani occaſione, ita refert Dionyſ. lib. 4 his verbis. *Cæterum Tribb. accepto S. Conſ. progreſſi in Comitium, concionem aduocarunt, & valdè laudato Senatu, lectoque eius decreto, diem Martio dixerunt, ad quem iuſſerunt omnes ciues adeſſe, cognituros de rebus maximis.* & infrà. *Vbi verò, affuerunt tertio nundino die, agreſtium turba, quanta in vrbem nunquam antea confluxerat, ſummo mane forum occupat; Tribb. multitudine conuocata, loca fori funiculis diſtincta, cuique aſſignauerunt Tribuum. Primumque tunc Romanus Populus tributis Comitiis viritim tulit ſuffragia, multis reclamantibus patriciis, & Centuriata ex more fieri poſtulantibus* & infra. (Nota tamen: dicit, *viritim*) proſequitur item de eodem enucleatè.

Itemque Martij factiones poſcebant Centuriata Comitia, ſperantes, fore vt, à prima claſſe, aut certè à ſecunda, tertiaque abſolueretur; Tribb. verò idem ſuſpicantes, Tributa maluerunt agere, quibus committeretur iudicium, ne vel diuitibus pauperes cederent; proletarij claſſicis; neue extrema plebs excluderetur à ſuffragiis. Sed æquum ius calculorum eſſet omnibus tribulibus pariter; videbaturque æquum poſtulari, quod populi iudicium penes plebem potius debeat eſſe, quàm penes factionem optimatum, & læſæ Reipublicæ crimen ad omnium cognitionem pertineret. Liuius quoque de his comitiis loquens libro 5. Decad. 3. *Si me*, inquit, *Quirites omnes Ædilem facere volunt, ſatis annorum habeo. Tanto inde fauore ad ſuffragium ferendum in Tribus diſcurſum,* &c. Idem quoque lib. 7. Decad. 1. *ea multitudo, veſte mutata, & ſpecie reorum, Tribus circumiuit, genibus ſe omnium aduoluens, &c.* & paulo infrà. *Tribus omnes, præter Polliam antiquarunt legem* &c. Claudit agmen Dionis teſtimonium de Romana hiſtoria, lib. 38. *Q. autem Furius Calenus Prætor cum cerneret in certaminibus forenſibus promiſcuè, ab omnibus ſuffragia ferri, & deinde quæ nimis meliora ſuo ordini adſcribere, abſurdiora aliis*

Liuij locus de Tributis ſuffragiis.

Dionis locus de Tributis ſuffragiis.

impin

impingere, legem tulit, qua ſingulos ſeorſim. (ſingulos, inquit, ſeorſum) *ſua ſuffragia ferre iuſſit.* A.V.C. 694. Ex quibus, aliiſque quamplurimis locis infero, viritim ſingulos ciues Romanos tam in vrbe, quàm extra degentibus, quibus ius ſuffragij permiſſum, in Comitiis, id tuliſſe. Mihi in hoc nullo pacto reſtragantibus grauiſſimis auctoribus, de hoc exactiſſimè, erudiſſimeque ſcribentibus, Manutio, Sigonio, Roſino, aliiſque, qui tam benè de hoc diſſeruerunt, vt, ſi plura adderem, aquæ guttam mari addere, & ſoli lumen, ſplendoremque mutuò dare videret. Corollarium addo. Tributa non vera fuiſſe Comitia, ſed plebis concilium, quod ad eam non vniuerſus populus vocaretur, ſed plebs tantum patriciis exceptis. Gradum repono in Comitiis de ſuffragiorum iure. Priuſquam ad id probandum, gradum faciam, dico, iuratos Romanos ſententiam tuliſſe. Dionyſ. lib. 7. his verbis. *Vtque omnes poſt legitimum iuſiurandum, iurati, quemadmodum in iudiciis fieri ſolet, ſententiam ſuam dicerem,* &c. & paulo poſt. *Sed quamuis hoc probè ſciremus, non dubitauimus tamen ad vos accedere, iure freti, & iureiurando fidentes, quo iurati ſententias feretis,* & paulo poſt. *In quo totus Populus per tribus diuiſus, facta rogantibus dicendi poteſtate, iuratus ſuffragia feret,* &c.

Tributa comitia tantū ex plebe cōſtabant.

Romani iurati ſententiā ferebant.

Mihi tamen (clariſſime vir) ſuffragij iure, vt opinor, non deſtituto, in his comitiis, & in mea tribu, liceat, obſecro, meam tabellam, in qua ſcriptum illud. N. L. in ciſtulam conlicere; cum nondum diſceſſio facta, nec ſententia diuiſa, vt diſertiſſimos hac de te oratores audiam: neque me fugit pedarios quoſdam ſenatores in meam ſententiam itutos, ſed etiam rationes mihi ſuffragaturas, vt iure exclamem, *Non liquet,* (quæ mea ingenij imbecillitas) qui ſinguli ciues viritim ferrent ſuffragium. Liuius Decad. . lib. 2. hæc habet. *Occupant Tribb. templum; poſtero die Coſs. nobilitaſq; ad impediendam legem in concione conſiſtunt, ſummoueri Lactorius iubet, præterquam qui ſuffragium ineant,* nunquid igitur quidam in Comitium deſcendebant, quibus nullum ius ſuffragij? ſcirem libenter. Eos, dicent, omnes ſummotos, qui in Cæritum tabulas à Cenſoribus relati, infamiaque notati, ciuitatis iure priuabantur, ita Roſinus *lib.* 1. *cap.* 10. Panuinius *primo, de comitiis centuriatis.* Sigonius, de antiquo iure Romanorum cap. 17. lib. primo apertiſſimis verbis id palam facit, cum inquit, (ne te pigeat tam eruditè diſſerentem audire) *Profectò qui tribum non habuit, is ſuffragio caruit, ex hoc autem numero pueros, & ſenes ſexagenarios, & ærarios excipio; pueros, quia conſentaneum non videtur, qui ante 17. annum in legione non meruerint, eos in tribu ſuffragium pertuliſſe; ſexagenarios autem, quia de his ita proditum eſt à Varrone, de vita pop. Romani (teſte Nonio) cum in quintum gradum peruenerat, atque habebant 60. annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi, atque expediti, & ocioſi, ideo in prouerbium quidam putant veniſſe, ſexagenarios de ponte deiici oportere, ideſt, quod ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebant;* Ouidius in ſuis Faſtis, 5. lib.

Vix credibile ſingulos ciues ſuffragium tuliſſe, & cur.

Quinam iure ſuffragij priuati.

Cærites iure ſuffragij priuati.

Pars putat, vt ferrent iuuenes ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes,

Ærarios autem voco, qui a Cenſoribus, notæ cauſa, in ærariorum numerum erant relati, quibus, vt ait Aſconius, nullum munus erat relictum, niſi, vt eſſent in albo centuriæ ſuæ tantummodo, vt tributi nomine æra penderent.

Ærarij quinam.

Subuecto hæc non aliena. Iure ciuitatis donati hæc iura conſequebantur. 1. Magiſtratus cum cæteris ciuibus creabant. 2. Leges ferebant. 3. Iudicia exercebant. 4. In cenſum deferebantur. 5. Romæ ſi libitum ſit, cohabitant. 6. Hæreditates & legata adibant. 7. Iure gentilitatis, agnationis, & adoptionis, togæ ferendæ vtebantur. 8. In legionibus Romanis militabant. Vide Sigonium, Franc. Patricium, & alios.

Iure ciuitatis donati.

Noto tamen ex Sigonio olim primo tempore Reſp. Romanæ, voce ſuffragia tuliſſe, ne verò palam, & apertè hæc ferrent, quod libertas delibaretur, latas fuiſſe leges tabellarias, vt colligit ex multis locis Ciceronis, & aliorum, lege Caſſia, Lepido, & Mancino Coſs.

Tabellæ cur inſtitutæ.

At, eſto: rationi tamen aliquid tribuendum, imò plurimum, & hæc auctoritate nititur optimorum ſcriptorum, ideo vix adducor, vt credam, ſingulos ciues potuiſſe illas tabellas per pontes in ciſtulam deiicere, ac ſuum quemlibet ſuffragium ferre; Si vera refert, fide hiſtorica, (vt credo) Dionyſ. Halic. lib. 4. de Roma, mira, dictu incredibilia, refert, *Hic,* inquit, *regum vltimus Vrbis pomeria protulit, duobus ad quinque colles additis, auſpicatò & re diuina ritè peracta, vt mos fuit. Vlterius non proceſſit eius ambitus, religionibus (vt fertur) non permittentibus, ſuburbia, quam latè patent, immunita ſunt, & hoſtium incurſionibus obnoxia, quæ adeo vrbi coniuncta ſunt; vt magnitudinem eorum conſiderantes fallantur, nec certè diſcernere queãt, vbinam ea vel incipiant, vel deſinant. Ita vrbanis ædificia ſuburbana perpetuo nexu cohærent, infinitam longitudinem porrectæ vrbis exiſtimationem ſpectantibus præbentia.* Liuius quoque lib. 4. Dec. 4. præter alia multa loca de cenſu, inquit, *Claudius Marcellus Cenſor ſorte ſuperato T. Quinctio, luſtrum condidit: cenſa ciuium capita 258. milla, & 307.* Ex quibus collige illius populi numerum immenſum, illiuſque vrbis magnitudinem. Quibus rebus, vix mei ingenij tenue iudicium cogitatione complectitur; qui tantus populus in hunc locum coire (nulla interea habita à me ratione eorum, qui vrbe donati, in eam, Comitiorum gratia, confluebant) atque ibi; quæ agerentur percipere eaque perficere, ſinguli, ſigillatim per tabellas ante ſolis occaſum poſſent. Hallucinor ob mei ingenij aciem, maximè hebetem. Dio antiquitatum promocondus, tanquam Hermès me manu ducit, de modo ſuffragiorum diuerſo, qui non ab re, cum compendij opus eſſet, ſic ait lib. 41. *Cum ſententiæ eſſent ferendæ, ea non à ſingulis pronunciata ſunt (metuebant enim, ne quis verecundia timoreue*

Tabellæ per pontem in ciſtulas datæ.

Locus Dionyſ. de magnitudine Romæ.

Difficultas, an ſinguli ciues Romani viritim ſuffragia tulerint.

Sententiæ latæ per diſceſſionem.

merore compulſus, ſecus, quam ſentiret, diceret) ſed in diuerſas curiæ partes diſceſſum eſt; ibi, qui Pompeium ab armis diſcedere iuberet, repertus eſt nemo, per diſceſſionem hic modus dictus. Hic ſubnecto, quæ meus eruditiſſimus Iuſtus Lipſius habet, *lib. 3. de magnitudine Rom. capit. 3.* qui pluribus auctoritatibus adductus, apertiſſimè fatetur, *quatuor milliones Romæ fuiſſe*, neque ab hoc diſſentit ille, qui Tacitum illuſtrauit dicens, *tempore Auguſti Romæ quatuor milliones, & 63. millia ciuium fuiſſe.* Quod ſi Marij, Syllæque infames proſcriptiones, neces ciuium Cæſ. Pompeij, Bruti Caſſiique, atque Triumuiratus M. Antonij, Lepidi, & Auguſti innumera pene ciuium capita internecione non deleuiſſent, ad quotam hic numerus exereuiſſet multitudinem? Quare iterum iure exclamo, N. L. refragante licet mihi prærogatiuâ omnium benè, & erudite ſentientium de Comitiis, in quorum ſententiam ego quoque totis pedibus diſcedere cogor, cuius tantum omen, tanta quoque vis, vt, quicquid illa decerneret, ratum cæteræ haberent. Sed quia (vt dixi) prærogatiua ita cenſet, ego quoque cenſeo, atque palam prædico. *Qui hac ſemiſis, in hanc partem; qui alia omnia, in illam ite. Nunquid huc pars maior videtur? Nihil vos moramur. In veſtra ſecta* (inquam) *diſcedite.* Atque ita in tanto ſuffragiorum concurſu Iuſtiorum mihi indico. Tuque, mi Calydoni, cui prærogatiua ceſſit, ſi quid addere velis, *Hoc amplius cenſe*, cuius cenſura Catoniana, cuius ſuffragium omnium inſtar.

Quatuor milliones Romæ ciuium.

Prærogatiuæ centuriæ omen.

Formula ſententiæ ferendæ.

Dubium III. Quis primus nobilium in plebeios aſcitus, & cur.

Ad alteram itaque dubitationem, mutatâ velificatione, contendam, ſed curſoriis oculis perluſtrandam, & per tranſennam, vt dicunt, quia vix mihi licuit quaſdam ſchedulas inſpicere, non tamen (vt par erat) ſedulâ diſquiſitione indagare, quod tertio loco mihi a te propoſitum, De nobilibus in plebeium ordinem tranſlatis, & quis primus. Liuius *lib. 6. dec. primæ* mihi obuiam procedit, manumque mihi titubanti ſupponit, cum inquit. *Conſenſu opprimi popularem virum* (loquitur de P. Manilio) *quod primus à patribus ad plebem defeciſſet.* De ritu verò, & fine huius defectionis, ne, *Gry*, quidem, quod tu potiſſimum percontaris. De adoptionibus hæc pauca præmitto, à propoſito non aliena. Adoptio eſt legitimus actus naturam imitans, quo liberos nobis quærimus.

Manilius primus à patribus ad plebem defecit & cur.

Adoptio quid.

Adoptio quotuplex.

Adrogatio quæ.

Adoptio in duas diuiditur ſpecies, quarum altera adoptio dicta; adrogatio altera. Adoptio eorum eſt, qui in aliena ſunt poteſtate, & a patris naturalis in adoptiui familiam tráſferebantur: eaque apud Prætorem vrb. vel Prouincialem, vel quemlibet alium magiſtratum, apud quem legis actio eſſet, parente naturali filium emancipante, fiebat. Adrogatio autem eſt, cum aliquis patrem non habens in poteſtatem ſe adoptiui patris tradebat, quod ille, qui adoptabat, rogaretur, vtrum illum, quem adoptaturus erat, iuſtum filium ſibi eſſe vellet, & ille qui adoptabatur rogabatur, vtrum id fieri pateretur. In adrogatione Augures aderant, &, captatis auguriis, Deorum voluntas exquirebantur. Deinde à Pontificibus quæſitum, quæ ratio generum, quæ ſacrorum: Adoptionem enim hæreditas nominis, pecuniæ, ſacrorum ſequebatur. Duobus modis fiebat adoptio, aut lege Curiata apud Pontifices, quæ ad Principis auctoritatem tranſlata, lege Regia: aut Magiſtratus imperio. Fuit & alterum adoptionis genus, quæ teſtamento fiebat, ſed lege Curiata confirmabatur. Priuatorum itaque adoptiones ſemper factæ lege Curiatâ apud Pontifices. Sub Imperatoribus verò ab iiſdem in Senatu, vel in caſtris. Rem, vt fieri poteſt, apertius innuo. Pop. Rom. vniuerſus ingenuus à Romulo diſtributus in Patricios, & plebeios, quorum ſingulorum ſingula gens diuerſa, ſacra diuerſa, cuique enim genti ſua priua ſacra. Quare qui ex duobus ingenuis ortus erat, ſiue patricius ex patricio, ſiue plebeius ex plebeio, gentem habebat. Gens minuebatur enuptione, ſi patritia plebeio enubebat; ita patricius adoptatus à plebeio, è patriciis exibat, gentemque amittebat, de quibus hic ſermo. Varias adoptionum ſpecies colligit Pontanus *in Atticis Bellariis* ex Pithæi aduerſariis. Bellicoſæ, inquit gentes per arma ſibi filios aſciſcebant, armorum traditione videlicet. Fiebat item adoptio per comam, ſiue per capillos, quos præcidebant adoptandis, qui adoptabant, ex Paulo Diacono *lib. 6. cap. 53.* Cuius moris hodie adhuc vmbra reliqua eſt, in conferendâ primâ Tonſurâ clericali ſacris initiandis. Barbæ etiam tactu Alaricum Clodouæo regi filium factum Aimonius ſcribit *lib. primo cap. 20.* Meminit quoque, Theodotum Balſamonem alicubi notare, per ſacras preces, ſiue per Baptiſmum adoptionem fieri, quod apud nos iampridem in vſu eſt. Antiquiſſimum Celticæ genus morem fuiſſe Aimonius ſcribit *lib. 1.* vt cuius barbam comites tangerent eum haberent parentis loco, adoptionis propè imagine. Cuius moris ignarus M. Papirius ſenator, Româ à Gallis captâ, ſcipionem eburneum in caput victoris incuſſit. Inde cædis initium à Gallis factum, patribus miſerere trucidatis, ac ſenatu penitus extincto. Forcatulus ex Liuio.

In adrogatione qui intercederent.

Adoptio quot modis.

Adoptio per teſtam.

Adoptiones vbi factæ.

Diſtributio pop. Rom.

Adoptio per arma.

Adoptio per comam.

Prima tonſura.

Adoptio per barbæ tactû.

Adoptio per Baptiſmum.

Barbam mulcere alterum adoptionis genus.

Nonnulli à Patriciis in libertorum locum aſſumpti in patricios per adoptionem tranſiere, & tunc in adoptantium familiis (vt habet Georgius Vauchopius tractatu de P. R.) eſſe cœpere, adſumptis patrum adoptantium nominibus, familiæ Patriciatum, dignitatis videlicet iura, & priuilegia aſſecutis, cum adoptatus adoptantis conditionem ſequatur. Mauritius Brutus plebeius à Q. Cœpione patricio adoptatus, Q. Cœpio Brutus dictus, nam adoptatus retento ſuo gentilitio nomine adoptantis nomina ſumebat; etſi reuera patricius dici non poterat, quippe patricij omnes Gentiles, quod hi ſoli Gentem haberent. Gentiles verò dicuntur, qui inter ſe eodem ſunt nomine, & ab ingenuis oriundi. Ita Patricij à plebeiis adoptati deſinebant eſſe

Plebeij adoptati à patriciis.

Gentiles qui.

Plebeij facti

Patricij quæ iura amittebant.

Pa..cij, etſi reuera erant Patricij ſanguine, cuius iura dirimi non poſſunt. Amittebant igitur hi Patriciatum, ideſt, ius, honores ac Magiſtratus adipiſcendi, curiam adeundi, quòd priuilegiis ſanguinis à Romulo inſtitutis, ac reliquis deinceps à regibus confirmatis, à populo receptis, renunciabant, vt factum à Clodio, qui ſe M. Fonteio plebeio adoptandum tradidit, vt Trib. pl. factus plebis tutelam ſuſciperet plebeius Ciceronémque exagitaret. Patricij dicti fuere, qui primis patribus, & adſcriptis geniti fuere. Nam Romulus C. patres, ſeu Senatores legit Reipublicæ adminiſtrandæ, qui maiorum gentium. Totidem addidit Tarquinius Priſcus, qui minorum gentium, & C. Brutus, liberata Republ. qui patres conſcripti dicti fuere, hi omnes gentem, & familiam Patriciam conſtituebant: ex his oriundi Patricij dicti, reliqui omnes Plebeij. Illi Curiam & Senatum ſoli conſtituebant, Magiſtratus obibant: hi pacis, bellique arbitri, leges ſanciebant, Magiſtratus eligebant, penes quos omne Comitiorum ius erat.

Patricij qui, & quæ auctoritas.

Plebeij, & quæ auctoritas.

Audi obſecro, ſi lubet, ſi vacat, de adoptione, quid doctiſſimus Sigonius *cap. 7. lib. 1.* de antiquo iure Romanorum eloquatur. Hoc autem factum eſſe exiſtimo, (ait) vel patriciorum iura repudiando, vel ſe in diuerſam gentem adoptando, quo pacto effectum eſt, vt aut plebeius in patricij familiam tranſiret, vt Liuius in Mamerci Lepidi, & Brutus in A. Albini: aut patricius in plebeij, vt P. Clodius in M. Fonteij, P. Dolabella in Lucij tranſmigrarint, quâ vna ratione Patricij ad Tribunatum plebis aſpirarunt, ideſt, ſi patriciorum iure ante ſe abdicaſſent, ac iura plebis ſumpſiſſent. Cicero noſter totus fermè de hoc in oratione pro domo ſua.

Alexand ab Alex. locus de hoc.

In medium prodeat Alexander ab Alexandro non incurioſus rerum antiquarum indagator 6. lib. Genialium dierum cap. 24. *Tribunatum verò*, ait, *plebis longo tempore nihil cum patribus conſociatum habuiſſe comperimus, niſi cum finito decemuirali Imperio nouos Tribb. pleb. cooptari oporteret Sp. Tarpeium, & A. Annum patritios, & conſulares in collegium Tribb. aſciuerunt, & mox Minutius magiſter Equitum, qui de Sp. Melio ſumpſit pœnas, & poſtea Appius Pulcher, vt Ptolemæo bellum indiceret, & deinde P. Clodius, vt Tribb. pl. fieret à patribus ad plebem tranſiuere, donec poſt Sylla tempora tribunatus pleb. à Patriciis, & ſummis honoribus functis appeti cœpit, &c.* ex Liuio Decad. 1. libro 3. Et idem lib. 4. cap. 51. *Senatoribus ad plebem tranſire, & plebeia ſubire licuiſſe, quod præter M. Manilium, qui primus à patribus ad plebem defecit aliis pluribus datum, & permiſſum fuit.* Ex quibus nil colligo de ritu, & modo huius adrogationis, neque ex alio excalpere potui, an fieret per modum adoptionis, de quo Scriptores muſſitant. Hæc potius vos I.C. è veſtris legalibus formulis, vel è legum penetralibus aliquid eruetis, cuius fieri particeps exopto.

Dubit. 4.

Quarta, & poſtrema velitatio me habet. De Gallia Narbonenſi Prouincia: fuga ſalutem peterem, niſi pudor vetaret: nam turpiſſimum, in extremo fabulæ actu, ac toto deuorato boue (vt dicitur) in cauda deficere: quàm breuiſſimè tamen me maximè impeditum expediam, motus enim in fine velocior. Ex oblitterata fermè lectione colligo tantum analecta.

Prouincia quid.

Prouinciæ ius deterius quam Italiæ.

Prouincia eſt regio, hoc loco, quam, aut armis deuictam, aut quocumque modo in poteſtatem adductam, ipſe P. R. Magiſtratui ſuo adminiſtrandam ſubiecit. Ius Prouinciæ deterius, quàm Latij, atque Italiæ: nam Italia vectigalis facta quidem, ſed tamen in vniuerſum libertate donata.

Prouinciæ vectigales.

Prouinciæ verò non ſolùm vectigalibus, ſed etiam ſeruitute mulctatæ, quippe quæ legibus ſuis, ac Magiſtratibus, ius dicentibus ſpoliatæ ſunt: ideo ſemper Prouincia Romanum Prætorem, ac Quæſtorem habuit. Harum quædam vectigales, quibus vectigal impoſitum. Aliæ immunes, quibus nullum. Idem dicendum de ciuitatibus, quarum etiam aliæ ſeruitute affectæ, quas Magiſtratui Romano parere voluerunt. Aliæ liberæ à Magiſtratuum iuriſdictione. Vectigales, aut certum, aut incertum vectigal ſoluebant; certum vectigal erat tributum, ſeu ſtipendium impoſitum. Incertum quod portubus, rebus venalibus, paſcuis, & agris conſtabat. Portorium ergo ex importatione, & exportatione rerum venalium capiebatur.

Prouinciæ immunes.

Vectigal certum.

Portorium quid.

Scriptura quid.

Decuma quid.

Frumentum quid.

Scriptura ex paſtione, & paſcuis publicis. *Decuma* ex agris. *Frumentum* ex prouincia extractum, aut æſtimatum. *Decumanum* ex Decuma arationum exigebatur. *Emptum* quod emebant ab aratoribus neceſſario ad alendos pauperes Romæ. *Æſtimatum*, quod æſtimabat Magiſtratus in vſum illius familiæ; cum interdum pro frumento pecuniam acciperet.

Seruitus ciuitatū quæ.

Prouinciæ formā accipere quid.

Seruitus tota ciuitatum in eo poſita, vt legibus, & Magiſtratibus Romanis obtemperarent. Itaque Prouinciæ formam eæ regiones ſubibant, quæ ademptis, aut immutatis legibus, omnino magiſtratui Romano, quotannis ab vrbe mittendo ſubiectæ; quibuſque vectigalia, conuentuſque conſtituti, exceptis, ciuitatibus iis, quæ propter ſua merita, aut immunitate, aut libertate donatæ, atque in amicorum formulas redactæ. Ad rem.

Gallia Narbonēſis quādo in prouinciā redacta, & à quo.

Galliam Narbonenſem, quæ modo Prouincia dicitur, in prouinciam redactam à Q. Fabio Maximo Allobrogico cenſeo. ita Florus lib. 3. cap. 2. de bello Allobrogico ſcribit, *Prima* (ait) *trans Alpes arma noſtra ſenſère Salij; cum de incurſionibus eorum fidiſſima atque amiciſſima ciuitas Maſſilia quereretur, Allobroges deinde, & Aruerni, cum aduerſus eos, ſimiles Heduorum querela opem, & auxilium noſtrum flagitarent.*

Idem in Epitome ad Liuium 61. *Allobroges in deditionem accepti. Q. Fabius Maximus Cos. Pauli nepos aduerſus Allobroges, & Bituitum Aruernorum regem pugnauit, &c.* quæ loca etſi non apertis tibiis innuunt reda-

ctam

ctam eſſe in Prouinciam: ex his tamen, quæ habet idem Sigonius, & Iul.Cæſ. deduci hoc poteſt. Ita enim Sigonius lib.1. de antiquo iure Prouinciarum, *Q. Fabius, qui Allobrogibus, & Aruernis ad Iſaram ſuperatis, & gente in deditionem acceptâ ſibi cognomen Allobrogici peperit, atque omnes in Prouinciam retulit, &c.*

Cæſar quoque de bello Gallico lib.1. *Bello ſuperatos eſſe Aruernos, & Rutenos à Q. Fabio Maximo, quibus populus Romanus ignouiſſet, neque in Prouinciam redegiſſet, neque ſtipendium impoſuiſſet.*

De reliquis autem Galliæ Narbonenſis locis ita ediſſerit. *Quod ſi ea, quæ in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, reſpicite finitimam Galliam, quæ in Prouinciam redacta, iure, & legibus commutatis, ſeris ſecuribus ſubiecta, perpetuâ premitur ſeruitute.*

Neque ab hoc Manutius diſcrepat in *lib. de legibus*, quod factum anno V.C. 623.

Prouincia vnde dicta.

Prouinciæ appellatæ, ex Feſto, quod Populus Romanus eas prouicit. Sumitur hoc nomen aliquando pro regione, quam, aut armis deuictam, aut quocunque modo in poteſtatem adductam, populus Romanus Magiſtratui ſuo adminiſtrandam ſubiecit; vel pro quacunque regione, in quâ bellum Romanus Imperator adminiſtraret: Priorem acceptionem hic intelligimus, quâ Prouincia regio fuit, quæ tum vectigalia populo Romano pependit, cum Magiſtratui populi Romani ex fœderis lege obtemperauit, exceptis ciuitatibus iis, quæ propter merita ſua, aut immunitate, aut libertate donatæ, quo factum, vt aliæ ciuitates vectigales, aliæ immunes relictæ; aliæ ſeruitute, aliæ libertate affectæ.

In Prouinciam redigere quid.

In Prouinciæ igitur formam redigere, eſt adimere, aut immutare leges omnino, eáſque ſubiicere Imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere Præfectum quotannis, ad vectigalia, conuentúſque peragendos.

Prouincia prima Sicilia.

Sicilia prima omnium Prouincia eſt appellata, vt docet Cicero *Verrinâ* 4.

Prouinciæ Conſulares, aut Prætoriæ aut Pop. aut Cæſ.

Prouinciarum aliæ Conſulares, aliæ Prætoriæ: Conſulares ſeptem: Prætoriæ octo, de quibus videndus Manorius, Sigonius, & alij.

Prouinciarum diuiſio, vt optimè Lipſius *in Excurſu*, à Cæſare Auguſto duplex facta. Aliæ pop. datæ, aliæ Cæſari. In eas, quæ pop. propriè dicti Procoſſ. mittebantur: In Cæſaris, Legati, aut Propr.

Diſcrimen Prouinciæ Cæſaris & Pop.

Diſcrimen inter Procoſſ. & Legatos. 1. Quòd illi in populi Prouincias miſſi, quæ ferè inermes: hi in Cæſaris, quæ copiis inſtructæ. 2. Quod illorum annua tantùm adminiſtratio, horum longior, contractiorve, vt Cæſari viſum. 3. Procoſſ. ſorte miſſi, at legati Cæſaris delectu.

Procoſſ. qui.

4. Procoſſ. ſtatim ab Vrbe Imperij inſignia ſumunt, puta, lictores, faſces, nec deponunt, niſi ingreſſi iterum Vrbem; at Legati non antequam Prouinciam attigerint, & in ipsâ Prouinciâ deponunt. 5. Procoſſ. pacato habitu, & gladio non accincti fuerunt;

Legati qui.

Legati paludamentum geſtarunt, & gladium, vt quibus ius eſſet in milites animaduertendi. 6. Procoſſ. 6. lictoribus, faſcibúſque vſi: Legati, qui Conſulatum nondum geſſiſſent 5. duntaxat. 7. Procoſſ. tres Legati fuere. Legato vnus. Mutato Reipub. Romanæ ſtatu, legéque Regiâ, omnis Senatus populique iure tranſlato ad Imperatores, Triumuiratu deleto, mitiore vocabulo dicti ſunt Imperatores, Auguſti, Tribb. pl. vt refert Tacitus, in quorum manu, Imperióque omne ius decernendi, leges ferendi, & abrogandi; ideóque ius quintæ relationis ſibi aſciuere:

Ius quintæ relationis. Magiſtratus qui Senatum habere poterant.

namque propemodum ſu confeſſo eſt, quatuor diuerſis temporibus genera magiſtratuum fuiſſe, quæ ordinariè Senatum habere poterant, relationem quoque facere, & decretum poſtulare, ſiue rogare, nempe Dictatorem, Coſſ. Prætores, Tribunóſque pl. nam Interrex, & Præfectus Vrbis, Conſulis locum tenebant, & Prætorum.

Ius referendi in Senatum penes quos.

Primum igitur ius habendi Senatum, erat Dictatoris, eiúſque Magiſtri equitum: Secundum Conſulum, & iis non exiſtentibus, Interregum: nam de Decemuiris & Tribb. mil. nulla eſt difficultas, quin locum tenuerint Coſſ. Tertia verò relatio erat Prætorum, qui & ipſi maiores magiſtratus cenſebantur. Quarta autem Tribb. pl. qui plerumque per interceſſionem Senatus decreta reſcindebant.

Cum verò Imperatores omnibus prædictis magiſtratibus, quæ quatuor recenſentur, maiores eſſent, quatuor illis relationibus Imperatores quintam addebant, tanquam eminentioris Imperij, & dignitatis: non ſolum enim habebant ius referendi ad Senatum poſt omnes, ſed etiam diſceſſionem faciendi, id eſt, ſanciendi, ſtatuendive poteſtatem, & ſuâ voce comprobandi, quicquid ratum eſſe vellent.

Senatuſconſulta faciendi modus duplex.

Senatus enim conſulta duplici modo decernebantur, aut ſententiis ſingulorum in vnam collatis enumerandis, aut diſceſſione, dum omnes è loco ſuo diſcedentes pedibus in ſententiam decernentis deſcendebant, vnde diſceſſionem faciebant, qui approbabant; qui ſecus, in alia omnia ire cenſebantur. Pertinax verò, quia non exceſſit quartæ relationis ius, hoc eſt, Tribunitiæ, ominoſum fuit eius Imperium, vt refert Capitolinus *in eius vitâ*. Vide Loenſem *lib.8.cap.20.*

Hæc paucâ alienâ fide protuli, ne quis euictionis nomine in ius me vocet.

Fimbriam huic veſti attexo ex Poſtello de Magiſtr. Athen. *c.18.* occaſionem nactus tibi gratulandi auctum congiarium à Sereniſſimo Principe Veneto, vnà cum tuis ex fratre nepotibus, pro finium tutelâ, tam vigilanter, & prudenter adminiſtratâ. Et cui melius hæc Prouincia poterat demandari, quàm tibi Polytropo? quod olim de Vlyſſe iactitatum, qui multorum hominum mores, & vrbes vidiſti.

Athenienſium ritus.

Ad hanc rem Athenienſes facem mihi præferunt, quorum filij vt ex ephebis exceſſerant, περίπολοι τῆς χώρας dicebantur, ſpeculatores, ſcilicet, regionis: nam priuſquam ipſi, τὴν λῆξιν ἔσχον, id eſt, rei hæ-

Finium ſpeculatores.

reditariæ, & bonorum ſuorũm poſſeſſionem habeterent, biennio cogebantur circumire vicinas regiones, hoc eſt, à 18. anno, vſque ad 20. Ideoque appellabantur, περίπολοι, id eſt, circumitores, πλάνης, ob viam & peregrinationem, in quâ verſabantur: ἐπίσκοποι τῆς χώρας, regionis inſpectores, non veluti magiſtratus, ſed, vt, cum ingrueret neceſſitas, eſſent regionum, viarum, & locorum periti. Inter ephebos (vt colligo ex Pollucis Onom. *lib.7. cap.9.*) cenſebantur 18. annos nati, duo verò ad circuitum numerabantur. 20. autem anno in Lixiarchicum librum inſcribebantur, & ſub dio iurabant. Arma non dehoneſtabo, nec aſtantem, quiſquis is fuerit, ſocium relinquam: pugnabo quoque pro focis, & aris ſolus, & cum multis, patriam nec turbabo, nec prodam: nauigabo contra quamcumque deſtinatus fuerim regionem; ſolemnitates perpetuas obſeruabo; receptis conſuetudinibus parebo, & quaſcumque alias populus prudenter ſtatuerit: & ſi quis leges receptas ſuſtulerit, niſi comprobauerit, non omittam. Tuebor denique, & ſolus & cum reliquis omnibus, atque patria ſacra colam. Hæc mantiſſa ſi tibi arriſerit, Apollinem mihi arriſiſſe putabo. Nec amplius verbum addo; obmuteſco. St.

Peripoli qui dicti.

Epiſcopi Vsbis qui.

Eph. bi qui. Iuramẽtum Epheborum.

SCIPIONI OTTOLINIO S.T.D Canon. Lucenſi.

SYNOPSIS XX.

De Iride, ſeu Arcu cæleſti. Iridis etymon, cuius filia, quod eius officium. Dei luſtrati per Iridem, fœminæ liberatæ per eam à corpore: cur Thaumantis filia. Arcus cæleſtis deſcriptio Colores illius tres, quæ illorum cauſſæ. De radiis Solis, quomodo inde varij colores efformentur. Iris an in nube efformetur, & quomodo diſpoſitâ. Cur ſemicircularis. Præterea proponitur, & expenditur doctiſſimi Vitellionis doctrina non triuialis; De Iridis causâ, coloribus, materiâ, & formâ; Item Ioan. Archiepiſcopi Cantuarenſis; Ioſephi Blancani, Mathematicorum inſignium de Iride. Signa prognoſtica; Poetarum de Iride vaticinia.

Mercurius pacis arbiter.

MERCVRIVS ſuperis Deorum gratus, & imis, internuncius, pacis arbiter, & effector antiquis nũcupatus, Iouis potiſſimùm Imperio. Iris verò contentionis, & litium, dicta ob ἔριν, id eſt, contentionem, & litem; alij melius interpretantur ob εἴρειν, id eſt loqui, quia Iunonis ἄγγελος; vt ille, Iouis; hunc Poëta canit Apollon. in Argon.

Iris Iunonis nuncia.

Iri veni dilecta mihi, mea iuſſa, per auras,
Si optatis vnquam fauiſti ſedula noſtris,
Ad Tethidem defer.

Cui præterea iniunctum munus, vt Iunonis lectum ſternat. Theocritus Idyllio 27.

Iris Iunonis lectum ſternit.

Vnumque torum ſternis Ioui, & Iunoni, vt indormiant,
Iris adhuc virgo manibus vnguento nitentibus.

Illius cura, luſtrare Deos, Deáſque, ſi quando inferorum contactu polluti. Ouid. lib.4. Met.

Luſtrati Dij per Iridem.

Læta redit Iuno, quam Cœlum intrare parantem,
Roratis luſtrauit aquis Thaumantias Iris.

Quod ſi mortis, ſeu fati vltimi inſtaret momentum, Mercurius mares corporeis nexibus, Iris verò fœminas liberare dicebatur. Virg. lib.4. Æn.

Mercurius mares, Iris fœminas corpore liberat.

Ergo Iris roſeis per Cœlum roſcida pennis,
Mille trahens varios aduerſo ſole colores,
Deuolat, & ſupra caput aſtitit: hunc ego Diti
Sacrum iuſſa fero, téque iſto corpore ſoluo.

Ab Ioue tamen aliquando hæc nuncia mittitur.

Homerus, Il.

Iris & auratis alis tunc nuncia miſſa.

Illius parentes (vide quam bene Poëtæ philoſophentur) Electra, ac Thaumas; illa ſolem, cœlúmque ſignificat: ἥλιος, ſol, αἴθριος, ſerenus, cœleſtis: Iris enim non ſine ſudo, ſerenóque Cœlo fit; neque ſine Iunone, & Ioue, nempe ſine aëre, & Cœlo. Pater Thaumas, admiratio videlicet: nam θαυμάζειν, admirari ſignificat: quid enim hoc arcu admirabilius? At dum huius rimari cauſam conor, pedem referre præ pudore cogor: qui enim meum calculum diſſentientibus philoſophorum tribubus, penes quos in his prærogatiua, addam? in quo vix ſtare videbor, cum omnium puncta tulero. Princeps centuriæ philoſophantium Peripateticus hæc, loco ſententiæ, de Iride profatur, Ἶρις τῶν ἐμφάσεων, Latinè refero. *Iris, ſeu arcus cæleſtis, eſt ſpecies ſegmenti ſolaris, vel lunaris, edita in nube humidâ, & cauâ, & perpetuâ, quam veluti in ſpeculo intuemur, Imagine relatâ in ſpecies circularis habitus.*

Patentes Iridis.

Iridis deſcriptio ex Ariſt.

Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cælum,
In quo diuerſi niteant cum mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.

Deſcribitur igitur arcus τρίχρως tricolor, apparens in nube roridâ, ſoli ex aduerſo oppoſitâ, proueniens ex triplici radiorum reflexione. Colores, ἐμφατικοὶ qui dicuntur apparentes, ex permixtione luminis

Cauſa Iridis, & triplicis coloris. Colores apparentes vnde in nube.

minis cum opaco fieri, ὁπτικῶς, aſſerunt, vbi lumen maius, maior albedo: vbi plus corporis opaci, ibi maior obſcuritas: medij colores ex vtriuſque permixtione, perſpicui ſcilicet, & opaci prodeunt, qui noſtro viſui conſpicui apparent ex reflexione huius ad Solem.

Albedo, & nigredo vnde.

Tres colores in Iride.

In Iride tres tantum colores qui oriuntur ex fulgido nigro nubis roridæ permixto. Quare primò in primo extimo ambitu, ſeu arcus peripheriâ, quæ minus nigra fit, puniceus color, minus niger aliis. In ſecundâ viridis, qui nigrior. In tertiâ purpureus, qui adhuc nigrior. Verum præter hos tres aſpectus ex reflexione ad noſtrum viſum, alter non datur, quo in roridæ nubis conſiſtentiâ poſſit fieri coloris apparentia. Quartus, qui eſt color flauus, ſeu xanthus, apparet hac ratione: puniceus prope nigrum, habet apparentiam albi: viridis niger apparet. Hinc ex his iuxta poſitis naſcitur apparentia flaui, qui eſt nigrior puniceo, & magis albis viridi, quaſi medius. Quocirca quartus his color non exiſtit, vt alij ex reflexione noſtri viſus ad Solem, atque ideò non dicitur proprius Iridis color, ita vt cum aliis numeretur. Quòd autem ex iuxta poſitis colorem referat apparentem, apertiſſimè cernitur in texturis, & collo columbarum. Hæc ex Ariſtotelis penu.

Color Iridis vnde puniceus.
Viridis color vnde.
Purpureus color vnde.
Flauus color vnde.

Alia ſententia de Iride.

Alij aliter nec pedarij ſcriptores, ideò quidni tergiuerſer, neque ad decretorium ſtylum me conuertam? Carceres aperio; equos alios ad hanc palmam emitto.

Radij ſolis duplices.
Perpendicularis radius.
Obliquus radius.

A Sole radij in orbem oppoſitam gemini; directus alter, ad perpendiculum è Solis centro rectà ad Iridis centrum protenditur. Alter obliquus ad illius latera infirmior, qui ob triplicem ab axe receſſum, permixtionemque luminis cum opaco, triplicem in Iride efficit colorem, puniceum, viridem, purpureum, ſeu violaceum.

Rectus radius fortiſſimus.

Directus, ſeu rectus radius, vt qui fortiſſimus, nubem penetrat, neque reflectitur; hinc in medio Iridis nullus color; obliqui verò, qui reflectuntur, colorem tantum referunt lucidi, cum, ob exiguitatem materiæ, figuram non poſſint.

Puniceus color ſupremus.

Puniceus color ſupremus (grani punici maturi ſimilis) quia maximè à perpendiculari radio recedit, maximè reflectitur, coloremque lucidum maximè refert ſimilem Solis. In infima verò nube, quia radij propiores recto fortiores ſunt, magis nubem penetrant, minuſque reflectuntur, ac propterea videntis aſpectum minus mouentes, minorem repræſentant colorem; violaceum, alurgum, phœniceum, puniceum, ſiue purpureum, ex Gellio (perfectiſſima enim reflexio perfectiſſimè rem refert) Medius viridis, cum medium inter vtrumque teneat locum, vtriuſque coloris quodammodo particeps fit. Sed hic hærebo, & qui vadari hoc transferat, opperiar.

Purpureus color infimus.
Viridis color medius.

Iris in nube rorida, oppoſita.

Corollarij vice addo, Iris non niſi in nube oppoſita fit, ventis non exagitata; roridâ, & in minutulam rorem concretam cadente, oculo interpoſito; quæ licet diſcretæ ſint; quia tamen ex ſenſus iudicio indiuiduæ, & continuæ, non Solis figuram, ſed colorem tanquam continuum referunt.

Semicircularis Iris cur.
Iridis magnitudo.

Semicircularis tantum apparet, quia centrum Solis, Iridis, & horizontis conueniunt ad amuſſim in eodem; ſi Sol in linea horizontis: & quanto magis Sol attollitur, dum non vltra 41. gradus, tantò nubis minor Iridis arcus apparet.

Cæruleus, & igneus color cur in Iride.

Strabus in hoc ſanè minimè Strabo, quiſ oculatiſſimus & lynceus, duos potiſſimum in Iride animaduertit colores, cœruleum videlicet, & igneum, qui duo nobis diuina indigetant iudicia. Cæruleus aquæ color diluuium, quod iam illo primæua terrarum eluuione præteriit, dicunt κατακλυσμὸν; ex quo hoc ſignum, alias naturale, voluntarium diuinitus effectum, fœderis ſymbolum, & pacis. Igneus futuram conflagrationem, hoc terrarum orbe corruente poſtremum, qui dicitur, ἐκπύρωσις, incendium.

Cæruleus color quid notet.
Igneus color quid notet.

De Iride variæ ſententiæ.

De Iride, eiuſque colorem formatione, varia à variis, eaque inter ſe valde diſcrepantia ex variis, diuerſiſque optices principiis. Vt veritatis ſtudioſis compendio ſatisfaciam, paucis multa volui complecti, & quaſi ſuccum ex diuerſis herbis exprome re auctorum, de Iride tractantium.

Vitellionis ſententia de Iride.

Primo vitellum addo ex Vitellione, qui ita diſſerit, de Iridis coloribus eruditiſſimè, & acutiſſimè, vt cætera. Sed prius de radio, ex quo Iris, quædam præmitto. Radius eſt ſplendor à lucido emicans. Radius, rectus, ab vno puncto rei viſibilis progreſſus, qui ob corpora, per quæ, vel ad quæ incidit triplicia, triplex eſt.

Radius quid.
Radius quotuplex.

Radius rectus quid.
Radius reflexus quid.
Radius refractus quid.

Directus, quando abſque angulo in perſpicuum fertur. Reflexus, quando per diaphanum corpus in opacum impactus, in idem diaphanum reuertitur. Refractus, quando ab vno perſpicuo in aliud diuerſæ naturæ prouehitur, & in hoc caſu poſt punctum incidentiæ, linea recta radioſa progreſſa angulum facit cum priore ad punctum incidentiæ, quod appellatur punctum refractionis, quia in eo primus radius incidentiæ eſt diuiſus à directo ſuo itinere, & quodammodo fractus.

Luminis copia vnde naſcatur.

Iris fit (ex Vitellione) ob multitudinem luminis, cuius copia, & vigor naſcitur ex radiorum aggregatione, quæ aggregatio cum non niſi per reflexionem, aut refractionem fieri poſſit: hinc patet Iridem fieri per alterutram illarum. Clarum autem eſt, fieri per vtramque. Nam cum Iris nil aliud ſit, quàm ſolaris radius; manifeſtum eſt, hunc ad viſum à Sole auerſum, ad Iridem verò conuerſum, non aliter poſſe peruenire, quàm per reflexionem. Rurſus cum Iris fiat per radios in diaphanum aëre denſiorem, nempe in nubem immiſſos, cumque corpora diaphana medio diaphano denſiora, non ſolùm radios reflectant, ſed etiam ad perpendicularem refrangant, vti videre eſt in lymphis tranquillis, quæ radium Solis, ad fundum vſque admittunt, & ſimul aliò reuerberant: neceſſe eſt, radium in nube frangi ad perpendicularem.

Iris fit per reflexionem, & refractionem radiorum.

Iris ex reflexione & refractione.

Fit igitur Iris per reflexionem, & refractionem;

nem; quibus radius aggregatur, & inualeſcit. Ex hoc patet materiam Iridis eſſe in profundo irradiatam, cuius rei ſignum eſſe poteſt, quod natura Iridis talis ſit; vt fugienti, inſequenti, & quocumque ſe conferenti oculo, ſemper aliqua Iris appareat, hoc enim accidit propter diuerſas reflexiones luminis, à diuerſis partibus, & ſuperficiebus materiæ Iridis ad viſus diuerſos in diuerſis conſtitutos punctis, ad quæ reflexi radij concurrunt, & propter diuerſarum pyramidum axes diuerſos, à centro Solis per puncta diuerſa ſitæ ſuperficiei exeuntes. Iridem verò neceſſariò in vapore rorido generari palàm eſt, nam cum fiat in aëris regione, cumque ibi nullum ex planis ſolidis eſſe poſſit, non generabitur, neque in aqua continua, hæc enim, vt grauis, ad centrum mundi ruens Iridis imaginem diu permanere non ſineret, ſed aliquandiù durat. Præterea ex ipſa totum lumen integrum reflecteretur propter ſui ipſius continuitatem, quod falſum apparet; neque naſcitur in aëre craſſo, hic enim nullos colores efformaret, ſed certam quandam albedinem proderet, vt apparet in crepuſculis matutinis; neque tandem fiet in vapore continuo, huius enim ſuperficies, vtcumque diſpoſita, nunquam radios reflectere ad oculum poſſet, neque propter continuitatem permitteret ipſum in profundum vaporis penetrare. Ergo fit in vapore rorido, in illo nempe, quem frigus incipit condenſare, & in formam propriam, ſcilicet, aquæ reducere; tunc enim denſantur vaporis raræ partes, quæ diſtare inter ſe quidem incipiunt, nondum tamen propter agentis debilitatem ad propriam formam reductæ deorſum tendunt; tunc autem illæ vaporis particulæ ſunt quaſi quædam parua ſpecula ſphærica, radios ſolis reflectentia, & refrangentia. Videtur porro Iris circularis, concaua; quia cum ſecundum angulos æquales incidant, & reflectantur radij, non poteſt in omnibus corpuſculis prædicti vaporis, talis ſeruari conditio, & idcirco interiores, & exteriores radij ad punctum vnum in axe radialis pyramidis, nempè ad viſum concurrere, & ab illo percipi nequeunt; qui autem radij talem conditionem ſubeunt, in circulo diſpoſiti ſunt, id quod apud Mathematicos demonſtratione non indiget. Quòd verò tricolor appareat omnis Iris, nempe in exteriori limbo color puniceus, in medio viridis, in intimo alurgus; hæc poteſt cauſa aſſignari.

Materia Iridis eſt in profundo irradiata.

Iris cur fugientem ſectetur, & ſectantem fugiat.

Iris in vapore rorido cur.

Iris circularis, concaua, cur.

Iris cur tricolor.

Quomodo tres colores ex reflexione, & refractione radiorum naſcantur.

Lumen induit colorem rerum, à quibus reflectitur, vel à quibus aliquo modo recipitur. Lumen ergo natura ſua fulgidum, dum ſe in ſuam ſuperficiem vaporis roridi, natura ſua nigri, immittit, colorem puniceum, quaſi rubeum quendam componit; ac tali imbutus colore ad oculum reflectitur, & puniceum repræſentat. Quoniam verò lumen penetrat vaporem, & à diuerſis interioribus ſuperficiebus, iouicem tamen; & exteriori quoque, ex qua fit prima reflexio, parallelis ad viſum reflectitur: accidit, vt radij reflexi ab interioribus ſuperficiebus (tum quia ex medio vapore, qui, vt remotior à Sole, denſior, eſt nigrior, & magis aqueus, multum nigri recipiunt, tum quia interius vaporem ingredientes à remotiori videntur, (quæ autem à remotiori videntur, debiliores videntur,) accidit, inquam, vt tales radij obſcuriores appareant. His accedunt aliæ cauſæ, nam radij ab intimi vaporis ſuperficiebus ſub maiori angulo ad viſum reflectuntur; vnde, vt minus lumini vniti, ſunt debiliores. Præterea ſub minori angulo à viſu percipiuntur, & ideò minus videntur; lumen enim per angulum minorem comprehenſum aliquantulum ſuæ lucis amittit, id quod candelam, ſtellas, & cætera, contractis, ſeu ſemiclauſis palpebris intuenti, patere poteſt. Clarum autem eſt, tales radios ab interioribus ſuperficiebus vaporis reflexos efformare limbos Iridis interiores & arcus viridem, & alurgum pingere. Quare, quò magis radij nubem penetrant, eò nigriores euadunt, & limbos arcus Iridis interiores (ex Polluce hi colores coincidunt, ἀλουργὶς, πρασινὶς, φοινικὶς) repræſentant; & inde fit, vt medius illius color ſit viridis, nempe puniceo obſcurior, & intimus alurgus purpureus, nempe viridi nigrior, qui tamen tres colores non ſunt præcisè diſtincti, ſed in extremis alter cum altero ſenſibiliter immiſcentur: ex quâ mixtione alij inter tres dictos medij colores reſultant.

Lumen induit colorẽ rerum per quas tranſit.

Cur è tribus colorib. alius alio clarior, aut obſcurior.

Verùm huius colorum phœnomeni totalis cauſa videtur eſſe immixtio vmbrarum cum fulgore luminis; cum enim vapor roridus ſit materia Iridis, à cuius corpuſculis fit reflexio luminis ad viſum; cumque omnia corpora denſa, in partem Soli aduerſam, vmbras proiiciant, hinc accidit, vt radij à remotiorum corpuſculorum ſuperficiebus reflexi vmbras anteriorum incurrant, & illis ſe immiſceant, quò autem à profundiori vaporis parte radij reflectuntur, eò maior vmbrarum multitudo illis occurrit; & ſecundum quod plus, vel minus vmbrarum nigredine permiſcentur, ſecundum hoc diuerſificant actum ſuæ (vt ita dicam) luminoſitatis in varios colores. Quòd autem vmbræ, & luminis mixtio ſit colorum Iridis cauſa, hæc ſigna habe. Primum ad radios Solis oculos obuerte, inde palpebras contrahe, illicò videbis radios Solis pilorum palpebrarum vmbris immixtos, colores Iridis efformare; & ſi tales oculi, vel lacrymis, vel aqua ſint madefacti, certiorem habebis cauſam. Alterum ſignum erit nigredo maris tranquilli, quæ accidit propter multiplicationem, & mixtionem vmbrarum cum lumine penetrante, & vmbras efficiente, cum è contra mari perturbato, & proceloſo, cuius aquas lumen non penetrat, nec vmbras ideò efficit, non nigredo, ſed viriditas quædam inſit. Tertium collū anatum, pauonum, & columbarum inſpice, in quibus diuerſi ſemper colores apparent; hoc enim euenit, quòd ex motu colli, plumulæ illius modò criſpentur, modò eleuentur, & vmbras hinc inde proiiciant, modo in nitidam planitiem deprimantur,

Mixtio vmbræ, cum fulgore colores varios gignit.

Signa iridẽ colores Iridis oriri à mixtione luminis cum opaco.

Signum primum.

Signum ſecundum.

Signum tertium.

idcirco modo vmbris mixtum, modo purum reflectitur, & varios colores ſpectantium oculis obiiciunt. Tandem aſpice vel Solem, vel corpus aliquod fulgidum, poſtea fortiter claude oculos, quod prius fulgidum vidiſti, puniceum videbis, deinde praſinum, poſtea purpureum, tandem in nigrum colorem forma lucis deſinens exterminatur. Quòd verò Iris meridionalis ab oculis ſeptentrionalibus conſpici non poſſit, hoc ex prædictis ſatis patere poteſt, cum enim debeat eſſe oculus conſtitutus, ad hoc, vt Iridem (de qua principaliter hic eſt ſermo) videat, inter nubem roridam, & ſolem, palam eſt; ſi nubes meridionalis Soli opponatur, radios reflexos non poſſe ad oculos noſtros, qui ſeptentrionales ſumus, peruenire, cum ſemper Sol ſit inter nubem, & oculum; Siue dicas, id potius euenire, quia Sol nubi proximus illam reſoluit vel in pluuiam, vel in aërem lucidum, qui Iridem cauſare non valet. Dixi autem (de qua principaliter hîc eſt ſermo) nam aliæ impreſſiones Iridis colores ſimulantes inueniri poſſunt, quæ per alios modos efficiuntur, quandoque enim ex fortibus radiis Solis reflexis à nube aquosâ, integra ad locum, in quo eſt vapor roridus à latere aliquo Solis, poſſunt colores Iridis generari incompletis circulis, vel circulorum portionibus, & ſic per duplicem reflexionem videntur in rorido vapore colores Iridis. Non autem à Sole tantùm, ſed à Luna quoque Irides poſſe generari manifeſtum eſt; à Sole quidem propter efficaciam radiorum, id quod omnibus conſtat; à Luna verò propter vicinitatem; id quod ſæpe apud Septentrionales contingit, ſemel, & bis, in anno; cætera verò aſtra, tum propter radiorum debilitatem reſpectu Solis; tum propter nimiam diſtantiam reſpectu Lunæ, nullam Iridem efformare valent. Sed Solares & Lunares Irides in hoc differunt, quod illæ obſcuriores, hæ verò quodam modo albiores videntur, quod euenit in illis propter tum diei, tum nubis maiorem circumſtantem claritatem, in his verò propter & noctis, & nubis maiorem circumfuſam obſcuritatem; intenſior enim fit omnis color medius inter extremos poſitus.

Signū quartum.

Iris meridionalis cur à ſeptentr. non videatur.

Oculus medius inter Solem, & Iridem.

Iris à Luna quoque.

Iris à ſtellis cur non fiat.

Iridis Solaris, & Lunaris differentia.

Ex Ioannis Archiepiſcopi Cantuarienſis Proſpectiua communi, hæc perſpicua. In generatione Iridis certum eſt, radiationes trium generum concurrere, nempe rectas, reflexas, & refractas. De radio recto patet. quia Iris generatur ex oppoſito Solis. De reflexis, quoniam ſtillæ ſphærulæ quædam ſunt ſpeculares, leuis ſuperficiei, in modum aquæ radios reflectentes. De fractis quoniam lumen ſolare intrans in profundum aquæ ſimul refrangitur, & reflectitur. Cauſam autem rotunditatis Iridis ita demonſtrat. Quando nubes regulariter ſuſpenſa, eſt terræ æquidiſtans, certum eſt, quòd roratio regulariter deſcendit, & hoc ad circularitatem ſufficit, aquæ enim nebuloſæ ſuſpenſæ, & irregulares non habent in ſe impreſſionem regularem.

Io. Cantuar. ſententia de Iride quæ.

Radij 3. ad Iridis generationem Rectus. Reflexus. Refractus.

Alij ponunt cauſam ex parte radiorum, aſſerentes, lumen radiorum penetrans nubem roridam, inde vltra illam concurrere, in puncto vno; poſt concurſum autem, ipſum lumen iterum dilatari in pyramidem cuius medietas cadat in nubem, & faciat per conſequens impreſſionem ſemicircularem, alia medietate in terram cadente. Sed experientia obſtat, nam radius ſolaris per foramen rotundum cadens, rotundus eſt; opponatur & lapis hexagonus generans colores Iridis, certum eſt, quod generat Iridem, ſed non in figuram lapidis, quæ eſt columnaris. Præterea Iris generatur è Sole ſine aliquo interpoſito, in nubem roridam radiante, vt patet ſenſui. Alij ponunt rotunditatem in radio ex ſe ipſo, dicunt enim quod radij pyramidaliter egrediuntur à Sole, vt medietas eius cadat in nubem, & faciat dictam figuram. Sed hoc nihil eſt; quoniam ſi de toto lumine ſolari; ergò quilibet punctus Solis implet totum hemiſphærium lumine ſuo, ſi de particulari aliqua pyramide; igitur pyramides non ſunt à ſe diſtinctæ, & ab inuicem diuiſæ, ſed vnum eſt corpus continuum lucis in ſe potentialiter infinitas pyramides continens, quarum quædam habent conum in luminoſo, & quædam in ſubiecto, vel medio. Sed hæc aliis diſcutienda relinquo.

Iridis rotunditas vnde ex parte nubis.

Ex parte radiorum.

Confutatur hæc ſententia.

Diuerſitatem verò colorum Iridis, tam ex nubis, quàm luminis variatione prouenire, hinc patet. Siquidem nubis variatio ex hoc accidit, quod roratio deſcendit ad centrum, & angulum. Eſt igitur per conſequens inferior ſtrictior, & ſuperior latior.

Diuerſitas colorum in Iride ex nubis, & luminis varietate.

Certum enim eſt, quòd omnia grania deſcendunt ad angulum, & ita non poteſt eſſe pyramis rotunda, quæ habeat conum ſurſum, & latitudinem deorſum. Superius igitur eſt lata, & paulatim deſcendendo denſior; tum propter pyramidis coanguſtationem, deſcenſu ad angulum prouenientem: tum propter hoc, quòd craſſiores partes citius deſcendunt, aptius eſt ſuperius ad colores nobiliores, & luci conformiores, & inferius minus. Poteſt etiam eſſe diuerſitas à parte luminis directa in nubem cadentis, & magis facti in ſingulis partibus nubis.

Ex Ioſephi Blancani locis Mathematicis Ariſtotelis hæc noto de Iride, dicentis; tria ad Iridis viſionem eſſe neceſſaria, Solem, oculum, & nubem tenuem, ac roſcidam, quæ ſcilicet minutis guttulis illæ innumerà erunt veluti parua ſpecula, quæ lumen Solis ob paruitatem, imperfecto quodam modo repræſentare poſſunt; ex tali enim repræſentatione Iris apparet. Quæ tria debent eſſe ita diſpoſita, vt Sol, oculus, & centrum Iridis, ſint in eadem recta linea conſtituta, oculuſque medium locum inter Solem, & Iridis centrum obtineat. Quòd autem neceſſaria ſit nubes roſcida, pulcherrima hac experientia comprobatur.

Blancani ſententia de Iride quæ.

Tria ad Iridem neceſſaria.

Diſpoſitio Solis, oculi, & nubis, quæ.

Si enim in Sole poſiti ore aquam efflan-

tes leui aſpergine aërem Soli, nobiſque aduerſum irroremus, actutum Iridis arcum, guttulis illis, quamvis volitantibus inhærentem, ſumma voluptate ſpectabimus. Hæc de Iride, ex probatis ſcriptoribus.

Iris quomodo à nobis efformetur.

Prognoſticum Iridis ſignum, plerumque, pluuia alicubi iam cadens, & iam iam imminens. Poëtarum vaticinia paſſim decantata de hoc, *Pluuius Arcus* ab Horatio nuncupatur. Virg. 1. Georg.

Prognoſtica ſigna Iridis.

Poëtarum vaticinia de Iride.

Bibit ingens arcus.

Plautus.

Ecce autem bibit arcus, credo, herclè hodiè.

Propertius lib. 3.

Cæruleus pluuias cur bibis arcus aquas.

Tibullus lib. 1.

Quamvis prætexens picta ferrugine Cælum,
Venturam admittit imbrifer arcus aquam.

Lucanus lib. 4. Phar.

Hinc imperfecto complectitur aëra gyro
Arcus, vix vlla variatus luce colorem,
Oceanumque bibit, raptoſque ad nubila fluctus
Pertulit, & Cælo diffuſum reddidit æquor.

Seneca in Oed.

Imbrifera qualis implicat varios ſibi
Iris colores, parte quæ magna poli
Curuata picto nunciat nimbos ſinu.

Ammiani de hoc iſtum Elogium. *Iris indicium eſt permutationis auræ a ſudo aere nubium concitans globos, aut contra, ex concreto immutans in ſerenam lætitiam Cælum.* Ideò legimus paſſim Irim miſſam de Cœlo, cum præſentium ſtatus fit mutatio. Serenitatem innuit apud Flaccum.

Iris mutationis aeris ſignum.

Emicuit reſerata dies, Cælumque reſoluit
Arcus, & in ſummos redierunt nubila montes.

Sed in his, mihi Pyrrhonia hæſitatio, & potiſſimum de coloribus, quare ego cum Academicis inter ἀπορητικοὺς, ideſt, hæſitantes, meum nomen profiteor.

LÆLIO ALTOGRADIO Iuriſconſulto.

SYNOPSIS XXI.

De rebus publicis, & politiis. De Rerumpublicarum formis variis. Diſſenſio inter Platonem, & Ariſtotelem circa hoc. Concordati hi inter ſe. Triplex corruptæ forma. Monarchia, Ariſtocratia, Democratia quid. Reipublicæ forma, quæ peſſima. Belli, pacis tempore quo duce regenda. Laus Monarchiæ, & Ariſtocratiæ. Tyrannidis vituperatio. De origine, progreſſu, fine Rerumpublicarum. De Rebus publicis mixtis. Laus Venetæ Reipublicæ perfectiſſimæ. Regni, & Monarchiæ exempla. Rerum publicarum formæ variæ. De forma Reipublicæ Iudæorum. De forma Rerumpublicarum Athenienſium; Spartanorum, & Cretenſium. De illarum legiſlatoribus. Poſtremò de Reipublicæ Romanæ variis formis, & mutationibus. Ac De Republica domeſtica, & interna.

PLATO externas notiones, & magis populares. Ariſtoteles internas magiſque genuinas rationes ſequutus, vterque metam aſſequutus triplicis Reipulicæ rectæ, & ſimplicis, (cum miſtis non me miſceo.) A numero imperantium, ſic Plato ratiocinatur, multi, vel vnus dominatur; ſi vnus bonus, Monarchia: ſi malus, Tyrannis; ſi pauci boni, Ariſtocratia; ſi mali, Oligarchia; ſi plures boni, populi adminiſtratio; ſi mali, perturbatio popularis conſtituitur. Ariſtoteles autem 3. *Politic.* non à numero, ſed à conditione, & fine venatur. Si quidem numerus ex euentu potius longè petitus, & fortuitò exiſtimandus; Finis autem, & quæ ad finem faciunt, publicæ rei naturam rimantur, & perſcrutantur. Eſſe plures, aut pauciores, prorſus ab re, nec ad rem. E re autem, & ad rem publicam multum conducunt virtutes, nobilitas, diuitiæ. Si pauperes, ignobiles qui ad Reipublicæ clauum aſſident, etſi pauciores, popolarem conſtituunt adminiſtrationem. Si nobiles, diuites, ſtudioſi, etſi plures, paucorum, ſeu optimatum (paucis enim plerumque diuitiæ, nobilitas, virtus contingunt) hinc fortaſſe Platonis petitæ rationes; Ariſtotelis inde.

Diſcrimen inter Ariſt. & Plato de Rebus publicis.

Platonis ratio de rerumpublicarum diſtinctione.

Ariſtotelis ratio de rerumpublicarum formis.

Triplex igitur (vt vt res ſe habeat) Reipublicæ adminiſtratio bona, quæ bono publico conſulit, & mala triplex, malè conſulens populo, quæ defectio, ſeu Reipublicæ labes nuncupatur. Itaque ſi vnus omnium optimus vni omnium ſaluti proſpiciat, Monarchiam; ſi peſſimus, ſuæ tantùm ſaluti, Tyrannidem conſtituit. Deinde ſi pauci nobilitate, virtutéque inſignes, Ariſtocratiã: Si verò pauci viribus ſuperiores, inferiores autem virtute, Oligarchiam efficiunt. Demum, cum multi legibus freti communem inquirunt vtilitatem; Democratiam, ſeu communi nomine, Rempublicam: ſin autem exleges, licentiam vſurpant; Timocratiam, Anarchiam, ſeu Ochlocratiam, labefactatam ſcilicet Rempublicam, intrudunt.

Triplex Reipubl. bonæ forma, & malæ.

Monarchia quæ.

Tyrannis quæ.

Oligarchia quæ.

Democratia quæ.

Timocratia quæ.

Tacitus

Tacitus lib. 4. Annal. hanc triplicem administrationem tacitus non præterit. *Nam cunctas* (inquit) *nationes, & vrbes populus, aut primores, aut ſinguli regunt.* Tyrannis itaque regno opponitur; Paucorum potentia procerum Imperio; Populi furor, iuſtæ multitudinis poteſtati. In his, Magiſtratus boni, mali in illis. In his commune bonum, proprium in illis inquiritur. In his ciuium libertas, ſeruitus in illis. Prudentia, Clementia, Iuſtitia, cæteræque virtutes in his; In illis temeritas, ſæuitia, iniuſtitia graſſantur. Hæc attende, & æquâ iudicij lance perpende.

Bona adminiſtratio à mala in quo diſcrepat.

βασιλεία,	ἀριστοκρατία,
τυραννὶς	ὀλιγαρχία,
δημοκρατία.	ἀναρχία
τιμοκρατία,	ὀχλοκρατία

Baſilia vnde dicta.

Ariſtocratia vnde dicta. Dicta, βασιλεία, quaſi baſis, & fundamentum, λαοῦ populi.

Democratia vnde dicta. Tyrannis vnde dicta. Ἀριστοκρατία, quaſi ἐκ τῶν ἀρίστων ἐκλελεγμένων κράτος, ex optimis electum imperium. Δημοκρατία, ἀπὸ τοῦ δήμου, ſcilicet populi, εἰς δεδεμένου, communi quaſi libertatis vinculo colligati. Τυραννὶς, honeſtum olim apud Priſcos vocabulum, & ἀδιάφορον, indifferens apud Philoſophos: at Romanis maximè odioſum: à verbo τρύω, ſcilicet, vexo, exagito, vt dicatur quaſi τρυανός: vel à Tyrrhenis, latrociniorum infamiâ maximè laborantibus, quod non admitto. Ὀλιγαρχία ἀπὸ τῶν ὀλίγων, ſcil. paucorum, in quâ optimates, pauci, mali, diuites tantum imperant; cuius nullo pacto pauperes, etſi boni, participes fiunt. Τιμοκρατία ἀπὸ τοῦ τιμήματος, ſcilicet, cenſu, in quo a cenſu, id eſt, diuitiis, magiſtratus creantur, nec virtutis ratio publicè habetur, contra optimates; ſuiſque tantum locupletandis cenſibus ſtudent. Aliis fortaſſe melius dicta, ἀναρχία, id eſt populus ſine magiſtratu, ciuitas ſine Imperio, vel ὀχλοκρατία ἀπὸ τοῦ ὄχλου, quod turbam, tumultúmque populi innuit.

Oligarchia vnde dicta.

Timocratia vnde dicta.

Anarchia vnde dicta.

Monarch laus. Optima omnium vulgò cenſetur regia, ſeu Monarchia, vt quæ valde ſimilis diuinis actionibus, humaniſque maximè conſentanea: hinc dictus Rex viua Dei imago, animati imago Dei Rex. Homerus ſubſcribit, Claudianus, & alij.

Non bonum eſt multorum imperium
Sit dominus vnus.
Fallitur, egregio quiſquis ſub principe credit
Seruitium; nuſquam libertas gratior extat.
Quàm ſub rege pio.

Quapropter antiquis ſæpe in ore, ἐκ Διὸς βασιλῆες, quibus, quia optimis, imperium fore debetur. Ex Democrito *Natura imperare proprium præſtantiori.* Eloquentiſſimus, & ſapientiſſimus Iſocrates non refragatur. *Non immeritò Monarchiam tanto faciliorem eſſe iudicauerimus, quantò facilius eſt animum ſuum vnius viri inſtituto accommodare, quam multis, variiſque opinionibus placere conari.*

Tyrannis omnium peſſima. At optimi corruptio, quia peſſima, & regni labes tyrannis, quæ optimæ adminiſtrationi ex aduerſo opponitur, vbi nequiſſimus, funeſtiſſimus, ex libidine, imperij habenas rapit, tenet per fraudem, & ſæuitiam, diuina & humana iura perturbat, virtutes conculcans, ſeruitutis iugo pupillos conficit: *Oderint, dum metuant,* clamat, τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ. tyrannis mater iniuſtitiæ. Demoſtenis diuinom de hac elogium, τύραννος ἅπας ἐχθρὸς ἐλευθερίας, καὶ νόμοις ἐναντίος; *Omnis tyrannus hoſtis libertatis, ac legibus aduerſatur.* Illorum exitus atrox, qui nunquam ſeneſcunt. Seneca.

Qui ſceptra duro ſæuus imperio regit,
Timet timentes, metus in authorem redit. Tyrannorum vita eſt morte infeliciſſima.

Claudianus.

Qui terret plus iſte timet: Sors iſta Tyrannis
Conuenit, inuideant claris, fortéſque trucident,
Muniti gladiis viuant, ſeptique venenis,
Ancipites habeant arces, trepidique minentur.

Optimatum adminiſtratio quam bona. Optimatum adminiſtratio, vt quæ bonorum, optima iure putanda, ob virtutum cumulum, Senatus magnificentiam, conſiliorum vim plurimam, qui ad imperia, ad ſceptra nati, ex Ariſtotele, propter ὑπεροχὴν, & virtutis excellentiam videntur. Ita ille. *Qui in vniuerſum vita degenda ſcientiam eſt aſſecutus, quid aliud eum eſſe oportet, niſi rectorem, & dominum? namque difficillimum, vnum tantùm omnium omnes virtutes nanciſci.* Ideo ille optimus conſultor monet, πολυκοιρανίη, & cætera: Latine refero apud Latinos. *Et vnus Princeps vrbi periculoſus, adiungi verò & alium, non malum ciuitati.* At ſiniſtra auis Tacitus lib 4. An. occinit. *Delecta ex his, & conſtituta Reipublica forma facilius laudari, quam euenire, aut ſi euenerit haud diuturna eſſe poteſt,* quam, vel illo reclamante, sereniſſimus, atque fortunatiſſimus Senatus Venetus, & Luca mea dulciſſima patria iactat; illa ad Italiæ; hæc ad Etruriæ inuidiam; quæ quia rara, ideo præclara.

Reipublicæ forma quam humanæ naturæ conformis. Multitudinis legitimum imperium humanæ naturæ legibus non multum videtur diſſentire, cui, virtutibus nempe exornatæ, liberè viuere naturæ iura permittunt ab ipſis incunabulis, ad quod naturæ impetu fertur. Plautus ait, *omnes profectò liberi libentius ſumus, quam ſeruimus.* Illud enim veriſſimum. *Quid optimum hominibus,* ille interrogatus, *Libertas,* reſpondit. Senecam audi. *Ineſtimabile bonum, ſuum fieri.*

Belli tempore vnius imperium optimum. Pacis tempore optimates optimi. Sed poſt vindemiam racematio, poſt ſegetem, ſpicilegium ſupereſt. En ſpicæ, en racemi. Marte furente, tumultuantibus populis, vnus imperij habenas moderetur: bellabit: debellabit; fortior vnita virtus vehementius vno ex capite erumpit. Pallade in vrbe furente, optimates Rempublicam adminiſtrent, vt virtus perturbata in integrum reſtituatur, feliciſſimaque pace ciues perfruantur: ita ſago, togáque, domi, & foris, rectâ æquitatis lance res peragentur.

Origo rerũ pub. Magiſtratuũ quinque genera. Sed, altius rem totam publicam indagemus, originẽ progreſſum & finem rerũ publicarum excutiamus Laërtius in Platone quinque magiſtratuũ genera adducit; Legitimum, naturale, æquũ, ſeu rectum; per ſucceſſionem

geoctis;

Legitimum Imperium. Naturale Imperiom. Rectum Imperium. Succeſſionis Imperium. Violentum Imperium. Imperio nati, & qui ſeruituti. Oeconomiæ & Politiæ ordo.

generis; violentum, ſeu tyrannicum. Per primum imperant, quos ciues initis ſuffragiis creant. Per alterum mares fœminis in omnibus animantibus. Per tertium Rectores Academicis, & Præceprores diſcipulis. Per quartum Lacedæmoniorum Reges, & Macedonum, & quotquot hæreditariâ ſucceſſione ad Magiſtratum perueniunt. Per poſtremum, qui inuitis, coactiſque ciuibus imperant. Hinc à naturâ ex Ariſtotele iure imperare, & obedire ortum ducit; alij enim nati imperio, quibus ingenium liberale, & excellens; alij ſeruituti, quibus ingenium ſeruile, & ſtolidum. Quare in domo vxores, mariti, parentes, filij, heri, & ſerui, ab orto vſque humano genere repetti. Vxor ſiquidem marito, filius patri, ſeruus hero; familia denique patrifamilias, naturali impulſione, obſequium præſtat, Ex familiis compluribus vicus; ex vicis pluribus pagus; ex pagis pluribus Ciuitas conſtat. Ciuitas magiſtratu regitur; ſi bona, ab optimo; optimus enim naturâ imperare debet. Socrates apud Platonem 3. *de Rep.* homines à Deo ita creatos aſſerit, vt, qui eſſent ad imperia futuri, iis aurum; qui eorum curæ participes futuri, iis argentum; Agricolis autem, & opificibus futuris, æs, ferrum admiſcuerit. Magiſtratus, cui imperium traditur, vel ſucceſſione, vel ſorte, vel ſuffragio eligitur. Vel ſunt plures, vel vnus (de bonis loquor:) Si plures aut omnes, aut multi: omnes conſtituunt politiam, in quâ viget iuris æquabilitas, quæ *ἰσονομία* dicitur. Hinc leges conduntur; magiſtratus creantur; in medium conſulitur; atque vt incommodorum, ſic viciſſim commodorum, omnes participes. Si multi imperent, Ariſtocratia vocatur, ideſt, optimatum, cum optimi præſunt cæteris, qui veluti oculi plures plus vident, prudentius conſultant, (de his à me paulò ſuperiùs.) Si vnus imperat, Monarchia, cuius præſtantiam nobis aſtruunt cœli, elementa, animalia, quæcumque in orbe latent, ad vnum, tanquam ad caput referuntur. Finis horum omnium eſt benè, beatéque viuere inter ſe ciues, felicitatéque frui politicâ.

Homines creati cum metallis ex Platone. Aurum, argentum, ferrum quibus hominibus commiſcuit. Magiſtratus electio triplex.

Monarchiæ præſtantia.

Finis Reip. omnes.

Tres igitur tantùm ſpecies rectæ Reip. à quâ deflectentes totidem non rectæ; Recta, quæ dirigitur ad bonum commune, aut per vnum, & ſic eſt Monarchia, talis olim apud Perſas: aut per paucos, eoſdemque bonos, & ſic eſt Ariſtocratia, talis apud Spartanos; aut per multos, & ſic eſt Democratia, talis apud Athenienſes. Non recta, quæ detorquetur ad bonum priuatum, aut per vnum, vnde Tyrannis; aut per paucos, vnde Oligarchia; aut per multos, vnde Anarchia naſcetur.

Reip. rectæ ſpecies tres.

Reip. non rectę ſpecies tres.
Reſp. mixta optima.
Reip Venetę mixtio optima commẽdata.

Ex tribus rectis coaleſcit alia, quæ mixta Reſpublica appellatur, (qualis nunc Veneta.) Hæc omnium bonarum adminiſtrationem in ſe continet. nam Regiam maieſtatem in Ducis vnius capitis ciuili ordine tuetur; Ariſtocraticam ſapientiam in optimatum adminiſtratione; Vniuerſum populi conſenſum in magno illo Senatu, conſilioque, vbi æquè ſorte, atque electione omnia cenſentur: ſuſpicit, & veneratur, & ſuos habet Tribunos plebis populus, quos vocant, *Auogadores*. Hæc Reipublicæ mixtio videtur feliciſſima, in quâ Regia dignitas; optimorum prudentia; vis reipublicæ ita fulgent, vt ſint tanquam multi Reges in vno Duce iuncti, multi Duces in vno Rege, quibus conſpirantibus in finem honeſtum, Regia dignitas in tyrannidem labi non poteſt. De hâc formâ Plato *in lib. de Regno* diſſerit, vocatque ſeptimæ ſpeciem, eamque omnium optimam cunctis numeris abſolutam, diuinitus inſtitutam, mixtam ex omnibus tribus adminiſtrationibus; Regiæ, ob munus Principis; Ariſtocratiæ, ob munus maiorum Senatorum, potiſſimorumque Magiſtratuum, quibus tantùm ſeniores, & prudentiores præſunt: Demum Reipublicæ, ob munus pene innumerorum nobilium, publico conſilio pro publico bono conſpirantium. Cæteras Reipublicæ mixtiones vide in Franciſci Piccolominei ſcientiâ de moribus, *Gradu decimo*, ex Ariſtotele in Politicis, & aliis Auct.

Monarchiæ variæ.
Reſp antiquæ celebres

Monarchiarum, & Regnorum paſſim exempla apud Aſſyrios, Perſas, Ægyptios, Macedonas, deinde Romanorum Imperatorum, aliorumque Regum habemus Rerumpublicarum verò præcipuarum Antiquarum, Iudæorum, Athenienſium, Spartanorum, Cretenſium, ac demum Romanorum.

Hebræorum Reſp. quæ. Ariſtocratia Iudæorum.

Apud Hebræos primum penes optimates poſita fuit adminiſtratio, quæ dicta Ariſtocratia, ſub Moſe, Ioſue, ſenioribus, qui, viris bonis, ſapientibus lectis in conſilium ex diuinæ legis præſcripto, vniuerſam gentem illam gubernarunt ſapientiſſimè. Sub regibus verò Monarchiam, ſeu Regnum obtinuerunt. Omnis Reſpublica Hebræorum triplex, nimirum vniuerſi populi; ſingularum tribuum; & ſingularum vrbium; propterea magiſtratus in varia diſtributi genera fuerunt: Magiſtratus vniuerſi populi primùm fuere Iudices; deinde Reges; tum Principes; denique iterum Reges. In ſingulis autem Tribubus, Phylarchi, & Patriarchæ. In ſingulis Vrbibus Principes Ciuitatum, ſiue Iudicum, nempe Tribuni, Centuriones, Quinquageſimarij., & Decani: de quibus Sigonius, aliique conſulendi.

Monarchia Hebræorum
Reſpub. Hebræorum triplex.
Magiſtratus vniuerſi pop.
Magiſtratus Tribuum.
Magiſtratus vrbium iudæ.

Reſp. Athenięſium quæ
Reges 17.
Athenienſiũ Anarchia Athenis.

Athenienſium Reſpublica regnum prius habuit, vt notat Iuſtinus *lib.* 11. ante Deucalionis tempora, fueruntque non ex populi colluuie, vt alia regna, aliunde aſciti, ſed incolæ, & indigenæ à Cecrope primo Rege ad Codrum vſque ſeptem decim; poſt quem nemo Athenis regnauit. Subſecuta eſt Anarchia, ſeu Ochlocratia, mixta cum Oligarchiâ; quam corrigere conatus eſt Draco ſeueriſſimus legiſlator. Deinde Solon omnium optimè leges ſãctiſſimas Reipub. inſtituit, verámque ſtatuit bonæ Democraticæ formam; ideo non immeritò Romani, ex tanti viri legibus ſuas decem tabulis

Draco legiſlator ſeuerus.
Solon legiſlator Athen. optimus.

tabulis exaratas Athenis Romam per Decemuiros exportarunt. Athenis ergò ſortiebantur, qui Senatores, aut magiſtratus fieri cupiebant, populus eligebat per ſuffragia eos. Quare alij ſorte, alij ſuffragio, alij delectu creabantur: Sorte, vt Iudices; ſuffragio, vt Imperatores; delectu, vt Ædiles.

Athen. Senatus, Magiſtratus Athen.

Areopagitæ, ſiue ſenatores quingenti capitalia dumtaxat iudicabant. Archontes, ſummus magiſtratus Athenis, ſicut Suffes apud Cartaginenſes; Romæ Dictator. Fuerunt, (teſte Suidâ) Archontes nouem, quorum ſex, Theſmothetæ, hoc eſt, legiſlatores dicebantur; vnus Rex, id eſt ſacrificulus; ſeu Rex ſacrorum; vnus Polemarchus militiæ; & præter hos vnus, qui per excellentiam Archon dicebatur, à quo anni numerabantur, de quo à me alibi. Prytanes, potiſſima Reipublicæ ſuſtentacula, erant quinquageni, decimam partem Senatus facientes, qui eius munera omnia per ſucceſſionem ſortitò obibant, in loco dicto, *Prytaneo*, vbi publicè alebantur; (qui honos maximus Athenis) & de Republicâ benè meriti. Sortiebantur, qui Senatores, qui Magiſtratus fieri cupiebant; quæ ſortitio, ex Ariſtotele, eſt popularis; dum omnes pares volunt eſſe. Ante magiſtratum, in vitam eorum inquirebant, & poſt etiam in eorum geſta; quibus probè perfuncti in Senatum Areopagitarum lecti; ſin malè, repulſi.

Areopagitæ qui, & quot.
Archontes, qui, quot.
Theſmothetæ.
Polemarchus.
Anni numerati per Archontem.
Prytanes qui
Prytaneum vbi, & quid.
Sortitio magiſtratuum Athenis.
Sortitio iudicum Democratiæ, cur.

Quoniam ſortitionis Athenienſium mentio facta, de hac cum Rhodig. *lib. 22. cap. 18.* quædam recenſenda. Athenis plura erant Dicaſteria, ſeu loca iudicialia, & ſtationes iudicum. In aliis expendebantur, quæ *ꝗουικὰ* Græci vocant, vbi agebatur de vitâ: In aliis ciuiles tractabantur lites, hoc eſt, *ἀεὶ ϑεωρικῶν.* Vnicuique ſtationi de elementorum ſerie appellatio indebatur: erat enim quæ diceretur Alpha, quæ Beta, quæ Gamma, & ita deinceps, vſque ad litteram K, quippe decem fuere ſtationes. Ianuæ porrò vniuſcuiuſque coloris rubri ſuper pictum erat elementum; ex quo loco nomen foret. Quotquot erant Athenis, qui iuridiciali munere fungerentur, pro ſtationum ratione pugillare habebant ſinguli, in quibus exaratum ſeruabatur, tum ipſorum, tum ſtationis nomen: habebant & virgulam inſcriptam pariter. Vbi igitur iudicandi appeteret tempus, in forum commeabant omnes iudices, coniectiſque in vas ſortibus, qui ſortitus mox foret eam, quæ præferret Alpha, in ſtationem pergebat eius litteræ cognominem, atque deinceps ſerie eâdem. Quòd ſi quis ad iudicandum nullâ ſortitionis habitâ curâ perrexiſſet, grauis irrogabatur mulcta. Quum verò forent Athenis decem tribus, ex omnibus ſeligi iudices, mos irroborarat. Ex vnaquâque ergò quinque ſecernebantur illuſtriſſimi; ex quibus vnus modo iudicaret, quem ſors ſelegiſſet. Celebratur quoque à Luciano conſimilis inter athletas, & pancratiaſtas ſortitio. In argenteam (inquit) Calpin, id eſt, vrnam, coniiciebantur minutulæ ſortes, fabâ non ampliores. Eo ſemper ordine ſeruato, vt binis eadem inſcriberetur nota elementis, pro athletarum numero, ſortibus item auctioribus. Quum impenderet certandi tempus, prodibant ex athletis, ſinguli ſortem educturi, nec inſpectandi productum ius erat, quando id prohiberet aſſiſtens Maſtigophorus. Peracto autem orbe, ambiens Alytarches, inſpectabat ſortes, atque ita diſpenſabat, vt qui Alpha eſſet ſortitus, cum eo componeretur, qui eandem eſſet ſortitus litteram; atque ita deinceps, homogrammi certaturi prodibant. Quòd ſi quinque, ſeu impares eſſent, coniiciebatur in vrnam ſolitaria littera, quæ antigraphon, ſeu antigramma non haberet. Qui verò eam eduxiſſet reſidebat expectans, quamdiu certarent alij, congreſſurus mox fatigatis, vigens ipſe, atque integer viribus, quod erat fauſti ominis, hic dicebatur Ephedrus.

Sortitio Athen. per litteras.
Dicaſterium quid.
Stationes decem Athenis.
Tribus decem Athenis.
Sortitio pancratiaſtarũ.
Ephedrus quis.

Sortitionis aliud genus peractum Syracuſis, eorum, qui in concionem erant prodituri, ſuis litterarum notis deſignati. hæ ducebantur ſorte, ac vbi quis litteram ſuam foret Indeptus, alloquendi populum poteſtatem nanciſcebatur. Vide eundem Rhod. *eodem libro capite* 17.

Sortitio Syracuſanorũ.

Lycurgus Græcorum ſapientiſſimus, inſtitutis optimis, Reipublicæ formam Lacedæmone poſuit, & ex peſſima optimam reddidit: vnde quamdiu leges illius viguerunt, per D. amplius, annos, tamdiu viguit Spartanorum Reſp. quam in Democratiæ formam, ſeu Reipublicæ redigere tentauit legibus optimis. Quare totus ad militarem diſciplinam collimauit, hinc ſeuera puerorum inſtitutio; quare ad bellum gerendum, quia optimè ab vno adminiſtratur, Regem eligi voluit, ſeu Imperatorem perpetuum ex familiâ Heraclidarum, qui, & legum cuſtos, & iuſtitiæ vindex perpetuus, legibus tamen populi obnoxius; Populus ſanciebat, magiſtratus creabat; ex quo populo illi lecti, & potiſſimùm Senatores 28. Senatum conſtituentes, ex lectiſſimis, & ſapientiſſimis ſenioribus. Hic ſenatus medius, & quaſi arbiter, nimirum populi licentiam coërcebat, Regumque potentiam temperabat, penes quos iudicia omnia. Quæ Reipubl. forma, ſine perturbatione floruit; donec populi cupiditas effrænata ſuos Tribunos plebis legit, Ephoros, ad quos prouocatio ab omni Magiſtratu dabatur. Hinc variæ perturbationes. Nam Reges domi ſub Ephororum imperio, quaſi priuati Ciues agebant, at foris *ἀνυπεύϑυνοι*, id eſt, neque legibus, neque Ephororum obnoxij cenſuræ. Ad firmius hanc Democratiæ formam corroborandam, bonorum æqualitatem, puerorum inſtitutionem communem, Syſſitia, ſeu commeſſationes publicas inſtituit, vt ciues inter ſe mutuo, arctoque vinculo ſocietatis adſtringerentur. Mechanica, & ruſtica opera tantùm ab Hilotis, ſeu ſeruis publicis, bello captis peracta; cæteri ciues magiſtratibus, & militiæ dediti. Hanc Reipublicæ formam maximè exagitat Ariſtoteles 2. *Polit.* & tanquam

Lycurgus Lacedæmoniorum legiſlator.
Lacedæmoniorum Reſpub. Spartanorum Democratia.
Scopus Spartanæ diſciplinæ.
Imperator Spartanorum quis.
Ex populo Spartano omnes magiſtratus.
Ephori Lacedæm.
Æqualitas bonorum Spartæ.
Syſſitia quæ Spartæ.
Hilotæ qui.

quam

quam infirmam refellit; quòd foris tantùm rebuſque militaribus operam nauaret, in poſtremis habitis ciuilibus, quæ cum bellicis ciuilem felicitatem conſtituunt.

Cretenſis Reip. parens Spartanæ. Lycurgus doctus à Lyctiis. Minos Cretenſium Legiſlator. Cretenſis Reip. forma. Coſmi Cretenſium qui. Andria Cretenſiū quæ. Periœci ſerui Cretenſiū. Romanæ Reip. forma.

Spartanæ Reipublicæ parens Cretenſis cenſetur. Lycurgus enim, antequam Spartæ Rempubl. ordinaret, in Cretam ſe contulit, vt à Lyctiis olim Laconum colonis edoceretur, quibus à Minoe leges datæ. Hinc, & Cretenſis Reſpublica Regem habuit, Senatum; βουλὴ, dictum, Ephoros ſuos, dictos Coſmos, decem ex certis tantum familiis. Conuiuia etiam publica, dicta Andria; ſeruos publicos dictos, Periœcos, ideſt circumuicinos, & vectigal s.

Romana reſpublica varia eſt ſortita regimina, ſub Romulo Monarchiam, ſeu regnum. Deinde mixta eſt forma Reipublic. Sequentes Reges ſola patrum auctoritate lecti, & confirmati. Numa populi requiſiuit aſſenſum; vt & tempore poſteriorum factum eſt regum. Tyrannidem ſenſit ſub Tarquinio Superbo, & ſub quibuſdam Dictatoribus.

Tyrannis Romæ quādo. Democratia Romæ quādo. Pop. Rom. auctoritas.

Deinde alia ſecuta Reip. forma, quæ potius Democratica exiſtimanda: nam à ſummis magiſtratibus appellatum ad populum. Publicolæ poſt expulſos Tarquinios Reipublicæ reformandæ poteſtas tradita, ſic dicto quòd in Republica conſtituenda populum coluit, eiuſque ſtudium aucupatus, cui iudicium rerum potiſſimarum permiſit; hinc penes populum auctoritas condendarum legum, belli indicendi, legendorum magiſtratuum, in quibus Reipublicæ ſumma verſatur. Penes populum Romanum ergò iam inde à Romulo iudicandi poteſtas ad Auguſtum vſque, at non eodem modo; Curiatis Comitiis ſub Regibus; Centuriatis, Tributiſque vigente Rep.

Ordo ciuiū Romanorū triplex, à quo inſtitutus. Senatoris Romani cōditiones.

Ordinum varietatem, ſenatorij ſcilicet, equeſtris, & plebei, inſtituit Romulus; Senatum potiſſimum legit diligenter, ad quem ipſe de ſumma Reip. referebat, & ex eorum conſilio, & auctoritate omnia agebat; lecti deinde Senatores à Regibus, à Coss. & Cenſoribus, habitā ratione *generis*, Senatorij ſcilicet: *ordinis*, equeſtris, ſcil. ex quò Suffecti. *Cenſus* 800000. ſeſter. *ætatis*, 43. ann.

Ariſtocratia Romæ.

At Ariſtocraticum imperium in ſenatu fuiſſe, cum videlicet auctus eius numerus, & vis, cenſeo; penes quem ſumma auctoritas in negotiis maximi momenti præter magiſtratuum creationem, legum lationem, & belli, paciſque arbitrium, cætera omnia delicta, præmia, pœnaſue vnus Senatus diiudicabat, vt refert Polybius *lib.6.* non minima etiam poteſtas Senatus fuit, quòd in Comitiis maioribus, & legibus ferendis neceſſaria fuit eius cognitio, & auctoritas: eius decretis, quicquid in Romano Imperio faciendum, ſanciebatur: Hinc Saluſtius Criſpus monet Liuiam Auguſtam apud Tacit. libr. 1. Annal. *Ne Tiberius potentiam dominandi reſolueret, cuncta ad ſenatum vocando.*

Quæ non in Senatus auctoritate.

Senatus auctoritas.

Senatus Ro. vis quando imminuta. Tyrannis Romæ, quāndo.

Hæc poteſtas ſub Imperatoribus paulatim imminuta, & in Monarchiam conuerſa. Tyrannicū dominatum paſſa Romana Reſp. ſub Tarquiniis, Syllis, Mariis, Cæſaribus.

Oligarchia Romæ quādo.

Oligarchiam, ſub Decemuiris à recto rationis tramite recedentibus; ſub Tribb. pl. Tribunis reip. conſtituendæ, vel potius deſtruendæ debacchantibus.

Democratia Romæ quādo.

Cæterùm Democratia, & popularis Reip. forma Romæ viguit priſcis, & primis temporibus, quam ſartam, tectam diu conſeruarunt aduerſum patricios per Tribunos plebis. Nec tamen hæc Reip. forma penitus intercidit, niſi, cum à bello ad pacem conuerſa, ſuis viribus ruit: quæ enim bello innutriuntur, pace pereunt; & quæ militaribus deſtinantur, otio marceſcunt; & peſſum eunt. Seditiones ſubinde ortæ ob nimiam potentiam quorundam. Adminiſtrandi normam non omnibus numeris abſolutam patefaciunt illius bella ciuilia, ſeditiones inteſtinæ: vnde Romæ Anarchia, ſeu Ochlocratia, labes teterrima, & vltimus interitus.

Seditiones Romæ vnde ortæ.

A rebus publicis ad res priuatas digredior, & Rempublicam priuatam, ſeu domeſticam tantùm innuo, ne garrulus audiam.

Anarchia Romæ. Reſpublica Domeſtica quæ. Domeſticæ Reip. formæ.

Domi, noſtriſque in ædibus Monarchia, patris ad liberos. Tyrannis, heri ad ſeruos. Ariſtocratia, viri, & vxoris ſimul in totam familiam. Democratia, æquo iure domeſticorum ſine domino agentium; aut contubernalium. Ochlocratia, immoderata libertate fratrum debacchantium.

Reſpublica interna.

In nobis ipſis deſpoticum tenet imperium animus in corpus: ille tanquam Dominus, hoc ſeruus. Ariſtocratia eſt in mente, & appetitu, qui tanquam maritus, & vxor ſe mutuò amoris vinculo obſtringunt. Regium imperium exercent, vt pater in filios, potentiæ in habitus, quos progignunt. Tyrannicum vero vſurpat appetitus in rationem. Democratia relucet in ſingulis animæ partibus, & potētiis. Ochlocratia, cùm partes inferiores appetitus ſenſitiui debacchantur in ſuperiores rationis participes.

FRIDERICO Luccheſinio.

SYNOPSIS XXII.

De Mane, & Matutinis. De Mane, vnde dictum. Veſpertina ſtudia an laudata. Manus bonus. Manica. Matutinus animus vegetior. Matutinæ preces, ſacra. Horæ ante meridiem ſacræ. Grauiſſima quæque mane, leuiſſima veſpere peracta. Lex Romana de horis matutinis. Primitiæ omnes Deo debitæ. Luſtrationes matutinæ. Memoria matutina.

Mane vnde dictum.

DE Mane cum agimus in ipſo limine, in nomine ſcilicet, Bonum, ac Fauſtum omen. Nam

Nam ex Varrone, & Feſto, *Manum*, bonum dicitur. Feſtus. *Manes, Aurelius ait, ſignificare bonos. vnde Dij Manes pro bonis dicuntur.* Alibi. *Manes Dij ab auguribus vocabantur, quòd per eos omnia manare credebant.* Vnde dictus, Cerus Manus, in Saliari carmine, id eſt, Creator bonus: nam à *Creo*, interpoſitâ vocali, *Cereo* dicitur: à *Cereo*; *Cerus*, vt & Cererem non ineptè deriuent, frugum creatricem. Vnde, Dij Manes, Dij boni dicti, μανικά à mane Phrygio adagio, ingenita, egregiaque facta dicebantur. Nominis hæc ratio; vnde, Mane, melior pars diei dicitur à Virgil. 9. Æneïd.

Cerus manus quis.

> *Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,*
> *Quod ſupereſt lætis benè geſtis corpora rebus.*

Epigram Græcum.

> *Sex horæ tantum rebus tribuuntur agendis,*
> *Viuere poſt illas littera Zetha monet.*

Paulus Iuriſconſultus lib 1. ſubſcribit, *Cuiuſque*, inquit, *diei maior pars, eſt horarum ſeptem, primarum diei, non ſupremarum.*

Mane animus, quam alacrior & corpus, quam vegetius.

Si quidem poſtquam, ſomnus domitor curarum demulſit pectora, mane ſub galli cantum, quàm animus integrior, corpus validius, nullo labore defatigatum, ingenium vegetius, nullis curis exagitatum! Hinc illa frons grauis, prudens, ſeuera matutina, Mart. lib. 13. Epigr. 2.

Matutina frons.

> *Es matutinâ ſi mihi fronte venis.*

& lib. 4 Epigr. 8.

> *——Ceſſu timet ire licenti.*
> *Ad matutinum noſtra Thalia Iouem.*

Horæ ante meridiem ſacræ.
Lex Romana, de horis matutinis.

Mane, Plautinus ille in Perſâ, *quod tu occeperis negotium agere, id totum procedit diem.* Itaque horæ ante meridiem ſacræ antiquis habitæ, vti & nobis, & lib. 2 cap. Sacer dies dicitur à Plutarcho ὁ πρωὶ, &c. *ideo tunc Dijs cœlitibus ſacrificabant, à meridie inferis.* Virgil. 7. Æn. id innuit,

> *Surge, age, nate Deâ, primiſque cadentibus aſtris;*
> *Iunoni fer ritè preces, &c.*

cui loco facem præbet interpres Apollon. ita, *Mortuis circa occaſum Solis parentamus, cœleſtibus autem aurora tempore, ſub exortum ſolis ſacrificamus.* Superis enim ſacrificandum diluculo: ideò Orientem ſpectabant orantes: ſubdit Virgil.

> *Spectans orientia Solis lumina.*

Hinc templa antiquorum ex Vitruuij *lib. 6. cap. 5.* ad orientem verſa, vt adorantes orientem ſpectarent, ita Iudæorum, & Chriſtianorum ædes ſacræ, vt à me in Synopſi de Templis, & alibi indicatum Romæ cautum lege hac. *In Comitio, aut in foro ante meridiem cauſam coniicito: poſt meridiem fœdus ne facito, ne auſpicator, ne Magiſtratus fœdus pactumvè conuentum facito poſt meridiem.* Plutarchus Quæſt. Roman. 174. *Meridies multis finis eſt tractandi, quæ publica ſunt, & ſeria; nihil verò grauius Regni adminiſtratione.* Ideò apud Sidonium Theodoricus Rex, manè adminiſtrandi Regni curam ſibi deputat. Seneca de Tranquil.

Grauiſſima quæque manè, leuiſſima veſperi adminiſtranda.
Meliores anni qui.
Melior ætas quæ.

Ioſeph. Laurentij Polymath. cap. 15. *Quidam medio die interiunxerunt, & in pomeridianas horas aliquid leuioris operæ diſtulerunt.* Quare, & meliores anni dicuntur; & melior ætas iuuenilis, deteriores Seniles. Sic fructuum omnium primitiæ Deo antiquitus dicabantur; cur non, & primitiæ cogitationum, & operum? Hinc manna olim, precationis matutinæ ſymbolum, ante ſolis ortum legi debuit, quia contactum Solis radio euaneſcebat.

Primitiæ fructuum Deo dicatæ.
Manna lectum ante Solis ortum.

> *Qui mane ſumptis nequiter*
> *Non erubeſcit poculis;*
> *Cum ſit libido temperans,*
> *Caſtumque nugator ſapit.*
> *Nunc, nunc ſeuerum viuitur*
> *Nunc nemo tentat ludicrum,*
> *Inepta nunc omnes ſua*
> *Vultu colorant ſerio.*
> *Hæc hora cunctis vtilis,*
> *Quâ quiſque, quod ſtudet, gerat,*

Militiæ quoque matutinarum horarum ratio habita, vt ritè omnia fierent. Iuuenalis.

Militiæ matutinæ ratio.

> *——Ortu*
> *Luciferi, quo ſigna duces, & caſtra mouebant.*

Luſtrationibus quoque hoc tempus deſtinatum. Audi Perſium Sat. 2.

Luſtrationes Matutinæ.

> *Mane caput, bis, terque, & noctem flumine purges.*

Idem de ſacris.

> *Et matutinis operamur feſta lucernis.*

Ita vt matutinis horis omnia ritè, beneque peragantur, quæ propriè, veréque negotiis deſtinatæ. Græcum Epigramma Heſiodi Latinè redditum.

> *Sex horæ ad laborandum appoſitæ;*
> *Aurora tertiam operit partem partitur.*

Martialis lib 4. Epig. 8. in diei diuiſione ſeptem primas horas rebus forenſibus, reliquas palæſtricis, ludis, balneis, ſympoſiis præſcribit.

> *Sexta quies feſſis, ſeptima finis erit.*
> *Imperat extructos frangere nona toros*

Quapropter Plutarchus affirmat, Meridiem negotiis publicis finem facere. Hinc illud, *Is, cuius operas conduxiſti, poteſt te inuito meridiare, & etiam diem diffindere.*

Meridies finis negotiorum.

> *Sufficit in ſextam labor horum, deinde ſequentes*
> *Vt viuas, numeri littera Ζῆθι, monet*
> *(viue)*

Ad ſextam enim diei horam operari decet, poſt hanc edere, vt viuas.

His adderem flores, poma, herbas matutinis horis magis odora, & quicquid ad meridianas vergit, hebetari. Geniſtam manè tantùm odoram, elementa manè ſalubriora, omnia iucundiora, cœlumque ipſum arridere, aueſque cantu ſuſpicari, atque ad opus prouocare. Quid mirum, ſi aurora gratiſſima Muſis; ſiquidem, ſyncerius, fortiuſque adglutinantur, quæ, proferente ſe die percipimus; Quod ſi tenaciſſimi nos ſumus eorum, quæ rudibus annis percepimus: cur non, & eorum, quæ primis diei horis? Hinc antiquis dicta (vt refert doctiſſimus

Matutinis horis omnia ſuauiora, gratiora.

Rhodiginus *lib.20. cap.8.* memoria matutina, firma, conſtanſque.

Ægyptiorũ mos mane.
Suffitus matutinus.
Ignis ſalubris peſti.

Ægyptiæ gentis morem matutinum nobis prælibat Rhodig. *lib.14. cap.22.* huiuſmodi. Vt è lectulis ſeſe proripiebant, mox reſina ſuffibant corpus, vt ſic aërem expurgarent diſgregatione, & innatum corpori ſpiritum aliquo modo contabeſcentem odoris vehementia refouerent. Rurſus meridie, ſideris vi ex terra vaporationem exhalante, myrrheo retunderent thymiamate: diſſipat enim, ac diſiicit caliditas aëris turbulentiam circumiecti. hinc peſtilenti affectione graſſante ignium crebritate malo occurritur. Hæc fortaſſe non ſpernenda, cum peſtilenti aëre laboratur. Quod omen Deus auertat, Salutemque nobis perpetuò propitiam faciat.

Sed hæc certiora, quam, quæ ad Sagram geſta. Nec Lyncea Ariſtarchi cenſura in his opus; neque formido blaterorum, & ſciolorum aculeos, dum tu aliquid de ſummo addas, quod vix ego de imo pectore ſumpſi:

Inſtar ego apis Matinæ
More, modoque,
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum,

Hoc mane volitans huc illuc circum varios flores, hæc legi carprim, quæ in aluearia tui viridarij porto; aliæ apes me ingenioſiores
Dulci diſtendent nectare cellas,

BERNARDINO VECOLIO Poliatro.

SYNOPSIS XXIII.

De Melle, mellitiſque. Eius deſcriptio, & definitio. Quomodo gignatur; In quo diſcrepat à Mannâ. De promulſide, & mulſo; in quo diſcrepat ab alica. Mel vitam ſeruat; producit; à putredine defendit. Mel olim ſacrum, & expiationibus adhibitum. Menſa Pythagoræ, & alia de mellitis, eorumque vſu, & beneficio.

De melle.

MELLIS naturam, vſum, beneficia tantùm indicabo, &, ſi quam auctoritatem mihi mea ſuggeret memoria, paucis, vt ſe ſe dabunt, proponam.

Mellis deſcriptio antiqua.
Mellis definitio vera.

Mel eſt cœli ſudor, ſiderum ſaliua, aut purgantis ſe ſe aëris ſuccus, ex antiquorum ſententia. Ex recentiorum, Eſt liquor dulcis, ortus ex vapore, & admixta ſubtili exhalatione, Soli calore inter ſe concocti, abſque notabili diminutione humoris; quòd ſi fiat, liquor ille dulcis, albus, dariuſculus, dicitur Manna, mel agreſte, vt refert Suidas, his verbis, *Mel agreſte ab arboribus collectum à multis dicitur Manna.* hinc apes dictæ Ariſtoteli non mellificæ, ſed mellilegæ è foliis, & floribus matutino tempore. Virg. primo Æn.

Manna quid.
Mel agreſte manna.
Mellilegæ apes dictæ.

——Apes liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas.

Mel vitam ſeruat, & producit.
Mel à putredine defendit.

Huius ὑπεροχὴν ex hoc colligo, quod vitam ſeruat, producit, Diis, hominibuſque gratum. Siquidem, vt fertur, dulcia naturæ amica, & dulciſſimum mel, quo lita cadauera non putreſcunt, vt olim Alexandriæ Claudio Cæſari Hippocentaurus diu mortuus, ex Ægypto allatus. Mellis conditura in cadaueribus aſſeruandis fuit Lacedæmoniis vſurpata, ex Cornelio Nepote, & Xenophonte, quod inſtitutum manauit à Democrito Abderite, teſte Varrone, apud Nonium Marcellum, *Quare Heraclides Ponticus plus ſapit, qui præcepit, vt comburerentur, quàm Democritus, qui, vt in melle ſeruarentur, &c.* Eruditiſſimus Pignorius in ſuis epiſtolis aureis, cauſas huius ita indagatur. An, quia mel aëreum eſt, vt inquit princeps poëtarum Virgilius lib.4. Georg.

Mella cur à putredine cadauera ſeruant.

Protinus aërij mellis cœleſtia dona.

Vnde cœli ſudor dictus. An verò, quia ceram matrem agnoſcit, vt ſcribit Athenæus lib. 14. cera autem cadauera ſeruabat. An quia mellis natura eſt, vt vitia coërceat, nec ſerpere ea patiatur. An poſtremo, quòd mel ſit aridæ facultatis, ex Macrobio *lib. 7. cap.12.* Quid mirum, ſi vitam quoque diu ſeruat? Hinc multos mulſi intinctu ſenectam Neſtoream duxiſſe legimus. Celeberrimum Pollionis exemplum, annum ſupra centeſimum agentis, qui ab Auguſto interrogatus, qui hoc fieri poſſet? *Intus*, inquit, *mel, foris oleum.* Ideo Cyrni nuncupati, πολυχρονιώτατοι, idest, *multa vita, ob mellis vſum.* Democritus, ne ſua morte iam imminente, ſacra Theſmophoria, mox per filiam celebranda, funeſtaret, mellis anaphora, ſeu euapotatione (alij quamuis aliter) vitam ſibi, dum hæc peragerentur ſacra, produxit. Cuius præſtantem vſum homines admirantes menſis præponebant mulſum, nempe potionem ex melle factam, ob eius ſuauitatem, atque beneficium. Martialis lib.13. epig. 07

Mulſum vitã producit.
Cyrni longæ vitæ cur.
Vita producta Democrito mellis euapotatione.
Menſarum præpoma mulſum, & cur.

Attica nectareo turbatis mella falerno:
Miſceri decet hoc à Ganymede merum.

Mulſum antecœnium.

Mulſum igitur anteludium cœnæ habitum, quod veluti θηριακὴ ſeu antidotum antiquis ex Plinio, aliiſque ſcriptoribus reperio in primæ menſæ auſpiciis. Horatius lib.1. Sat. 4.

——Vacuis committere venis,
Nil niſi lene decet, leni præcordia mulſo.
Prolueris melius.

Nec minus Seneca. *Circa lucem diſcurritur, pueri vocantur, cellarij, coqui tumultuantur. Quæro quid ſit? Dicitur mulſum, & alicam popoſciſſe,* &c. Plinius quoque de eadem guſtatione, ſeu promulſide. *Parata erant lactuca ſingula, cochleæ, oua bina, cum mulſo, & niue.* Diſcrimen inter mulſum, & alicam colligo ex Martiale lib. 13. epigr.6.

Diſcrimen inter mulſũ, & alicam.

Nos alicam, mulſum poteris tibi mittere diues.

Si

Si tibi noluerit mittere diues, eme.

Mel olim ſacrum.

Sacrum præterea dico hunc cibum. Antiquitus, qui ſacris ioitiarentur, aquæ loco, melle manus, & linguam detergebant, quæ præſentiſſima putabant piacula, atque in altaria fauus mellis veniebat. Menſa Pythagoræ pane, melléque conſtabat. Quamobrem præſtantiſſima quæque à melle nuncupata, peſſima à felle; vnde poëtica mella dicuntur à Lyrico. Plautus.

Menſa Pythagoræ.

Mellita optima.

In melle ſunt lingua ſita veſtra, atque orationes:

Contrà,

Corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto.

Blanditiæ quæ.

Blanditiæ quoque hæ paſſim habitæ, *mellilum, mel meum, puer mellite.* Græcus ille cæcus, *mellitus, mellifluus, mera medulla,* de ſuo Neſtore hæc inqoit. *Cuius ex lingua melle dulcior fluebat oratio.* De promulſide, à me ſupra dictum.

Hoc antecœnium mellitum iuſto copioſius; à quo (ne quid nimis) abſtineo. Summis digitis (vt aiuot) mel delibandum; nam haud me præterit Martialis illud libro 7. epigr. 24.

Nec cibus ipſe iuuat, morſu fraudatus aceti,
Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.
Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas;
Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia ſapit.

Sapiam, ſi tuis ſapientiſſimis acquieſcam conſiliis, cuius in manu tot ciuium, meique valetudo. Nec tamen parœmia me deterret. *Qui medicè viuit, miſerè viuit.* Cui enim Medica ſemper menſa, ideſt, cui omnis cibus religioni, nullusue delectus, luxurioſè ſe cibo, potuque ingurgitando, eheu, nimis miſerè viuit. At mihi viuere in animo, medicè, ideſt, modicè, pro meo cenſu; nam, parſimonia maximum vectigal; & anima ſicca ſapientiſſima. O vir omni laude ſuperior, me ama, qui pro melle mellitam placentam tibi refero; quæ ſi tibi æquè grata, atque illud, Amores mihi ſternutaſſe opinabor: cui Archiatro me tantùm debere fateor, quantùm Æſculapio Virbius, ex Hippolyto reformatus.

Medica menſa.

IOAN. CONTIO MEDICO Sereniſſimi Ducis Parmæ, & Lectori publico.

SYNOPSIS XXIV.

De ſale; ſalitiſque. Eorum commoda. Salini euerſio in menſa inauſpicata. Sal ſymbolum amoris. Sales animi. Salaria. Sal cum pane, & caſeo cibus quotidianus. Sale mortui conditi. Salinum ſacrum. Nullum ſacrum ſine ſale olim. Menſa profana non ſine ſalino. Salinum remotum ab incantationibus. Sale cur Ægyptij abſtinent. Salis modius amicitiæ experimentum.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

ENcænia in vrbe agebantur, conſtitueramus ſicci, ſymbolis collatis, in meis ædiculis, vt largius pocillationibus nos inuitaremus, diemque frangeremus ſolidum. Conuenimus; lauamur; accumbimus, poculum viciſſim porrigimus, Philio operati, amicitiæ Symbolum confirmatæ. Ecce nouum portentum, ſalinum euertitur cum poculo rorante. Inclamo, φεῦ φεῦ Infauſtum omen, ſalini: Fauſtum, vini in menſam effuſio; ſcrupulum, ſcio, inieci de mea religione, illum tollo, hac me exoluo.

Salini euerſio in menſa cur inauſpicata.

Sale, ac Sole nil vtilius veteres dixere: illum vitæ; hunc amicitiæ Symbolum perpetuò duraturæ exiſtimantes; vt enim ſal cibi condimentum, ita amor vitæ lenimentum. Sale corpora ſolida, & cornea (vt inquit Plinius) piſcatorum ſunt, eaque à putredine conſeruantur. Et amori hæc vis, ita vt meritò ſal antiquis amoris συμβολον. ἀναγκαιότερος πυρὸς, καὶ ὕδατος ὁ φίλος, id eſt, *magis neceſſarius amicus, quam ignis & aqua.* De ſale, ſalsè dictum, ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. *ſalem, & menſam non prætermittendam,* vulgò dicebant. Ex diuerſis aquis ſal Solis virtute coaleſcit, & amoris vi, *duo corpora,* ἐν μιᾷ ψυχῇ *in vna anima.* Salis beneficia, vel in pecudes, & armenta propagantur, nam ſale maximè ad paſtum ſollicitantur, largioréque lacte, gratioréque caſeo abundant. Hinc Columellæ præceptum. *Totumque eorum palatum ſale defricato.* Apoplectici ſale deſiccantur, vt ſenſus torpor excitetur. Præterea, humana vita, vt ſine Sole tetrica, horrida; ita ſine ſale inſulſa, ingrata videtur. Quare non ſolum ad corporis voluptates conciliandas in cibis ſale neceſſariò vtimur, ſed etiam in dictis; nam ſales animi appellati lepóres, hilaritates, Veneres. ἅλες ὑδρόμενοι. Hinc fortaſsè etiam noſtra ſalaria, dicta, Principum congiaria, benè de Republica merentibus erogata, quæ æquè profeſſoribus neceſſaria, atque ipſe ſal; aut quia per ipſa ſal ſapientiæ, & ſcientiæ in ſtudioſorum pectora tranſportatur, quo inſipida iuuenum ingenia ſaliuntur. Vnde viam illam Salariam ob ſalis copiam, inde inde in Sabinos deriuati, nuncupatam volunt. Addo pulmentarium ſalitum, Audi. inde (ſi libet) abi.

Salis commoda.

Sales animi. Salaria ſtipendia.

Salaria via.

Antiqui (ſi mea non me fallit memoria) ſalem cum pane, & caſeo eſitaſſe feruntur; cum necdum luxus irrepſiſſet: ideo, *Salem lingere,* pro, eſitare, vſurpabant: & ſalinum pro victu quotidiano, ac modico. Quare in ſordidiſſimum, atque auariſſimum hæc iactabant, οὐδ᾽ ἅλα ἂν δοίη *ne ſalem quidem dederit.* qui hoſpitibus vulgò dabatur omnibus. Dordalus ille in Plautina,

Sal cum pane, & caſeo, cibus quotidianus.

Eodem mihi pretio ſal perhibetur, quo tibi,
Niſi me hac defendes, nunquã delinges ſalẽ.

Perſius. Sat. 5.

Vare regustatum digito terebrare ſalinum
Contentus perages, ſi cum Ioue viuere pergis.

Horatius lib. 2. ode 16.

Viuitur paruo benè, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum.

Idem Sat. 3. lib 1.

——— *Modo ſit mihi menſa tripes, &*
Concha ſalis puri.

Perſius Sat. 3.

——— *Purum ſine labe ſalinum.*

Sal contra Podagram.

Et amor animæ cibus ſuauiſſimus. Contra podagram ſal præſtantiſſimum medicamentum; tu ipſe huius teſtis locupletiſſimus non vtendo, ſed præſcribendo, quæ veſtra benignitas, & amor odit inertes. Ouidius de arte amandi.

Militia ſpecies amor eſt; diſcedite ſegnes.

Mortui ſale conditi.

Infinita prætereà commoda ſal mortalibus ſuppeditat, ac potiſſimum à putredine defendit. Ideò Ægyptij mortuos ſale condiebant, Herodoto referente, quod ſi cum oleo miſceatur, contra temulentiam, deliriumque; contra cœli etiam inclementiam prodeſt. Puerorum corpora occalleſcunt, ſi aqua ſalita perluantur, eaque vegetiora, robuſtioraque redduntur. Amare, & ſapere Deo proprium, & à Deo, (hinc huius diuinam excellentiam colligo) & in ſacris olim nullum ſacrificium ſine mola ſalſa, & in noſtris quibuſdam ſacris myſteriis ſalis vſus præcipitur. Profanam (inquit meus Lipſius) ſine ſalino menſam eſſe, veterum opinio fuit; ſed & noſtram. Arnobius, *ſacras facitis menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulacris Deorum* (de quo modò non diſputo) quin & ſalinum ipſum inter vaſa ſacra. Ideo ſalinum propriè eſt patella, vt ait non ineruditus interpres, in qua Diis primitiæ cum ſale offerebantur; Liuius addit, *vt Salinum, patellámque Deorum causâ habeant.* Et cum de Fabricio, & Æmilio loqueretur, *vterque* (inquit) *patellam Deorum & ſalinum habuit.* Fabricius bellicoſos Imperatores pluſquam pateram, & ſalinum ex argento habere vetabat, & veteres tametſi vas nullum argenteum poſſidebant, ſalinum tamen, ac patellam Deorum ex argento habebant; ita explicatur Horatij ode, *Viuitur paruo benè, cui ſalinum ſplendet,* ſalinum enim ipſum inter vaſa ſacra recenſetur. Statius,

Sacrum nullum ſine ſale olim.
Menſa profana non ſine ſale.
Salinum ſacrum.
Salinū quid.
Salinum, argenteum, ſacrum.

Et exiguo placuerunt farra ſalino.

Salinum remorum in incantationibus.

Quapropter, ſal religionis gratia, in diuinationibus apponi ſolitus; hinc à veneficiis ſalem, quam longiſſimè remouent. Hæc in causâ cur ab Homero iure diuinus vocatur; quod in ſacris neceſſariò adhibeatur.

Inſperſit autem ſale ſacro, à Lapidibus elenans.

Sale Ægyptij cur abſtinent.

Platoni dictus, rebus diuinis amiciſſimus, ideo Ægyptij, tanquam à re ſacra in eſculentis abſtinebant (etſi alij aliter.) Quia à tabe, & putredine, vt dixi, corpora defendit, animæ vice fungi exiſtimatur: hinc immundo animali anima pro ſale data. Vitalique virtute ſal præditus; ideo gignendi vis illi genuina; ſeminalem vigorem excitat; vt inde, animalia dicantur ſalacia, Veneri procliuia, cuius genitura, è ſalo & ſale, quam ἁλιγενῆ, ideſt, ſaligenam, Poëtæ finxere. Marini Dij omnes maximè fœcundi. In omnibus negociis, veteri parœmia, iubebantur, τοὺς ἅλας παρατιθέναι, ſalem, videlicet, apponere, iuſtitiam, & æquitatem: Salem demum pro ſapientia, vſurparunt. Mancipiorum precium ſal Thracibus; hinc ea dicta, ὠνητὰ δὲ ἁλώνητα, ſale redempta. In Feſto, hæc de ſalino lego. Salinum in menſà pro aquali ſolitum eſſe poni, ait Verrius, cum patellâ, quia nil aliud ſit ſal, quàm aqua. Salinum ſale in menſa ponere figulis religioni habetur, quòd quondam in Eſquilina regione, figulo, cum fornax plena vaſorum coqueretur, atque ille proximè eam conuiuatus, ſuper modum potus, ſomno eſſet oppreſſus cum conuiuis ſuis; præteriens quidam petulans, oſtio patente, ex menſa ſalinum coniecit in fornacem, atque ita incendio excitato, figulus cum ſuis concrematus eſt. Hæc omnia applica amicitiæ, ad vnguem quadrare videbis. Coronidem impono. Salis modius amicitiæ certiſſimum experimentum; nunquid hic Lydius lapis? Nil igitur mirum, ſi ſalinum imuerſum in amicitiæ arà conuiuali, illius euertendæ omen ariolor. Ariolor; & illius in integrum nulla interpoſita mora reſtituendæ maiori cum fœnore, & gaudio, ob vini profuſionem; cuius odor naribus, vti guſtui, gratiſſimus, quo Celtiberi, Thraceſque veſtes perfundebant; præclarum hoc, & beatæ vitæ genus exiſtimantes. An, quia in vino veritas? an, quia lætitiæ dator Bacchus?

Salis vis in generatione.
Salacia animalia quæ.
Marini Dij fœcūdiſſimi.
Sal in omnibus apponendus.
Sal pro ſapientia.
Mancipiorū precium ſal.
Figulis religioſum ſal apponere.
Salis modius amicitiæ experimentum.
Vini effuſio in menſa cur boni ominis.

Sed non ego aruſpex, coniector. Id vel falſa fortaſſe coniectura vix aſſecutus, abſtineo, aruſpicinæ omninò imperitus. Aliorum eſto iudicium. Tu verò viue æquus arbiter æquitatis, medicinæque patronus. Non me latet, in his. Quot capita, tot ſententiæ, atque

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

POLYMATHIÆ LIBER QVARTVS.

ATTILIO ARNVLFINIO Patricio Lucenſi.

De Militia Antiquorum.

SYNOPSIS PRIMA.

De militari cenſu. De Sacramento, de delectu, de vacatione. De legione, & eius partibus. De Ducibus, de armis, de ſignis. De Acie, vbi & quomodo ſtructa: De tuba, tibia, teſſera, diſciplina. De caſtrorum partibus; dimenſione & munitione. De excubiis, & muniis. De exercitiis, de legibus, de ſtipendio, de pœnis, & præmiis. De armis, de machinis, atque de aliis ad militiam ſpectantibus antiquorum.

NON omnes tibi æquè omnibus ſaliuam mouent, neque omnium ſcripta omnibus placent. Cum verò erudita lego, relego, (ita me Muſæ ament) exulto, & ripis meum pectus lætitia exundat, ex ea enim lectione ſemper doctior, ſemper ditior, & melior recedo. Senſu vero communi orbatum eum cenſeo, cui hæc non arrident. Præclarum, ratum ſemper duxi animum optimarum artium cenſu implere, non tamen extollere: multa ſcire, & plura velle diſcere; ideo multa compilare cogor, vt mihi, & aliis inſeruiam, cum nihil dictum, quod prius non dictum. Tu inter ſummates ſummus accumbis, vel Sympoſiarcha; ego inter infimates infimus; vel ad pedes analecta tantum lego ex aliorum adiiciali, & adipali menſa. Quicquid hoc ſiet, defœcato ſtomacho meam promulſidem, vel alicam admitte. Deſideria enim non vltra fortunæ ſepta extendenda. Vt vero pauxillulum hoc pulueris emetiar, & curriculo transferar ad metam, hæc probanda, ſeu examinanda ex aliena officina comportata propono ad ingenij tui lancem æquiſſimam, Lydium lapidem, quæ poſcis de Militia Romana; vt quæ alij longiore ſubſellio proſecuti in pauca conferam, & Martigenæ pubi conſuſam. Tu animo Hercules ære triplici munitus Sinones, Clodios Flocci facis; ſagu, togaque celeberrimus, conſilio, viribus adeo polles, vt Pallas ſagata, Mars togatus dici verè poſſis, Cæſarique calamo æque enſe, ac gladio præclaro conferendus. Quid ergo me compellas? Nempe dum tuam voluntatem indicas, oras; cogis dum oras; deſiderio tuo tanquam imperio, miles Imperatori pareo: & quia ſic vis, ſic oras, cogis: ea quidem vis, quæ difficilia; ſed exiſtimationi meæ conducentia; imo tuæ, quia meæ.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

De militia Romana agam Laconicè, de qua Lipſius, Roſinus, Vvolfgangus, aliique primæ notæ. Quid ego poſt illos? ſatius tamen cenſeo Catonum, Scipionum, aliorumque ſuffragari ſententiæ; quam nouam proferendo, cachinnò exigi, exſibilari, explodi: Quapropter quæ à præcipuis viris dicta ſunt ea rata habeo. De militia Romana.

§. I.

Quid Militia, & qui Milites.

MIlitia eſt multitudo apta, & compoſita in armis ad vim faciendam, aut arcendam ſub certa lege: ab anno 17. ad 46. merebant. Hoc orbe annorum vicena ſtipendia complere tenebantur vſque ad annum 50. Cenſus erat quaterna millia æris; infra hunc qui eſſent, immunes fuere militiæ, Romuli conſtituto, Plut. in Romulo. *Pauperes non niſi in neceſſitate, aut tumultu lecti, item capite cenſi, quibus è publico arma miniſtr. urbem cuſtodientibus, non in aciem, aut legionem deductis.* Natalis militia viliòr habita, imò à libertinis ferè electa, quibus liberi eſſent, qui proletarij dicti. Dena ſtipendia equitum, peditum vicena erant; poſtea dimidiata ſtipendia confecta. Tribuni fiebant ex equitibus poſt quina, ex peditibus poſt dena. Illi Iuniores dicti; hi Seniores, ab honoribus excluſi vrbanis, qui tot ſtipendia non confeciſſent. Ritum equitum poſt confecta ſtipendia ſe Cenſoribus ſupponentium, videmus in Plut. Pompeio; *Mos eſt equitibus Romanis, vbi legitimum tempus ſtipendiorum expleuerint, vt equum in forum ad Cenſores adducant: enumeratiſque ſingu-*

Militia quid. Militaris ætas.

Cenſus militaris.

Natalis militia vilior.

Stipendia peditū & equitum quot.

Trib. mil. quomodo milites facti.

Equites à Cenſoribus quomodo luſtrati.

lis ducibus, & Imperatoribus, ſub quibus meruerunt, ac reddita militiæ ratione, petant vacationes. Ibi & honos habetur, & ignominia pro cuiuſque vita actâ. Sedebant tunc pro tribunali magnâ grauitate Cenſores Gellius & Catulus, &c. paulo poſt, *Inde maior natu (Cenſorum nempe) interrogauit eum (Pomponius) quæro ex te, magne Pompei, ecquid omnia ſtipendia expleueris? qui Pompeius alta voce, omnia impleui, inquit; & me ipſo ipſo Imperatore, quod audiens Pop. Rom.* &c.

§. II.

Modus belli indicendi.

Bellum iuſtũ ſemper indictum.

ROmani ea fuere religione, vt bellum gerere, quod pium non eſſet, nefas putarent inexpiabile, mittebantque prius 4. Fœciales res repetitum: qui ſi poſtulata impetraſſent, fœdus cum iis feriebant; ſin minus, re deliberata bellum indicebant in hunc modum. Ex Dionyſio Halic. Liuio, Plutarcho, & aliis: Fœcialiũ ex collegio aliquis auguſtiore veſte ad hoſtium fines profectus, Iouem alioſque Deos inuocans, teſtatus ſe à Romanis venire, iuſque ſuum petere; iuratus deinde, ſe ad iniuſtam ire vrbem, ſe ſuoſque execratus, fines ingreditur, obuios quoſque teſtatus, ſiue ruſticos, ſiue vrbanos, pergit ad vrbem: Antequam ingrederetur, teſtatus ſimiliter, vel portæ cuſtodem, vel aliũ. Procedebat in forum, cur adueniſſet magiſtratibus indicans. Si fœderis violatores accepiſſet, diſcedebat amicus: ad ſummum 30. dies dabantur, quibus elapſis, ſi non impetraſſet ius ſuum, diſcedebat, Senatui renuncians, ritè omnibus perpetratis, licere per Deos bellum decernere, Liuius dicit 33. dies fuiſſe ſolemnes hoſtibus ad reſpondendum datos. Vide *lib.* 1. *Dec.* 1. Ante Bellonæ templum columella fuit, quæ *Bellica* dicebatur, ſuper quam haſtam iaciebant bellum indicturi, vt Feſtus ſcribit.

Bellica columna.

§. III.

Militiæ genera tria.

MIlitiæ genera tria fuere *Sacramentum, Coniuratio, & Euocatio*.

Sacramentũ.

Sacramentum, eorum qui ſponte Duci pro Reipub. ſalute nomen dedere, & exauthoramentum, non niſi confectis legitimis ſtipendiis, non poſcebant.

Coniuratio.

Coniuratio erat cum ob temporis anguſtias in tumultu, pergens in Capitolium, qui ducturus erat exercitum, roſeo vexillo prolato pedites, cæruleo equites ad bellum euocabat, hac forma vſus exclamans; *Qui vult ſaluam Rempublicam me ſequatur*. Qui conueniſſent iurabant, vnde dicti *Coniurati*, & *Coniuratio*. *Euocatio*, erat, cum ad euocandos exercitus miſſi aliqui diuerſa per loca.

Euocatio.

Sacramentũ

Propria militia Sacramentum fuit. Euocati ſumebantur ex ciuibus, ex ſociis, ex equite, ex pedite. Ex his qui militiam expleuerant Veterani dicebantur, qui ſi militabant in gratiam Coſs.

militia propria.

Beneficiarij qui.

Beneficiarij vocati, ſub vexillo habebantur, per cohortes, aut vexilla diſpoſiti, immunes ab excubiis, operibus valli, & caſtrorum. Plerumque ordinem ducebant, & ſinguli pro Centurionibus habiti quinimò vitem Centurionum inſigne geſtabant, hi à nobis dicti *Lancie Spezzate*, aut nobiles.

§. IV.

De Delectu militum.

DElectus militum fiebat, & dicebatur *Adnumium*, cum in tabulas, & codices referebantur, qui etiam dicti *Pittacia*, *Breues*, *Laterculum*, *Matricula*, vt memoria nominum & ſtipendiorum extaret. Mortuis appoſitum θ Theta, apud nos † hi milites Catalogi dicti.

Qui deligerent.

Tria ſpectabantur in Delectu. Qui & vbi deligerent; Qui deligerentur; & Quomodo. Præcipuos delectus Coſs. ipſi obibant, eiſque præerant. Tribb. autem eligebant, exequebantur per partes; idque in Campo aliquando ad euitandas Tribunicias contentiones, quibus ibi non locus, ſed in Capitolio, vt pleraque ad bellum ſpectantia.

Quomodo deligerent.

Modus eligendi Romanos milites erat huiuſmodi. Diem dicebant delectui habendo, aut voce præconis, aut ſigno ſublato ex arce. De hoc vide Roſinum *de antiquitatibus libro* 10, vbi pulcherrimum Polybij locum refert. Edicebatur Præfectis ciuitatum ſociorum per Coſs. vt certum militum numerum, certum in locum mitterent; eoſque adactos iuramento cum Præfecto, & mercedis exhibitore miſſos reperio. Delectus verò ita factus. Delectus duplex vel ciuium, vel ſociorum; eorum vel peditum vel equitum:

Delectus duplex.

Hic ita factus. Tribus per ſortem extrahebant, quæ in ſuas centurias mittebantur, ex quibus pro cenſu, & claſſe milites lecti, nominatim citati per tabulas, in quibus nomina, ætates & opes ſingulorum. In hac citatione religioſè ſeruatum, vt primus miles boni nominis, & ominis eſſet, vt *Valerius*, *Saluius*, &c. Imminente bello confuſè delectus eſt habitus, ex inuocati *Subitarij* milites. Milites Volentes ſeu Volones nomen dabant volentes, vel boni Ducis gratia, vel lucroſi ſpe belli, qui reſpondere ad nomen & accedere ad delectum dicebantur. Contra Refractarij, qui detrectabant, & ſe ſubtrahebant, non reſpondebant.

Subitarij Volones.

Refractarij qui.

Refractariorum pœna varia. Vincula, quos Conſules prehendi & in carceres duci iubebant, Interdum Virgæ, Bona direpta, & vendita, In ſeruitutem venundati, & Infamia notati. Quas pœnas

Refractariorum pœna.

Cauſæ detrectandi. Vacatione.

pœnas Tribuni ſæpè tardabant, aut tollebant intercedendo. Detrectare autem militiam iure poterant *Vacatione, Exauctoratione, Morbo. Vacatio* triplex erat, *ab Ætate*: cùm ſupra 50. miſſum aliquis erat, confectis, vel non confectis ſtipendiis, quæ confici poterant anno 46. *Ab honore*, vt ſi quis in Magiſtratu, aut Sacerdotio, neque enim illi à Rep. hi à Sacris abducti. *A beneficio*, vt ſi cui Senatus, aut populus indulſiſſet. Factum id ſæpè pro meritis, aut armis.

Exauctoratione. Morbo.

Exauctoratione ſeu merito, qui enim 20 ſtipendia compleuit; nomen dare non tenebatur. *Morbo* aut vitio, nam manci, debiles, quibus pollices, aut digiti non eſſent, etiam in manu ſiniſtra, inepti cenſebantur, niſi magno tumultu, ſupremoque diſcrimine, quo tempore nullius ratio habita: nam bello Gallico Sacerdotes, & Pontifices ipſi ad

Cauſarij.

militiam tenebantur, ſicque etiam *Cauſarij*, ideſt quibus morbus aut talis cauſa, & ex Senioribus lecti milites Hinc *Cauſaria miſſio* nuncupata.

Delectus Equitum.

Delectus equitum; poſt delectum peditum ſequitur, ſicque facilis, quia ex vno corpore Nam Cenſores iam ante Equites à reliquis ſepararant, & in tabulis habebant. Separabant ab opibus, quicumque habebat 400. & vita non improba-

Equites duplices.

batur, in equites referebant. Equitum corpus duplex, alij equo publico merebant, alij ſine eo. Illi vetuſtiſſimi, ac proprij ſoliq; equites; quibus verò non erat publicus equus, inter pedites merere poterant, illi accipiebant è publico pecuniam ad emendum, & alendum equum; illam ſemel, hanc annuam: ad emendum, dena millia, ideſt, 100. ad alendum, 20. Philippeos. Cenſor, ideſt, iudex morum equum aſſignabat, eumque recognoſcebat, cum fiebat examen dictum, *Tranſuectio*, ſeu probatio, nos *Moſtra, Paſſar della banca*, in qua examen & vitæ diſcuſſio. Ij per centurias & turmas diuiſi, ordine equis inſidentes, quaſi è pugna venientes, ramis oleæ coronati, & purpureas palmatas togas induti, quas Trabeas dicunt. In hac ipſa Tranſuectione ſæpè accuſati, aut ignominioſè detracti. Confectis ſtipendiis reſtituebant, & ad Cenſorem reducebant equum.

Iuramentum militare.

Finita Tranſuectione, ſeu conſcriptione militum, Tribuni, ſuæ cuiuſque legionis milites congregantes, vnumque ex omnibus maximè idoneum eligentes, Sacramento adigunt, qui ſingula iuramenti verba concipiebat, præibatque; alij deinde ſecuti, iurabant in illius verba Conſules, ſe ſecuturos, nunquamque ſigna deſerturos, hoc iuramentum erat ſtatim à conſcriptione, aliud fiebat, in ipſis caſtris: illud ad militiam, hoc ad diſciplinam militarem ſpectabat. Hæc de delectu Ciuium. Reſtat de Delectu Sociorum.

Delectus Sociorum.

Delectus Sociorum fiebat in Italia. Denunciabant enim Coſſ. deſignati Magiſtratibus Sociatum ciuitatum, vt milites darent, numerum, diem, locum in quem conuenire deberent, & quos legerent ſignificantes.

Socij qui. Auxiliares qui.

Socij appellati, quaſi confœderati, & conſortes armorum. Socij diſcrepabant ab Auxiliariis. Socij ſemper Italici. Auxiliarij etiam externi. Illi ſemper gratis militabant, frumento excepto. Hi mercenarij, quamquam ſæpè à regibus miſſi ſuopte ſumptu. Auxiliares omnes, prouinciales, Socij Itali ciuitate donati. Indicebatur miles pro numero & opibus ex cenſu per Cenſores illic facto.

Socij iurabant, non in ſuos Præfectos, ſed in Coſſ. & rem Romanam. Auxilia tamen non iurabant. Singula oppida Sociorum Præfectos, ſeu Prætores conſtituebant, item Quæſtores, Tribunos ærarios mercedis exhibitores, nam ſua pecunia Socij militabant, dempto frumento, quod habebant à Romanis, fiebantque prædarum & donorum participes.

Euocati ſæpè exercituum robur ex ciuibus, ex Sociis, ex equitibus, & peditibus ſumebantur, ſed rogatione & precibus, atque ideo *Euocati* dicti. Erant plerique veterani, militia defuncti, Beneficiarij quorum propria manus per cohortes, & centurias diſpoſiti, ſub eodem tamen vexillo. Hi erant immunes operum, vt ab excubiis, operibus valli, & caſtrorum, quaſi Centuriones, & præcipui milites, vitem geſtantes vti Centuriones, & maximè honorati. — Euocati qui.

Conquiſitores adhibiti ad delectum, miſſi extra vrbem ad indagandam, & quærendam iuuentutem. Interdum huic rei Creati Triumuiri. Sub principibus aliter factum; non delectus habitus, ſed indictus militum numerus pro cuiuſque opibus aut agris, ideò multæ fraudes, quia ventum ad ſeruitia, tyrones, & ſtigmatias: Stigmata enim impreſſa militibus in cute captis in bello, vt dignoſcerentur. — Conquiſitores qui.

---

§. V.

De Ordine Militiæ.

ORdo militiæ ſpectatur vel in militibus, vel in ducibus, vel in genere vel per partes. Genera ſunt diſcrimina militum diffuſa per partes.

Genera peditum ſunt quatuor, *Velites, Haſtati, Principes, Triarij.*

Velites erant viliſſimi, quique ætate, & opibus exigui in iſto genere militabant. Alterutro tantum; nam pauper, ſed æuo & vſu vetus in triarios, diues ſed annis iunior in haſtatos tranſcribebantur. Hæc militia partim tuta, & honorata, quippe leues, & eminus pene inermes velitabantur, de quibus *in tractatu de Armis.* — Velites qui.

Haſtati, qui primo haſtis pugnabant, deinde manente nomine, pilis & gladiis: haſtæ iaculatoriæ apud ſolos equites remanſere. Erant & alij haſtati, qui ſtabilibus haſtis, & contis pugnabant. Hi erant iuuenes; & principes viri, aut viris proximi, & Triarij grandes & maturi. — Haſtati qui.

Principes qui.

Principes, qui à principio gladiis pugnabant, vnde & nomen; poſtea alij minus illuſtres ſumpti in eum locum, nempe Haſtati.

Triarij qui.

Triarij ſic dicti ab ordine, quod in acie tertio ordine, extremis ſubſidio ponuntur, quaſi ſubſeſſores; ſubſidebant enim ipſi Triarij preſſo altero genu. Pilani etiam dicti quod pilis pugnarent. Totus ille ordo *Pilus* vocatus, & *Armites*. Triarij in legione erant 600. ſemper, etſi legionibus auctis; quia hoc erat robur non numero, ſed virtute pugnans. Principes 1200. Haſtati totidem. Reliqui & ætate minimi Velites, qui augebantur cum legione proportione debita.

Pilus qui. Triarij 600.

Ordo peditum.

Ordines peditum per partes ita diſtributi. Hæ partes *Manipuli* dicti, ex his *Cohortes*, ex his *Legio* tota. Sunt in Legione *Centuriæ* 60. *Manipuli* 30. *Cohortes* 10. Velitum nec Manipuli propriè, nec ſigna fuere. Itaque Subſignanus miles diuerſus ab hoc leui. Velites autem ſparſi per manipulos, qui ferè ſolebant præmitti ad incerta & occulta viarum exploranda.

Manipulus quid.

Manipuli pars dimidiata eſt Ordo, nam duo Centuriones erant in Manipulo, & vnicuique ſua pars aſſignata quam duceret, quæ vocatur *Centuria*, ſiue *Ordo*. Is in veteri legione fuit 60. militum. Ordinis ductor ſumitur pro Centurione. Labente Imperio Centuria pro manipulo, Manipulus pro Contubernio, aut Decuria.

Cohors quid.

Cohors conficitur ex manipulis, quæ habet tres Manipulos, Haſtatos, Principes, Triarios, & Velites qui Manipulos comitari ſolebant. Cohors iuſta legionaria conſtabat hominibus 420. Cohortes omnes in legione numero erant æquales, quia & manipuli tales; ſed prima cohors erat dignior, & Centuriones eius digniores. *Cohors* verò *Prætoria* extra ordinem *Edecumata*, & grandis, quæ à Prætore non diſcedebat, in qua adſcripti amici & voluntarij, hi dicti *Prætoriani*. Eorum arma thoraces ſquamei, & ſcuta imbricata. Veteres vnam tantum cohortem Prætoriam habuere; poſtea auctæ, quæ erant firmamentum Imperij.

Cohors Prætoria.

§. VI.

De Legione & aliis Ducibus militiæ.

Exercitus diuiſus in Legiones & auxilia.

EXercitus vniuerſus Rom. diuiſus fuerat in Legiones, & Auxilia. Legio à legendo dicta, quia leguntur milites in delectu. Ex decem cohortibus Legio fiebat. A Romulo inſtituta hominum 3000. Regibus eiectis 4000. Bello Annibalis 5000. Scipione denique in Africam traiecturo 6000. facta. Agnominatio Legionum à numero fuit; vt dicerentur Prima, Secunda, Tertia, &c. ab ordine temporis, & delectus. Item ab Imperatoribus, Auguſta, Claudia, Flauia. A locis Gallica, Macedonica, Germanica, &c. A Diis Apollinaris, Mineruia. Ab armorum præſtantia Ferrata, & huiuſmodi.

Legionũ nomina.

Equitum diuiſio fuit in 10. Turmas. Turma dicta quaſi Terma, quia ter denos habuit equites. Erant autem in Legione Turmæ Tricenariæ 10. ſeu equites 300. Sunt ergo tot turmæ in Ala, quot Cohortes in Legione, & tot Decuriæ quot Manipuli, ternæ enim in Turma.

Phalanx quid.

Phalanx à Legione differebat ex Lazio, nam Legio maxima Romana erat, quæ dicebatur quadrata, non vltra 6000. peditum, & ſeptingentos triginta equites complectebatur. Phalanx Græca erat, & octo millium ad minus numerum militum habebat.

Agema quid.

Agema Macedonicum minus erat Legione Romana. Legio Romana aquilæ aureæ ſigno radiabat, ita Aſpidis ſimulacro phalanx ductabatur, quia non vnius coloris fuit idcirco in Leucaſpidem, Argyraſpidem, Aglaſpidem diſcriminabatur.

Auxilia quæ.

Auxilia erant altera pars exercitus, dicebanturque *Alæ*, ſeu *Cornua*, quia plurimum vt Alæ in auibus, corpus illud Legionum tegebant ſocij: hinc *Ala dextra & ſiniſtra*, *Cornu dextrum*, & *ſiniſtrum*. Habebat Ala pedites, & equites; illos numero duplo, quia ferme ſocij per oppida, & agros ſparſi, eoque facilius iis habere equos, & tolerare. Erant ergo 600. detracta autẽ tertia parte extraordinariorum 400. Hic quoque numerus Ala dictus, & illi ipſi *Equites Alares*. 400. diuiſi in decem Turmas, ſingulas hominum 40. nam Turmæ ſociales Decuria vna excedebant ciuiles.

Equites ex locus quot.

Pedites ex locus quot.

Pedites verò vt plurimum habebat Ala 4200. Horum pars quinta *Extraordinary* num. 840. & hi electi, & excerpti, qui ſemper iuxta Conſulem in caſtris, in pugna. Reliqui *Alares* num 3360. diuiſi vel in Manipulos, vel in Centurias, & Cohortes, ſingulæ 336. minores quam ciuiles.

§. VII.

De Ducibus militum.

DVcum duo genera, alij Proprij, qui certæ alicui vni parti præſunt, vt ſunt *Centuriones*, & *Tribuni*. Alij Communes omnibus, vt Legati & Imperator.

Centuriones qui.

Centuriones Coss. iuſſu, aut permiſſu à Tribb. electi ex ſuo quiſque genere, ſæpe tamen virtutis gratia è genere in genus ad honeſtiores ordines transferebantur. His aſſignabantur ordines per eoſdem Tribunos. A fortibus factis promoti dicebantur, cum prouehebantur ad gradus altiores, quæ dicta *Promotio*. Prima electione 30. eligebantur. Totidem altera ex quoque manipulo, qui primi electi dicti Primopili cæteris nobiliores. Inſigne Centurionum erat *Vitis*. Centuriones iam electi rurſum ſibi eligunt *Vragos*, qui ſunt vel agminis coactores qui à fine, & à tergo curant, vel verius *Optiones*, erant enim hi ſubſidia, & veluti Vicarij Centurionum. Olim dicti *Accenſi*, nunc Optiones, quia Centurioni optandi, eligendique ius fuit.

Promotio quæ. Primopili qui. Vitis inſigne Cent. Vragi Optiones qui.

Centuriones 60.

Centuriones fuere 60. ac totidem *Succenturiones*, ſeu *Optiones*, duos *Vexillarios* ſibi

bi eligebant, vt vnus alteri vel ægroto, vel defatigato ſuccederet. Primi ordines erant illi Centuriones in prima cohorte. Primus haſtatus vterque; Primus Princeps, Primus pilus, dictus Centurio Primipili, vel Primipilus, vel Primopilus, Dux aut Princeps Legionis; Erat enim ipſe caput, & ductor omnium Centurionum, etiam in Collegam ſuum ſiniſtrum Primumpilum ius aliquod habebat. Imperabat Centuriæ, mandata Imperatoris aut Tribunorum ſæpe per illum edebantur in vulgus, etiam in acie ad eius nutum ſiſtebant, aut procedebant; quia primam Aquilam regebat & ſub iter ipſe euellebat, tradens eam ſuo ſignifero, ei aſſiſtens, ac defendens. Huic muneri non modo dignitas, ſed & opes adiunctæ; Auguſtus definiuit 100. aureos.

Centurionis primi dignitas.

Tribuni qui & quot. *Tribuni* ſequuntur, qui vt Centuriones Manipulis, ſic iſti toti legioni præfuerunt. Tribuni ſeni in quaque legione; dicti Tribuni quòd ab initio terni eſſent, tum cum legio ex tribus millibus conficeretur, quæ tum erant, tribubus, Ramnenſium, Lucerum, & Tatientium; qui equitibus tantum legionis, non peditibus præerant ſub Romulo & Regibus.

Tribuni ſeni in quaque legione erant. Creauit eos primo Romulus, eiuſque exemplo Coſſ. donec populus in hunc honorem ius, & ſuffragium ſibi ſumpſit; cùm verò omnes idonei crearentur per ambitum, Coſſ. & Pop. parem numerum crearunt. Qui à Pop. creabantur digniores habiti, dicti *Comitiati*, qui à Coſſ. *Rutuli*, poſtea *Rufuli* dicti. Tribunorum duplex genus; Equites, & Plebeij. Plures ex Equitibus, aliquando ex Senatoribus grauiore bello; qui ex Senatoribus dicti *Laticlauij*; qui ex Equitibus *Anguſticlauij*, & quo pluribus gratificari poſſent, factum Semeſtre. Vox deinde laxata ad Tribunos Stabuli, Fabricæ, &c.

Comitiati Rutuli.

Laticlauij, Anguſticlauij.

Tribb. munia. *Munia* Tribunorum erant ius dicere, & de capite cognoſcere; Signum excubiis dare, vigilias curare, munitiones, exercitia, &c.

Ornament. Tribb. *Ornamenta* Tribunorum aureus anulus, quo cæteros milites nefas vti, ſed ferreo. Equites quoque anulos aureos geſtabant, qui à pari pene loco cum Tribunis.

Duces Equitum quot. Veſtis eorum ſplendidior, ſicuti & Centurionum. Fuerunt iis etiam Apparitores; poſtea ſublati. Equites omnium in 10. Turmas diuiſeruot. Ex vnaquaque tres ſumunt futuros Duces ſeu Decuriones, ſunt igitur 30. Duces in decem Turmis. Tot autem ſunt Turmæ, quot Cohortes. Tot Decuriæ quot Manipuli. Duces igitur etiam totidem; niſi hoc diſcrimine, quòd Turma vnum, non geminos, vt Manipulus haberet. Hi ſibi aſſumebant tres Vragos ſeu Optiones; nam Optio etiam in Equitibus; & Optionatus ipſum munus.

Vragus.

Turmæ. *Turma* tres Decuriæ ſunt, qui Decuriæ præeſt Decurio dictus. Mutatum deinde in numero; nec tres, ſed vnus tantum, nomine priſco retento. Vnaquæque turma vnum ſignum habuit, non quæque Decuria, aut Dux, vt in pedite factum.

Præfecti ſociorum. *Socios* ordinabant Præfecti, ſicut Ciues Tribuni, & ipſi Præfecti à Coſſ. conſtituti, qui numero, & poteſtate pares Tribunis, eadem munia exercentes in ſocios, quæ iſti in ciues.

Legati qui, quot. *Legati* adiuncti, & miſſi Imperatoribus non tam ad imperandum, quam ad conſulendum. Horum munus erat conſulere, adminiſtrare, vicariam operam Imperatori dare, cum inſignibus incedere ac lictoribus, nempe eum Coſſ. abſens aut Procoſ. Numerus legatorum incertus, paucioreſque fuerunt in legionibus, vt bellum, aut res poſcebat, plerúmque tamen pro numero legatorum attributi ſinguli ſingulis. Sub Principibus erant legati Conſulares, & Prætorij, quorum illi toti exercitui præerant, iſti legionibus ſingulis, qui nec triumphi ius habebant, quia alienis auſpiciis militabant.

Imperator qui, quantus. *Imperator*, omnium ducum ſupremus, à quo omnia pendent; qui ductum, & auſpicium habet, à quo Ciues, Socij, Equites, Pedites, denique omnia pendent. Ductum, cum ipſe interfuit: auſpicia, cùm alius rem geſſit illo mandante. Poſtea nonniſi imago, & nomen manſit, cum pleráque à Procoſſ. aut Proprææt. adminiſtrarentur, quibus auſpicia nulla. Imperatoris inſignia fuere lictores cum faſcibus, atque ij paludati, ita enim egredi ad bellum ſolebant Duces. Etiam tubæ tunc incinuerant, & ad caſſa facta profectio. *Paludamentum* dictum etiam ſagum, ſagulum, & chlamys, ſed de ipſo Imperatore, illud verò etiam in milite. Color eius coccineus, puniceus. Aliquando albus, ſed rarò. Phaleræ etiam equi Imperatoris aureæ, coccineæque.

Paludamentum.

---

§. VIII.

De acie, & aliis ad militiam ſpectantibus.

FRuſtra milites, & duces lecti, machinæ, ac tela parata, niſi Acies rectè inſtruatur: quare in acie quatuor conſideranda. 1. *Ordo & diuiſio*. 2. *Locatio* ſignorum, & Ducum. 3. *Forma* inſtructionis. 4 *Adiuncta Aciei*.

Ordo aciei. *Primo, Ordo* aciei in pugna vnus, & ſimplex per genera militum, & claſſes. Haſtati pugnam primi omnium inibant, è ſtataria quidem, & graui Acie: Alioquin Velites ante eos, aut leues milites pugnare ſoliti, ſic per gradus virium pugna procedebat, ab infirmioribus paulatim ad magis firmos ventum. Si enim haſtati profligare hoſtem non poſſent; ſuccedebant Principes, poſt hos Triarij.

Viæ in acie duplices. Ratio pugnæ iſta: Haſtati primi, ſi pellerentur, aut non pellerent hoſtem, retrocedebant in interualla ordinum, & Principes excipiebant, habebant enim vias inter manipulos, quas claudebant, aperiebantque prout viſum: dicta *ſpatia*, & *ordinum interualla*. Hæc interualla duplicia; inter genera, & inter Manipulos. Inter genera, tranſuerſa erant poſt ſingulum quodque militum corpus, vt poſt Haſtatos, ſpatio relicto Principes ſequebantur, iterum ſpatio poſt iſtos Triarij. Ergò tranſuerſa illa interualla duntaxat

Situs manipulorum. taxat bina. Alia *Inter Manipulos*, directa ſpatia, aut viæ, & quæ in vno ipſo genere manipulum à manipulo diſcernebant. Hæc in denis Manipulis 9. erant. Principes ab Haſtatis 50. circiter pedes fuere remoti, Triarij ab illis 100. hic enim erat Prætor, & ſigna, & Principiorum forma. Opus igitur erat aliquo tali interuallo ad procedendum, aut recedendum, & ne agmina miſcerentur. Inter ſingulos verò milites ſpatium fuit trium pedum vtrinque à latere, & a tergo ob gladij, ſcutique commodum.

Triariorum ſubſeſſio. Triarij ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſubiectâ cuſpide in terrâ fixas tenentes, quia ſubſidebant, inde dictum *ſubſidium*.

Leuis armaturæ milites vbi locati. Vetus leuis armatura, quæ conſtitit Rorariis & Accenſis non in prima acie aut viarum interuallis, ſed poſt Triarios in extremâ acie diſpoſita erat, pugnabant enim iaculis, & fundis eminus.

Velitum poſitio. Poſteriori ætate Velites à Triariis diuiſi. Interdum ante omnia ſigna, & in fronte; Interdum miſti primis manipulis, denique in cornibus poſiti iunctim, & vbicumque poſiti; prodire ante alios ſoliti, & pugnam committere, cùm datum ſignum, cedenteſque inter legiones recipi ſolebant.

Equitum locatio. Eques dupliciter locatus; primò in cornibus, ita vt legiones, ſocioſque in medio haberet, quæ fuerat ordinaria poſitio. Altera, vt à tergo interdum ponerentur, ſpatiis relictis inter manipulos, & legiones, qua poſſent cum impetu emitti, & fallerent hoſtes.

Sociorum ſitus. Socij plerumque ſtetere in cornibus, & ad latera legionum ipſi diuiſi in cohortes & manipulos, hinc dicta *cornua Sociorum*.

Signa vbi, & quot Anteſignani. *Signorum locatio*, cuique enim manipulo ſua ſigna, tum & legioni communis Aquila. Et Manipulorum ſigna in ſuo quæque manipulo fuere, ante quæ multi milites pro vallo dicti *Anteſignani*. *Poſtſignani*, qui poſt ſigna. Signa duplicia Peduum, Equitumque. Peditum vel Legionis totius vel Manipulorum.

Aquila ſignum. *Aquila*, ſignum Legionis, nec niſi vnius vna, & per ipſas Aquilas numerabant Legiones: Socij verò & Auxilia ſub eam iungebantur. Aquila ſemper apud gentes ſignum regale à Ioue ſeu Troianis petitum. Interdum Lupi, Minotauri, Equi, Apri ſigna vſurpata ab externis.

Aquilæ cuſtodia. Aquila in hibernis cuſtodita, & repoſita in ſacello atque inde mota cum educenda. Romæ in Ærario, ac templo Saturni, vbi pecunia publica cuſtodita. Defigebatur ea in terra in ipsâ pugna, & in caſtris, ac inter prodigia erat, cum in hoſtem eundum eſſet, nec ea potuiſſet euelli.

Manipulorum ſigna. *Manipulorum* ſigna olim manipuli fœni, ſeu ſtraminis ſuſpenſi, hinc ipſi milites Manipuli dicti: poſteriore æuo, ligneolum tranſuerſum in modum crucis, & ſæpè cum manu ſupra eminente. Item orbiculi quidam, vel clypeoli infra crucem haſtæ annexi, nempe Deorum aut Imperatorum imagines ex argento vel auro: portatores harum dicti *Imaginarij*, ſeu Imaginiferi. Præterea pila, vel globus in ſummâ haſtâ.

Cohortium ſigna. Vexilla quæ Cohortium ſigna, & Equitum fuere vexilla, id eſt, vela quædam expanſa modica ad haſtam *Flammulæ* dictæ; & *Vexillatio*, alæ equitum: in his vexillis Principis nomen inſcriptum aureo textu. At vexillum grande Imperatorium præferebatur, nomen eius habens puniceis literis inſcriptum, quod ætate poſteriori dictum *Labarum*. Draconis ſigna aliquando portata ad imitationem Aſſyriorum, Indorum, Scytharum, & Dacorum: & qui ea geſtabant nuncupati *Draconarij*. Hæc ſigna Romanorum ſacra habita, per quæ iurabant. Ideo aſſeruabant ea religiosè, obſtinatè amiſſa recuperabant: non ſolum enim pœna erat ea amittere, ſed pudor, & religio maxima, & Deorum cultus iis exhibitus; ideo ad ea confugiebant, ea ornabant, vngebant, & tanquam Deos colebant.

Labarum. Signa ſacr.

Ducum locatio. *Ducum locatio* huiuſmodi erat. Imperator in media parte erat, inter Principes, ac Triarios ante aquilas, etſi pro arbitrio mutabat. Legati, ac Tribuni iuxta Imperatorem. Centuriones quiſque iuxta ſuam Centuriam, id eſt in capite ipſo, Optiones verò à tergo. Imperator, plurimùm in equo & ipſi quoque Tribuni, interdum inter equites pugnabant.

Militum locatio. *Militum locatio* in acie iuxta matriculæ ordinem à Centurione inſtitutum. Quiſque locum ſuum nouerat, & pertinaciter ſeruabat. Cautio erat ne quis miles à ſignis 4. pedes longius procederet, ne quis ne paſſum vnum extra lineam, vbi ſigna, progrederetur. Imò & mortis pœna ſi quis dereliquiſſet. Deſertor is dicebatur, qui longius, quam vnde tuba audiri poſſet, exceſſiſſet. Græci ignominiâ notabant deſertores. Spartani ſtantes in ordine aut vincebant, aut moriebantur.

Deſertorum pœna.

Aciei diuiſio. *Aciei forma* olim hæc fuit, vt tota diuideretur in duo cornua, dextrum & ſiniſtrum: aliquando triplex cum media addita duobus cornibus ſociorum: aliquando duæ in fronte, totidem à tergo, veluti in ſubſidiis; aliquando ſinuata in cornua, mediâ parte curuata: aliquando etiam media acies prominet, & incurrit prima in hoſtem.

Cuneus. Aliæ quædam etiam Acierum formæ Romanis vſurpatæ, quas ſtrictim indicabo.

Cuneus, cum anguſta fronte acies, trigoni formâ, paulatim in ſe retrorſum panditur, vnde vocant *Trigonum*, ſiue *Roſtrum*, & *Caput porcinum*, ſimile literæ Δ.

Globus. *Globus*, qui à ſuâ acie ſeparatus, vago ſuperuentu incurrat inimicos, ſed figurâ globoſâ.

Forfex. *Forfex*, *Forceps*, cum contraria cuneo acies inſtruitur, latioribus primis, & apertis ac paulatim deſinentibus in anguſtum, literam V. exprimens:

Turris. *Turris* Græcè *Pyrgos*, eſt ordo militum in quadro □: Laterculus in longum ▭

Serra. *Serra*, cum aſſiduè acceditur, recediturque neque vllo conſiſtitur tempore, id fiebat cum manipuli primæ aciei modo inuadebant, modo reſiliebant, & reddebatur dentata quædam forma: Item cum Velites ex interuallis manipulorum inſiliebant, reſiliebantque.

Adiuncta aciei *Allocutio*, *Claſſicum*, *Clamor*, *Signum pugnæ*.

Allocutio. *Allocutio* eſt cum imperator affatur publicè ſuos milites,& retinet, aut impellit,aut nimis geſtientes , aut nimis formidantes, quod faciebat ſæpè interequitans ordines ſub ipſam pugnam ; ſæpe in caſtris,& ante egreſſum,idque in tribunali, quod è ceſpite ſubito erigebant , at in hibernis fortaſſe è lapide : Circa quòd milites diſpoſiti , non confuſi, ſed per manipulos , & turmas, vbi & vexilla prælata, id eſt ſigna manipulorum, turmarumque , & ipſarum legionum , & iuxta ea Centuriones,& Duces, etſi Legati & Tribuni fortaſſe à lateribus Imperatoris, aut à tergo. Clamor in aſſenſu militari & dextræ ſublatæ : contra fremitus aut mœſta taciturnitas. Aliquando arma concuſſa in aſſenſu , & ſcuta ſublata ; vel cum crepitu mota more Germanorum,aut Gallorum.

Claſſicum. *Claſſicum* , cum ſigna omnia pariter clamant, militem vocant , incitantque ad pugnam , quòd in pugnâ quidem legitimâ fiebat omni illo inſtrumento , & cornuûm & tubarum.

Lituus quid. Lituus etiam miſcebatur : *lituus* erat formâ aduncâ ad ſimilitudinem. Litui Auguralis,qui in extremo incuruus. Qui eo canebat

Liticen. *Liticen* dictus. Lituus ergo medium quid erat inter tubam , & cornu , non rectum prorſus vt illa , nec totum incuruum vt iſtud.

Tuba. *Tuba* ære directo fuit , vt modo noſtra, canali ad exitum latiore , quæ erat militaris, nam alia ſacrorum diſpari vſu,& fortaſſè formâ ; èius ſex genera vide apud Lipſium. Tubâ etiam ad mortuos vtebantur , ſed nobiliores in funeribus indictiuis,ſcilicet ad populum claſſico conuocandum,quod ipſum in militibus ſepeliendis vſurpatum.

Cornua. *Cornua*, quæ nunc ex ære,olim ex bubulo cornu, mox ex ære facta grandiora.

Buccina. *Buccina*, item ex ære , olim cornu bouillum , Vigiliarum hoc proprium inſtrumentum.

Æneatores. *Æneatores* , dicti qui inflabant æs; cuique manipulo , ac turmæ ſui Æneatores.

Sonus tubæ triplex. Sonus tubæ triplex. Primus vnius & ſingularis , qui primi pili fortaſsè , haud longè ab Imperatore, eiuſque nutu incinuit.Secundus aliquot aliorum , qui in loco quodam orbiculato , & fortaſsè editiore ſtabant ad ſigna , & Aquilas. Tertius omnium aliorum

Claſſicum. per cohortes , per turmas , qui pariter Claſſicum canebant. Duo priores ad militem expediendum. Tertius ad ſpiritus inciiandos, & non ſolum in equitibus, ſed & in peditibus vſi ſono tubæ,cum Tympana non agnouerint , niſi viri molles , & in feſto Bacchi Bacchantes.

Clamor mil. *Clamor* militum excipiebat Claſſicum , ad hoſtium terrorem , & ſui incitamentum ciendum .

Alala in prouocando ; in feriendo , *Feri*, repetebant. Græci duos Pæanas inclamabant ; Vnum ante prælium Martis , alterum poſt prælium Apollini ; illum *Congreſſiuum Paana* , hunc *Victorialem* vocabant. Apud Chriſtianos *Vicit Crux* pro pæane habebatur.

Signum Pugnæ diuerſum à Claſſico , quia hoc auribus,illud oculis ſeruiebat, & Claſſicum ſequebatur. Nam Romani, cum decretum iam pugnare , *Tunicam ruſſam* in Prætorij faſtigio extendebant in haſtâ , vt eo ſigno miles moneretur parare ſe & arma, tum etiam, ſi qui diſperſi, conuenirent:alij dicunt fuiſſe vexillum tuſſum. Signum diuerſum à Claſſico.

Signum etiam aliud datum ſub ipſam pugnam dictum *Teſſera* , vt eò commilitones ſe ſe agnoſcerent , item hoſtem. Cæſari fuit ſignum *Felicitas*. Bruto *Libertas*, & alia huiuſmodi *Victoria, Palma,Virtus, Deus nobiſcum*, pro libito Ducum : Item nomina Deorum. Verùm, quia nullus exercitus vtilis militiæ , niſi milites legibus & diſciplinis militaribus benè fuerint inſtructi , ideò de Militari diſciplina diſſerendum paucis ex recenſione Lipſij erudiſſimi , cuius ſub auſpiciis hæc vniuerſa Syntaxis de Militiâ antiquorū fuit inſtituta , cum ſub illo merui Louani publicè in Hallis humaniores literas profitente anno Domini MDCV. Teſſera.

MARTINO GILIO
Patricio Lucenſi.

SYNOPSIS II.

De Machinis Antiquorum. In Oppugnatione , Pugnâ & Repugnatione , & de Armis militum , ac Telis.

MACHINÆ dictæ Græcè, ab ingenio, *Ingenia*, & eorum architecti *Ingeniary*, ſiue *Ingenierij* dicti. His maxime vſi antiqui in militia contra hoſtium vim, & dolos. Hæ Machinæ triplices 1. præſſe dictæ Machinæ 2. Tormenta 3. Tela, quibus antiqui vſi , aut in oppugnatione ſubita, aut diuturna.

Oppugnatio ſubita eſt cum impetu ſine circumuallatione. Ad hanc rem vtebantur leuioribus Machinis , quæ erant *Corona* , *Teſtudo* militaris, *Scala*, *Crates*, *Vineæ* , *Plutei*, *Muſculi*,*Vectes*,&c.

Corona primum adhibita ad terrendum, aut claudendum. In corona introrſum erant pedites , quorum inuadere : extrorſum equites, quorum inſpectare erat , & tueri. Primi ordines peditum erant ſcutati, & grauiores, qui cominus aſſultarent , inuaderentque, retrorſum leues , aut velites , vt funditores,ſagittarij , qui èminus pellerent telis & deturbarent propugnatores , hæc à Græcis dicta Sagena. Obſidio ſeu Corona.

Teſtudo ſequebatur , qua ſtatim ſub muris vſi,vt tecti,& conferti ſuccederent, aſcenderentque. *Teſtudo* dicta Phalanx græcè , aut Synaſpiſmus , Conſcutatio , eſt iunctio corporum armorumque , & ſcuta partim lateribus applicata , partim capitibus ſuperlata. Vſi ea Romani in triplici diſcrimine 1. in Teſtudo quid & quotuplex.

Oppugnando, 2. *Pugnando*, 3. *Repugnando*, vnde & triplex Teſtudo.

1. Teſtudo in Oppugnando fit cum ſcutis ſupra capita elatis muro ſuccedebant, primis altioribus, & ordine paulatim, tecti ſimplicis in morem, decreſcente; vt tela iniecta, lapides, &c. per procliue laberentur, & minus inſidere poſſent aut infigi, idque faciebant manipulatim, aut centuriatim, vt ſuccedere, & ſubruere murum poſſent. Aliquando aſcendebant alij ſupra alios, vt faſtigio altitudinis muri æquarentur,

2. Teſtudo in pugnando, cum globo facto, & tecti ſcutis ſic peruadebant, ac perrumpebant, potiſſimum in equitatum. In hac a. teſtudine, non latera ſemper tecta, nec item ſubſeſſio, & inclinatio per gradus.

3. Teſtudo in repugnando, cum ab equitatu aut leui armatura cincti huc decurront, vt in orbem ſe mittuant, mediis altioribus extremis vndique deſidentibus.

Scalæ. *Scala* etiam muris admotæ. Horum genera varia. *Compactiles*, quæ aut pluribus partibus conſtant; aut plicari rurſumque explicari poſſunt, aut ipſi gradus remoueri, & recondi quaſi in vagina, ſtipite coëunte. *Coriacea*, quæ ſunt inſtar vtrium conſutæ è corio, & iunctæ ſeuo aut adipe circa ſuturas, ne euaporent, eæque erigebantur ad murum ſpiritu inflatæ, & dabant aſcenſum. *Reticulata*, aut ſtuppeæ, quæ ex funibus ſtuppeis inſtar retis contextæ, ad quarum ſummitatem hami adiecti, vt murorum pinnas apprehenderent. Hæ *Nautica* vocatæ, nautis vſitatæ.

Spectatores ſcalæ ita inſtructæ erant baſi accuratiore, vt erigi poſſent, & attolli; & in ſupremis iis aliquis conſtitui, qui ſpectet quid in vrbe agatur. Aliæ ſimiles, ſunt rotis impoſitæ, iiſque procedentes, quibus ſupremis pons adhæret; qui è propinquo iniicitur in muros.

Tolleno. *Tolleno* erat quoque ſcalæ genus; quoties vna trabs in terram præalte figitur, cui in ſummo vertice alia tranſuerſa trabs longior, dimensâ medietate connectitur, vt ſi vnum caput depreſſeris, aliud erigatur. In vno ergo capite, cratibus, ſiue tabulis contexitur machina, in qua pauci collocati armati, tunc per funes vno depreſſo, attractoque capite, alio eleuati ponuntur in murum. Hoc inſtrumento nos aquam hautimus, pondera nauibus educimus, dicto *Grue*, *Ciconia*. *Sambuca*, cuius vſus maximè in nauibus forma trigoni ad ſimilitudinem muſici inſtrumenti, in qua funes ſic tendebantur ſicut in organo muſico inſtrumento.

Crates. *Crates* in ſubita oppugnatione adhibitæ, ſiue antelatæ, vt milites tegerent, ſiue vt foſſas iis explerent, & miſto aggere quaſi per pontes irent: eæ non admodum elaboratæ, ſed ſimplici textu vimineo.

Vinea. *Vinea*, à ſimilitudine veræ vineæ dicta, quæ iugata, & in rectum alleuata. Sub illa quia conſidere fas, & latera ſic clauſa, hæc quoque militaris ſic nomen ſumpſit. hæc à militibus moueri poterat, & ad oppidum admouebatur, ſiue vt ſub ea arietem admouerent, ſiue vt muros ſubruerent, hæc facta vel craticea, vel è craſſiore ligno.

Plutei, fuere olim è tabulis, & aſſeribus diſtincti a cratibus, & vineis, poſtea faciebant è cratibus corio intectis ad ſimilitudinem abſidis, qui ternis rotulis ſuſtentati, quarum vna in medio, duæ in capitibus apponuntur, in quamcumque partem admouentur more carpenti, dictæ Leſæ, & Spallionæ, horum finis ſuffudiendi muros. Hæ omnes machinæ tegentes Teſtudines dictæ, quarum vna *Aggeſtitia* ad congeſtionem foſſarum. *Fofſoria* ad fodiendum, ſiue roſtrata frontem habens. *Arietaria* in qua aries ſuſpenditur. Plutei.

Muſculus, ſubitæ oppugnationis inſtrumentum ad muros fodiendos inſtar eius animalculi, aut quia milites vt mures cauum id ſubirent, vt infima ſaxa turris hoſtium conuellerent. Muſculus.

Vectes, ſunt pali lignei, aut ferrei ad onera ſubleuanda aut promouenda; his vtebantur ad muros ſubruendos, ſed ferreis dumtaxat, vel ad lapides prægrandes cmouendos, emoliendoſque, vbi verò illi minores, aut infirmiores, dolabris vtebantur. Vectes.

Dolabra, diſtincta erat à ſecuri, licet forma ſit ſecuris, ſed vnica, & ſimplici acie, parte altera in mucronem acuminata, quæ ſeruiebat maximè muris ſubruendis, vt ſecuris vallo, & lignis cædendis. Dolabra.

Oppugnatio diuturna, vbi ſubita non ſucceſſit: aut artibus, aut ingeniis aut fame hoſtes vincendi, ſeu domandi, quod fiebat Opere, aut Tormentis.

Circumuallatio inter opera primum; quæ obſidio dicta, ne nunc ij, cibi, auxilia intrarent, tum ne quis exiret, tum vt terror incuteretur obſeſſis. Latere crudo vſi antiqui (nam coquendi non tempus erat) aut ceſpitibus, vt Romani. Hic murus non ſimplex ſæpè, ſed duplex contra exteriorem etiam hoſtem, in quo ſe includebant, ne ſubito aduentu, aut impetu poſſent ſuperfundi. Circumuallatio.

Opus illud tres habuit partes, *Interiorem* munitiorem, *Exteriorem*, tum Circumuallationem his interiectam. Hæc autem poſtrema, 4 partes habuit. *Vallum*, *Loricam*, *Ceruos*, *Turres*, quæ dicta Circumuallatio.

1. *Vallum* fuit pedum 12. de eius ſtructurâ dictum in militiâ. Vallum.

2. *Lorica*, hîc, eſt tegmen nobis antepoſitum, ſiue munitiuncula. Ita muruli in ambitu minores vallo, minuſque lati, ſed & è cratibus, aut tabulis pluteiſque ſepimenta in hoc nomen venêre. Item ambitus & ſtructura ſuprema ædium contra caſum aut delapſum vt Genuenſium ſunt ædes. Pro vallo autem aut terreo murulo ſæpè apud veteres. Hæ Loricæ ſæpè pinnis diſtinctæ, dictæ *parapetti*. Lorica.

3. *Cerui*, id eſt ramoſi trunci arborum in ſimilitudinem cornuum cerui, quibus vtebantur in vallo ſtruendo ad terram coërcendam adſtringendamque, identidem interiectis. Hi fuere minores dicti Ceruuli, at maioribus vſi depactis in terram itineri impediendo obſtruendoue: fuere foſſæ, & valli. & ante ea cerui iſti, qui amburi ſolebant, ad robur, & duritiem. Cerui.

4. *Turres*

Turres. 4. *Turres* toti operi circundatæ, interuallo inter ſe pedum 80. hxæ, & minus operoſę. Interior munitio in latitudinem pedum 400. ab oppido caſtra verſus habuit has partes 1. *Foſſas*. 2. *Cippos*. 3. *Lilia*. 4. *Stimulos*.

Foſſæ. 1. Foſſæ tres. 1. ſub ipſum oppidum ad radices collis, ab hac duas iterum ducebant ſub ipſis caſtris. Ex duabus autem iſtis vltimis alteram interiorem, campeſtribus, ac demiſſis locis, aqua ex flumine deriuata complebant.

Cippi. 2. *Cippi*, erant ſtipites tricipites, aut quadricipites, delibratis, aut præacutis cacuminibus, ab infima parte longurio tranſuerſario valide reuincti, hic autem longurius commiſſus, & fibulis iunctus erat, quo ſtipites cipporum in imo reuinciebantur, ne auelli poſſent, quorum quinque erant ordines, omneſque in perpetuis foſſis, atque inferne reuincti.

Lilia. 3. *Lilia* ſtipites erant feminis craſſitudine ab ſummo præacuti, à floris ſimilitudine ſic appellati, cum flos ille nondum apertus eſt: viminibus autem, & virgultis tegebantur in ſcrobibus in altitudinem trium pedum paulatim anguſtiorem, faſtigio circa infimum: tertius enim atque vltimus altitudinis pes ab imo depenbat, cum terra aggeſta ad ſtipitem ſtabiliendum, & circa eum ſtipata, grauiret exculcaretur.

Stimuli. 4. *Stimuli*, taleæ erant ferreis hamis infixæ, nunc murices dicti per gradus accreſcentes. t. minoribus taleis, mox maioribus Liliis, ad extremum Cippis maximis ſuoque robore validiſſimis.

Exterior munitio eadem prorſus cum interiori, ſed facie aliquantum diuerſa, etenim hic omnia, cum ambitus longè latequeamplius excreuiſſet, aucta magis, & capaciora cernebantur; hæc hoſtem ſpectabat, illa oppidanos.

Caſtella. *Caſtella*, erant parua quædam caſtra in circumuallatione, in quibus contra vim atque impetum oppidanorum cohortes aliquor militum, ac præſidia legionum diligenter excubabant. Vt autem hoſtem non ſolum clauderent, ſed etiam oppugnarent, opera alia ſtruebant antiqui: in primis Aggeres:

Agger. *Agger*, erat terreus, & ex alia materia mixta mons, ſeu eleuatio, quem paulatim verſus vrbem producebant, & attollebant, vt ex alto pugnarent, & Turres ibi, & Tormenta conſtituerent. Agger dictus ab ipſa re, quia aggerebant & cumulabant; dictum etiam Aggeſtum, & Aggeſtus. Materia erat è terra, lapide, ligno, virgultis, & faſcibus, ad implendum, attollendum, & ligandum. Altitudo aggeris erat pro muris in quos ſtruebatur, nam æquare, aut ſuperare debebat, & ſæpe muris planè admotus, vt è propinquo pugnarent. Dum id fieret, nihilominus turres in aggere impoſitæ, quæ adminiſtrantes aut apparantes tuebantur; ſed eæ quoque cum aggere paulatim procedebant, ſed tutelæ operis miniſtrorumque cauſa, vineæ primum factæ, vt ſub iis commeare miles, & aggerare poſſet. Hæ

Ioſeph. Laurenty Polymathi,

turres erant mobiles, portatiles, plicatiles, ſolubiles, ambulatoriæ, & ſubrotatæ.

Rotæ quibus turres agebantur erant minimum quatuor, ſex aliquando, aut octo, latentes illæ quidem, & interoæ, ne hoſtium telis qui agerent exponerentur, & turris eos, à quibus protruderetur, ſuorum obiectu laterum tuto defenderet. A tergo tamen quoſdam applicatos, qui propellerent, nequaquam ambigo. Turres erant ferratis pontibus, vt præcipuum contra Ignem haberent munimentum. Repugnario namque cùm per iacula ignita, faces, malleolos, murices candentes potiſſimum fieret, repertum eſt, vt totæ quaquauerſus amictu ferreo tegerentur, vel certe à triplici latere ferratum tectorium obiectarent. Operiebantur quoque turres ad propellendum ignem, humectis ſcortis, & centonibus, ſtoreis e funibus anchoratiis implexis. Rotæ.

Pontes ſubitarij facti, fluminibus traiiciendis ex ratibus ſimul iunctis, aut doliis ſeu cupis aut vtribus vinctis, ex iumentis ſagmariis detractis. Vtribus autem iunctis appendebant lapides quos veluti anchoras demittebant. Hiſpani ritu gentico inflatis vtribus incumbentes tranare ſolent, quod Romani, & Græci fecere. Stramentis etiam, & aridis ſarmentis vtres impleuere. Denique toti operi ſarmenta crateſque iniecerunt, ac terram ſuperſtrauerunt. Sed vſi ad hanc rem & cuppis interdum, vt dixi, ſiue inanibus vaſis. De quibus vide Cæſarem, & alios. Pontes.

---

§. IX.

De Tormentis, Telis, ac armis militum.

Tormenta ſequuntur, Inter quæ Aries, Catapulta, Balliſtæ, Scorpiones, &c. *Aries* Equi inuentum ad Troiam, vel Carthaginenſium ad Gades expugnandas, vt quidam aſſerunt. Dicta Carcamuſa, ab æuo poſteriore. Dictus Aries quod inſtar arietis trabs prælonga, & præferrata arietet in muros. Hic triplex, Rudis, Compoſitus, ac Teſtudo. *Rudis* erat quem manibus, lacertiſque validi homines directim conferti ſuſtinerent: atque in obiectum murum aſſumpto impetu à retroceſſione vehementiſſimè impingerent. Aries *compoſitus*, trabs eſt prægrandis malum nauis aſſimulans, 100. circiter pedum, ſolidatus in capite graui ferro in Arietis formam, vnde nomen aſſumpſit. Dependet mediis funibus ex alta trabe ſuſpenſus, lignis vtrinque ſtabilibus firmiter communita. Repulſus porro magna virorum manu retrorſum, iiſdemque antrorſum ſtatim, rapidoq; cum impetu reflectentibus, quatit muros prominulo ferro, qnod in acumen productum alias Cornu, Roſtrū aliàs appellant, ad mœnia quamuis fortiſſima diruenda, hic enim admotus perdendæ vrbis oppidanis metū ingerebat. Aries vero ad teſtudinis Aries quid.

Cc formam

formam extructus, dicta etiam *Teſtudo* arietaria, cum cratibus tegebatur contra ictus, aut ignes, aden vt videretur eſſe teſtudo, caput ſubinde exerens, dictus etiam Cancer, à Græcis Halepolis.

Catapulta. *Catapulta*, alterum inſtrumentum, vti Balliſta, qun in hoſtes emitterent, aut iacularentur. Illa tela, & grandinres ſagittas; hæc lapides, & ſaxa grandia. Catapultarum aliæ mainres, tela trium cubitorum emittentes: aliæ minnres, quæ leuiores ſagittas, interdum illæ etiam tigna & aſſeres eiaculabantur.

Balliſta. *Balliſtam* pnſterioris æui ſcriptores vocarunt Mangnnem, Mangam, Mangatellam, Petrariam. Hæc duplex; mediocris, & maxima. Mediocris vulgo iaciebat lapides centenûm pondo, & Centenaria proptereа dicta. Maxima verò ducentorum ſexaginta pondo ad ſtadij lnngitudinem. Saxa coniecta nnn modo rotunda, ſed enntmia, & ſepulchralia, quibus domus, ædificia cnnfracta. Quoniam verò ad apparatum balliſtarum, & catapultarum nerui requirebantur, ideo aliquandn in expugnatinnibus, illis deficientibus, mulieres capillos abſciderunt. Vſi aliquando fuere fetis, equorum de cauda eunlſis & iubis.

Funda. *Funda*, quæ in Balliſta ſiue ſcorpione pnnebatur ſtuppea, aut ferrea, receptaculum lapidis fuit, & in quà firmaretur: ſic dicta quod lapides ex eà funderentur: Balearibus maximè in vſu, qui hac ſnla inſtructi in bellum prodibant, qui à peritia cibum capere aſſueti nonniſi funda percuſſum.

Hi librales lapides eiaculabantur, ſacculos pelliceos plenns ſecum geſſantes. Aliquando pro lapidibus glandes plumbeas vſurpabant, quibus inſcribi intetdum ſnlitum, vt hnſtibus ſuam mentem indicarent. Hoc inſtrumentum vile putarunt: Iden Cyrus cum Lydios viciſſet, vt Martiam generoſitatem exuerent, fundis eos iuſſit exerceri. Materia cnnficiendæ fundæ triplex, Melanchræna, ſeu ſpartum, cuius copia in Hiſpania, atque huius nnmine ſtupam, linum, cannabim comprehendn: Altera materies pili: Tertia nerui. Fnrma illius in medin lata, paulatim in ſtrictius abiens. A funda dictus fundus, qui fundæ ictum æquat; ſcilicet ſexcentorum pedum.

Fundæ ſpecies. Achaica. Fundæ ſpecies tres *Achaica, Ceſtroſphendone, Fuſtibalus*. 1. *Achaica* fundæ non ſimplex habena, vt baleаricæ atque aliarum gentinm, ſed triplex ſcutale crebis ſuturis duratum, ne glans vnlutetur in iactu fluxâ habena, ſed librata cum ſederit, velutì neruo emiſſa excutiatur.

Ceſtroſplendono. 2. *Ceſtroſphendone*, ſpiculum habet bipalme cum tubulo, qui mucrnni ſit æqualis, huic haſtile ligneum inſeritur digiti craſſitudine, longitudine ſpithamæ, in cuius medio tres pinnulæ inſiguntur ad libramen: hnc in funda, quæ duo funalia imparia habeat, in medio vtrotumque amento, leuiter, vt ſolui poſſet, alligatum imponitur. In circumactione fundæ in mediis funalibus manet, cum verò alterum ſoluitur, in emiſſinne excidens amento ſuo, velut glans è funda fertur, & cum impetu incidens, quicquid incurrit, grauiter lædit.

3. *Fuſtibalus*, vnx nnua, ita dicta funda fuſti alligata, quo incuſſn lapidem ſcitè, ac robuſtè iaculantur, qui hoc fundæ genere vtuntur. Fuſtibulatnres dicti, à librаlibus lapidibus. Libratnres fortaſſe dicti, qui cum funditoribus frequenter aſſociantur. Fuſtibalus.

Scorpiones, balliſtis iam dictis vicini, ſpicula erant, & fiſtulæ, ex Tertulliano, patulà tenuitate in vulnus, & virus, dictæ *Manubaliſtæ*. Vir vnus dirigebat, & vtebatur: ideo non magni fuerunt. Scorpiones.

Tela, qunrum vſus in nppugnando, aut repugnando, duplicia, lapides, & ligna. Illos dupliciter adhuc mittebant, aut manu aut funda. De Funda hactenus. Telum.

Iaculum duplex, rude, & teres. Rude appello, quod ſimplici ligno conſtabat, nnn alia materia ad lædendum, cuiuſmodi ſunt Sudes, Miſſilia præpilata, & Faces. Iaculum.

Sudes, lignum erat in capite acutum leuiter, igne duratum. Sudes.

Miſſilia, præpilata, erant ſine ferro, pilæ inſtar, nbtuſn acumine rotundata. Miſſile.

Faces, vtentes haſtulæ, è picea, teda, larice: pnpulare hoc telum. His vſi antiqui in lncum luminis domi, eas manu iaciebant, & deſtinabant in machinas propinquas, & iis pugnabant. Fax.

Iacula dicta arma, quæ iaciuntur, & potiſſimum ferrata in vſu militiæ, quæ erant. 1. *Haſta*, 2. *Lancea*. 3. *Verutum*. 4. *Geſum*. 5. *Tragulum*. 6. *Securis* 7. *Aclis*, 8. *Amentum*. 9. *Sagitta*. Iacula.

1. Haſta Græcè *δόρυ*, etſi commune fere id nnmen eſt, & in plura valet, diciturqne tam de grandi illa, qua quominus vtuntur; quam de leuinri, qua eminus iaculantur, ſimile in Lancea, Conto, Sariſſa, & Pilo. Ab haſta dicti Haſtati in legionibus. Haſta.

2. *Lancea*, Græcè, *λόγχη*, telum aliquando miſſile fuit, vnde vox Lanceare, iacere & emittere. Lanceæ, Menaula aliquando dictæ, Venabla, Venabula. Lancea.

3. *Verutum*, à veru dictum, eſt ſpiculum tenue, longum, aptum forare, haſtæ velitares dictæ vt Vegetius ait. Duplex Romanis erat pilum, maius, & minus; quorum illud vulgò pilum, iſtud tunc veruculum, nunc Verutum dicitur. Verutum.

4. *Geſum* telum erat vel contus longè feriens, paulò infra ab illo quod vulgn *picca* nominamus, à Gallis Romani mutuati erant, & plerumque bina manu geſtabant. Geſum.

5. *Tragula*, validum fuit telum hamatum, quia ſcuto infixa trahatur. Tragula.

6. *Securis*, miſſilis aliquando fuit, etſi cominus ea pugnatum eſſe non nego. Hanc Franci in primo congreſſu iacere in hoſtem conſueuere, eo impetu vt ſcuta perfringerent, & ipſos ſimul interimerent, huius pars maior telo obducta, itavt ex ligno aliquid præter Securis.

manu

manubrium vix extet. In ſuperiori ferro tanquam hami vtrimque ſunt, & deorſum vergunt, ab hac Halebarda noſtra ducta eſt, Bipennis Græcis, Martiobarbulis Latinis.

Aclis. 7. *Aclu*, exiguum & teres quoddam miſſile, religatum lino; vel loro, vt peractis vulneribus, redire poſſet, ferè idem cum *Cateia*, quæ ex materia lenta ponderoſa conſtans, vt perfringat, at amenti adminiculo redit ad eum qui miſit.

Amentum. 8. *Amentum*, etſi ſumatur ſæpe pro telo amentato, vnde, amentare, eſt iaculari, attamen lorum erat reuinctum in haſta media circiter, quod manui, deinde primoribus digitis illigabant leuiter, in emiſſu cum impetu ſoluendum: vnde Amentare, eſt fortiter contorquere.

Sagittæ. 9. *Sagitta* non in vſu Romanis ante Punicum bellum 2. tum Auxiliariorum erant, non ciuium. Optimi ſagittarij Cretenſes, Perſæ, & Scythæ: *Arquites* dicti ab arcu. Sagittarum pleræque hamatæ, ne facile euelli poſſent, quædam etiam triplici hamo, quædam quadruplici. Tanta vi emittebantur, vt arma perfringerent.

Fuerunt & thecæ ſagittis, quas *Pharetras*, *Corytos*, *Scortea* dixere: noſtri Cocurras.

---

§. X.

De Repugnatione.

OPpugnati noſtris armis, repugnabant illis, vt ſe defenderent, ac primo

Teſtudini quomodo repugnabãt. Teſtitudini reſiſtebant, de qua ſuperius, ſaxis, aut ponderibus, vt aduentantes obruerent, vel certe diſſiparent, inſerebant quoque contos, & lanceas, diſiectoſque & intutos effectos lapidibus, pilis, aliiſque miſſilibus proſternebant: ſi qui per ipſam teſtudinem ſcanderent, gladiis atque armorum incuſſu præcipitati, ſudibus atque pilis obtruebantur.

Scalis quo modo repugnabant. Scalas repellebant furcis, quibus eæ à muris detruſæ affligerentur, hæ namque dupliciter vtiles ad ſcalas ipſas reiiciendas, ac directim reſupinandas, præterea ad homines ipſos præcipitandos.

Effundebantur in aſcendentes liquida quædam, vt oleum feruens, pix, bitumen, ſulphur, plumbum in vaſis liquefacta ac ſparſa in aſcendentes imbris inſtar.

Corbes. *Corbes* etiam ſitellæque è ferro huic rei adhibitæ. Item quali, ſed viminei vna cum materia ardente: & hoc non in viros tantum, ſed & in machinas ipſas ligneas vſurpata. Imo vaſa hæc eminus proiecta in hoſtem, idque auxilio fundarum.

Fœnum Græcum. *Fœnum Græcum* elixum tabulis pontium ſparſum, vt hoſtes lapſantes incerto veſtigio vacillarent, ac progredi, regredive non poſſent.

Rumices, & Tribuli. *Rumices, & tribulos* ſpargebant, ſeu murices, & configebant aſſeres ſtimulis, ne ſubita excurſio fieret. Tribulus eſt inſtrumentum confixum quatuor clauis quod quoquo modo abieceris radiis innititur, &

erecto quarto infeſtum eſt, quod equitibus maxime infeſtum eſt, & peditibus formidoloſum, qui calceis ligneis durioribus aut ferreis ſe tuebantur.

Deuoluebantur quoque in aſcendentes, molæ, columnarum fragmenta, cylindri, murales pilæ, capſæ, dolia repleta ſaxis, currus, & alia huiuſmodi, lapides molares antiquorum non tam magnæ, vt noſtræ, manuariæ enim erant. Saxa, & ignes.

In omnes machinas ligneas duo tela valuerunt, *ſaxa*, & *ignes*, in vineas dico, pluteos, muſculos, turres, & ſi quid tale. De ſaxis & ponderibus dictum, nunc dicendum de ignibus, qui varij fuerunt. Faces primo communes; illæ è picea, larice, abiete, quas manu iaciebant, ſed de his ſupra dictum ſatis.

Malleoli, ignes militares, ſunt manipuli ſpartei, pice contecti, qui incenſi, aut in muros, aut in turres iaciuntur, ſic in medio deligati, vt mallei formam quamdam præſeferant. Hi rudes erant, & ſimplices, at magis elaborati, & efficaciores erant militares ſagittæ canneæ inter ſpiculum, & arundinem multifido ferro coagmentatæ, quod ferrum in muliebris colus formam, quo nentur fila & ſtamina linea, concauatum; ventre ſubtiliter ac plurifariam patente, in alueo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento. Sic autem emiſſi malleoli lentius inualido arcu, ſi vſquam hæſerint, tenaciter cremant, aquiſque conſperſi acriores excitant incendij æſtus, qui nec remedio vllo, quam ſupra iacto puluere, reſtinguuntur. Quid quod hami quidam ac vnci ferrei, & murices candentes aliquando iaciebantur, vt adfigerentur ad incendium? Malleoli.

Falarica erat miſſile telum haſtili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum vnde ferrum extabat, id ſicut in pilo quadratum ſtuppâ circum ligabant, piceque linebant. Ferrum autem tres longum pedes habebat, vt cum armis transfigere corpus poſſet. Dicta Falarica, quia è Falis. i. è turribus editis emitti ſoleret. Falarica.

Aggeres euerſi aut conſumpti *Cuniculis*, aut *Igne* iniectis facibus, aut malleolis ardentibus. Interdum moles, aut alius agger oppoſitus, corbibus etiam terrâ, aut arena plenis, & in faſtigium extructis, nos Gabiones dicimus. Cuniculi.

Turres perfringuntur igitur, ſaxis è catapultis. Aſſeres, aut trabes aduenientibus obiecti, atque ita impetu coercebant, aut frangebant. Muros quoque ea parte ad quam turris admota, attollebant, & augebant. Alias etiam turres extruebant ad opponendum illis. Turres.

Arietem machinarum violentiſſimum pluribus modis repellebant, aut deprimebant. 1. centonibus, culcitris plenis paleis, quas demittebant funibus in eam partem qua impetus arietis ferebatur, vt vanos redderetur, mollitie, & laxitate fractus. Arieti quomodo repugnabant.

2. Laqueis excipiebatur frons arietis, & ſurſum trahebatur in obliquum, & cum ipſis teſtudinibus euertebatur. Laqueis

etiam falces murales exceptæ quæ lapides è muris extrahebant, & vim arietis habebant.

3. In modum forficis dentatum funibus illigabant ferrum, quem *Lupum* vocabant, apprehenſumque arietem aut auertunt, aut ita ſuſpendunt; vt impetum non habeat feriendi. Hic *Lupus* aliàs dictus *Coruus*.

4. Ponderibus grandibus ſuperne incuſſis, aut iniectis arietem deprimebant, aut frangebant, Item Tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipiteſque robuſtos incutiebant.

Quod ſi tanta vis arietis fuerit, vt murus arietibus perforaretur, decideretque; deſtructis domibus, alius intriſecus murus ſuperextruebatur, vt nos quoque facimus.

Coria &c. in balliſtas. & catapultas.

Catapultis, & *Baliſtis*; ac toti generi leuium telorum vnicum fere obſtaculum *Coria*, *Cilicia*. & *Vela*, his enim vim excipiebant, & frangebant molliter ita ſuſpenſis: quinimo ignita quoque iacula repellebant, vnde pugnatores nequaquam poterant ad ictus deſtinari. Præterea aqua vel aceto centones, cilicia, & coria humectabant contra ignes vel ignita. Præterea habebant rotas marmoreas oppoſitas, crebris interuallis aut ſeptis diſtinctas. Has per machinam quamdam in orbem voluebant, & alia telorum frangebant, alia auertebant, omnia reſoluebant.

---

§. XI.

De Armis militaribus.

ARma vel ad petendum portata, quæ dicta Tela, ad tegendum vero *Arma* proprie dicta. Arma ſecundum armatorum militum genera diſtribuenda.

Arma Ferentariorũ.

Leui armaturæ militum ſeu *Ferentariorum*, dictorum à ferendis armis, Leuium militum, partes variæ, nam alij *Rorarij*. alij *Accenſi*, qui hic *Velites* dicti. Illi priores duo in veteri leui armatura fuerunt, iſti poſtremi in nouâ, dicti Velites, antea enim Funditores, Iaculatores, Sagittarij hoc munus obibant, dicti Rorarij, & Accenſi, manſeruntque ad bellum Punicum 2. quo Velites inſtituti, qui poſt Cæſaris æuum defierunt.

Velites qui.

Rorarij, & *Accenſi* erant, qui è leui armaturâ primi prœlium committebant. Iſti ſic dicti quod, vt ante imbrem, ferè rorare ſolet, ſic illi ante grauem armaturam prodibant. Hi verò quod ad cenſum legionum adiicerentur. Hi ſtabant in fine & a tergo agminis poſt Triarios, donec pugna cœpta, tum procurrebant, & eminus inter ordines pugnabant. Vtrumque hoc genus natis Velitibus deſiit, poſtea tamen iterum in Funditoribus & Sagittariis quaſi reſurrexit, Sociis in ciuitatem acceptis; hos ſubminiſtrabant Baleares, Cretenſes, Numidæ. Velitum arma 1. Gladius 2. Haſta. 3. Parma, 4. Galea.

Velitum arma.

1. *Gladius* Hiſpanienſis, qui aliis quoque militibus vt diceret aſſignatus.

2. *Haſta*, vel *Haſtula* 7. ex tenui ligno, vt hodiernæ ſagittæ, ſeptenæ enim illæ manum implebant, dictæ haſtæ velitares, longitudine trium pedum, digitali craſſitie, ferro molli, vnde 1. iactu ſtatim inflectebantur, vt hoſtes retorquere non poſſent. Haſta quæ.

3. *Parma* è ligno, corio ſuperinducto, erat rotunda tripedali dimenſione. Parma.

4. *Galea*, ſeu *Galerus*, *Cudo* è pelle, aut lana tegmen capitis, diſtincta à Caſſide quæ de lamina: illa vero è corio plerumque, vnde dicta *Muſtelina*, *Canina*, *Taurina*, *Caprina*, quia à talib. animalibus capta. Velitibus non longe diſſimiles *Peltaſtæ*, ſeu *Cetrati*. Galea.

Cetra Afrorum ſcutum, variè pictum, cœlatumque. His vſi etiam Mauri, Hiſpanicique quibus pulſatis rhythmicè cantu, ſaltuque, Laconum ritu hoſtem inuaſerunt. Cetra.

Pelta ſimilis Parmæ, non tamen vſquequaque ſic rotunda, à tali parmularum figura Thraces dicti quidam gladiatores. Peltæ forma ad ancilia acceſſit, etſi lateribus minimè incuruis, ſed leuiter ſinuata. Pelta Amazonica erat Lunata. Pelta.

Haſtatorum arma 1. *Scutum* 2. *Gladius*. 3. *Pilum* 4 *Galea* 5 *Lorica*. 6 *Ocrea*. Eadem pariter arma fuerunt Principibus, & Triariis, niſi quod Triarij pro pilis haſtas ferrent, quia in extremo diſpoſiti, & longius ab hoſte, quam vt pila eorum pertingerent, aut quia contra equitum irruptiones haſtis muniti eſſe debebant. Iſtas haſtas habebant ad ſtatariam, & manuariam pugnam, non tamen illas longas nimis, vt Macedonum ſariſſas. Haſtatorum arma.

1. *Scutum*, à loro dictum, differt à Clypeo, qui forma rotundus. Scutum verò oblongum, duplex, vel Ouatum, vel Imbricatum. Latudo in gibbâ ſuperficie duorum pedum & ſemis, longitudo quatuor, totumque hominem tegebat: fiebat ex ficu, ſalice, tilia, vt eſſet leuiſſimum. Item ex vimine contextum, fuerunt duæ anſæ ex ferro, vel ex loro. Exterior ſuperficies corio vituli aut bouis tegebatur, & ſæpe illa coria multiplicata. Scutum.

Vmbo. media pars ſcuti, quæ protuberat, & exterius cum rotundo tumore ad auertendos maiores ictus lapidum, & ſariſſarum. Picturæ in ſcutis variæ, ſiue ad inſigne, ſiue ad decorem, vnde inſignia familiarum ab his nata ad nos vſque deriuata. Hæc ſcuta ſeruata diligenter contra puluerem, ac thecis coriaceis ante aciē tecta, detecta poſtea in vſu. Vmbo.

2. *Gladius* haſtatis vnus, ſequente æuo alium breuiorem geſtabant dictum *Pugionem*, *Paramerum*, *Parazonium*, quia ad femur, aut zonam, pendebat ad dextram, quia ſcutum in ſiniſtra. Pendebat gladius ab humero, non è medio cingulo, ſed e balteo, quod erat inſigne militum bullis plerumque honeſtatum, & gemmis. Feriebant illo non cæſim ſed punctim, vt noſter: aliquando etiam cæſim, quia breuis, nec excedebat duos pedes in lamina ſed firmiſſima acie ſimplici, & ſuperne leniter pandus ad orientalem, & Turcicam formam. Gladius.

3. *Pilum*,

Pilum quid quotuplex Quantum.

3. *Pilum*, miſſile legionarij militis, vnde *Pilata Legiones* dictæ. Duo Pila erant militi; vnum maius, idque rotundum diametri palmaris, vel etiam quadrangulum. Alterum minus ſimile venatoriis haſtis. Pilorum iſtorum longitudo in ligno ferè tres cubiti, totidem in ferro, quod habebant hamatum, ſiue vncinatum, ne telum ſemel impactum facile eſſet euulſum, quare erat ponderoſum adeo, vt ſcutatos, & loricatos transuerberaret, & quia non totum ferrum promittebat, ideo pilum totum fuit quatuor cubitorum, & ſemis 1. pedum 7. circiter, ſuperans menſuram hominis.

Galea quid. Buccæ.

4. Galea erat æreum tegmen capitis antrorſum aperta, & ferri aliqua eminentia ſed repandi *Sila* dicta. Ad latus & malas vtraſquo *Buccula*, ſic dictæ quod buccas tegant, vnde *Buccularij* qui eas parant. Ab imis bucculis lora, quibus ſtringerentur ad guttur & firmarentur. Galeas clauſas antiqui non habebant.

Criſtæ.

Criſta erant in Galeis, *Apex* dictus, hæ in Centurionibus ornatiores auro, & pinnis erectis, candidis aut rubicundis. Pinnæ erant pauonum, & aquilarum triplices galeis impoſitæ ſiue ad decorem ſiue ad terrorem: hinc inſignia noſtra familiarum his nobilitata pinnis, aut huiuſmodi.

Lorica quid.

5. *Lorica*, pectorale tegumentum non hamatum ſed ferreum minus longum, æquabiliter quadratum: fiebat etiam de corio crudo. Haſtati ergo habebant loricam, vel è laminà ferrea, ſeu ærea digitorum vndique 12. hæc autem erat viliorum. Ditiores verò non pectoralia, ſed Loricas totas eaſque hamatas, ex catenis, & ſquamulis confectas. Quare Loricæ quædam non ſolum anulis, ſed & ſquamis, & laminis conſtabant, dictæ *ſquamea lorica*, ipſas ſquamas catenæ iungebant, dictæ etiam *Pluma*, hinc loricæ plumatæ.

Loricæ ſquameæ.

Hæc fuit Parthorum, & Sarmatarum, hi dicti *Cataphracti*, *Clibanarij*.

Cataphracti Clibanarij Loricæ trilices.

Erant & *lorica trilices*, id eſt, ternæ, & laminæ ter ſic geminatæ, *Bilices*, nempe ſquamis geminis. Fiebant etiam coactiles loricæ ex lana coacta.

Thoracomachus.

Thoracomachus dictus ad menſuram, & tutelam humani corporis, & ne lana pluuias paulatim combiberet Libycis benè confectis pellibus tegebant, quæ dictæ *Taba*. Hæ ponderis erant exigui, ſed roboris eximij catapultariis telis reſiſtentes.

Ocreæ.

6. *Ocrea* tegebant vtrumque crus, quamquam aliqui populi ſiniſtrum crus armabant, & funditores potiſſimum, ac Legionarij dextrum, quia in pugna cominus dextros pedes in ante milites habere debent, at, cum miſſilibus certatur, ſiniſtros.

Armatura equitum Romanorum ſine lorica veſtis cincta, hinc *Cincti* dicti viri militares, vt faciles, & expediti eſſent ad aſcenſum, & deſcenſum equorum, idque ſine auxilio aut fulcro. Interdum haſta nixi digniores, aut molliores, habebant qui eos tollerent & equum ſternerent, dicti

Stratores.

Stratores. Nam veteres ſubiices pedaneos ex ephippiis vtrinque pendentes, quibus hodie vtimur, non habebant. Priſci ſoliti equis inſilire ligneis ſub tecto hyeme, æſtate in Campo, demum armati cogebantur id facere, non ſolum à dextris, ſed etiam à ſiniſtris, euaginatos gladios & contos tenentes.

Stapedæ nullæ antiquis.

Ephippia antiquos.

Saltitio erat facilior antiquis, quod ſellas iſtas altiuſculas non habebant, è ferro ligno que compaginatas: earum vice ſtragula quædam è panno, corio, pelle, quibus equos inſternebant *Strata* dicta. Germani nudis equorum dorſis inſidebant. Ne verò tam facile deiicerentur è ſtratis, inuenta ſunt ephippia, vt ſecurius firmiuſque concurrerent. Viliores ſternebant equos panno, nobiliores, & Conſulares purpura, aut cocco.

Haſtæ equeſtres.

Haſtas olim habebant equites graciles ſine cuſpide imâ, ſupremâ tamen. Item *Scutum*, ſiue *Parmam* ex bouillo corio arte leuiter durato, eoque mero, nulla materia ſubiecta, aut ligno, hæc *Cetra* Aforum dicta.

Arma equitum.

At Romani a Græcis mutuati ſunt. Nam equitibus, vt ait Ioſephus, gladius eſt ad dextram oblongus, peditibus ad ſiniſtram, Item contus, vel haſta grandior concurſoria ad hoſtem cominus feriendum, aut deiiciendum, non tamen femore, aut genu nixæ. Erant præterea Equitibus illis ſcutum ad latus equi tranſuerſum, & in pharetra tria, aut plura iacula, cuſpide lata, & haſtis magnitudine non cedentia. Poſtrema *galea*, Lorica, ſicut in peditibus. Leues equites Romani nomen habebant, ſed cum iis pugnarunt Numidis, qui nudi inermes præter iacula & leuâ pro clypeo veſtem prætendiſſe dicuntur. Alij etiam equites Numidæ, armati, & frænati, deſultores miri ex vno in alium equum mirà dexteritate. Hæc de armis militaribus, ex Lipſio, & aliis, quæ omnia, vt vnico intuitu quis poſſit inſpicere Vuolfgangus Lazius ita proponit ſummatim.

Armorum anacephalæoſis.

Arma ad corpus tegendum fuere *Lorica* è loris & ſquamis ferreis, *Cilicium*, *Thorax* triplex aut lineus, aut coriaceus, aut ferreus, *Caſſis*, *Galea*, *Scutum*, *Parma*, *Vmbo*. Arma manu geſtata hæc erant *Haſta*, quarum præcipuæ *Haſta veliares*, *Geſa*, *Pilum*; *Haſta equeſtris*, *Haſta Virginea*, *Haſta centumuiralis*, *Haſta venditoria*, *Haſta ſectionis*, *Haſta Decemuiralis*, *Haſta Quaſtoria*, *Haſta Cenſoria*, *Haſta centus*, *Haſtile*, *Tragula*, *Rhomphea*, *Veruta*, *Dolabra*, *Securis*, *Veſtis*, *Lupi ferrei*, *Claui ferrei*; quæ partim militaria, partim non militaria.

Minora arma, quæ corpore geſtabantur erant *Gladius*, *Machara*, *Harpe*, *Parazonium*, *Spatha*, *Sica*, *Lingua*, *Copides*, *Cultri manubriati*, *Pugio*, *Dolones*, *Aclides*, *Plumbata ſpicula*, *Faſtibuli*, *Spari*, *Harpagones*, *Ceſtroſphendo*. De quibus videndi auctores citati & alij.

Fundus & ſubſcriptor horum meus Lipſius, cui vni poſt Deum hæc omnia accepta referas: ita me Deus bonorum auctor iuuet, vt viri tanti memoria nunquam è meo pectore exciderit.

MVTIO ODDIO Vrbinati Lucenſium Architecto.

SYNOPSIS III.

De Diſciplina Militari.

Diſciplina militaris quid.

FRVSTRA milites leguntur, militaria omnia parantur, niſi qui militaturi diſciplina militari ſint optime inſtructi, antequam nomina ſua profiteantur. Ideo de Diſciplina militari quædam diſſerenda deſumpta ab eruditiſſimo Lipſio N. Quid enim exercitus ſine lege, ſine diſciplina? Pompeio, Dario multitudo obfuit, quia non benè inſtituta. Alexandro verò & Cæſari etſi exigua profuit, quia optime militaribus inſtitutis informata.

Militaris Diſciplina eſt, Præſcriptum, aut lex quædam militandi, & in militia ſe gerendi, quæ continet modum, munia, opera, tempus militiæ. In Caſtris potiſſimum Munia, opera, exercitia, Præmia, pœnæ exercentur, & ipſa Caſtra non ſine diſciplina fiunt, aut conſtant.

Caſtra vniformia Romanorum.

Caſtra Romana ſemper vniformia, non autem Græca, quia quadrangula, vbi portæ ſectiones eædem, tabernacula Ducum & militum eodem ſitu, latiora verò aut arctiora pro numero legionum, & maiori aut minori apparatu pro tempore.

Æſtiua.

Æſtiua pro tempore æſtatis, mobilia, & ſæpe in vnam noctem ſtructa aut alteram; dicta *Caſtra*, aut *Manſiones*. Si diutius ſtandum *Statiua* dicta, & *ſedes*.

Hyberna.

Hyberna ſunt, quæ per hyemem, & in diuturna manſione militibus receptaculum. Statiua illa ſub pellibus, Hyberna in oppidis, aut caſtris, tabernaculiſ, aut alio opere accuratius inſtructa, in quibus Armamentarium, Fabrica, Valetudinarium, &c. præſertim in finibus Imperij, vbi perpetuæ ſtationes contra hoſtes.

Proceſtria quæ.

Proceſtria erant ædificia ante caſtra, adnexa hybernis, aut ſtatiuis, vt eò reciperentur lixæ, aduenæ, mercatores, & qui caſtra ſequebantur, quibus non licebat ſe miſcere militibus, præterquam hoſte inſtante.

Caſtrorum partes.

Caſtrorum partes duæ *Supera*, & *Infera*.

Supera.

Supera pars, quæ Duces, & legiones continebat. *Prætorium*, *Quæſtorium*, *Pedaturam*, Legatorum, Tribunorum, Præfectorum, Euocatorum, Ablectorum, Extraordinariorum.

Prætorium.

Prætorium. primus & editior Ducis locus, in quo Tabernaculum ipſum non ſolum latius cæteris, ſed & altius, & quaſi in vrbe aliqua templum, ante quod area ampla quia miniſtri ibi multi, & comites, nempe ſerui & lictores ad varios vſus. Item contubernales, & nobiles iuuenes. Iumenta præterea ibi multa ad varia opera peragenda. Prætorij forma rotunda ſuperior & teſtudinata, quia religio ibi & pars ſacrorum, & *Augurale*, ſeu *Auguratorium*, vbi ſacrificare, & auſpicari Imperator ſolebat, ante quod ara in qua ſolemniter libamenta aliqua illata, & cremata religionis gratia. Tota area vocabatur *Pedatura* ſeu Podiſmus; ideſt dimenſio, aut dimenſum ipſum per pedes.

Augurale.

Situs Prætorij non in medio caſtrorum, ſed aliorum ducum, & vti in acie Prætor, ſeu Coſ. poſt Haſtatos, & Principes ante Triarios ſtabat media fere acie, & ad latera Tribuni, ita hic; niſi quod pro Triariis Ablecti, & Extraordinarij, & Euocati ſubſtituti.

Quæſtorium.

Quæſtorium ad latus dextrum Prætorij, & ſupra Legatos, quia Quæſtor erat magiſtratus, Legati nonniſi dignitates. Quæſtorio Forum rerum venalium & conuentuum adſitum.

Principia quæ.

Legati in altera partes ſcilicet ſiniſtra Prætorij. Ablecti & Euocati forum, aut Quæſtorium intuebantur. Euocati equites, quia nobiliores Ablectis, ideo iuxta Præfectos, Tribunoſque ſtatuti, quorum erat Coſ. ſatellitij vice cuſtodire. Spatium à Tribun. ad Legiones dicta Principia, quæ ſacra habita, & religioſa. Ibi ſigna præcipua, primæ omnes Decuriæ, & Manipuli metabantur. Ara ibi erat, in ſtatiuis duntaxat, & hybernis, vbi iudicia, &c. Quinque viæ tantum in caſtris, tres tranſuerſariæ. Socij cohortatim locati, non manipulatim, vt Romani. Romanorum ergo caſtra quadrata, at Græcorum rotunda. Extraordinarij in vniuerſum ſunt turmę 8. vtrinque locātur 4. Pedites Extraordinarij à tergo Equitum erant. Pars itaque Caſtrorum hæc ſuperior in qua vix vlli ciues, ſociis enim commiſſa cuſtodia Imperatoris, & Ducum, qui tamen Contubernales habebant in contuberniis, vt dictum eſt. Hi erant Euocati, & veterani milites aliquot centeni homines, quorum munia à cuſtodia, veluti ſatellitio Coſ. eſſe, vnde ij, vt plurimum iuxta eum, in caſtris, in agmine puto & in acie ipſa: adſident cum ſuis Quæſtor & Legati, præſident Tribuni ad quos ei ſemper receptus, & per eos in medias Legiones.

Infera pars.

Pars caſtrorum inferior, erat Legionum: & medium ſpatium inter inferiorem, & ſuperiorem Romanis dicebantur *Principia*, quæ ſacra habita vt dictum, ob præcipua ſigna quæ illic antefixa, omnes enim primæ Decuriæ & manipuli metabantur illic ergo & ſigna quæque prima 1. primi haſtati, primi principes, Primipili 1. Aquilæ ipſæ.

Romani *equites* vt digniſſimi in medio locati inter pedites, quia in caſtris nullius eorum vſus, *Triarij* honore, & loco ab iſtis proximi. *Principes & Haſtati* in vna item area non manipulatim ſed cohortatim locati. *Velites* vt militum infimi, ita extimo ordine locati, ad vallum ſc. & ſpatium illud, quod caſtra interiora ambit, vt illud obſeruent & vt in acie quoque ſint proximi hoſti. Velites duplices Legionum, locati ad

ſuperam,

ſuperam, & infimam partem, & Sociorum ad vtrumque latus in tota metatione. *Decuriones*, & *Centuriones* in capitibus ad vias locati, & iuxta eos ſignifieri.

Tentorium.

Tentoria militum in caſtris vulgò è corio, & pellibus, & quia funibus tendebantur, ideo dicta tentoria, quæ data de publico, ſed Ducibus duntaxat: *Papiliones* etiam dicti ad ſimilitudinem animalis. In Hybernis, & perpetuis caſtris, ex aſſeribus & tabulis, ideo dicta *Tabernacula*: Interdum facta ſtraminea, & è centunculis inopiæ cauſa. Item ex lino dicta *Tenda*, etiam lingua noſtrate. Tentoria 12. in Manipulo qui dicitur Contubernium, iis præſidet *Decanus*, qui & ipſe vndecimus; nos *Caporale*; quia caput contubernij. Sine lectis, ſuper gramen aut ſtramen dormientes. *Viæ* caſtrenſes 8. quinque directæ & in longum: Tres tranſuerſæ, omnes 50. aut 100. pedum.

Facies externa Caſtri.

Facies externa Caſtrorum erat triplex *Foſſa*, *Vallum*, *Porta*. Inter Tentoria, & Vallum erat Pomœrium. *Foſſa* erat exterius Vallo præducta lata plurimum, & alta pedes 8. non rarò duplex foſſa, & vallum, illam Accincti fodiebant.

Vallum, Agger, Sudes.

Vallum eſt aggeſtus è terra & ſudibus ad labrum interius foſſæ veluti murus: Duæ igitur partes, *Agger* & *Sudes*. Agger eſt ipſa terra cum ceſpites circumciduntur è terra & ex illis veluti murus inſtruitur. Sudes qui propriè Valli, & inde compoſitum ex vtroque dixere Vallum. Vallus & Sudes idem ſignificant. Sudes ex quacumque obuia materia ſed duriore acuta cum duabus, aut tribus eminentiis, veluti cornibus.

Portæ 3.

Porta in caſtris 4. ad vnumquodque latus vna. Atque inter eas 1. *Prætoria*, vicina à tergo Prætoris hoſti obuerſa, per quam pleramque exercitus in prælium eductus. Duæ Laterales *Principales*, quod ibi tendant Principes. 4. *Decumana*, à cohortibus Decimis ibi tendentibus dicta, oppoſita Prætoriæ, & remota ab hoſte. Hæc eadem olim dicta Quæſtoria. Extra hanc ſupplicia à militibus delinquentibus ſumpta. Turres etiam in portis ad defenſionem fabricatæ in ſtatiuis, & diuturnioribus caſtris. Portæ ſingulæ erant 50. ped. latæ pro ingreſſu iumentorum, & vehiculorum.

Ambitus Caſtrorum erat vnius milliaris, & ſemis, & aliquot paſſuum, vt capax eſſet peditum 16800. & equitum 1800. præter comites, calones, iumenta, & huiuſmodi.

Munitioni qui præerat. Munifices qui Immunes qui.

Muniendis per partes Centuriones, ſed toti operi duo Tribuni præerant, ex quaque Legione vnus. Duo autem fuere militum genera, *Munifices*, & *Immunes*. Illi qui munus facerent. 1. foſſas, vallum ſtruerent, excubias ſtationeſque obirent: in quo genere omnes gregarij, & quibus honos, aut gradus vacationem non dabat. Iſti qui his omnibus vacarent, dicti etiam *Beneficiarij*; quod beneficio Imperatorum muneribus vacarent. Horum alij immunes ex lege, alij & more, alij ex beneficio.

Vacatio ex lege.

Vacatio ex lege dabatur Tribunis, Centurionibus, Equitibus, Veteranis, Euocatis, Exauctoratis, qui ſub vexillo habebantur.

Vacatio ex beneficio.

Ex beneficio verò, quibus id indultum per gratiam, ſiue quia virtute meruiſſent, aliquando pretio à centurionibus emebant. Olim hæc opera omnia facta à militibus Munificibus, deteriore æuo à lixis, ſeruis. Caſtra etiam aliquando munita non vallis, ſed ſcutis ſuperingeſtis, ad pila ac haſtas inclinatis, & milites interdum appoſiti ad tuendum.

Caſtra ſunt ſedes diſciplinæ militaris, nunc de ipſa diſſerendum Laconicè.

De Diſciplina militari.

Diſciplina Militaris tria ſpectabat. §. 1. Munia. §. 2. Exercitia. §. 3. Leges.

Tribunorũ munia.

§. 1. Munia Tribunorum in caſtris erant Vigilias diſponere, circuire, teſſeras, & ſignum dare, denique quicquid ad vſum imperare. Ius dicere, & lites militares cognoſcere, punire, ac de capite cognoſcere. Vnius Legionis ſex Tribuni in tres partes diuiſi, bini imperabant per menſes binos: idem imperandi modus Præfectorum in Socios, qui Tribunis vbique adæquantur. Imperator ergo Tribunis edicit, iſti Centurionibus, Centuriones ſuis.

Miniſteria quæ.

Munia autem militaria erant *Miniſteria*, *Excubiæ*, *Vigiliæ*, & hæc ſimilia.

Tribuni poſitis caſtris poſt iuramentum præſtitum primum quod curant, eſt partitio manipulorum ad miniſteria, & munia diurna, verrendi, pabulandi, lignandi, aquandi &c.

Excubiæ quæ.

Excubias quaterni equites & quaterni pedites de ſingulis Centurionibus faciunt noctibus. Velites ob vtilitatem, Triarij ob dignitatem excluſi. Equites, vt qui primores ciuium, & proximi à Tribun. immunes, ex his tamen Triarij excubiam vnam agunt. Vnus manipulus ex omnibus excubat Imperatori diuiſus à fronte, & tergo, Sociorum verò ad latera.

Stationes quæ.

Excubiæ etiam fiebant in porta & ad portam per turmam ſcilicet & cohortem, quæ ſtationes à vigiliis diſtinguebantur, quod hæ eſſent nocturnæ, à vigilando dictæ *Vigiliæ* nos *Sentinelle*. Stationes verò dictæ quia ſtabant tam equites quam pedites ſub dio, & in agris, dictæ Agrariæ, ex omni genere militum exceptis Velitibus. *Excubiæ* ergo erant diurnæ, Vigiliæ nocturnæ. Stationem nefas deſerere ſub pœna mortis. Qui ſtationem obibant decimo quoque die ad cohortes redibant.

In Vigiliis tria conſideranda, *Teſſera* 2. Ipſæ *Vigiliæ*, & 3. *Circuitio*.

Teſſera militaris.

1. *Teſſera* militaris erat tabella latiuſcula è ligno inſcripta; nempe ipſo nocturno ſigno, aut dicto, quod eſſe vellet Imperator, & ore dabat, ſed Tribuni tunc inſeribebant, & diuidebant non ad vigilias ſolum, ſed ad mandata, qui aliquando dicti *Libelli* Suetonio.

Teſſerarius.

Teſſerarius, teſſera à Tribuno accepta non loci aut dignitatis ordine dabat, incipiens à primis manipulis, ſed contra redibat ad ſuum vltimum manipulum & Centurioni dabat: ille acceptam proximi manipuli Centurioni, ille iterum

proximi donec ad primos manipulos ventum eſſet. Teſſerarius è reliquo munere excubiarum immunis, quotidie ſole inclinante ad Tribun. tentorium venit ſignum petens, illud Tribun. ab Imperatore accipiebant in milites per Centuriones transferendum, ibique quotidie referebatur numerus militum vtili more, vt qui abeſſent aut mortui eſſent, ſcirentur. Teſſeræ à Trib. datæ luce ambigua, & Sole occiduo, ante eundem occaſum oportuit relatas. Teſſeræ datæ in Tabernaculo Centurioni præſentibus militibus.

Vigiliæ. 2. *Vigiliæ* per manipulos erant diſtributæ. Imperatorem, & Prætorium manipulus excubans cuſtodit. Tribunos, & Equitum turmas ij, qui è quoque manipulo conſtituti ſunt, vt in diurnis excubiis: & in numero nihil, ſed homines mutantur. Sunt in quaque Legione Manipuli 30. vnde homines 120. excubabant.

Vigiliæ quot. Vigiles quaterni ſe diuiſerunt in quatuor partes, itaut ſinguli vigiliam vnam noctis obirent, ſorte diuidente, per ternas quique horas. Erant quoque quatuor vigiles atque ij vna, ſed vnus ex iis in ſua vigilia verè vigil perſtabat, alij adiacebant atque accubabant, multo meliore modo, quam noſtræ quæ ſolitariæ: & ita noctu non diſcurrebant per caſtra. Tergi ductor, ſeu Optio veſpere ad Tribunum ducebat, qui primas ſunt acturi, præterea dabat teſſerulas paruas pro quaque vigilia, diuerſas à priori, quæ erat vniuſmodi & ſignum dictum nocturnum, quo ſeſe ab hoſte internoſcerent. Iſtæ diuerſiformes, & propriæ cuique vigiliæ, cum nota duplici impreſſa, alterâ manipuli, altera vigiliæ ipſius.

Circuitio. 3. *Circuitio* poſitas vigilias firmabat, Hæc cura commiſſa Equitibus de more, & Tribunis aliquando, Imperatores ipſi & Legati aliquando obibant.

Circitores. *Circitores* proprie dicti, quod fuit munus peculiare militiæ æuo ſequente. Circitores 8. erant vnaquaque nocte in vna legione, vno obeunte; reliqui tres ad Aquilas accubabant. Centurio curam habebat ad quamque vigiliam buccina ſignum dandi; tuba ád initia, cornu ſiue buccina ad finem, cum ſcilicet reuocabantur Vigiliæ. Erant autem vigiliæ quaternæ, ſingulæ in horas ternas diuiſæ. Has Primipilus clepſydris diſcernebat; habebant vaſcula aquaria, ſiue menſuras ex aqua, quibus quatuor illa tempora æqualiter diſtinguebant. Non ſoli obibant caſtra, ſed aſſumpto aliquo ex amicis, vel eiuſdem ordinis fidei, decori, & periculi cauſa. Vigilabant armati, olim ſcutum ademptum ne eo innixi dormirent, poſtea redditum. Qui illo die in expeditione fuit, ne vicibus quidem ſuis vigilabat.

Voces vigilum. Ad excitandum duo adhibita. Signum ſiue Buccina, & Voces *Vigila*, *Vigila* à Circitore dictæ. Campanulæ & tintinnabula à Græcis, & à noſtratibus adhibita. Item faces, & Ignes.

§. 2. *Exercitia* militaria à quibus Exercitus nomen eſt ſortitus erant triplicia.

Exercitia *Oneris* 2. Exercitia *Operis*. 3. Exercitia Armorum.

1. Exercitia oneris 4. quæ milites in agmine ferebant *Cibum*, *Vtenſilia*, *Vallum*, *Arma*.

Cibus ferebatur plus dimidiati, & ſæpius totius menſis: ſcilicet bucellatum, panem bis coctum, ſeu Paxamadium in peris, & ſaccis pelleis. Antiqui frumentum portabant, tundebant molis manuariis, quas geſtabant in comitatu, & pinſebant. Cibus, & baria quæ.

Vtenſilia ſecundum onus, præter haſtam, & ſcutum Romani pedites ferebant ſerram, corbem, rutrum, ſecurim, lorum, falcem, & catenam; hæc pertinebant ad lignandum, pabulandum, muniendum, & captiuos vinciendos. Item ollam, veru, & alia ad victum neceſſaria parandum. Vtenſilia quæ.

Vallum, tertium onus, non vnum, ſed ternos aut quaternos portabant, ex vſu, & more, nonnunquam plures, vt ſtatim liceret vallare ſe, & munire, ſi caſtra eſſent locanda aut alia neceſſitas eſſet. Cogita quid in Conſulari exercitu 16000. milites portarent. Vallus quid.

Arma, quartum onus, ſeu membra militum, ſi enim opus, abiectis oneribus, hæc capiebant. Galea pendebat ab dextro humero ad pectus, quia capite nudo ad duritiem, incedebant, ſcutum in ſiniſtra, in eadem pertica cum ſarcinis, ob hoc milites Romani dicti ioco *Muli*, vnde Prouerbium *Muli Mariani*. Sic onuſti milites grande iter conficiebant, & gradu quidem militari, qui grandior, horis enim 5. æſtiuis hoc militari gradu 20. millia paſſuum conficiebant. Cæſar bello Africo 16. mil. paſſ. cum toto exercitu horis 6. nocturnis æſtiuis. Arma quæ. Muli Mariani. Spatiū quod milites conficiebant 5. horis.

Habuerunt quidem Romani ſeruos, aut Calones, ſed non multos, nec vulgò, ſed Tribun. Centuriones, & digniores milites, gregarij non habebant. *Lixæ* veluti negotiatores quæſtus gratiâ caſtra ſequebantur. Iumenta quoque plura in caſtris, ſed gregariis militibus nonniſi ad vſum communem, nempe vt tentoria; molas &c. ferrent. Calones ſerui. Lixæ. Iumenta.

Sub iam dictis oneribus compoſiti, & ordinati non viæ tantum ſed & pugnæ apti. Hoc *Agmen* dicitur, quod ſi ſine metu incedit Commune dicitur, atque eo ordine exeunt quo metati ſunt, Extraordinariis præeuntibus atque agmen ducentibus, quia Portæ Prætoriæ vicini, per quam ferè egreſſus. Sequitur cornu dextrum Sociorum cum iumentis: Tum prima Legio, ſecunda Legio cum iumentis & impedimentis, & ſic alij deinceps. Alterum non Commune cum in hoſtico & vicino periculo incedunt. Præeunt impedimenta Haſtatorum, ipſi ſequuntur, tum iterum impedimenta Principum, & mox ipſi, Idem in Triariis. Eſt igitur tunc quaſi compoſita ad pugnam acies, niſi quod euoluere ſe oportet ab impedimentis, quod fit ad latus alterum declinando, & in hoſtem eundo. Velites in fronte poſiti, aut præmiſſi ad hoſtem explorandum. Agmen.

Cum Caſtris diſcedendum ter ſignum datum, *Itinerarium ſonare* dictum. Cum 1. ſignum datum eſt tabernacula ſua detendunt Signum datum ter.

detendunt, ſarcinas componunt, & vaſa colligunt. Sed nec detrahere, nec conſtituere cuiquam Tabernaculum fas, priuſquam Tribuuorum & Imperatoris erigatur, deponaturue. Cum verò ſecundum ſignum ſonuit, imponunt ſarcinas iumentis. Cum tertium, procedere oportet primos, & mouere tota caſtra ordine iam dicto.

Vaſa conclamare.

At Præco, ideſt, Accenſus aut apparitor dexter Imperatori aſſiſtens ter rogabat, An *parati ad bellum*? An *in procinctu eſſent*. Illi toties alta, atque alacri voce acclamabant ſe paratos eſſe, & hoc erat. *Vaſa conclamari.*

Metatores.

Metatio caſtrorum.

Cum appropinquabant vbi Caſtra ponenda, præeunt Tribunus vnus ex quaque Legione, & Centuriones illi, qui ad hoc munus electi ſunt. *Metatores* dicti, nos *Forieri*, primo deſignant Prætorium, & Legionum loca, & ſic deinceps His factis vexillum vnum figunt, & primum in loco, vbi Prætorium ponendum. Secundum in latere electum. Tertium in media linea vbi Tribb. tendunt. Quartum vbi legiones, hæc quidem punicea, illud autem Imperatoris album: ad latera interdum tenues haſtas defigunt; interdum vexilla coloris alterius. His factis ſtrigas dimetiuntur, & haſtas in quaque figunt; quibus cum appropinquarunt copiæ, & in conſpectu habent caſtra, ſtatim omnia omnibus innoteſcunt, Ita milites in caſtra ibant, tanquam in notam, & ſuam vrbem.

Exercitia operis.

2. *Exercitia* operis in vallis, foſſis, turribus, operibus ſtruendis miræ altitudinis tempore belli; pacis verò tot Colonijs ædificandis, fluminibus coërcendis, & aliis eiuſmodi, præ cæteris. Vide quæ Cæſariani milites variis in locis operati ſunt. Quæque enim legio fabros ferratios, lignarios, ſtructores, carpentarios, aliosque artifices ad hos vſus, & Præfectum Fabrûm; ſecum ducebat tam in bello quam in pace; ad vias, pontes, naues aggeres, templa, theatra, aquæductus, imò oppida tota ſtruenda.

Exercitia armorum.

3. *Exercitia armorum* Romanis congenita; nec ſolum in bello, cum opus, ſed in pace etiam omni die, omni ætate exercebantur: Tirones bis die, Veterani ſemel. Duces ipſi quoque vt ſcientiam oſtentarent, & exemplo eſſent, & maximè in Statiuis, aut Hybernis, cum quies ſcilicet, a vero certamine, & ab hoſte, idque per Centurionem, poſtea per Campidoctorem,

Ambulatio.

Ambulatio 1. exercitium, cuius erat *Celeritas* in ordinato inceſſu ſub ſignis, & armis, tum etiam *Æqualitas*, vt ſuis iuſtiſque interuallis. Hinc conſuetudo vetus, vt ter in menſe tam equites, quam pedites educerentur ambulatum 10000. paſſ. armati inſtructique omnibus telis & pedites militari gradu iuſtum iter diurnum conficerent.

Decurſio.

Decurſio 2. ſimilis ambulationi in armis, & ſub ſignis. Decurrunt 4000. p. ſpatium: hæc decurſio ad tubam facta, & ad eandem reuocata.

Saltus.

Saltus 3. vt foſſas murales tranſcenderent, vel impedientem altitudinem ſuperarent.

Natatio 4. in mari vel fluuio caſtris vicino. In ipſa vrbe, aut ad vrbem hoc olim factum, ideo Romani Campum Martium vicinum Tiberi delegerunt. Natatio.

Palaria 5. armorum exercitium quæ in manibus. Statuebatur palus in terram fectus, fixus, qui ſex pedes emineret ad modum hominis, cumque hinc illinc tiro aſſiliebat, & variis ictibus aſtante magiſtro petebat. Palaria.

Armatura 6. hæc leuium fuit, vt Palaria grauium, nempe haſtilium, iaculorum, pilorum, ſagittarum miſſio, hinc leues milites dicti *Armatura*. *Armiſalij*, qui cum armis ſaltant, & eſt Pyrrhica ſaltatio. Armatura. Armiſalij.

Saltatio 7. ad equites ſpectat, diſcebantque celeriter, expediteque ab vtraque parte gladiis etiam ſtrictis, aut contum tenentes, ſaltare in ligneum equum.

§. 3. *Leges*. Pars vltima diſciplinæ, harum *Furta*, *Stipendia*, *Præmia*, *Pœna*, *Miſſio* præcipuæ. Saltatio.

Furta fuſte mulctata, metatis enim caſtris Tribb. conuocabant liberos & ſeruos iuramentoque adigebant, ne quid è caſtris ſubriperent, ſi inuentum, ſtatim ad Tribunum delatum. Neque prædatio libera; ſed per manipulos, cohortes, legiones ſæpe milites miſſi, vt prædam agerent ex hoſtili terrá, ſed hac lege, vt communis ea eſſet, quæ deferebatur ad quæſtores, deinde æqualiter diuiſa, etiam inter ſocios. Furta.

Stipendium Annona etiam dicta, & Roga ab erogando, triplex erat in *Pecunia*, *Frumento*, *Veſte*. *Pecunia* fuit oboli duo in diem, nempe denarij 10. in menſem; ſcilicet aureus ſcutus, quibus additum frumentum viliſſimo pretio, donationes crebræ. Cæſar duplicauit, Auguſt. quoque auxit, ad 10. aſſes diurnos. Domitiani æuo ſtipendium menſtruum tres aurei. Centurionum, Succenturionum ſiue Optionum, & Signiferorum duplum erat. Quidam etiam milites ob egregia facta duplum recipiebant, dicti *Duplicarij* Equites habebant triplum, quoniam erant ſuper Centuriones. Tribunis ſtipendia magna quadrupla, & alia vberiora in veſte, armis &c.

Stipendium triplex. Pecunia. Peditum ſtipendium. Centurionũ ſtip. Duplicarij. Equitũ ſtip.

Frumenti modij quaterni dati pediti (tantundem ſerui accipiebant in dimenſo) ſeptem medimni, 42. modij hordej, & duo frumenti, 12. modij equitibus, triplo plus quam peditibus. Frumentum.

Socij pedites capiebant par Romanis, Equites verò minus quam Romani, idque muneri datum, non Romanis, quia pro his pugnabant & à ſuis recipiebant ſtipendium. Sal præterea, & aliquid leguminum, ſuilla ſalita, & laridum datum, qui dicti, Militares cibi. Socijs frumentum datum gratis.

Prandebant milites, ſed tenuiter, ſine apparatu ſine igne ſtantes. Cœnabant verò, ſi copia eſſet, carnem aſſam, aut elixam. Metellus vetuit vendi cibos coctos, ſed quiſque ſibi pararet; ideo verua, & ollas ferebant milites. Panem ſibi coquebant ſub cinere, aut carbonibus, ſuis manibus molentes manuariis molis. Sine pane olim frumento ſuo vſi in pulte; vnde Pultiphagi dicti Prandium, & cœna militũ. Panis & cibus.

Potus aquæ.

dicti Romani. Potus militis aqua mera, aut mulla aceto, *Poſca* dicta. Ceſpes pro menſis. Cibum capiebant ſedentes, non iacentes delicatorum more: ſtantes vero prandebant.

Ad ſignum edebant.

Pocula lignea. Denium nemini prandium, aut cœnam ſumere, niſi ad ſignum licuit.

Præmia minora.

Præmia milites ad facinora honeſta impellebant: Pœna ab inhoneſtis arcebat. Præmia duplicia: Præmia minora erant, quæ ob læſum aut deiectum hoſtem data. Maiora ob ſeruatum ciuem, hæc ita diſtributa. Imperator re diuina prius facta, vocatis ad concionem militibus, ſtrenuos publicè laudabat, ac præmio donabat. Qui hoſtem percuſſerit haſta pura, ideſt, ſine ferro donabatur, ſi ſingulari certamine, atque extra ordinem: qui verò deiecerit, & ſpolia legerit, duplex præmium, pediti enim phiala, equiti phaleræ donatæ: præter illa dona, etiam armillæ, torques, & vexilla data.

Præmia maiora.

Maiora ſunt *Coronæ*, quæ plures, plures ob cauſas. *Ciuica* è quercu: vel ilice, ob ciuem ſeruatum, & eodem tempore hoſte occiſo: *Obſidionalis* è gramine, Turrita ob liberationem ab obſidione. *Caſtrenſis*, aurea data ei, qui primus hoſtium caſtra pugnans introiſſet, *Vallaris* dicta, quia vallis diſtincta. *Naualis* ex auro, data ei qui primus in hoſtium nauem armatus vi tranſiliuit. *Roſtrata* in ſummo precio, data ei qui nauale aliquod prælium magna induſtria perpet aſſet, data ipſis ducibus. Communiter etiam donata ſæpe corona aurea ſine alio agnomine, virtutis ergò. De coronis vide in Polymathià plura, & in Paſchaſio. Hæc præmia totis manipulis & legionibus interdum data. Ludos inde pompaſque coronati ſpectabant. In triumpho, in tranſuectione, in iudiciis has præferebant. Spolia ipſa hoſtium ſuſpenſa poſtibus, & foribus ædium: item nauium roſtra, vt nefas reuellere vel ædibus alienatis: temporis autem vetuſtate lapſa nefas reſtaurare. Hæc præmia ſi ſtrenue ſe gerebant dilargita. Pœnæ verò ſi malè.

Pœna mil.

In caſtigando, tria ſunt imperij, & iuris Tribunorum: *Mulctam dicere, Pignus capere, Verberibus caſtigare.* Idem ius Præfectis in ſocios. Tribb. capitis cauſas cognoſcebant: ſæpe dux ſummus damnabat, etiam ſine cauſæ dictione, vbi res erat liquida. Præterea Tribb. pignus capiebant, ocupe cum mulctam non ſolueret, & dicitur.

Cenſio haſtaria.

Cenſio haſtaria. Verberibus etiam caſtigabant, vitibus aut virgis, ſed & ad mortem fuſte, quod dictum *Fuſtuarium*. Hæc pœna vigiliæ, & circuitionis neglectæ: hoc pacto.

Fuſtuarium quid.

Fuſtem capiens Trib. condemnatum leuiter tangit, quo facto (quia in caſtris nulli lictores) omnes qui in caſtris, ferientes, alius fuſtibus, alius lapidibus plerunque in ipſis caſtris occidunt. Quod ſi quis euaſerit nullus tecto eum recipere poterat tanquam infaurem. Itaque gladiis obiiciebantur, ſaxis occidebantur, ſecuri vero qui à Coss. aut ſupremo duce damnabantur, namque ij lictores habebant cum faſcibus & ſecuribus, non ſic Tribb.

Qui fuſtuario puniti.

Fuſtuaria hac pœna ad mortem puniti præter eos quos dixi, 1. qui furto aliquid abſtuliſſet è caſtris, 2. qui falſum teſtimonium dixiſſet. 3. qui in flore ætatis corpore ſuo abuſus fuiſſet; fœminæ enim à caſtris exulabant. 4. qui ter ob eandem culpam mulctatus fuiſſet. Puniti præterea qui per metum ſtationem, aut arma deſeruiſſent, idem in ſignifero factum. Quod ſi plures manipulos peccaſſe contigiſſet, fiebat *Decimatio, Viceſimatio, Centeſimatio.*

Decimatio.

Caſtigatio. Ignominia.

Duo in pœna conſideranda *Caſtigatio*, & *Ignominia*, illa verberibus facta, hæc fuſtibus & virgis: illæ honeſtiores, iſtæ acerbiores.

Fuſtes duplices.

Fuſtes iterum duplices è vite, aut alia materia: è vite ciuibus reſeruati, fuſtes extraordinariis.

Vitis Centurionum geſtamen.

Vitis inſigne erat Centurionum, aut Euocatorum, eaque bifurcata, aut incurua, ſicut Græcorum ducum fuit baculus. Fuſtium pœna leuior, quam virgarum, quæ raro in militia, niſi vbi mors à ſecuri conſecuta; & hæ ſolemniter tunc præiuerunt.

Ignominiæ mil.

Ignominiæ, quibus milites coërciti multiplices fuere.

1. Hordeum pro tritico datum, vt indigni viderentur communi hominum cibo.

2. Cum ære priuantur, ſeu ſtipendio *Ære diruti dicti.*

3. Cum extra vallum & caſtra iubentur tendere.

4. Cum diſcinctus iubetur in caſtris eſſe, nempe vt parum vir.

5. Cum mutare militiam iubetur, ab honeſtiore tranſcriptus in humiliorem.

Erant & alia minora, vt ſtantes cibum, potumque capiant in cœna, & multa alia quæ habes apud Vvolfgangum Lazium *l.* 4. & Roſinum & alios.

Miſſio militaris poſtremo ſequitur poſt expleta legitima ſtipendia 20. annorum in pedite, 10. in equite. 16. in Prætorianis. 25. in nauticis. Atque his confectis mittebantur: ſi quis aliter ſe ſubduxiſſet, mors, aut ſeruitus pœna, & deſertor habitus, ſi quis ſine iuſta miſſione receſſiſſet.

Miſſio. Cauſaria.

Miſſio duplex *Cauſaria*, quæ ob vitium, defectum, aut morbum, puta aliquem mano truncatum, oculis captum, dimiſſum. *Honeſta*, quæ emeritis ſtipendiis datur.

Honeſta. Gratioſa.

Iniuſta miſſio duplex *Gratioſa*, & *Ignominioſa*. *Gratioſa*, per gratiam aut ambitum ab Imperatoribus impetrata, ſed ſæpe inualida per Cenſores.

Ignominioſa.

Ignominioſa, qua ob delictum aut crimen quis militia ſolutus, & ideo ſic dicta, quia infamiam afferebat.

Exauctoratio. Miſſio.

Sub Auguſto duplex miſſionis genus *Exauctoratio*, & *Miſſio*, Illa fuit cum expletis ſtipendiis ſoluebantur onere omni militiæ, niſi pugnæ in hoſtem. Nec ſub ſignis aut Aquilis erant; ſed ſub vexillo, dicebanturque *Veterani*. Hinc dicti *Vexillarii*, quia ibi expectabant, cum ſtatim à Rep. ſolui, & repræſentari non poſſent. Stipendia, & præmia ab Auguſto his data. Miſſio plena habebat commoda ſua, & præmia. Vide apud citatos auctores.

Ex

Ex Viridario amœniſſimo Lipſiano militarem adtexui corollam pancarpiam, vt Romanæ militiæ prima rudimenta, incrementa indigetarero, adoreamqne Martialem Martigenæ genti adornarem, imitatus Coſmographos, qui exigua tela, cartaque totum delineant orbem. Paucis rem totam abſolui, in pauciora redigam Ornamenta miliratia ex Vvolfgango Lazio, vt coronidem operi imponam.

Ornamentorum anacephalæoſis.

Ornamenta militaria erant vel Imperatoria, vel Triumphalia, vel Conſularia, vel Tribunalia, vel Prætoria, vel Quæſtoria, vel Ædilitia, vel Seoatoria, vel Equeſtija, vel Decutionalia. Imperatoria aliquando fuit ignis prælatio in ſartagioe ferculo ſuperpoſita. At ſemper purpura, diadema, faſces, imagioes, tituli, donatiuum in vrbe, & congiarium in caſtris. Ornamenta triumphalia erant corona aurea, patera aurea, ſella curulis, Scipio eburneus, toga picta, tunica palmata, ſtatuæ laureatæ, nomina triumphalia. Conſularia inſignia fuerunt, faſces, ſella eburnea, tunica palmata, trabea; inclinante Imperio, clauus atque enſis. Prætoria ornamenta fuere ſella curulis, latus clauus, paludamentum, toga prætexta, & ſex faſces. Ornamenta tribunicia, ſella curulis, & vis coniiciendi in viocula. Ornamenta Quæſtoria, & Ædilitia, ſcipio eburneus, & ſella curulis eburnea. Ornamenta, latus clauus, toga purpurea, quæ io familia non tranſibat. Oroamenta Equeſtria, aureus anulus & equos. Ornamenta Decurionum in Coloniis & municipiis, erat toga fuſa. Ornamenta puerilia, prætexta & bulla. Ornamenta militaria, clypei, galeæ, criſtæ, torques, armillæ, haſtæ, vexilla, baltei; fibulæ phaleræ, ac demum coronæ; de quibus alibi fuſius.

In omni indicio lis ſecundum plures æſtimatur, & in contentione hac literaria ſecundum meliores, quorum tu optimus, & alter Hieron. φιλόμουσος. Sed quid Phormio blaterat coram Annibale, de militia? Ego in hoc ſtadio animoſus oimis athleta curro. Palma in medio poſita; quilibet ad hanc aſpirat, anhelat: referat vero cul virtus, & Deus dabit. Conatum quiſque bonus, (ſcio) laudabit. Crudæ Miueruæ hoc opus ad vmbraticum puluerem; ferulamque relegandum. Tu in hac via fidus Hermes manu dedue auxiliatrice. Præi mihi face ad ſacrum ignem incenſa, dum Vialibus facio, & viaticum ex antiqnitatis penu mihi benignus deprome, O vir amande, venerande, dum ſoli lumen erit.

Vale.

FRANCISCO SERAPHINIO Marchioni & Parmenſis Ducis Generali Tribuno.

SYNOPSIS IV.

De limitibus Imperij Romani. Quid Marchio.

CVm Zenone Stoico ſentio, cui conſulenti Oraculum de vitę beatæ ineundæ ratione reſponſum, *Concolor fias mortuis*, verſor ſanè perlibenter cum illis, rudera antiquitatis perluſtrans, ad illuſtradas ingenij mei tenebras, de Imperij Romani finibus, quod olito vagiens in cunis vix egreſſum pomœria, dein adorea militari inſignitum, ſioe fine datum terminans aſtris, finibus tamen ſuis diſterminatum, vt mortalia quæque, de quo à me hic de more paucis, tecum vt morem geram perconranti.

Limes, dictus à limo, vocatus tranſuerſus in agris terminus, & via apud Romanos; antequam tot vrbi prouinciæ acceſſiſſent. Limitum multa genera fuerunt, Decumani, Cardines, Proſi, Tranſuerſi. Decumanus erat ab Oriente in Occidentem. Cardo à Meridie in Septentrionem. Proſi ab Occidente in Orientem. Tranſuerſi à Septentrioοe in Meridiem. Denique qnicquid ad obſeruationem finium in agro opera manuum factum eſt, Limes, auctore Aggeoo Vrbico, appellatur. — Limes quid, & quotuplex.

Limitum ſeu finium defigendorum ritum alibi innuo in Polym. *lib.* 1 *differt.* 37. In medium hic tantum producam Siculi Flacci verba ita differeotis, *Cum terminos diſponerent, ipſos quidem lapides in ſolidam terram collocabant, proxime ea loca, quibus foſſis factis eos defixuri erant, & vnguento, velaminibuſq; & coronis eos coronabant. In foſſis autem, quibus poſituri eos erant, ſacrificio facto, hoſtiaque immaculata caſa, facibus ardentibus in foſſa cooperti, ſanguinem inſtillabant, eoque fruges, & thura iactabant, fauos quoque & vinum, aliaque quibus conſnetudo erat, terminis ſacrum fieri, in foſſa adiiciebant, conſumptiſque omnibus dapibus igne, ſuper calentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti cura confirmabant.*

Imperium Romanum, quod extra anni ſoliſque vias ab Euphrate, & Tigri ad fretum Herculeum, à Meroë Æthiopiæ vrbe, vſque ad Irlandiam ſeptingentorum ſpatio annorum, initiom habuit ſub Romulo in Latlo vltra Tiberim, & vix ſex millia paſſuum exceſſit. — De magnitudine Imperij Rom.

Romulus ſpatio 27. annorum cum regnauit, Sabinos tantum, Ceninenſes, Antennales, & Cruſtumerios edomuit. Tullus Hoſtilius (Numa enim torus religioni deditus) Albanos Romanis adiunxit. Ancus Martius, pagos in Latio, Etruria, Veientibus — Regum incrementa.

&

& Sabinis adiunxit. Oſtiam in ora Tiberis ædificauit. Tarquinius Priſcus Collatium. Seruius Veientes, Tarquinienſes, Ceretanos addidit. Tarquinius ſuperbus Gabios, Volſcos, & alios auxit, idque totum ſpatio 244. annorum, neque ſpatium excedebat 18. milliarium vltra Romam. Sub Seruio cenſus factus, inuenta centum millia ciuium Romanorum.

Reip Rom. incrementa.

Regibus exactis Aurunci, Fidenates, Tiburtini, Capuani, Larini, Priuernates, Hernici, Sabini, Picentes, Volſinenſes, Sammites, Tarentini, Lucani, aliique ſubacti. Spatio 611. annorum totam Italiam domuere: nempe Inſubres, Cenomanos, Venetos, Forum Iulij, Pedemontium, Liguriam. Sicilia prima inſularum 544. deinde Sardinia, Corſica ſubacta; Hiſpania per Scipionem: In Aſia, Lydia, Caria, Cilicia, Bithinia, Myſia, Helleſpontus; In Europa, Ætolia, Macedonia Illyricum, Carinthia, Dalmatia: In Africa, Carthago bello Punico, Numidia Cyrenaica, Libya. Poſtremo Gallia; Baleares, Candia, Cyprus deuictæ.

Prouinciæ deuictæ à Pop. Rom.

Prouinciæ Conſulares, & Prætoriæ.

Prouinciæ Conſulares ſub Cæſare; Hiſpania, vtraque Gallia, Illyrium, Cilicia, & Syria. Prætorianæ; Sicilia, Sardinia, Corſica, Macedonia, Achaia, Ætolia, Græcia. Aliæ; Lydia, Caria, Ionia, Myſia, Candia, Cyprus. Hæ 15. prouinciæ pendebant tributi nomine octo milliones, & quingenta millia philippicorum ex Plutarcho.

Reges amici Pop. Rom. Ptolemæus Rex Ægypti; Iuba Mauritaniæ; Pharnaces Boſphori, & Ponti; Ariobarzanes Cappadociæ; Tigranes Armeniæ, Antiochus Comagenæ; Deiotarus Armeniæ, Galatiæ, Pamphyliæ; Ariſtarchus Colchidis; Hircanus Iudææ, & Paleſtinæ. Populi in libertate relicti, Rhodij, Cyrenenſes, in Africa: in Aſia Pyſidæ, & Lycij. Auguſtus demum totam Germaniam ſubegit anno 620. Ægyptus quoque vna cum Cantabria, Aſturia, Sabaudia, Salaſſis, Getulia cum reliqua Africa. In Oriente, Indi, Scythæ, Parthi, Armeni, Galatia, Lycaonia cum reliquis prouinciis colla ſub iugo Romano poſuere. Pax in vniuerſo orbe *Chriſto* nato Redemptore. Imperij tamen non tam augendi, quam limites ponendi maxima Romanorum cura; non ſolum in publicis, ſed etiam in priuatis; vt optime Dion. Halic. lib. 2. antiq. ait, *Numa condit lege de terminandis prædiis; cum enim iuſſiſſet vnumquemque agrum ſuum circumſcribere, ac in finibus ſtatuere lapides, hos ſacros eſſe Ioui terminali voluit, iuſſitque vt quotannis ſtato die res diuina eo loco in pagamorum cœtu fieret, ſacrato cum primis nobili feſto in honorem Deorum, qui terminis tutelares præeſſent; id Romani vocant Terminalia, ſicut ipſos lapides terminos*, & ſubdit, *Nec de priuatorum tantum agris hoc ius ſanxit, verum etiam de publicis, hos quoque certis complexus finibus, vt Romanum agrum a vicinarum vrbium agris Terminales Dij ſecernerent, & priuatum a publico. Qui mos ex illo ſæculo, reliquis Romanis religioſè ſeruatur, etiam noſtro tempore*, &c. Quapropter aucto, vt dictum, Romano imperio, ſumma finium habita ratio, quos quadrifariam conſtitui ſolitos lego paſſim.

Limites facti prædiis publicis, & priuatis.

Terminalia ſacra.

Limes quadruplex.

Aut in ripis fluuiorum intercurrentium, vel ſi ij nulli, aut exigui adeo, vt vado tranſiri poſſent, muro lapideo, ſtipitibuſque limes conſtitueretur, qui à barbaris Romanam ditionem ſeparabat, aut poſitis ſaxis, qui dicti *Limites*, aut *Lapides Terminales*.

Limites fluuiorum.

Limites Romani fluuiorum, Euphrates Orientis, Iſter Illyrici, Rhenus Galliæ, Boryſthenes Scythiæ, caſtellis quoque & præſidiis muniti. Reliqui tres limites, Murus, Sepes, Lapides in mediterraneis conſtituti. Atque Romani limites prouincias ab hoſtibus ſeiungebant, in quibus erant *Limitati* agri, qui in limitibus ab hoſtibus capti erant, & Limitaneis per centurias adſignabantur.

Limitati agri.

Limitrophi.

Limitrophi, quorum poſſeſſores tenebantur annonam inde prouenientem ad caſtra militum ducere, qui in Imperij limitibus excubabant.

Limitanei exercitus.

Limitanei exercitus, qui limitibus perpetuo excubabant; hinc Limitanei Milites, Limitaneæ ciuitates, Limitanei duces, Limitanea ſacra per Stationarios, & Curioſos inuiſebantur, militiam inſpecturi, vel per delectum aucturi.

Limes Orientalis.

Limitis Orientalis exordia Romani prima iecere Lucullus, & Pompeius Magnus, vt qui ex Syria procul vltra Armeniam Parthos ſubmouerunt.

Deinde additæ vtræque Armeniæ, Oſdroëna, Comagena, Euphratenſis, ad Tigridem, nunc ſecus Euphratem, prout hoſtes vincebant, aut vincebantur.

Limes Meridionalis.

Limites Libyci Romanorum meridiem verſus, hi recenſentur, Libya duplex, Numidia duplex, Mauritania triplex, Tripolitana, Pentapolitana, Thebaica propè Ægyptum: Ægyptus enim Auguſtorum tantum auſpiciis adminiſtrata.

Limes Septentr.

Limes à Septentrione Romanus erat: Pontus, Thracia, Dacia, & Gothia.

Limes Illyricus.

Limes Illyricus Orientalis, ſiue Macedonius complectebatur varias prouincias; Noricorum duas, Pannoniorum duas, Valeriam, Seruiam, Dalmatias duas; In ditione Macedoniæ, Theſſaliam, Achaiam, Epirum, Cretam, & huiuſmodi.

Limes Illyricus Occidentalis, Rhœtia, Noricum, Myſia, & quæcumque Iſtro Alpibuſque contigua, interque Italiam, & Germaniam iacentia: quare ab Iſtri ora, vſque ad mare Ponticum Illyrici fines eſſe voluerunt.

Limes Rhœticus.

Limes Rhœticus ad Danubium fuit extra Illyricum in Rhœtis, & Sequanis ab Oeni confluentibus ad Rhenum vſque, ſecus Danubium extendebatur, aduerſus Sueuos, & Alemannos.

Limes Gallicus.

Limes Rheni Gallicanus, qui Gallias aduerſus Germanos eorumque populos Sycambros, Francos, Bructerus, Batauos & Cheruſcos defenderet.

Limes Hiſpanicus.

Limes Iberus, ſiue Hiſpanus duplex, alter ad mare mediterraneum, ſiue Gaditanum aduerſus Carthaginenſes, alter Galliæ proximum.

Limes Angliæ.

Limitem Britannicum primus Claudius Cæſar fecit.

In his omnibus limitibus legiones excubabant, vbi duces Limitanei;vt eſſent illis præſidio, ſcilicet per Armeniam, Meſopotamiam, Phœniciam, Bithyniam, Oſdroënenque in limite Orientis; In Libyco verò Ægypti in limite Orientis. In limite vero, ſiue Prætorio Illyrici vtriuſque, Scythiæ, Daciæ, Dalmatiæ, Valeriæ,& Rhetiæ.

In limite denique Rheni,ſiue Gallicano, Moguntiacenſis,& Britanniæ duces. Imperatores Romani habuere in limitibus τὰ ὀχυρώματα quę ipſi κλεισούρας, Cluſuras appellant: hæ *Clauſæ*, ſeu *Cluſæ* poſteriore æuo dictæ, quæ propugnaculis quibuſdam munitæ erant, caſtris, ſeu caſtellis dictis, vbi milites diſpoſiti,ex Pithæo. Habuerunt etiam Romani in pleriſque limitibus naues luſorias; prohibendis,credo, vicinorum hoſtium excurſibus, incurſibuſque viciſſim faciendis. Hinc Ammianus Marcellinus monumenta, & caſtra plurima in Rheni limire à barbaris,id eſt, Francis, Alemanniſque incenſa, & exciſa,multo poſt tempore à Iuliano refecta communitaque teſtatur;vt refert Pithæus *ſubſec. c.*14. Noto ex Iac. Dur. Caſellio *l.*1. *c.*6. captare ſolitos Romanos auſpicia, cum de fine Romano in agrum peregrinum tranſibant,quod auſpicium, *Prætermine*, dicebatur, vt colligitur ex Victorino Afro de Orthographia, cui ſoli huius nominis notitia debetur. Turnebus eruditiſſ. *aduerſ. lib* 5. *c.*8. notat, Columnas olim in confiniis erectas quæ dirimerent terras,idque colligit,ex Virg.11.Æn.

Clauſuræ.

Naues luſoriæ.

Prætermine quid.

Columnæ in finibus.

Atrides Protei Menelaus ad vſq; columnas Exulat.

Cum inter Peloponnenſes, & Iones eſſet de finibus controuerſia,in Iſthmo columnam poſuere,quæ litem diſcerneret regioneſque definiret, ac terminaret. Hinc columnæ illæ Herculis in finibus Hiſpaniæ, cum Lemmate, *Non Plus Vltra*

Limites alij à natura,alij ab arte.

Romanum igitur Imperium alibi limitibus à natura poſitis claudebatur, alibi arte conſtructis: prioris generis ſunt mare, ſiue Oceanus (nam Mediterraneum paucis exceptis circa Pontum, & Mæotim, orbis Rom. capiebat totum) flumina magna, vt Danubius & Euphrates,vel aliquando Rhenus, & Tigris. Item montes,vt in Aſia Taurus,alibi alij. Poſterioris generis ſunt foſſæ, caſtra, arces,concædes,ſtipites, muri: hi ſpecialiter dicti Limites. Caſtra ſuſpectioribus, & opportunis locis extructa inſtar vrbium erant; vt hac noſtra fit tempeſtate;imo verò à principio,vel temporis tractu vrbes fuerunt,quæ Limitaneæ dictæ. Vide Caſaub.ad Spartianũ.

Marchio vnde dictus.

Cum igitur Imperij Romani Limites fuerint in finibus,vbi legiones excubabant ſub ducibus limitaneis,vt imperium ab hoſtium incurſationibus tutarentur: Ita Germani in finibus Marchas conſtituerunt, nunc *Granicias*,& *Frontyras* corrupto vocabulo vocant, quare eorum præfecti dicti Marchiones,inde ad nos hoc nomen emanauit:de hoc vide Vuolfgangum,Comment.*lib.*1.*c.*2.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

VICTORINO GRIMANO Patricio Veneto.

SYNOPSIS V.

De Aſylis antiquorum.

Aſylũ quid.

ASYLUM Græcè ἄσυλον, templum, aliumve quemuis locum inuiolabilem conſecrationis lege tutum, olim ſignificabat; ad quem confugientes, aramque complectentes, ſine ſummo piaculo, auelli non poterant; vt deducitur ex ipſo nominis etymo. Dictum enim volunt Aſylum ab α priuatiuo & verbo συλάω rapio,prædor. Seruius tamen Aſylum dictum mauult, quaſi ἄσυρμα,à verbo σύρω, quod eſt traho; propterea quod, inde auelli quemquam nefas eſſet. Ad hoc,ex Tiraquello,refugere ſolebant ſine diſcrimine ſerui, obærati & malefici. Aſyla primùm inſtituta;vel ob *Honeſtatem*, quia ſit humanum miſeris, & aliorum vim metuentibus locum profugij aperire: vel ob *Iuſtitiam*, vt à vi potentiorum inſontes defendantur: vel ob *Vtilitatem*, veluti Romulus,qui vt vrbem redderet frequentem populis, Aſylum aperuit. Aſyli homines, ſacroſancti; à violentia tuti, vt Tribuni plebis, & Pontifices. Aſylia, immunitas, quæ ex ſacris ædibus, aris, ſtatuiſque Principum habetur. Hoc non fiebat in omnibus templis, niſi quibus conſecrationis lege conceſſum eſſet

Aſyli etymon.

Aſyla cur inſtituta.

Aſyli homines.

Aſylorum inſtitutio ex lege diuina.

Oppida profugij in lege diuinâ tanquam Aſyla, Deum præcepiſſe ſacra Hiſtoria Veteris Teſtamenti palam oſtendit, ex quo licet inferre, iure diuino dari loca immunitatis, ad miſeros recipiendos tutoque ſeruandos. Necnon leges humanæ diuinæ ſuffragantur, vt per ſingulas ætates diſcurrenti licet colligere.

Ex lege humana.

Primus Cadmus, dum Thebas conderet, Aſylum aperuiſſe fertur,ad quod confugientes, ſine diſcrimine,ſerui aut liberi, ab omni pœna tuti erant.

Aſyla varijs in locis.

Alij verò ab Herculis prognatis, Aſylum Athenis apertum autumant. Deinde in Rhetæo litore Aiacis, & in Sigæo Achillis; in Parthenio monte Panos delubrum loco Aſyli erat; vbi locus communis *Aula* dicta, omnibus animalibus, veluti Aſylum, erat; quem Leones, & Lupi, dum feras inſectantur, adire non audent, ſed protinus ſubſiſtunt, & feras relinquunt. Hermiones templum erat in Peloponneſo, ſacrum Cereri, & Proſerpinæ pro Aſylo. In Ægypto, Oſyris; in Syria, Apollinis templum; in Tenaro Neptuni phanum. In Aphrodiſeo, & Papho, Veneris: Epheſi, Æſculapij: in Græcia; Calydoniæ Palladis: Apud Moloſſos, Crotoniatas & Meſſenios, ad Deorum aras confugiebant.

Ara miſericordiæ.

Ara Miſericordiæ erat Athenis, quam

piaculum eſt, Gellio referente *lib.10.cap.15.*

Comœdiæ ara.

Apud eoſdem Comœdiæ ad aram ſi quis confugiſſet, tanquam ad Cæſaris ſtatuam, reuelli nefas. Hæc ara dicata, vt quidam volunt, Apollini. Lepidus & M. Antonius Triumuiri, cùm plus ſatis in eos, qui Iulij mortis conſcij fuerant, ſæuiiſſent, & totam ferè vrbem interfectorum ſanguine maculaſſent; Iulio Cæſari demum ſepulchrum

Sepulchrum Cæſaris aſylum.

conſtruxerunt in foro; vbi eius cadauer combuſtum fuerat, eoſque, qui ad ipſum confugerent, tutos, & inuiolatus eſſe voluerunt. Xiphil in *Auguſto*.

Immunitas aſylorū abrogata a Tib.

Tiberius Aſylorum immunitatem abrogauit, ne ſcelera eſſent impunita, ſtatuam tamen ſeruis aſylum propoſuit; vt erat apud Athenienſes Theſei ſepulchrum, apud Cyrenenſes ſtatua Ptolemæi. Qui bello

Statuæ imperatorum pro aſylo.

capti ad Imperatorem, regumque ſtatuas confugiſſent, veluti ad aſylum, nexu ſoluebantur, & immunes erant: in eos enim manus iniectio non erat. Sic Aſpendi Pamphyliæ Tiberij Imperatoris ſtatuæ pro aſylo fuere.

Solis tēplū.

Heliogabalus ignauiſſimus Imperator, pulchritudine, magnitudine, & ſacerdotio conſpicuus, in Solis templum (quem Phœnices Helogabalum vocant) confugerat, veluti in aſylum, ne à Macrino Præfecto Prætorio interficeretur, dum Antonius Caracalla pater occideretur. At Macrino cæſo, Imperator à militibus dictus eſt, quod Antonini Baſſani eſſet filius è ſerua, ex Syria Deum Heliogabalum adduxit, Romæque templum conſtituit, in quo priùs ædes Horci fuit, vt refert Cuſpinianus.

Aras amplexi Aſyli.

Confugientes itaque in fana immunitatem, impunitatemque aſſequebantur, ſi aras fuiſſent amplexi; vnde ara ſæpe vſurpata pro Aſylo, & p ifugo. Ouid. 4. de Pont.

Vnica fortunis ara reperta meis.

Seruulus apud Plautum,

Ego interim hanc aram occupabo.

Quæ omnia ſunt intelligenda modo ad aram, vel templum fugiens, iniuriam alteri non tulerit; nam illata iniuria, poterat

Aſyla clauſa quibus.

ab ara ipſa auelli. Pulcherrima eſt Cœlij diſſertatio apud Tacitum Ann. 3. *Faſſus quidam eſt Principes inſtar Deorum eſſe; ſed addidit, neque à Dijs iniuſtas ſupplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, aliudue vrbis templum confugere; vt ea, occaſione arrepta, flagitiis magis, ac magis inquinetur.* Itaque ſubuenerunt mox leges; & ne ad ſtatuas vel imagines quiſquis confugiat, Senatus cenſuit, eumque qui imaginem Cæſaris in inuidiam alterius prætuliſſet, in vincula publica coërceri D. Pius reſcripſit. Romæ tamen haud frequens ille

Romuli aſylum Romæ vnicum.

mos, nec libera Rep. aliud præter Romuli Aſylum reperitur. Initium ei fuit à templo I. Cæſaris, quod Triumviri extruxere, cum hoc iure, vt perfugium in eo cunctis eſſet, ex Dione *l.47.* Sub Imperatoribus nec templa ſolum; ſed ſtatuæ eorum, imagineſque paſſim perfugium ſeruis, etiam ingenuis, & iniuria affectis.

Succeſſit in locum Aſyli, principum

Ioſeph. Laurentij Polymath.

fides, dicta *Saluocondotto*, & fiducia. Virg. Æneid. 2.

Quidue ferat memoret, quæ ſit fiducia capto.

Tuitio quid.

Et pro ſtatuis Imperatorum Tuitionis gratia, inſignia principum diadematum, ſeu ſigilla ſucceſſere. Extat apud Appianum 2. *Bellorum ciuilium*, formula Tuitionis,

Tuitionis formula.

qua ſe Iulius Cæſar veritus inimicorum inſidias & conſpirationes, tutelæ, ac præſidio P.R. commiſit, penes quem tum ſumma poteſtas. Iſta in hæc verba conficinit, vt docet Iacob. Durand. Caſellius Varior. libro primo, capite primo. *Pollicemur nos Cæſarem eiuſque corpus ſeruaturos, quantum in nobis ſitum erit: quicumque vel eius vitæ inſidiatus fuerit, vel contra ipſius caput coitionem fecerit, vel ei opem, auxiliumque non tulerit, ſacer & deuotus eſto.* Iiſdem verbis

Tribb. pl. ſacroſancti.

corpora Tribunorum pleb. conſectabantur & idcirco ſacroſancta dicebantur; etſi publicam fidem, & religionem violaſſe crederentur. Qui vim illis intuliſſent, ob eam cauſam, hi ſacri hoſtes, publici

Sacri impune occiſi.

ac deuoti dicebantur, quos vnicuique occidere lege licebat. Eam ob rem Imperatores priſci, quo ſua corpora religione tutiùs tuerentur, ſe Tribunos pl. & Pontifices Maximos appellabant, vt obſeruauit Tacitus *Anno 3.* Qui verò contra Principis edictum auſus fuiſſet refragari, eumque lædere, quem ſua fide princeps ſaluum, incolumemque eſſe volebat, perduellionis reus habebatur. Hoc priuilegio apud antiquos fruebantur omnes familiæ eorum, qui pro Repub. abſentes aliquo perfungebantur munere. Quod ſi crimina erant

Abſentes pro Rep. aſyli.

adeo ſacrilega, vt ſacrilegos ab aris, aut templis auertere vellent; ignem potius admouebant aris, quo ſupplices confugerant; vt non ab hominibus per iniuriam

Igne ab aſylis abacti.

inde extrahi viderentur, ſed incendij metu & ardoris, inde fugere cogerentur; proinde quaſi non ab hominibus id oblatum, ſed veluti fortuitum natum foret. Itaque apud Euripidem, Hermione minatur Andromachæ, quæ in templum confugerat, ignes ſe adhibituram & inde incendio loci eam excitaturam atque fugaturam: & in ſcenis Plautinis, lena ignem ſibi poſcit, vt ancillas ſuas, quæ ad aram Veneris profugerant, locum deſerere cogat. Seneca, in Hercule furente,

Congerite ſyluas, templa ſupplicibus ſuis,
Iniecta flagrent.

vt notat eruditiſſ. Turn. *aduerſ. l.9.c.12.*

Valuas etiam templi ſolebant obſtruere; & egreſſu præcluſos, fame oppugnare: interdum tectum demoliri, quo citiùs aëris iniuria; aut parietum ruina interirent. Plutarch. *in Pauſan.* Diodor. *l 11.* Ælian *l.9.* & alij.

Baptiſterium ſacroſanctū.

Non tantùm iura ciuilia immunitatem templorum permiſere, ſed etiam iura Canonica, quam Pij Principes paſſim conſeruant inuiolatam. Nec templa ſolùm; ſed etiam Baptiſteria, vt teſtatur Euagr. *l.2.c.7.* ſcribens de Proterio Alexandrinorum Epiſcopo; ipſum, quo necem effugeret ad ſacroſanctum Baptiſterium ſe recepiſſe; quo in loco & Barbaris, & cunctis ferocibus homi-

nibus reuerentia quædam incutitur. Bonifacius V. Papa, Heraclio Imperante, inſtituit, vt ad templa confugientes ſalui eſſent, Volater. *lib.*22. Platina, & Crantius *lib.*2. Alaricus Gothorum Rex, ſub Honorio Imperatore, occupata Roma, edixit; ne eorum corpora ignominia, vel vulnere afficerentur bonaue diriperentur, qui in Apoſtolorum templa ſe recepiſſent, vt notat Auguſt. *de Ciuit. Dei lib.* 1. *&* 2.

Theophilus Imperator tantum Mariæ filiæ defunctæ honoris detulit, vt cadauer in arca argento obducta repoſuerit, & cuiuſcumque flagitij reis ſepulchrum eius Aſylum conſtituerit, Cedrenus.

FRANCISCO MARIÆ Florentinio Æſculapio & Pythiæ ſuo, Nobili Lucenſi.

SYNOPSIS VI.

De Epulis ſacris & prophanis.

Epuli etymon.

Epuli quid.

EPVLVM ab opulentia dictum, ſiue ab edendo, quaſi Edipulum, ſunt cibi miniſterio hominum, in noſtrum vſum comparati.

Propriè verò ſignificat, ſolemniores cibos, & conuiuium in propatulo ciuibus exhibitum; ſiue in dedicatione templi, ſiue in triumpho, ſiue in funere, ſiue ludorum cauſa. Epulum quoque dictum,

Ferculum quid.

Ferculum menſæ illatum ſingulis in æquas partes diuidendum. Apud antiquos Epulæ erant, ſacrificiorum appendices.

De Conuiuiis à me alibi: Nunc quæ paſſim à me lecta in Racematione tibi libo, dicoque, ex alienis vineis in vſum noſtrum digeſta.

Conuiuia priuata.

Conuiuiorum, alia Publica, quæ ab vniuerſo populo ſiue ciuitate fierent, ſiue illa ſacra, ſiue prophana; tum ſymbolis collatis, tum ex ærario publico; vnius, pluriumue liberalitate.

Priuata alia, quæ inter paucos amicos., familiares propinquos, *Philetica* appellata: Chariſtia, inter cognatos, & amicos.

Conuiuia publica.

Publica, & quotidiana dicta *Syſſitia*, à Legiſlatoribus inſtituta, quo faciliùs omnes in officio, frugalitate, & amore continerentur. Hæc Italica fuerunt.

Andria. Phiditia.

Andria verò Cretenſium, à Minoë inſtituta: *Phiditia*, Lacedæmoniorum, quaſi philitia, ad amicitiam comparandam, & conſeruandam, à Lycurgo.

Copis.

Copis, cœna conſtans maza, pane, carne, olere crudo, iure, ficubus ſiccis, bellariis, atque lupino.

In Copibus capræ mactabantur, & carnes diſtributæ cum phyſicillo, pane confecto ex oleo, & melle: erat & *Æclon*, de quo alibi.

Prytanenſia.

Prytanenſia conuiuia, erant Athenienſium; quorum alia politica, alia ſacra.

Politica.

Politica fuerunt, quotidianæ Prytanenſium Senatorum, necnon aliorum quorumdam epulæ in Prytaneo.

Senatus Athenienſ. duplex.

Duplex fuit Athenienſium Senatus, vnus Areopagiticus, ſine certo numero Senatorum, perpetuus; alter Prytanenſis 50. virorum.

Prytanenſes verò Senatores, penes quos ſumma Reip. & iudiciorum erat ſumma poteſtas, ſingulis diebus in Prytaneo conuiuabantur.

Syſſitia.

Syſſitia, erant Athenienſium ſacra, vt erant Phratrica, ideſt, Curialia, & Orgeonica. Syſſitiis Græcorum Collegia Romanorum reſpondebant, ſeu Sodalitia aut Sodalitates, quæ vel politicæ, vel ſacræ. Politicæ erant, opificum; ſacræ, Sacerdotum.

Conuiuia cuique ſodalitati & collegio.

Hæc omnia collegia, ſeu ſodalitates; ſiue ſacræ, ſiue prophanæ ſua habuerunt ſympoſia & conuiuia, tum ſolemnia, tum quotidiana. Curiæ autem Romæ, Romuli inſtituto, ſua habuere ſacra, & conuiuia. Collegia autem religioſa ea fuere, quæ inſtituta religionis ergo; cuiuſmodi fuerunt Sacerdotum atque augurum: nec Diis tantum gentium, ſed & ſingulis Imperatoribus: quæ omnia ſua habuere conuiuia publicà, cuius primus auctor, ſed artificum, Numa Rex.

Conuiuia ſacra. Hebræorum.

Conuiuia ſacra ſunt illa, quæ vel in veri & vnius Dei, vel etiam falſorum & alienorum Deorum honorem, diebus feſtis, & in locis ſacris, celebrantur. In veri Dei honorem fuerunt Veteris Teſtamenti conuiuia anniuerſalia; vt, Agni Paſchalis, Pentecoſtes, Scenopegiæ, ſeu Tabernaculorum, Encæniorum, ſeu Dedicationis templi; Neomeniæ, ſeu Nouilunia & Calendæ menſium.

Græcorum.

Apud Græcos, ſingulis menſibus certa quædam ſacrificia atque conuiuia fieri ſolita, *Epimenia* dicta, quot Calendis, aut Idibus renouanda.

Calendæ celebres.

Apud Athenienſes, Calendis Deos precibus, & ſacris colebant, thura ſimulacris imponebant, ſerui vendebantur, belli duces creabantur: erantque dies illi honorati.

Apud Romanos, Calendis pecuniam locabant. Epulæ tamen apud hos omnes fiebant, & Nundinariæ Nonis.

Sacrificia veteris Teſtamenti duplicia.

Sacrificia Veteris Teſtamenti nil aliud fuerunt, quàm epulæ quædam ſacræ Deo, & hominibus communes, ad mutuam Dei hominumque ſocietatem ſignandam. Hæc fuere duplicia; *Ilaſtica*, ſeu propitiatoria, & *Eucharistica*, ſeu pro Gratiarum actione.

Ilaſtica ſacra.

Ilaſtica, ſeu propitiatoria; pro peccatis expiandis. Hæc quoque duplicia; alia pro peccatis hominum priuatorum; alia Sacerdotis, vel populi vniuerſi.

Quæ

Quæ pro peccatis priuatorum fiebant, in iis totum quod offerebatur, cedebat in vſum Sacerdotum; quod in atrio ipſo die ſacrificij edebant; præter adipem, qui coram Domino incendebatur; & ſanguinem, qui circa altare fundebatur.

Holocauſtū.

Sacrificium vero pro vniuerſo populo, ſeu pro peccato Sacerdotis, totum igne conſumebatur, dicebaturque *Holocauſtum*; quod reſpondet ſacrificio Romanorum dicto Protemiæ, & Græcorum Teletæ.

Euchariſtica.

Euchariſtica ſacrificia pro Gratiarum actione tria erant.

1. Cibarium.

1. E frugibus dictum *Cibarium*, quod non eodem modo parabatur. Offerebatur enim far tuſtum in ſpicis, aut farina ſiue ſimila munda, nondum cocta; aut certè paratus ex farina panis, qui vel coquebatur in furno, aut cacabo; vel frixorio. His accedebat ſal, oleum, & thus. Mel, & fermentum ab omnibus ſacrificiis exclusum. In epulo tamen Euchariſtico admittebatur panis fermentatus ad eſum. In omnibus cibariis oblationibus ponebatur thus, præterquam in ſacrificio pro peccato, & zelotypiæ. Cibariis ſacrificiis annumerant Libamina, in quibus vinum Deo fundebatur: Item Primitiarum, Primogenitorum, & Decimarum.

Mel & fermentum à ſacris excluſum.

2. Pacificū.

2. Sacrificium *Pacis* ſiue *Pacificum*, quo gratitudo propter accepta beneficia declarabatur; quod fiebat cæſis bobus, vel maſculis, vel fœminis, ſine diſcrimine; vel ouibus, vel agnis, vel capris.

3 Confeſſionis.

3. Sacrificium *Confeſſionis*, quod fiebat pecudum mactatione, & oblatione Libamentorum. In his gratulatoriis ſeu pacificis ſacrificiis, illorum pars vna, renes nimirum, & reticulum hepatis agnæ; item cauda & omnis adeps, coram Deo comburebatur. Pars altera, nimirum pectuſculum, armus dexter, maxillæ, Sacerdoti cedebant. Reliqua ad offerentem redibant, & mox illo ipſo die debebant comedi: & quia ille ſolus non poterat omnia commeſſe, cum ſuis amicis, & vicinis id peragebat.

Conuiuia ſacrificalia duplicia erant; alia, quæ fiebant à ſolis Sacerdotibus; alia, quæ a populo ſiue offerentibus.

Epulū Paſchale.

Inter omnia alia conuiuia in Veteri Teſtamento principem locum obtinet *Epulum Paſchale*. At in Nouo Teſtamento ſacroſanctum Euchariſticum Sacramentum. Quemadmodum in Veteri Teſtamento, pleriſque ſacrificiis adiuncta fuerunt conuiuia læta, vt dictum eſt; ita Chriſtiani Eccleſiæ primitiuæ cum cœna Dominica conuiuia coniunxere, *Agapes* dicta, ideſt, Charitates; quia erant ſymbola & teſſeræ charitatis, ad quæ ditiores conferebant panem, vinum, pecunias; cum pauperibus diſcumbentes, & abſentibus portionem mittentes. Hæ Agapæ ex collectis mutuis Chriſtianorum agitabant: quæ, quia in luxum, luxuriamque degenerarunt, de medio ſublatæ fuerunt. In hoc ſimiles Phiditiis Lacedæmoniorum, quæ & ipſa ex mutuis collectis, promiſcuè inter ſummæ, & infimæ ſortis homines, agitari conſueuere.

Agape.

Prophanorū epulæ.

Ethnici cacozelia laborantes peruerſa, ſacrificia & epulas inſtituerunt, & ludos in honorem ſuorum Deorum. Et quemadmodum Iudæi ex præſcripto legis diuinæ certos quoſdam dies conſecrarunt, ſic Ethnici quoſdam dies *Ferias* dictos, à feriendis victimis; vel à ferendis epulis, quia in iis epulæ fiebant, ex pecudum fructuumque prouentibus. Vt Iudæi, poſt peractum in altari ſacrificium, de partibus ſiue reliquiis ſacrificij, inſtruere menſas atque ſolemnes epulas conſueuerunt; ſic Ethnici ex reliquis hoſtiæ partibus; cœnam apparabant, quibus, qui ſacris interfuiſſent, veſci licebat. Addiderunt autem ludos, qui Iudæis ex diuina lege interdicti.

Feriæ vnde dictæ.

Iudæi reliquias abſumebant in templo.

Iudæi in ipſo templo, reliquias omnes abſumebant, nonnunquam comburere cogebantur: Ethnici verò domum redeuntes, particulam domeſticis afferebant, & ſæpe in macellis vendebantur reliquiæ, quas Chriſtianis vetitum comedere. Iudæis nefas fuit; nondum re diuina peracta, cibis veſci: Ethnici quoque id vſurparunt, vnde intemperantes dicti, qui re non peracta, ſacra deuorabant, vt eſt in prouerbiis.

Ethnicorum mos de reliquiis ſacri.

Primitiæ Diis dicatæ.

Primitiæ omnes prius Diis conſecratæ, quàm guſtarentur. Item quædam ſacrificia, & epulæ factæ cum amicis & cognatis, aliis excluſis. In templis ſimul ſacrificabant, & epulabantur. Vterique populi hilaritatem, atque lætitiam modeſtam, abſque ebrietate in ſacris conuiuiis adhibebant. At ſacrificia & epulæ in luxum abierunt: Ex Epulo enim, potatio; ex potatione, comus: ex como, ludus; ex ludo, rixæ, ebrietates & huiuſmodi ſcelera promanarunt.

Verum enimverò hæc ſacra, & epulæ factæ diebus ſtatis, & feſtis. Apud Chriſti fideles dies feſti dicati Deo Diuiſque cæteris, omnem excludunt epularem lætitiam, admittentes Communionem Euchariſticam ſacroſanctam. Aliter verò Ethnici.

Ethnicorum feſta.

Ethnici feſtos dies celebriores habuerunt in honorem Bacchi, Cereris, Veneris, atque Saturni, &c.

In Bacchi honorem.

1. In Bacchi honorem Græci ſacros ludos, & ſympoſia varia inſtituere: *Orgia*, *Dionyſia*, *Lenia*, *Omophagia*, ideſt, crudiuora; *Thœnia*, ideſt vinalia; *Trieterica*, ideſt triennalia; *Nyctelia*, ideſt nocturna. Ab Athenienſibus verò præcipuè

Antheſteria.

Antheſteria, dicta Dionyſia, ſimilia Saturnalibus apud Latinos; cum ſerui excipiebantur conuiuiis à dominis. Horum partes erant *Pithœgia*, *Choë*, *Chytri*.

Pithœgia.

Pithœgia, feſtum Bacchi, in quo dolia relinebant, & amicis potum præbebant: Antiquitus enim de vino, antequam guſtarent libabant: & vota faciebant vt ſibi vſus eius foret ſalutaris. Pithœgiis reſpondent apud Romanos Vinalia, apud nos Martinalia.

Vinalia.

Choës ſacrum, inſtitutum à Themiſtocle, in honorem Bacchi, à menſura ſeu vaſe dictum, Dionyſius Choopotes dictus. In his conuiuiis, inuitati, ſecum ferebant cibos coctos, placentas, ciſtam, poculum Choa dictum; Qui verò inuitabant, apponebant coronas, vnguenta, bellaria, lectos, menſas, puluinaria, ſtragulas veſtes; his accedebant meretriculæ, ſaltatrices publicæ.

Chytri.

Chytri, ab olla dictum feſtum ſolemne apud Athenienſes; in quo omne ſeminum genus in olla coquere ſolebant Dionyſio, & Mercurio operantes.

Nec ex coctis quicquam guſtabant, ſed Dionyſio, & Mercurio Chthoniis offerebant pro mortuis. His adde *Protrygia*, Dionyſio; & Neptuno, *Phageſia*, in quibus ſe cibo, potuque ingurgitabant: *Lagenophoria* Alexandrinorum, ſecum domum lagenam ferentium, ex qua biberent.

Protrygia, Phageſia. Lagenophoria.

Bacchi feſta Rom.

In Bacchi quoque honorem, Romani inſtituere Bacchanalia, *Liberalia* dicta, quia Bacchus dictus liber.

Liberalia.

Liberalia celebrata Romæ 16. Kalend. April. cùm Annæ Perennæ ſacrum quoque fiebat. Hæc peragebant per agros ſub dio, vel tentoriis, cum largioribus poculis, libis mellitis, cantiunculis, atque choreis impudicis. *Bacchanalia* ex Gyrald. ſingulis menſibus agitata; ex aliis, aut Martio, aut Vindemiis, inter initia Septembris; aliquando alio tempore. Vide Liu. *dec.4.l.9.* & D. Aug.

Bacchanalia.

In Cereris honorem. Theſmophoria.

2. Cererem quoque frumenti inuentricem, vt Bacchum vini, luxurioſis epulis Ethnici coluere. Illius ſacra dicta *Theſmophoria*, Demetria; Cerealia Latinis. Tunc Romani Genio indulgebant, opiparè epulantes, hinc Cœnæ Cereales apud Plautum, opiparæ, & multis ferculis refertæ; dictæ Eleuſina ſacra, peruigilium Cereris, *Pannychiſmus*.

Pannychiſmus. Veneris ſacra Apaturia.

3. Veneris ſacra Aphrodiſia, Apaturia dicta, quæ celebrabantur Athenis quatuor continuis diebus; quibus publicè priuatimque Athenienſes ſacrificabant, & epulabantur luxurioſè. Huius ritus meminit L. Gyraldus *ſynt.* 13. & alij fuſiùs.

Saturnalia quomodo.

4. *Saturnalia*, ſiue *Cronia* epulis lautiſſimis celebrata, olim vno tantùm die apud Ædem Saturni 14. Kal. Ian. conuiuio opiparo; ſed poſtea in triduum propagata, & quinque, & ſeptem dies. Hoc feſtum Scenopegiis reſpondet Hebræorum, quæ peracta meſſe ac vindemiis, reconditis frugibus, & fructibus menſe ſeptimo celebrabantur, quo tempore tam ſeruis, quam liberis ſub tentoriis feriari, epularique ſumma cum lætitia permiſſum. Romanis menſe Decembri hæ epulæ, & feſti dies celebrati. In hoc feſto, ſeruos ſuos conuiuiis liberalibus excipiebant, ipſique muneribus ſeruilibus fungentes; ſeruis impunè quicquid liberet, loqui licebat. Tale feſtum fuère Nonæ Caprotinæ, in quo ancillæ Romæ ſplendidè veſtitæ vrbem circumibant, pugnam conſerentes: tandem epulabantur conſidentes ſub ramis ficulneis.

Scenopegia.

Ancillarum feſtum.

Serui in Saturnalibus pileos geſtabant, ſignum Libertatis. Bellum hoc tempore ſumere nefas, & pœnas ſumere. Munera etiam amici familiareſque inter ſe miſſitabant; cœnæ, epulationes agitabantur. Munera illa dicta *Xenia*, *Apophoreta*, & *Sigillaria*. Item, Cerei, Strenæ. Serui præterea hoc tempore induebant veſtitus dominorum, & contra domini ſeruorum, dictos *Syntheſes*; ideſt, veſtes breues, & negotiis aptas, depoſitis togis. Romani mutuati ſunt hos dies ab Athenienſibus; Athenienſes à Cretenſibus, apud quos Hermæa dicebantur, in quibus etiam domini ſeruis miniſtrabant accumbentibus; ſimile huic *Sacea* apud Babylonios; *Peloria* apud Theſſalos. Vide Dempſterum, Rhodiginum & alios.

Seruorum licentia. Munera in Saturnalib.

Hermæa.

Sacea. Peloria.

5. *Hilaria*, Matris Deum feriæ, principio veris celebrata, maxima populi lætitia, & pompa nobiliſſima, quouis è populo inſignia cuiuſvis dignitatis mentiente atque ſimulante. Hæc priuata erant & publica, vt refert Dionyſius: cum Rex aliquis publicè proclamatus, publica Hilaria ſubditis exhibebat, & his quidem diebus neque lugeri neque lugere licebat; ſed ſpectacula, & ſacrificia quotidie perficiebantur publice, iudicia ceſſabant, ludos ſpectabant, conuiuiis continuis dies peragentes.

Hilaria quæ.

6. *Terminalia* feſta, in honorem Termini Dei, à Numa inſtituta, cui ſacra faciebant, non hoſtias cædendo; quòd nefas ſit cruentari hos lapides, ſed liba Cerealia, frugumque offerentes primitias. Vide Plutarch. *probl* & Ouidij faſtos, menſis Febr. annum tunc terminantis.

Terminalia quæ.

Termine ſiue lapis, ſiue es defoſſus in agro
Stipes, ab antiquis, tu quoque nomen habes &c.
Conuiuium celebrantq; dapes vicinia ſupplex,
Et cantant laudes, Termine ſancte, tuas.

7. *Floralia* feſta & ludi in honorem Floræ 4. Kal. Maij, ex oraculis Sibyllinis, vt omnia benè defloreſcerent. Hæc celebrata cum maxima laſciuia, & iocis obſcœnis, conuiuiis luxurioſis, coronis, ſaltationibus, cultu verſicolore, cum luminibus per vrbem mulieribus impudicis diſcurrentibus.

Floralia quæ.

8. *Chariſtia* feſta erat Romanorum, cùm conuiuium ſolemne agitabant cognati, & affines duntaxat inter ſe; cæteris excluſis: vt ſi qua inter neceſſarios querela orta eſſet, apud ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus Concordiæ adhibitis tolleretur.

Chariſtia quæ.

9. *Monophagia* feſta Æginenſium, quorum cùm multi in bellum Troianum profecti eſſent, & pauci inde, diuerſis de cauſis, rediiſſent, clam quiſque ſuos domi comiter excipiens, ipſimet conuiuiis miniſtrabant, nec alienum quemquam admittebant. Hoc igitur imitantes, Neptuno rem diuinam facere ſolebant, & thyaſos exercebant 16. dies, ſilentio inter ſe conuiuia agitantes, ſolemne feſtum dirimebant: ex eo *μονοφάγοι* appellari: ideſt, ſolitariè veſcentes, more diuerſo à Romanis, qui vna cum amicis palam diſcumbebant: horum præſes Thiſiarches.

10. *Theſea* ſacra feſta in honorem Theſei, in quibus dabatur pop. congiarium, & conuiuia lautiſſima.

Theſea.

11. *Panathenea* feſta, in quib. ſingulæ Athe- Panathenea.

narum

narum coloniæ bouem mittebant Athenas: vnde omnes, propter carnium magnam copiam, ſupra modum ſe cibis ingurgitabant. Hæc feſta ſingulis quinque annis celebrata, & *Magna ſacra* dicta, in honorem Athenarum & Mineruæ, ab Ericthonio prius, deinde à Theſeo inſtituta.

Hecates cœna. 12. *Hecates cœna*; Sub nouilunium diuites mittebant cœnam atque edulia veſperi pauperibus qui ex ſacrificiis viuunt. De hac vide Adagiographum, & alios.

Solis menſa. Demum erant aliæ epulæ; videlicet *Solis menſa*, apud Æthiopas, patrum dictum, in ſuburbanis omnium quadrupedum aſſa carne refertum, quam per noctem ſinguli ciuium magiſtratus apponere ſolebant; ad quam, vbi illuxerat, cuilibet epulatum accedere licebat.

Primitiæ Mercurio. *Primitiæ* olim Mercurio in viis appoſitæ, quibus viatores veſcebantur: vnde *Hermeium* locrum præter expectationem.

Encænia. *Encænia* epulæ & dies feſti agitati in templi dedicatione.

Fiebant etiam epulæ aliæ in *Natalitiis, Purperiis, Amphidromiis, Luſtrico die, Apalactiſmo, Cureoti. Cureſyne* & aliis diebus ſolemnibus apud Græcos: De quibus ſingulis alibi à me, & à multis fuſiùs, & enucleatiùs.

Epulæ Diis tantum appoſitæ. Hæ omnes epulæ in ſacrificiis, ſeu potius poſt illa fiebant, diebus præſertim feſtis, quarum omnes, qui ſacris interfuerant erant participes. At aliæ fuere epulæ, ipſis Diis: ideſt, illorum ſimulacris, appoſitæ, quas nonniſi ſacerdotibus deguſtare conceſſum fuit. Huiuſmodi fuere Epulæ Belo, & Draconi à Babyloniis appoſitæ, quas noctu ſacerdotes deuorabant.

Hecates quoque cœna, ex multorum opinione, Apotropæis, ideſt, Auerruncis Diis, & Apollini & Herculi apponi ſolita, in qua apponentes nil deguſtabant, fumi duntaxat & tumoltus participes. Item *Iouis epulum* in publicis ludis celebratum, potiſſimùm Natalitiis, & Circenſibus quotannis, Idibus Nou. ob Iouis, ceu Deorum principis excellentiam, propriam appellationem ſortiebatur, cum reliqua conuiuia

Lectiſternia. in cæterorum Deorum ædibus habita *Lectiſternia* dicerentur: quæ erant conuiuia ex victimis, & immolatis in templis Deorum, à ſtratis lectis, in quibus ordine diſcumbebatur. Hæc tribus Diis ſtrata (vt à me ſuperiùs dictum) Ioui, cuius ſimulacrum in lecto recubabat; Iunoni & Mineruæ, quarum effigies in ſellis diſcumbebant. Deinde in multam noctem appoſitis epulis Epulones introducebantur, qui cibos ſacratos

Puluinaria. comedebant. Hæc Lectiſternia *Puluinaria* appellata Deorum. Lectiſternia igitur, & ſupplicationes ad templa, & puluinaria Deorum facta; vel ob lætitiam; vel ad auertendam Deorum iram; quæ non ſine publicis, priuatiſque epulis peragebantur. De quibus videndus L. Gyraldus, Roſinus, & alij.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

LUDOVICO CITTADELLEO
Epiſcopi Lucenſis Generali
Vicario.

SYNOPSIS VII.

De Libationibus antiquorum.

De *Libationibus* antiquorum, ex eruditorum ſententia diſſeram.

Libare eſt leuiter guſtare, & quaſi primis labris attingere; à labiis dictum quaſi labiare; Item effundere. Quare Libatio duplex erat, vel in epulis, vel in ſacris. Ad precationes referuntur Ethnicorũ ἀπαρχαὶ ſeu primitiæ: at σπονδαὶ ſeu libationes, quibus ante vel poſt conuiuium, in Deorum honorem, vſi antiqui: Qui partem cœnæ Diis donabant, eamque in focum mittebant Lari ſacram, idque erat libare dapes, nec licebat veſci dapibus, niſi ante Deo libatis. Inde Dij Patellares, quibus in patella libabatur, & non magna ſacrificia fiebant. *Libatio, in ſacris*, erat cum partem aliquam dapum, & ciborum decerpebant, eamque in ignem mittebant, atque ita Diis conſecrabant. *Libatio, in epulis*, nil aliud erat, quam vini, aquæ, lactis, aut alterius liquoris ex vaſe effuſio; vel in aram, ſiue victimas, vel in terram, certis adhibitis ceremoniis, vel precibus, in honorem Deorum. Libationum materia non quæuis: non enim quoduis vinum aptum libationibus; nam ex Græca, & imputata vite, ſeu fulmine tacta, aut quæ vulneratis pedibus calcata, aut immunditie polluta, aut iuxta quam homo laqueo pependerat, quæque circumciſis vinaceis profluxerat, vinum Diis libare ex huiuſmodi vuis infauſtum erat. Quare vinum ſpurcum illud dictum, quod ſacris adhiberi non poterat. At vino meraco in Libationibus veteres vſi, quare vinum Græcæ vuæ; quia aquam miſtam habebat, libare nefas: vino enim optimo, ſuauiſſimoque veteres vſi in libationibus. Mercurio verò libatum ex vino miſto reperio; Eloquentiæ enim Deos omnem ebrietatis ſuſpicionem penitus deteſtatur: Et diuinatio per vinum facta, œnomantia dicta, fiebat ex vino ad libationes ſacrato.

Libare quid, & quotuplex.

Libatio in ſacris.

Libatio in epulis.

Libationum materia.

Vinum ſpurcum.

Libationes ex vino meraco.

Oenomantia.

Alij quoque liquores adhibiti in libationibus, vt mulſum, aqua, mel, lac, oleum. Libationes aquæ fuerunt ſociorum Vlyſſis, vt colligitur ex Homeri Odyſſea. Soli ſacrificantes mel libabant, vinum non inferentes: Mnemoſynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Vraniæ, Nymphis; non vino, ſed aqua, melle diluta ſacrificabant Athenienſes, Cereri quoque & Proſerpinæ, & ad aram omnium Deorum. Cauſam alibi à me habes.

Aqua, & mel quibus libata.

In Libationibus ſacrificiorum inferorum, non vinum tantum, verùm etiam mel & lac, inuergere ſolebant, vt mox dicetur.

Libationes Inferorum quæ.

cetur. Illudque vinum dicebatur Inferium.

Ante libationem. Ante Libationem priſci manus lauabant, deinde preces adhibebant verbis conceptis.

Miniſtri libat. Miniſtri libationum, Spondophori dicti, liquores afferentes quibus crateras ad ſummum implebant; quos deinde in medio collocabant. Miſtio fiebat non aqua, ſed alio liquore. Ex crateris porro vlna in minora pocula infundebant, ex quibus deinceps pars vini effundebatur.

Vaſa libatoria. Vaſa libatoria erant Pateræ, quod paterent; crateræ, ſympuuia, ſeu ſympula, calices fictiles, & vaſcula adhibita in ſacrificiis; Epichyſis, Cyathus.

Propinatum. Vinum antequam funderetur à ſacerdote in ſacris, prius in Sympulo ligneo, vel fictili ab eo propinabatur. Gutta vini aut alterius liquoris inter libandum fuſa dicta *Stilla libatoria.* *ſtilla libatoria*.

Libationes in ſacris factæ hoc ordine. Victima ad aram per ſacerdotem ſtatuta; *Immolatio.* precibus fuſis, Sacerdos immolationem auſpicabatur; fruges, aut molam ſalſam, in caput victimæ ſpargebat, addito thure maſculo; hæc dicta *Immolatio*, quaſi molæ in caput victimæ collocatio. Deinde vinum aſpergebat è vaſe, vt ſupra dictum; ſed prius ipſe leuiter delibabat, & aſtantibus deguſtandum præbebat, vt pariter libarent.

Libatio quid. Vocabaturque hic ritus *Libatio*. Deinceps ad alia procedebant, de quibus à me in ſynopſi de ſacrificiis fuſius. Effuſio varia fuit ſuper victimas, prout variæ erant victimæ, antequam mactarentur. *Fundere quid.* *Fundere* eſt ſupina manu libare in ſacris ſuperis. *Vergere quid.* *Vergere*, conuerſa in ſiniſtram partem manu, ita fundere, vt patera conuertatur, quod in infernis fit, quod factum ad victimarum explorationem, vt ſi non ſtupuerint, aptæ probentur. Vinum igitur aliúſve liquor ſuper hoſtiam effuſum, vt probaretur. Deinde exta, aliáſve partes hoſtiæ in ignem coniectas vi- *Exta porricere.* no perfundere ſolebant; hoc erat *Exta porricere*.

Sacrificij partes. At ſacrificij partes quatuor ex Alex. ab Alex. 1. libare. 2. immolare. 3. reddere. 4. litare.

Libationes quando adhibitæ. Libationes adhibitæ in fœderibus, in ſponſalibus, in exequiis, in conuiuiis: non enim bibebant, niſi libatione prius Diis facta.

Libationes ante cubitũ. Veteres poſt epulas, antequam cubitum irent, maximè Libationibus operari ſoliti: & Mercurio potiſſimùm, qui ſomno præeſt. Illi enim, poſt ſacrificium cubitum ſe recepturi, victimarum priùs linguas ſacrificabant, illas in ignem conicientes; vel vt ſe ſe à maleficentia repurgarent, vel quod lingua membrum ſit præſtantiſſimum; vel etiam quod ea, quæ inter pocula dicta erant, Diis dedicabant, vt quæ illis teſtibus dicta eſſent, vel quod in conuiuio dicta, ſilentio oporteret premere.

Libatio vini Super Libationem poſtremamque ſuper lingua fieri ſolita, fuit *poculum Boni Dæmonis* dictum, quod remotis menſis proferebatur. Vinum tamen nouum priuſquam guſtarent, libabant Diis immortalibus, qui dicti *Paraſpondij*, vt erant Mercurius, Bonus Genius, & alij, vt à me ſuperius dictum.

Ex quibus infero, quanta fuerit antiquorum religio vel in falſos Deos, vt partem cœnæ non ſolum Lari; Diiſque donarent, & in focum mitterent Lari ſacrum, quod erat libare dapes, vt colligitur ex illo Venuſini l.2. ſat.6.

Ante Larem proprium veſcor, vernaſque procaces
Paſco libatis dapibus;

Sed etiam nihil illibatum deguſtarent.

Et quocumque mihi pomum nouus educat annus
Libatum agricolæ ponitur ante Deum.

Ex antiquorum pietate, qui frugum, fructuumque primitias Diis immortalibus libare conſueuerant, nec ante guſtare, quàm Diis conſecraſſent. Quod faciebant vel in aram proiicientes, vel in menſam, quæ loco aræ erat, vel in focum, qui ſacer habebatur, vel in mare in honorem Deorum marinorum, vel etiam in alium locum, vt notat doctiſſ. Turn. *adu. l.* 11. *c.* 7. & ego alibi.

IOANNI SPADIO
Patricio Lucenſi

SYNOPSIS VIII.

De Gymnaſtica, & Ludis priuatis antiquorum.

ROMANA iuuentus longè, latéque per orbem vniuerſum dimicatura Gloriæ immortali deſtinata, & externorum exemplo, ſudoribus, & vigiliis ſub ſole, ſub puluere in Gymnaſiis, Amphitheatris, Circis, Campo Martio, ad robur comparandum & augendum exercebatur, vbi voluptatis, religionis, valetudinis, fortitudinis militaris gratia, virtuti operabatur; vt autem domi in vmbratili puluere; foris in Martis caſtris, duros labores æquo animo ſubiret, atque toleraret. Quamobrem de Gymnaſticis exercitiis etſi à me alibi de Gymnaſtica quædam delibata in *Synopſi* 18. *& Polymath. l.* 1. *d.* 38.) & ludis Romanorum præſertim priuatis, hæc in mea aduerſaria relata in medium propono, de publicis in ſequenti.

De militari diſciplina in alia Synopſi, in hac vero de ciuili, & domeſtica ad illam ſpectante. Locus huius dici poteſt *Gymnaſium*, locus ſcilicet inſtitutus valetudinis & *Gymnaſium quid.* delectationis gratia, non ſolùm apud Græcos, ſed etiam apud Romanos, quem dixere Palæſtram: *Palæſtra.* apud illos Philoſophi, Rhetores & cæteri conueniebant, diſputationis, & exercendi gratia ingenij: Hæc dicta Lycea, & Academiæ. Item athletæ, ſcilicet iuuenes robuſti, & exercitati, quò ſe

in

in publicis ſudis exercerent, ſeu ſacris certaminibus, ad robur augendum, aut populum delectandum. Denique nobiles, & ignobiles, qui vel militaris diſciplinæ gratia, vel valetudinis exercebantur. Loca vero huic deſtinata dicebantur *Gymnaſia*: De quibus Mercurialis, & alij.

Gymnaſiorũ partes. 1. Exhedra. Gymnaſiorum partes 1. *Exhedra*, in quibus Philoſophi, Rhetores, Mathematici, & huiuſmodi viri diſputando, legendo exercebantur.

2. Ephebæũ. 2. *Ephebæum*, vbi pueri in palæſtra ſummo mane ante viros exercebantur.

3. Apodyterium. 3. *Apodyterium*, locus vbi denudabantur homines, antequam lauarentur, aut exercerentur dictum *Spoliatorium*.

4. Aliptcriũ. 4. *Alipterium*, ſeu Vnctuarium, vbi vngebantur ceromate, ſeu cerato oleo, *Elæothesium* dictum.

5. Coniſterium. 5. *Coniſterium*, in quo luctaturi puluero ſe aſpergebant, *Ceromate* dicto; qui conſtabat ex oleo, & cera cum terra quadam.

6. Paleſtra. 6. *Palæſtra*, vbi athletæ lucta, & pancratio exercebantur.

7. Sphæriſterium. 7. *Sphæriſterium*, vbi pila, & aliis ludis.

8. Xyſti. 8. *Xyſti*, ſeu Porticus tectæ, vbi hyeme athletæ luctabantur, vel ſenes, aut infirmi ambulabant.

9. Balneum. 9. *Balneum*. Ante inuentionem balneorum Romani iuuenes palæſtra peracta Tyberi lauabantur: deinde, luxu creſcente, balnea aperta ſunt, ad ſordes corporis detergendas, ad laſſitudinem leuandam, ad animum recreandum. Aquæ, vel frigidæ, vel calidæ, idque natura vel arte. Calidæ natura dictæ, *Thermæ*; arte, *Balnea*, ſi publicæ; ſi priuatæ *Balnea*.

Apodyteriũ. 1. Conclaue, vbi aër calidior, in quo veſtes deponebantur dictum *Apodyterium*, ſeu *Spoliatorium*.

Hypocauſtũ. 2. Conclaue teſtudinatum, aërem calidum, igne accenſo, ſine fumo, continens: *Hypocauſtum*, ſiue *Caldarium*, & *Sudatorium* dictum.

Lauacrum. 3. Cella Caldaria, *Lauacrum* dicta; in ea erat Labrum, ſiue Lauabrum, in quo conſidentes homines lauabantur.

Frigidariũ. 4. *Frigidarium*, vbi aqua frigida in piſcina.

Alipterium. 5. *Alipterium*, ſiue vnctuarium, vbi ſudor detergebatur, vngebanturque, dictum *Deterſorium*.

Diuiſio Gymnaſticæ. Gymnaſtica igitur, quæ motus hominum à ſe ipſis factos ſpeculatur, diuiditur in *Saltatoriam*, & *Palæſtricam*.

Saltatoria. Saltatoriæ ſpecies tres. 1. *Cubiſtica*, qua homines variis modis pedes, ac manus contorquentes, in caput ſaltabant. 2. *Sphæriſtica*, Saltationes. ſiue pilæ ludus. 3. *Orcheſis*, ſaltatio ſimpliciter dicta.

Pilæ genera 4. Pilæ genera 4. apud Latinos: *Follis*, *Trigonalis*, *Paganica*, *Harpaſtum*.

Follis. 1. *Follis*, pila magna, ex aluta confecta, ſoloque vento plena; quæ ſi maior erat brachiis impellebatur, vt more noſtro fit; ſi verò minor, pugnis eiiciebatur, dicebaturque *Folliculus*, & *Follis pugillaris*.

Trigonalis. 2. *Trigonalis*, quæ erat parua pila, ita dicta à loco triangulari vbi exercebatur, vel à ludentium numero, figura, & ſitu.

3. *Paganica*, pila vilis, quod in pagis exerceretur; erat pila ex corio pluma refertæ, trigonali laxior, non ita tamen vt eſt follis laxa, ſed durior. Paganica.

4. *Harpaſtum*, pila, quam ludentes alter alteri eripiebat ex corio, paulo minor noſtra ad calcem. Harpaſtum.

Orcheſis, ſiue ſaltatio conſiſtebat in motibus, & geſtibus corporis artificio quodam, & numero ratione factis, imitandi gratia hominum mores, affectus, & actiones. Orcheſis.

Huius formæ variæ dicti *Balliſmi*, nos *Balli*; & præ cæteris celebris eſt *Pyrrhica* ſaltatio, nos dicimus *Moreſca*.

Erant & alij ludi priuati, vmbratiles; tum pueriles, tum ſeniles; & valetudinariorum, aut mulierum; hac noſtra tempeſtate maxime frequentes omni ætati, ſegnitiæ ergo.

Latrunculorũ ludus, apud Græcos & Latinos vſitatiſſimus, qui belli ſimulacrũ ad viuũ refert: *Scacchia* nos dicimus; ita dicti, quaſi Schacchia. Latrones quidam ſint, ſeu principum Stipatores, *laterones*, dicti etiam calculi luſorij. Huius ludi inuentor Palamedes in obſidione Troiana, vt milites in officio & exercitio militari contineret; refert enim hic ludus dimicationem, & obſidionem Principis. De hoc ludo Vida *in Schacchiis*.

Tali, & *Teſſeræ* ſequuntur non minus in Tali. Teſſeræ. conuiuiis recepti, quam latrunculi: Tali à Teſſeris diſcrepabant. Tali ſex habent latera. Teſſeræ tantum quatuor; vnde Quaterniones dictæ, teſſeræ: Tali vero, Seniones. Tali erant quatuor, in quibus nec quinarius, nec binarius, eburnei aut è liguſtro. Teſſeræ tres tantum: In quibus iactus maior erat Senio, ſeu Mida, aut Cous. Minor & infelix, damnoſa Canis. Alij iactus vocati Vulturius, Hercules, Baſilicus. Venus iactus feliciſſimus, omnibus talis inæqualibus ex 1. 3. 4. 6. conſtans, vel ex omnibus ſenariis paribus. Hic luſus vocabatur *Aſtragalus*. Apud Latinos ſenes tantum ludebant teſſeris, cubis, talis aut aſtragalis. Apud Græcos etiam pueri. Romani talos iaciebant in fritillum ſeu pyrgum, Turriculam, Orcam, Pyxidiculam corneam, quæ voces ſynonymæ cenſentur.

Alea, etſi pro quolibet ludo, in quo fortuna, & caſus dominatur, adeoque etiam pro teſſeris ac talis, Romanis legibus penitus interdicta, dato Ædilibus negotio, pro foliis tamen luſoriis modo vſurpatur. Alea vetita.

Ludi præterea varij à me paſſim notati apud Græcos, quibus pueri oblectabantur, & frequentari in conuiuiis & feſtis.

Acrochiriſmus, colluctatio ſummis tantùm manibus facta, in qua nulla reliqua pars corporis ab ipſis digitis tangebatur. Mercur.

Angelicon. ſaltatio, qua geſtus nunciorum exprimebatur. Lex. gr. lat. Poll. 6.

Apodidraſcinda, luſus puerilis genus, ab aufugiendo ei impoſitum nomen: in quo vnus puerorum, clauſis oculis, conniuens

dum

dum cæteri abſiſtunt, & ſubterfugiunt.Pollux. l.9.

Aſcoliaſmus, luſus in honorem Bacchi Athenis, in quo ſuper aſcos, ideſt vtres inflatos & vnctos, vnico pede ſaltabant,vt delabentes riſum excitarent. Lex.g. l.

Acinetinda, contentio erat ludentium quis ſe ſe immobilior ſtando ſuſtineret.Hoc modo fiebat: Vnus luſorum diuaricatis tibiis, pedibuſque in paſſum compoſitis, & in ſolo firmatis, alterum ex certo ſpatio in ſe tendentem, & vno pede ſubſu tantem oppoſito latere, manibuſque excipit, & ſi poteſt aduerſarium ſupplantat, qui ex ſtatione illum mouere conatur, atque detrahere, à quo non recedit, quouſque alius ipſum deiecerit, & locum occuparit. Poll. Lex. gr. lat.

Aporrhaxis, pilæ ludus ad ſaltum, cum directè ſolo iniectam pilam, aut reſultum pilæ manu exceptum, ad contrarios mittebant; & numerabatur ſaltuum multitudo. Poll.

Baryllica, ſaltatio, quæ à mulieribus peragebatur, in honorem Apollinis, & Dianæ. Poll.

Baſilinda, luſus, quo Rex aliquis ſorte lectus,laborioſum quoddam, miniſtro ſorte ducto imperat. Lex. gr. Lat.

Bibaſis, ſaltationis genus apud Lacedæmonios,in qua etiam proponebantur præmia non modo pueris, ſed puellis quoque. Saltu in hac erat opus, interimque nates pedibus contingere tenebantur. Poll. *l.* 4.

Calliſteia, certamen Lesbi de formæ muliebris præſtantia in templo Iunonis.

Caliſteion verò, præmium dicebatur datum optimæ, & pulcherrimæ. Soph.

Calabriſmus, aliis Calathiſmus, ſaltationis genus ſtatariæ cum calathis. Athen.

Cernophorum, ſaltationis genus, quod crateras manibus gerentes, peragebant. Poll.

Chalciſmus. ludi genus, quo nummum raptim circumagendo digito impoſitum, circumagebant pueri; & , priuſquam humi caderet, accipiebant recto digito, Euſth.

Chariſtia. feſtum potius, quo ſympoſia agitabant vnà propinqui, & dona vltro citroque mittebantur. Lex. gr. lat.

Chironomia. ſaltatio geſticulatrix manibus. Lex. gr. lat.

Chelichelona, Virginum luſus ſimile quippiam cum olla habens; hæc enim reſidet, & teſtudo dicitur: hæ verò circumcurſantes interrogant, *Chelichelona, quid agis in medio?* Illa verò reſpondet, *lanas connecto, & filum Mileſium.* Deinde hæ rurſum. *Tuus verò filius quid faciens periit?* Illa verò dicit, *Albis ſuper equis in mare deſiliit.* Pollux. l.9.

Chytrinda, luſus puerorum. Ex his quiſpiam ſedet in medio, quem circumcirca pueri concurſantes, illum eouſque verſant, donec ille aliquem apprehendat ex eis, qui deinde ſedere cogatur, Poll. Suid. Gyrald. *Synt.* 1.

Cindaliſmus, luſus, quo paxillum limoſæ terræ affixum, altero impacto paxillo excutiebant; vnde adagium, clauum clauo pellere. Man. Poll.

Cocabiſmus. eſt luſus puerilis, cum quis planis manibus proprios comprimit oculos; hic verò feriens, interrogat, quinam percuſſerit. Poll.

Comus, ſaltatio ebriorum à cœna ad cubitum vſque. L. g. l.

Cordaciſmus, Cordax, ſaltatio ridicula, Comica. L. g. L.

Coturnicum percuſſio, ludus antiquorum, cum eæ in orbem collocabantur, & qui in gyro coturnicem proſtrauerat, ordine reliquas capiebat Ortygocopus.

Cottabus, conuiualis luſus, cum è maiori phiala ærea plena in minorem cum ſonitu vinum effundebatur, qui ſi eliſu maior ederetur, ab amaſiis diligi ſe augurabantur, ex Athen.

Cotyle, luſus, in quo quis reductas in tergum manus coniungebat, rurſus alter impoſitis in eas genibus tollebatur, ſuis manibus oculos geſtantis tegens. Pollux.

Crembaliſmus, ludus crembali. Crembalum eſt crepitaculum, quod digitis agitatum ſtrepitum tantum edebat, quale illud puerorum aulicorum, quod paratur ex ære, quodque ore artificioſe retentum, agitata digito lingula perſtrepit, lingua ſonorum diſcrimina figurante, dictum *Cacciapenſieri*. Crembaliaſtes; crembali peritus. Alij dicunt Crembalum eſſe teſtas, & oſſa inter digitos inſerta,ſonum inconditum edentia. Ariſtoph. *L. g. l.*

Cricilaſia, ludus antiquorum in circulo. cum anulis ferreis Mercur. *Gymn. l.* 1.

Cybiſteſis, ſaltationis genus, aut exercitij, ſimile ei quod hodie a Petauriſtis factitari videmus, & Vrinatoribus, cum corpore in ſpiram contracto in caput prouoluuntur.

Cybiſtima dictum, ſaltus in caput.

Diagrammiſmus, *Grammiſmus*, ſpecies ludi teſſerarij, in quo adhibebantur calculi 60. nigri, & albi. Euſth. Pollux.

Dielcyſtinda. ludus puerorum, cum duæ inter ſe diuiſa partes, altera alteram manibus iunctis ad ſe trahere contendit. Pollux.

Drapetinda, ludus puerilis, cum vnus ex pueris clauſis oculis clamat, *Vide, Caue*, reliqui fugiunt, & quiſque ſibi cauet, ne capiatur. Suid.

Ecaterie. ſaltationis genus, in qua manus alternatim mouere aſſueſcebant Poll.

Eclactiſmus, ſaltationis genus, quod fiebat calcibus in altum iactatis. Poll.

Elcyſtinda, ludi genus huiuſmodi. Eligebatur palus altitudine viri,medio perforatus, per quem traiectus funis, æquali ſpatio, diſtinebat duos adoleſcentes auerſos, qui in diuerſa trahendo, alter alterum in ſublime trahere conabatur, Quo certaminis genere victoriam reportat, qui ſupremo ſtipiti alterum admouet atque ſuſpenderit. Itaque à laborioſo molimine dictum prouerbium, *Scaperdam trahere*. nempe duram prouinciam ſubire. Manut. *in prou.* Scaperdam trahere.

Encotyle,

Encotyle, luſus, quo victi victorum genua manuum cauitate excipientes geſtabant, Rhod.

Ephetinda, ludi genus, cum pilam videbantur dextrorſum miſſuri & ſiniſtrorſum projiciebant. Heſych. Lex. gr. lat.

Endrome, *Endrone*, ſaltationis quoddam genus. Lex. gr. lat.

Epostracismus, ludus, quo, teſtulam marinam in aquæ ſuperficiem mittunt, numerantes ipſius ſaltus, in aquæ ſuperficie factos ante ſubmerſionem: è ſaltuum multitudine iacienti victoria adſcribitur.

Ephedriſmus, ludus, cum lapidem erigentes ad illum eminus pilas iaculantur, aut lapides: qui vero lapidem non proſteruit, proſternentem baiulat, compreſſis ab ipſo oculis, donec rectà ad lapidem perueniat. Pollux.

Epiſcyrus, luſus pilæ inter pares duas turmas diſpoſitas, media linea educta dicta ſcyros, cuique pilam impoſitam quiſque contend.bat, vt intra alias duas lineas, poſt vtrorumque ordinem deſcriptas aduerſariorum, metas ſc. immitteret, nimirum quibus contactis à pila, victoria habeteteur: nam luſores dum pilam capiebant, atque alteri mittebant, alterum fugiebant, expellebant alterum, alterum euertebant non ſine magna dexteritate, & lætitia publica. Antiphanes apud Athenæum. Mercurial. *l.2.*

Facatio, riſus gratia inuenta, oportet enim aliquid in fæcis lebetem immerſum manibus retro ductis, ore eximere. Pollux. *l.9.*

Micatio digitorum, luſus genus adhuc durans, quo repente porrectis digitis, certantium vterque numerum diuinet.

Morphaſmus, ſaltationis genus, qua repræſentabantur diuerſorum animalium geſtus. Lex. gr. lat.

Mothon, genus ſaltationis ſeruilis atque tumultuariæ. Lex. gr. lat.

Myinda, Myiacalce, luſus puerilis, quo obductis oculis, protentiſque manibus, tantiſper obambulant, dum aliquem deprehendant. Pollux.

Muſca ænea, ludus non abſimilis, cum pueri obligant oculos alicuius faſcia; hic quidem conuertitur clamans, æneam venabor muſcam. Hi verò reſpondentes, venaberis ſed non capies: funiculis ipſum cædunt, vſque dum aliquem arripuerit. Pollux.

Nibatiſmus, ſaltationis genus barbaricæ. Pollux.

Nucibus pueri ludebant, vt modò, ad coniectum ſcrobiculi, ſeu caſtellatim, aut par impar vaticinantes.

Oclaſma, ſaltatio Perſica in Theſmophoriis. Lex. gr. lat.

Ollarius ludus, cum quis in medio reſidet, & olla vocatur; alij verò vellunt, trahunt etiam, & verberant circumcurrentes, ſed ab ipſo conuerſo deprehenſus, eius loco reſidet. Eſtque nonnunquam, vt quis capiti ollam impoſitam ſiniſtra teneat manu, in circulo abambulans, hi verò ipſum feriunt, interrogantes. Quis ollam? Et ille reſpondet, Ego Midas. Quemcumque verò contigerit pede, hic pro eo cum olla circumit.

Omilla, ludi genus cum nux in gyrum, ſeu foueam agitatur: ſi immanſerit, victoria paratur. Suid.

Ornithia, ludi genus, in quo pueri verberabantur. Plut. Lex. gr. lat.

Ortygocopus, ludus, in quo percutiebatur coturnix. Suid.

Oſcillatio, luſus oſcillorum. Oſcilla enim, etſi parua ſigilla in effigiem humanam arte ſimulata, quæ infantibus præbentur ad luſum, tamen dicebantur penſiles quædam geſtationes de arboribus ſuſpenſæ, in quibus homines per luſum iactabantur, atque ea iactatio Oſcillatio dicebatur. Turn. *aduerſ. l.7. c.10.*

Oſtomachia, Oſſillatio, oſſicularis ludus, cùm oſſiculis certatur ludendo. Lex. gr. lat.

Oſtracinda, Teſtulæ commutatio. Hoc modo hic luſus fiebat. Pueri, ducta in medio linea, duas in partes ſe ſe diſtribuebant, quarum altera intra oſtracum, altera extra dicebatur. Deinde mittente quopiam in lineam teſtam, vtrius partis ſuperior extitiſſet aliquis, hunc inſequebantur, qui illi adhærebant, reliquis in fugam conuerſis. Cæterum è fugientibus qui comprehenſus eſſet, is conſidebat, aſinus dictus, teſtaque proiecta dicebat; Nox, dies. Nam interior teſtæ pars pice ſublita erat, quæ nocti reſpondebat. Ita Pollux. *l.9.* Manut.

Par, impar, ludus puerorum notus, & vſitatus noſtris pueris.

Petaurum, ludi genus, & machina quædam lignea, qua homines per aëra rotarum pulſu iactabantur. Item petaurum dici poteſt, ſupra quòd homines agilitate corporum inſignes ludunt, vt haſtæ circa quas ſe voluunt; funes, ſupra quos etiam reciproci ambulant. Tabulæ è quibus in aëra pendent, vno bracchio ſe ſuſtinentes. Mercurialis confundit Petaurum cum Oſcellis. Petauriſtæ, qui hoc ludo ſe exercerent. Mercur. *l.3.*

Phryginda, ludus; quo teſtulas contritas ſiniſtræ manus digitis interponentes, teſtulas dextra manu ſecundum numerum feriunt. Poll.

Pentalitha, ludus quinque lapillorum, ſiue calculorum, qui ſurſum eiiciuntur, vt manu conuerſa ea, quæ proiecta ſunt, in poſteriorem manus partem recipiantur, vel ſi non omnia poteſt ea ſaltem, quæ nouit, & in manu iacent, digitis denuò recipiat.

Pheninda, ſeu *Phenínda*, paruæ pilæ luſus virorum, ſic dictus, quaſi ſic ludentes pilam mutuò mandantes ſe decipiant, quoniam aliò ſimulantes in aliam partem mittunt, decipientes credulum. Pollux. Mercur.

Phittameliades, *Phitturi*, *Phittamelia*, ludi erant virginum, ſe ſe mutuo ad celebrandas nuptias adhortantium feſtinanter. Platagonium verò erat amatorum crepitaculum, quo percuſſo amantes experimentum faciebant an redamarentur, ſonitum

inde

inde elicientes, pollici & indici ſiniſtræ manus impoſito & dextra percuſſo. Catabum nutrices appellabant, quo recreabant paululum ægrè dormientem. Sed & papaueris, telephylli dicti, folia, primis duobus ſiniſtræ manus digitis, in circulum inuoluta, implicantes, & volæ alterius manus infligentes: ſi ruptum hoc ritu folium, ſonum altum ederet, amicas illorum meminiſſe exiſtimabant. Inſuper & lilium duplex exiſtens, & vacuum, interius inflantes vt ſpiritu impleretur, in fonte rumpentes, hoc ſonitu ſimilia iudicabant, veluti & ſtillarum ſonitu, ſi reliquiæ potus cotrabiſſantium ſonarent. Pollux, l. 9

Phielie praſtantiſſime, erat ludicra acclamatio puerorum ad ſolem, vt nubes euinceret, cum illis obtegebatur. Pollux. *ibidem.*

Pyriliſma, exercitationis genus velociſſimæ, ſed citra violentiam, cum quiſpiam ſummis pedibus ingrediens manus protendit, ocyſſimè mouet, alteram prorſum ad parietes, vt ſicubi lapſent, apprehenſo pariete facile reſurgant. Gal. Mercur.

Rhythopygiſmus, ludus, cum pedibus in in podicem inſultando ſonitum edebant. Pollux.

Scaperda. *Elcyſtinda* (vide ſcimpodia) ludus in lectis penſilibus. Mercur. Gymn.

Schœnobata, *Funambuli*, *Funirepi*, qui ſuper funes craſſiores inambulant, & ſaltant, vt hodie quoque videtur. *Neurobata* verò, neruis ac fidiculis tenuiſſimis incedunt.

Schœnophilinda In circulo ſedetur, vnus autem funem habens clam apud aliquem deponit, ſi verò ille, apud quem iacet, ignorauerit, circulum circumcurrens vapulat: ſi verò deprehenderit, currentem fugat verberibus. Poll. *l* 9

Sicinnis, *Sicinnium*, ſaltatio ſatyrica militaris. Siticinium aliis, quaſi cantus ad ſitos. Gel.

Streptinda, luſus, in quo teſtulam aliquam: aut numiſma in tabula iacens, deſuper iniecta alia teſtula aut numiſmate, conuertebant. Poll. *l* 9.

Talitrum ludus cum medio manus digito pollici ſubmiſſo naſum ferit. Poll.

Trochi luſus notus, Turbo dictus à rotando, quod à ludentibus pueris ſcutica agitaretur.

Tropa; luſus puerilis: plerumque aſtragalis fit, quos in foueam, de induſtria ad eorum exceptionem factam, proiiciunt, ſæpe glandibus, & nucibus aſtragalorum loco ludentes, vtuntur. Poll.

Vectatio vel erat cutulis, vel lecticaria, vel equitatio.

Veſicæ inflatio refertur à Galeno *l. 2. de nat. facult. c 7* hoc pacto differenter. Solent pueri acceptas ſuum veſicas ſpiritu implere, ac iuxta ignem ſuper cineres ſic eas confricare, vt incaleſcant, nec tamen lædantur: eſtque is luſus in Ionia, & in aliis gentibus non paucis frequens. Accinunt verò inter fricandum verſus quoſdam numeroſo & cantu, & rhythmo; ſuntque ea omnia verba adhortatio veſicæ ad incrementum.

Vrania, luſus in quo quidam reclinans ſe ſe, pilam in cœlum proiicit, excipientibus autem cura erat, eam, priuſquam terram contingeret, arripere: quando porro pilam ad murum mittunt, ſaltuum multitudo numeratur, & victus quidem, aſinus vocabatur, omneque peragebat iniunctum illi officium. Victor verò Rex erat, & iniungebat. Poll.

Xiphiſmus ſaltatio quædam cum enſibus. Athen.

Ludi piſcatorij Romæ quotannis celebrabantur menſe Iunio trans Tiberim à Prætore vrbano, pro piſcatoribus Tiberinis, quorum quæſtus non in macellum peruenit, ſed fere in aream Vulcani, quod id genus piſciculorum viuorum datur ei Deo, pro animis humanis. Feſtus. Roſinus.

Ludus præterea fuit antiquiſſimus, cùm pueri iactabant in ſublime denarios, exclamantes, *Capita*, aut *Nauim*; primum enim æs ſignatum ex vna parte capite Iani bifrontis, ex altera naui, qua vectus Saturnus in Italiam. Macrob. *Sat. l. 1. c. 7.*

ERYCIO PVTEANO
Conſiliario Regis Humaniorum Liter. Profeſſori.

SYNOPSIS IX.

De Ludis publicis Circenſibus, Theatralibus & Amphitheatralibus antiquorum, & potiſſimum de Gladiatoribus.

VT ludi priuati priuatam ob voluptatem; ita publici ob publicam inſtituti, & ob religionem, vt ſibi Deos, hominesque promererent. Romulus primus rex Romanorum *Conſualia*, in honorem Conſi Dei conſilij condidit. Horum ludorum alij *Circenſes*, alij *Scenici* fuere. *Circenſes*, qui in ſcena, ſeu vmbra peragebantur & theatro. Vt igitur ludi Conſuales primum, deinde Circenſes vocati, commodius edi poſſent, cùm antea Populus Rom. non ſine magno incommodo ſub tabernaculis ligneis, aridis arundinibus fultis, ſtans ſpectaret, Tarquinius Priſcus Rex, publicæ commoditatis ergo, Circo, qui poſtea Maximus vocatus eſt, primus locum in valle Murcia, inter Auentinum, & Palatinum colles deſignauit, perfecit & edidit in eo ludos opulentiſſimos.

Ludi duplices. Ludi Circenſes. Ludi ſcenici. Tarquin. Priſcus Circi maximi inuentor.

Circus erat, certus in gyrum ambitus, à circumeundo dictus; ſiue quòd circum ſpectaculis ædificatus ſit, vel à circuitu equorum; quòd ibi circum metas equi currerent. Maximus dictus, ad differentiam aliorum

Circus quid. Circus maximus.

aliorum parvorum. Huius ambitus olim ligneus, poſtea porticibus lateritiis gradus ſuſtentantibus in gyrum conclusus: qui ex vna parte in hemicycli ſpeciem deſinebat, à M. Varrone Armiluſtrum vocatus, cuius area longitudine trium ſtadiorum cum dimidio, latitudine vnius, ex Dionyſio *l.* 3. Hi ludi vocati *Spectacula*, quæ erant quadruplicia: *Gladiatoria*, *Venatoria*, *Circenſia* ad oculos; *Scenica*, ad aures. De gladiatoriis inferius, modo de Circenſibus; Scenica amandata ad hiſtriones. Delibata tantum venatoria.

Area Circi. Circi area olim arena, mox chryſocolla ſtrata ad ornatum, & Naumachiam, emiſſa in Tiberim aqua.

Gradus. *Gradus* circum aream Circi antiquitus erant lignei, in modum ſcalarum.

Sedilia Fori. Loca ſedilium diuiſa, prius ſingulis Curiis, deinde Patribus & Equitibus, dicta *Fora*. Deinde, creſcente luxu, facta lateritia, ac demum marmorea. Erant Circi mœniana, & portæ: Item, carceres, & cancelli carcerum.

Capacitas. Circi capacitas erat octo ſtadiorum, ideſt mille paſſuum vt caperet 150. mille homines.

Circus Soli dicatus. Metæ 12. Circus Soli præcipue conſecratus, biſſenis portis, vt hic bis ſenis ſignis diſtinctus.

Colores 4. *Colores* quadrifariam diuiſi, vti tempora anni. *Praſinus*, virenti verno: *Venetus*, nubilæ hyemi: *Roſeus*, æſtati flammeæ; *Albus*, pruinoſo autumno dicatus.

Carceres. *Carceres* 4. ex topho, & ligno, mox ex lapide, erant in oſtiis Circi, fine equorum emiſſiones cancellis clauſæ, quibus bigæ & quadrigæ certantes emittebantur: ante quas ex vtraque carcerum parte duo parua Mercurij ſimulacra. *Hermuli* dicti

Hermuli. fuere, funem ſeu catenulam manibus ſuſtinentes, ne equi apertis carceribus, antequam ſignum à magiſtratu daretur, currerent.

Alba linea. Alba quoque erat linea non longè ab oſtiis carcerum, quaſi regula hinc inde directa, iuxta quam equi è carceribus egreſſi, curſus certamen inibant.

Euripus. In Circi parte interiori, iuxta infimos grados in arenæ ambito decurrebat *Euripus*, altus latuſque denos pedes; cuius aqua opus erat ad Circi ſordes abluendas, quem Nero ſuſtulit, & locum illum equitibus

Ornam. Circi. ſpectandum tradidit. In Circo ornamenti gratia, cùm deorum imagines gypſeæ tum detracta hoſtibus ſpolia ſuſpendebantur. Item obeliſci. Serui circumferebant nuces, & fractum cicer, clamando. Aqua portabatur in cortinis.

Circi alij. Præter hunc Circum maximum, etiam alij progreſſu temporis extructi, vt Flaminius, Agonalis, Saluſtij, Floralis, Vaticanus, Neronis. S. Sebaſtiani, Caſtrenſis. Item alij extra vrbem.

Spectacula Circenſia 4. Circenſia ſpectacula 8. fuere: 1. Curule certamen & equeſtre, 2. Gymnicum ſeu athleticum, 3. Pompa, 4. Ludus Troiæ, 5. Venationes, 6. Pugnæ equeſtres; & pedeſtres 8. Naumachia, & aliquando 8. Ludi ſcenici.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Curule. 1. Primum certamen circenſe, *Curule*, ſeu curſus fuit, Romæ à Romulo vſque inuentum, antequam Circus maximus conderetur, à Seruio Tullo inſtitutus: vſi iocio diuerſis animalibus, & poſtea equis tantum, qui curribus adiuncti curſitabant. Bigæ erant ad Lunæ, deinde quadrigæ ad Solis imitationem: fuerunt aliquando Seiuges, Septemiuges, Decemiuges.

Curſus. Equi ſingulares. Deſultorij. *Currus* cum rotis curſum ſolis ſignificabant. Equi etiam *ſingulares* currebant, ideſt ſigillatim curreotea. *Deſultorij* Lucifero, & Heſpero ſacri, ſine ephippiis; dicti quod ex his deſultores facile deſiliant. Aurigæ,

Aurigæ. ſeu agitatores erant ij, qui currus circa metam agitabant. Hi erant vel bigarij, vel quadrigarij, à curribus bigarum & quadrigarum dicti. Horum duæ factiones *Albata*,

Factiones aurigarum. & *Ruſſata*, alba ſc. & rubra è veſtium colore dictæ. poſtea duæ additæ *Praſina*, & *Veneta*, & ita quatuor fuere *Praſina*, *Ruſſata*, *Veneta*, & *Albata*.

Aurigæ olim ſerui & ignobiles: deinde nobiles, Senatores, & Imperatores, vt Caius, Nero, Vitellius. Vt ratio currendi in his ludis intelligatur: Nota hæc.

Media Circi arena, inter duas metas, ſurgebat murus latitudine circiter 12. pedum, 4. altitudine, longitudine verò complectebatur totum Circi ſpatium, relicto tantum ſpatij ex vtraque extremitate, quantum equi currentes

Spira Circi. circumire poſſent. Hæc *ſpira Circi* dicta, in cuius ſingulis extremitatibus, pari interuallo, ſingulæ metæ, ſeu termini collocati erant; ſuper quos tres erant ſimilitudine ouorum ſimilitudine factæ, & triangulí ſpecie, pari vtrinque interuallo, collocatæ;

Ratio currendi. Quare circum has metas equi ſingulares, deſultorij, item bigæ, quadrigæ, a Circi carceribus, dato ſigno, emiſſi, & ex vno latere decurrentes, ad vltimam metam in fine ſpiræ poſitam, verſus eam Circi partem, quæ in hemicyclum deſinebat, curſitabant; ad quam peruenientes, circum ipſam flectebantur; reuerſique ex alia Circi parte, verſus biſſenorum oſtiorum ſitum, tenocabantur. Sicque in orbem circum eaſdem metas decurrebant ſepties: cauebant ne metæ alliderent rotas; & qui primus curſum abſoluiſſet, brauium recipiebat ſiue

Miſſus. præmium. Hic curſus dictus *Miſſus*.

Apud Græcos verò duodecimo curriculo victoriam obtinebant. Singula curricula ſingulis ouis & delphinis ſignata: quare ſeptem curricula ſeptenis ouis & delphinis notata à Circenſium miniſtris. Quatuor & viginti equorum miſſiones olim erat.

Ærarius. Vigeſimus quintus dicebatur *Ærarius*. Aucti poſtea hi miſſus ad centum vſque.

E mœnianis ſignum dabatur. Aurigis, mappa condita; olim face accenſa.

Præmia aurigantium erant aurei, palmæ, coronæ.

Obeliſcus. In medio Circi erat *Obeliſcus* in cuius apice pyropus. Præterea Solis delubrum & effigies, Iſidis ſimulachrum, Ara Conſi, Murciæ delubrum. Delphini ſeptem in columnis

in memoriam Neptuni, Oua Caſtoris columellis impoſita, Oleæ ſurculus, Simulachra Fortonæ & Victoriæ, demum ſigna aurea; Pegma, locus braniorum.

De Gymnico certamine.

2. *Gymnicum*, ſeu *Athleticum*, vocabantur ipſi Ludi Gymnici, quare ampliſſima illa loca, quibus Curſores, Luctatores, Pugiles, & cæteri id genus athletæ exercebantur, peculiari nomine à veteribus Græcis *Gymnaſia* & *Paleſtra* vocatæ; à Romanis verò *Thermæ*. Ludi verò ipſi *Gymnici*. Et quamuis athletarum nomine omnes, qui corporibus ſuis, quauis ratione decertarent, apud Græcos dicerentur, tamen apud Romanos athletæ propriè nominati tantùm pugiles, & luctatores; cæteri athletarum dicti Curſores, Saltatores, Gladiatores, & alij huiuſmodi.

Gymnaſia. Palæſtræ.

Athletarum loca.

Athletarum loca certamini definita erant præter Circum, & Theatrum, Stadium, Septa in Campo Martio, Palæſtræ, & Gymnaſia ſiue Thermæ.

Stadium.

Stadium, ſeu *Curriculum*, locus erat, in quo homines & equi curſitabant, & athletæ certabant. *Septa*, locus in Campo Martio, quem ad Comitia tributa habenda Lepidus vndequaque porticibus circumductis ædificauerat, tabulis lapideis ac picturis exornatum. Agrippa Septa Iulia ab Auguſto cognominauit. Palæſtra propriè dicitur luctatio, item ædificij genus apud Græcos, ad vires corporis exercendas athletarum.

Septa.

Xyſtus etiam, & *Gymnaſium* dictum de quo, & de Gymnaſticis pauca à me ſupra delibata.

In Gymnaſiis, ſiue Palæſtris varia ad exercendum loca diſpoſita erant, quorum hæc præcipua.

Porticus duplices. Exhedræ.

Porticus duplices ſingulares & ſtadiatæ, deambulandi gratia; *Exhedræ* ſpatioſæ, cum hærentibus ſedilibus, in quibus Philoſophi, Rhetores, & alij, qui ſtudiis delectabantur, ſedentes diſputabant, vt ſunt Capitula fratrum. *Ephebeum*, vbi puberes. *Coryceum*, vbi pila ſeu folle exercerentur. *Coniſterium*, vbi luctaturi poſt lotionem puluere aſpergebantur, vt prehenſiones eſſent firmiores, & non lubricæ.

Coryceum. Coniſteriū.

Elæotheſiū. Ceroma quid.

Elæotheſium, ſiue vnctuarium, vbi *ceromate*, ideſt, cerato oléo perfundebantur athletæ; cui oleo ſubacta cera terræ quoddam genus admiſceri ſolitum. *Frigidarium*, lauatio frigida. *Hypocauſtum*, ſiue vaporarium. Prophigeum ideſt, ſuffocatorium, vbi per furnum, aut cellam vaporariam ignis præcluſis æſtuabat. *Calidarium*, vbi calida. *Tepidarium*, vbi ſudatio.

Hypocauſtū. Propnigeū.

Porticus ſubdiales.

Porticus ſubdiales, & ſtadiatæ, in quibus, ſeu tectis ſtadiis per hyemem, cœlo non ſereno, athletæ exercebantur; aut, ſpectante hominum multitudine, certabant. Erant & Veſtibula, Theatridia, Pinacothecæ, Caucdia, Atria; Apodyteria, ideſt Veſtiaria, Diætæ, ſeu Cœnationes. Erant & Gymnicorum ſerui, qui ſtramenta gymnaſiorum colligebant, & alia ſeruilia peragebant.

Gymnicum certamen duplex ex Platone, triplex ex Dionyſio: illud ſaltationem, & luctationem; hoc curſum, pugilatum & luctam ſeu palæſtram complectebatur. Hæc tria in vſu Romanis: quare tria certaminum genera, Curſorum, Pugilum, & Luctatorum. Alij quinque certaminum genera conſtituunt; Curſus, Pugilatus, Luctæ, Saltus, & Diſci. Quod certamen Græci *Pentathlum*, ſiue *Pancratium*, ſiue *Quinquertium*, apppellarunt.

Certaminū genera tria, & quinque. Pentathlum.

Diſcus tamen, & ſaltus non ita frequens apud Romanos, vt curſus, pugilatus & lucta.

Curſus certamen.

1. Curſus certamen Romæ in Circo eadem ratione inſtitutum, qua equorum & curruum: nam ex quatuor Curſoribus, vnus ex ſingulis factionibus ſumebatur, qui circum metas Circi curreret; ille qui primus omnium certa curricula confeciſſet, palmam obtinebat; vt is qui apud Græcos ſtadij metam attigiſſet, curſus victor erat præmiumque capiebat. In Circo quoſdam 160. paſſuum millia tolerâſſe ferunt. *Diaulon*, curſus duorum ſtadiorum.

Stadiū apud Græcos.

Pugiles.

2. *Pugiles* erant athletæ, cæſtibus interſe pugnantes à pugna, ſeu pugnis nominati, quod pugnare cæſtibus, & pugnis conſueuiſſent. Cæſtus verò, erat genus clauæ pilas plumbeas loris bubalis appenſas habens. Erat & alius cæſtus, quo athletæ, vno, aut vtriſque branchiis armati, vel laminis ferreis, vel ſubtilium anulorum nexibus decertabant, vel multiplici, & crudo loro ſeu tergore bouis agreſtis, manibus & lacertis armatis, cum ferreis, plumbeiſve clauis.

Cæſtus.

Lucta.

3. *Luctatio*, ſiue *Palæſtra*, complexio laterum, quibus cominùs certantes ſe mutuo amplexantur & poſternunt, vnde Athletæ Luctatores, & Palæſtritæ dicti: quòd nudi vnctique decertarent. In lucta & pugilatu is victor cenſebatur; qui ſtabat vel pugnis præualebar: victus is qui in terram ceciderat, vel ſuccubuerat. Victores athletæ coronis & palmis decorati.

Hæc tria tantùm Ludorum Circenſium certamina Gymnica; nam ſaltus & diſci certationes potius Græcorū fuere, quàm Latinorum; etſi à Romanis aliquando vſurpatæ.

Saltus.

Saltus certamen gymnicum, cum athletæ in arena, ſeu ſtadio ad inuicem ſaltando decertabant; itaut is victor eſſet, qui longius ſpatium pedibus ſaltando confeciſſet.

Diſcus.

Diſcus ludi genus, ideſt, rotunda moles ſaxea, plumbea ſiue ferrea, trium aut quatuor digitorum craſſitudine, longior paulo plus pede; cuius iactu athletæ inter ſe decertabant, iſque victor erat, qui diſcum aut altiùs in ſublime, aut longiùs in totum, vel propiùs deſtinatam metam proieciſſet. Halteres diſco ſimiles facit Mercurialis. Huiuſmodi diſco videntur nunc vti noſtri Ludiones circumforanei, qui orbem rotundum æreum in ſublime elatum, minutiſſimo foramine, virga eodem immiſſa excipiunt; vel quo nos vtimur in Italia vulgo, *piaſtrella ò alla forma di carò*. Hæc igitur quinque genera agonum; *Pentathlum*, *Quinquertium*, & *Pancratium* dictum: qui his quinque vincebant, dicebantur, *Pancratiaſtæ*, *Pentathli*, & *Quinquertiones*, ſcilicet curſu.

Pancratiaſtæ qui.

Periodo vincere. curſu; pugilatu; luda, & diſco. At *Periodo vincere*, erat in quatuor illis certaminibus ſacris Græciæ Pythiis, Iſthmiis, Nemæis & Olympiis coronam reportare victricem. Victi pugiles victori herbam præbebant. Athenæ victores olea coronabant, Græci oleaſtro Olympiæ; quo primus Hercules coronatus dicitur.

Pompæ ordo. 3. *Pompa*, tertium Circenſium ſpectaculum, quod prius ſimplex fuit, Ioui, Iunoni, Mineruæ tantum celebratum; deinde, quemadmodum in reliquis factum eſt, multis additis ſolemnibus ludicris, ampliſſima facta ſunt, atque ad omnium Deorum cultum extenſa.

Pompam (nos Supplicationem ſummam vocamus) ducebat, 1. Magiſtratus ſummus in vrbe, vel Dictator, vel Coſſ. initium facientes a templo Iouis Capitolini ad Circum Maximum. 2. Iuuenes nobiles. 3. Currus & equi. 4. Athletæ. 5. Saltatio armata, & chori tres virorum, ephebotum, & puerorum Pyrrhicam ſaltantium. 6. Satyrorum chori. 7. Tibicinum. 8. Miniſtri ſacrorum minores. 9. Miniſtri ſacrorum maiores. 10. Simulachra, & thenſæ Deorum, cum ipſorum inſignibus, & imaginibus.

Thenſæ. *Thenſæ*, erant ſacri currus, ſuper quos Deorum ſtatuæ collocatæ, quæ linteis circum circa ad cubiculi, ſiue delubri ſpeciem tenſis cooperiebantur. Ferculum. *Ferculum*, erat geſtamen quo pompa deferri ſolebat poſt thenſas, 11. Procedebant Armamaxi, ideſt currus Scythici, ea duobus veluti curribus compoſiti, & diuerſis rebus exornati, coronis aureis, exuuiis &c. 12. Sequebantur collegia ſacerdotum; vt Pontifex maximus & alij Pontifices minores, Flamines, Diales, &c. tum maiores: Demum magiſtratus reliqui, præter eos qui pompam ducebant. Pompæ præerant Pontifices, Augures, Epulones; demum poſt mortem Auguſti, ſodales Auguſtales.

Sacra poſt pompam. Pompa poſtquam metas Circi circumierat, confeſtim qui eam ducebat; Dictator aut Coſſ. in medio Circi ſuper aras ibidem locatas, immolationem & ſacrificium edicebat; eorum Deorum ſacerdotibus, quibus id ſacrum paratum erat, Haruſpicibus adſtantibus. De ſacrificio verò, quia à me ſynopſi, De ſacrificiis fuſiùs pertractatum, hic ſuperſedendum duxi.

Quibus peractis, Sacerdotibus, magiſtratibus, & Ludionibus ſeſſum profectis, illico reliquis ludis Circenſibus opera dabatur, Curulium. ſc. & Gymnicorum, vt dictum eſt.

Venatio. 4. *Venatio* quartum ludicrum Circenſe, Senatuſconſulto inſtituta, ne iuuentus Romana, tot victoriis elata, tot ludis oblectata, & ſpectaculis, ocio marceſſeret; quare Venationes in Circo datæ; 1. ſc. Elephanti, Leones, Rhinocerotes, Pantheræ, Camelopardali, Tigres, Vri, Tauri, & aliæ feræ, quas venatores, beſtiarij, vel damnati, vt plerumque Chriſtiani, confodiebant, aut confodiebantur ab ipſis. Viuarium. Viuarium locus erat, in quo feræ conſeruabantur, ad quarum ſaginam pecudes comparabantur.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Troiæ ludus. 5. *Ludus Troiæ*, ſeu Troianus, Circenſium quintus, equeſtris, agi ſolitus à pueris, initio ducto ab Aſcanico filio Æneæ in Sicilia, vt notat Virg. Is edebatur à pueris maioribus, & minoribus equeſtribus, turmatim diſcurrentibus & congredientibus; quibus is quis præſidebat princeps iuuentutis dicebatur, atque ex numero primi nominis ſenatorum.

Pugna equeſtris. 6. *Pugnæ equeſtres*, & *pedeſtres*, ſextus Circenſium ludorum, erat pugna ludicra, ad inſtar veri belli hominum ingenuorum, vt aſſueſceret iuuentus, quod noſtra adhuc tempeſtate fit in militum luſtrationibus.

Naumachia. 7. *Naumachia*, erat belli naualis ſimilitudo, in Circo non ſolùm exhibita, ſed pluribus etiam aliis vrbis in locis à Cæſare Auguſto, Domitiano, Caio, & aliis.

8. Ludi ſcenici aliquando in Circo facti, & amphitheatro.

Scenici ludi à ſcena, ſeu vmbra dicti è Græcia vſque inuecti Romam, ad populum ocioſum oblectandum, & iram numinum placandam. Horum ſpecies iſtæ recenſentur: Tragœdia, Comœdia, Satyra, & Mimus, de quibus à me pluribus in Poëſi. Scena dicitur, ea theatri pars, quæ inter duo protenditur cornua; quamquam prius nil aliud erat ſcena, quam tentorium ab ruſticis, inumbrationis cauſa, excitatum. In hac multa ludicrorum, & ſaltationum genera, de quibus I. Scal. *in ſua Poëtica.*

Vt Circenſes Ludi in Circo, ita ſcenici in theatro peragebantur. Apud Romanos *Theatrum* diu nullum, diuque ſtantes ſpectarunt: paulatim ſedilia intulerunt. Demum fabricatum fuit Theatrum Theatrum. primum M. Valerio Meſſala atque Caſſio Longinio Cenſoribus, A. V. C. 599. Prima fuere temporaria extructa, deinde marmorea. Theatrum in modum hemicycli, cuius ab vtroque cornu ſcenæ erant, cum ſingulis aris; quarum vna Bacchi, altera eius Dei erat, in cuius honorem ludi fiebant.

Amphitheatrum. *Amphitheatrum*, ſimile Circo circulari integra forma, aut ouali, & oblonga, in quibus gladiatorij ludi, & concluſarum ferarum venationes exhibebantur. Eius area dicebatur Cauea & Arena, quod arena ſpargeretur, vt certantes ſine offenſione caderent.

Theatri partes. Theatri partes *Scena*, *Orcheſtra*, *Proſcenium*, & *Pulpitum*. *Scena* frons eſt theatri, & ea pars, quæ ab vno eius cornu ad alterum cum coopertura ducebatur, quæ aliquando verſatilis.

Proſcenium, locus ante ſcenam porrectus, in quo erat *Pulpitum*, agentium, & loquentium locus.

Orcheſtra, apud Romanos locus erat Senatorum, apud Græcos ſaltatorum.

Odeum, in quo citharœdi, & tibicines à muſico, & reliqui actores ſcenici ab hiſtrione exercebantur.

Cunei, erant ſedilium ordines à forma dicti in his *Gradus*, ſeu loca, vbi ſedebatur.

Præcinctiones, erant graduum interualla, & diuiſiones quædam in orbem. *Aditus*, erant portæ quædam in ipſa gradatione, per quas ab exterioribus porticibus venitur, & deſcenditur in ipſas ſedes, *Vomitoria* dicta. *Viæ* inter gradus erant, *Scalaria* dictæ. *Cunei* medij inter has vias, qui erant aſſignati Equitibus, & Senatoribus. *Cathedra*, erat ipſe anfractus ad conſeſſum ſitus. *Porticus* ſuperiores, è quibus tenuiores ſpectabant.

Podium, erat muri pars proiectior & prominentior, ante imum ſpectaculorum gradum; vbi columnæ impoſitæ cum epiſtylils. Ad hoc podium ſpectare ſoliti primi è ſenatu, & ipſe princeps, cui tamen eminentior quidam ſuggeſtus extructus, & veluti ſua domus.

Ad Podium etiam Tribunal Editoris erectum.

Sedes cuique ordini diſtributa: Senatui, Orcheſtra: Equiti, equeſtris: Populo, popularis.

Equeſtris continebat 14. gradus, vbi ſedebant equites.

Locarij ſeu deſignatores, qui loca deſignabant, homineſque diſponebant, qui dicebantur excitare non ſedentes in ſuis locis.

Tubi, ſiue fiſtulæ in imo & ſummo amphitheatro erant diſpoſitæ ea arte, fine, & vt odoratum quemdam humorem eiacularentur, è croco plerumque, & inſpergerent ſedentes: hi dicebantur nimbi, imbres odorati, & ſparſiones.

Vela ſeu *velaria* ſuperinducebantur Theatro, ad æſtum & ſolem arcendum, hinc dicti *Velarij*, qui erant præpoſiti his velis: quando verò non inducebantur velaria, vtebantur pileis & vmbellis. *Spoliarium*, erat intra amphitheatrum, vbi gladiatorum veſtes, ornamentaque.

Pegmata, erant machinæ quædam è ligno grandes & ingenioſe, quæ ſponte & occulte ſtatim creſcebant, & ſtatim ſubſidebãt.

Arena, inferior pars amphitheatri dualis: ab hac *Arenarij* dicti, qui in arena depugnabant. Hæc ſæpe in ſyluam mutata & mare; vnde venationes, & Naumachiæ. Capacitas Amphitheatri erat 87000. in gradibus, vbi commode omnes ſedebant, & ſpectabant. Nec vnum tantum in vrbe Amphitheatrum, ſed multiplex, vt tria Theatra tribus diuerſis vrbis partibus fuerunt extructa; I. Cæſaris Dictatoris, Tauri Statilij & Magn. Pompeij. Poſtremo alia non in vrbe tantum, ſed extra, vt videre licet.

Gladiatorij ludi. *Gladiatorij ludi* inter omnes celeberrimi, & gratiſſimi plebi in Circo, & Amphitheatro potiſſimum, dati à Munerariis, ſeu Editoribus. Quare hoc ſpectaculum *Munus* propriè dictum, & qui munera edebat *Munerarius*. Certaturi vero in arena dicebantur *Committi*: hinc *Commiſſiones gladiatorum*, quæ fiebant nominibus certantium in vrnam coniectis atque à Prætore eductis. Saturnalia & Quinquatrua gladiatoribus ludiſque deſtinata Romanis, & ipſi Gladiatores Marti vel potiùs Saturno ſacri. Saturnus enim inter inferos, maleficus, & cruento ſacro gaudens. Gladiatores olim in conuiuiis, mox in funeribus & religionis gratia, demum voluptatis. Sed præcipua cauſa funus; vnde gladiatores dicti *Buſtuarij*, quia olim captiui ad buſtum immolati, quod poſtquam crudele viſum eſt, placuit gladiatores ante ſepulchra dimicare.

Saturnalibus ſeu Opalibus, quæ incidebant in diem 14. Ianuarij, & 5. erant dies legitimi. Gladiatores dati ab Agonothetis ſeu Munerariis, ſeu Editoribus, ſaturnalibus per ſeptem vſque dies. Eorum præſes Mars, vel potius Saturnus, maleficus vt dixi. Hęc munera data à pleriſque magiſtratibus, etiam Sacerdotibus, & Imperatoribus.

Mille gladiatorum paria vno die aliquando data, & aliquando plura. Conſtantinus primus principum Romanorum Gladiatoria munera ſuſtulit. Editores vel erant Magiſtratus, vel priuati: qui mortis cauſa dabant, plerumque erant priuati, & per dies muneris præſtitæ illis ius, lictorum & Accenſi, gerentes imaginem quandam Magiſtratus. At ſpectatores erant penula pulla induti, vt in munere funebri; in aliis verò ſpectaculis ſemper togati.

Gladiatorũ locus duplex; Ludus, & Arena: in illo habiti & alti: in hac dati, & producti.

Laniſtæ, à laniandis corporibus dicti, his Ludis præerant; qui emebant futuros gladiatores qui dicti Familia. Illi familiam ducere dicebantur, & Magiſtri quoque vocati, quare illos tollebant, & erudiebant, qui erant vel *Tirones*, vel *Veterani*: *Tirones* inſtituebantur ita vt rudibus batuerent cum Laniſta, quare Gymnaſium ipſum dictum *Batualia*, hinc *Batalia* exercitatio gladiatorum, & militum. *Rudis*. erat gladius è ligno, iſque pro modo cuiuſque armaturæ; Thręci incuruus, Secutori rectus, Retiario dentatus; fortaſſe etiam è ferro, ſed hebeti: Laniſtæ ſua rudis è ferula, ideo ferula quoque dicta, vt ſecerni poſſet ab aliis, quare tirones ferulis vapulabant.

Pugnabant verò gladiatores, Ad rogum, In foro, In Circo, In Amphitheatro, In ſeptis, Vicatim & Regionatim: Sed in Amphitheatro potiſſimum deſtinato huic ludicro, & venationi.

Diludia, erant tempora, quæ gladiatoribus concedebantur, inter dies munerum quibus pugnabatur. Gladiatores plerumque è ſeruis & captiuis, aliquando voluntarij, ſe pretio vendentes; hi propriè *Auctorati* dicti, qui ſe vendunt Ludo. *Auctoramentum* pretium erat ipſius gladiatoris, & merces. Iurabant In tria; Vſtionem, Verbera, & Necem. Vri ſcilicet, vinciri, ferròque necari. Hoc fine Lorarij, & Maſtigophori in arena ad eos coërcendos, plectendoſque.

Gladiatorum varia genera, Ab armis. *Secutores*. 2. *Retiarij*, 3. *Myrmillones*, 5. *Hoplomachi*, 6: *Samnites*, 7. *Eſſedarij*, 8. *Andabatæ*, 9 *Dimacheri*, 10. *Laquearij*. Gladiatorũ genera.

A Locis; *Suppoſititij*, *Pegmares*. A tempore. *Meridiani* Itèm, *Poſtulaticij*. *Catervarij*. *Ordinarij*. De quibus ſingulis deinceps dicendum.

Secutor,

Secutor. *Secutor*, ab inſequendo Retiarium dictus. Sic olim dicti milites, ex inſtituto priſco, Tribunos comitantes. Secutoris arma, cuſpis & maſſa plombea, quæ aduerſarij iaculum impeditet; vt antequam ille feriret, iſte ſuperaret. Item, Clypeus, Galea. Gladius communis pleriſque gladiatoribus.

Retiarius. 2. *Retiarius*, qui cootra Secutorem, aliquando contra Myrmillonem pugnabat; fetebat teticulum, vt aduerſarium cuſpide inſiſtentem operiret, implicitumque viribus ſuperaret. Retiarius incedebat ſine clypeo & ſine galea; oudo vultu, rete effundebat, deinde fugiebat. Tridens illi ſeu fuſcina pro gladio. Spongia etat pectoris tegmen.

Threces. 3. *Thraces*, gladiatores, à ſimilitudine parmularum Thraciarum, vel quia ex ipſa gente Thtacia, quæ ptima ad pugnas & cædes. Horum arma, Parma, harpe, ſeu enſis falcatus, aut ſica Romana; vnde ſicarij dicti; non longè à Perſarum acinace.

Myrmillo. 4. *Myrmillo* dictus à Myrmillanico genere armaturæ Gallicæ, ipſique Myrmillones ante Galli appellabantur; in quorum galeis piſcis effigies inerat. Quare Retiarius pugnans aduerſus Myrmillonem cantabat; *Non te peto, piſcem peto: quid me fugis, Galle?* Hi Myrmillones dicti Crupellarij ſiue Prorepi, quaſi ob grauitatem armorum prorepetent.

Hoplomachi. Samnites. 5. 6. *Hoplomachus*. Græcis gladiator, qui pugnat armatus; eſt tamen certa ſpecies gladiatorum. Alij confundunt cum Myrmillone, & *Samnite*, cuius originem refert Liuius l. 9. *Campani*, inquit, *odio Samnitium gladiatores eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt*. Horum arma ſcutum argentatum, ſpongia ſiue baltheus, ocrea in ſiniſtro crure, pinnæ io galeis; quare Pinnirapi dicti qui cum Samnite compoſiti, eius pinnas rapiunt.

Eſſedarij. 7. *Eſſedarij*, qui ex eſſedo pugnant; aliquando pedites ex eſſedis deſilientes.

Andabatæ. 8. *Andabatæ*, qui pugnabant ex equis, galea frontem, oculoſque tecti; hinc locum adagio dedit *Andabatarum more pugnare*, ideſt, oculis clauſis.

Dimacheri. 9. *Dimacheri*, Dimachæ Polluci, dicti etiam Orbelæ, qui duobus gladiis pugnabant.

Laquearij. 10. *Laquearij*. quorum pugna erat, fugientes in ludo homines ioiecto laqueo impeditos, conſecutoſque proſtetnere, amictos vmbone pelliceo.

Suppoſititij. *Suppoſititij* gladiatores, qui feſſo, aut victo ſupponebantur, & cum victore contendebant; qui ſæpe vnus, alter, & tertius: vnde Secundarij, & Tertiarij dicti, & ſorte dari ſoliti.

Pegmares. *Pegmares* à loco dicti; quòd pegmatis impoſiti pugnarent.

Meridiani. *Meridiani* à tempore dicti, quia ſub meridiem darentur; hi non legitimi, deſtinatique gladiatores, ſed beſtiariorum veluti reliquiæ, & purgamenta. Duplex enim ſpectaculum matutinum & meridianum, mane enim cum beſtiis pugnabant, poſt meridiem verò, ij qui ſuperfuerant, inter ſe, & Meridiani gladiatores vocati.

Fiſcales. *Fiſcales*, qui in Cæſaris boois, & veluti Fiſco; non ſolùm enim hiſtriones, ſed & gladiatores iſti Principes alebant.

Poſtulaticij. *Poſtulaticij*, qui ſæpe à populo poſtulari ſolent, veluti muneris auctarium, & ornamentum.

Catervarij. *Catervarij*, à modo pugnæ dicti, cum non ſinguli cum ſingulis, ſed confuſi mixtique pugnant, & per cateruas.

Ordinarij. *Ordinarij*, qui legitimo tempore, loco, & apparatu inducuotur, à Poſtulaticiis, & Cateruariis diuerſi.

Obſequentes, quos ad ignominiam velandam, honeſtè ita nuncupabant, ſicuti quidam ſerui dicebantur Volones.

Ante diem pugnæ Editor libellos proponebat, in quibus dies futuri muneris, item nomina, & paria gladiatorum alliciendæ plebi, & expectationis gratia, quod dictum *Pronunciare munus*. Aliquando io tabulis, & pictura, forma pugnantium gladiatorum, item loci, munerisque totius, & numeri parium. Hi libelli publicè venditi, deſcripti, & ad amicos abſentes miſſi, dicti *Libelli Munerarij*.

Die Muneris. Pompa oſtenſa & explorata. Die ipſo Muneris, Pompa gladiatorum producebatur, oſtentabaturque. Deinde componebantur, committebanturque; in quo hæc prima cura Editoris, vt pares cum paribus confligerent; gladij, armaque, quibus pugnaturi, Munerario oſtendebantur, explorandi cauſa, an ſatis eſſent acuta. Proluſio. Proluſio fiebat in haſtis, rudibus, & armis. Id vocabant *Ventilare arma*, hæc tela luſoria; deinde ſequebantur pugnatoria, ſeu decretoria. Tubæ ſigno ludi commiſſi, hæc dicta *Tuba terminalis*, cùm ſcilicet, abiectis armis luſoriis, tranſibatur ad vera; dicebatur pugnare verſis armis & acutis gladiis.

In pugna quid factu dictum. In pugna dicebantur gladiatores, *in ſtatu ſtare, & in gradu, de gradu pellere, deturbare de ſtatu, cedere de gradu*. Gladiatori compoſito ad pugnandum hæc propoſita ſors erat; aut occidere, ſi occuparit; aut occumbere, ſi ceſſarit. In vitando, præcipua cura, vt latus tegeretur; aliquando tamen cùm plura patia pugnabant, vulnerabatur quiſpiam per alterius latus. Aduerſarij inſultantis; aut vulgi acclamantis hæc vox audita. *Hoc habet*. Læſi autem gladiatores, & mortis metuentes ſubmittebant arma, nec ideo tamen liberi: exorare populum debebant, & vitam rogare; ideo rogatori admonebant ſe ſpectaculis, vnde audiri poſſent. Editores etiam ſæpe togati. Imperatori tamen, cum præſens, ſemper ius liberandi, quo & ſolo ſuperuentu ſuo, more Veſtalium, quibus ſuperuenientibus pœna noxiorum protollebatur. Hæc liberatio dicta, *Miſſio*, ad victos pertinens; at *Rudis* ad victores; illius effectus, vt in eum diem: huius in ætatem, vt liberarentur. Sine miſſione autem dare gladiatores, erat, eos ad certam mortem dare, niſi vincerent; quod ab Auguſto vetitum. Gladiatores digitum tollebant, cùm ſe victos fatebantur. At ſi

populus pollicem verteret, iubèbat occidi. Premere enim pollicem erat fauere.

Boni gladiatoris erat fortiter decumbere, & recipere ferrum; aliquando etiam manum in vulnus mittebant, & ſanguine ſe veloti proluebant, & bibebant. Quare meritò *Libitinæ* inſtrumenta, vna cum reliquo apparato gladiatorio, vt eſſet quo mortui ſubito efferrentur.

Poſt pugnã.

Poſt pugnam præmia victori dabantur, hæc duplicia, Palma & Pecunia. Rudis donata Gladiatoribus, quaſi magiſterij ſignum; aut etiam nouis in aliquo nouo, & ſtrenuè facto, idque populo imperanto, quam dabat aut Editor, aut ipſe Laniſta. E quibus rude donatis, alij liberi erant, ſiue auctorati: qui arenæ operam pretio locabant, redibant in veterem prorſus libertatem, nullo vltra vinculo ſeruitutis. Alij è gladiatoribus, conditione ſerui hi donati rude, *Rudiarij* dicti, non libertatem accipiebant, ſed vacationem duntaxat à pugna; & Laniſtæ deinceps, pro ve Laniſtis erant, doctores tironum; & baruebant. Quod ſi libertatem etiam impetrarent, pileo donabantur, quare pileus rude erat melior: quia poſt quinquennium pileum, poſt triennium rudem recipere poterant. Recepta rude, Rodiarij vltra non pugnabant, niſi pretio, aut ſponte inducti. Herculis ſedes in amphitheatro, cui arma conſecrabant. Demum ſtudia & factiones erant, & ſponſiones pro victoria.

Hæc omnia inſtitura ad fortitudinem in gente nata ad arma, & in armis.

Panuinio & Lipſio accepta hæc refer, qui mihi ſemper magni magiſtri, vt vno intuitu, quæ illi longis ſubſelliis, poſſis ſpectare.

Ludi Triopij Apollinis meminit Herodotus, ad templum Apollinis, ad quod è finitimis nemo admittebatur. Victoribus ærei tripodes donabantur; quos tamen haud licebat victoribus aſportare, ſed Deo ipſi in loco donare tenebantur. Gytal. *Synt* 17.

FRANCISCO BONVISIO Patricio Lucenſi.

SYNOPSIS X.

De Conuiuiis Nataliciiis, Puerperalibus, & Infantilibus. De die Natali, Ablactione, & Capillis.

Conuiuia natalicia duplicia.

CONVIVIA natalicia fuere duplicia: Alia quæ ſtatim poſt partum, aut aliquot poſt diebus agitabantur. Alia anniuerſaria quotannis, quo quis in hanc lucem fuerat editus die. Priora illa, *Puerperij*, ſiue *Puerperalia* conuiuia, appellata.

Puerperalia.

Repotia.

Repotia, quæ etiam fiebant poſtridie nuptiarum, cùm apud nouum maritum, cœnaretur; vt dictum à me alibi, quaſi reficiatur potatio. Repotia tamen propriè celebrari ſolita, liberis nati, à parentibus volentibus eos alere; nam in Græcorum poteſtate erat liberos exponere, nec alere. Qui igitur ali volebat, depoſitum humi infantem tollebat, vnde & Dea *Leuana* dicta. De Natalitiis, & feſtis die natali agitatis ſupra *l.* 2. *differt.* 36. egi pluribus. Dies verò quo nomina infantibus imponebantur, conuiuiis celebrabantur. Apud Athenienſes decimo die, congregatis neceſſariis, & amicis, & nominibus impoſitis infantibus, re diuina peracta, ſplendidum parabant conuiuium. Hic dies *Onomaſterium* dictus, ſiue *Luſtricus*, ſiue *Nominalis*.

Græcorum mos. Nominalia quando. Luſtricus dies.

Amphidromia.

Amphidromia, quinto à nato infante die agebantur, quo manus expurgabant, quæ obſtetricum munere fuerant perfunctæ, curſuque ad focum puer ferebatur, mittebanturque à propinquis polypodes, ac ſepiæ munerum loco. Item, munuſcula oblata infantibus recens natis.

Apud Græcos igitur, & Athenienſes præcipuè, infantes quinto poſt partum die; ſiue ex aliis, ſeptimo, ſacrificiis quibuſdam, circumgeſtatione celeri circa focum, cum donorum miſſionibus luſtrari conſueuerunt; & decimo illis nomina impoſita, conuiuia agitata ſumma cum alacritate. Apud Romanos idem factitatum, ſed dies impoſitionis nominis diuerſus erat *Luſtricus* dictus; puellis octauus, pueris nonus.

Latinorum mos. Luſtricus dies. Luſtratio quomodo facta.

Vnde *Nundina* Dea Romanorum, à nono die naſcentium dicta. Luſtratio ergo aquæ aſperſione fieri ſolita & igne, vt mox dicetur. *Luſtrator*, qui luſtrabat.

Luſtratrix, fœmina luſtrans; *Luſtratus*, puer qui luſtratur. *Luſtratio*, actus luſtrandi. Antonius Philoſophus primus iuſſit apud Præfectos ærarij Saturni, ciuium natos liberos profiteri, intra tertium diem, nomine impoſito. Tertullianus quatuor ſolemnitates recenſet. Prima erat, *pura toga*, ideſt, veſtitus virilis; quando is ſumebatur. Secunda, *Sponſalium*, quæ anulo fiebant. Tertia, *Nuptialium*. Quarta, *Nominalium*, quando nomina pueris imponebantur.

Luſtratio igne, & aqua.

Luſtratio puerorum igne & aqua fieri ſolita, ita baptiſmus eſt Fluminis, & Flaminis. Deinde dies certus erat, ſiue decimus apud Græcos; ſiue nonus, octauus, aut tertius apud Romanos; ita dies Circumciſionis apud Hebræos octauus, apud Chriſtianos eodem die quo baptizantur, nomina imponuntur. Demum apud illos munuſcula dabantur, conuiuia opipara agitabantur: apud Hebræos, Chriſtianos, Græcos, & Romanos paſſim in Onomaſteriis, Amphidromiis. Mos antiquus refertur, ſed abrogatus à Concilio Carthagienſi, tradendi pueris baptizandis lac, mel, vinum, & panem Eccleſiaſticum.

Conuiuia Natalitia annua.

Conuiuia autem Natalitia, quæ quotannis eo die, quo quis natus eſt, reſtaurantur,

rantur, varia ſed frequentia fuere apud varias nationes. Apud Perſas, Vide Athenæum *l.* 4. & Platonem. Apud Iudæos, ſacram conſule hiſtoriam. Apud Græcos, hæc ſolemnitas dicta *Geneſia*, vel *Genethlia*. Apud Romanos, dies natales celebrati multis ſacrificiis, & conuiuiis; Item, munuſculis mutuo miſſitatis.

Natalitia publica & principum.

Nec verò priuata ſolum Natalitia celebrata, ſed etiam publica, ſumma cum lætitia conuiuiorum, vt Paliſia vrbis Romæ 20. die Apr. Item, ſummorum virorum, vt, I. Cæſaris, & aliorum multorum principum; quod hac noſtra quoque tempeſtate paſſim vſurpatum.

Dij præſides natalium.

Iuno, & Genius, vt Dij vitæ culti die natali; Iupiter, & Lucina apud Græcos: at in Natalibus ſiue publicis, ſiue priuatis nulla hoſtia mactata, vt à me probatum ſupra *lib.* 2. *diſſert.* 35.

Thracum ritus.

At Thraces contra, ſuos Natales, non lætitia, ſed luctu fuere proſequuti, emortuales vero ſummo gaudio; perinde ac ſi naſcamur miſeriis, moriamur felicitati.

Hæc enim gens candidis & atris lapillis dies lætos à triſtibus diſtinguere ſolebat.

Nulla hoſtia die natali.

Poſtquam igitur illuxiſſet, Genio viri, Iunoni natalitiæ fœminæ litabant, non quidem hoſtia, vt dictum, ſed mero, hoc eſt, vino non diluto aut aqua macerato, ſed puro, & ſacrificiis apro. Ita enim, ex ſententia Varronis, æquum videbatur, vt cùm die Natali munus annale Genio ſolueretur, manus à cæde, ac ſanguine abſtinerent; ne die, qua ipſi lucem accepiſſent, aliis demerent. Hæc vini libatio trina erat in caput Genij. Adhibebant quoque libum, ſeu placentam de farre, melle, & oleo,

Vini libatio.

item thus, præſertim diuites. Neque vnguenta negligebant, & ſerta ex variis floribus gerebant, vt colligitur ex Tibulli *l.* 4. *Eleg.* 3. Ad hæc ſacrificia accedebant *εὐχαριστίαι*, ſiue gratiarum actiones, pro tutela & vita in eum vſque diem prorogata; & vota concipiebantur. Optabant enim dari ſibi à Genio *Bonam Mentem*, *Bonam Famam*, *Bonam fidem*, vt eſt apud Perſium *ſat.* 3. Vota illa fiebant voce clara, vt palam ab omnibus exaudiri poſſent. Vide locum integrum. Dehinc poſt ſacra illa peracta, ſplendidè exornabant domum, vt inibi omnia munda eſſent, vt colligitur ex Plaut. Pſeud. *ac* 1. *ſc.* 2.

De die natali.

Sequebatur opiparum conuiuium, cui adhibiti propinqui, amici, clientes; vbi ſedebant albati togis candidis, recentibus. Principes verò, & ditiores epulum publicum inſtituebant. Boues integros mactaſſe de Perſis ſcribit Athenæus *l* 4.

Memorabile hoc, quod in natalitio iſto conuiuio in deliciis præcipuè habuerint carnem ſuillam, vt noto ex Iuuenalis *Sat.* 11.

Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, ſi quam dabat hoſtia, carne.

Eadem die munera varia miſſitata ab amicis, & clientibus; etiam à parentibus, vt anuli, bullæ aureæ, lineæ margaritarum fœminis, & huiuſmodi.

Puerperæ, vt notat eruditiſſimus Dempſterus, ſtatim doloribus defunctæ Iunoni quidem ſacrificium inſtruebant, veſtimenta Dianæ conſecrabant, quæ dicta *Lochia* à leuando, ſeu curando partu. Hunc ritum colligit ex Plauti Truculento *act.* 2. *Sc.* 5.

Ablactatio.

Cum puer à lacte depellebatur *Apolactiſmus*, dictus, ſeſquianno, aut bienno poſt partum, celebrari ſolitus. *Tithenidia* dicta Spartanis, nutricalia: cum nutrices infantes mares in agros exportabant, ad Dianam Corythalliam, copidas, ſeu conuiuia agitabant, ſacrificabant porcellos lactentes in conuiuio, apponentes panes furnaceos. Quare *Eduſam*, & *Potinam* Deas præſides puerorum nutrices perpetuo inuocabant, cum pueri lac dimittere incipiebant.

Eduſa, Potina.

Odontia.

Dentitionis conuiuium, cùm videlicet pueri dentire incipiebant, dicta *ὀδόντια* fiebant apud Feſſanos, & alios populos, ne odontalgia laboraret puer.

Cureotis.

Cureotis, feſtiuitas Athenienſium, tertia die Apaturiorum, in qua pueros triennes, quadriennes ſodalitati aſcribebant, & in claſſem tributim diuidebant. Eodem die pueri, vt quiſque ingenio valebat, certatim poëmata recitabant, alter alterum ſuperare contendens. Apud Ethnicos olim ſeptima menſis cuiuſquè die propter Apollinis natalem Scholaſticis feriæ erant, vt Muſas magis haberent propitias. Quinquatria etiam erat feſtum Scholaſticorum, vt noto ſuprà.

Curoſyna.

Curoſyna, feſtum celebratum à veteribus ſacrificiis ac epulis, cum pueri ex ephebis excedebant, primamque comam & barbam deponebant, illiuſque primitias Apollini & fluminibus conſecrabant: antequam tamen barbam, comamque deponerent, vini menſuram in Herculis templum inferebant, quam libabant, & his, qui conuenerant, propinabant. Vnde illa feſtiuitas *Oenoſteria* dicta, quaſi, Vinalia. Delphos etiam petebant, Apollini comam dicantes, anteriore parte capitis abraſa, ex Plut. vt à me quoque alibi notatum. Achilles Sperchio flumini Deo comam ſuam vouit. Capillus verò Deo dicatus *Threpterius* dictus, quaſi nutricationis præmium. Græci in luctu comam recidebant, & inter nauigandum tempeſtate vrgente, vt ait Libanius.

Oenoſteria.

Threpterius.

Puerorum impuberum, & ingenuorum, vſque ad 14. ætatis annum, cùm Muſarum vel Martis tyrocinio initiabantur, antequam puram togam, ſeu virilem induerent, inſignia erant bulla aurea; quæ ex collo pendebat in pectore, & toga prætexta, hinc pueri dicti prætextati. Iuuenes Romani & Græci capillos alebant, at contrario ritu, quos in ſeruitutem aſſerebant Græci tondebant. Hinc qui in peregrinationem longinquam aut expeditionem proficiſcebantur, capillum alicui Deo deuouebant,

Iuuenes capillati ne an tonſi.

bant, cui domum reduces detonſum conſecrabant: quare Theſeus Apollini Delphico, Athenienſes Herculi, adoleſcentes Romani Æſculapio: alij verò aſſerunt Apollini barbam, Baccho crinem dicatum, ex illo Statij.

Ille genas Phœbo, crinem hic paſcebat Iaccho.

Quare Græcis in vſu, vt colligit Dempſterus, capillos capitis detondere, & barbæ ſuæ primitias, aliquando alicui Deo ex ſuis Penatibus conſecrare. Hinc Nero *Iuuenalia* inſtituit, quod barbæ ſuæ raſæ pilos in ſphæram auream coniectos Ioui Capitolino conſecrarit, ex Dionis. *l.* 62.

IVLIO CÆSARI Butingero Rhet. Profeſſori.

SYNOPSIS XI.

De Hoſpitiis & Fœderibus antiquorum.

ARDVVM licet, moleſtumque vetuſtis nouitatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem dare, attamen ſolidum aurum, antiquatum, æruginoſum, terrulentum, fæce obductum, caryoticis vilium calendarum ſtrenis pretioſius habetur; quia non ſine prouentu eruditionis, & gloriæ collocatur opera in multiplici diſciplinarum complexione. Quod fit eruendo veteres fodinas, colligendo rudera antiquitatis, paſſim diſperſa, nec ſine quæſtu fœneramur in his labores, operamque noſtram, vt è tenebris eruditiones in hanc lucem educantur, vel eductas cœlo liberiori vniuerſis dilargiamur. Tamdiu eſt, cum teſſeram hoſpitalitatis mutuam integram ſeruamus. En meam, cum Deo hoſpitali, tibi fero de hoſpitij iure, fœderumque diſſertaturus. Si quid de hoc fuſius aues, habes à me alibi *De Teſſeris*, & à Budæo, Caſaubono, Scaligero, & aliis.

Xenium Lautia.

Xenia, munera dicebantur quæ hoſpitibus dari ſolita, vt vox innuit: Item, legatis exterarum gentium, quæ à Romanis *Lautia* dicebantur; namque vt refert Vitru. *l.* 6.

Mos Græcorum in excipiendis hoſpitibus.

Græci cum eſſent lautiores, & opulentiores à fortuna, hoſpitibus aduenientibus, inſtruebant triclinia & cubicula, & cum penu cellas: primoque die ad cœnam inuitabant, poſtero mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquaſque res agreſtes. Ideò pictores ea, quæ mittebantur hoſpitibus, picturis imitantes Xenia appellauerunt. Erant quoque hoſpitia priuata apud antiquos, quæ magna erat neceſſitudo, & pro ea ſæpe vſurpata. Fuit autem antiqui moris teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam, quam quicunque attuliſſet ad hoſpitem, continuò agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi, tanquam amicus, & vetus hoſpes. Quod ius neceſſitudinis ad poſteros manabat, ideoque teſſeram diligentiſſime ſeruabant. Iouem hoſpitum vindicem implorabant, quem dicebant *Xenium*, Philion amici, ſodales *Hæterium*; gentiles & cognati, *Homognion*; qui eiuſdem Phratriæ, *Phratrion*; Fœdere coniuncti, *Enorcion*: quaſi iuriſiurandi vindicem. Hoſpitium publicum dicebatur, *Proxenium*.

Iupiter Xenius.

Proxenium.

Hoſpitalitas apud omnes gentes.

Hoſpitalitas maximè commendata apud vniuerſas nationes, tum Latinas, tum Græcas, tum barbaras. Hebræi duo ciborum genera apponebant hoſpitibus, hedos, & placentas, ſeu panes azymos & mazam, quam dicunt fuiſſe polentam hordeaceam, vide antiquam frugalitatem. Græci Ethnicorum hoſpitaliſſimi. Xeni dicti hoſpites; vnde *Xenia*, munera hoſpitum: *Xenodochium*, locus hoſpitibus datus. Hoſpitalitatis officia varia.

Græci hoſpitaliſſimi.

Hoſpitalitatis officia.

Primum aſpaſma, ſeu ſalutatio atque exceptio; ſiue inuitatio peregrini blanda, tum geſtibus amiciſſimis.

2. Dextram apprehendebant hoſpitis perbenignè.

3. Hoſpites oneribus, quæ geſtabant, liberabant, eorumque equos curabant.

4. Hoſpites domum introducebantur, ac via defeſſi molliter collocabantur.

5. Hoſpites ad focum ſtatuebantur, lauabantur, vngebantur. Demum perliberaliter tractabantur. Quæ omnia Telemachus, Mineruam excipiens apud Homerum, peregit in Odyſſea. Poſtremo cibo, potuque largo excipiebantur.

Poſt cœnam interrogabantur, cuius rei gratia veniſſent, aut quanam re indigerent, & in lectis molliter ſtratis collocabantur.

Dimittendi hoſpites ratio.

Dimittendi autem hoſpites ratio conſiſtebat, tum in verbis blandis, & epularum apparatu, tum in munerum quorumdam largitione; denique in eorum deductione & comitatu.

Proxeni.

Proxeni ij dicti, qui publicè in oppidis hoſpitio excipiebant, Senatores, Legatos, Magiſtratus peregrinos.

Parochi.

Parochi peregrinis, iis præſertim qui publicè mittebantur, ligna, ſalem, & ſimilia publicè mittebant, *Copiarij* etiam dicti, qui omnia neceſſaria hoſpitibus ſuppeditabant. Hoſpitij autem ius, ſalis & menſæ conſortio contrahi ſolitum: Sal enim hoſpitibus antea alia omnia appoſita; quippe hoſpitalitatis ſemper fuit ſymbolum, & amicitiæ.

Sal hoſpitale.

Rom hoſpitales.

Romani hoſpitalitatem maximè religioſè colebant; apud quos non modo hoſpitij neceſſitudo inter priuatos, ſed etiam inter populos contrahebatur. Quæ iura nefas erat violare; hinc Iupiter Xenius, ſeu hoſpitalis dictus. Et domus eæ fuere perpetuo ſceleſtæ, neque amplius habitari poterant, in quibus hoſpitium fuerat violatum: namque hoſpitalitatis ius prius erat iure ſanguinis.

Domus publicæ hoſpitum.

Domus quædam publicæ peregrinis apud

Græcos

Græcos deſtinatæ erant, & hoſpitibus recipiendis, dicta *Xenodochia*, à Phrygibus, *Andrones*; à Cretenſibus, *Cœmeteria*; à Romanis, *Hoſpitalia*.

Ratio hoſpitalitatis.

Hoſpitij quærendi, & contrahendi hæc ratio. Cum quis peregrè proficiſcebatur, è ſeruis aliquot præmittebat ad eam vrbem, vbi diuerſurus erat, qui inquireret, an domini hoſpes, amicuſve paternus eſſet. Si nullus erat, quærebat diuerſorium. Si nullum diuerſorium, Magiſtratum adeuntes, hoſpitalitatem poſtulabant; deinde dabantur teſſeræ hoſpitalitatis.

Munera hoſpitum.

Munera hoſpitibus mittenda apud Romanos dicta *Xenia*, *Apophoreta*, *Xeniola*; etſi apophoreta dicta quoque munera, quæ conuiuiis apponebantur ſecum exportanda poſt conuiuium domum. *Lautia* verò, vt dictum, data Legatis peregrinis per Quæſtores. Quibus etiam aliquando commeatus largè, & veſtimenta publico nomine præſtabantur, præter publicum hoſpitium ſatis magnificum, ex dignitate Pop. Rom. & Legatorum.

Teſſerarum materia & forma.

Teſſeræ fiebant è ligno longiuſculo, & vtrimque complanato. Qui hoſpites excipiebantur teſſeram incidentes, dimidiam eius partem relinquebant iis, à quibus erant excepti; vt, ſi opus eſſet, vel ipſos, vel ipſorum poſteros eodem rurſus vti hoſpitio, dimidiata illa prolata teſſera, hoſpitij ius renouaretur.

Teſſerarum genera 4.

Teſſerarum quatuor genera apud Latinos: *Frumentaria*, qua exhibita quiſque frumentum proportione accipiebat à principe: *Numaria*, qua numos: *Militaris*, qua vſi milites, vnde, Teſſerarij, qui teſſeras per contubernia militum nuntiabant; *Hoſpitalis*, qua vſi hoſpites. Qui ius hoſpitij violabant teſſeram hoſpitalem confregiſſe dicebantur, & renunciare hoſpitium.

Aduenæ vbi.

Qui iure hoſpitij non fruebantur dicti *aduenæ*, excipiebantur Caupona, Taberna Stabulo, Diuerſorio, Pandochio, vel in agro, vel in vrbibus; commodi aut lucri gratia pro mercede.

Hebræi ſuos diſceſſuros cum gaudio, canticis, tympanis, & citharis deducere ſolebant vnà cum conuiuiis. Romani verò ſacrificiis, cœnis atque etiam votis peregrinos comitabantur.

Propter uia ſacrum.

Dicta hæc ſacrificia *Propter viam*; à Græcis dicta *Diabateria*, propter tranſitum alicuius loci difficilem. Hinc vota ſuſcepta pro principibus in expeditionem euntibus, vt ſoſpites incolumeſque reuerterentur. Conuiuia etiam facta dicta *Hypodectica*, viatica, & aduentoria, *Agape* Chriſtianis dictæ.

Fœdera quoque inita.

Non tantum hoſpitia, ſed & *fœdera* quoque contractuſque initi, & confirmati ſacris ceremoniis, libaminibus, victimis, & ſympoſiis. Hebræi in fœderibus pangendis victimas, epulaſque adhibebant. Græci ſimiliter victimis atque epulis fœdera contrahebant, hoc pacto. Sacrificium parabatur; 1. quidem pilos ex immolandorum agnorum capitibus abſcindebant; illoſque diſtribuebant per præcones ſeu miniſtros publicos, inter fœderandos; vt hoc pacto viderentur vtrique ſacrificio copulari. Symbolum autem hoc erat; omnia mala conuerſum iri in capita eorum, qui fœdus violaſſent, cum imprecatione, qua Deos ceu teſtes & cuſtodes fœderis omnium nomine inuocabant, vt fœderis violatores vlciſcerentur: Deinde ſequebatur agnorum iugulatio, libatio & precatio.

Libationes fœderum.

Libationes in fœderibus ſemper factæ mero, ad ſignificandam mentis ſinceritatem, & mutuatum dextrarum apprehenſione, cum execrationibus, Homero teſte.

Græcorum fœdus.

Græci ex Xenophonte cum Cyro fœdus percuſſerunt, capro, tauro, lupo ariete ſuper ſcuto mactatis, in quorum ſanguine Græci enſes, Barbari haſtas tinxerunt; iureiurando interpoſito, neutram partem alteram prodituram, firmamque belli ſocietatem futuram. Alij quoque populi lanceis, aliiſque inſtrumentis bellicis fœdera facere ſoliti.

Romanorũ fœdus.

Romani mactatione porcæ fœdera ſanciebant, quæ dicta à feriendo, vel fœde cædendo porcam, quæ immolabatur, lege hunc morem apud Liuium *Dec. 1. l. 1.*

A principio in fœderibus pactiſque pro verbena myrto vtebantur. Fœdera ſemper ante meridiem, quæ poſtquam inita cum externis, & vltimis nationibus, Romani in templo Capitolini Iouis, columnæ, aut æneis tabulis inſculpta, vt perpetua monumenta extarent, in faſtos, & annales referebant. Lapide fœdus, & iuſiurandum fieri ſolitum cum illa precatione. *Si rectè, & ſine dolo malo fœdus atque iuſiurandum facio, Dij mihi cuncta fœlicia præſtent: ſi aliter, aut ago, aut cogito, cæteris omnibus ſaluis in propriis legibus, Laribus, templis, ſepulcris, ſolus ego peream, vt hic lapis è manibus meis decidit*: nec locutus plura lapidem manibus deiicit.

Moloſſi.

Moloſſi fœdera inituri bouem in multa minuta fruſta diſſecabant.

Scythæ.

Scythæ læſi, ſi fortè vlciſcendi facultas non ſuppetebat, immolato boue, carnes minutim ſectas coquebant, læſus in tergore humi ſtrato ſedebat, manibus in tergum reductis, id quod maximum apud illos ſupplicandi genus.

Perſæ.

Perſæ inter vinum & epulas frequenti conuiuio vxoribus, & liberis, cæteriſque quos caros habebant adhibitis, inter ſacra menſæ, veluti inter hoſpitales Deos fœdera, amicitiamque contrahebant.

Naſamones &c.

Naſamones, Thraces, Ægyptij, porrecto vini poculo, ſeu bouin cornu, ac de manu alterius ſumpto, & ſibi inuicem propinato, fœdus, pacemque componere ſolebant.

Indi.

Indi aquæ potu amicitiam contrahebant.

Medi.

Medi, & Indi feriendo brachia, qua humeris connectuntur, ac mutuum ſanguinem delingendo fœdera ſanciuerunt.

Carmani.

Carmani, in epulis percuſſa faciei vena profluentem cruorem vino miſcebant, ſibi inuicem propinantes.

Armenij.

Armenij, Iberi manuum pollicibus coniurantium inuicem

cem connexis, atque arctiſſimo nodo perſtrictis, leuique ictu collecto ſanguine ex puncto, ac deinde guſtato, fidem confirmabant: neque verò ſanguinem ſolum bibendo, verum etiam veſtibus, armis, atque corporibus aſpergendo, fœdera feriebant.

Panis & Sal. Panis & ſal fuerunt duo maximè inſignia fœderis, & amicitiæ ſymbola, quorum vſu, & eſu fœdera, & amicitiæ contractæ. Vnde panes Propoſitionis ſymbolum fœderis inter Deum, & homines, vnde Pythagoræ ſymbolum, *Panem ne frangito.*

Sal in ſacris. Sal in ſacris, & profanis literis, mutuæ pacis, amoriſque ſymbolum: hinc Sal in omnibus ſacrificiis: vnde Sal fœderis Dei dictus, & omnis victima ſale conſperſa, & nulla ſacra ſine ſalſa mola, ideſt farre toſto ſale aſperſo, quo molito hoſtia aſpergebatur. Quid dicemus de ſale etiam in victu humano? Menſa ſalis appoſitione ſacra, eius effuſio mali ominis vnde Prou. *Salem & caſeum edere.* Pythagoræ ſymbolum, *Salem apponite.* Sed de Sale à me pluribus in alia Synopſi nominatim, vti & de Teſſeris. Vide

VINCENTIO GVINISIO S. I.

Synopsis XII.

Concilium, Conciliabulum, Forum quid. Item, Comes, Marchio, Baro, Mareſchallus, &c.

GALÆ inertiſſimi dictum ſtolidum mihi, ſemper improbandum; *Nemo cogendus ad rationem ſui otij reddendam.* O ruditum ſibilo explodendum, ſannaque poſtica ridendum: non minus enim ocij, quàm negocij præſtanda ratio. *Turpiſſima profecto*, ait Seneca, *iactura, quæ per negligentiam fit.*

Quare in negocio ocioſus cum eſſe ſoleo, & in ocio literario negocioſus, vtriuſque rationem ad calculos, ad amuſſim reuoco, vtriuſque exactiſſimam rationem redditurus: te imitatus, quando mihi per negocia libet, qui ſanctorum Patrum volumina non ceſſas.

Nocturna verſare manu, verſare diurna.

Ego verò illa tanquam mella ſubinde ſummis delibo digitis. O, ſi mihi aliquando ocium! totis faucibus delibanda, in illis enim promptuarium refertiſſimum pietatis, & doctrinæ cæleſtis, quam plenis ſiphonibus haurit meus amiciſſimus Nottarinus, cuius ingenium penè diuinum ſemper ſuſpexi.

A Critico quodam male feriato ego ſugillatus, quod Conciliabulum autumarim aliquando in bonam interpretandum partem. Hac noxa me eximo.

Concilium quid. Concilium, Græco *σύνοδος*, eſt cœtus diuerſorum in vnum coëuntium, à conciliando, ideſt conuocando, ſeu concalando dictum, vnde Conciliare, eſt conuocare in concilium. *Conciliabulum*, referente Feſto, eſt locus vbi conuenitur in Concilium, in quo ius dicitur; quod erat Foro inferius. Conciliabulum quid.

Forum quid. *Forum* locus erat, vt ait Feſtus; primò, negotiationis; deinde, iudicationis, in quo iudicia exercebantur, cum populo agebatur, & conciones haberi ſolebant. Tertiò, ipſe conuentus. Ita Concilium, & Conciliabulum & pro loco, & pro hominum conuentu ſolitum vſurpari. Quare Forum locus erat nundinationis, vnde dictum Forum Iulij, Liuij, Licinij, & huiuſmodi, ab iis, qui ea fora conſtituenda curarunt. Municipia itaque Coloniis præferebantur, Coloniæ Præfecturis, Præfecturæ Foris, Fora Conciliabulis: quæ quia infima, ideo viliora; vt refert eruditus Turn. *aduerſ. l. 1. cap. 11.* Ne autem interdictus foro videar cedere, Aſſero Conciliabulum primò in malam vſurpari partem, Plaut. Bachid. *Vt ſolet in iſtis fieri Conciliabulis.* Idem in Trin. *Ne penetrarem me vſquam, vbi eſſet damni Conciliabulum.*

Conciliabulum in bonam partem. An in bonam partem Adhelmus Occidentalium Saxonum Epiſcopus l. 1. De laudibus Virginitatis cap. 1. in hæc verba profert, *Iamdudum ad Pontificale proficiſcens Conciliabulum, fraternis ſodalium cateruis comitatus.*

Conciliabula propriè erant omnia maiora, minoráve oppida, caſtella, & loca, in quibus erant conuentus aliqui iuridici, vt colligitur ex verbis Liuij, *Decemuiri ſupplicationem in biduum, valetudinis cauſa, in vrbe, & per fora omnia, & Conciliabula edixerunt.* Quare Conciliabulum fuit extra vrbem, quod nec Municipij, nec Coloniæ, nec Præfecturæ iure cenſeretur, & à Foro diſcreparet, vt dictum. Conciliabulum Græcorum in Delo habitum, vt ait Pauſan. in Arcadicis, *Delos commune omnium Græcorum Conciliabulum.* Conciliaui neceſſe? tu ipſe teſtis. Conciliant homines mala, vt adagio fertur. Quemadmodum è literis diuerſis ſyllabas conglutinamus: Ita *Syllabæ* aliquando pro literis integris vſurpatæ apud ſacros ſcriptores, & *συλλαβαί* ſunt literæ Epiſcopi, quæ dantur Clericis, & Monachis de ſuis Ciuitatibus ad alias vrbes, negocij vel religionis gratia, proficiſcentibus. Id colligitur ex Zachariæ Papæ Epiſtola Vuittæ Barbaroſſæ in hæc verba. *Flagitauit autem a nobis per ſuas ſyllabas iam dictus SS. Vir.* Eadem phraſi vſa eſt Romana Synodus ad Bonifacium Moguntinum Archiepiſcopum, *Ante hos dies ſyllabas Re-* Syllabæ pro literis.

nerendiſſi

reuerendiſſimi Bonifacij Archiepiſcopi verbis retuliſti, & Epiſt. 144. *qua* nomina, *in ſuis ſyllabis nobis conſcripta direxiſti.*

Moueamus talum; à ſacra linea, ad prophanam pergamus, ne lineis excidamus.

Comes quid.

Comes propriè is dicitur, qui vnà it ſocius itineris: eſt verò etiam nomen dignitatis, aliàs ſpeciale, aliàs generale, adeò vt quilibet Præfectus cœperit Comes appellari, ſiue in militia, ſiue in pace, ſiue in rebus priuatis. Comites dicti olim qui Proconſules, aut Prætores in prouincias euntes comitabantur, vel Senatus, vel ipſorum voluntate Magiſtratuum, coadiutores illorum in publicis negotiis, cuiuſmodi fuerunt Quæſtores, Legati, Scribæ, Accenſi. Deinde vox Comitis ad Magiſtratus cum vrbanos, tum prouinciales referri cœpit, fueruntque Comites Orientis &c. Hi primum locum tenebant poſt Reges, & Imperatores.

Comites Palatini.

Horum alij *Palatini* in Comitatu Principis: alij per prouincias, de quibus optimè eruditiſſimus Bulengerus, *De Imperatore lib. 4. cap 24.*

Comites igitur erant in duplici differentia apud Romanos, inde apud Gallos; vel enim in Palatio militabant, circa corpus Principis continuo verſantes; vel Prouincialia munera obibant. Primi ordines dicebantur *Comites Palatij*, *Domeſtici*, *Excubitores*, *Conſiſtoriani*, & huiuſmodi, vt videre licet apud prædictum Buleng. Secundi generis erant Comites, qui ab aula recedentes viri titulo illuſtri, prouincias, ciuitates, aut pagos regebant, iudiciaque exercebant.

Palatium Principis domus: vnde Palatini.

Palatini ergò Comites propriè dicti Comites Principis: *Palatium* enim dictum domus Principis, & Imperatoris. *Comitatenſes* autem, quicumque de Comitatu, quos tamen omnes Palatinos dictos cenſeo. Io. Saliſberienſis refert duo genera Comitum fuiſſe, alterum eorum, qui in Principis ſuprema aula iuſtitiam adminiſtrabant, qui dicti *Palatini*: Alterum prouincialium in Prouinciis, è quibus *Marchiones* ij dicti, qui limites Imperij cuſtodiebant: Quare Marchiones erant Comites finibus regendis deſtinati. Legenda Mattilda eruditiſſimi mei Franciſci Mariæ Florentini archiatri, lib. 3. quare deinceps qui limitibus præerant Marchiones; alij verò Comites nomine primigenio nuncupati.

Marchio quis.

Marchio igitur dicitur princeps, qui præeſt Marchiæ; *Marchia* enim terminus, finis, & fines, Gallicè & Germanicè dicitur: à Græcis Marchio *Limenarcha* dictus, qui limiti certo præerat. Hoc officium Germani à Romanis mutuati; hi enim in Imperij finibus, ſeu limitibus ad hoſtium incurſiones, & barbarorum arcendas, cuſtodes limitum cum præſidiis

Limenarchæ.

firmiſſimis habebant, quos vocabant Limenachas: Marchiones verò deinceps à Gallis dicti. Idem Bulengerus vir naris emunctæ, opinatur hoc nomen Marchionis deductum à voce Marcha, quæ Gallicè ſignificat equum, idem ex Pauſania colligit: vt Marchiones equitatus fuiſſe Præfectos cenſuerit, qui cuſtodiendis finibus ad Limites alebantur, contra hoſtium incurſiones, & præcipuè ad oras maritimas, vbi hi limites; vt elicitur ex D. Petro Damiano dicente de Hugone. *Vtramque Marchiam obtinebat; & quæ Tyrrhenum, & quæ Adriaticum mare alluit.*

Baro vnde dictus.

Baronis nominis etymon ſi ſpectetur, variant auctores, vt variat etymon. Alij deducunt à Varus, ſeu Varo, vnde Baro mutata litera V in B. vt fieri ſolet. Vt homines, inquit Scaliger ad Feſtum, ruſtici rupices, à rupium duritie; & ſimiliter petrones à petrarum incultu, ſic Varones à Varis; qui ſunt ſtipites non dolati præduri, ac enodes. Perſius *ſat.* 5. Baronis nomine in probri loco pro ſeruo militari vtitur. Lingua enim Gallorum, vt eſt in veteris Grammatici gloſſa, Varones dicuntur ſerui militum, qui vtique ſtultiſſimi. Iſid. lib. 9. cap. 4. *Mercenarij*, inquit, *ſunt, qui ſeruiunt accepta mercede: idem & Barones Græco nomine, quod ſint fortes in laboribus, βαρὺς enim dicitur, grauis, quod ſit fortis.* Quare hoc vocabulum vnum cenſetur ex illis, quod temporis interuallo factum eſt mollius, & melius, & pro milite forti vſurpatum. Hirtius de bello Alexandrino, *Concurritur ad Caſſium defendendum; ſemper enim barones, compluresque euocatos cum telis ſecum habere conſueuerat.* Hic pro viris fortibus Barones interpretantur, vt dictum. Quod ſi hoc nomen à Latino deducamus, dicetur Baro, quaſi Vir à virtute, & fortitudine; vnde hoc nomen maximæ fuit dignitatis & nobilitatis clariſſimæ, demum habentis auctoritatem iuriſdictionemque.

Comeſtabilis.

De Conneſtabili, Comiteſtabili, vel *Comite ſtabuli* diuinare libet, licet mihi non Oedipo: fortaſſe hic dictus à Græcis ἱππόδαμος, quaſi equorum adminiſtrator. Apud nos militiæ dux, & magiſter Comes ſtabuli, præſertim cum apud Ammianum Marcellinum Tribunum ſtabuli legam, & apud Volaterranum, in aula Conſtantinopolitana Comitum ſtabuli fuiſſe. Videndus Buleng..

Mareſchallus.

Mareſchalli, tanquam maiores Caballi, ſic Seneſchalli ſenes Caballi nuncupati, id eſt, equitatus, quaſi Magiſtri equitum, Tribuni militares. Quod verbum à militia armata ad ciuilem tranſiit, reſeditque in iis, qui hodie prouinciarum præfecturas, iuriſditiones vrbanas, & vicanas exercent. Ab hoc, per catachreſim, deductum eſt vocabulum illud apud noſtrates, *Mareſchalco*, quod ſignificat veterinarium, medicum equarium, & qui clauos pedibus equorum, & ſoleis ferreis ſuppingi.

Amiralius.

Amiralius magiſtratus ampliſſimus, Græcè ἀρχιθάλασσος, oræ maritimæ mariſque

præfectus

præfectus, aliqui putant hanc vocem Arabicam, alij verò Græcam ab, *ἀμήρας*, quo nomine, vt optimè Turn. *aduerſ. l.28. cap.2.* Præfectus oræ maritimæ nuncupatur.

Grauius. *Grauius*, præſes Grauiæ, vnde Landgrauius regionis præſes, Marchgrauius limitis præſes. Grauia enim Germanicè comitatus. Grauius Saxonicè Præpoſitus, Iudex, Præfectus, ſeu ſenex, cui capilli cani; ab ætate prouecta dictus, vt preſbyter, quaſi ſenior. Vnde vox noſtras Italica *ſegnore, ò ſignore*, quaſi ſenior, ita Grauius *γεραιὸς* ſenex, iudex, ætatis canitie venerandus.

Vaſalli qui. *Vaſalli* dicti quaſi Vaſarij. Vaſarium, eſt omnis illa ſuppellex, omneque inſtrumentum, quo magiſtratus in prouinciam proficiſcens inſtruebatur: hodieque nobilium clientes Vaſalli, tanquam in vaſario eorum ſint, & vaſa eorum cenſeantur, appellantur.

LELIO GVIDICCIONIO
Viro clariſſ.

SYNOPSIS XIII.

Agnos immolare aliquando vetitum, & cur. Item, de bobus. Ludi cur inuenti. De Alimo. Iudices euocati. Tria loca Romæ celeberrima. De cerebro nec guſtato, nec nominato antiquis, & cur.

Agni aliquando non immolati. TENERIS agnis olim Dij illi falſi delectati, vti & cæteris primitiis nouellis; attamen aliquando ab illis abſtinuiſſe lego in Athenæo l. 9. his verbis, *Lege priſca Athenienſium ſancitum fuiſſe in ſingulis gregibus, vt proli conſuleretur, Androcion ait, ne ouis aut intonſa, hoc eſt inſto, ſuoque vellere nondum veſtita, aut priuſquam peperiſſet, occideretur. Itaque olim iam adultas in cibis appoſuiſſe, & nunc quoque Palladis ſacerdotem fœminam, nec agnam immolare, nec guſtare caſeum ouium duntaxat legimus, vel etiam fetarum quarumcumque animalium, ne dum caſeus fit, lac ſubducatur fœtui.* Ad hanc rem apud Horatium, lib. 1. epiſt. 15. legimus,

—— *Tabulas cœnabat omaſi,*

Agnina caro vilis. *Vilis. & agnina*, loquentem ex opinione antiquorum, qui agninam deſpicatui habebant, & viliſſimam ducebant. Ideo indignè fert, & ſtomachatur Plautinus paraſitus in Capt. dicens, *Tum lanij autem, qui concinnant liberis orbas oues, qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt*, vbi arguit eorum dolum, qui pro arietina ſupponunt falſiter agninam. Apud Philonem in Preſbeutico, agninæ carnes, vt notat Turn. vti inſuaues illuduntur à Caligula. Heroum tamen temporibus, vt notat Caſaubonus ad Athenæum, pulli animalium mactari duntaxat ad ſacrificia. Quare apud Græcos ſcriptores *ἱερεῖα* ſcilicet ſacra, appellari non ſolum victimas, quæ in ſacrificiorum vſum mactabantur, verum quæcumque ad comedendum, iugulantur animalia. Satis conſtat ex ſacris, & profanis literis, primis temporibus ignotam hominibus carnium manducationem, & tantùm in honorem numinis hoſtias mactari ſolitas. Piguit poſtea mortales olerum, cepere ipſi etiam carnibus veſci, ſed parcè, & ſalitis. Iuu. Sat.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, ſi quam dabat hoſtia, carne.

Nullum enim animal in proprios vſus mactabant illi priſci viri frugales, quin eius aliquam partem Deo conſecrarent adolendam: qui ſecus facerent prouerbio notati, *ἄθυτα. ἱερὰ ἐσθίεις*, *non ſacrificata comedis*, de homine improbo, impioque dici ſolitum, notat Adagiographus.

De bobus idem obſeruatum aliquando notat Philochorus ibidem apud eumdem. Imperator Valens non ad tempus fallendum (iactura cuius nil grauius) ſed ad famem repertos fuiſſe ludos notat. Athen. lib. 1. *Cum regnaret Atys* (ait) *ad fallendam famem repertos fuiſſe ludos talorum, ſcilicet, teſſerarum, pilæ, & alios multos, præterquam calculorum.* De Ludis à me alibi. Ludi reperti ad famem fallendam.

Ex Hermippo refert Dipnoſophiſta, vetuſtiſſimos homines remedium quoddam compoſuiſſe contra famem & ſitim; dictum *ἄλιμον*, quo vſi pro cibo, & potu; quod remedium ſortitum eſt nomen vtrumque *ἄλιμον*, & *ἄδιψον*, à priuatione famis & ſitis, quam vtramque diſpelleret. Hoc fortaſſe non abſimile noſtro *Elyxir vitæ*, aut huiuſmodi.

Iudices Romæ lectos ex Senatorio, equeſtri & plebeio ordine, opinio certa diu ſtetit ex Roſino. At ex Prouinciis etiam lectos, qui Euocati dicti, colligo ex Seneca 3. de Ira 135. *Euocati*, ait, *ex longinquis regionibus iudices ſedent.* Plinius ita diſtinguit, *Iudicum quoque nonniſi quatuor decuriæ fuere primò: vixque ſingula millia in decuriis inuenta ſunt, nondum prouinciis ad hoc munus admiſſis, ſeruatumque in hodiernum eſt ne quis è nouis* Iudices Euocati ex prouinciis.

nouis ciuibus in iis indicaret. Nota fuiſſe hoc diſcrimen Romæ inter ciues e coloniis ductos, vt alij eſſent veteres, alij noui, vt ex hoc loco colligere eſt. Quare veteres ciues è colonijs euocabantur iudicaturi; qui enim equeſtris ordinis honeſtiores erant, in Decurias iudicum coniiciebantur, idque ex omnibus prouinciis, idque cum Pliniana reſtrictione, ne è nouis ciuibus eligerentur. Hoc inſtitutum à Græcis manaſſe refert Plutarchus, ex Mureto & Lipſio, ad Senecæ illum locum. At euocati milites dicti; qui non milites iuſti eſſent, ſed qui repentina aliquâ neceſſitate ex agris in bellum tumultuariè euocabantur. Ita illi iudices è prouinciis, quaſi ad ſubitum, tumultuariúmque iudicium lecti.

Euocati milites.

Tria fuiſſe loca ſeu fora Iudiciaria (rerum autem venalium multa) Romæ populi frequentia celeberrima, autumat Seneca 2. de Ira. cap. 7. his verbis: *Cum videris Forum multitudine refertum, & ſepta concurſu omnis frequentiæ plena, & illum Circum, in quo maximam ſui partem populus oſtendit, hoc ſcito, iſtbic tantundem eſſe vitiorum, quantum hominum.* Tria ergo loca refert Seneca, in quibus frequentia aſſidua populi, Forum, Septa, Circum; duo illa nota. Septa autem alio nomine Ouilia, in Campo Martio, vbi ſuffragia ferri ſolita, quæ e ligno, M. Agrippa marmorea fecit: & ibi multitudo vagorum, & curioſorum. Fora verò etſi multiplicia Romæ, de tribus tantùm meminit Seneca eodem lib. cap. 9. dicens: *Inficiationes, furta, fraudes, circunſcriptiones, quibus trina non ſufficiunt fora.* In his cauſas orabant, quorum primum Romanum nominatur. Secundum Caij Cæſaris. Tertium Auguſti, hinc Martialis.

Fora tria Romæ.

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

In Athenæi *lib. 2.* parœmiam lego, quam etſi nouam mihi, at probam admitto; ne videar corniciùm oculos configere. Cum enim volebant aliquem ſceleratiſſimum, aut certè voraciſſimum innuere, dicebant, *Hic vel cerebrum comederet;* non abſimiles huic aliæ, *Purpura voracior,* vel *Betylum* deuoraret. A cerebro tanquam à re ſacrâ abſtinebant: quare ſi quis id guſtaret, vt ille ait, par flagitium committeret, philoſophus ac ſi fabam roſiſſet, contra Pythagoræ diſciplinam, *A fabis abſtineto.* Vetabant enim capita animalium, quantumuis immunda, & prophana comeſſe, quod in capite omnium ſenſuum ſedes, & rationis thronus collocatus eſſet. Nec ſolùm abſtinebant eſu, ſed ne nominare quidem fas: quare cerebrum indigetabant periphraſi, vocantes ἐγκέφαλον, tanquam capitis hoſpitem; Sophocles de Lyca, vocat cerebrum *candidam medullam;* Euripides inducit Hecubam ſuum Aſtyanacta è turri præcipitatum deplorantem; ita exclamat, *Eheu infelix, &c. ruptis oſſibus cruor, nefanda vt taceam,* nempe diſperſum cerebrum, quod Latinis permiſſum, vt patet. Caput enim olim nempe ſacrum. Indicio eſt iurandi per ipſum conſuetudo; & ſternutamenta, quæ ex ipſo

Cerebrum non guſtatum, nec nominatum.

prodeunt, adorandi veluti ſacra. Iuraſſe veteres Hebræos, Græcos, Romanos per caput à me alibi indicatum, & paſſim apud ſcriptores ſacros, & prophanos.

PAVLO ÆMYLIO Muſto Iuriſconſulto Patauino.

SYNOPSIS XIV.

Fiſtulæ vſus, & materia. Vaſa ærea ſtamno illita, & cur. Fictilia picata. Cantorum & Poëtarum licentia. Hoſpites à Virginibus loti. Lactucæ mortuorum cibus. Quantus honos habitus à Romanis Athenienſibus. Vates, Vaticinium, &c.

FISTVLA propriè, vt Pomponius ait, dicitur per quam aqua educitur fuſa, ab huius ſimilitudine dictum inſtrumentum muſicum, quo flatu canitur, cuius Pan dicitur inuentor. Hac vſi non tantum in rebus lætis, vt nuptiis, amatoriis, feſtis, epulis, quod paſſim obuium; ſed etiam in bellis, vt obſeruo in Clemente Alexandrino 2. Pædagogiæ, cap 4. dicente, *In bellis ſuis Tuba Hetruſci vtuntur, Fiſtula Arcades, Cretenſes Lyra, Cornu Thraces, Tympano Ægyptij, Arabes Cymbala.* Cui ſubſcribit Alexander ab Alex. Gen. dierum lib. 4. cap. 2. Lacedæmonij, inquit, & Phryges, non cornuum, tubarumque ſignis, ſed tibiarum miti ſono, & modulo leni temperare conſueuerunt: Lycurgus enim militibus tibiam pro claſſico dedit. Etſi tibia ab oſſe cruris furæ oppoſito vocata, ſit inſtrumentum muſicum, oblongum, teres, & foraminoſum, quod inflatum digitis modò adductis, modò reductis, ſymphoniam reddit, non ſit ab ſimile fiſtulæ, aliquando alterum pro altero vſurpatur. Fiſtula ergo de eo ro pendebat, paſtoribus potiſſimum, ideo Maro 3. Æn.

Fiſtula quid & eius vſus.

Fiſtula in bello.

Tibia quid.

Solamenque mali de collo fiſtula pendet.

Ideo hæc dicta paſtoritia, ruſtica, & ſilueſtris, multis conſtans cicutis, vel auenis cera iunctis, quarum ſeries imitatur organorum, vel hydraulorum fiſtulas, habet enim vnaquæque cicuta ſonum ſuum, ab aliis diſcrepantem; itaque ſeptem calami diſpares ſeptem vocum diſcrimina reddant, qui labro percurruntur canentis; quare Lucretius, lib. 5.

Et ſupra calamos vnco percurrere labro.

Quare ex ſeptem calamis cicuta compacta fuerit, nec pluribus, nemo rationem requiret, qui Muſicam artem vel primoribus labris deguſtarit. Siquidem poſt ſeptimam vocem neceſſe eſt in octauam cadere; quæ Octaua vox apud veteres Muſicos & recentiores eadem eſt cum prima.

Ea cauſa eſt cur cœli ſint ſeptem planetæ

concentum quendam efficere Pythagoræ ſint viſi, quod in ſeptem ſonis tota Muſices varietas & ratio contineatur. Hinc eſt quod Virgilius fiſtulam, de qua modo, ex ſeptem calamis compingit *in Ecl.*

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula. ——

Idem Æneid. 6. de Orpheo in inferis degente ita canit,

Nec non Threicius longa cum veſte Sacerdos,
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Materia fiſtulæ. Materia fiſtularum adhuc incerta. Papinius 2. Thebaid. buxeam facit,

Et Celenæa committere prælia buxo.

Cicero verò de Oratore ait, *Seruus cum eburneola fiſtula, qui inflaret cum ſonum*, eburneam facit. Iulius Pollux *Onomaſticon libro quarto, capite decimo*, quinque concludit; dicens, κάλαμ☉, ἢ χαλκὸς, ἢ λῶτ☉, ἢ πύξ☉, ἢ κέρας, id eſt, *Fiſtula vel eſt æs, vel lotos, vel buxus, vel cornu*; milrum, excludit ebur.

Vaſa ærea ſtamno olim illita. Morem noſtrum vaſa ærea ſtamno illinendi, munditiei & ſalutis gratia, Homeri tempore vſu frequentatum lego in Euſtathio, quod dicebatur γανῶν, ſplendidum reddere, quod ideo factum, vt argentea viderentur. Sed Plinius melius libro trigeſimo quarto, capite decimo ſexto. *Stannum (ait) illitum æreis vaſis, ſaporem facit gratiorem, & virus æruginis compeſcit.*

Vaſa fictilia. Fictilia verò antiqui πίττῃ, id eſt, pice liquida illinebant, ne liquorem infuſum æſtate exudarent; Hinc vaſa picata, teſtæ picatæ apud ſcriptores celebratæ. Argento teſtas illitas apud Hebræos Caſaubonus *in Athenæum notis*, illuſtrat, quo artificio hodie non opus, cum fictilia vitri oblitu, aut alius pellucidæ, aut diſcoloris materiæ porcellanas æmulentur; quibus nullum ἀργύρωμα, ſi ſapiam prætulerim. Vaſa illa

Incoctilia. ærea dicta *incoctilia*, quibus plumbum incoctum erat, Plinij libro trigeſimo quarto, capite decimo ſeptimo. *Album plumbum incoquitur æreis operibus Galliarum inuento, itaut vix diſcerni queat ab argento, eaque incoctilia vocant.* Lactent ergo neoterici hoc nouitium inuentum ad ſtomachum vſque & nauſeam. Vaſa eſcaria vidimus; audiamus muſicam adhiberi ſolitam in conuiuiis, ſed prius gratis cœnam cantoribus apponamus, ſiquidem Cantores, &

Cantores, & Poëtæ aſymboli. Poëtæ aſymboli cœnitabant. Ita Athenæus Antiphanem diſſerentem inducit, *Diuina vita eſt, ſi ſine rationibus, aliena quiſquam ſapius cœnarit.* Deinde, *Hac arte demum inſtructus veni ad conuiuium, id præmedita tus; & hoſpiti mercede non perſoluta euadam, nos enim Poëta ſine fumo ſacra ſæpe facimus.* Ius namque eſt Cantorum vti & Poëtarum, vt ſacrificent ſine fumo, hoc eſt lautè epulentur, nullo ſuo ſumptu, etenim rem iactam conuiuium, opiparum ſequebatur.

Sacrum ſine fumo. Sacrum ſine fumo dicebatur, nimirum tenue conuiuium, in quo nihil cocti obſonij apponitur. Translatum à pauperculorum ſacris; molas, thuſculum, lac, aut corollas offerentium, cum Dij nidorem illum expectent, vna cum fumo ſubuolantem, vt eſt apud Homerum. Vide Adagiographum. Ante cœnam lotos, vnctos fuiſſe hoſpites, à me alibi pluribus diſſertum: hic noto per tranſennam, quod vidi in Gallia, & Germania, non ſolùm mulieres hoſpitibus miniſtraſſe in menſa, & ante menſam lauiſſe; ſed & virgines aduenientium

Virgines hoſpites lauabant. hoſpitum pedes lauiſſe, vel Homeri tempore, vt ex Athenæo percipi poteſt. Apud Zenobium Cocali filiæ, cum vitæ Minois inſidiarentur, occaſione publici moris vſæ ſunt, vt eum interficerent.

Aduenientem de more lauantes, calidæ aquæ loco picem feruentem infuderunt. De lotione ante cœnam alibi ego fuſiùs. In Athenæo *libro ſecundo*, lego, lactucam vo-

Lactuca mortuorum cibus, & cur. cari ab Eubulo νεκύων βρῶμα, *mortuorum cibum*: quæ ſuperſtitioſa opinio adeo inueterauit, vt ad Auguſtum vſque principem multis eſſet religio veſci lactucis, teſte Plinio, *libro decimo nono, capite octauo.* Illis tamen in ægritudine conſeruatus, prudentia Muſæ medici; adeo vt ſeruari etiam in alienos menſes eas oxymelite fuerit repertum. Galenus non dubitat affirmare, ſucco lactucæ tam facile aliquem tolli poſſe, quam cicutæ 3. *de Facultat.* Diphili ſententia eſt in commune de omnibus oleribus, eſſe illa ἄτροφα, καὶ κακόχυλα, *non alere, malumque ſuccum generare*, an mortuorum cibus antiquis dicta lactuca, quia ſoporifera, quia ψυκτικὰ refrigeratiua; frigus enim inimicum naturæ, & inferis cognatum; & an ne religio illa priſcorum, propter Adonin? Callimachus enim refert Venerem Adonin in lactucis occuluiſſe, ibique ab apro fuiſſe interfectum. Medici herbarij de his conſulendi. Athenæi locus in *lib.* 5. *cap.* 13. me monet de Romanorum modeſta reuerentia, quam exhibebant ciuitatibus benè meritis, & antiquitate conſpicuis, vt erant Athenæ: loquitur de quodam Athenione adſcriptitio, & nouo ciue Athenas portato, cuius faſtum ita delineat, *Ne Romanus quidem tanta ſpecie ac faſtuoſa pompa, tantoque omnium faſtidio Atticam eſſet ingreſſus.* De

Romani in Athenienſes perbenigni. Romanis hoc verè Athenæus, & hiſtoriæ conuenienter: ſemper humanius, & ciuibus cum Athenienſibus Romani Magiſtratus egere. Clarum in Antonio exemplum, quem narrat Appianus, *Athenis cum eſſet, iuiſſe per vrbem ſine inſignibus poteſtatis, duobus tantum amicis comitatum, cum totidem famulis.* Tacitus 2. Annal. de Germanico: *Hinc ventum Athenas, fœderique ſocie, & vetuſtæ vrbi datum, vt vno lictore vteretur.*

Vatis etymon. Vates, quaſi Fates, Fatidicus, qui fata dicit, hoc eſt decreta Deorum exponit; Vaticinium quaſi Faticinium: hinc Eſſari deductum, quod eſt eloqui. Vaticinia varia priſca illa ætas commenta, dæmonum inſtructu, vt à Creatore creaturas auerterent, & adorarent

adorarent non adoranda; ſed tantum laudibus adornanda, quia opera Protoplaſtæ. Vaticinantium genera varia recenſet eruditiſſimus Gyraldus *Synt.* 17.

Vaticinantium genera varia.

Aeromantes, ex aëris diuerſa facie vaticinantes.

Alectryomantes, ex gallinis, & pullis.
Aleuromantes, ex farina.
Alphitomantes, ex farina hordeacea.
Arithmomantes, ex numeris.
Axinomantes, ex ſecuribus.
Aſtragalomantes, ex iactu talorum.
Capnomantes, ex fumo.
Chiromantes, ex manibus.
Coſcinomantes, ex cribro.
Botanomantes, ex herbis.
Engaſtrimantes, ex ventre.
Hydromantes, ex aqua.
Ichthyomantes, ex piſcibus.
Geomantes, ex terra, punctis, & lineis.
Lecanomantes, ex pelui.
Necromantes, ex mortuis.
Metopomantes, ex facie.
Nephelomantes, ex nubibus.
Oniromantes, ex ſomniis.
Pſychomantes, ex animo.
Pyromantes, ex igne.
Thyomantes, ex hoſtiis ſacrificiorum.
Tyromantes, ex caſeo.

SECVNDO LANCELLOTO Abbati Oliuetano.

SYNOPSIS XV.

Dies primus menſis Pythagoreis Similis dictus. Ariſta, quid. Domitiani Conſulatus, & Cenſura. Crepuere fores, quid. Vbi epulum triumphantium. Cicadæ eſitatæ. De vino. Propoma & Propinatio; Acratopoſia quid. Vrtica. Lens.

DESINENTE cœna ſuauis eſt placentula, ex Pindaro; & poſt epulum Saliare tot eruditorum, qui te ſuis menſis exceperunt, villi mei crucij guſtulum tibi libandum propono, ex racematione, poſt vindemiam aliorum, diffuſum. Percontari libet ex te ſæpe oracula loquente, quid ſibi velit Anaſtaſius Sinaita, ſcriptor non triuialis, antiquus non antiquatus, qui lib. 1. Hexamet. ait: *Pythagorei primum diem menſis non primum, ſed ſimilem nuncupant.* Ego ſanè æſtuo, neque cuneum huic nodo idoneum reperio. Tu mihi enoda, qui nunquam, ex eruditorum theatro excuneatus ſpectaſti. Attamen parem calculum reponere tento, ſolertiam Diomedis in permutando imitatus aridiſſimam, ac tenuiſſimam

Similis dies primus menſis dictus.

Ariſta pro æſtate.

Ioſeph. Laurentij Polymathia.

Io feraci campo Ennodij, circa hominis Dei epitaphium reperio, vt in illo apud Virg. *Ecl.* 1. pro annis ariſta.

Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

Verùm in Ennodio ſupra citato pro ipſa æſtate ariſta vſurpatur, quam hyemi opponit apertiſſimè in hac Epigraphe.

Bis denas hiemes, totidem tranſcendit ariſtas;
Quem ſubitò ex oculis ſors inimica tulit.

Nouum neſcio quid mihi viſum, hoc tamen meo innixum, vt de meis notis te de more certum faciam, quod legi in Dione de Domitiano aſſirmante ſolùm Domitianum decem annos perpetuos Conſulem, & quamdiu viueret ſe cenſorem iuſſiſſe. Vide obſecro quid de Conſulibus & Cenſoribus à me alibi & potiſſimum apud Roſinum & alios. Sed nunquid crepitu te probare volo. Crepuere fores, ſæpiculè apud Comicos. An hic crepitus editur in aperiendo, cum cardo vertitur? an etiam tunc moris, oſtium digito, vel manu percuti, ne inopinanti ſuperuenirent? Fores enim, ædium ritu, Græcorum in theatris non introrſum habebantur, ſed in viam publicam propellebantur dum aperirentur. Vide Mureti Var. Lect. *lib.* 1. *pag.* 17.

Domitiani conſulatus.

Fores crepuere quid.

Epulum datum ab Imperatore triumphante ſumptibus publicis in Capitolio, res nota lippis & tonſoribus; & à me alibi de Triumpho. Sed de loco epuli Athenæus *lib.* 5. ſub finem ita diſſerit, loquens de pellibus reportatis à Mario Romam quorumdam animalium incognitorum ob inſolitam, & inuſitatam ſpeciem ait, *dicatas fuiſſe in Herculis templo, in quo triumphantes epulum exhibent.* Ad hoc templum in Capitolio? Habuiſſe Herculem ſacellum in Capitolio ſuſpicatur eruditus Iuſtus Rycquius *De Capitolio*, *capite* 43. præterea *capite vigeſimo quinto*, Coloſſum fuiſſe Herculem Tarentinum, quem captâ vrbe Tarento, Fabius Maximus in Capitolio collocauit, auctore Plutarcho *in Fabio*. Hæc conſcribillanti cicadæ dum obſtrepunt, Leone furente ad vmbram platani, quid mirum ſi ego cicadâ fiam vocalior, quas etſi vocaliſſimas, rore victitantes, & nullius pretij; tamen veniſſe antiquitus in pauperum menſas, non minùs quam locuſtas, laceſſendi appetitus gratia, clarè in Athenæo teſtatur Alexis *libro primo*? Hinc illa Æliani grauis indignatio contra ſui ſæculi homines, qui muſicum animalculum in cibi vſum vertere non vererentur; *Ego verò*, inquit, *quoſdam vidi, qui cicadas in linum digererent, & ad cœnam venderent: nec defuit qui illis, & auidè quidem veſceretur; Iſtud enim, ò cicada, omniuorum animal, ne vobis quidem parcit, ſed etiam de vobis ſalſamenta conficere homines ſuſtinent, inuitis Muſis Iouis filiabus hoc ſe facere ignorantes:* Muſis enim hoc animalculum dicatum. Gentes veſcuntur his ad Orientem; etiam Parthi opibus abundantibus. Vi-

Epulum datum à triumphantibus in templo Herculis.

Cicadæ in cibum.

dendus Plinius *libro vndecimo, capite vigeſimo ſexto.*

Cùm reſonant arbuſta cicadis, potu reſtinguitur æſtus; non aquæ brutis deſtinatæ, ſed vini diluti ad ſitim ſedandam.

De vino. Vinum teſte Athenæo, Deorum inuentum, cuius innumera commoda quem latent? ad coquendum, lauandum, purgandum; medendum, vlcera ſiccandum, ſanandum, & potiſſimum in omnibus ad ſitim extinguendam, & cibum digerendum. Hinc Bacchus dictus vini inuentor, medicus, ſemper iuuenis, ridens, quia vinum exhilarat, ætatem reddit floridam; antipharmacum triſtitiæ, ſi in tempore & modicè potetur.

Vina fictitia. Hinc vina fictitia, Scylliticum, Cydonites, Abſinthites, Hyſſopites, Rhodites, Aromatites, Nectarites, & alia multa, quibus antiqui vſi in propinationibus, ſalutis aut voluptatis gratia, vt proluderent ſympoſio.

Propoma Propinatio. Propoma, πρόπομα propria & antiquiore ſignificatione appellatur potio omnium prima in anteceſſum, & ante omnem cibum hauſta: id moris olim viguit ex Plinio *libro decimo, capite vigeſimo ſecundo*, Tiberio Claudio Principe ante hos annos quadraginta inſtitutum, vt ieiuni biberent, potuſque cibos præcurreret, externis & hoc artibus, ac medicorum placitis nouitate aliqua ſeſe commendantium. Clarum ex his, ante Tiberium Claudium Romanis nondum fuiſſe moris cœnas à potu inchoare, cœpiſſe id fieri eodem tempore etiam apud Græcos, cùm eſſet priùs inuſitata, atque inaudita res. Scimus ex Plutarcho Sympoſ. *libro ſexto, capite nono.* Quare apud vetuſtiores rerum, & morum Græciæ ſcriptores, πρόπομα vox legi non poteſt, cùm eſſet is mos planè incognitus; rerum enim quàm verborum origo anterior.

Cùm verò Plinius dicit, *externis & hoc artibus*, aliis gentibus hunc morem inoleuiſſe innuit, nempe Bithynis delicatioribus, & luxui deditis: Macedonibus quoque non incognitum, vt colligitur ex Athenæi *libro quarto*, Hippolocho narrante. Carani enim lautiſſimas epulas hic deſcribens, omnium primum hoc ait, ſingulis conuiuis ſtatim atque accubuerant, phialam eſſe datam, quam illi ſiccarent. Quare Propoma nihil aliud eſt, quàm certa potio dari ſolita ante legitimas epulas. Interprete Athenæi, mihi face ſua clariſſima prælucente ad illum Athenæi locum, Propomata ſæpe ex vino recentato, ſeu vetere nouo muſto, vel lixiuio tortiuo commiſto. Noto tamen priſcis probo datum potare merum; hæc dicta Acratopoſia. Quare vinum dilutum paſſim à ſobriis potatum; dictum Spurcum, quod ſacris adhibere nefas, vt alibi notaui. Quare ſobrietas maximè commendata ad vitam ſalubriter propagandam. Vnde illud,

Propoma ex quo. (margin)

Acratopoſia vituperata. (margin)

Bacchus amet Glaucum, cibum quoque ſimico paucum.

Tripodas olim nuncupabant vaſa potoria, in quibus vinum temperabant, ex eodem Athenæo; quia ternis pedibus infima pars ſuſtinebatur. Philochorus ſcribit, Amphictyonem regem Athenienſium, cùm à Baccho didiciſſet vini temperati rationem, primùm diluiſſe; ac idcirco, qui ſic mixtum biberent homines, rectos ambulaſſe, cum antea curui ob meri potionem incederent.

Ob tantum beneficium Aram eundem Recto Baccho ædificaſſe in Horarum delubro, quoniam Horæ vitis fructum educant; & proximè illam Nymphis alteram extruxiſſe, documentum bibituris, vinum temperandum eſſe, quia Nymphas Bacchi nutrices fuiſſe tradunt. Præterea legem promulgaſſe, vt ſtatim cum cibis, degustandum ſolum meri nonnihil afferretur; quod Boni Genij quàm magna poteſtas ſit declararet: deinde poſtea vt temperatum quiſque biberet, quantum eſſet libitum, ſed cum præfatione nominis Iouis Seruatoris, pietatis ergo: potaturique vt meminiſſent, pro indubitato ſe ſaluos, & incolumes fore, ſi ad eum modum biberent.

Ex quibus conijcere licet, quanti ſobrietas in potu antiquis habita, vel in mediis triclinils. Quare frugi homines, ita Chryſippus apud Athenæum monet, *Si habueris vrticam, oliuam ne edito hieme.* Parci carnium, & piſcium loco oliuas eſitabant, ille tamen ab his monet abſtinendum. Vrticæ, vt ſcandix & ſimilia agreſtia olera, non pauperum, ſed mendicorum menſis conueniunt: per hiemem tamen pro ſummis deliciis idem Chryſippus ait habendam eſſe *bolbophacen*, id eſt, cibum è lente & bulbo confectum. Ægyptum lentibus abundare ſcribit Plinius, & teſtatur Cynulcus apud Athenæum his verbis; *At vos pulchræ Alexandriæ ciues, ô Plutarche, lente plurimum veſcimini, atque adeo vniuerſa vrbs veſtra plena eſt φακῶν*, id eſt, lentium. Sed videntur Græci φακῖνοι appellaſſe, à cibi huius vilitate, homines abiectos, & nihili; hoc eſt, eos qui hodie Italis nominantur *Facchini*, φακῆ enim lentem, aut pulmentum ex lente ſignificat. Verùm, qui diues eſt (vt Ariſtophanes *In Plut.*) haud lente gaudet ampliùs. Ego lentem coxi, quod Zenonium eſt, vt ipſemet irridens reſpondit irridenti, ſapiens enim vel in minimis ſe ſapientem præfert: Sed ante lentem ollam auxi, qui plura quàm par eſt, animo concepi enucleanda, & ſupra meas vires.

Vrtica. (margin)

Lens. (margin)

Facchini vnde dicti. (margin)

PAGAN.

PAGAN. GAVDENTIO Humanarum Litterarum Profeſſori.

Synopsis XXI.

De Eunuchis multa : cur inauſpicati, inepti rebus. Quis primus eos caſtrari vetuerit. De numero Coſſ. Aſpidis & cicutæ vltimum ſupplicium. In tectis ædium ſpectacula, & ignes. Ritus antiquus vocandi in ius.

MARCELLINVS Comes nuper mihi, neſcio quo fato, præ manibus, luculentus rerum Romanarum ſcriptor, qui monſtrum, portentum narrat, omnibus inuiſum.

Dij precor à nobis omen remouete ſiniſtrum.

Siniſtrum omen in prima libri fronte Eunuchus mihi occurrit. De quo hæc ubiter, dicis gratia. Eunuchus propriè lectorum cuſtodes; εὐνὴ enim, cubile; ἔχω cuſtodio. Eunuchorum alij ſpadones, alij caſtrati; alij thlibiæ. Spadones ij ſunt, qui propter morbum aliquem, aut frigiditatem virilium, liberis operam dare nequeunt.

Eunuchus qui, & quotuplex.

Thlibiæ.

Thlibiæ, quibus ea contrita, & contuſa à nutrice, aut matre.

Caſtrati.

Caſtrati, quibus ea penitus execta: Quia hi euirati à virorum albo expuncti, imo & mulierum quoque, *Tertium humanæ naturæ* pronuntiauit eſſe Alexander Cæſar, nec videndum, nec in vſu habendum à viris. Horatius de his.

Contaminato cum grege turpium,
Morbo virorum ——

Ter. *Monſtrum hominis, vetus, victus, veternoſus ſenex, colore muſtellino*, valgus, ſtrabo, alopecia laborans. Quare, ſi ex Ouidio:

Omina principijs, inquit, ineſſe ſolent.

Occurſus Eunuchi inauſpicatus.

Augurij pars non in poſtremis habenda apud Ethnicos aliquis occurſus; cùm nempe negotium aggreſſuris, aut iter incœpturis inauſpicata offertur perſona. Suetonius de Auguſt. 83. *Pumilos, atque diſtortos, & omnis generis eiuſdem, vt ludibria naturæ, maliquè ominis abhorrebat.* Item *Æthiopis, Maurique* vt accidit Adriano; præ cæteris verò inauſpicatiſſimus Eunuchi, vt docemur authoritate Claudiani lib. 1. in Eutropium.

—— Hoc dedecus addidit oris
Luxuria Fortunæ ſuæ, cùm pallida nudis,
Oſſibus horrorem domini præberet imago.
Diſcolor, & macies occurſu læderet omnes:
Aut pueris latura metum, aut tædia menſis,
Aut crimen famulis aut procedentibus omen.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Merito caſtratores odio habiti, qui vno ſub ictu eripiunt *Officium patris nomenque mariti*, vt Claudian. ait: Legendus Claudianus totum illud Epos in Eutropium, qui omnium Spadonum primus, referente eodem Marcellino, atque vltimus Conſul fuit, de quo Claud.

Omnia ceſſerunt Eunucho Conſule monſtra.

Quapropter, ſi fœminis regendæ Reipublicæ adminiſtratio interdicta à Iuſtiniano; quanto magis euiratis, qui nec viri, nec mulieres æſtimandi, quos nec iudices munus obire permiſerunt. Æmylius Lepidus Coſſ. A. V. C. 676. caſtrato cuidam ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem denegauit. Moſes quoque Spadoni Eccleſiæ ingreſſu interdixit, vt refert Philo: & Clemens Sidonius *lib. 1. epiſt. 8* prorſus eſſe contraria docet, militem, & Eunuchum eſſe. Quanto magis catamidiato, ne dicam catamito virorum faſces tribuere? Eutropius igitur Eunuchus primus & poſtremus. Conſulari imperio decoratus, purpuram & faſces Conſulares turpiter dedecorauit. Ne igitur vnquam viri hac infamiæ nota inurerentur, Domitianus (niſi me fallit calculus) ne mares execarentur interdicto vetuit; ita Dione in eius vita referente, *Quas ob res etſi Earinum Eunuchum amabat, tamen quòd Titus exectos quoque dilexerat, vetuit in eius contumeliam, ne quis in poſterum intra fines Imperij Romani caſtraretur.* Mart. lib. 6. Epigr.

Eunuchi exclusi à regimine, cur.

Eutropius Eunuchus Coſſ.

Domitiani interdictum de non caſtrando.

Immatura dabant infandas corpora pœnas;
Non tulit Auſonius talia monſtra pater.
Idem qui teneris nuper ſuccurrit ephebis,
Ne faceret ſteriles ſæua libido viros.

Ne vero mulieres gloriarentur ſe hac labe immunes, Andramites Lydorum Rex mulieres Eunuchas fecit; hiſq. loco virorum Eunuchorum vſus eſt, vt refert Athen. lib. 12. Maiorag. *Miſcell. lib.* 2. *c.* 6. Non tamen ſemper vox Eunuchi in contemptum vſurpata, ſignificans aliquando potentem aulicum, etſi non exectum. Talis fuit Candaces reginæ Æthiopum Eunuchus Actorum VIII. ſed malè ominatis abſtineamus. Subnecto, quod ſubnotaui ex eodem Dione in Commodo, qui primus & vltimus Coſſ. ex 25. quos ad annum deſignauit.

Mulieres caſtratæ.

Coſſ. 25. vno anno.

Monſtrum hominum mihi monſtrat monſtrum ſerpentium, nempe aſpidem. De hoc mihi in dubium vocatum an vipera, an aſpis Cleopatræ necem conſciuerit: caligant noctuæ ad Solem; Aquilæ oculis inconniuentibus illum intuentur. Plutarchus ipſe in M. Antonio aſpidem fuiſſe, luce clariùs nobis palam facit. Neque id ab re, & more gentis illius: ſi quidem venenum aſpidis præſentiſſimum, nulloque antipharmaco illi occurri, aut pharmaco extingui poteſt, præter conſuetudinem cæterorum venenorum, quæ ſua ferunt remedia, vt fit in venenis viperarum, & aliorum animantium venenatorum. Præterea, ſi qua fides Lucano & Plinio, nullibi aſpides, niſi in Africâ, vbi Cleopatra: aſpide ergo exerta, non vipera, quam ſibi (vt refert Plutarchus) ad brachium admouit, vt victoriam perſen-

Aſpide Cleopatra ſibi mortem conſciuit.

Aſpidis venenum lethale.

ſit Auguſti, ne victa in victoris viuens manus perueniret, quam ſibi ad hunc vſum in pyxide aurea ſeruabat. Neque ab te aut more gentis illius id peractum: Etenim Alexandrini, ex Athenæi interprete damnato, non ſolùm feris laniandos ſontes obiiciebant, verum etiam venenatorum animalium morſibus interficiebant, ſicut Athenienſes cicutæ hauſtu. Galenus in Commentarijs de Theriaca ita diſſerit: *Vidi in magna Alexandriâ quanta celeritate mortem aſpides inferant, quoties enim damnatum aliquem lege, ſupplicij huius cum aliquâ humanitate, & citò volunt interficere, pectori ſerpentem admouent, & paſſim aliquot ambulare iubent, atque ita hominem breui enecant.* Cicutam κώνειον Græci vocant, & quia hic veneni modus paſſim in Græciæ oppidis vſurpatus, ideo cicutæ propinatio pro quolibet venenato poculo vſurpata; ſicut pyxis pro quolibet poculo argenteo, ferreo, aut ex alia materia.

Alexandrini aſpidibus nocentes necabant.

Cicuta pro quolibet veneno.

Interea ne latentes in herba aſpides imprudens calcem, tecta ſcando antiquorum, quia ſcandentibus, & proſpectibus idonea; vt clarè patet ex Athenæi libro quarto, capite duodecimo, ita dicentis: *Narrat & idem aliquando ex ſuis ædibus ipſum in arcem tranſiſſe, accenſis lampadibus, prælucente facibus tota ciuitate, &c.* Quare non tantum Iudæi, vt ſacra perhibet hiſtoria, ſed Græci, & Latini tecta ſuarum domorum ita confecta habebant, vt in ea ſpectandi cauſa aſcenderetur, quoties aut pompa duceretur, aut alia cauſa ſtimularet. Tacitus de Agrippinæ aduentu Brunduſium: *Atque vbi primum ex alto viſa claſsis complentur non modo portus, & proxima maris, ſed mœnia ac tecta.* Plinius in Panegyrico de Traiani in vrbem ingreſſu, loquens, ait, *Videres referta tecta ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum, qui non niſi ſuſpenſum, & inſtabile veſtigium caperet.* Hinc illæ formulæ dicendi *ſpectare è tecto*, *ſtare in extrema tegula*, vt videre eſt in Senecæ epiſtola duodecima. Euſtathius in Odyſſ. hæc ita deſcribit: *Cadit Elpenor de tecto, cum ſub dio iaceret in ſumma domo, quia tecta non fiebant è tegulis, ſed, vt videtur, erant qualia nunc locis infinitis videntur, aggeſtam ſuper trabem terram habentia, vt in eiuſmodi tectis cubare aliquando aliquis poſſet.* Attamen (crediderim) quamuis tecta eſſent plana, & ſine faſtigio, tegulas tamen habebant, niſi cum in illis, aut horti inſtituebantur, aut viridaria, hinc tegularum, & tegulariorum toties facta mentio apud ſcriptores. In tectis ergo aut prælucebant, aut proſpectabant in ſolemnibus: huiuſmodi tecta videntur in multis etiam Italiæ vrbibus primariis.

Tecta ſpeculatoria.

Ambula in ius.

Quid ſit ambulare in ius apud antiquos nulli non notum, qui philologos lectitarit, & iuris candidatos conſuluerit. Titulus eſt enucleatiſſimus Iuſtiniani de in ius vocando, quem videre licet.

Vocandi in ius ritus.

Verba autem, quibus iuris ſui experiendi gratia ad Prætorem euocare olim aduerſarios ſolebant, erat huiuſmodi, *In ius eamus*, vel *in ius veni*, *ſequere ad tribunal*, vel *in ius ambula*, quæ formulæ ex Plauto, Terentio, Seneca deprehenduntur. Quòd ſi vocati in ius, protinus & illico non ſequerentur, teſtimonium illis, qui præſto aderant, denuntiabatur his verbis: *Licet anteſtari?* quæ hoc ſignificabant, licetne vobis teſtibus ad hanc rem vti? Illi verò vbi, *licet*, reſpondiſſent, annuiſſentve, aurem, in qua memoriæ ſedem veteres locabant, porrigebant, qua molliter tacta, atque apprehenſa, monebantur rei geſtæ memores eſſe. Quo facto manu iniecta aduerſarius, niſi ſatiſdaret, in ius rapi, obtortoque collo ad Prætoris tribunal trahi poterat. Quem morem innuit Horatij *Satyr.* 9. & Plautus, *Curc. act.* 5 *Sc.* 2. quæ omnia videre licet & in Briſſon. *Form. libro quinto.* Satiſdabat igitur reus ſe in ius venturum, fideiuſſoreſque dabat, qui eum certo die iudicio ſiſti, aut quanti ea res eſſet promitterent. Reus planè qui vadimonium promiſerat, iudicio adeſſe ſeſe, citatus reſpondebat his ferè verbis, *Ecce ſiſto me.* Hinc illæ formulæ. *Siſte me tibi*, & huiuſmodi. Actoris ergo erat denunciare aduerſario, vt iudicio certa, & ſtata die adeſſet, quod erat *Condicere* priſca lingua, id eſt denunciare. Hinc, ſtatus, & condictus dies cum Hoſte.

Condicere quid.

FRANCISCO PALMÆ Iuriſconſulto Patricio Lucenſi.

SYNOPSIS XVII.

Sparſæ pecuniæ in populum quando, & id inhibitum in Conſulatu. Diſcrimen Congiarij à Donatiuo, & Strenâ. Sanitas, decermen portatum è templo domum. Hymni varij antiquorum.

SERVVS ille nequam, qui Domini rationes perturbat, aut non paria in tempore facit, cum poteſt: qui non eſt ſoluendo excuſatur. Ego iam diu expunctus, & ære dirutus, quia res meæ ad medium Ianum fractæ. Ideo ſi tibi de meo non ſoluo, excuſatione ſum dignus. De alieno tamen meam fidem exſoluam bona fide mutuato, ne tibi nequiſſimus, aut iniquiſſimus videar, de eruditionibus emendis ex probatis ſcriptoribus. Apud quos ſolemne fuiſſe comperio, vt qui ad dignitatem aliquam eueherentur in lætitiæ ſignum pecuniam ſpargerent in populum, qui mos ad noſtra vſque tempora deuolutus haud inoleuit, quod in vrbe congiarium, in caſtris donatiuum, ni fallor, dicebatur. Et potiſſimùm in Conſulatu, qui mos ad Marianum vſque perdurauit. Audi Marcellinum in

Pecuniæ ſparſæ in lætitia.

Chronico

Chronico dicentem, *Marcianus Auguſtus ſuis ſtatuit decretis, vt qui Conſules fieri cupiebant, nihil æris in populum ſpargerent, ſed ſtatutam pecuniam ad reparandum vrbis aquæductum impenderent.* Congiarium itaque in principum, & maiorum magiſtratuum inauguratione datum. Suetonius de Auguſto, *Congiarium frequenter dedit diuerſâ fermè ſumma.* Huius congiarij originem Liu. lib.5. dec.3. innuit, *Largitio hæc fuit congij olei in vicos ſingulos dati*, vnde etymon congiarij, & lib.7.dec.4. *In hunc maximè* (de M.Acilio Glabrione loquitur) *quod multa congiaria habuerat, hic nempe pecuniam erogauerat* Donatiuum ergo militibus in caſtris delargitum, non erat ſtipendium debitum, ſed ex liberalitate promanans, vel ob victoriam, vel adoptionem in familiam Cæſarum. Hanc diſtinctionem probant ex Capitolini verbis, *Congiarium*, inquit, *populo dedit, militibus donatiuum.* Ex Marcellino verò elicio, taxatam pecuniæ ſummam congiarij in Conſulatu ineundo, quam hactenus ex antiquariis excalpere non potui, quia ea fortaſsè variata pro varietate temporum, & liberalitate donantium.

Congiarium quando datum.

Congiarij origo.

Donatiua.

Strena non valdè abſimilis donatiuo, de qua etſi à me alibi; hic tamen inſuper addo quæ in Athenæi *lib.*3. lego. Ab Vlpiano ſtrena vocata ἐπινομίς, id eſt, non quæcunque ſtrena, ſed ea quæ Imperatori de more non dabatur anni noui initio. Hæc ſanè elegantiſſimè dicta ἐπινομίς, quippe data vltra legitimum canonem, & onera neceſſaria, quod pulchrè illa voce exprimitur Græca. Strenæ nomen, & morem Athenæus ab antiqua traditione ductum eſſe veterum Romanorum aſſerit, Symmacho ſubſcribente *lib.*10. Ab exortu penè Vrbis Martiæ ſtrenarum vſus adoleuit, auctoritate Tatij Regia, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni noui auſpices primus accepit. Nomen indicio eſt, viris ſtrenuis hæc conuenire ob virtutem, atque ideo vobis D.D. Imperatores, huiuſmodi inſigne deberi, quorum diuinus animus magis teſtimonium vigilantiæ, quàm omen expectat. Strenis datis muneris, ſalutiſque nomine, corollarium addo. Mantiſſa eſto ex alieno penu, vt Hygieæ faciamus ſubinde: de qua etſi à me ſuperiùs, hæc inſuper addo mihi occurrentia de conſuetudine veterum non illaudabili, & nobis commendata, vt qui Deorum templa adirent, domum inde aliquid referrent, Bonæ Sœuæ gratia, nempe, vel libi fruſtulum vel vnguenti aliquid, vel denique frondem virentem, conducere illud, quicquid eſſet, opinantes, quod è loco ſacro abſtuliſſent, & hic publicus fuit error populorum Græciæ, qui in hiſce religioſi nimis. Propterea fruſtulo illi *Decermini* nomen indiderunt, ὑγίεια *ſanitas.*

Strena.

Epinomis.

Strenæ initium.

Sanitas Decermen domum à ſacris portatum.

De hac Hygieia Athenæus lib.3. cap.19. *Sanitas appellant Maza, quæ in ſacrificiis datur, vt deguſtetur*, liberum tamen erat, libum iſtud, vel ibi ſtatim abſumere, vel diutius apud ſe ſeruare religionis gratia. Etiam in ſacris Populi Romani *ſanitas*, aliquando dabatur præmij loco. Is ritus non longè diuerſus à noſtris ſacris, è templis enim domum, vel ramos benedictos arborum, aut paniculos, & huiuſmodi, quæ iure dicenda Decermina ad morbos, tempeſtates, aut cacodæmonas auerruncandos. Quæ omnia ſibi mutuo bene precantes ominabantur fauſta: & primò in Conuiuiis mos vetus, referente Athenæo *lib.*4. *cap.*13. acclamandi εὖ δειπνήσαι, *Proſit cœna*, nos quoque precamur *Proſit*, quod eſtur, aut bibitur. Formula hæc non abſimilis illi ὑγιείας, conuiualis Græcis, & Latinis vſurpata, & hæc ζήσειας, cuius meminit Dio in Commodo. Demum bene precandi vox illa communis, Ἀγαθῇ Τύχῃ *bene vertat*; nos, *Felix, fauſtum, fortunatúmque ſiet.*

Hygieia.

Precatio conuiualis.

Rhapſodi, id eſt, carminum recitatores, & interpretes præfabantur, *Adſint Dij beati.*

Precationes variæ.

Citharœdi, *Dexter Apollo adſit.* Teſtamentum condituri, *Hoc bene ſit.*

Romani dicturi in concione, Vt *felix, fauſtum ſit Reip.* quod ſint dicturi. Manutius in Adagio, *Adſint Dij beati.*

Bene pracantes Hymnos canebant, qui continent laudes Deorum, de quibus hæc ex Græco gazophylacio refertiſſimo excerpta.

Alalage, Alalagmus, Hymnus victorialis, & clamor lætus militaris. *Alala.*

Hymni varij.

Aliolethios, cantus ſeruorum molentium.

Apeuctici, hymni malum deprecantes. *Euctici*, quibus aliquid boni precamur.

Apopemptici, hymni Dei cuiuſquam peregrinationem continentes.

Aſſamenta, hymni, quæ ſeparatim in aliquem Deorum canuntur, in quibus geſta, & virtutes eius Dei celebrantur. *Auerruncale*, nocentium ſeu læuorum numinum.

Calaterium, carmen auxiliarium, & fauentium Deorum. Scal.

Caſtorium, melos Laconicum, quo ij vſi in præliis, vt fortiter pugnarent, & occumberent.

Catachorenſis, cantus, quo in Pythiis ludis repræſentabatur Apollo ouans.

Catapleon, modulationis genus ad quam ſaltabant arma concutientes.

Celeuſma, cantilena nautarum.

Damomata, carmina publicè cãtari ſolita.

Dorion, cantilena ad virtutem excitans.

Dithyrambus, hymnus in honorẽ Bacchi.

Epicedium, carmen funebre nondum ſepulto cadauere.

Epithalamium, Gamelion, carmẽ nuptiale.

Epilenium, cantio, quæ canebatur inter premendas vuas Libero.

Epinicium, carmen victoriale, poſt victoriam cantatum.

Epodium, Ephymnion, quod hymno, ſeu odæ accinitur.

Erotici, amatorij Hymni Veneri cantari.

Hialemos, carmen Apollini cantatum.

Hypingi, Hymni Dianæ cantati. Iuli, Cereri. Vpingi.

Hypæpus, carmen Dianæ: *Lityerſis* Rheæ, *Dithyrambus* Bacchi.

Hymni, laudes Deorum concinentes, natales eorum & geſta continentes.

Hyperchemata, cantilenæ cum ſaltu.

Ialemus, carmen lugobre, Threni, Threnodiæ.

Imadus, carmen ſeculare.

Imaeum, carmen, quod concinebant aquarum hauſtores.

Indigitamenta, carmina, in quibus Deorum cognomina varia.

Ithymbi, carmina, & ſaltationes ridiculæ in honorem Liberi patris.

Ithyphallicum, carmen obſcœnum in honorem Bacchi.

Iuli, ſiue *Vli*, cantilenæ in honorem Cereris, ſiue lanas tractantium. Rh.

Linus, cantilena paſtorum.

Maiuma, cantio poerorum & puellarum menſis Maij.

Paan, hymnus in honorem Apollinis pro peſte ſedanda. Epilœmia, iam ea ſedata.

Phallicum, carmen extemporaneum in honorem Bacchi.

Propempticum, carmen, pro itinere incolumi alicuius.

Proſeucha, precatio ad Deum.

Proſodia, cantilena interdiu cantata.

Protely, Euchæorationes & preces factæ ante ſacroſanctum conniuium, aut aliam rem ſacram ad quam accingimur. Sponſi quoque, & ſponſæ ita ſe puros reddebant.

Scolia, carmina conuiualia, noo à quouis, ſed à doctis cantata.

Staſimon, cantus chori ſtantis.

Teleta, continent inuocationes Deorum, quibus vtebantur in myſteriis. Scal.

Teneblon, caotilena, quæ in laudem victoris decantatur. Heſych.

OCTAVIO FERRARIO
Prælectori Humaniorum.

SYNOPSIS XVIII.

Pythagoræ ſymbolum, Super terram, non nauigandum, omiſſum & explicatum. Recta linea ducenda. Symbolum à ſymbola differt. Stipulari quid. De Conuiuiis ſymbolicis, & Erogationibus.

Symbolum, Super terrã non eſt nauigandum.

CLEMENS Alexandrinus morum doctrinæque præſtantia præfulgens Strom. 5. hæc habet. *Rurſus; Super terram non eſſe nauigandum, Pythagora eſt ſymbolum, ſignificat autem vectigalia & ſimiles conductiones, quæ ſunt turbulenta, & inſtabiles, eſſe recuſandas.* Hæc ille. Ex quibus hoc myſticum eruo. Super terram non nauigandum, nullibi à me lectum, neque cum aliis adlectum. Iuxta terram (oon ſupra terram) nauigationem iucundiſſimam, & ambulationem iuxta mare, priſci dixere. Super terram igitur nauigant publicani, & vectigalium redemptores: per mare, per terras diſcurrendo, auaritiæ œſtro perciti. Ideo merito in ſacra hiſtoria Euangelicâ publicani meretricibus & Phariſæis comparati, quorum ſalutem omniuò deſperatam noſter Seruator deplorabat.

Recta linea ducenda.

Alterum eſt, *Recta linea ducenda*, id eſt, mentis & conſilij ductu vtendum: non enim ſcopum attingit, niſi qui recta linea collineat, neque a recto tramite deuiat, de quo Athen. *lib.* 10.

Verùm, quia in Pythagoræ ſymbolis verſamur, in quo Symbolũ, & Symbola diſcrepẽt, decidendõ. Quæ nomina promiſcuè confundunt quædam Abderiticæ mentes. Magnum tamen diſcrimen inter vtrumque reperio.

Symbolum & Symbola in quo diſcrepet.

Symbola etiim Græcæ *συμβολὴ*, eſt collatio Eraniſtæ ad conuiuium, quod dicebatur *ἔρανος*, *Eranus*: quiſque enim, quod ad manum erat, conferebat in conuiuium, & fiebat in commune collecta, precio, aut pecunia, aut portione ciborum iu commune coniecta, vt inde conuiuium pararetur. Partes ipſas, quæ conferebantur, ſymbolas vocabant. Ter. in Eun. *Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Pyræo in hunc diem, vt eſſemus de ſymbolis, Chæream ei rei præfecimus: dati anuli, locus, tempus conſtitutum eſt*: & in Andria *Symbolam dedit* (non ſymbolum) *& cœnauit*. Quare non eſt confuodendnm Symbolum, & Symbola, vt enim genere, ita notione diſcrepant. *Symbola* enim eſt, collatio conuiuæ ad conuiuium in commune collecta. *Symbolum* vocatur, anulus, vel quiduis aliud, arrhæ loco ſolitum dari ei ſodalium cuius erat cœnam parare. De hoc anuli vſu loquitur Plinius lib. 32. *Celebratior anuli vſus cum fœnore cœpiſſe debet: argumento eſt conſuetudo vulgi ad ſponſiones etiamnum anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior.* Quin & teſſeræ illæ, quarum olim in contractibus vſus, loco præſentis pecuniæ, *σύμβολα* dicebantur. De his ſymbolis ſcribit Iſid. *lib.* 5. Veteres quando aliquid ſibi promittebaot, ſtipulam tenentes, frangebant, quam iterum iungeotes, ſponſiones ſuas agnoſcebant, quæ ſimilis teſſeræ hoſpitalitatis, de bac a me alibi. Stipulari ſolemni verborum formula, eſt aliquid promittere. Stipolatio eſt quaſi promiſſio, vel ſponſio: ita dicta à ſtipula, ex Iſid. *lib.* 5 *cap.* 24. Veteres enim quando aliquid ſibi promittebant, ſtipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes, ſponſiones agnoſcebant. Scipio Gentilis putat à ruſticis natum verbum, qui ſegetum manipulos, ſtipulis in modum nodi contritos aſtringere ſolent. Potius velim ſtipola porrecta, tanquam ſigno ad pollicendum adducere, qoam ſtipulam accipere, erat argumentum aſſerentis. Nam ſtipulor non eſt propriè promitto, vt Iſidorus, & Papias exponunt, ſed eſt verbum interrogandi, & ad promittendum inducendi. Alij verò deducunt à ſtipe, ſeu numo quo aliquem nobis obligamus. Alij melius à ſtipulo: Stipulum enim apud veteres firmũ appellabatur, fortè à ſtipire. Stipes enim eſt fuſtis terræ defixus, vt auctor eſt Feſtus, quo boues & cætera animalia alligarentur, & retinerentur, certo loco, ne ſatis & arbuſculis nocerent, qua ſimilitudine fortaſſis ſtipulatio dicta: vnde Verſus

Stipula.

Stipulari quid.

Stipulum, quid.

Verba

Verba ligant homines, taurorum cornua funes.

Iam ſatis ſupérque Grammaticum egi; ſtipulas ab aliis deſcriptas legi. Stipulati ſumus, Symbolas contulimus, ſymbolicis accumbamus conuiuiis, de quibus pluribus & erudite Stucchius auctor damnatus, à cuius ſpinis tolas legi multas.

Symbolicæ igitur, vt dictum, erant portiones, ſiue pecuniariæ, ſiue penuariæ, quas pro ſua quiſque parte conferebat in cœnam communem. Collectæ dictæ, etiam Collationes, Comeſalia, & Sympoſiumena. Cœnarum ergo aliæ fuerant conuiuatoris ſumptu apparatæ. Aliæ in quas ſuam quiſque partem conferebat, quæ dictæ Erani. Sic dictum Apoſtolorum Symbolum, nam quemadmodum ad cœnas olim ſinguli conuiuæ certas quaſdam portiones, vel pecuniæ, vel penu conferre ſolebant, ſic ad hoc ſymbolum, quaſi ad ſpirituale fidei epulum ſinguli Apoſtoli, ſuas veluti ſymbolas contulerunt: vel metaphorâ ductâ à ſymbolis, ſeu teſſeris militaribus, quibus Chriſtiani ab Ethnicis, his veluti teſſeris diſtinguuntur, quæ veluti ſyngraphæ eſſent. Nec aliud vox *Miſſa, æ*, vel *Miſſa, orum*, ſignat, quam miſſio, ſeu res miſſæ, aut ob ationes, quas in cœtum quiſque offerebat. Eranarches dictus qui ſymbolis colligendis præerat. Epulæ autem, quæ ſolius conuiuatoris ſumptibus conſtabant, Ilapinæ, & Conuiuæ vocati dicti Aſymboli, Allotriophagi, Paraſiti, hinc probro ducebant aliena viuere quadra, dicti ab Horatio *Vmbræ*, in Epiſtolis *Locus eſt & pluribus vmbris*. Idcirco vnuſquiſque ſuum cibum & potum in ſympoſia libenter afferebat, huiuſmodi infamiæ diluendæ gratiâ.

Cœnæ duplices. Symbolum Apoſtolorum. Eranarches. Aſymboli qui.

Ab his ſymbolis conferendis ientacula, comeſſationes à poſterioribus nuncupatæ *Collationes*. Hinc *aſymbolus* dictus, qui ſine collatione ad cœnam accedit.

Collationes.

Aliquando tamen inuitati, non ad cœnam, ſed à cœna domum aliquid referebant.

Hæc *Sportula*, ſeu ſportella dicta, quæ non ſolum ſignificat receptaculum numorum, ſed etiam cibum, qui vel publicè, vel priuatim erogabatur, vel pecunia, quæ cibariorum loco quandoque dari ſolet. Interdum obſonia cœnarum ferebantur in ſportulis, cum apud aliquem ibatur cœnatum. Centum quadrantes, vt colligitur ex Martiali & aliis, erat ſportula numorum.

Sportula.

Sportulæ plerumque vel cœnæ rectæ datæ à patronis clientibus, & ſalutatoribus matutinum portantibus Aue in Veſtibulo ædium.

Sportulæ pretium. Sportulæ quibus datæ.

Erogationes, ſiue alimentariæ, ſiue pecuniariæ apud Romanos erant, tum publicæ, tum priuatæ. Publicæ fiebant ex publico ærario, idque vel in pace, vel in bello, *Frumentationes dictæ*. Frumentatio erat in plebem gratuita annona, per Ædiles ad plebem conciliandam, & per Præfectos annonæ. Diſtribuebatur autem frumentum teſſeris frumentariis, ſeu ſymbolis è ligno, vel plumbo, quibus acceptis, ſis ire licebat ad horrea publica petitum frumentum. Frumento ſi non opus, teſſeras vendebant. Tempus diſtribuendi teſſeras erat principium cuiuſque menſis, aliquando Nonæ. Menſura tritici ad minimum erat ſex modiorum, ſeu Attici medimni.

Erogationes. Erogationes publicæ. Frumentatio.

Frumentarij erant præpoſiti horreis militum in Prouincialibus, ciuium in horreis Vrbis. Frumentarij etiam dicti qui vltro citroque diſcurrebant per Prouincias, per domos ad frumentum inquirendum, & præſtinandum.

Frumentarij qui.

Pro frumento datus ciuibus *panis gradilis*, ita dictus, quod daretur in gradibus ad hanc diuiſionem erectis. Numerus verò frumenti in qualibet vrbe diſtribuendi definitus Canon dicebatur, etſi Canon Græcè regula dicitur, & omnis Eccleſiaſtica ſanctio. Attamen in Conſtitutionibus Imperatoriis anniueſſariam penſitationem, functionem, collationem ſignificat, quæ à Prouincialibus quotannis populo gratis, ac ſine vllo pretio præſtabatur. Pedianus tributorum genera tria facit, canonem; vt in Portoriis, & vectigalibus; oblationem, vt in vini diſtractione; Indictionem, quæ vulgo dicitur *ſalea*, Latinè Collatio, Collecta.

Panis gradilis. Canon quid & quotuplex.

Erogationes priuatæ à ciuibus locupletioribus ex priuatis bonis in pauperes fiebant. Huiuſmodi fuerunt Romanorum ſportulæ, de quibus ſupra, quæ etiam in nuptiali feſtiuitate dari conſueuerunt, tales ſunt noſtræ largitiones eleemoſynariæ in pauperes, *Collectæ* dictæ in primitiuâ Eccleſia, vnde *Collectarius*, dictus, qui ſtipem illam colligebat.

Erogationes priuatæ. Collectæ. Collectarius.

OCTAVIO LANCELLOTO Rhetor. Prælectori.

SYNOPSIS XIX.

Quoties in die antiqui comederent, tum Romani tum Græci. Item de inuitatis, & non inuitatis ad cœnam, qui excluſi, qui admiſſi & alia:

CONVENIMVS nuperis literis, vt eſſemus de ſymbolis. Dati annuli. Promiſſi reus vterque. Phiditia hodie peraguntur: cœna paranda non doliaris, ſed familiaris. E tuo refertiſſimo pectore ſcitamenta lautitiæ depromendæ. Alij Saliares & Adiiciales dapes: ego ne aſymbolus in Apolline cœnem, Promocondi, aut ad pedes ſerui vices ſubibo, de alieno dolio Falerna depromturus, de aliena quadra fercula appoſiturus. Tu modiperator, & ſympoſiarcha leges præſcribe conuiuales, ego de horâ ex vmbrâ, & quoties comedendum ex priſco more diſſeram. Sed ſobrietas parcitáſque potus, & cibi æquè laudi, atque ſermonis in triclinio. Menſa enim res ſacra, Deorum conciliabulum, cui Deos accumbere priſci credebant. Quare Epulæ ſacrificiorum erant appendices. Et quid aliud ſacrificia, quam ſacræ epulæ? Monophagia

Menſa res ſacra.

phagia ſemper antiquis probro data, quia miſanthropica, Cyclopica, Timonia. Eſt, qui ſolus; cœnat, qui cum alio edit; hinc dicta cœna, quia communis. Viſceratio ſine ſocio, ex Senecâ, leonis, & lupi eſt ingurgitatio. Conuictus tamen facilis, & ſine arte menſa, dictæ cœnæ Deorum, qui non tantum nectare, & ambroſia veſcebantur, ſed etiam vilibus, & paratu facilibus cibis. Ita Romulus in cœlo rapis dictus veſci, vt viuens cum Romanis. Hæc cœna Saturnia ſæculi aurei, luxus exotici neſcia. Cœnas adipales, Adiiciales, Pollucibiles, Rectas, Dubias ganeonibus permittamus, quí Rhetris Lycurgi, legibus ſumptuariis Romanorum coërcendi. An verò antiqui tantum cœnarent; an ſæpius in die eſitarent à multis multa: à me alibi pauca *in Opuſculo de Conuiniis antiquorum*, & in *Diſſertatione* 21. *lib*. 1. *Polymathiæ*.

Quoties antiqui in die ederent.

Hic tamen archimagirus, quod alij coxere, hic recoquam, aliterque condiam, vt palato tuo delicatiſſimo abblandiar.

Perſæ ſemel in die.

Perſæ, ſi credimus Xenophonti *lib*. 8. *Cyropædia*, ex Cyri legibus ſemel in die cibum capiebant, quo diem integrum haberent ad munerum functiones, quod μονοσιτεῖν dixere. At μονοφαγεῖν apud Athenæum dicebatur, qui ſeorſim prandebat.

Romani prandebant, & Iudæi.

Ita Romani ſoli prandebant, cum amicis cœnabant, ideo cœna dicta ἀπὸ τῆς κοινωνίας, ex Rhod. *lib*. 14. *cap*. 57. Hinc error illorum qui putarunt veteres tantum cœnaſſe ſine prandio, quod vt fictum, ita temerè dictum. Ad hæc, ſi apud Iudæos ij dicebantur ieiunare, qui veſperi duntaxat comedebant, erat proculdubio & prandium, quo abſtinebant, vt ieiunium perſoluerent. Præterea Tobiæ filius dicitur prandium reliquiſſe, vt ieiunium perſolueret. Eſſeni philoſophantium gens Iudæorum, vt perhibet Ioſephus *lib*. 2. *antiquitat*. prandebant circa meridiem, aut paulò ante, veſperi verò cœnabant. Græcos verò Romanoſque ſæpius eſitaſſe in die argumento ſint vocabula more recepta, vt dicemus.

Græci quoties ederent.

Græci Trojani belli temporibus quater in die cibos ccepiſſe refert, auctor damnatus *in conuiualibus*. Primò, diluculo ἀκράτισμα dictum, quod non dilutum, ſed potarent merum; διανήστισμα quod ieiuno ventre ſumeretur.

1. Acratiſma. 2. Ariſton. 3. Heſperiſma. 4. Cœna.

Secundò, ἄριστον, prandium. Tertiò, ἑσπέρισμα, cuius hora erat cum iam nocteſceret, antequam contenebraſſet. Quartò, δόρπος, ſeu δεῖπνον, cœna vulgo. Alij aliter.

Lãbini ſententia.

Lambinus ad Horatium ait ter Græcos in die cibum ſumpſiſſe, matutinum ἄριστον, δεῖπνον prandium, δόρπον cœna.

Romani quoties ederent.

Romanos quoque ſæpiùs eſitaſſe in die argumento ſint vocabula more recepta *Ientaculum, Prandium, Merenda, Cœna, Comeſſatio*, etſi ientaculum & merenda puerorum, comeſſatio incontinentiam erat, adeo vt prandium & cœna vſu communiter fuerit receptum. Ientaculi hora tertia: Prandij circa ſextam, Nona aut decima cœnæ, cum vmbra erat decempedalis. Horas enim

Horæ vmbris diſtinctæ.

dici veteres lineis notabant, ideo qui vocabant ad cœnam, deſignabant ad quam vmbram ſolarij, vellent conuiuas adeſſe.

Prandium tenue.

Prandium erat tenue admodum, panis ſiccus cum carycis ſine vllo apparatu, ideò huius rara mentio apud ſcriptores, & ſine balneis, vt fiebat in cœna. At cœnæ multus apparatus præibat, exercitationes, balnea, ideo occupatis in publicis negotiis tantum ocij non erat, vt bis lautè viuerent, quod erat delicatorum, luxuique inſeruientium: intererant enim tres, aut quatuor tantum horæ ab hora ſexta ad nonam, aut decimam vſque. Horas quomodo diſtinguerent Romani Martialis *lib*. 4. *Epigramm*. 8. innuit *Prima ſalutantes*, &c. Cœnas quia producebant in noctem, ideo lucernis vſi, de quibus à me alibi.

Conuiuia trifariam. Matutina. Acratiſma. Ariſton.

Quare conuiuia trifariam tributa *Matutina, Meridiana*, & *Veſpertina*. Matutina à vino mero dicta Acratiſmata, nempe buccellæ, ſeu offulæ mero intinctæ manè. Ariſton antiquis pro ientaculo, à recentioribus pro prandio vſurpatum, ita dictum quod ſit facilè paratu, vel quia non habet horam definitam, etſi ordinaria ſit tertiæ. Dianeſtiſmus, cibus à ieiunis ſumptus antequam opus aggrederentur.

Dianeſtiſmus.

Meridiana. Dipnon.

Meridiana, quæ circa meridiem ſumi ſolita δεῖπνον: Dipnon enim prandium dictum poſt quod eſt laborandum. Homero eſt matutinum, & Meridianum epulum. Generatim tamen ſumitur pro quolibet epulo. Antiquitus ſumebatur pro ientaculo, & epulo meridiano, poſterioribus temporibus pro cœna. Apud Latinos cibus meridianus appellatus Cœna, & Merenda. Cœna, inquit, Feſtus, idem eſt quod prandium, Anticœna, ſeu Antecœnium Lipſio. *Merenda* pro prandio dicta, quia meridie ſumebatur. Merenda poſtea dicta cibus poſt meridiem, ſiue veſperi.

Merenda.

Prandium.

Prandium, cibus circa meridiem ſumptus ab edendo dictum, quaſi peredium, vel quod ad bellum milites paret, vel dictum quaſi perendium, quod nil ferè tunc coctum ederent, ſed ex perendiis epulis: vel quia iterum ad opus ſunt parati prandentes.

Epulæ pomeridianæ inter prandium & cœnam tribus horis poſt prandium erant Merenda, & Antecœnium.

Veſpertina.

Veſpertina conuiuia erant epulæ ſub noctem ſupremâ tempeſtate, id eſt, diei nouiſſimo tempore poſt ſolis occaſum. Dicitur δεῖπνον; cœna, δόρπον; aliis dicta *Heſperiſma*, Veſperina, vel quia in noctem cœna producebatur, vel quia noctu inchoaretur, hyemis præcipuè tempore. Conuiuia verò nocturna dicta κῶμος, ἐπιδόρπισμα, *Epidorpmis*. *Comus*, ſeu Comeſſatio conuiuium nocturnum laſciuum, immoderatum diſcurrentium per vrbem coronatorum cum facibus, muſiciſque inſtrumentis ad amicarum fores, ſaltandi, cantandi impetendique fores gratia, vt eas confringerent, Dictus, Comus à κῶμαι,

Heſperiſma. Epidorpnis. Comus. Comeſſatio.

id eſt,

id eſt, ſomnus profundus, quia cum producit Comus, quicquid enim in cœtu aliquo proterue geritur, ſiue ſit compotatio, ſiue amatoria laſciuia, Comus nuncupatur; hinc Comeſſatores comum exercentes.

Balnea cœnę præibant.

Balnea & exercitationes cœnam præcedebant ab honeſta cauſâ deriuata: illa olim flumina. Lacedæmonij Eurota, ſed prius in puluere atque ſole exercitati lauabantur, & Romani in Tiberi, iuxta campum Martium, vbi palæſtræ locus. Verum lotiones ab vſu, ad luxum conuerſæ: balnea conquiſita, non vt ſani & mundi tantum, ſed vt luxurioſius, & auidius ederent, biberéntque. Vnctio quoque frequens tum ante tum poſt lauationem. Sed de lotione, de Balneis ab eruditiſſimo Mercuriali; de cœnis à me alibi & à Roſino, aliiſque permultis; in primis à Ciacconio.

Sed deſinente cœna ſuauis eſt placentula, Pindaro teſte. Hora iam cœnæ indicta. Tu quotus eſſe velis reſcribe. Locus eſt & pluribus vmbris, ſed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Septem conuiuium; nouem conuicium.

Qui inuitandi, qui non.

Inuitandi, qui naturâ moribus amicitiſque nobis coniuncti.

Mulieres an admiſſæ.

Mulieres apud Græcos non accumbebant in conuiuio virorum. Apud Romanos verò admittebantur mulieres, ſed ſedentes, non diſcumbentes, innuptæ verò excludebantur.

Serui exclusi.

Serui apud Romanos non admiſſi, niſi manumiſſi, ita vt menſæ communicatio, manumiſſionis eſſet ſignum. Mos tamen fuit cum apud Græcos, tum apud Romanos, vt in Saturnalibus ſerui, exæquato cum dominis iure, conuiuarentur, vt domini ſeruis miniſtrarent. Eundem morem Cretenſes in Mercurialibus, & apud Trœzenios menſe Geræſtione, apud Babylonios in feſto Saceani, apud Theſſalos in Peloriis, vt nimirum ſerui non modo cum dominis in conuiuio accumberent, ſed domini illis miniſtrarent. Coi quando Iunoni ſacrificabant; ſeruos ad ſacrificium non admittebant. Contra Spartani Hyacinthiorum die tertio, quo omnis generis ſpectacula, atque conuiuia fiebant, ciues omnes ſibi notos familiares, atque proprios ſeruos ad ſacrificia, epuláſque inuitabant. Nam alias apud Romanos, vti apud Græcos ſeruis ad ſacrificium non patebat aditus.

Pueri ſedentes in mēſâ.

Pueri apud Romanos ad fulcra lectorum ſedentes cibum capiebant. Mos erat, ex Tacito, vt principum liberi cum cæteris eiuſdem ætatis nobilibus ſedentes veſcerentur in aſpectu propinquorum, propria atque puriore menſa. Apud Arcades liberi cum patribus ſuis nudis lapidibus inſidentes conuiuabantur. Quare pueri potius ſtant miniſtrantes, quam diſcumbentes.

Inuitati qui, & non inuitati.

Inuitati, & vocati à Gynæconomis, & nomenclatore. Non Inuitati dicti vmbræ, Apocleti, Muſcis comparati, cœnipetæ, paraſiti, gnathones.

Paraſiti qui.

Paraſitorum nomen olim honeſtum, & ſacrum; priſci enim Græci eum ita vocabant, cui ſacrarum epularum cura eligendarum demandata, cuiuſmodi apud Romanos Collegium epulonum. Deinde hoc nomen fuit ignominioſum. Hi dicti Colaces, autolecythi, plagipatidæ, ſcurræ, ſycophantæ, ægyrtæ, & huiuſmodi nominibus deſignati, quos miſſos faciamus, & ad coruos amandemus.

Apocleti, & Vmbræ honeſtiores.

Apocleti tamen, & Vmbræ, etſi non vocati a nomenclatore, at à conuiuatore lecti eum ad cœnam ſequebantur, alij verò malè audiebant, quia à neutro vocati accedebant. In craſtinum conuiuij apparatum differo.

PAVLO MARTIO
& Aloyſio filio I.C.C. Patriciis Lucenſibus.

SYNOPSIS XX.

Prouerbia aliquot Petroniana reperta, explanata, notis illuſtrata. Laus Petronij. Precationes fauſtæ antiquorum.

Petronij laus.

BONVM Factum: pauca quidem volutaui, Scriptoris terſi & venuſti, &c, niſi in re illa voluptatum nimis Latine interdum loquatur; cætera laudati, cuius venuſtates, & argutias ſuſpicio. Ioci illius me delectant, nequitiis non offendor magis, quam Sol ſordido cœno polluitur. Ab eo quædam ſubnotaui Adagia Parœmiographo fortaſsè neglecta.

1. *Non magis ſapere poſſunt, quàm bene olere, qui in culina habitant*, quod tritum videtur ſermone dictum; idque transfertur ad quamcumque rem factu difficilem; qui enim bene olere poteſt, qui ſemper fumum terrúmque culinæ nidorem olet? Sequitur ſua quémque culina. Hinc culinarius ſeruus pro ſordido paſſim vſurpatus, coquus enim antiquis viliſſimum mancipium. Prou. 1.

2. *Me Socraticâ fide diligit*, verâ interpretor, ſincerâ, & candida. Magna fuit Socratis in dictis, factiſque auctoritas ob vitæ illius integritatem, & ſapientiam: Illi tanquam Oraculo fides habita, de quo illud Pythiæ reſponſum, *σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος Εὐριπίδης, ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος. Sapiens quidem Sophocles, ſapientior Euripides, & omnium hominum ſapientiſſimus Socrates.* Hinc vera & recta Philoſophia ab Horatio in epiſtolis dicta *carta Socratica*. In odis *domus Socratica*, id eſt, melior philoſophantium doctrina. Vnde illæ dicendi formulæ, *Socratica auctoritas, Socraticum ſupercilium, Socratis callus*, nempe tolerantia ſumma, & ſumma grauitas. Prou. 2.

3. Neque illud ex hoc albo delerem, quod in eodem relatum video, & lego. *Si Lucretia es, Tarquinium inuenisti*, Lucretia enim pudiciſſima mulier: quaſi diceret. Si tu pudica, caſta, pudibunda; impudicum, libidinoſum, & impudentem inuenies, qui pudicitiam tentet, caſtitatem expugnet, atque pudorem extorqueat. Lucretia antiquis; Prou. 3.

tiquis, fide hiſtorica, pudicitiæ exemplar habitum, Poëtas, & Oratores conſulamus.

Prou.4. 4. Hæc verba antiquæ, & probæ monetæ mihi ſemper viſa, atque adagialem rationem retinere, cum ſic ait Trimalcio, *Quo facto ſe Iouis cælum tenere arbitratus eſt*; cui non abſimile eſt illud Poetæ. *Attingit ſolium Iouis*; vel quia Iupiter Deorum, hominúmque, ex Poëtarum figmentis, rex; vel quia Iouis aſtrum benigniſſimum, & fortunatiſſimum, & pro benigno, & fortunato viro vſurpatur. Sequitur aliud de truci, & immani viro ita dicens.

Prou.5. 5. In ſocietatem recepi hoſtem *Lycurgo crudeliorem*. Hic enim Phalaride, Martia, Medea, ac Nerone efferatior. Cicero ad Atticum *lib.1.ep.* ſubſcribit dicens, *Noſmetipſi, qui Lycurgei à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur*. Hinc apud Plutarchum λυκουργίζειν, id eſt, tetricum, & ſeuerum agere iudicem. De quo videndus Ianus Douſa, ad hunc locum Petronij; Lycurgus enim artes excludebat, & peregrinos ciuitatis vſu interdicebat.

Alia quoque à me notata paucis refero, ne tædium pariam, nauſeámque.

Prou.6. 6. *Si mero meridie dixerit illi tenebras eſſe, credet*. Hoc dictum de impoſtore & credulo; ille mentitur, hic mendacio leuiter aſſentitur.

Prou.7. 7. *Frigidior Gallicâ niue*, Gallia enim vt quæ ad Septentrionem vergit, magis eſt Boreæ vento frigidiſſimo obnoxia, & niues diutius conſeruantur.

Prou.8. 8. *Equum Mars amat*, Mars Deus belli, & equus belli ſymbolum.

Prou.9. 9. *Nummos modio metiri*. Hoc non abſimile illi *Modio dimetiri*, ex Suidâ, pro ingentibus, & cumulatiſſimis diuitiis, cum non heminis, neque congiis, ſed modio metimur: Hyperbolâ phraſis, & à nobis vſurpata, *miſurar il denaro con ſtaio*: *Sol omnibus lucet*, de magna Dei prouidentiâ dictum, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.

Spartana nobilitate plagas concoquere. Nota Spartanorum animi fortitudo ac tolerantia in ſufferendis plagis, quibus à teneris etiam in ore, hoc eſt, in conſpectu parentum adſuefacta tantum occalluerat Spartana iuuentus, vt de iis Seneca de Prouidentia, *cap.4.* dixerit, *Nunquid inuiſos eſſe Lacedæmonios liberos ſuos credis, quorum experiuntur indolem publicis verberibus admotos? Ipſi illos patres adhortantur, vt ictus flagellorum fortiter perferant, & laceros, ac ſemianimes rogant perſeuerent vulnera præbere vulneribus.*

Prou.10. 10. *Gratioſior Proteſilao*, Proteſilaüs gratioſiſſimus omnium Græcorum, cuius amore capta Laodamia, de quo extat Ouidiana epiſtola Heroidum. Nota eſt eius hiſtoria.

Prou.11. 11. *Non ſum Solis progenies*, id eſt, venefica vt Circe, quæ filia Solis, cuius veneficia cui non nota?

Prou.12. 12. *A capillis vſque ad vngues*; non abſimile illi, *à capite vſque ad calcem*: capilli enim & vngues extremitates ſunt corporis; illi capitis, hi pedum.

13. *Cum ventis litigare*, id eſt, inania effutire, aëra, nebulas verberare. Reti ventos venari, Videndus Adagiographus, titulo, *Inanis opera*. Prou.13.

14. *Ad teſſeram anni venire*, id eſt, ad Prou.14.
ætatem virilem, abiectis enim nucibus in pueritia, viri ſui iuris efficiebantur, teſſeris ludentes, quare poteſt dici factus eſt vir, & ſui iuris.

Vitrea fracta, id eſt, res leuiſſimæ, & viliſſimæ: vnde illud; non darem vitreum fractum, nucem caſſam, Sulphurata fractis non mutaret vitreis.

15. *Cynicè viuere*, id eſt miſerè, & ſordidè, leguminibus, & ſiliquis. Nota eſt vita dolaris, & ſordida Diogenis, vnde menſa Cynyca, tenuis, & ſordida. Prou.15.

16. *Lucernæ occidenti oleum infundendum*, Prou.16.
opem ferre debemus extremâ neceſſitate laborantibus, iis potiſſimum, qui nobis prodeſſe poſſunt.

17. *Dignus qui ex gabalo ſemper aſpicias* Prou.17.
aſtra; id eſt cruce, ſuſpendióque.

18. *Annus Metonis*, id eſt longiſſimus, Prou.18.
Meton enim Athenienſis ex annis vndeviginti annum conſtituit, qui ἐννεακαιδεκαετηρὶς appellatur, & intercalatur ſepties, in eoque anno ſunt dierum ſex millia & 340. Vide Cenſorinum *de die natali*.

19. *Suſpende clypeum*, id eſt, pacem rogo, Prou.19.
clypeum enim ſumentes pugnaturi erant: at poſt pugnam, clypeos ſuſpendebant; ſicuti gladiatores ad poſtes Herculis.

20. *Clypeo tegi*, id eſt ſecuritatem agere; Prou.20.
vnde illud, *clypeum poſt vulnera ſumo*, dicitur de intempeſtiuo auxilio.

Amici, dum viuimus, viuamus, formula optima hortantium ad genialiter, & alacriter viuendum, quam omnibus precor fauſtiſſimam.

Alia Prouerbia in meâ Adagiographiâ noua Laurentiana, qui volet, legere poterit.

A tricis, & apinis extricemus nos, & ad fauſta, & feliciora inclinemus.

Bene precantis vox vſurpata apud Græcos Ἀγαθῇ τύχῃ, Latine: Felix fauſtum, fortunatúmque ſit, Bene vertat quod agis acturuſque ſis.

Rhapſodi, id eſt, carminum Homeri recitatores & interpretes, vt quod legerent, bene verteret, præfari ſolebant, *Adſint Dij beati*.

Citharœdi proludentes digitis, linguâ præfabantur, *Dexter Apollo adſit*.

Teſtamentum conſtituri, *Hoc bene ſiet*.

Romani in concione dicturi, ita precabantur, vt fœlix, ac fauſtum ſit Reipublicæ, quod ſum dicturus. Vide Adagiographum in paræmia, *Adſint Dij beati*.

Chorum dimittat cantio Tyrtæi apud Lacedæmonios choreas agentes.

Senum, Nos fuimus olim ſtrenui iuuenculi.

Puerorum, Nos futuri ſumus.

Iuuenum, At nos ſumus, Experire, ſi velis.

OCTA

OCTAVIO BOLDONIO Barnabitæ.

SYNOPSIS XX.

Apuleij laus, ex eodem quædam Prouerbia excerpta, illuſtrata, Item ex aliis. Sacra Græcorum varia.

SEMITARII quidam literatores hac noſtra tempeſtate, Ioui paria intonantes, qui nec doctorum cenſum tenent, nec doctrinæ ſenſum; & tamen cenſeri volunt in albo Patriciorum, Ariſtarchico veru veteres carpunt auctores, quia non capiunt.

Vnicus ſanè Tullius fundus Latinæ eloquentiæ; ſed intelligere, & ſapere à multis eſt. Multorum ergo me lectio iure capit. Apuleius aliquando horis canicularibus meis teritur manibus; qui licet vegrandis & affectatæ eloquentiæ ſcriptor; at certè literas doctus, & mores veteres, & in ſermone ipſo (eruditiſſimo Lipſio teſte) in primis Plauti imitator, qui vetuſtate morum, & dicendi copia Socraticum fontem, & Platonicum torrentem, vel tenuiter ſapienti, redolet: ex quo quædam prouerbiales formulæ à me inter legendum exceptæ, non aliis Parœmiographis notatæ. Hoc epidigma, & ſpecimen eſto. Cætera merces Adagialis, ſi placebit, ſuo tempore in foro literario proſtabit.

Adagia ex Apuleio. Ex primo Metamorphoſeos elicio manu compreſſa hanc formulam prouerbialem: *Putares verbis ſtellas euellere, diem tollere, mortem tenere.* Vſurpatum hoc dictum de quacumque re; quæ fieri prorſus non poteſt: non abſimile illi Terentiano: *Quid ſi cœlum ruat?* ex Euripideo, *Citius humo infigentur aſtra, & ætherem terra occupabit, quàm verbis palper tibi.* Quare *diem tollere*, eſt diem noctem dicere. *Mortem tenere*, de hac Horatius in Odis,

Semotique prius tarda neceſſitas
Lethi corripit gradum.

Cuius iter omnibus neceſſario calcandum. Mortem nulli tenent, ab illa tenentur omnes. Vel dicam *Noctem tenere*, ne dies ſuccedat, hic nocti; quandiu enim hic Sol erit, tamdiu ſuo ambitu noctis, & diei vices obibit.

Alterum adagium: *Vlyſſea peregrinatio*, de diuturna, & ærumnoſa dictum, qualis olim Vlyſſis ab Homero in Odyſſea perſcripta. Vlyſſis peregrinatio decennalis, quam laborioſa, quàm ærumnoſa?

Tertium, *Ne Deus quidem Delphicus diſcerneret.* De rebus maximè inter ſe ſimilibus, ſummamque inter ſe agnationem habentibus, quarum diſcrimen ne Apollo ipſe quidem diuinationis Deus internoſcere poſſet.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Quartum: *Sum in orci familiam iam numeratus*, De eo, cuius iam ſalus deſperata, ac defleta; cui illud non abſimile, *Iam in peculio Proſerpinæ ſum numeratus*; quæ ſæua, teſte Horatio, nullum caput fugit. Græcis hæc dicta Perſephone [illegible], quod omnia cædibus vaſtet ac perdat; factaque per raptum Plutonis vxor, qui & Orcus nuncupatus. Hinc Plautinus ille, *Benè vale, apud Orcum te videbo*, & cum Orco rationem habere.

Quintum *Dædalus*, pro homine induſtrio. Idem 2. Floridorum de Hippia vſurpat, *Tot*, inquit, *vtenſilium peritia Dædalum*, ideſt, induſtrium artificem; hinc illæ formulæ emanarunt à Parœmiographo lectæ, huic non abſimiles. *Dædali opera: Dædaleum remigium, Dædali alæ*: Dædali enim hiſtoria ſatis trita.

Sextum ex eiuſdem 3. Floridorum: *Rebus humanis dicere Valere: Plaudere*: Prouerbium à Comœdiis ſumptum, in quibus finita fabula dicebatur, *Valete, & Plaudite*. Ita huius vitæ vſura perfuncti, & mortem oppetentes, huius vitæ rebus, *Valete & Plaudite* dicere videntur. Reliqua adagia Apuleiana in Adagiographia noua Laurentiana legere licebit.

Sed antequam Plaudite dicam ſpectatoribus, alia quædam adagia à me in mea Aduerſaria relata, nec ab Adagiographo notata, in medium, in ſpecimen profero, daturus reliqua ſuo tempore. Non enim ille potuit omnes gemmas in terræ viſceribus latentes vno ligone effodere. Multa in apricum proferet ætas, quæ promit, conditque nitentia: qui ſecus ſentit, næ ille facit ſentiendo, vt nihil ſentiat.

Auſonius, monetæ non triuialis poëta, hanc formulam prouerbialem mihi ſuppeditat: *Muſas hortari, vt canant; ignes, vt ardeant; maria vt effluant*, hoc eſt currenti calcar addere, & vrgere parariſſimum. Ex Auſonio.

Elegans nec omittendum illud Homericum ſub Achillis perſona; *Illum peius orci limine odi, qui aliud in animo occultat, aliud loquitur.* Dicetur de re quam valde auerſemur, & deteſtemur. Quid ſit Orcus, & Pluto, notum lippis, & tonſoribus, vnde natum adagium. Ex Homero.

Ex Symmacho; *Supera conuexa digito tangere*; ideſt, felicitatis apicem aſſequi; ſimile illi; *Sublimi feriã ſidera vertice.* Ex Symmacho.

Ex Dione: *Gladij Druſiani* ille ita loquit. Druſo autem filio, cum petulantiſſimus, ac crudeliſſimus eſſet, adeo vt gladij acutiſſimi, Druſiani, ab eo vocarentur &c. Cauſam huius prouerbij ex doctiſſimo Lipſio *ad 3. Taciti* habe, dicente; *Crudelis ergo Druſus, & ſanguinarius quo in publico, domi, & in hortis gladiatores repræſentabat, quibus mos, priuſquam paria committerentur, ſatiſne eſſent acuti, ſciſcitantibus. Hinc Druſus, quia non admittere ſolitus niſi acutiſſimos, crudeliſſimus habitus.* De Gladiatoribus plura apud eundem Lipſium in Saturnalibus. Ex Dione.

O ego nugarum inſtitor, Alcinoi apologum, Mileſias fabulas enarrans. Alio pedem verto, meque ad quædam ſacra Græcorum hoc ſacro tempore conuerto.

Sacra Græcorum. *Abaton*, ſacrificium ad quod non quiuis admittitur, vt nominis etymon Græcum innuit, vti apud Latinos, Opertanea Bonæ Deæ. L. G. L.

Agiroria, ſacra Carnia, quorum Sacerdos Agites dicitur Rhod.

Anaſtatica ſacra, in reſurrectione Mortuorum. L.G.L.

Apobomas, ſacra non in altari, ſed in pauimento facta.

Apotropæum ſacrificium, vel ſupplicatio ad auertendum malum imminens.

Bebila, ſacra, ad quæ prophanis non datur aditus.

Catanipces, ſacrum Athenis Mineruæ, cum eius peplum infra ſordidatum, aliquis eluebat. Etymol.

Cathagiſmui, parentalia, quæ adolebantur in modum ſacrificij in gratiam mortuorum.

Catharſia, ſacra quædam, & porcelli, quibus Athenis conciones, atque theatra luſtrabantur.

Cathicteria, ſacrificium ob reditum.

Causon, ſacrificium quoddam ignotum.

Chalcia, ſacrum publicum in honorem Vulcani.

Curoſynon, ſacrificium pro tonſa cæſarie oblatum, hinc Curoſyna facta.

Decata, decima, cum Athenis decimo die infanti nomine impoſito, peracta re diuina epulabantur.

Diabateria, ſacrificia pro tranſitu facta, dicta etiam Niceteria; & Chariſteria.

Dioſtolion, locus vbi ſiſtebatur mactandum pecus, vel vbi luſtrandi pedem ſiniſtrum collocabant.

Epibœum, victima, quæ adiiciebatur ad bouem mactatum: quoties enim Mineruæ bouem mactabant, tenebantur etiam Pandroſo ouem cum boue immolare, quod dicebatur ἐπίβοιον. Harpocr.

Hippades, ſacrificia, quæ equites Athenis peragebant. Rhod.

Hydrophoria, aquæ geſtatio: ſacrum Athenis lugubre, in eorum memoriam, qui diluuio perierunt.

Lenaa, ſacra Bacchi apud Athenienſes, in quibus concertabant poëtæ ludicris carminibus ad riſum comparatis. Ariſtoph.

Metroim, apud Athenienſes Phrygiæ Deæ ſacrum.

Mithriaca, ſacra, quæ in antro apud Perſas Soli obibantur, educto ex eo boue cornibus, quem mox vt Soli victimam, per hymnorum modulatos concentus immolabant. Rhodigin.

Orcomoſia, ſacrificia, in quibus feriebantur fœdera.

Pamylia, ſacra Oſyridis in Ægypto, quibus ſimulacrum Priapi adhibebatur.

Panſanemus, ſacrificium, pro ſedando ventorum impetu, ac turbine.

Periſcylaciſmus, expiatio; quæ fit immolato cane, quem vocant Græci Scylaca.

Proaroſia, ſacrificium pro fœlici futurarum frugum prouentu, quod fiebat ante aratione.

Progamia, ſacrificium, & conuiuium ante nuptias.

Pyanepſia, ſacra Apollini, cum fabas, & legumina cogebant.

Semna, Eumenides, furiæ apud Athenienſes, his ſacrum factum in curia Areopagitarum, vt quas exiſtimari volebant huius curiæ præſides, in qua ſicarij iudicabantur, & vt vindices occiſorum, quibus ſacrificuli tres.

Soteria, ſacrificia pro accepta ſalute.

Theſmophoria, Cereris ſacra, quo die captiui ſoluebantur vinculis.

Thynnium, ſacrum quo piſcatores Neptuno thynnum immolabant. Rhod.

Thyterium, ſacrificium, & herba Libanotidi ſimilis, quam iuraturi manu comprehendebant.

Trittya, legitimum ſacrificium ex tribus victimis, porco, ariete, & hirco conſtans.

FRANCISCO FLORENTInio I. C. Parmenſis fiſci Aduocato.

SYNOPSIS XXI.

Militis etymon. Errare *quid. Lux facta Plauto & Terentio. Stantes in Senatu verba faciebant. De Tripudiis antiquorum & Auguriis, & de auſpiciorum iure.*

SOlem noctuæ neſciunt, ad lumen cæcutiunt. Aquilæ verò ita ſuſtinent, vt natorum ſuorum generoſam indolem de pupillarum audacia iudicent. Tu aquilæ generoſiſſimus pullus, oculis inconniuentibus Solem veritatis intueris, priſcorum monumenta ſcrutando, otio literario perfrueris. Beatus qui honoré emeritus ociatur, qui vel inuitũ proſequitur, vt vmbra in Sole corpus. Merito in Prytaneo de publico aleris, Deorum ambroſia paſtus, Muſis tibi miniſtrantibus de penore Apollineo, tanquam benè de re literaria merito, cui ius in Orcheſtra ſcenicos luſus humanæ vitæ ſpectandi. En tibi, Prytani, πρυτανεῖα, de re controuerſa, nec ſatis explorata; De militis etymo, & vocis origine.

Militem alij à militia deducunt, à malitia alij; etenim. Militis etymon.

Nulla fides pietaſque viris qui caſtra ſequuntur.

A mollitie alij per antiphraſim, ea enim in caſtris exulat. Alij à multitudine. Ego à millibus deductam vocem opinor. Coniecturam mihi facit Paulus Diaconus hiſtoricus 1. hiſtoriarum de Romulo dicens, *Mille etiam pugnatores elegit, quos à numero milites appellauit*, perinde ac ſi miles milleſimus eſſet. Legio tunc tribus millibus conſtabat. Tres enim Tribus Romanæ; Tarienſium,

Ramnen

Ramnenſium,. Lucerum cenſebantur, vnaquæque mille milites mittebat, hinc miles vnus ex millibus nuncupatus.

Errare quid.

Errabam his diebus vernis fortè in paſcuis Muſarum Plauti, ac Terentij; & parum abfuit, quin in errorem ducerer, dum quid ſit *Errare* apud eos inueſtigare contendebam. Errare ſiquidem in errorem induci,& errore inuolui comperi apud probatos ſcriptores: At pro ignorare aliquando vſurpatum lego, omnis enim errans ignorat; error ex ignorantia naſcitur.Ita Plautus in Milite Actu 3. ſc.1. *Erro, quam inſiſtas viam.*

Errare hic eſt neſcire, nam reſpondet, *Statim ſcietis.* Eodem pacto Terentius Heautont. Actu 2. ſc.3.

Hic de noſtris verbis errat.

Nempe quæ hic ſumus locuti, ideſt, non aſſequitur, ignorat, non percipit,

Stantes concionabantur in Senatu.

Locum in Catilinaria Ciceronis enodandum propoſuit quidam non amuſus; *Aliud ſtans, aliud ſedens de Republica ſentis.* Ita nodum ſolui. Sedentes Senatores conſultabant priuatim de Republica in Senatu,at ſententiam dicturi aſſurgebant. Idem Cic. lib. 2.ad Q.Fratrem apertius docet *Rafilius*, inquit,*ſurrexit,& de iudiciis referre cœpit.*Dio lib.5. *Hæc cum legati dixiſſent,ſurrexit Brutus Cos. & huiuſcemodi verba locutus.*

Nec ſolum Senatus, & cæteri quoque magiſtratus verba faciebant in Senatu ſtantes. Gell. libr. 7. *Sententiæ rogari cœptæ, tum Marcus Cato exurgit.* In templis quoque ſtantes erant. *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem.* Vnde *Stationes* dictæ, quia ſtabant pernoctantes in oratione Chriſti Fideles. De Tripudiis antiquorum ex condicto aliquid libandum.

De Tripudiis. Tripudium quid.

Tripudium dicitur ſaltatio, quaſi Tripedium, vt ſignificetur numerus pedum motus in ternarium deſinens, cum ter pede terra in ſaltando feriatur.Horat.l.3.Ode 18.

Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor.

Ter pede terram.

Græcorum numerus erat binarius; διποδιάζειν, bipudiare dicebant. Terripauia prius dictum;poſt,terripudium;demum,Tripudium.

Tripudium in lege Dei.

Tripudia olim apud Hebræos in lege diuina permiſſa. Pſallebant Dauid, & Hebræi ante arcam, ante vitulum aureum. Plutarchus *in vita Niciæ*, aſſerit, Græcos quotannis Delum petere, vbi hymnos laudeſque canebant ſaltantes. Liuius,

Tripudium Ethnicorũ.

Per vrbem ire canentes carmina, cum tripudiis ſolemnique ſaltatu iuſſit. Indi, vt refert Arrianus, Solem adorantes Orientem, cantantes tripudiabant. Homerus tria genera ſaltationum refert,hoc verbo,[illegible] ſaltatio.

Saltationũ 3. genera.

1.Cubiſtica

1. Cubiſtica, κυβίστημα Luciano, & Plutarcho dicta, quoddam ſaltationis genus, brachia, & crura variè contorquens in formam Y ſeu V. Latini, vt colligitur ex Homeri *Iliad.5.*

2. Ballum.

2. Cum tripudiantes pilam, ſeu follem proiiciebant, vnde dictum ballon, βάλλομαι; ideſt iacere. Ita Athenæus apud Epicharmum; Ad tympani ſonitum, & cymbali, pilam ſeu follem vna cum pedibus ad numerum mouebant, Homerus *Odyſſ.6.*

Ioſeph. Laurentij Polymath.

3.Tripudium.

3. Tripudium erat more noſtro, cum pedes ad numerum mouebantur. Ita Lacedæmonij, vt refert Plutarch. *in Lycurgo*, tripudiantes diebus feſtis tria tempora referebant: Senes dicentes, *Nos fuimus fortes*: Iuuenes, *Nos ſumus*: Pueri, *Nos erimus.* Hanc triplicem ſaltationem Platonici referebant ad *Emmeliam*, ſeu grauem,

Emmelia.

& Tragicam: *Cordacem* ludicram ſeu Comicam: *Sicinim*, mediam, ſeu Pyrrhichiam. Erat & Bacchica, vſitata in epulis, de qua Macrobius 3. Saturnalium cap. 14.

Cordax. Sicinis.

Filij Senatorum in ludum ſaltatorum commeabant,& illic crotala geſtantes ſaltare diſcebant.

Strophe.

Odas canentes pſallebant. Prima erat, *Strophe*, à dextra ad ſiniſtram: Hæc cœlorum motus ab ortu ad occaſum imitabatur. *Antiſtrophe*,ab occaſu ad ortum,planetarum motus. Demum *Epodos*, antrorſum, & retrorſum;vt eſt maris fluxus.Plato etiam, *in legibus*, tria tripudia conſtituebat.

Antiſtrophe. Epodos.

Pyrrhicha. Irenica.

Alterum dicebatur, πυῤῥίχη, armatorum. Alterum, χορεία εἰρηνικὴ, pacificorum. Tertium, [illegible], ſacrificiorum & funerum. Erant & alia ſaltationum genera, vt hiſtrionum,pantomimorum & huiuſmodi.

Tum Salij ad cantus,incenſa altaria circum

Populeis adſunt euincti tempora ramis.

Cantus enim animi referebant harmoniam, Tripudia verò corporis. Ita in Deorum honorem vtraque exercebantur, vt notat Seruius,teſte Varrone. *Axamenta* autem dicta carmina Saliaria. *Præſul*,qui Saliorum motibus præerat. Erant & alia Tripudiorum genera, in diſciplina Augurali.

Axamenta.

Soliſtimum.

Tripudium Soliſtimum dicebatur, cùm in Augurali omine pulli è cauea prodeuntes proruerent cum impetu, certatimque in eſcam inuolarent, & auide depaſcerentur; itavt veſcentibus illis aliquid ex ore delaberetur, & terram pauiret, quod tripudium faceret Soliſtimum.

Sonivium.

Oſcinum.

Tripudium Sonivium,à ſono,vt cũ pullo excidit puls, quadrupedive aliquid ex ore ſonans.*Tripudium Oſcinum*,inquit Feſtus,quod oris cantu ſignificat quid portendi, cùm cecinit cornix, coruus, noctua, parra, picus. Vide Briſſonium, Feſtum, Rhodiginum, Roſinum, Turnebum & alios.

De Auguriis.

Tripudium me manu ducit ad Augurium, cuius illud pars præcipua.

Auſpicium. Augurium.

Auguriorum, vt militiæ, Romani obſeruantiſſimi. Illa ab Hetruſcis orianda.

Auſpicium, auium inſpectio. *Augurium* auium garritus,vtriuſque Præpetes. *Præpetes* aues dictæ,quæ ſe ante auſpicantem ferunt.

Præpetes.

Oſcines.

Oſcines, quæ ore canentes faciunt augurium. Vnde Prædictiones ortum habuere.

Prædictiones 5.

Prædictionum quinque genera: Primum genus,fulminum, fulgurum, tonitruum, & aliorum huiuſmodi,quod dicebant *ſeruare de cælo*: quod erat præſagiorum maximum, quia ſemel tantum in die, alia verò ſæpius comitia dirimebant &c. Ioue enim tonante fulgurante, comitia populi haberi nefas,aut produci inchoata.

Seruare de cœlo.

Partes cœli 4.

Cœlum in quatuor partes diuidebant; Orientem,Occidentem,Meridiem,& Septentrionem:ideſt,Anticam,Poſticam, Dextram,

Siniſtram. Siniſtra pars in omnibus inauſpicata, in auguriis auſpicatiſſima.

Arx. *Arx*, in augurali eſt Auguraculum, vbi Augures publicè auſpicabantur.

Teſca. *Teſca*, loca augurio deſignata, quo termino finitur terra augurij, vel loca agreſtia alicui numini dicata.

2. Genus auſpiciorum, Tripudium ſoliſtimum, de quo à me iam ſatis ſuperque.

3. Genus, ſumebatur ab animalibus rationis participibus, vt occurſus Æthiopis.

4. Genus à quadrupedibus.

5. Genus dirarum, ſeu execrationum.

Caduca auſpicia, cùm aliquid è templo excidit, veluti virga è manu.

Cliua, quæ aliquid fieri prohibent.

Iuge auſpicium, cùm iunctum iumentum ſtercus facit.

Augurium militare, vnde illud, Ductu & augurio Imperatoris militare.

Augurium ſalutis, de quo à me in Polym. *lib. 2. diſſert.* 10.

Peſtifera auſpicia, cum cor in extis, aut caput in iecinore non fuiſſet.

Piacularia, cùm victima ex ara fugiebat, aut mugiebat; aut cadebat.

Oblatiua, quæ vltro ſe offerebant non poſcentibus.

Impetratiua, quæ aliquid impetrarent.

Silentium in ſacris erat *linguis, animiſque fauere*. Silentium in auguriis eſt, exactiſſima obſeruatio, ſine errore aut defectu. Siniſtrum ex Feſto, vt dictum, in auſpicando ſignificat lætum, & proſperum auſpicium.

Haruſpicina, in aris inſpectio victimarum: *Extiſpicina*, extorum.

Tages primus docuit Hetruſcos artem auguriorum, de quibus videndi citati auctores. De ſacrificiis à me alibi pluribus.

Auſpiciorũ ius penes patres. Auſpiciorũ tria genera. Hoc inſuper addo de auſpiciorum iure, quod penes patricios ſolum ex Romuli inſtituto. Cùm autem auſpicia tria fuerint, auium inſpectio, de cœlo obſeruatio, & tripudij animaduerſio: Obſeruatio de cœlo adhibita ad omnia Comitia: Auium Inſpectio ad Curiata, & Centuriata tantum: Tripudium verò rerum gerendarum fuit proprium. Itaque plebeij carebant auſpiciis, id eſt, auium volantium, aut canentium obſeruatione in Comitiis, tripudio in rebus gerendis, quæ ſoli patricij tenuerunt; quorum duo priora genera interierunt, cum plebs in partem patriciorum magiſtratuum venit, vt Conſulatus; vt auſpicato crearentur, remque gererent. Videndus Sigonius *de iure ciuium Romanorum.*

NICOLAO MANFRIDIO Patricio Lucenſi.

SYNOPSIS XXII.

De nomine A. Gellij, & de Rhetorica Ciceronis iudicium. Quis honos habitus magiſtratibus in occurſu. De Clientibus, & iure Patronatus. Exilium, Relegatio. Interdictio aqua, & igni. Deportatio quid olim.

AD nomina reſpondeo; ſed palam Edico, me interceſſioni Tribunitiæ, & Augurum obnunciationi cedere. Quod ſi vrgeas nullum ineſſe virium Comitiis., præſente Prætore, tabellarem non vocalem fero ſententiam tuis ſub auſpiciis, quibus religioſè deuinctus teneor, de Nomine Gellij, quod tam acriter Criticorum animos torſit.

Agellium non A. Gellium dicendum loco ſententiæ, vir eruditiſſimus Iuſtus Lipſius meus edicit, qui Epiſtolicarum quæſtionum libr. 4. epiſtol. 8. aſſerit. *Gellium an Agellium dicemus, qui noctes Atticas ſcripſit? Agellium conſtanter libri ſcripti, etiam illud optima nota fragmentum Giſelini, nuncupant. Agelly Noctium Atticarum libro decimo, explicuit. Priſcianus etiam nomina propria deducit à Seruo Seruilius, ab Agello Agellius.* Hæc ille. O ſi mihi Ius mei ſuffragij in tantum virum! Agellius ne an A. Gellius dicendus. Pudor, reuerentia vetat.

Aliter tamen cenſet Lupus, Abbas antiquiſſimus & doctiſſimus vir, in externis literis apprimè eruditus, qui octauo Chriſti ſæculo vixit, ita in epiſtola prima ad Ehirardum ſcripſit, *Ciceronis de Rhetorica, item explanatio in libros Ciceronis. Præterea Auli Gelly Noctium Atticarum &c.* Rhetorica an Cic.

Expreſsè & ſignatè ſcribit, Aulum Gellium. Ex quibus etiam illius ſuffragium profertur de Rhetorica Ciceronis. De qua, vel & de nomine Auli Gellij adhuc pendet lis ſub iudice.

Sed an hæc librariorum incurſa menda irrepſere? Tu Cenſor æquiſſime cenſe, & cenſionem irroga.

Ego volens ſponte ſine cenſu literario, me tribu moueo literatorum, & quem olim magiſtratibus occurrentes honorem, eundem tibi deferam: aſſurgam, caput aperiam, equo & curru deſcendam, Quis honos habitus ab occurrentibus magiſtratui. ferrum ponam. Quod planè palam facit Seneca grauiſſimus auctor epiſt. 65. *Si Conſulem videro, aut Prætorem omnia quibus honor*

haberi

habeti ſolet, faciam, equo deſiliam, caput aperiam, ſemita cedam, &c. De quibus longiore ſubſellio, tubaque clatiore Iuſtus Lipſius *primo Electorum, capite vigeſimo tertio.*

Clientelæ ius in uſu, & eorum antiquus.

Clientelæ ius antiquiſſimum fuiſſe, & vna cum vrbe naſcente in lucem prodiiſſe, autumare minimè ſum veritus. Neſcio cui temerè refraganti claſſicos teſtes in medium protuli, Liuium, Dionyſium, alioſque id aſtruentes. A Romulo enim vſque id inſtitutum, hac ratione: Siquidem, quoniam Romulus patricios extulerat, plebeios depreſſerat, ne aut illis horum inuidia obeſſet, aut hi illorum potentia circumuenirentur, ambos inter ſe ſanctiſſimo neceſſitudinis vinculo obſtrinxit. Patricios enim patronos plebis, plebeios patrum clientes eſſe conſtituit, atque amborum in ea colenda neceſſitudine officia diligentiſſimè demonſtrauit; patronorum, vt clientibus incognita iura traderent, cauſſam eorum in foro, re poſtulante, defenderent; clientum, vt patronos mane ſalutarent, domo deducerent, domoſque reducerent, eoſque in collocandis filiabus, ſi ita opus eſſet pecunia ſubleuarent; quæ neceſſitudo ſanctiſſimè vſque ad Gracchorum ætatem ſeruata, teſte Dionyſio. Ab Athenienſibus credo Romanos id mutuatos, apud quos peregrini, ſe alicui opulento ciui in clientelam dabant, dicabantque: Ter. in Eunucho: *Vna eſt domus, Thais patri ſe commendauit in clientelam & fidem, nobis dedit ſe.*

Qui autem ſe non applicabat ad patronum in iudicium vocabatur, idque dicebatur Appellationis ius, ἀπροστασίου δίκη.

Appellationis ius.

Apud Romanos autem patronos habebant clientes, liberti, mancipia, coloniæ, prouinciæ; etiam qui ciuitate ab aliquo donati fuerant, eum à quo donati fuerant, patronum habebant, & eius nomen gerebant, ſuccedebantque ab inteſtato patroni libertis, ſi ſuos hæredes non haberent. De hac Applicatione meminit Terentius In Andria, cum ait; *Tum ille egens forte applicat primùm ſe ad Chryſidis patrem.*

De hoc iure Applicationis Cicer. libro primo de Oratore, ita: *Quid quod in Centumuirali iudicio certatum eſſe accepimus; qui Romam in exilium veniſſet, cui Romæ exulare ius eſſet, ſi ſe ad aliquem, quaſi patronum applicuiſſet, inteſtatoque eſſet mortuus, nonne in ea cauſa ius applicationis, obſcurum ſane & ignotum, patefactum in iudicio, atque illuſtratum eſt à patrono?* Quod ius ſi temporibus Ciceronis obſcurum, vel ipſi Ciceroni, quid mirum ſi & nobis? A cliente ad Patronum ſtylum conuerto. Senecæ *libr. ſecundum, capite ſeptimo* voluitanti, locus mihi occurrit dicentis, *Et corona pro mala cauſa, & bona patroni voce corrupta.* Lipſius ad hunc locum, interpretatur audientium conſeſſum, ſeu multitudinem ſpectantis populi. Ego tanti viri pace, cui à me

Corona donati patroni.

pluribus debetur honor, & reuerentia, aliter cum doctiſſimo Dempſtero ſentio, hoc enim in loco dubio procul, Seneca loquitur de corona, qua donabantur patroni à clientibus, in mercedis præmium. Hæc corona, palma aliquando, forenſis foribus affigebatur Patronis, iiſdem clientes Calendis Ianuariis munuſcula quædam tenuia grati animi indicium offerebant, contra patroni illis fidem exhibere tenebantur. Par quoque conditio liberti, & clientis. Hi noſtra tempeſtate dicti Vaſſalli, de quibus, ſuperioribus diſſertationibus à me aliquid. Hi vt à patronis ingentia expectabant beneficia, & conſequebantur interdum, ita mutuum iiſdem impendebant, aderantque in omnibus periculis negotiiſque, non pace tantum, domique, ſed belli etiam militiæque. Claud. lib. 2. in Rufinum.

Clientes grati in patronos.

——Circumque armata clientum
Agmina priuatis ibant famulantia ſignis.

Inter patronum, & dominum hoc intererat, quod inter ſeruum, & libertum: ideo clientes patronorum dextræ appellati, quia hæc melior pars corporis: Mart. lib. 2. epigr. 70.

Patronus in quo differat à domino. Clientes dextræ, Serui ſiniſtræ dicti.

Lydia dicebar domine fidiſſima dextra.

E contra vero ſerui, quia fures & rapaces, aut parum dominis ſuis fidi, ſiniſtræ dicebantur; læua quippe furtis apta: Ouid. lib. 13. Metam.

Cenueni & timida, natáque ad furta ſiniſtra.

Nec in vrbe tantum clientes, ſed in agris, villiſque, regnis, & prouinciis, quæ vltro in poteſtatem potentis alicuius cedebant, cuius præſidio protegerentur. Et colligitur ex multis inſcriptionibus à Dempſtero citatis ad Roſinum. Commune autem vtriſque erat, ne fas eſſet alteris accuſare alteros, aut aduerſum dicere teſtimonium, ferréve ſuffragium, aut cenſeri inter inimicos. Quod ſi quis deprehenſus erat aliquid horum facere, tenebatur lege de proditoribus, quam ſanxit Romulus.

Clientes extra vrbem.

Identidem mihi olim inculcatum, idem eſſe exulare, apud nos, atque olim Aqua & Igni interdici. Hoc à me conſtanter inficiatum, cui Iuriſconſulti ſubſcribunt: Quicumque enim ſiue ſua ſponte, ſiue pœnæ, ignominiæue cauſa extra ſolum habitant, Exules dicuntur; quorum tamen tria genera reperio, nam alij *Interdicti*, alij *Deportati*, alij *Relegati* nominantur. Exilium ſtante Republica diſſimillimum fuit, quàm poſtremis temporibus. Nam, vt ſcribit Cic. pro Cæcina. *Exilium non ſupplicium fuit, ſed perfugium, portuſque ſupplicij, nam qui volebant pœnam aliquam ſubterfugere, ſolum vertebant, hoc eſt, ſedem ac locum mutabant. Itaque nulla,* inquit, *in lege noſtra reperietur, vt apud cæteras ciuitates, maleficium vllum exilio eſſe mulctatum, ſed cum homines ignominiam, ac vincula vitant, quæ ſunt legibus conſtituta, confugiunt quaſi ad aram in exilium: qui ſi in ciuitate*

Exilium quid olim.

Exilium triplex.

Exilium ſtante Rep.

vim legis ſubire vellent, non prius ciuitatem, quam vitam amitterent: quia nolunt, non adimitur his ciuitas, ſed ab his linquitur, ac deponitur. Poſt autem lex Porcia, & aliæ leges factæ, quibus exilium damnatis permiſſum eſt, & ciuitas adempta, tunc non exilium dictum, irrogatumque, ſed aqua & igni interdictum: quare cum exilio aliquem damnatum legimus, tunc aqua & igni interdictum cenſeri debet, ſeu exilium legitimum, coactum: quia legibus, quibus rei facti erant, ciuitas adimebatur, & abſentes condemnabantur, vt hodie quoque fit paſſim. Quoties igitur quis exilij pœna, ob aliquod maleficium, dignus videbatur; ei, nulla facta exilij mentione, tecto, aqua, & igne interdicebatur; ita earum rerum, quæ maximè ſunt ad vitam ſuſtentandam neceſſariæ, vſu priuatus, cum vno aëris alimento ſuſtineri non poſſet, abire cogebatur; ex quo exulare ciues Romani dicebantur. Ouid. l. 4. Faſtorum

Interdictum aqua, & igne.

An quod in his vitæ cauſa eſt, hac perdidit exul,
His noua fit coniux, hæc duo magna putant?

Et ad fœdera facienda, vt ait Seruius; aqua, & ignis adhibebatur. Vnde & contra, quos arcere volumus à noſtro conſortio, eis aqua & igni interdicimus. Cum igitur neque libertatem neque ciuitatem inuitus quiſquam amittere iure Quiritium poterat, quemadmodum à maioribus conſtitutum, Cic. pro Domo ſua, pro Corn. Balbo, & A. Cæcinna ſcribit: eodem iure ciui Romano ſpiritus eripi, vitaque adimi non poterat; atque ita nec ciuitate extrudi, nec vltimo ſupplicio affici noxij ciues poterant. Ne verò impunita omitterentur peccata, inuenta ratio eſt, qua ciuitate, ſaluis maiorum conſtitutionibus, pellerentur: nimirum aqua & igni ſontibus interdici inſtitutum eſt, vt his ſubſidiis, quibus vita humana continetur, deſtituti, in alias terra migrare, ſeque in aliam ciuitatem conferre cogerentur, in quam recepti Romanam amitterent; quòd duarum ciuitatum eos eſſe ciues inſtituta legeſque Romanæ non paterentur. Quare lege Iulia de vi tenebantur, qui ita damnatos celaſſent, vel tenuiſſent. Manſit itius vſus vſque ad Imperatorum tempora, quibus primùm reorum in inſulas deportatio in Rempubl. inuecta, & ne iuris antiqui vincula aperte reuelli viderentur, in locum aquæ & ignis interdictionis ſuffecta eſt.

Deportatio, ſpecies erat exilij atrociſſima, cùm quis ſcilicet ita ciuitatem amittebat, vt neruo, aut compedibus vinctus in aliquam nauim imponeretur, & à ſeruis publicis in inſulam certam transferretur ad exilium perpetuum. Deportatus olim ciuitatem non amittebat, vt dictum, neque vllus alius niſi volens. Ideo qui deportabatur, non prius amittebat ciuitatem, quam ipſe ſciens volenſque in alia ciuitate nomen ſuum profiteretur; quod facere cogebatur, quia aqua & igni interdictus, & hominum præſidio ſpoliatus, hoc beneficio fruebatur. At poſtea ſub Romanis Principibus ſtatutum, vt abſque alia tecti, aquæ & ignis interdictione, qui lege, vel iudicio deportatus erat, ſtatim ciuitatem amitteret.

Deportatio quid.

Relegatio, ſeu exterminatio eſt cum quis exire fines patriæ iubetur, quod Cicero *ſedibus expellere dicit*. Relegati alij propriè dicti, cum in locum aliquem ab amicis & notis remotum, amandantur, talis Ouid.

Relegatio quid.

Arua relegatum iuſſiſti viſere Ponti.

Alij impropriè, qui non modo non amandantur alio, ſed certum in locum quodammodo includuntur, & quaſi circumſcribuntur.

Deportatio à Relegatione ita differebat; nam Deportatio ſemper in perpetuum damnabat; Relegatio alias in perpetuum, alias ad tempus. Item deportatio adimebat ciuitatem, & bona: relegatio nil horum. Deportatio pœnæ locum circumſcribit: Relegatio à patriæ finibus excludit. At nunc non ſolum à patriæ finibus, ſed etiam omnibus locis præter eum, vbi relegatur, quod erat aqua & igni interdictio. Hæc Auguſti tempore erat in inſulis, quæ quadringentis minus ſtadiis à continenti abeſſent, exceptis Rhodo, Chio, Leſbo, Sardibus. Vide Briſſonium, Martianum, & alios.

Diſcrimen inter Deportatos, & Relegatos.

POLYMATHIÆ LIBER QVINTVS,

Sacros & Profanos Ritus ordine Alphabetico complexus.

VARIA

Tum publica, tum priuata.

A

A. Absolvtionis nota. C condemnationis. Roſinus *antiq.*

A A. acclamatum ab auditoribus in audiendis oratoribus eloquentibus, Ferrarius, *de Acclamat.*

Abaci olim laminis aureis tecti. Dempſt. *ad Roſin.*

Abſentes pro Republica cum totâ familiâ tuti erant, & immunes, Caſell. *l.* 1. *c.* 1.

Abi, Abi, faſtidientis, & contemnentis formula. Palmerius.

Abeuntes dicebant *Vale*. Briſſonius *in formulis*.

Abito quò voles, vel *Nihil te moror*. In manumiſſionibus dictum. Briſſon. *in form.*

Abominantes hac formulâ vſi, *Dij meliora*, vel *Dij melius*. Idem. *Quod omen Dij auertant*. Briſſ.

Abſolutio ſacrorum causâ, viuo flumine fiebat. Idem, *Ibidem*.

Abſit inuidia dicto, Formula ad auertendam inuidiam. Idem, *Ibidem*.

Abſoluendus in iudicio, ſtatim abſoluebatur; damnandus, damnabatur. Sin res adhuc controuerſa, ampliabatur. Parens, *in electis Plautinis*.

Abſterrebant ſupplices minis, ſe templum incenſuros. Pont. *Atticis bellariis*.

Abluebantur redeuntes à cæde, & pugnâ, Electa Plaut.

Abdicati filij ab oculis remoti, Pont. *Attic. bellar.*

Abeuntes amici, ſibi mutuò imagines curabant fieri, ad memoriam conſeruandam, & refricandam. Raderus, *ad Mart. lib* 7.

Abſens nullus damnari poterat. Briſſon. *Form. l.* 5.

Abrogati magiſtratu aliam petere non poterant. Polymathia.

Abluebant ſe Babylonij poſt coitum, tanquam fœdati, & polluti.

Abſinthium bibebant certatores, & victores feriis Latinis quadrigatij in Capitolio. Plin. *l.* 27. *c.* 7.

Abſentium ratio nulla habita in Comitiis. Suet. Plut. Alex. *l.* 4. *c.* 5.

Acclamandi ſignum in Auditoriis à Meſochoro datum. Ferrarius. *De Acclamat.*

Acclamationes fiebant à ſtantibus, contentis vocibus ad rhythmum, muſicoſque modos. Idem.

Acclamationes fiebant in Theatris, in Foro in Senatu, in ſcholis & auditoriis. Idem.

Acclamatum, plauſum, & aſſurrectum honoris causâ à ſpectante populo illuſtribus viris in Theatrum introeuntibus. Idem, *Ibidem*.

Acclamationibus & plauſibus Actores ludorum ſi placerent excepti, contra ſi diſplicerent ſibilis exploſi. Idem, *Ibidem*. Lapidibus quandoque in Theatro petiti. Idem.

Acclamatum à Comicis ſalubria Reipublicæ, & noxiis dicta. Hartungus, 2. *Rituum*.

Acclamatum A A. ab auditoribus in admirationem, ob dicentis eloquentiam. Idem Ferr.

Acclamatum ad communem conſenſum patrum exprimendum *Omnes, Omnes*, aut *Æquum, & iuſtum eſt*. Ferrar.

Acclamantium, & plaudentium chorum domi olim alebant. Idem Ferr.

Acclamatum rectè recitantibus, *Pulchrè, Benè, Rectè*. Idem.

Acclamationibus, & plauſibus excepti Imperatores in Theatrum introeuntes. Idem.

Accenſi olim lecti ex libertis. Roſin.

Accenſi & Præcones inclamabant in iudiciis horam tertiam, nonam, meridiem. Briſſon. *in Form.*

Accenſi, & viatores Senatores, ac ſenatorios viros ex agris vrbi vicinis reuocabant. Marcel. Donat.

Accenſus ad concionem, præco ad conuiuia vocabat Quirites.

Acta publica, libri Sybillini, leges in mappis, & linteis libris exarata. Dempſt. *ad Roſin.*

Achreſton, *Ἄχρηστον* paginis inſcriptum cum quid putaretur vtilium. *Χρήσιμον* vero, cum quid vtile amplectandum Pithæus 2. *ſubſec.* 4.

Accuſatio in Comitiis Centuriatis trinundino promulgabatur. Roſinus

Accuſator dum ag bat, Reus ſub roſtris abiectus adoleſcentum conuiciis erat expuſitus. Ruſin.

Accuſator & voce, & libello omnia, quibus reus legem erat tranſgreſſus, complectebatur. Roſin.

Accuſator in comperendinatione poſteriore loco dicebat, reoque abſoluto duobus iudiciis oppugnare poterat. Roſin.

Accuſatori ad dicendum horæ duæ aſſignatæ, reo vero tres horæ lege Cn. Pompeij. Roſin. Alex. *l.* 4. *c.* 14.

Accuſatori, ſeu Actori olim ſex horæ legitimæ datæ, Reo nouem in foro. Subinde liberum tempus petitum & conceſſum. Rader. *ad* 6. *Martialis.*

Accuſator in domum iudicis ingreſſus, in legem ambitus committit, 15. dies habet ad accuſandum, Roſin.

Accuſati apud Senatum rei ſedebant ſub patrono; instituta ad populum prouocatione ſuper eumdem. Dempſt *ad Roſin.*

Accuſatores nomen rei deferebant, diem dicebant, accerſebât, legibus interrogabant, accuſabant, & damnabant, Polletus. *Fori Rom. l.* 4. *c.* 7.

Accuſatori appoſiti olim cuſtodes, ne quid dolo malo moliretur in reum. Idem.

Accuſari cædis à ſacris & foro arcebantur vſque ad Iudicij diem, quod dicebatur interdictum. Idem.

Accuſare feriatis diebus non licebat. Corn. Tac. *an. l.* 4.

Accuſare non poterant ſerui, liberti dominos, patronos. Val. Max. *l* 6. *c.* 5.

Accuſare ſe mutuo præceptorem, & diſcipulum graue putatum. Plut. *In Ant.*

Accuſatio in Cenſuram non admittebatur. Val. Max. *lib.* 7. *c.* 2.

Accuſari non poterat abſens pro Rep. apud Romanos. Suet. *in Cæſare.*

Accuſatoris nimia potentia, aut infamia aut ſocietas criminis reis proderat ad abſolutionem. Val. Max. *l.* 8. *c.* 1.

Accuſator Libellos dare tenebatur, qui vel offerebantur, vel apud Acta deponebantur. Briſſon. *in Form.*

Accuſator interdum citabatur, qui ſi ad diem non adfuiſſet, aut non reſpondiſſet, ex reis eximebatur is, cuius nomen delatum erat. Briſſon. *Form. l.* 5.

Accuſatores poſtulabant, vt quæſtiones haberentur Idem Briſſon.

Accuſatores volentes aliquem reum fieri, poſtulabant, vt eius nomen reciperetur. Idem.

Accuſator 20. dies habebat ad accuſandum. Roſin.

Acta Senatus erant commentarij quibus breuiter inſcriptum quicquid apud patres diceretur, agereturque. Elect. Plaut.

Actuarij paciſci, & negotiari poterant cum militibus. Dempſt. *ad Roſin.*

Actiones actitatæ Romæ tempore Ciceronis Græcè. Polletus *Fori Rom. l.* 5. *c.* 15.

Actores ſerui, quibus peculium domini & rationes curæ. Gulicl. *l.* 3. *c.* 4.

Actores ludorum ſi placerent, fauſtas acclamationes & plauſus à pop. habuere. Item munuſcula, flores, frondes coniecta: ſin minus explodebantur ſibilis, aliquando & lapidibus obruebantur. Ferrar. *de Acclam.*

Actionibus in ſacris, vbi frequentè quid agendum, hac formula vtebantur *Hoc age.* Pareus *in Electis Plaut.*

Accuſati rei ſub patrono ſedebant. Polymathia. Accuſator verò ſtabat dicens.

Adoleſcentes Romani crinem Æſculapio vouebant. Dempſt

Adoleſcentes fluminibus crines conſecrabant Iunius, *Com* 4.

Adoleſcentes nobiliſſimi Pyrrhicham ſaltationem exercebant. Dempſt.

Adoleſcentes Athenis conuiuium agitaturi conueniebant in Piræum. Ter. Manut. *in Adagiis.*

Adonia quotannis Græcæ mulieres celebrabant, in quibus earum vna Venerem repræſentabat lugentem Adonidis interitum. Brodeus. *l.* 7. *cap.* 10.

Adoleſcentibus ſummo fuit honori accuſare. Roſinus.

Adoptatus ab adoptante nomen, & denominationem ſumebat. Marc. Donatus.

Aduentitia dos apud maritum remanebat.

Aduocatis, & cauſidicis dona mittebantur in Saturnalibus.

Aduocatos conducebant pretio, aliquando amicos in grauioribus criminibus. Par.

Aduocatis ſuccedebant cognitores: inde Formularij, Patroni, Subſcriptores, Cuſtodes, Monitores. Polletus *lib.* 2. *c.* 1.

Adoptio filiorum per arma, per capillos, per barbam, per ſacras preces. Pithæus *l.* 1. *cap.* 1.

Adſcriptitij milites inermes adſcripti, qui ſuccedebant armatis morientibus. Pareus, *Elect.*

Adulteri apud Ægyptios mille plagis cæſi caſtrabantur. Dempſt.

Adulterij reus inter milites recipi non poterat. Dempſt.

Adulteris inuentis virilia amputata, nates peruulſæ, raphani in anum impacti. Hartung. 2. *decuria.* Pareus, *in electis Plaut.*

Adulteræ domo exactæ, dote priuatæ, relegatæ. Lipſius, *excurſu.*

Adulteræ crinibus abſciſſis coram propinquis expellebantur domo, ac per vicum verbere agebantur. Caſell. *lib.* 1. *c.* 18.

Adulterio deprehenſæ mulieres apud Cumanos in foro ſiſtebantur ſuper lapidem, deinde impoſitæ ſuper aſinum per vrbem traducebantur infamiæ gratiâ, dictæ Onobatæ. Manut. Hoc dicebatur, *Traducere, Catamidiare.* Corn. à Lapide, *in Matth.*

Adulteræ non modo domo abactæ, & dote priuatæ, ſed etiam necatæ. Lipſ. *ad Tacitum.*

Adulteræ cogebantur prodire in medium togatæ.

Aduocati reorum apud Athenienſes ſuffragiis

giis lect. Nouarini Schediaſ. *lib.* 21. *cap.* 24.

Adoleſcentes in ſacris Lacedæmoniorum flagellati. Alex. ab Alex. *l.* 1. *c.* 17.

Aduenientes *Aue*, ſeu *Salue*: abeuntes, & recedentes *Vale* dicebant. Briſſ. *Formul. lib.* 8.

Aduocatorum veſtis propria erat toga, & patronorum cauſarum. Dempſt. *l.* 5. *c.* 32.

Adulterij pœnæ variæ, caſtratio, mutilatio, combuſtio, lapidatio, deiectio è ſaxo, & marito arbitrium iudiciumque conceſſum, Dempſt. *l.* 8. *c.* 24.

Ædes tantum palatinæ inauguratæ, vt habita in iis Senatus decreta rata forent. Item atria plerumque inaugurata, vt in iis Senatus cogi poſſet, tanquam in templis. Alex. *l.* 5. *c.* 24.

Ædes qui emebant prius eas adhibitis fabris inſpiciebant, qui vendebant habitationem ſibi, & inquilinis excipiebant. Briſſ.

Ædes locandæ ſignatæ tabellâ, & baſtâ, Item vendendæ Rhodig. *lib.* 21. *c.* 7.

Ædium partem ſummam dicta cœnacula inquilinis locare conſueuerant Romani, imam ſibi retinebant. Cœnacula verò tegulis proxima conducebant teuiſſimi, tribus ſcalis. Turneb. *aduerſ. lib.* 13. *c.* 11. Contra Græci recipiebant hoſpites, & inquilinos in inferiori parte ædium. Alex. 8. *c.* 14.

Ædes vendituri proſcribebant bonas, probas, pulchréque ædificatas. Pareus, *Elect.*

Ædes Romanorum ornatæ ſigillis Deorum, vel fictilibus, vel æreis, vel inauratis, imo etiam bullis. Pareus, *Elect.*

Ædium humus conſperſa floribus. Harum ianuæ interdiu numquam clauſæ. Pareus, *Elect.*

Ædes in perpetuum deſerturi, Penates Deos colebant, in primis Larem; limina deinde ſalutabant, quibus & poſtibus aliquid religionis tribuebant. Pareus, *Elect.*

Ædes vbi aliquandiu inhabitaſſent, religionis causâ terram tangebant, Laremque Deum adiungebant, quem coronâ exornabant, in Latio è ſpicis, & ariſtis; in Græcia è platano, eumque exorabant vt habitatio eſſet bona, & felix. Pareus, *Elect.*

Ædes cogebantur mundare ob metum ædilium In his poſticum, & ſolarium vbi apricabantur; hortus, putei effoſſi, impluuium, claue reſerata cubilia, luto vtebantur ad ea reficienda. Pareus, *Elect.*

Ædes marmore incruſtatæ. Pont. *Atticis bellariis.*

Ædium, quas conſul adibat, fores virgis percutiebantur, apud Rom. intus aperiebantur. At Poplicolæ foras honoris, gratiâ, Caſaub.

Ædibus, prædiiſque, quæ olim fiſco addicerentur, tabella imponebatur, pannuſque ſubpurpureus: hic indicabat eam eſſe Imperatoris, tabella verò cauſas legendas prætereuntibus indicabat. Nouar. *Schediaſ. lib.* 9. *c.* 18.

Ædes ædificari ſecuri tantum, & ferrâ Solonis lege poterant. Nouar. *Sched. lib.* 9. *cap.* 18.

Ædes olim ædificatæ ſeparatim non communione parietum, ſed propriis quæque muris ambita ædificia. Idem, *Ibidem.*

Ædificia publica numinibus conſecrabantur.

Ædibus locandis tabella ſuſpendebatur. Nouar. *Sched. l.* 9. *c.* 18.

Ædium fores, & faſtigia Lycurgus ſerrâ, & ſecuri tantum fabricari inſtituit. Roſinus.

Ædiles curules creabantur ætatis anno 38. Roſin.

Ædilium munus ludos curare. Roſin.

Ædilitatem inter & Præturam intercedebat ad minimum biennium. Roſin.

Ædiles fabas, & alia legumina ſpargebant in vulgus. Dempſt.

Ædiles cauebant, ne plebeij ſpectarent in theatro inter Senatores. Brodeus 5. *Miſcel.* 13.

Ædilitia vectigalia erant, quæ Prouinciales ludorum nomine Romanis pendebant, quæque eis in ornatum fori, & apparatum munerum conferebant. Turn. *aduer. l.* 27. *cap.* 1.

Ædiles præter alia munera menſuris præerant, & iniquas menſuras frangebant, & æquæ menſuræ erant ad ædilitias exactæ. Item curabant edulia, & merces improbas in profluentem iaciebant. Turn. *Ibidem* Horum præcipua cura Annona, Præfecti annonæ ideo dicti. Dempſt.

Ædiles iurabant in Comœdiis ſe ei daturos palmam, qui omnium optimè agebat fabulam. Pareus, *Elect.*

Ædiles curabant annonam, forum, vias, munditiem; menſuras, ornamenta ſcenica, ludos indicebant; merces publicas infectas in profluentem iaciebant. *Plaut, Elect.* Parei.

Ædiles quantum cuique meretrici dandum, decernebant. In claſſibus item quantum tributi conferendum pro facultatibus ſtatuebant. Suidas.

Ædilium erant ludi funebres, in quibus nec tubâ, nec fiſtulâ, nec cantu; ſed tibia tantum vti licebat. Scal. *in Poëticâ*.

Ædiles in popinis veſtigabant aleatores, & lurcones.

Ædilibus ius nullum in aleatores Saturnalibus.

Ædilium olim cura, vt modeſtia ſeruaretur in foro, vtque ementes & vendentes vitarent mendacia. Nouar. *Sched. l.* 9. *c.* 18.

Ægroti templum Pacis frequentabant. Gyraldi *Synt.* 1. Ante ianuam locati. Expoſiti in foro. Polymat.

Ægroti curari aquâ Iuturnæ & bonæ valetudini reſtituti. Gyral. *ſynt.* 17.

Ægroti in templo Æſculapij incubabant, ad remedia per ſomnium accipienda. Parei, *Electa.*

Ægroti collocati ante ianuam, vt à prætereuntibus remedia acciperent.

Ægyptij, callidi, infames, immundi, iracundi, in hortorũ culturâ religioſi, ſuperſtitioſi. Nouar. *Sched. l.* 6. *c.* 10.

Ænigmata, & Griphi poſt ſecundam menſam propoſiti. Pont. *Attic.* 5. *bellariis.*

Ærarium duplex Romanorum; vnum vulgare, in quo cenſus, & tributa ordinaria:

Alterum

Alterum ſanctius dictum, vbi aurum viceſimatium aſſeruatum ad extremos Reip. caſus, in penitiori ædis receſſu, & ratiori. Dempſt. *l.* 7. *c.* 31.

Ætatium in æde Saturni. Ætarium militare Auguſtus inſtituit. Ærarium populi Fiſcus Principis. Roſin. Ærarium Lacedæmonium in templo Delphico. Polymath.

Ære graui non ſignato primum antiqui vſi Roſin. Ærea pecunia olim in vſu fuit.

Ærarium olim totius Græciæ in Delo inſulâ fuit Dempſt *ad Roſin.*

Ærarij in officinis Iupiter poſſeſſotius, ſeu opulentius collocatus Suid.

Æs ſignauit primus Seruius rex, cuius nota Ianus geminus, & roſtrum nauis. Roſin. Marc. Don.

Æs antiquis cognitum ante ferrum. Ærei claui olim in nauibus; arma, ocreæ. galeæ olim ex ære. Steuuech. *ad Vegetium.*

Æſculapio capris, & gallinis litabatur: capilli eidem conſecrati. Roſin.

Æs alienum debere apud Perſas infame. Herod.

Æris tinnitu Manes olim fugati. Magius 4. *c.* 14. eo quoque vſi in Cerealibus ſacris, & Lunæ deliquio.

Æſchyli verſus qui canebant in conuiuiis, myrteum ramum manu tenebant. Iunius.

Ætas Quæſtoria annus 27. Ædilitia 37. Prætutia 40. Conſularis 43. Tribunicia 30. Marc. Donat.

Ætas elocandarum puellarum erat annorum 17. Pareus Elect.

Æſtate Romani Proceres vrbe exitant, & frequentabant loca Campaniæ, & amœna littora dicta Actæ. Caſaub. *ad Suet.*

Ætas muneris publici obeundi vltra 20. annum fuit. Alex. *l.* 4. *c.* 6.

Affirmationis grauiſſimæ, ac religioſiſſimæ formula vſurpata. *Nihil mihi credas diuini & humani.* Addebant *Bonâ fide, Per Deum fidium. Obſecro*, cum dicebatur, eum. quem alloquebatur veluti ſacramento adſtringebat; *Reſecro*, vero reſpondebatur, vt religione liberaret. Turn. *aduerſ. l.* 18. *c.* 26.

Africanus primus omnium Romanorum vſus tonſore. Gualt. *in Hor.*

Age quod agis, ſolemne verbum à præcone inclamatum in re diuinâ, Numæ inſtituto Gualt. Briſſon.

Agẽdarum rerum initium à precatione Deorum ducebatur. Briſſon. *Form. l.* 1. Item hac præfatione vſi antiqui, *quod Bonum, fauſtum fortunatúmque ſiet.* Ἀγαθῇ τυχῇ. Idem.

Ager prouincialis erat vectigalis, & tributarius: Italicus verò nec vectigalis, nec tributarius; itaut fructus integros hic domino redderet, ille diminutos. Turn. *adu. l.* 10. *c.* 4.

Ager in quo quis occiſus, & ſepultus ſeptem annis incultus relinquebatur. Nou. *Sched.*

Agri incendio olim purgati. Nouar. *Sched. lib.* 4. *c.* 19.

Agri vrbi proximi cõſiliariis diſtributi. Idem, *Ibidem* Per præconem venibant. Briſſon. *Formul.*

Agros malè colere olim probo datum; contra, Bonus Agricola titulus inſignis. *Idem.*

Agri obnoxij creditoribus dicti Hyperboli, notati lapidis indicio, aut columnæ, de quibus dicebatur ſignatus eſt ager. Rhodig. *l.* 16. *c.* 21.

Agrorum termini lapides ſacri dicti Marc. Donat.

Agi cum populo non niſi horis intra ſolis ortum & occaſum licebat. Roſin.

Agnina caro olim deſpicatui, & viliſſima. Turn. *aduerſ. lib.* 6. *cap.* 21. Pontani *Attic. Bell.*

Agno herba ſibi ſubſternebant lectos mulieres caſtitatem ſeruantes in Theſmophoriis, & viæ ornabantur Athenis in feſtis Palladis Onom. Medicum Brunſ.

Agonibus in Capitolinis omne genus artificum pugnabat. Roſin.

Agere cum populo nefas cum de cœlo eſt ſeruatum Manut. 1 *quæſt* 9.

Albano in monte Pontifex Maximus ſacra faciebat Ioui Latiali. Gualt *in Horat.*

Albati diuites diebus feſtis incedebant: contra pullati pauperes, & plebeij. Tur. *aduerſ. l.* 21. *c* 3. Pont, *Atticis bellaris.*

Albis lapillis dies fauſti notati; infauſti nigris. Alex. ab Alex.

Alea legibus Romanis penitus vetita. Demp. permiſſa tamen viris in Saturnalibus, vt pueris nuces Marc. Donatus.

Allium in bellum ferebant. Nouar. *Sched. l.* 6. *cap.* 11. Item cibus militaris, ſeruilis. Polymath.

Alij caput ad multarum noxarum depulſionem valere antiquitas opinata eſt, item aduerſus tonitrua ex Colum. Turn. *aduerſ. l.* 18. *c.* 12.

Alliorum, cæparumque caulibus olim pueri cæſi. Hartung. 3. *Decur.*

Allium datum gallis in cibum pugnaturis. Xenophon.

Allium commercabantur Athenienſes nauigaturi, & in expeditionem ituri. Manut. adag.

Allio veſcentes Martis ſacrarium non ingrediebantur. Polymath.

Alloquebantur de ſcripto etiam præſentes. Pont. *Atticis bell.*

Alloquebantur populum principes, vel per præconem, aut in Senatu eorum orationes recitabant Quæſtores candidati Cæſaris. Caſaub. *in Suet. l.* 2.

Allocutio Imperatoris in caſtris facta ad milites, claſſico conuocatos in ſuggeſtu ceſpititio, vbi aquilæ, & reliqua ſigna circumſtabant. Si milites aſſentiebantur, manus extollebant, clamabant. Steuuech. *in Veget. l.* 3.

Alloquebatur quis principem ita, *Deuotus numini, maieſtatique tuæ.* Pont. *Attic. bell.*

Alica tenuiorum promulſis. Polymathia.

Alites aues, quæ alis, aut volatu, vt miluus, aquila &c. Oſcinea, quæ ore canentes faciunt auſpicium, Alea. ab Alex.

Amantes amores explorabant amaſiarum crepitu foliorum papaueris, pollici medioque digito impoſiti, percuſſique. Hartung. 3. *Rituum.*

Amantes

Amantes amicarum fores ſpargebant mero, ornabant floribus, earum unguines circumferebant. Pareus, *Elect.*

Amantes poſt cœnam comeſſari ſolebant. Idem.

Amantes in conuiuiis, poſtquam bibiſſent, amaſiis ſuauium dare ſolebant. Idem.

Amantes vngebant ſe, & amaſiæ purpuriſſo ſe illinebant. Idem.

Amantes pignus dabant in ſuauium vter viri daret. Idem.

Amantes meretriculæ in conuiuiis cantabant ſuis amatoribus. Idem.

Amantes in conuiuiis vnâ vinum poſcebant, bibebantque. Idem, Pareus.

Amantes in gratiam eorum, quos amabant, in ſympoſiis aliquot cyathos libatos terræ defundebant cottabiſmo. Hartung. 1. *Dec.*

Amantes Nocti, aut Diei, aut Soli, aut Lunæ ſuas miſerias narrabant. Pareus, *Elect.*

Amantes vouebant mane Veneri ientaculum. Elect. Plaut. Parei.

Amantes excluſi ab ædibus amaſiarum, faculas deficientes ad oſtium ſub auroram abiiciebant, accenſa lumina oſtio illidebant, minitabantur domus exuſtionem; contentis, & impactis calcibus fores, aut ſeras confringebant, conſcribillabant titione extincto. Pareus, *Elect.*

Amantes amorem magnum oſtendere volentes, paratos ſe dicebant partem annorum ſuorum dare. Muretus. *lib. 9. c.* 1.

Amantes potaturi, de pleno poculo aliquid Veneri libabant, leuiter defundentes guttulas vini, idque vel in aram vel in menſam, vel in focum. Parei Electa. Plau.

Amantes viri Soli, mulieres Lunæ vota concipiebant. Nouar. *Sched. l. 6. cap.* 13.

Amaſiæ placituræ ſuis amatoribus ad ſpeculum ſe exornabant. Parei. Elect. Pla.

Amaſij abſtergebant loca, in quibus ſederant, ne quod ſuæ venuſtatis ſimulachrum amatoribus relinqueretur. Suid. 894.

Amatoriis de rebus acturi Thebani de Iolai tumulum conueniebant. Plut. Caſaub. *ad Suet.*

Amicos peregrè abeuntes ad portam vſque comitabantur & in viam inducebant boni ominis gratiâ, & præſidij, Item cum viatico cibario. Guliel. *l. 1. c.* 4.

Amore detenti Lunam taciti inuocabant, amantibus enim taciturnitate, & nocte opus.

Amaſiarum limen coronatū ab amatoribus.

Amicorum natales celebrati.

Amici dona, Soteria dicta, mittebant amicis è morbo conualeſcentibus. Pareus, *Elect. Plaut.*

Amici peregrè redeuntes conuiuio excepti. Gualt. *in Hor.*

Amicitia aliquando per præconem nunciata, & renunciata.

Amores ſacris Infernis reſoluti. Turneb. *aduerſ. lib. 21. c.* 22.

Amicorum & Sociorum legatis locum, & Lautia Rumani præbebant de publico Briſſon. *Form.*

Ambaruales hoſtiæ à 12. Fratribus pro aruis immolabantur. Roſin.

Ambarualia feſta Paganorum ſemper celebrata maximo cum epularum apparatu. Dempſt.

Ambarualia fiebant, cum per agrorum fines inter quintum, & ſextum lapidem luſtro quodam hoſtia ducebatur, neque id à ruſticis tantùm, ſed etiam à Romanis, fines agri Romani luſtrantibus. Amburbia verò, cùm vrbs & pomœrium luſtrabatur. Interdumque facto Amburbio, Ambarualia in finibus agri Romani fiebant. Turn. *aduerſ. l.* 18. *cap.* 17.

Amiſſi terr vocati. Hart. 3. *Dec.*

Ambroſia, ideſt, omnigenæ fruges, cum oleo & latice afferebatur in dedicatione templi Iouis. Gyral. *ſynt.* 2.

Amphidromia dies familiæ feſtus, quo natum puerum circum focum ferebant, & amici familiares dona dabant, initiabantque pueros Cereri, & Liberæ. Turn. *l. 3. c.* 6.

Amphitheatri cauea arenâ ſtrata, figura circulari, aut ouali oblonga, vbi ludi gladiatorij, & pugna ferarum Roſin.

Amphoræ, & cadi, in quibus vinum erat conditum, notis, & titulis ſignabantur. Turn. *adu. l. 1. cap.* 1. Lambinus, *ad Hor.* Item, cum nominibus Coſſ. vt anni vini ſcirentur. Pareus. *Elect.*

Ampullæ olei depictæ in monumentis defunctorum ſeruatæ. Suid. 207.

Amittentes aliquid, columnæ inſcribebant nomen rei amiſſæ. Polymath.

Amplius, vel N. L. non liquet, pronunciabant Iudices non condemnantes, nec abſoluentes. Briſſ. *Form. l.* 5.

Amittentes aliquid, libellum proponebant; eóque nomen & domicilium ſuum adſcribebant, necnon heuretrum ſe daturos denuntiabant. Briſſ. *Form. l.* 8.

Ancylia deprompta è Martis ſacratio, menſe Martio, ad bellum per fœciales indicendum, vt mouerentur ad Martem excitandum. Hi dies religioſi & Infames habiti, quibus antequam conderentur, ſponſalia inire, peregrè proficiſci, aut pacis fœdera tractare, vel aliquid publicè priuatimque incœptare ominoſum fuit. Alex ab Alex. *l. 1. c.* 26.

Ancylibus motis, needum conditis Romæ, Plynteriis Athenis, cum ſimulachrum Mineruæ tegebatur, publicè, priuatimque obſeruabatur, ne inchoato feſto, nedum peracto, quicquam aggrederentur. Plynteriorum dies vnus infauſtus, ac triginta ancyliorum. Caſaub. *ad Suet. l.* 7.

Ancillæ veſtiſpicæ, quæ veſtes inſpicerent; flabelliferæ, quæ flabellum; ſandaligeræ, quæ ſandalia; ciſtelliferæ ciſtulas ferentes erant. Pareus, *Elect.*

Ancillæ etiam à lorariis vinctæ, & pendentes quæſtioni datæ. Pareus, *Elect. Plaut.*

Ancillis non permiſſum aureos anulos neque ſoleas geſtare. Pareus, *Electu Plaut.*

Androgyni, ſeu hermaphroditi olim in mare deiecti, quod nullis niſi æquoris vndis huiuſmodi monſtra expiarentur. Caſell.

Anguſtus clauus inſigne equitum Romanorum, latus verò Senatorum. Roſin.

Angues

Angues apud veteres pro Geniis locorum habiti. Dempſt.
Angerona Dea ore obſignato in Volupiæ templo. Electa ſacra Noar.
Angulos oſculabantur Iudi. Electa ſacra Nouar.
Angues credebant priſci cantu rumpi: contra ſi angues id præſentirent, recanere, & incantationem diluere. Turn. *aduerſ. l.* 23. *c.* 31.
Angeronia ſimul cum Volupia, Deæ cultæ, angorum, & voluptatum numina, & Angeroniæ ſimulachrum in Volupiæ arâ fuit collocatum. Manutij Adag. vtrique in eodem ſacello, eâdem arâ, iiſdem myſtis olim litatum. Macrob.
Animæ ad Inferos ductæ à Mercurio χθονίῳ Magius *lib.* 3. *c.* 11.
Animæ malorum, bonorumque ex priſcâ religione circa ſepulchra corporum ſuorum vagabantur. Turn. *aduerſ.*
Animales hoſtiæ, quæ ob animam ſolam mactabantur Deo. Aliæ, quarum exta Haruſpices rimabantur. Macrob.
Animalium figuris, ſeu Hieroglyphicis Ægyptij animi ſenſa exprimebant. Alex. 2. *cap.* 30.
Animaduerſiones factæ extra vrbem. Lipſij ex curſus.
Animalia vendentes promittebant eſſe, & bibere, vt oportet. Magius. *l.* 4. *c.* 3.
Animi deliquio correptus aquulâ aſpergi ſolebat. Parei Electa.
Annæ Perennæ quotannis Romani menſe Martio ſacra faciebant, vt liceret ſibi non ſolum annare, ſed etiam perennare; id eſt, durare in multos annos. Caſaub. *ad. Suet. lib.* 8.
Anulus inſigne ordinis equeſtris, eoque donati equites, & Iudices. Gualt. *in Hor.* Roſin.
Anulus quarto digito ſponſæ inſertus. Roſin, & cur in eo geſtatus. Nouar. Electa ſacra.
Anulus ferreus ſponſæ mittebatur. Roſin.
Anulus traditus à moribundo alicui indicabat illum fore hæredem. Marc. Don.
Anuli ſignatorij à principibus digito geſtati. Marc. Don.
Anulus ferreus vſurpatus in ſignandis ſacculis. Nouar. Electa ſacra.
Anulus mulieri olim datus non ad ornatum, ſed vt eo res domeſticas obſignaret. Idem, *Ibidem.*
Anulo aureo vti nulli licitum apud Perſas, niſi regis munere. Electa ſacra Nouar.
Anuli aurei in luctu, & calamitatibus depoſiti, ferrei vſurpati. Nouar. Electa ſacra. Ian. Guliel *l. p. t.* 5. Alex. 2. *c.* 19.
Anulis naſum includebant Saturni cultores. Nouar. Electa ſacra.
Anulorum vſus nullus Homeri tempore; nullæ leges datæ Caſel, *l.* 1. *c.* 18.
Anuli geſtati in ſiniſtræ manus digito, qui minimo eſt proximus. Nouar. *Sched.*
Anulos multos geſtare viris non permiſſum. Polymath. iique ſignatorij permiſſi non ornatus cauſa. Alex. 2. *c.* 19.
Anuli oppigneratio ſignum deploratæ egeſtatis. Polymath.
Anuli aurei ſeruis interdicti, ferrei conceſſi. Parei. Electa Plaut.
Anulorum alij æſtiui leuiores, alij hyberni grauiores. Turn. *aduerſ. lib.* 20. *c.* 2.
Anulus permiſſus ſolum ingenuis, ſeruorum anulus Condalium. Parei Electa.
Anuli aurei dati die natali. Idem, *Ibidem.*
Anulis ſignatoriis ſignabant tabulas. Idem, *Ibidem.*
Anulos dabant in ſignum, & certitudinem rei. Idem, *Ibidem.* Item, legatis in longinquas terras profecturis. Alex. *c.* 19.
Anulorum origo à Promethei vſque temporibus deriuata. Scal. *Poet.*
Anulis aureis vſi Tribuni militum, ferreis cæteri milites, eoſque pro expeditionum numero ſituabant Carthaginenſes. Steuu. *Veget.*
Anulo carceres, crumenæ, ſtoreæ, tegetes factoris ſigillo notatæ. Nouar. *Sched. l.* 5. *c.* 29.
Anulus in paruo digito geſtabatur à viris in extremâ eius parte, vt ad operandum eſſent expeditiores. Nouar. *Schediaſ. lib.* 6. *c.* 21.
Anulis vitreis puellæ olim ad ludum vtebantur. Idem, *ibidem.*
Anulis, monilibus, aut aliis ornamentis apud Perſas nullus vtebatur, niſi cui à Rege donata eſſent. Idem *Ibidem.*
Anuli ex ſuccino mulierum erant. Idem, *ibidem.*
Anuli traditione hæredem, ſucceſſorémque Imperatores deſignabant. Caſaub. *ad Spart.*
Anulus aureus index hominis liberi, vt calceus. Cornelius à lapide *in Lucam.*
Anuli etiam aurei & precioſi digitis Deorum inſerti. Ricquius *de Capit. c.* 22.
Anulis inſculptos eos geſtabant, quorum obliuiſci nolebant. Nouar. *Elect.*
Anſerum iecur ficubus ſiccis paſtarum priſcis in deliciis. Gualt. *in Hor.* Electa Plaut.
Anſer in lecticâ, & veſte ſtragulâ ſolemniter prælatus in memoriam ſeruati per eos Capitolij. Roſin. Idem Iunoni ſacer.
Anſerem colebant ſtolatæ mulieres verecundiæ causâ, huic animali olim tributæ. Douſa *ad Petron.*
Anteambulones potentiores præcedebant ad ſubmouendam occurrentium turbam. Gualt. *ad Hor.*
Anteſtatio facta aure vulsâ.
Anteſtari ſolis liberis licuit, ſeruos eſſe teſtes non permittebant. Parei Electa.
Annus 17. tyrocinij annus dictus cum prætextam ponebant togam induentes. Roſin.
Annus ex Iulio Cæſare conſtabat ex diebus 365. cum quadrante, qui quarto quoque anno efficit biſſextilem. Numæ vero 354. Roſin.
Anni initium apud Athenienſes primo die menſis Iunij. Dempſt.
Annum Ioui, Menſes Iunoni conſecrabant. Dempſt. *l.* 4.
Annos ſuos alteri tribuere velle, magni fuit ſignum amoris. Muret. *l.* 9. *c.* 5.
Anni Romæ numerati à Coſſ. Athenis olim à Dionyſiis ſeu Bacchanalibus, quæ dicta Trieterica, tertio quoque anno celebrata,

deinde

deinde. Olympiadibus. Leopol. *lib.* 12. *cap.* 25.

Annus Numæ vno die longior anno Græcorum. Manut. 1. *quæſit.* 3.

Anni ſexdecim militiæ olim finis fuit militandi. Electa Plaut.

Annus apud Acarnanes erat ſex menſium. Dempſt. apud Ægyptios trium menſium. Idem.

Annus & menſes ad Lunæ curſum ordinati. Polymath.

Anni ab antiquis numerati geſtu manus; modò dextræ, nunc ſiniſtræ, & digitorum depreſſione, aut circumflexione. Alex. ab Alex. *l.* 1. *c.* 14.

Annus Ioui, menſis Iunoni conſecratus. Dempſt. *l.* 3. *c.* 1.

Apio veſci olim vetitum, quia defunctorum epulis feralibus dicatum. Plin. *lib.* 20. *c.* 11.

Apium olim ſatum in veſtibulis hortorum; hinc prouerb. *Ne inter apia quidem.* Manut.

Apium ſternebant pueris ſtatim natis, quaſi præparantes eos ad Gymnicum certamen. Idem.

Aprilis menſis Græcis auſpicatiſſimus. Dempſter. *ad Roſin.*

Apro non fiebat res Diuina Veneri. Muretus, *l.* 3. *c.* 7.

Appellantes aliquem honorificè, prænomine ſalutabant, aut cognomine. Turn. *aduerſ. lib.* 2. *c.* 19.

Appellabantur Tribuni plebis, cum eorum interceſſio poſtulabatur, ſi quid iniquè à Prætore decernebatur, idque vel more in cauſis, cum de cauſâ cognoſci volebant, vel auxilij cauſâ, cùm ſe æquo iudicio, certare non poſſe clamabant. Turn. *l.* 18. *c.* 22.

Apum examina quocumque ſe demiſiſſent, polluere locum credita ſunt. Roſin.

Apotheoſi conſecratis nomina mutabant: Io dicta Iſis, Melicerta Portumnus, &c. Dempſt. *lib.* 3. *cap.* 18.

Aqua præbita à Iudæis lauandis pedibus, manibuſque hoſpitibus. Nann. *miſcel.* *l.* 4. *cap.* 3.

Aquâ aſpergere, ſuffundere frigidam, erat maledictis inceſſere. Brod. *miſcell.* 4. *c.* 32.

Aquæ ductibus deputatæ familiæ. Pithœus. 2. *ſubſec.* 16.

Aquâ ſola Tiberis vſi Romani per annos 600. Manut. *quæſ. per epiſt.* 1. *c.* 2.

Aqua & ignis adhibitus in ſanciendis fœderibus. Gyral. *ſynt.* 17.

Aquâ calidâ vſi qui timuerunt, vel laborarunt vehementer; frigida verò qui deliquium paſſi. Parei Electa.

Aquarij aquam in ædes portabant, quâ vſæ mulieres ad balneum, vnde Aquarij paſſim malè audiebant. Parei Electa.

Aquæ ſuum numen tributum apud Perſas.

Aquâ qualibet ſcelera expiata; vnde luſtrationes per aquam. Manus lotæ ante ſacrum, item caput.

Aqua roſacea priſcis incognita, oleo tamen roſaceo vſi. Caſaub. *ad Athen. lib.* 4. *cap.* 5.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Aquila in ſummitate ſceptrorum eburneorum regum, in aliis aues. Hartung. *primo Kituum.*

Aqua balneis ſemel data perpetuò manſit. Roſin.

Aqua chryſulca aurum ab argento ſeparat. Roſin.

Aquæ dandæ aut vendendæ ius Cenſorum fuit, aut Ædilium Curulium, quod iua impetratum neque hæredem, neque emptorem, neque vllum nouum dominum ſequebatur. Idem.

Aqua, inclamabatur in incendiis. Briſſon. *Form.*

Aquâ feruenti obruti ſerui aliquo ſcelere conuicti. Polymath.

Aqua & igni interdicere erat commercium ſocietatémque hominum prohibere, ne quis eos vrbe, menſâ, tecto, aut lare reciperet. Alex. ab Alex. *l.* 3. *c.* 5.

Aquam equis currentibus in ſtadio, ſtadiodromi ſpargebãt, quò velocius metam pertingerent. Alex. *l.* 3. *c.* 9.

Aratro deſignatæ vrbes condendæ, iiſdémque ſubruendis idem admotum. Gualt. *in Hor.*

Argentum. & aurum primum à Lydis ſignatum. Herodotus.

Argento ſignato Pop. Rom. ante Pyrrhum regem deuictum vſus non eſt. Roſin.

Argiuorum mulieribus aurum ferre interdictum. Herodotus.

Artifices pagani inſtrumenta ſuæ artis in templis Deorum arti præſidentium ſuſpendebant. Gualt. *ad Hor.*

Artium omnium profeſſores Romæ in templo Pacis ad diſputandum conueniebant. Roſin.

Aruales fratres de terminis motis cognoſcebant. Roſin.

Armillæ olim viris in honore. Cerda, *ad Virg.*

Aratrum euertendis vrbibus inducebatur. Scopa. *c.* 27.

Argentum primum Romæ ſignatum ante primum bellum Punicum. Carrio. *lib.* 2. *cap.* 1.

Argiui tonſi ob amiſſam victoriam. Iunius.

Arma priſcorum ærea. Magius. *lib.* 3. *cap.* 3.

Arma per vrbem portare olim vetitum. I. Barbaranus *ex Dion.* l. 4. *& Suet. &c.*

Arma de hoſtibus capta cremabantur interdum ab Imperatoribus Vulcano, Marti, Mineruæ, Turn. *aduerſ. l.* 16. *c.* 20.

Arbor, cuius lignum ſanguine tinctum, infelix habita, quo portenta, & prodigia mala combuſta, atquè ita ſe ea procurare dicebant. Turn. *aduerſ. l* 17. *c.* 10.

Argentarij alebant pueros catamitos vſurarios. Parei Electa.

Arbiter, & ſequeſter adhibitus in controuerſiis. Parei electa.

Arrhabonem auferebant, ſi quid alij darent mutuò. Parei electa.

Arcariis ſeruis pecunia domini commiſſa.

Arcades non alium cibum quam glandes habebant.

Argenteis in operibus artificum nomina ſcripta. Nouar. *Sched. l. 6. c. 12.*

Argentum magis quam aurum Diis congruere antiqui putabant. Idem, *Ibidem.*

Argentum ære miſcere auro, & etiam olim capitale. Idem, *Ibidem.*

Arbores dedolandæ non erant ante editos fructus. Idem, *ibidem.* Plin.

Arbores frugiferæ olim cultæ. Idem, *Ibidem.* Arbores ſtantes vembant. Briſſon, *Form.*

Armillæ geſtatæ in bracchio læuo. Item in pedibus. Idem, *l. 11. c. 17.*

Artes quæ ſono conſtabant, & cum ſtrepitu exercebantur Sybaritæ ciuitate expellebant, ne ſomnum, & quietem perturbarent. Idem, *l. 7. c. 19.*

Ars ſerui titulo inſcripta. Polymath.

Artes omnes auſpicabantur Calendis Ianuarij Polym.

Archon ferrum attrectare non poterat, eius veſtis candida. Polym.

Articuli digitorum contriti in re dubiâ. Polym.

Arundo appenſa ianuæ cauponum, eaque in manu oſtiariorum, & cauponum. Polym.

Arbitri coram litigatoribus, vtroque præſente ſententiam ferre debebant. Briſſon. *Form.*

Artes patriciorum Romanorum, militia, magiſtratus, ſacra facere, ius dicere: plebeiorum verò militia, agricultura, reliquæque ingenuæ artes: at ſordidæ artes, mercatura ſeruorum, & exterorum. Alex. *lib. 5. cap. 16.*

Aſini Veſtalibus ſactis floribus coronati per vrbem circumducebantur, quod triticum molerent. Roſin.

Aſini caput præſepibus affigi ſolitum ruri ad arcenda incommoda. Roſin. Dempſt.

Aſini odore pomorum viuentes. Gyral. *Dial.*

Aſini floribus coronati circumducti panes ea collo dependentes geſtabant. Roſin.

Aſino vehi per ludibrium olim in vſu. Nouar *Sched. l. 11. c. 20.*

Aſini caput piaculare. Polym.

Aſpides profugiunt à Pſyllis, quorum liberi his obiecti, vt vxorum pudicitiam explorent. Muret. *l. 2. c. 2.*

Aſſentiebantur in Senato voce, aut ſigno dupliciter, pedibus aut manu: Pedibus, in diſceſſione, aut ſtatione. Manu, cum eam exporrigebant. Parei. Electa Plaut.

Aſſurgere recitanti ſignum erat fauoris. Ferrar. *de Acclam.*

Aſtomi odore pomorum viuebant. Gyral. *Dial. 17.*

Aſſurgebant, acclamabant, ac plaudebant ſpectatores viris illuſtribus theatrum ingredientibus: item recitantibus bene. Ferrar. *Acclam*

Aſini auriculæ digitis formatæ ad illudendum, & ſubſannandum. Ferr. *Acclam.*

Aſini nomen obiicere magnum probrum fuit. Alex. *l. 4. c. 26.*

Athletæ cute tenus tonſi. Iunius, *Comment. 4.*

Athletarum ſordes dicta ſtrigmenta, olim magno vendita, quod medicatam vim haberent. Turn. *aduerſ. l. 9. c. 10.*

Athletis nobilibus victoribus, Olympiis, Pythiis, Nemæis, reuerſis in patriam perpetuum ſtipendium donatum, quadrigis in mœnia per murorum fractiones inuectis, in conuentu verò coronatis cum palma ſtare permittebatur. Turn. *aduerſ. 19.*

Athletæ in certamine victi, digitum aut manum extendo, pacem petebant. Alex. ab Alex.

Athletæ fortitudinis nutriendæ gratiâ cibum commolebant, antequam comederent; at priuſquam certarent, veſtes cauebant, capillum ponebant, oleo inungebantur, ne comprehendi poſſent; ſubligaculis verenda tegebant, eorum renibus plumbi lamina admota, ad Veneris motus comprimendos, cum faceis, aut calathis arenâ plenis certabant, quando antagoniſtæ deerant, vt vires excitarent, & exercerent. Nouar. *Sched. l. 3. c. 14.*

Athletæ cum antagoniſtam eliſiſſent, eius frontem calcaneo percutiebant, & victo inſultabant. Nouar. *Schediaſ. Ibidem.*

Athletas editor & magiſter ludi, ſolis ſermonibus, & acclamationibus pugnantes iuuare poterat, non manibus. Idem, *Ibidem.*

Athletis ſtatuæ poſitæ, & poſt victoriam per vrbem circumducti, dona accipiebant. Idem.

Athletæ nomen ſuum apud Gymnaſiarcham profitebantur. Caſaub. *ad Athen. lib. 6. cap. 12.*

Athleticæ finis robur, & agilitas ad hoſtes in prælio debellandos. Mercur. *Gymnaſtic.*

Athletarum magiſtri duplicibus remunerati annonis, & qui parum profeciſſet in hac diſciplina pro frumento hordeum cogebatur accipere. Veget. Mercur.

Athletæ ſe in gymnaſiis exercebant ſaltatione, pugilatu, luctâ, pancratio. Mercur. *Gymn.*

Athletæ aduerſus palum ſe exercebant. Idem.

Athletæ à Venere prorſus abſtinuerunt. Idem, *Ibidem.*

Athletarum cibus frequentior panis cum caſeo ſine fermento, Coliphium dictus; tum caro bubula, & ſuilla, quæ condita anetho, ex Plin. Mercurialis, *Ibidem.*

Athletæ nunquam in publicum prodiere ſine ſubligaculis.

Atrium iuncta cubicula habebat, intercolumniis diſtinctum æreis, marmoreiſque maiorum imaginibus ornatum. Dempſt. *lib. 1.*

Atri dies habebantur, poſtridie Nonas, Idus, Calendas. Auguſto etiam poſtridie Nundinarum. Caſaub. *in Suet.* hi obſeruati in inferendis, non autem in propulſandis armis. Alex. 4. c. 20.

Atrum pro inauſpicato, & infauſto habitum, Dempſt.

Attentionem imperantes vſi hac formulâ, *Hoc age*. Parei Electa.

Atris diebus & infauſtis, Pontificum Iuſſu, non modo à bellis gerendis, & Reipub. curâ, ſed à rebus etiam diuinis & ſacrificiis Deorum ſuperſederi iuſſum. Alex. *l.*4.*c.*30.

Auctionis dies, leges, & conditiones programmate fixo proſcribi ſolebant. Briſſon. *Form.*

Auctiones coram Argentariis fiebant, qui in tabulas pretia, adiectioneſque referebant. Idem.

Auctorati noui gladiatores, nuper mercede conducti vt depugnent, ferulis vapulabant, pro auſpicio per ludibrium ab aliis gladiatoribus, quia ſine ferro eſſent. Turn. *adu. l.* 18. *c.* 23.

Auerni laticea ſimulatos in veneficiis, & magicis ſacris ſpargere ſolebant Idem. *lib.* 14. *c.* 9.

Auerſio mali ominis verbis, aut re facta. Pont. Attica bel.

Auertere, ſeu expiare mala omina ſoli narrando moris priſci fuit. Idem.

Auerſi propinqui defuncti pyram face incendebant. Roſin. Virg.

Aues fuſci coloris inter inauſpicatas habitæ. Dempſt.

Auibus vlceratis non auſpicabantur veteres. Magius. *l.* 4 *c.* 4.

Aues canoræ, vt cycni, luſciniæ in cantores renaſci, & contra, Pythagoreorum erat perſuaſio. Turn. *adu. l.* 10. *c.* 32.

Aues diræ habitæ, quæ laceratione corporum aluntur. Dempſt.

Aues in ſummitate ſcepteri, at in Regum ſceptro Aquila ponebatur. Pont. Attic. bell.

Auiculæ corollis accumbentium alligatæ, Degnades dictæ, quarum è cantu, & punctionibus crebris efficiebatur, ne obdormiſcerent. Briſſon. *Form.*

Aue ſalutatio matutina. Briſſon. *Form.*

Aues oſcines cantu, Præpetes volatu augurium faciebant: cantus oſcinis ſiniſter eſt fœcundiſſimus.

Aues funebres, quæ omine auerſo aliquid fieri prohibent: ſuperuacaneæ, quæ ex ſummo cacumine emittunt vocem. Alex. *l.* 5. *c.* 13.

Aues exulceratæ, morboſæ, nulla auſpicia faciunt. Idem. *c.* 19.

Aues præpetes altius, ſublimiuſque volantes felices habitæ: contra inferæ. Gell. *lib.* 6. *cap.* 6.

Auguralis ſcientia vt Romæ innoteſceret, ſex filios optimatum in Hetruriam miſerunt, vt hanc addiſcerent. Alex. 5. *c.* 19.

Auguratus cum Conſulatu connexus. Polymath.

Auguratus in Hetruria maximè viguit à Chaldæis, & Græcis deriuatus Roſin.

Auguria in quinque ſpecies diſtincta, ex cælo, volucribus, bipedibus, quadrupedibus, & diris. Dempſt. *l.* 3. *c.* 8.

Augures auſpiciis, Pontifices ſacris præerant. *Joſeph. Laurenty Polymath. l.* 2. *c.* 7. Auguratus cum alio magiſtratu eſſe poterat. Idem.

Auguſti Calendis ex veteribus domibus in nouas commigrabant, boni ominis gratia. Alex. *l.* 4. *c.* 30.

Auguſti nomen tributum nouo Imperatori ipſo Acclamationum initio. Ferrar de Acclam.

Auguſti Imperatores etſi in perpetuum facti, decimo tamen quoque anno imperium ſibi propagari curabant. Steuuech. *ad Veget. l.* 2.

Aulœdorum dignitas minor, quam citharœdorum. Brod. 4. *Miſcell.* 30.

Augures ſingulis tribubus præfecti publica priuataque auſpicia curantes. Auguratus perpetuus erat, ideò viuenti adimi non poterat: horum munus ex auibus varietnia obſeruare, procurationes, expiationes curare, vatum libros conſulere, mentes Deorum interpretari, quid lætum, quid triſte denunciare. Alex. *l.* 5. *c.* 19.

Augurum totum collegium, non augur vnus auſpicia interpretabatur, Idem.

Auguria captata à media nocte ad mediam futuram diem; incipiente, non deficiente die, neque poſt menſem ſextilem, quo tempore aues imbecillæ, & morboſæ ſunt. Idem.

Auguri feralia aut aues morboſas attrectare vetitum. Auguratus poſt ſuſceptos honores conferebatur. Alex. 5. *c.* 19.

Auſpicia minora maioribus cedebant, ideò cornicis aut columbæ auſpicia, aquilâ ſuperueniente irrita erant; aquilarum verò augurium fulmine aduentente nullum erat. Alex. *l.* 5. *c.* 19.

Augurium ex rebus omnibus prudenter colligitur, Auſpicium ex auium volatus inſpectione. Non. Marc.

Augurium capiebant candidati, cum nocte quæ Comitia præcedebat, ſub dio extra vrbem cubantes, dein ſolidâ ſellâ ſedentes in loco eis deſtinato expectabant, dum ipſis Deus aliquis bonum ſignum mitteret. Caſaub. *ad Suet. l.* 2.

Augures, Pontifices, & Sacerdotes arcebantur à funeſtis, & ideo interpoſito velo mortuòs publicè laudabant.

Auguris vocabulum non honoris, aut magiſtratus, ſed ſcientiæ atque artis. Roſin.

Augures neceſſariò adhibiti ad Comitia, magiſtratus enim & leges fieri non poterant, niſi Augures adeſſent, & probaſſent. Roſin.

Augures ſolam nunciationem habebant ſine ſpectione; Magiſtratus nunciationem, & ſpectionem, ſeruabant enim de cælo, auſpicabantur, nunciabant, vel obnunciabāt viſa, vel audita. Roſin.

Augures primi Romuli inſtituto, ſummâ ſemper veneratione habiti vſque ad Theodoſij Iunioris tempora. Dempſt. Roſin.

Augures dum viuebant, auguratu priuari non poterant, etſi maximo ſcelere obſtringerentur. Roſin.

Augures captantes auguria lituo ſpatia cæli deſignantes ſtabant; precantes deinde conſidebant, & velato cum toga augurali, & trabeâ coccineâ, expectabāt auguria. Roſin.

Auguria etiam ab ouis & piſcibus captabant antiqui. Roſin.

Augures à ventorum flatu futura ſolebant præcognoſcere. Dempſt.

Auguria erant duorum generum: Oblatiua, & impetratiua. Oblatiua, quæ vltro nobis non petentibus oblata, & in poteſtate noſtra erat agnoſcere, vel non: hinc dictum Accipio omen. Impetratiua impetrabantur à Diis, quæ nec in impetrantis erat poteſtate accipere, vel non accipere. Turn. *aduerſ. l.* 5. *c.* 7.

Auguria & omina cum captabant è lucernâ, ſi quid diri denunciaret eius lumen, mero id ſolebant expiare, tacta ſcilicet vino lucerna. Omina verò noctis expiabant luſtrali aquâ. Turn *aduerſ. l.* 8. *c.* 1.

Augur coronatus ante aciem incedebat, quem nefas telis impetere. Manut. *Adag.*

Augures conſulebantur ferme in omnibus actionibus. Parei Electa.

Augurium qui captabant, orientem ſolem ſpectabant, & ſedebant. Briſſon. *Form.*

Aurem memoriæ ſacram veteres voluerunt. Roſin.

Aurium pulſus augurij genus. Dempſt.

Aurium ſumma præciſa ignominiæ cauſa deprehenſis in aliquo flagitio. Rhodig. *l.* 4. *c.* 29.

Aures ſeruis perforatæ. Dempſt. *lib.* 1. *cap* 20.

Aurem vellebant cum quid volebant hærere memoriæ Muretus, *l.* 12. *c.* 5.

Auribus olim ſuſpenſi bini, terniquc elenchi aureâ bacca coniuncti. Iunius.

Aures perforatas habentes malè audiebant, vt barbari, Pœni. Briſſonij *Form.*

Aures lymphâ purâ apiatæ, eædemque perforatæ ad venuſtatem decoremque conciliandum. Dempſt. *l.* 1. *c.*20.

Aure in imâ memoriæ locus, quem tangentes anteſtabantur. Roſin.

Aures tangebant in iudicium ituri. Polymath.

Aurea cum auro nobilitatis inſignia. Polym.

Aurem vnam actori, reo alteram Alexander reſeruabat Dempſt.

Aurem dextram crebrò nimis ſcabere furoris indicium eſt, eiuſque tinnitus crebrior morbi ſignum inſtantis. Alex. 4. 26.

Aurea dona in flumen olim iacta antiquorum religione. Plautina Electa.

Aurigæ ſpectantem populum flagello adorabant. Ferrar. *de Acclam.*

Aurigæ officium olim magnum, & regium vt Priami, Pandari, Neronis, cui veſtes donatæ, columnæ, & imagines conſtitutæ, & præcipuè quadrigarum. Nouar. *Sched. l.* 5. *c.* 4.

Aurigarum habitus: ſaga circa humeros breuia, flagellum in dextra, habenæ in ſiniſtra, petaſus in capite. Caſaub. *ad Athen. l.* 5. *c.* 8.

Auris ſacra memoriæ. Frons Genio, Dextra Fidei. Genua miſericordiæ. Stuch. *conu.*

Aurum, vel argentum chlamyde extenſâ, non manu canata excipiebant, ſapientis enim erat manu excipere. Caſell.

Aurum in auricula nobilitatis inſigne. Pont. Attica bell.

Auorum nomina impoſita filiis. Pont. Attica bell.

Aurum Romani militis ſtipendium menſtruum, diurnum 25. denarij.

Aurum in pecuniâ non fuit vſurpatum ante Carthaginem & Corinthum ſuperatam. Dempſt.

Aurum coronarium, ſeu triumphale aut pars illius in Capitolini cellam referri ſolebat. Caſaub. *ad Suet.*

Aurum, & purpuram fœminis permiſere antiqui Romani, non autem vinum. Val. M. *l.* 2. Tiraq.

Auſpiciorum repetendorum causâ ſæpe dux è prouinciâ Romam deuolabat. Turn. *lib.* 6. *c.* 21.

Auſpicia piacularia erant, quæ ſacrificantibus triſtia portendebant, vt ſi hoſtia ab arâ aufugiſſet. Turn. *aduerſ. lib.*6. *c.*21.

Auſpicia coruorum fauſta à dextrâ; infauſta à ſiniſtrâ, contra in cornice. Idem, *lib.* 6. *cap.* 26.

Auſpicia ex acuminibus pilorum, ſpiculorum, & enſium fiebant, ſi ſplenderent, ſi retuſa non eſſent, ſi non ſordida, ſi non hebetia, ſi horrorem quemdam præſeferrent, ſpem, & euentum prœlij concipiebant. Turn. *l* 23. *c.* 11.

Auſpicia dira, triſtia in Deorum Manium ſacria fauſta putabantur. Gyral. *Synt* 17.

Auſpicia obſeruabant foras exeuntes. Parei electa. A ſiniſtra erãt fauſta; à dextra infauſta. Alex 5. 13.

Auſpicia dirempta ſoricum occentu. Briſſon. Form.

Auſpicium caducum erat mali ominis cum quid inter ſacrificandum cecidiſſet. Caſaub. *ad Spar.*

Auſpiciorum quinque genera, ex cœlo, ex auibus, ex tripudiis, ex quadrupedibus, ex diris. Alex. *l.* 5. *cap.* 13. ex his quædam oblatiua, quæ non poſcuntur, quædam impetratiua, quæ optata veniunt. Idem.

Auſpicum erat cura, Nubentes profiteri, ſe liberorum creandorum causâ conuenire. Briſſon. *Form.*

Auſpicalis dies dictus, cum delibabatur aliquid de munere aut magiſtratu leuiter, auſpicij causâ aliquid faciendo. Studioſorum erat Vulcanalibus, aliorum Kal. Ian. Pont. Attica bell.

Auſpicia opificum, & magiſtratuum fiebant. Kal. Ian. Ros, *in ſingul.*

Auſpicatum ſemper & ſacrificatum oportuit antequam fieret Senatus conſultum. Alex. ab Alex.

Authorum imagines, & ſigna in bibliothecis aſſeruabant.

Auxilia militea illi dicti, qui à ſociis, vel fœderatis gentibus mittebantur. Roſin.

Auxiliares torquibus aureis donati, ciues verò non niſi argenteis, his armillæ non illis, coronæque ex auro. Briſſon. *Form.*

Auxiliares in exercitu nunquam plures legionariis. Steuuech. *ad Veget. l.* 3.

B

BAcchanalia menſe Nouembri celebrata. Dempſt.

Bacchanaliorum feſtum Romæ, & per totam Italiam Senatus conſulto probibitum. Liu. *l.* 39.

Bacchanalibus pueri erant in togâ purâ. Manut. *quæſit.* 3. *p.*

Bacchanalibus agebantur Comœdiæ, Tragœdiæ, hinc fit vt Comici, & Tragici poëtæ in Liberi patris cliētelâ, & fide ſint. Turn. *l.* 28. *c.* 26.

Bacchantes mitras geſtabant. Dempſt. Bacchus cuſus in nummis cum coronâ hederaceâ. Nouat. *Elect.*

Baculus philoſophorum inſigne, Baculus incuruus hiſtrionum. Nouat. *Sched.*

Baculus eburneus Conſulum & conſularium erat inſigne. Salmas. ad Vopiſcum. Nouat. *Sched.*

Baculus loris, & vinculis ad manus alligari ſolitus. Nouat. Sched.

Baculum dextrâ, & clauem ſiniſtrâ Ianus tenebat. Didaſcalia Fernandi. Roſin.

Baculum & peram geſtabant philoſophi Cynici. Brodæus, *miſcell.* 3. 23.

Baculi Rhapſodorum è lauro facti. Scal. *Poët.*

Baculum, & ſymbolum, qui forte in numerum iudicum aſciti erant, à publicis ſeruis accipiebant, atque ita ius dicebant. Prætorium erat baculo concolor. Facto iudicio ſymbolum reddebant, triobolum auferentes, quæ erat iudicij merces. Suidas.

Baculus, quo vtebantur gladiatores, & laniſtæ dictus, Rudis. Dempſt.

Balneis ſemel data aqua perpetuò manſit. Roſin.

Balneæ Romæ plurimæ tum publicæ tum priuatæ. Roſin.

Balneatorum pretium erat quadrans. Brodæus *miſcell.* 3. *c.* 24.

Balneorum ædes ſeu cellæ tres, Caldaria, ſeu ſudatorium, Laconicum, Tepidaria, Frigidaria. Parei Electa.

Balneariis mercedem non ſoluebant ante 14. annum pueri Pont. Attica bell.

Balnei hora nōna hyeme, octaua æſtate. Polymath. vmbris prius inde clepſydris notata Alex. 4. 10.

Balneorum vſus ante cœnam.

Balneum ingredi patri cum filio interdictum. Seneca.

Balneum calefaciebant, qui cœnam ſuppeditabant.

Balnea olim communia viris, & fœminis; poſtea diſcreta & obſcura reddita. Pont. Attica.

Balnea ſemper ante ſolis occaſum claudebantur, nec vnquam ante auroram aperta. Mercur. *Gymn.*

Balneis calidis, tepidis, frigidis antiqui diuersâ ratione vſi Mercur. *Gymn.*

Baltheos bullis aureis ornatos geſtabant duces in militiâ Demp. *lib.* 10.

Balneariam veſtem geſtabant redeuntes è balneis, ac thermis. Caſaub. *ad Spart.*

Barbam primus raſitauit Africanus, deinde Auguſtus, quod ſeruis vilioribus erat prohibitum. Alex. *l.* 5. *cap.* 18.

Barbam deauratam olim Hercules præferebat. Nouat. Sched.

Barbam in ſuperiori labro non alebant Spartani. Caſaub. *ad Athen. lib.* 4. *c.* 9.

Barbam & comam nutrire ſeruis olim vetitum, quam ſubmittebant in mœrore. Marc. Don.

Barba Deo ſacra, vt Virginum & puerorum comæ. Lipſius, *Excurſ.*

Barba poſita ſub annum 21. Lipſius, *Excurſ.* Pont. Attica, bell. priſco æuo non antè 40. Gell. 10. *lib.* 3. *c.* 4.

Barbam tangebant ſupplices. Singul. Rna. Barbam Apollini, Baccho crinem deuouebant. Dempſt.

Barbam ponebant per raſuram Imperatores vſque ad Hadrianum Cæſarem. Marc. Don.

Barbam radere Græcis piaculum, legéque cautum. Iunius, *Com.* 2.

Barbam Hadrianus primus Imperatorum aluit. Iunius. Per hanc iurabat Otho Imperator.

Barbam primum cum radebant Imperatores Romani ſacrabant. Sueton. *in Calig.*

Barbam & capillos promittebant rei. Pont. Attica. bel.

Barbam & crines vouebant Phœbo. Idem; item lanuginem primam.

Barbam & capillum deponentes alicui numini dicabant ſolemniter. Britan. *ad Iuuen. Sat.* 2.

Barbari ferè vaſto & procero corpore. Caſaub. *ad Athen. l.* 4. *c.* 9.

Barbarus Græcis erat, qui aliena linguâ vtebatur. Iun. *Animadu.* 4. *cap.* 25.

Barbaræ mulieres manus ſibi pingebant, hinc Medēa manibus gypſatis, quo gypſo vſæ etiam ad candefaciendum. Turn. *aduerſ. l.* 12. *c.* 18.

Barathrum, hiatus profundus & obſcurus, in quem Athenienſes deiiciebant reos: ſcalæ verò Gemoniæ in monte Auentino Romæ.

Baſcania ſeu ridicula quædam ſuſpenſa ante caminos ad febris, & inuidiæ auerſionem. Pollucis onom. *l.* 7. *c.* 24.

Baſilica, pars fori cincta porticibus, vbi cauſæ priuatæ dictæ Baſilicanæ, publicæ verò ſubdiales, & Hypæthræ. Polleti Forum Rom.

Baſilicæ extructæ peditibus exercendis hyeme, porticus equitibus. Veget.

Baſiis excipiebantur ſcriptores poſt librorum recitationem.

Batualia Gladiatorum, & militum exercitia.

Baſilicæ ante veſtibulum ædium potentiorum; in quibus tribunal, quòd iudicia publica ante ædes darentur, nonnunquam ſcholaſticæ exercitationes habitæ Ex pleriſumque in foro coniunctæ, in quibus conuenirent negociatores, & merces exponerentur. Alex. *l.* 5. *c.* 24.

Baculum in concionibus ſinguli Lacedæmonij ferebant. Alex. l. x. c. 11.

Baculos rubros geſtabant Rhabduchi, qui Iliadem profitebantur, hic enim color cædis, Cróceus vero exulum, Odyſſea. Scal. *Poët.*

Barbæ raſæ dies feſtus erat cuique & ſolemnis, eámque primam Diis conſecrabant. Mercerius. Alex. 5. c. 18.

Barba prima Diis dicata ab adoleſcentibus Romanis. Alex. *l.* 9. *c.* 18.

Beneficia in Reges collata apud Perſas in commentarios relata. Electa ſacra Nouat.

Benè meritis Reges Perſarum donabant reditus vrbium in panem, vinum, & veſtitum. Palm. 7.

Benè meriti de Republ. Athenienſium in Prytaneo de publico alebantur.

B. F. bonum factum, formula edictorum. Palmerius. *l.* 15. Boni ominis cauſa præfabantur. Briſſon.

Blandientes olim captabant crines & aures. Pontani Atticæ bell.

Blitum, contumeliæ verbum in aliquem dictum. Palmerius. *l.* 7.

Bibliopolæ apud antiquos habiti docti.

Bibliothecæ in templorum porticibus, & Capitolij, vbi auditoria publica omnis diſciplinæ Ricq *de Capit. c.* 35.

Bibliothecam Romæ primus inſtituit Aſinius Pollio. Plin. *l.* 27. *c.* 30.

Bipatentes fores erant domorum magnatum, quæ in dextram læuamque reſerabantur. Turn. *aduerſ. l.* 29. *c.* 24.

Binarius numerus in expiationibus vſurpatus. Gualt. *ad Hor.*

Bobus arabant, non equis. Parei Electa; hinc lex, *Bouem aratorem ne mactes.*

Bona multa aliis apprecantes hac formulâ vſi. *Dij dent quæ velis. Dij dent tibi multa bona.* Parei Elect.

Bona propria ſibi vendicabant hac formulâ. *Hoc meum eſſe ſcio.* Form. Briſſon.

Bona damnatorum in fiſcum priuatum redacta ab Hadriano. Roſin.

Bona eorum publicata, qui in Deos impij fuere, & in columnis Atticis ſcribebantur, Pollux. *l.* 10.

Bouem necare æquè ac ciuem olim capitale. Gyral *ſynt.* 17. Bouem prius quæ nominate in multâ nefas erat. Alex.

Bos farinaceus pueris ſextum menſem egreſſis confingi conſueuit, Lunam primùm apparentem referens. Manutij. *Adag.*

Bouis cornupetæ cornibus fœnum alligatum, vt obuij fugerent. Briſſon. *Form. lib.* 8.

Braccis vſi externi, Romani verò feminibus, quæ erant faſciæ, & inuolucra feminum, eaſque maximè auerſabantur. Caſaub. *ad Suet. lib.* 2.

Brachium exſecabant Bellonarij in ſolemnitatibus Bellonæ. Dempſt.

Brachium intra togam, & pallium pudoris; extra, audaciæ ſignum, Alexand. *lib.* 4. *cap.* 26.

Brachium togâ cohibebant iuuenes Roman primo tyrocinij fori anno, ſumptâ viril togâ modeſtiæ gratiâ. Et oratores Græci perorabant manu intra pallium cohibitâ. Eodem anno illis nefas in Campo Martio corpus nudare, ne ita viderentur quærere amatorem, itaque tunicati exercebantur. Turn. *adu. l.* 7. *c.* 3.

Braſſica præcipuum edulium puerperarum apud Athenienſes. Alex. 2. *cap.* 25.

Bubones inter aues inauſpicatas habiti. Dempſt.

Bucolici carminis prœmia vini, vel lactis libatio. Scal. Poët. eius inuentor Daphnis.

Bullam Laribus ſolemni feſto pueri exactâ pueritiâ ſuſpendebant, ſic puellæ pupas Veneri. Alex. *lib.* 5. *c.* 18.

Bulla aurea cum togâ prætextâ geſtata à pueris nobilibus de collo pendens. Scortea verò à libertinis. Roſin. Seu lorea. Dempſt. *l* 1. *c.* 10. Alex.

Bullam auream geſtabant triumphantes, in eâ remedia erant contra inuidiam. Nouat. *Sched.*

Bullis aureis cordis figuram referentibus obſignabant veteres. Nouat. Electa ſacra.

Bullæ depoſitæ à pueris togam ſumentibus, Laribus ſuſpenſæ. Nouat. Electa ſacra. Gyral.

C

CAballatio ſeu equorum nutritio inter ſæuiſſimas execrationes apud Spartanos habita. Alex. ab Alex. *l.* 3. *c.* 22.

Cadi inſcripti nomine auctoris, & Conſulum. Dempſt.

Caduceatores, ſeu Ceryces olim aſyli, & ſacroſancti. Rhodig. *l.* 21. *c.* 16.

Caduceum geſtabant ſecuritatis gratiâ hoſtes adire volentes. Suid.

Cædes inuoluntariæ vindicatæ Athenis in Prætorio Phreattæo. Suid. 291.

Cædis in accuſatione qui erant, arcebantur à ſacris, & à foro vſque ad iudicij diem, hæc dicta interdictio. Pollux. *lib.* 8. *cap.* 7.

Cæde iuſtâ patratâ enſis Soli eleuatus oſtendebatur. Hartung. 1. *Dec.*

Cædem conſanguineam abſoluebant totius corporis membrorum mutilatione. Hartung. 1. *Dec.*

Cædes antiquis taxata talentis auri duobus. Idem, *Ibidem.*

Cædes non ſponte perpetrata exilio expiabatur. Idem, *Ibidem.*

Calamitatum cauſas Diis imputabant, quos ſibi infenſos ob noxas putabant. Turn. *adu. l.* 18. *c.* 38.

Calamiſtros alere cinædorum erat. Parei Electa.

Cælibes Lacedæmone à mulieribus feſto quodam die circum aram trahebantur, virgiſque cædebantur. Scal. *Poët.*

Cælibes nihil olim ex hæreditate capiebant, orbi verò dimidium. Lipſius, Excurſ.

Calceis olim per longa ſæcula veteres non vſi, neque excalceamentis, nudis pedibus

bus

bus incedentes, niſi neceſſitas cogeret, paulatim vſi faſciis cruralibus,& pedulibus.Caſaub. *ad Suet.*

Calceamenta vetera olim ſub lectis condebantur. Caſaub.*in Suet.*

Calcei Regum rubri. Nouar. Adagia.Rubri calcei Imperatorum erant. Pont. Attica bel.

Calceum oſtendebant repudiantes vxorem.

Calcei ſeruorum notati litera K.

Calceis non vtebantur Ægyptiæ mulieres.

Calceos mutantes dicebantur è plebeiis nobiles fieri.

Calcei lunati erant nobilium Romanorum, è corio crudo bubulo,deinde ex aluta à delicatioribus,Dempſt.

Calceamenta clauis ſuffixa erant, quandoque aureis clauis vt crepidæ. Parei Electa.

Calceis inconcinnis vti, non tantum ruſticitatis, ſed etiam impudentiæ nota erat. Parei Elect.

Calceus pedem magis aſtrinxit quam ſolea. Roſin.

Calcei albi nonnunquam Imperatorum. Coccinei quorundam delicatorum, Item lapillis & gemmis ornati.Roſin.

Calcei Imperatorum purpurei, mulierum albi, virorum nigri, meretricum rubri. Dempſt.

Calcei venatorij erant altiores aliis, quo à luti iniuria defenderent.Dempſt.

Calceorum materia corium crudum bubulum,delicatorum verò aluta.

Calcei meretricij diuerſi colore, rubri. Theod. Marc. *ad Perſij ſat.5.*

Calcei ſeruiles eretati,& gypſati;hac nota expoſiti ſerui venales in catasta. Dempſterus.

Calceis luteis aut albis vſæ fœminæ. Roſin.

Calceamenta Imperatorum aquilis, Senatorum dimidiatis lunis diſtincta. Dempſt. *l.5.c.36.*

Calcei Sicyonij erant fœminarum. Dempſter. *ibidem.*

Calceis cædi etiam olim probroſum.Brodæus *l.7.c.16.*

Calceis Tuſcis primum vſi Senatores,deinde & milites.Turn.*l.16.c.29.*

Calceos deponebant accubituris. Roſin. Item in ſacris expiatoriis,ſolutis vinculis, & anſis. Dempſt.

Calcei detractio, ſeu proiectio ignominiæ nota. Pontani Att. bell.

Caligis purpureis ſoli Imperatores, aureis Coss. ſericeis patricij in publico vſi. Pithæus 1.*ſubſec.*10.

Caliga tibiarum tegumentum, propria gregariorum militum.

Calculo albo ſeu creta abſoluebant, nigro damnabant, aut carbone. Manut. adag. Dempſt.

Calculi diuerſi coloris olim in ſententiis capitalibus. Dempſt.

Calculis in iudiciis adhibitæ conchæ marinæ. Iunius.

Calendis menſium pecuniæ fœnori datæ, & exactæ,Nonis quoque exactæ.Hor. *Epod.*

Calui vnguento capillos ſibi delinibant, & effingebant.Pont. Attica bell.

Calendarum poſtridie quidam ſe domi continebant. Nouar. *Schediaſ. libro* 11. *cap.* 18.

Calendis Ianuariis Coss.deſignati Conſulatum inibant, ſuas artes quilibet artifex delibabat. Roſin. Rebus tantum lætis incumbebant, vti & feſtis. Pont. Attica bell.

Calendæ Ianuariæ ſacræ, & feſtiuæ olim erant. Tunc iurabant in acta Imperatoris, vota Principum ſuſcipiebant. Marcellus Don.

Calendis Martiis apophoreta fœminis dabantur, agrorum penſiones præſtabantur. Marcellus Don.

Calendæ omnes in tutela Iunonis. Roſinus.

Calendas Ianuarias ſuppliciis funeſtare nefas. Idem.

Calendis omnibus à veteribus ſacrificia facta. Marc.Don.

Calendas nominare ante Nonas, & Idus ominoſum. Item iugulare, mactare, agnum, vitulum.Turn.*l.15.c.14.*

Calendarum feſto ad extorquendam pecuniam fauſtè olim acclamatum, plauſumque. Ferrar. *Acclam.*

Calendarij ratio omnis, & feriarum Iudictio olim apud Sacerdotes præconis voce promulgabatur, vt Calendis cuiuſque menſis feriarentur. Græi verò ad libitum eas indicebant. Manut. adag. Tibi ipſe Calendas.

Callinicus Hercules in foribus ædium pictus, vt victor, & malorum depulſor, Apotropæus.Loenſ.*l.5.c.6.*

Caluities quia obnoxia ſcommatis, & dicteriis, viri & mulieres pelles aptabant appoſitis crinibus humanis ad eam celandam, ſic vt aptata capiti, cutis vera non coma aſcititia videretur: Caſaub. *in Suet. l.7.*

Calui Sacerdotes Ægyptiorum. Gyrald. *Dial.*2.

Caluities probroſa cuilibet antiquorum Ideo ſolebant ſibi vnguento veluti fila capillorum delineare. Turn. *aduerſ. lib.* 25. *cap.*27.

Calumniæ pœna frontis inuſtio, & ſtigma. Roſin.

Calumniatori litera ſuæ fraudis inuſta. Nouar. electa ſacra. Frons inuſta ferro. Polletus.

Cameræ vſus cum ignorabatur, vela ad excipiendum puluerem, ne ſuper menſas ſpargeretur,ſuſpendebantur in tricliniis.Roſinus.

Camilli dicti miniſtri ſacrorum. Roſinus.

Campanæ pulſatæ in tumultu. Polymath. In ſacris Cybeles receptæ. Dempſterus.

Campanarum, ſeu nolarum vſus olim in thermis. Earum ſonitu olim excepti Imperatores: item imminentis periculi indicium. Nouar. Sched.

Campanarum ſtrepitu ſuccurrebant Lunæ laboranti; Polymath.

Campi quidam cuique Deo aſſignati, è quorum locatione ſumptus fiebant in ſacra. Suid.

Campus Martios à templo Martis dictus, erat extra vrbem ad Tiberim, cuius vna pars vbi exercitia facta, area dicta, Conſularibus auſpiciis conſecratus, Roſin. altera, Septa, ſeu Ouilia, vbi populus creandis magiſtratibus: Dempſt.

Canarium ſacrificium fiebat cane rufo aris immolato, ad placandum ſidus Caniculæ frugibus inimicum. Briſſon. F.

Candelabrorum nullus vſus in cœnis antiquorum, ſed lucernarum penſilium. Erhard. *ad Petron.*

Candidatus renunciatus antequam iniret magiſtratum, ſolemne carmen precationis præfatus, gratias agebat pop. Alex. 4. 2.

Candida faſcia regum inſigne fuit à Libero patre inuentum. Marc. Don.

Candidati, candida toga induti magiſtratus petentes, Nundinis in Comitium veniebant, & in colle conſidebant, vt coram poſſent ab omnibus aſpici, inde in Campum Martium deſcendebant, qui vel per ſe vel per alios viris præclaris ſupplicabant. Roſin.

Candidati antè Comitiorum diem ſua nomina & cenſum profiteri tenebantur ante eum magiſtratum qui Comitia habiturus erat & nomina dabant. Roſin.

Candidati nomenclatore vſi cum prenſabant, vt quemque ciuem ſuo nomine ſalutarent, honeſtiore nomine appellarent, patris, fratris, Domini, & patroni, dextram prenſarent, rogarent, &c. Roſin.

Candidati æs alienum, ſi tenebantur, profiteri debebant. Polymath.

Candidati cuique tribui ſuffragium ferenti familiariſſimum quemq; ad tabulam ponebant, dum ſuffragia ferebantur, eaque ad eum ferebantur, qui Comitia habebat, deinde ſortitio fiebat, & quem quæque tribus feciſſet, Prætor renunciabat. Turn. *aduerſ. l. 25. c. 4.*

Canes ad oſtia aut viui, aut picti, cum hac epigraphe, Caue Caue canem. Pont. Attic. bell.

Canes immolabant in Lupercalibus. Polymath. Item Canes. Suid. De Canibus Alex. ab Al. *l. 2. c. 12.*

Canes de propugnaculo ſuſpendebant, ne iis eiulantibus excubiæ dormire poſſent. Suid.

Canes anſereſque Romani vigiliarum cauſa alebant. Veget. Steuuech.

Canis in cruce actus ſolemni pompa ob non cuſtoditum Capitolium. Roſin.

Canes templo Æſculapij adhibiti. Roſin.

Canes rufas immolabant ad ſidus Caniculæ placandum. Briſſ.

Canem atrum ædes alienas introire, Flamini Diali tangere piaculare erat. Roſin.

Canes immolati Hecatæ. Brodæus 1. *miſcell. c. 24.* Item Lucinæ à Græcis. 2. Dianæ. Polymath.

Canes venaticos emeritos Diana venatrix feriis ſuis Id. Auguſti quietos à venatione habere credebatur, ipſaque feriabatur. Turneb. *aduerſ. l. 7. c. 26.*

Canes comites adhibiti à nobilibus, & heroibus in publicum progreſſuris. Pontanus ex Polluce *l. 1. c. 4.*

Canes fœminæ præſtantiores maribus in venatione, eædemque in catena ſeruatæ. Dempſt. *l. 2. c. 7.*

Canes rufæ ſacrificiis aptæ. Polymathia.

Canes in catena excubabant interdiu, noctu ſoluti catena. Polym.

Canes templorum, & cubiculorum cuſtodes. Polym.

Canes Marti ſacrati. Horum exta mero, & thure aſperſa. Polymath.

Canis viuus in crucem Romæ actus, Romanis ingratus ob non cuſtoditum Capitolium Pol.

Canes lactentes aliquando hoſtiarum vice adhibiti. Polym.

Canes ægroti, ſcabiéque laborantes infulis velati Dianæ à venatoribus ſiſtebantur, omneque inſtrumentum venatorium ante eam collocabant venatores. Polymath.

Caniſtrum cum hordeo, corona, cultro & igne portabant in ſacris. Gyraldus *ſynt. 17.*

Caniſtris & ſportulis cœnæ, ac prandia illata. Brodæus 6. *Miſcell.* 17.

Cantio conuiualis repetita à Græcis ſæpiſſimè inter pocula. Dempſt.

Cantilena Harmodij cantata in conuiuiis. Rhod. *l. 27. c. 26.*

Cantus parræ, & cornicis erat inauſpicatus aliquid incipienti, malumque portendebat, eædemque aues aliquando erant fauſtæ non cantu ſed loco. Turn. *aduerſ. l. 9. c. 29.*

Cantu remiges recreati. Item nauium funes trahentes. Item cantatum in menſa Imperatorum. Nouar. Sched.

Capillus reorum ſordidus, & paſſus promiſſus, veſtis obſoleta, imo & accuſatorum ſordidus habitus. Erhardus *ad Petronium.*

Capillos capitis alij calamiſtro intorquebant, alij in gradus quoſdam informabant, quidam in cirros, ſeu tricas catenatas, & intortas, nonnulli pone ceruicem ſubmittebant. Caſaub. *Suet.*

Capillos puerorum olim Dianæ dicabant. Nouar. *Sched. l. 6. c. 29.*

Capillum verticis non tondebant, Diis ſacratum. Suid.

Capillos ponebant, cum in hoſtium poteſtatem veniebant; & comam tondebant. Sauarus *ad Sidon.* 2.

Capilli detonſi ad auertenda incantamina. Gyrald. *Dial.* 2.

Capillos pueri cum ponebant, ſumebant virilem togam. Iun. *com.* 3.

Capilli compti, acu, diſcerniculo, calamiſtro, pectine, idque feſtis diebus. Dempſt. *l. 5. c. 32.* & hoc erat fœminarum, cui ancillæ Pſecades dictæ præficiebantur. Idem. His crinibus additæ vittæ. Ibidem.

Capilli

Capilli virginum, indiſcriminatim vnica vitta ornati, in vertice religati, Matronarum diſcriminati, duplici vitta religati. Mercerius.

Cappellani, à cappa D. Martini dicti, quam Reges Francorum ſecum in prælio ferre ſolebant, eamque cuſtodientes Cappellani dicti. Nouar. *Sched.l.* 12.*c.*21.

Capitalia hæc habita circa Auguſti tempora: circa Auguſti ſimulachrum ſeruum cecidiſſe, veſtimenta mutaſſe, , numo vel anulo effigiem impreſſam, latrinæ aut lupanari intuliſſe. Nouar. *Sched. l.* 11. *c.*4.

Caput nudare apud Sinas inhoneſtum. Cornelius à Lap. *in Matth*.

Capitis maxima diminutio, qua libertas, ciuitas & familia amittitur. Media, ciuitas, & familia. Minima, familia tantum. Inſtitut. Iuſtin.

Capitolium fulmine tactum inter prodigia cenſebatur. Dempſt. *l.*1.*c.*5.

Caput ſemel in anno ſolemni die Reges Perſarum curabant, horum miniſtri albati. Caſaub. *Athen.*

Capite aperto ſacrum faciebant, Saturno, Honori, Herculi, Diiſque inferis, at cæteris Diis capite operto. Lipſ. *Saturn.*

Capite operto erant Romani in quinque, ſc. Sacris, Ludis, Saturnalibus, Peregrinatione, Militia. Idem.

Capitibus velatis morte violenta, aut voluntaria occumbebant. Ioan. à Vouer. *in Petron.*

Capite intecto Romani incedebant, at delicatiores pallio tegebant, excluſit vtrinque auribus. Lipſ.

Capite nudo & elato viri nobiles trahebantur ad ſupplicium, quo dignoſci ab omnibus poſſent. Caſaub. *in Suet.l.*7.

Capita ferarum in arbore ſuſpendi ſolita à venatoribus Nouar. *Sched.*

Caput in terram deiicere mœſtitiæ ſignum. Nouar. *Sched.l.*9.*c.*15.

Capitalibus in delictis, cum ducerentur, ore obturato fiebat. Pont. *Attic.bell.*

Caput operiebant in re turpi deprehenſi; item ſummo pudore affecti, & in rebus deſperatis. Parei electa. Petron.

Capite aperto plerumque Romani incedebant. Parei electa: neque pileo vſi; & pleræque nationes niſi in quibuſdam caſibus. Idem.

Capite damnatis hæc tria propoſita, gladius, laqueus, cicuta. Suid. 908.

Capite aperto Græci ſacrificabant, contra operto Romani: apud Aram verò Maximam aperto. Gyrald. *Synt.* 17. Brod. 5. *Miſcell.* 8.

Capite aperto Herculi ſacrum faciebant, & ſedentes epulabantur. Contra aliis Diis. Idem.

Capite damnati priuſquam ad ſupplicium ducerentur illis permittebatur, vt vino, ciboque expleti, tria quædam, quæcumque libitum eſſet, dicerent, tum ad ſupplicium ducerentur. Manut. *adag. Tibi ipſe Calendas indicito.*

Caput & Barba raſa ad ignominiam. Pont. *Attic.bell.*

Capita ſtatuarum amputata aliquando, & permutata. Pont. *Attica bell.*

Capiti ſuo deprecabantur in ſatisfactionibus. Muret. *lib.*12.*c.*4.

Capiti, atque ætati illorum; formula imprecantis diras, malaſque preces interponentis. Turn. *aduerſ.l.* 11.*c.*12.

Caput ſalutis ſignum. Polymath.

Caput in extremo diſcrimine commendatum, adoratum, deuotum. Polymath.

Caput obnuptum adeuntibus loca impudica, timentibus, & fugientibus, Polymath.

Caput abradebant ad auertenda maleficia. Polym.

Caput hoſtis deuicti amputare, loco patenti exponere haſtili infixum in contumeliam, maximè crudelis animi indicium: Dempſt. *l.*10.*c.*10.

Capitis in indicio, in vrnam coniiciebant Græci Θ. Romani C condemnantes. T & A abſoluentes. N. L. non liquet, diem proferentes. Alex. *l.*3.*c.*5.

Capite erant raſo tam qui liberi è ſeruis fiebant, quam qui bello capti ſeruitute eximebantur. Alex. *l.*4.*c.*10.

Capital qui fecerant, fugere ſolebant. Parei electa.

Caput iecinoris triſte erat prodigium; ideo id diligentiſſime haruſpices ex omni parte conſiderabant. Briſſonius *Formulæ.*

Capitale olim, ferre in anulo damnatorum imagines. Caſell. *lib.*2.*c.*16.

Capitolij fores aureis laminis ornatæ. Nouar. *Sched.l.*11.*c.*17.

Capitolio olim ablegati Dij Serapis, Iſis, Harpocrates cum ſuo Cynocephalo. Idem, *c.*19.

Capitolinis Agonibus omne genus artificis certabat. Roſin.

Capitolium cum nimis anguſtum propter multa ornamenta, plurima in Campum Martium tranſlata. Roſin.

Capitolium præter ædem Iouis Capitolini duas alias ædes habuit. Roſin.

Capitolium templum Iouis Optimi Max. Briſſon. *Form*

Capitolina habitatio nonnunquam data honoris cauſa, aliis etiam ciuibus permiſſa. Ricquius *de Capitolio.*

Cspitolij, & aliorum templorum faſtigia ornata ſignis, clypeis, cælatura, inauratione: Item laquearia deaurata, ſculpta. Ricquius, *de Capitolio lib.* 1. *capite* 16.

Capitolinæ cellæ ornamenta è ſacris Donariis, aurum, gemmæ, ſtatuæ, coronæ, arma, picturæ, vaſa pretioſa, veſtes, aliáque munera Ioui oblata. Idem, *lib.* 1. *cap.*21.

Capitolij in æde ſtatuæ tres Deorum; Iouis, Iunonis, Mineruæ. Item, Remi, Romulique cum Lupa ænea. Dij Nixij Nemeſis, Bona Fortuna, Bonus euentus. Item, ſtatuæ multæ humanæ, fictiles, ligneæ, eburneæ, marmoreæ, gemmeæ,

aureæ,

aureæ, argenteæ, æreæ; pedeſtres, ſeſſiles, equeſtres, triumphales; Regum, Principum, Magiſtratuum, Ducum, imperatorum. Ricquius, *de Capit. l.* 26.

Capitolinum atrium vaſa aquæ continendæ ſeruabat, qua ſe homines, ſacra adituri, vſitato ritu ſpargebant, & miniſtri ipſi in ſacris vtebantur. Idem *c.* 37.

Caprarum in pellibus olim ſcriptum. Manut. *adag.*

Capram Veioui immolare ſolebant. Roſinus.

Capiæ nomen nominantibus exitioſum. Iunius, *Com* 5.

Caprarum pilis viatoriæ penulæ, & velamina texta eorum, qui ſub dio degebant. Nouar. *Schediaſ. libro* 11. *capite* 3.

Capram, & carnem incoctam, & ederam, & fabam neque tangere, neque nominare Diali Flamini fas. Ex Gellio *libro* 10. *capite* 15.

Caprificus in Romano foro æneis cancellis incluſa. Nouarr. *Schediaſ. libro* 12. *cap.* 19.

Caprificum eorum ſepulchris naſci exoptabant, quos oderant. Item eadem ſaxis cædebant. At ſentes dumoſque ex eorum tumulis excidebant, quos caros habebant, purgabantque. Turneb. *aduerſ. l.* 23. *c.* 6.

Caprinus ſanguis veteribus in cibo. Brod. *lib.* 8. *c.* 19.

Captiui ad ſepulchra mortuorum necati. Roſin. Ad tumulum iugulari. Pontanus *Att. bell.*

Captiui ſub haſta coronati venibant. Briſſ. *Form.*

Captiui catenis ligati, & curribus triumphantium iuncti. Roſin.

Captiui characteribus inſcripti apud Samios. Nouar. Electa.

Captiuorum capita à victoribus conculcari ſolita. Nouar. Electa.

Captiuum habere è Romanis nefas, niſi è barbaris. Nouar. *Schediaſ. libro* 12. *capite* 19.

Capulum funebrem circumferebant aliqui. Nouar. Electa.

Carbo condemnationis nota, Creta abſolutionis. Alex. *l.* 3. *c.* 5.

Carbones quia diuturni limitum loco ſternebantur. Nouar. *Sched. lib.* 11. *c.* 4.

Carbones in terra defodi ſoliti, ad indicandos agrorum terminos, vt qui durent perpetuo. Manut. *adag. Theſauri carbones.*

Carbone notabant parietes, ianuas, portas; ſi quid vituperio dignum. Parei electa.

Carbone extincto ſacrificare piaculum eſto. Gyrald. *ſynt.* 17.

Carceris partes Tullianum, & Robur. Roſinus.

Carcere liberati donati cœna. Polym.

Carcerum tria genera Romæ. Vrbanus, vbi ciues. Ergaſtulum, vbi mancipia. Caſtrenſis, vbi captiui. In carcere vrbano, vel rei cuſtoditi ſine cuſtodia militari, vel mancipia cum cuſtodia, vel aſſeruati in ædibus magiſtratuum. Polymathia.

Carceribus milites appoſiti cuſtodes, & pro foribus carceris excubabant. Briſſon. *Form.*

Carcer vltimum ſupplicium Senatorum. Polym. *ex Cic.*

Cares ſex menſium ſpatio annum concludebant. Dempſt.

Caricæ, & mella miſſa Kal. Ianuariis boni ominis gratia. Polym.

Cariſſimi ab Imperatoribus vocati præſides & rectores prouinciarum. Briſſonius *Form.*

Carminibus Saliaribus inſerebant nomina eorum, quibus honorem eximium haberi volebant. Briſſonius *Formulis.*

Carmina cantata à militibus ſequentibus poſt triumphalem currum. Nouar. *Sched. l.* 11 *c.* 24.

Carmina in theatro olim recitari ſolita, quorum partem, ſi maximè placuiſſent, aureis literis Ioui Capitolino dicabant. Nouar. *Schediaſ. libr.* 12. *capite* 19.

Carmine conceptæ aliquando, & pronunciatæ acclamationes. Ferrar. *Acclamationib.*

Carmina in balneis recitata. Polymathia.

Carnium ſalitarum, & fumo induratarum olim communior vſus, quam recentium. Caſaubonus *ad Athen. lib.* 6. *cap.* 21.

Carnem crudam Flamini Diali tangere piaculum. Roſin.

Carnes ſuillæ in deliciis olim, præſertim die Natali. Parei electa.

Carneæ Deæ pulte fabacea, & larido ſacra faciebant. Roſin.

Carnificis manu puniendi, & qui aliqua neceſſitate coacti ſe interimebant, in ſcrobibus præparatis ſæpe ſoliti ſedere. Caſaubonus *in Suetonio, libro* 6.

Carnificis nomen olim non infame.

Carnificis domus extra portam Metiam. Parei electa.

Carnifices fuerunt cuſtodes, curam vero cuſtodiæ Triumuiri capitales habebant. Idem.

Carnifex vnus non modo non ciuis, ſed ne domicilium quidem habuit in vrbe Lipſ. *excurſ.*

Carnifices olim ominoſi foro, & vrbis domicilio priuati. Magius, *libro* 3. *capite* 16.

Carnifex, quia ex foro; ex vrbe, ex concione ſublatus, crucifigebat, ſtrangulabat, & alia ſupplicia ſeruis, peregrinis, & iis, qui ciues non erant, irrogabat. Lictor tantum in ciues agebat, perduelleſque virgis, & ſecuri cædebat. Polletus *de Foro Rom.*

Carpento vehi ſolitæ Romanæ fœminæ.

Carpento vehi in Capitolium ſoli Pontifici; & Sacerdotibus permiſſum. Alex. *lib.* 2. *c.* 7.

Caſtella in limitibus millenis interiecta paſſibus, quæ à limitaneis ſuo extruebantur ſumptu, cum vigiliis perpetuis. Steuech. *ad Veget. l. 3.*

Caſtella, loci aquam publicam recipientes. Roſin.

Caſtrantes pueros puniti grauiter. Nouar. *Sched. l. 1. c. 67.*

Caſtratæ mulieres à Sophianis teſtibus intus reclusis reciſis. Brodæus *lib. 5. cap. 3.*

Caſtrati famia teſta Sacerdotes Martis, & ij qui maxima ſacra obibant, aut herbis euirati. Gyrald. *ſyn.* 17.

Caſtrati adoptare non poſſunt; ſpadones poſſunt. Magius *l. 2. c. 5.*

Caſtrorum forma quadrata æquis lateribus. Roſin.

Catarrhos cauterio prohibent Scythæ.

Catenæ ſecuri diſciſſæ ſignum iniuſtæ ſeruitutis.

Catenas & vincula antiqui frangebant, cum liberabantur; non autem ſoluebant, Caſell. *Variorum.*

Catenam Laribus ſerui manumiſſi dicabant, vt Herculi arma gladiatores. Polymathia.

Catena eadem militem cuſtodem, & reum cuſtoditum detinebat. Briſſonius *Formulis.*

Catharmata, ſeu purgamenta, quibus februabantur noxij, aut aliqua noxa expiabatur, mittebantur in profluentem plerumque & in mare; interdum in triuium, iaciebanturque ab auerſis trans caput, neque aſpiciebant. Caſaubon. *in Athenæum.*

Cathedræ aſcriptæ mulieribus in theatro. Dempſt.

Catulinam carnem veteres eſitaſſe Romanos Feſtus, & Plinius aſſerunt: Item Græcos, & canum etiam grandioris ætatis. Athenæus *l. 7. c. 7.*

Catuli recens editi in Adiicialibus, & Deorum cœnis ſæpe adhibiti. Gyrald. *ſyntagm.* 17.

Catulos lactentes, hoſtiarum vice, ſi deeſſent, immolabant, & ad ſæuitiam caniculæ depellendam. Colum. Plin.

Caua manu aliquid accipere probroſum. Poor. *Attic. bell.*

Caue, Caue Canem, ædibus inſcriptum. Polymath.

Cauponæ, tabernæ vinariæ, thermæ, lupanaria ante nonam non aperiebantur. Salmaſ. Caſaub.

Cauſas agentes in ſubſelliis ſedebant. Roſinus.

Cauſæ peroratæ Athenis in aperto, & ſub dio. Romæ in foro quoque ſubdiali, vbi iudices cognoſcebant. Polletus, *de Foro Rom. l. 1. c. 2.*

Cauſidici non niſi venia impetrata, & rogati dicebant ſuam ſententiam. Idem *ibidem.*

Cauſidicorum, id eſt, Prætoris, Iudicis, litigantium, aduocatorum, & quorum erat actioni intereſſe, hora in forum veniendi erat tertia, plerumque ante prandium; nona verò à prandio, ſed hoc raro. Idem *ibidem.*

Cedebant bonis iure prætorio qui non erant ſoluendo. Parei electa.

Celibes exoſi Spartanis. Vide Cœlibes.

Cellæ vinariæ, vt cætera cariora, olim obſignata Nouar. electa ſacra.

Cenſor ſi quis moriebatur, infauſtiſſimum omen habebatur. Roſin.

Cenſorem bis fieri non permiſſum. Roſinus.

Cenſores à Coſs. comitiis centuriatis creati, deſignati ſtatim magiſtratum inibant. Idem.

Cenſores quoque in Coloniis fuere. Idem.

Cenſores ius vocandi populum in Campum Martium luſtri condendi gratia habebant. Idem.

Cenſores inquirebant in mores equitum, & Senatorum. Idem.

Cenſores quinto quoque anno creati. Idem.

Cenſoribus ſeuera diſciplinæ cuſtodia ſine prouocatione. Idem.

Cenſores Senatus acclamationibus aliquando creati. Ferrar. *de Acclam.*

Cenſoriis in tabulis deſcripti erant, qui è collegio fabrûm erant, & alioqui cum ſarta recta locarent Cenſores, perſcribebant in ſuis tabulis, quæ cum fabris & redemptoribus pacti eſſent. Turn. *aduerſ. l. 8. c. 3.*

Cenſores non tantùm opera publica, & vectigalia, ſed & alia publicè olim locabant. Briſſon. *Form.*

Cenſorum ius erat tueri vrbis templa, vias, pontes, aquarum ductus, vectigalia elocare.

Cenſores duo viri virtute, & auctoritate inſignes, creari quinto quoque anno, quod *Luſtrum dictum.* Mamertinus Dictator eam poteſtatem annuam, & ſemeſtrem fecit. *Idem.*

Cenſores Senatorem ordine Senatorio, Equitem equeſtri priuabant, equum & anulum adimentes, reliquos ciues ignominia notabant. Idem Roſin. Alex. *l. 3. cap. 13.*

Cenſura patricia fuit, ſed poſtea cum plebe communicata A.V.C. 402.

Cenſura fuit ſeruata vſque ad Decij Imperatoris tempora. Idem.

Cenſus ciuitatis ſtante Republica, in foro poſita haſta exigebatur à Coſs. Dempſterus.

Cenſus ab antiquis non ſolum imponebatur bonis, ſed etiam perſonis. Marcellus Don.

Cenſus capitis cuiuſque apud Romanos erat denarius. Marc. Don.

Cenſus funeſtus erat ſine luſtro ob mortem Coſ. Robert. *l. 1. c. 5.*

Cenſus annui templorum è ſtipe collecta in theſauris ad tutelam, ornatum, reſtaurationemque. Polymath.

Cenſus Senatorius erat octingentorum mille ſeſtertium, 25000. aureorum, Equeſtris quadringentorum. Roſin.

Cenſendi libros licentia Grammaticis conceſſa.

Centumuiralia iudicia in Baſilicis exercebantur. Roſin.

Centumuiri in quatuor haſtas conſeſſuſque diſtributi, totidemque tribunalia. Pollet. *Fori Rom. l.1. c.3.*

Centumuiri Romæ creati ex 35. tribubus ſeu curiis, terni ex ſingulis tribubus, in ſupplementum Prætorum Imparium tot litibus dirimendis, erantque 105. deinde numerus auctus: horum quatuor tribunalia in baſilica; haſtaque, quo die erant iudicaturi, erigebatur; dicta Centumuiralis. Idem, *lib.3. c.14.* Hæc erat veluti Rota iudiciaria. Sigonius *de ant. Iure.*

Centumuirale iudicium quadruplex, ob quatuor haſtas poſitas, & quatuor ſubſellia Iudicum. Turn. *aduerſ. libro 4. cap.4.*

Centenarij, qui centum millibus æris cenſi ſunt. Lex. Iur. can.

Centeſima vſura grauiſſima, cum pars ſortis centeſima ſingulis menſibus perſoluitur, ſingulis annis duodecim. Roſinus.

Centeſimæ propinquæ, erant duriores, & iniquiores, quæ propinquis Calendis aut Idibus ſoluuntur, non tertiis, quartis &c. Turnebus *aduerſ. libro 30. capite 3.*

Centones ſeu vela erant ante portas meretricum. Polymath.

Centuriata Comitia erant, quibus populus per claſſium centurias diuiſus, ſuffragium ferebat auctoritate Senatus, ita vt ſuffragia colligerentur centuriatim, & quod plures centuriæ iuſſiſſent, id ratum haberetur, auctore Seruio Tullio. Roſin. In his diuites præualebant; in Curiatis populus vniuerſus.

Centuriata Comitia in loco augurato habebantur, non tamen intra Pomœrium, ſed extra in Campo Martio, imperato exercitu ad cuſtodiam. Roſinus.

Centuriata Comitia, vti & cætera, haberi non poterant, niſi diebus Comitialibus. Roſin.

Centuriata Comitia antequam ordirentur, hoſtias immolabant Comitia habituri. Roſin.

Centuriata Comitia habiturus primo auſpicabatur adhibito Augure in loco inaugurato. Idem.

Centuriatorum Comitiorum tempore, ſi Coss. bello impediti, Dictatorem Comitiorum cauſa creabant. Roſin.

Centuriatis Comitiis magiſtratuum is, qui Comitia habebat, benè precari ſolebat illi qui creatus erat. Roſinus.

Centuriatis Comitiis ſuffragia non ferebant, qui à Cenſoribus notati ignominia. Idem.

Centuriatis Comitiis erigebatur vexillum in Ianiculo, vbi milites armati ad cuſtodiam Comitiorum quæ in Campo Martio extra vrbem habita. Vexillo autem ſublato & remotis cuſtodiis, non licebat amplius quicquam ſtatuere. Roſin.

Centurias equitum Cenſores luſtrantes, citare præconem vnumquemque volebant, & ſi quem nota Cenſoria dignum exiſtimabant, ei equum vendere imperabant. Briſſon. *Form.*

Ceparum caulibus verberati pueri ingenui, Hartung. 3. *Dec.*

Cepæ pro Diis cultæ, & iuratæ ab Ægyptiis.

Cera tabulatis, tholis, abſidibuſque templorum affixa. Nouar. *Sched.*

Ceratis tabulis olim vtebantur pro carta; & ſtylo ferreo pro calamo; codicilli, pugillareſque dicti ſunt. Marcellus Donatus.

Cerea candela in vaſe cinere pleno coram cadauere poſita apud Hebræos. Idem.

Ceteæ imagines in maleficiis. Idem.

Cerei in Saturnalibus miſſitati proceribus. Pont. *Attic. bell.*

Cereales ludi à ſolis matronis epulatis ante noctem celebrati. Roſin.

Cerealibus ludis nuces, cicer, & alia in vulgus ſparſa. Roſin.

Cerebri eſum execrabantur veteres.

Certaminum ludicrorum genera octo: Stadium, Diaulos, Dolichos, Curſus in armis, Pugilatus, Pancratium, Lucta, Saltus. Suidas. 236.

Certaminibus in publicis Lacedæmoniorum edicebatur, Aut abi, aut exuere. Manut. *Adag.*

Ceruorum cornua numinibus dicata. In Dianæ fanis ea ſuſpenſa. Nouar. *Schediaſ.*

Chlamys veſtis viatoria, itemque militaris, necnon ſeruorum aulicorum. Parei electa.

Chorus acclamantium & plaudentium, dicturo & recitaturo aderat, comitabatur. Ferrar. *Accl.*

Chorus muſicus in fabulis ſcenicis circumibat, ſtrophas ac antiſtrophas canendo. Parei electa.

Chori vſus in feſtiuitatibus ad aras Deorum, inde ad fabulas tranſlatus. Scalig. *Poet.*

Choreæ in honorem Imperatorum actæ. Nouar. *Schediaſ.* Item in ſacris. Idem.

Chriſtianæ feminæ populi acclamationibus acclamatæ, *Ad Leonem, Ad Leonem.* Ferrar. *Accl.*

Chryſargyrum, tributum erat meretricum. Item pro ſtercoribus brutorum hominumque. Zoſimus.

Cicadam Athenienſes geſtabant, innuentes ſe indigenas; & capillos inuolucro comprehenſos cicadæ morſu nectebant. Turn. *aduerſ. l.29. c.17.* Alex. *l.5. c.18.*

Cicadas Athenienſes aureas capillorum cincinnis addebant, vnde dicti Tettigophori. Manut. *Adag.* Suid. Turn. *l.24. c.46.*

Cicer frictum ex melle edebant. Muret. *l.17. cap.15.*

Cicuta ſe necabant ſenes Coi. Cicutæ ſorbitione caſtrabantur Hierophantæ Athenienſes, poſtquam ad Pontificatum euecti erāt, vt caſtè ſacrum facerēt. Alex. *l.4.c.17.*

Circenſes ludi in die Natali ſolemnes. Nou. electa ſacra.

Circenſi ludicro non tantum equi, ſed & varia animalia iuncta. Caſaub. *ad Athen. l.5.*

Circenſibus in ludis centum currus ſeu miſſus mittebantur. Vltimus dicebatur ærarius. Quadrigæ ſorte à Prætore ductæ ex vrna. Spōſiones à ſpectatoribus factæ, pignoribus depoſitis. Turn. *adu. l.18.c.32.*

Circi ornamenta, Deorum imagines gypſeæ, hoſtium ſpolia, oua, meta, obeliſcus. Roſin. Leopol. *l.16.c.1.*

Circo ſub Maximo mulieres proſtitutæ libidinis habitabant. Roſin.

Cincticulis adoleſcētes induebātur. Parei el.

Cinctus Marti conſecratus. Iun.

Cingulo veſtes fluxas cōſtringebant, qui aliquid ſerij facere parabant, hinc dictū, Accingere ſe operi. Caſaub. *ad Suet. l.5.* Sine cingulo nullus militabat. Dempſt. *l.10.*

Cingulo veſtes aliàs fluxas conſtringebant, cum aliquid ſerij facere parabant, quod ſi res vrgeret diſcincti opus aggrediebantur: at militibus ſemper adimebatur ignominiæ cauſâ. Caſaub. *ad Suet. Aug.*

Cinnabari Imperatores olim ſubſcribebant. Nouat. *Sched. l.11.c.4.*

Circa vrres antiqui ſeſe vertebant, & circa eoſes currebant. Nouat. electa ſacra.

Circulatores in tutelâ Dianæ. Dempſt.

Ciſtæ erant dicatæ Baccho, Cereri, atque Mineruæ. Suid.

Citare; ad Prætorem ducere, & in ius vocare non licebat, niſi ei qui anteſtatus eſſet. Electa Plaut.

Ciuicam coronam promeritis Senatus honoris gratia aſſurgebat.

Ciuis nullus Romanus, qui non in aliquâ 35. Tribuum. Roſin.

Ciuis Romani de capite Conſules iniuſſu populi ſententiā ferre non poterāt. Idem.

Ciuem Romanū in crucē tollere, aut ſecuri ferire nefas, niſi reū perduellionis. Idem.

Ciuem ab hoſte qui ſeruabat, querna corona decorabatur. Idem.

Ciuem Romanum virgis verberare, aut indicta cauſa occidere, nefas. Idem.

Ciues Rom. annos decem militare cogebantur, cùm vſus Reip. poſtulabat. Roſin.

Ciues Rom. extra vrbem viuentes in curias non referebantur. Roſin.

Ciues Romani, inconſulto populo, flagris cædi non poterant. Marc. Don.

Ciues redempti, hoſtilique liberati cuſtodia, currum triumphantis ſequebātur. Dempſt.

Ciues, milites Romani non virgis, ſed ſarmentis cæſi. Rhod. *l.26.c.33.*

Ciues ſoli Romani habebant ſacra hæreditaria ex lege 12. tabularum.

Ciues Rom. artes mechanicas abhorrebant, ſeruis dignas iudicantes; ipſi bellis vacabant: vnde peractis ſtipendiis, niſi emerita recepiſſent, mendicabant. Caſ. *ad Suet.*

Ciuium Rom. nomina in æde Saturni in libris elephātinis deſcripta aſſeruabantur. *Ioſeph. Laurenty Polymath.*

Ciues Rom. candidis veſtibus incedebant, quoties feſtum priuatum, aut publicitus indictum peragebant. Dempſt.

Ciuium Rom. ordines tres: Senatorius, Equeſtris & Plebeius, qui domicilium, & tribū Romę habebant, & honorū petitionem; quibus carebant Inquilini, Libertini, & Municipes. Sigon. *De antiquo iure l.1.*

Ciuem Romanum etiam Senatorem in carcerem duci iubere, & mulctam irrogare ius erat Conſuli, ac de eius capite, de ciuitate tollenda, exilio, relegatione non niſi Centuriatis Comitiis agi poterat. Alex.

Ciuitates fœderatæ non omnes eadem conditione. Roſin.

Ciuitates, & nationes in clientela alicuius Senatoris Romani erant. Pont. Att. belli

Ciuitate donati, ſeu aſcriptitij ciues nouum nomen in cenſum, & tabulas publicas deferebant. Caſaub. *ad Athen. l.5.c.13.* A pudendis artibus abſtinebant. Alex. *l.4.c.10.*

Ciuitate donandi, exilio perpetuo à ſua patria multari eſſe debebant, Solonis ex lege. Nouat. *Sched. l.7.c.161*

Ciuitas dabatur cum libertate. Sigon. *de ant. iure.* Vocc poterat eripi inuito. Idem.

Ciuitate donati nomen mutabant. Polym.

Ciuitatem, & libertatem nemo inuitus amittebat, niſi ſolum vertendo, proſcriptione, aut aquâ & igni interdicto, ex decreto Senatus iuſſuque populi.

Ciuitate donati ius ſuffragij non habebant, niſi à pop. id impetraſſent, atque in tribus aſcripti eſſet. Alex. *l.4.c.12.*

Ciuitas data multis ſine ſuffragio, pleriſque ius Quiritium, nonnullis libertas, aliquibus ius municipij fœderis, Latij. Alij tanquam coloni, alij ſtipendiarij, & vectigales habiti. Alex. *l.4.c.10.*

Claſſis luſtratio fiebat primo vere. Polym.

Claſſi eidē nullus bis præfici poterat. Polym.

Claſſicum cantatum ante oſtium damnati, alibique. Polym. Item in caſtris antequam ſupplicium de aliquo ſumeretur. Item in epulis Imperatorum. Veget. Steuoecch.

Claſſicum, Prætorium, faſces laureati, ſigna Prætoriæ domus in exercitu. Veget. Steuu.

Clauatam tunicam geſtabant Senatores, & Equites: illi lato, hi anguſto clauo. Roſin.

Claudum legem ferre ominoſum. Caſell. *l.1.c.13.*

Claues cellæ vinariæ matronis olim interdictæ. Polym.

Claui in tunicis fuerunt quaſi flores pannis intexti. Roſin. At Manutius ait inſutos non intextos. 3. *Quæſit.2.*

Claui figendi ſolemnitas menſe Septembri celebrata. Dempſt. Hic erat æneus cum nota annorum. Alex.

Clauus latus adoleſcentum 17. annorum, qui vel patre nati Senatore, vel Equite. Manut. 3. *Quæſit.2.*

Claui, quibus honoris gratia vtebantur Senatores, vel Equites, vel Tribuni; non erant veſtibus conſuti, ſed ſuper eam demiſſi in pectus vſque. Item ſupellectili, præſertim triclinari è cocco, purpura. Erhard. *ad Petronium.*

Clauis in oſtio fixis annos & dies notabant, vt de Dictatoribus. Vouerius ad Petron.

Clauim dabant parturientibus, ad partus facilitatem faciendam. Item in diuortio adimebant, vnde clauem adimere, diuortium facere. Antiquarius 86. Feſt.

Clauſæ, Cluſæ, interpoſitiones in limitibus Imperij Romani. Pythœus 1. *ſubſec.* 14.

Clauus latus, erat tunica clauos purpureos intextos habens, eo diſtincti ab equitibus qui clauos anguſtos geſtabant. Roſin.

Clementiæ Deæ Athenis nullum ſimulachrum fieri voluerunt. Dempſt.

Clepſydris olim vſi in iudiciis. Dempſt. Horæ autem clepſydrarum non æquinoctiales: itavt in 12. etiam brumales dies diuiderent. Pollet. *Fori Rom. l.* 1. *c.* 11.

Clepſydrarum menſura in iudiciis, & certaminibus, ſeruata ab hominibus infirmæ conditionis & famoſis. Manot. *Adag.*

Clientes ſequebantur patronum togati, ſportulam recepturi 10. aſſes. Pollet. *Fori Rom. l.* 2. *c.* 10.

Clientes non omnes ex ſeruis, Liberti tamen omnes ex clientelâ. Idem *l.* 2. *c.* 10.

Clientelas primus inſtituit Romulus, vt è plebe quiſque Senatorem ſibi patronum aſciſceret, idque mutuatus eſt à vicinis Sabinis, & Latinis. Idem.

Clientes patronis ſuis in æde ſacra conuiuium parabant, dictam cœnam popularem. Parei electa.

Clientes Romæ patronos mane ſalutabant, frequentes aderant ad ædes. Idem.

Cluacinæ ſacra frequentabant mendaces, & glorioſi homines. Parei electa.

Clypeis Romani vſi antequam ſtipendiarij facti. Roſin.

Clypeus olim formæ rotundæ, inde reductus ad formam oualem. Manut. 5. *Quæſit.* 6.

Clypeum album ſine inſigni, aut argumento primis ſtipendij annis milites geſtabant, quem nubigerum vocat. Papin. Turn. *aduerſ. l.* 20. *c.* 1.

Clypei amiſſi grauior pœna apud Græcos, quam gladij, vel haſtæ. Veget. Steuuech.

Clypeum ſuſpendebant milites perfuncti militia. Roſin.

Clypeum abiicere erat deſperantis, & ſummæ infamiæ. Dempſt. Muret. *l.* 9. *c.* 2.

Clypeus multis vulneribus confoſſus militi glorioſus. Dempſt.

Clypeo mortui elati milites. Dempſt.

Clypeis impoſiti pueri apud Celtas explorabantur, an legitimi eſſent, ſi ſupernatarent. Pius *c.* 13.

Clypeos haſtis ferire militaris iræ indicium erat. Merobr. Alex. *l.* 4. *c.* 3.

Cœlibes ad ſenectutem vſque perſeuerantes, æra pœnæ nomine ad ærarium ferre iuſſi. Alex. *l.* 3. *c.* 13.

Cœlibes Lacedæmone olim à muliereulis feſto quodam die circum aram trahebantur, virgiſque cædebantur. Scalig. *Poët.*

Cœlibes nil ex hæreditate olim capiebant, orbi vero dimidium. Lipſius, *excur.*

Cœlibes qui deceſſiſſent in eorum ſepulchris puer ſitulam tenens ſculpebatur. Suidas.

Cœlibes olim infames, Lycurgi legibus ludis abſtinebant, & nudi per hyemem forum circumibant: & Platonis legibus arcebantur ab honoribus. Roman. maritis præmia dabant.

Cæpe, quia reuireſcit decedente Luna, contra inareſcit adoleſcente, ideo Sacerdotes Ægyptij cœpas non edunt, quia ſolum olerum omnium contra Lunæ actu vices minuendi, aut augendi habet contrarias. Gell. *l.* 20. *c.* 7.

Collegia primum a Numa Pompilio inſtituta. Roſin.

Collegia duo Romæ Capitolinorum, & Mercurialium. Capitolini Capitolium incolebant, ludóſque Capitolinos celebrabant. Mercuriale erat mercatorum. Turn. *aduerſ. l.* 5. *c.* 28.

Collo ſeruorum molentium pauſicape, ſeu cardopeum, inſtrumentum quoddam appenſum, ne farinam inter molendum deuorarent. Pollux. *l.* 10. *c.* 25.

Colobiis non vtebantur ſerui. Pithœus 1. *ſubſ. c.* 16.

Coloniæ ſuos habuerunt Augures, Pontifices, & certos patronos. Roſin.

Coloniæ deductio aratro demonſtrata. Roſin. Et in eam aſcribendi nomina dabant.

Coloniæ Romanæ ciuitate donatæ, fruebantur iure priuatæ libertatis, connubiorum, iure patrio, iure legitimi dominij, teſtamentorum, tutelarum. Roſin.

Colonia inauſpicato deducebatur, luſtrabatúrque, ſenatum & populum habebat, & ſub vexillo deducebatur. Sigon. *de antiq. iure Rom.* Triumuiri creabantur ad agrum aſſignandum. Caſaub.

Coloniam in aliquam educendi apud Romanos in eam nomen dabant. Parei elect.

Coloniæ Latinæ ius Latij habebant, id eſt, ciuitatis, ſuffragij, & magiſtratuum capiendorum, ſi in ſua Colonia Magiſtratum geſſiſſent: Italicæ verò tantum ius ciuitatis. Municipia iure ciuitatis erant donata, eántque ſui iuris, niſi eo deducerentur Coloniæ, & ita fiebant Coloniæ. Præfecturæ erant, in quibus ius dicebatur, & nundinæ agebantur, eróntque quædam Reſpublicæ, ſed in eas ex Vrbe Præfecti, qui ius dicerent, mittebantur. Forum erat locus negotiationis, vbi ius dicebatur. Conciliabulum ſimile, ſed inferius Foro. Municipia Coloniis prælata, hæ Præfecturis, Præfecturæ foris, Fora conciliabulis. Turn. *aduerſ. l.* 8. *c.* 11.

Coloniæ militares deducebantur, vt Veterani milites feſſi præmium reciperent laborum. Roſin.

Coloniæ ius maius quam municipij, quia coloni iura inſtitutáque Populi Romani, nihil ſui arbitrij habebant; municipes verò ſuis vtuntur legibus, & inſtitutis.

Cogitabundi pectus digitis pulſabant, quaſi cor euocaturi foras. Parei electa.

Columbæ ad literas ferendas in ſpectaculis in ſinum Senatorum Romæ. Lipſius, *Saturn. l.* 2. *c.* 6.

Columbæ

Columbæ ſuper crucem olim ſuffixæ. Nouar. electa ſacra.

Columba auguriũ felix ſignificabat. Roſin.

Columbas vendentes,alentes,inter infames habiti. to.Seldenus.

Cognomen non datum ſeruis. Item fœminis, neque agnomen. Viris verò Prænomen, Cognomẽ,Agnomen,Nomen.Alex.

Columbinos pullos uuis excluſos ſputo, ſaliuave luſtrabant ad faſcinum abigendum. Iuius.

Columna in virtutis teſtimonium erecta. Nouar. *Adag.*

Columnæ in mediis ædibus conſtitutæ. Dempſt.

Columnæ olim in publicis porticibus rem amiſſã,& nomẽ cuius ea erat inſcribebãt. Item vbi habitaret, promiſſa quoque inuentori mercede,heuretico dicta. Eadem inquiſitio facta propter furtum , per licium,& lancem. Snieh. *comm.*

Columnæ io confiniis poſitæ, quæ dirimerent terras. Turn. *aduerſ.l.5.c.*8.

Columnæ olim in foro excitatæ. Rhodig. *l.*18.*c.*12.

Columnæ in agris obæratorum , qui tum erant ſoluendo , in quibus deſcripta erat debiti magnitudo , & debitoris oomen. Attica bell.Pont.

Comam detondebant Lacedæmonij quoties vitæ periculum adibant. Dempſt.

Comæ ſectæ in alieno funere, & abraſæ mœroris tempore. Pont. Att. bel.

Comam alebant ingenui , ſubmittebant in luctu.

Coma outrita in honorem Deorum Comas promittebant Græci. Polymath.

Comam olim cum primum toodebant fluminibus eios loci primitias ſacrabant.

Comam peregrinantes ſeruabant intooſam. Pont. *Attic.bell.c.*3.Hartungus 1.*Dec.*

Comam depoſitori, puberes futuri, menſuram vini Herculi offerebant, hæc libatio dicta œnitter a *l.6. c.*29. Nouar. *Sched.*

Comæ primitias olim Virgines nupturæ Deabus conſecrabant. Marc. Donatus.

Comam peregrè euntes intonſi alebant, quam redoces , & ſoſpites dumi tondebant Ægyptij,ex Diod. *l.*1. Turn.*aduerſ. l.*22.*c.*28.

Coma circumtonſa olim non ſentientibus ludibrij gratia. Manut. *Adag.*

Coma reducta rei ducti ad ſupplicia. Polymathia.

Comam nutrire ſeruis in Græcia nefas : ingenui verò nutriebant, & hac diſtinguebantur. Alex. *l.5.c.*18.

Comitia, conuentus populi ad ferendum de aliqua re ſuffragiom. Roſin.

Comitia propriè tria ; Coriata,Centuriata, & Tributa. Roſin.

Comitia curiata, in quibus popnlus curiatim,ſeu per Curias ſuffragiũ ferebat.Roſin.

Comitia curiata nõ poterãt auſpicato fieri, niſi intra pomœrium, ideoque in Comitio de exercitu , legibus , pace, & bello.

Comitia Centuriata , quibus populus per claſſium centurias diuiſus ſuffragium ferebat de magiſtratibus fereodis,itavt ſuffragia colligerentur Centuriatim , & quod plures centuriæ iuſſiſſent,id tatum habebatur.

Comitia Centuriata in loco inaugurato haberi oportebat;non tamen intra Pomœrium,ſed in Campo Martio extra vrbem. Roſin.In his creati Coſſ.Tribb.mil. Prætores , & reliqui Magiſtratus maiorum auſpiciorum.

Comitia Tributa , quibus populus ſuffragium ferebat per tribus. Roſin.

Comitiis Tributis nullus locus deſtinatus vti Curiatis,& Centuriatis, ſed modò in Comitio,modo in Campo Martio,modò in Capitolio,ſiue intra ſiue extra vrbem, ſine auguriis. Roſin.

Comitia omnia diebus tantum Comitialibus haberi poterant. Roſin.

Comitia indicta in Comitio ſæpè ob tempeſtatem ingruentem peragi oon poteraot,quia tecto carebat.

Comitia magiſtratuum , aut legum haberi non poterant ; niſi Augures adeſſeot. Roſin.

Comitia vt impeditentur , Magiſtratus de cœlo obſeruabant priuſquam haberentur. Augures verò obnunciare poterant futuris,inſtitutis, aut iam habitis. Roſin.

Comitia Ioue tonante, aut fulgurãte haberi oon poterant , dirimebanturque tonitru superueniente,aut ſi morbo Herculeo,ſeu Comitiali aliquis correptus cecidiſſet, Turn. Roſin.

Comitium fori pars erat vbi roſtra , in quo quicquid ex vſo Reipubl. foret decernebatur : poſt extra vrbem in Campo Martio. Dempſt. *l.*5.

Comitiorum tria vitia: fulgere,tonare,fulgurare. Manut. *Quæſit. l.2.c.*5.

Comitiale tribuoal erat in Campo Martio, vnde Magiſtratus Comitia habebat , & Quirites illic alloquebatur. Turn. *aduerſ. l.*30.*c.*20.

Comitia qui habebat, Tribus, & Centurias in ſuffragium mittebat ; his verbis,Ite in ſuffragium Diis bene iuuantibos.Briſſon.

Comitiis io Curiatis ſinguli viritim ſuffragia ferebant,in Centuriatis verò per Centurias , io quibus cupiæ aliquorum plus poterant , & diuites prævalebant, in illis populus vniuerſus. In calatis Pontifices, Sacerdotes , Augures , Flamines lecti, in quibus non populus vniuerſus , ſed tantum deſcripti , electique conueniebant dictum Concilium. Alex. *l.4.c.*2.

Comœdi ſocco , Tragœdi cothurno pedes induebant. Roſin.

Comœdiarum, & Tragœdiarũ vſitata clauſula,Valete,& Plaudite. Feſtar. *Acclam.*

Comici Laruas dabant hiſtrionibus eorum ſimiles, quos inſectabantur. Suid.471.

Compediri erat vltimum ſeruorum ſupplicium. Pithœus 2.*ſubſec.*9.

Comperendinatione inſtituta prius defenſor,poſteà accuſatot dicebat. Roſin.

Comperendini dies , quibus vadimonium licet dicere. Roſin.

Competitores Conſulum,aut Prętorũ per id tẽpus,quo Coſſ. aut Prætt. priuati manebant

bant inquirebant de ámbitu in deſignatos. Roſin.

Compita erant domicilia Latium. Pithœus 1.*ſubſ.*9.

Compitalia incerto die celebrata.Idem *ibid.*

Compiralitia ſacra Laribus, & Geniis facta à ſeruis duntaxat. Marc. Donat.

Concha ante inuentam tubam antiqui vtebantur. Turn. *l.*.28.*c.*44.

Conchis maximis olim vſi pro calculis. Poll. *l.*8.*c.*5.

Concilia pene omnia Acclamationibus terminata,& dimiſſa. Fetrar. *Acclam.*

Concionari bis non licebat, qui pudicitiam proſtituiſſent ſuam. Suidas 803.

Goncionaturi vrebantur voce præconis, ſi faucibus, aur voce laborarent, & in ſuggeſtu Deorum ſtatuæ, præcipuè Veneris locatæ. Nouar. *adagia.*

Conciones qui audiebant mercedem capiebant,& qui ſerius veniebant ea carebant. Nouar. *Sched.*

Conclamari olim ante fores poſiti, vt extremum ſpiritum terræ redderent, vel vt poſſent à tranſeuntibus curari, qui ſimili morbo laborabant. Nouar. *Sched. lib.*11. *cap.*8.

Concubinis dos non dabatur. Parei elect.

Cond. mnationis in formula aliquando & crimen,& pœna fuit comprehenſa Roſin.

Condemnati tria oblata, enſis, laqueus,venenum. Hartung.2.*dec.*8.

Condictio eſt,in diem tertium eius rei,quæ agitur, denunciatio. Roſin.

Conditor vrbis à religione exordium ducebat augurio, quo captato, qui vrbem nouam condebat, albo tauro exterius, & vacca interius arabat, inde murum faciebat, vbi portam volebat eſſe tollebat aratrum;aratrum qui tenebat, togæ laciniam in humerum dextrum reiiciebat, ſeſéque cingebat, eodem modò vrbes euertebantur. Roſin.

Conductor in auctione digitum tollebat.

Confines agros poſſidentes quotannis Terminalibus agnas cædebant iucundéque epulabantur. Turn. *aduerſ.* *l.*12.*c.*11.

Congiaria, & miſſilia ſparſa à principibus populo non manu, ſed toga prætenſa accepta. Dempſt. *l.*1.

Coniuratio militaris differt à Sacramento. Milites euocati ſinguli iurabant; coniurati verò non ſinguli, ſed vniuerſi ſe Sacramento obſtringebant, ideo non erant iuſti milites. Turn. *aduerſ.* *l.*12. *c.*18.

Conſtitutionibus dies, & Conſul adiiciebatur. Briſſon. *Form.*

Conſularia ætas fuit annus 43. Inter Conſulatum & Præturam minimum intercedebat biennium. Gradatim per Quæſturam,Tribunatum, ſeu Ædilitatem, demum per Præturam, quæ dabatur anno ætatis 40. Roſin.

Aliquando tamen Conſulatus datus, vt Pompeio Magno, non præmiſſis illis dignitatibus.

Conſularia inſignia; ſella Curulis in quâ ius dicebatur trabea, ſeu purpura prætexta, cum faſcibus 12. prælatis, ac totidem lictoribus alterius menſibus. Roſin.

Conſulatum petere abſenti haud licitum, quia candidatus petere debebat. Roſin.

Conſules deſignati iurabant. Calendis Ianuariis Conſulatum inibant: frequenti populo comitati in Capitolium aſcendentes,ad vota nuncupanda Iunoni hoſpitæ ſacrificabant. Roſin. In ſellâ eburneâ ſedebant. Beroal.

Conſul nemo creatus niſi prius fuiſſet Quæſtor, Ædilis,& Prætor. Roſin. Aliquando abrogatum eſt hoc ius.

Conſules quo die Magiſtratum inibant ſinguli ſingulos boues Ioui Capitolino mactabant. Roſin.

Conſulum ius ſummum in militiam, & Prouincias. Roſin. De capite tamen ciuis agere non poterant. Alex.

Conſules non ante paludati in Prouincias exibant, quam ferias Latinas indixiſſent. Roſin.

Conſules annum auſpicabantur,ab iis enim anni numerati. Roſin.

Conſules non niſi interregno, aut in locum demortui ſuffecti, ſtatim Magiſtratum inibant. Roſin.

Conſul in ſenatu, quem rogandarum ſententiarum ordinem Calendis Ianuarij tenuiſſet, eundem toto anno ſeruabat. Roſin.

Conſul nouus omnia fauſta optaturus nouum annum aperiebat. Dempſt.

Conſules Romani inaugurati in templo Iani Cal.Ian. Dempſt.

Conſulum nomina doliis præfixa, vt de ætate vini conſtaret. Brod.*miſcell.*1.*c.*5.

Conſules deſignati primi omnium in Senatu ſententiam rogabantur. Turn. *l.*4. *cap.*4.

Conſules ordinarij ſeu maiores dicti, qui Cal.Ian. Magiſtratum inibant,ex quorum nomine anni,literæ, faſti ſcripti; alij verò ſuffecti,ſeu minores. Turn. *l.*5.*c.*10.

Conſuli, vel ei qui Senatum habebat, dicebatur *Conſule*,vel *Numera*; id eſt,refer ad Senatum, vel oſtende non eſſe frequentem Senatum, neque ſatis ad Senatuſconſultum faciendum. Turn. *aduerſ.* *l.*28.*c.*27.

Conſulibus Reſpublica permiſſa in maximo diſcrimine, cum decernebatur, vt viderent,ne quid ea detrimenti caperet. Turn. *l.*30.*c.*15.

Conſul vterque rarò egreſſus ad bellum, inter ſe ſortiebantur,vter egrederetur: interdum auctoritate Senatus, ſi pluribus hoſtibus reſiſtendum eſſet, Prouincias ſortiebantur. Steuuech. Veget.

Conſules alternis diebus in bellis imperabant: etiam Tribuni militum. Steuuech. Veget.

Conſules in Senatu referebant. Deſignati verò, ſi qui erant, aut Principes Senatores primi ſententias dicebant. Caſaub. *ad Spart.* Illis iniuſſu Senatus Prouinciâ diſcedere non licebat. Alex.

Conſuli aduentanti, vt pop. cederet, aſſurgeret, & cum plauſu acciperet lictor admonebat. Beroald. *ad Suet.* *l.*1.*c.*70.

Conſul

Conſul deſignatus antequam Conſulatum iuiret, Collegam ſibi ſæpè nominabat, aut Senatus dicebat, aut Comitiis vterque creabatur communi ſtudio, votoque. Alex. *l.3.c.2.*

Eundem Conſulatum petere non licebat infra decennium.

Conſules nominati ſtatim Prouincias, & legiones cum collega partiebantur, ac Iouis Opt. Max. templum adibant, Senatum habebant, vt eum conſulerent de Reip. ſtatu, ferias Latinas indicebant, inde auſpicato ad vota nuncupanda in Capitolium ibant, tum paludati, aut trabeati, in Prouincias ibant, prius habita concione ad populum de Prouinciæ ſtatu. Alex.

Contractuum diſſoluendorum cauſa ad dies feſtos conueniebant. Parei Elect.

Contractuum monumenta deſcripta in libris elephantinis, aſſeruata in æde Saturni. Roſin.

Controuerſiæ in templis componi ſolitæ. Pont. Attica bell. & aliquando templa non ingrediebantur, ſatiſque putabant, ſi ad ædem alicuius Dei acceſſiſſent. Caſaub. *ad Suet.l.1.*

Contumeliarum maxima, cædi & conſpici. Vouer. *ad Petron.*

Contubernium, non matrimonium eſt inter ſeruos. Vouer. *ad Petron.*

Conuerſione pollicis infeſtus Theatri fauor expreſſus. Ferrar. *Acclam.*

Conuitia permiſſa vel ſeruis in Dominos impunè vindemiæ tempore. Item agricolis poſt fruges collectas, vinitoribus in vindemia, populo in triumphantes. Feſcennini verſus in nouas nuptas. Ferrar. *Acclam.*

Conuitiis mutuis ſe impetebant Poëtæ in Lenæis feſtis, ad riſum concitandum. Item mulieres in curru ad Eleuſinia ſacra portatæ. Gyral. *Syn.*

Conuitia mutuò iactitata à Lindiis inter ſacra peragenda. Zenodotus. Manut. *adag.*

Conuitiis olim explorati myſteriis initiandi, veluti tintinnabulo excubiæ. Manut. *adag.*

Conuitium in ſeruum erat, *Venefice, Vlmitriba, Cucule, Morticine, Gymnaſium flagri, Cuſtos carceris,* &c. Parei electa.

Cor in extis non apparuiſſe, triſtis portenti habitum. Briſſon. *Form.*

Cordis figuram, ſeu bullam geſtabant collo appenſam ingenui pueri. Electa Nouar.

Coriarij extra vrbem habitabant. Lipſius *excurſ.*

Coriandrum oblatum Athenis pro maſculis feſto Curetide, pro femellis dos. Poll. *l.8.c.9.*

Cornea porta omnia vera, eburnea falſa emittit. Dempſt. Virg.

Cornua affixa in veſtibulis ædium Dianæ. Gyral. *Syn.* 12.

Coronale tributum à Rhodiis perſolutum Romanis quotannis, quia liberi erant; non vt tributum ducibus, ſed vt corona amicis. Suidas 883.

Corona ænea clauis affixa capiti cõiurantis.

Corona lanea in ludibriũ impoſita adulteris *Ioſeph. Laurentij Polymath.*

Coronatio læti nuntij indicium. Coronæ aureæ Ioui allatæ. Briſſon. *Form.*

Coronam diſcerpit, qui amore ſoluitur, & qui voti fit compos.

Coronas ſerui manumiſſi geſtabant in libertatis indicium. Nouar. *Sched.*

Coronæ cereæ malum portendebant. Nouar. *Sched.*

Coronæ cartaceæ in ludibriũ adhibitæ. Idem

Corona data aduocatis, & læta nunciantibus. Cum coronis occurrere alicui, amicitiæ teſſera eſt. Idem

Coronati poſtes, veſtibula, forum in feſtis. Idem

Corona emptitia, aut alienis manibus contexta dedecori erat, contra propriis manibus conſtructa decori. Idem

Corona propoſita in foro ſignum erat captiuorum venalium Roſin.

Coronas Ianus primus inuenit. Roſin.

Coronæ aureæ duæ in cellâ templi Capitolini. Roſin.

Coronas capiebant non ſtantes, ſed deorſum adorantes. Nouar. Electa.

Coronæ ciuicæ, etſi vilioris materiæ, quia ex ilice, quercu, eſculo, at omnium glorioſiſſimæ. Caſaub. *Suet. Aug.* Hac donatus perpetuò eam geſtabat, & ludos ineunti, à populo & ſenatu aſſurgebatur; ſpectabat inter Senatores. Alex. *l.4.c.*18.

Corona triumphalis initio laurea, aurea deinde facta. Dempſt. Hæc in ſinum Iouis deponebatur, aut templis ſuſpendebatur.

Corona lanea in expiatoriis, & magicis receptiſſima. Dempſt.

Corona hederacea in conuiuiis adhibita, & ab iis vſurpata, qui Liberi patris nomen affectabant. Nouar. Electa ſacra.

Corona ebrietatis indicium. Idem Nou.

Corona etiã victis aliquando data. Idẽ Nou.

Coronæ dicatæ & ſacræ Diis Laribus, & Manibus in priuatorum, publicorúmque ſepulcris. Idem Nou. Caſell.

Corona in Olympicis certaminibus victori data. Nouar. Electa ſacra.

Coronæ aureæ (æneæ tantùm datæ in Græcia Olympionicis,) Imperatoribus re bene geſtâ, Muret. *l.15.c.7.*

Coronæ conuiuales ex quolibet flore, & herbis præterquam apio, quòd feralis ſit herba. Muret. *l.16.c.*18.

Coronæ myrteæ impoſitæ ſepulchris. Magius. *l.2.c.17.*

Coronati Lares, & domeſtici in nuptiis, & manumiſſi. Item fores, lupanaria frondibus ornata. Caſel. *l.1.c.19.*

Coronati venibant ſerui. Briſſon. *Form.*

Coronati antiqui in annua votorum nuncupatione. Caſell. *l.1.c.19.*

Coronati vates carmina ſcribentes, & Sacerdotes vittati. Turn *aduerſ.l.29.c.3.*

Coronatus populus in Circo ludos Apollinares ſpectabat. Gyral. *Syn.*17.

Coronâ quernâ heroici Poëtæ Romæ olim donati ſoliti. Scal. *Poet.*

Corona nuptialis erat duplex, virginalis verò ſimplex. Turn. *aduerſ. l.29.c.4.*

Coronis ſacrorum certaminũ additæ faſciæ, quæ & teniæ, & lemniſci dicti. Turn. *l.26.c.30.*

Coronidem, vt in calce librorum olim adpinguebant, ita in fronte lunulam ad ornatum, vnde cornua librorum dicta. Turn. aduerſ. *l.2.c.*10.

Coronis ciuicis inſcribebatur, ob ciues ſeruatos. Briſſon. *Form.*

Coruus celeriter crocitans tempeſtatem ſignificat. Suidas. Auis inauſpicata.

Cothurni non ſolum Tragœdis apti, ſed & puellis, & viatoribus. Dempſt. *l.5.c.7.*

Cramben elixam Ægyptij, & Sybaritæ ante alios cibos comedebant ad ebrietatem auertendam. Manut. *Adag.* Suid.

Creditores cum nomina ſua extorquere non poterant, in corpora ſæuiebant, locum illis circumſcribendo. Caſaub. in Athen. *l.2.c.23.*

Creditoribus niſi ſatisfactum fuiſſet à debitoribus, hi mortui pro pignore detenti inſepulti. Nouat. *Sched.*

Creditores cum non poterant extorquere nomina ſua, in corpora ſæuiebant, adimebant libertatem eundi quò vellent, locum circumſcribentes, vnde illis exire non fas ante redditam pecuniam.

Creditores tenebantur alere ſuos debitores, niſi haberent de ſuo vnde viuerent Parei El.

Crepidatum incedere ſenatorem dedecebat. Magius *l.3.c.3.*

Crepidis non vſi ſerui, crepidæ erant mulierum, & conuiuarum. Polymath.

Crepidis, aut mulleis ſerui & plebeij non vſi, ſicuti nec colobiis, nec calceis, quæ liberorum erant. Alex. *l.5.c.*18.

Crepitus ventris infamis, religionem turbabat. Parei electa.

Crepitu digitorum matellam poſcebant antiqui. Mart.

Creta abſolutionis nota. Cretâ olim ſignatæ epiſtolæ. Manut. *adag.* Carbo condemnationis.

Cretaceâ notâ impreſsâ pedes ſeruorum notabantur. Dempſt. *ad Roſinum.*

Cretenſes celebrantes Hermæa, domini miniſtrabant ſeruis diſcumbentibus. Dempſt.

Crimina ferè omnia pro magiſtratus arbitrio ad populi iudicium tranſlata fuere. Roſin.

Crimina grauia cum nominibus ſceleſtorum columnis inciſa. Nouat. Sched.

Crines templis vouebant vxores ob reditum maritorum. Gyral. *Synt.*10.

Crinem Diis olim vouebant, & nutriebant pro ſoſpite, & ſecunda valetudine. Turn. *aduerſ.* *l.7.c.*14.

Crines & barba non ſolum Phœbo Curotropho, ſed etiam aliis numinibus, vt Fluminibus dicati. Gyral. *Synt.7.*

Crines promiſſos matronæ alebant, Scorta breuiores. Electa Parei.

Crines primi tonſi Phœbo ſacrati. Pont. Attica bell.

Crines Penatibus ſacri. Polym. Eorum primitias Delphos deferebant Athenienſes ex ephebis excedentes. Alexand. *lib.5.* *c.*16.

Crines tondentes, Romano Pontifici ſe ſubiectos profitebantur. Nouat. *Sched.*

Crines primi dicati Diis, aut Fluminibus.

Crines primos vouebant virgines in nuptialibus ſacros Dianæ, & Iunoni. Vou. *ad Petron.*

Crines anteriores Abantes tondebant, alebant poſteriores, ne ab hoſtibus prehenderentur. Roſin.

Crines alere indicium libertatis. Dempſt.

Crines, & vngues poſiti tempeſtate ingruente. Polym. ex Petron.

Crinem, & barbam promittebant rei, & lugentes Romani. Polymath.

Crine plerumque intecto virgines, eoque in vertice cumulato, in ceruicem pendulo, matronæ verò diſcriminabant. Mercerius.

Crinitus officium ſeruile obire non poterat. Dempſt.

Criniti olim priſci & intonſi, tonſi ſerui. Idem

Croci, & balſami aſperſiones factæ in theatris. Caſaub. *In Spart.*

Crumenam vacuam præferebant, qui non erant ſoluendo. Polymath.

Crumenas collo ſuſpendebant. Nouar. electa ſacra. Pontani Attica bell.

Crumenas geſtabant Hebræi inſcriptas, Hieruſalem, literis aureis. Nouar. *Elect.*

Crura effracta cruci affixis. Iunius *Annot.* *l.3.c.*12.

Crucis ſupplicium atrox ſeditioſis, & perduellionibus irrogatum, & maius quam patibuli, quia illa diutius cruciat, & enecat, hoc ſtatim. Roſin.

Crucis patibulum olim vile apud Romanos, & maximè ſeruorum, in cuius medio ſtipite erat tabella prominentior, cui inſiſtebant ſontes. Lipſius. Parei Electa.

Crux fuit latronum ſupplicium legitimum vſque ad Conſtantini tempora, & ſublati in crucem per milites cuſtodiebantur. Briſſ. *Form.l.5.*

Cubicula calefaciebant fauillâ, & carbone, quia in iis camini non erant. Caſaub. *in Athen. l.3.*

Cubito remanere preſſo eſt ociari, & quieſcere. I. Barbaranus *ex Hor. ode* 27. *l.*1.

Cuculi appellati agricolæ tardi, & mariti non cuſtodientes vxores. Polymath.

Culeus, vini menſura capiens 40. vini vrnas, & vnam præterea auctarij loco. Turn. *aduerſ. l.22.c.9.*

Culter idem in ſacris apud Delphos, atque ſuppliciis. Gyral. *Synt.*13.

Cultrum vaginæ gladij adnectere ſolebant. Nouat. Schediaſ. *l.*10.*c.*28.

Cultri ſtatim ablati à menſa apud Hebræos abſoluto conuiuio, antequam abirent. Nouat. Sched. *l.*10.*c.*2.

Cultris ſe ipſos Bellonarij feriebant, & proprio ſanguine numen placabant. Roſin.

Cultros aſſumebant ad rem diuinam ituri. Caſaub. *ad Spart.*

Cuminum ſerebant malè precantes, quod ita felicius germinaret. Manut. *adag.*

Cunina Dea cunas infantium cuſtodiens. Roſin.

Cutiæ

Curiæ ſeu partes populi Romani 30. & ædes in quibus Curiæ ſuæ facta publica faciebant. Roſin.

Curiæ ſingulæ ſuos Curiones ſacerdotes habebant, qui pro ſua Curia ſacra facerent, feriaſque obſeruabant. Roſin.

Curia Romæ duplex, vna in qua ſacerdotes res diuinas curabant, altera in qua Senatus habebatur. Alex. Alex. *l.* 1. *c.* 16.

Curiis ſingulis ſinguli erant lictores euocandorum gratia ciuium Roſin.

Curiis in ſingulis ara alicuius numinis erat, vt in Iulia Victoriæ, &c. Caſaubon. *ad Suet.*

Curiam antequam Senatores, habendi Senatus gratia intrarent, Magiſtratus rem diuinam faciebat, atque exta conſulebat. Augusti tempore thure, & mero ſupplicabant, limen adorabant. Idem factitatum à legatis exterarum gentium Curiam intrantibus. Caſaub. *ad Suet. l.* 2. *in Aug.*

Curiata Comitia curiatim celebrata non poterant auſpicato fieri, niſi intra pomœria idque in foro, Roſin. Centuriata extra pomœrium de Magiſtratibus creandis, Alexand.

Curiatis in Comitiis ij tantum ſuffragium ferebant ciues, qui in Curias eſſent deſcripti. Roſin. & ſinguli ciues vel viliſſimi: at in Centuriatis centuriæ, & diuites præualebant. Alexand.

Curiata Comitia omnium prima à Romulo inſtituta, legum ferendarum gratia, trinundino ante indicata. Roſin. Poſtea de exercitu, legibus, ducibus eligendis, de pace & bello.

Curiata lex non lata niſi præſentibus tribus Auguribus. Iun *Com.* 4.

Curio Sacerdos, qui ſacra pro ſua Curia curabat, ab vnaquaque curia ſuus creatus; è quibus Maximus vnus dictus omnibus antiſtans, & Comitiis curiatis lectus.

Curionia ſacra, quæ in Curiis fiebant. Curionium æs erat illud, quod dabatur Curioni ob ſacerdotium Curionatus. Roſin.

Curioſi, & famigeratores olim ſuppliciis coërciti. Parei electa.

Curioſitas à Locris mulctata. Plut. *de curioſ.* Nouat. *Sched.*

Currere imberbibus in Lupercalibus non licuit; quibus non permiſſum intereſſe nocturnis ſpectaculis, abſque aliquo maiore nato propinquorum. Nouat. *Sched.*

Currus axis, quo ſponſa domum vecta, comburebatur. Nouat. Elect. ſacra.

Currus triumphantis albo colore exhibebatur. Dempſt.

Curſores pennas in capite geſtabant. Nouat. *Sched. l.* 11. *c.* 5.

Curſores pinnigeros habebant Imperatores & Præſides prouinciarum, quibus vſi pro tabellariis. Caſaub.

Curuli certamine, qui ſepties propius metam ſaltiis quadrigis acceſſerant, per reliquam vitam in conuentu cum palma, & corona ſtabant; triumphantes quadrigis in patriam inuehebantur, vectigalium ſemper immunes. Gualt. *ad Hor.*

Curulibus ludis apud Græcos duodecimo ſpatio, apud Romanos ſeptimo curſum terminabant. Parei electa.

Curuli ſella eburnea magiſtratus maiores in curiam, & forum vehebantur. Gualterius. *Hor.*

Cuſtodes appoſiti accuſatoribus. Polym. Cuſtodiebantur rei vincti à duobus militibus. Briſſon. *Form.*

Cuſtos poſt partum pueris appoſitus, ne Syluanus per noctem ingrederetur. Dempſt.

Cuſtodiis in liberis ante confeſſionem rei conſtituti. Roſin.

Cuſtodia triplex, prima Carcer, ſeu Cuſtodia militaris: ſecunda Cuſtodia libera apud Magiſtratus: tertia apud vades, cum eorum periculo fideiiuſſoribus tradebatur. Lex. I. Can.

Cuſtodia militaris libera erat, à qua vincula, catenæque aberant; hæc propria Senatorum: aliquando erat in ædibus magiſtratuum, nos dicimus, *ſequeſtrari.* Briſſon. *Form. lib.* 5.

Cutem capitis, vna cum pilis, Scythæ reſecabant. Suid.

Cyaneus color, ſeu cæruleus in funeribus infantum. Magius 3. *c.* 14.

Cynædi cauponij cum longis manicatis tunicis. Parei Electa.

Cynædi pueri calamiſtrati, molles comas alebant, & in nodum religabant. Iun. *com.* 4.

Cynædi Deæ Cybeles erant ſacri, & eiuſdem ſacris intereſſe debebant. Marc. Don.

Cynanthropia laborantes ſepulcris obuerſabantur. Magius 4. *c.* 12.

Cytharœdi cuſtodes pudicitiæ cum palla ſaltabant, plauſu excepti in Circo. Polymath.

D

Damnatorum maieſtatis, præter alias pœnas grauiſſimas, nomen deletum, & obliuioni mandatum perpetuæ, effigies fractæ. Lipſij Excur.

Damnati Atheois, nullo expreſſo ſupplicio, interrogabantur, quid ſe emeritos putarent.

Damnati Athenis ſibi pœnas æſtimabant grauiores, vt iudices per miſericordiam infligerent leuiores.

Damnatis ad mortem capilli à capite in occipitium reducebantur, manus poſt terga religabantur, ac veſtis ſcindebatur. Polletus. *Fori Rom. l.* 4. *c.* 19.

Damnatorum imagines adimebantur, eæque in carcerem trahebantur. Turnebus, *adu. lib.* 21. *cap.* 11.

Damnatis tria Theramenis mala offerebantur: aut gladius, aut laqueus, aut aconitum. Manut. *Adag.*

Damnatis, antequam ad ſupplicium ducerentur, ſaturis, & potis tria licebat impune dicere. Suidas 366.

Damnati imaginem in anulo ferre, capitale erat. Caſell. *Varior.*

Damnatorum nomina non delata ad ærarium ante diem decimum. Polymath.

Damnati in arenam ad ſpectaculum ducti, & ad beſtias, vt cum eis in amphitheatro

pugnarent.

Damnatis ad mortem quidpiam cibi apponebantur, ne fame necare eos viderentur, quod inhumanum habitum. Nouar. *Sched. lib.*1 t.*cap.*10.

Damnatorum veſtes mutatæ, laceratæ à lictoribus. Polymath.

Damnatorum nomina columnis inſcripta. Polymath.

Damnabantur rei vel ad opus, vel ad metalla, vel ad gladium, vel ad ludum, vel ad ferrum, vel ad viarum munitiones, aut purgationes cloacarum. Briſſon. *Form.*

Damnaturi iurabant ſe nihil gratiæ, nihil precibus dare. Briſſon. *Form.*

Damnaturi aliquem Perſæ in vitam præteritam inquirebant; ſi plura inuenirentur laude, quam culpa digna, abſoluebatur. Muretus, *lib.*8.*cap* 35.

Damnati ad gladium confeſtim abſumebantur, vel intra certum tempus; damnati in ludum non vtique conſumebantur, ſed etiam pileum poſt quinquennium, rudem poſt triennium accipere poterant. Briſſon. *Form. lib.* 5.

Damnati in metallum, verberibus coërceri ſoliti, à militibuſque aſſeruati, ſerui pœnæ dicti. Idem.

Debitores ſecabantur in particulas extremitatibus membrorum. Cerda *ad Virg.*

Debitores Reipublicæ ex mulcta, nec nono Senatus conuentu perſoluentes in carcerem includebantur, repudiatis ſponſoribus. Suidas.

Debitoris, qui foro ceſſerat, bona diſtrahebantur Briſſon. *Form.*

De capite iudicatur; velum obducebant in deliberando, & ſcribenda ſententia. Nouar. Electa.

Decembri menſe à D. Bruto mortuis parentatum. Magius *l.*1.*c.* 9.

Decempedis in ædificiis dimetiendis vtebantur. Briſſon *Form.*

Declamare ſoliti adoleſcentes in foro exercitij gratia, aliquando etiam viri ætate prouecta. Gualt.

Decima pars bonorum in auctione Herculi conſecrata Item hæreditatis. Parei Elect. Pont *Att.*

Decoctoribus in theatro, lege Roſcia, locus ludibrij cauſa aſſignatus. Marc. Donat.

Decoctores voluntarij tam apud Romanos, quàm Athenienſes toto theatro abſtinere iuſſi. Scal *Poët.*

Decoctores in Græcia in forum inducebantur, & ſedere iuſſi, cophinum capiti recipiebant impoſitum, ludibrij ergo. Pontani Attica bell.

De collo ſuſpendebant crumenas, & in ſinum demittebant.

Decumæ Diis Heroibuſque omnium prouentuum dicatæ, Ioui potiſſimùm; fructuum Herculi. Alex.*l.*2.

Decuriæ equitum millia continebant ante Tiberium Polletan. *Fori Romani, lib.* 3. *cap* 8.

Decuriæ iudicum vel erant Senatorum, vel Equitum, vel Tribunorum ærariorum. Idem *ibid.*

Decuriæ equitum tres, quæ iudicabant. vna Tribunorum ærariorum, altera ſelectorum iudicum, tertia nongentorum; ad has tres quartam Auguſtus addidit eorum, qui ducena in profeſſionem cenſualem deferebant ſeſtertia, non vt equites quadragena, hinc dicti ducenarij. Turn.*l.*19.*c.*16.

Defenſor viginti dies habebat ad defendendum, totidem accuſator lege Cornelia. Roſin.

Deficientibus à Philoſophia Pythagorei tanquam mortuis, cœnotaphia extruebant.

Defixiones, veneficiorum genus, hominum exitum portendentes. Polym.

Defodere homines in terram dimidiatos igneque circumpoſito interficere Carthaginenſium inuentum. Gualt. *Hor.*

Deformes viri, & Æthiopes occurrentes inauſpicati.

Deguſtationi vini dies dicebatur, in quo hæc verba præferebantur. *Nouum vetus vinum libo, veteri nouo morbo medeor.* Briſſon. *Form.*

Deiectio è ſaxo Tarpeio per carnifices facta. Roſin.

Delatores Senatus acclamationibus ad Leones poſtulati. Ferrar. *de Acclam.*

Delatorum frons olim inuſta nota D. ſicut Calumniatorum C. Turneb. *Aduerſ. lib.*8.*cap.*23.

Delphino veſci olim nefas Athen. *lib.* 7. *cap.*7. In eadem lance poſiti parricidæ, & delphinum edentes. Oppianus.

Demenſum datum Calendis cuique. Pontani Attica bell.

Demenſum ſeruorum in menſem quaternorum modiorum. Brodæus, 2. *Miſcel.* 1.

Denarius deferebatur in Ædem Iuuentutis, cum quis virilem togam ſumebat. Dempſt.

Dentis euulſionem primus Æſculapius inuenit. Roſin.

Dentes olim ſibi lotio defricabant. Turneb.*aduerſ.l.*21.*c.*27.

Dens qui primus puero cecidiſſet, in armilla incluſus brachio appenſus geſtabatur. Nouar. *Sched.*

Dente nondum genito infantem cremari nefas. Plin.*l.*7.*c.*16.

Dentes & vngues olim quotidie curati. Dempſt.

Dentem dente rodere iracundi ſignum. Manut. *Adag.*

Depilabantur ſcorta, & pathici. Iun. *Com.*2.

Deſpondebat abſenti abſens per Epiſtolam. Roſin.

Depotationes in Inſulas vſurpatæ ſub Imperatoribus. Briſſon. *Form.*

Deportatio in inſulam olim pœna grauis damnatorum. Dempſt.

Deportati amittebant ciuitatem, & libertatem, non autem relegati. Lexicon. Iur. Canon.

Depoſitum pecuniarum factum Romæ in templo Pacis. Marcell. Don.

Depoſitæ pecuniæ in ſacculo conſignabantur. Briſſon. *Form.*

Deſignatis

Deſignatus Rex Perſarum, à deſignante, quicquid poſcebatur, permittebat. Rhod. *l.27.c.14.*

Deſignati Magiſtratus è campo in Capitolium, mox ab vniuerſo pop. domum ſuam deducebantur. Alex. *l.4.c.2.*

Deſperantes caput velabant. Scheg. *Promeſſ.10.*

Deſpuebant olim ad mala auerruncanda; & contra morbum comitialem. Ter expuebant in admouendis medicamentis: contra incantationem, & faſcinum ter in ſinum expuebant. Manut. *adag.*

Deſpuebant veteres quæ abominabantur ne euenirent: ex Plauto. Parei electa.

Deunce bibaces apud veteres potabant. Roſin.

Deuotum Deo hominem impunè occidere licebat. Res Deo deuotas ſibi aſciſcere nemo poterat.

Deuotus Diis Manibus ab exercitus duce, ſi in acie non cecidiſſet, vt Diti ſatisfiat, ſignum ſepteni pedes altum in terram defodi oportebat; & vbi ſignum defoſſum fuiſſet, illic hoſtias immolari non licebat. Galli pro ſalute publicâ hominem deuouebant. Romani gladio ſe obiiciebant. Alex. *l.3. c.22.* Græci decimum quemque Apollini, Perſæ viuos homines defodiebant. Idem.

Dexter locus, interiórque honoratior in ſermone honoris. Siniſter verò, & exterior in Circo. Cerda, *ad V. Virgilii.*

Dexter pes in calceo, ſiniſter in pelui ſit prior. Ariſtoph. Suid. 219.

Dextra porta in Tragœdia peregrinum, aut hoſpitem emittebat. Dextra ara Baccho dicata in Tragœdia; Apollini in Comœdia. Scal. *Poët.*

Dextra fuit religionis, & fidei firmatæ ſedes. Parei electa.

Dextra primum auſpicium hoſpitalitatis.

Dextra compeſcebant antiqui tumultuantem multitudinem; indicebant ſilentium ea elata. Alex.

Diebus feſtis inſunt ſacrificia, epulæ, ludi, feriæ. Profeſtis faſti, comitiales, comperendini, ſtati, præliares. Macr.

Diadema Regum Macedonum redimitum erat capite Leuhlno. Nouar. *Sched. l.10. cap.4.*

Dicis causâ, id eſt, leuiter, perfunctoriè aliqua fiebant, vtcumque poterant, vt religione defungerentur, cum ſimulata in ea olim pro veris haberentur, & qualiacumque pro optimis dicarentur. Turn. *aduerſ. l.11.c.20.*

Dictator, Vide Militaria.

Diei initium Athenienſibus, & Ægyptiis ab Occidente Sole, Babyloniis & Perſis ab Oriẽte; Vmbris, Hetruſcis à meridie; Romanis à media nocte: vulgo verò ab ortu lucis ad tenebras. Alex. *l.4.c.20.*

Dies apud Romanos tam æſtate, quam hyeme 12. horis inæqualibus conſtabant. Manut. *Quæſit.4.*

Die vltima hebdomadis, quâ qui in lucem editus, fata vocabantur, quæ ſcribebantur; quòd eo die viderentur Parcæ in totam ſtatuere vitam, qua fortuna futurus quis eſſet. Turn. *l.10.c.22.*

Dies quidam Romanis religioſi, quidam præliares. Macedones toto menſe Iunio non præliabantur. Iudæi Sabbato ſe defendere nolebant. Germanis auſpicatiſſimus dies Lunæ nouæ, & impletæ. Steuuech. *Veget.*

Dies atri infauſti, quibus agere quicquam publicè religioſum.

Dies Calendarum, ſi quis alius, Ianuarij religioſus; primus enim dies anni auſpicatiſſimus; fauſtis apprecationibus fauſta apprecabantur, templa aperiebant, vota concipiebant, artes auſpicabantur; ſtipes, ſtrenæque datæ, Iano litatum, &c. Roſin.

Dies plures feriati apud Tarentinos delicatiſſimos, quàm operatij.

Diem natalem celebrabant omnes Romanij, at præcipuè Ægyptij.

Diem ciuilem Ægyptij incipiebant à meridie ad mediam noctem. Gualt. *ad Hor.*

Dies dicebatur perſonæ potentiori, quam vt eam rapi in ius conueniret, datis vadibus. Parei elect.

Dies atri, Manibus ſacri, dum feralia, & parentalia Diis manibus fiunt; & ancylia mota nondum in templo Martis condita; nuptiis, & itineri ominoſi: alij quoque. Vide Alex. *l.4.c.20.*

Digitorum crepitu matulas poſcebant antiqui diſcumbentes. Brodæus, *c.25.*

Digiti Mineruæ conſecrati. Iunius, *Annot. l.4.c.12.*

Digito ſublato in auctione ſe quis emptorem fatebatur. Modius, *ep.105.*

Digiti crepitu pro imperio vſi potentiores. Pontanus.

Digitum tollebat ſuperatus victori ſe dedens. Manut. *Adag.*

Digiti pectinatim inter ſe iuncti, veneficium habebatur. Barbaran. *ex Plin. l.28. cap.6.* Calcagn.

Digitum ori applicare ſilentium erat indicere, item anulum admouere. Idem

Digito monſtrari decorum erat, & dicier, *hic eſt.* Barbaran. *ex Perſio.*

Digitus medius & medicus Græcis dictus verpus, & infamis, impudicus, ſupremi contemptus index. Fetrar. *Aclam.*

Digitum tollebant comprobantes, conducentes in auctionibus, in ſuffragiis. Manut. *Adag.*

Digitus, vnguis & oculus ſi ſaliiſſet, aliquid boni vel mali ſibi euenturum antiqui ominabantur. Parei electa.

Digitorum crepitu delicatuli aliquid petebant, & domini aliquid vilius. Rader. *ad Mart.*

Digitorum ſublatio in arena, victoriæ ſignum erat conceſſæ.

Digitorum longitudo laudata. Vno digito ſalſamentum attingendum, duobus piſcis. Nouar. *Sched. l.4.c.20.*

Digito minimo veteres ad pugnam inuitabant. Alex. *l.4.c.26.*

Digiti Mineruæ ſacri, Digitorum nominibus vtebantur contra pauores. Idem. *ibid.*

Digitos

Digitos ſibi amputabant, vel pollicem militiam detrectantes. Steuuech. *Veget.*

Digito mouſtrari, & dicier *Hic eſt. Hic eſt ille Sophos* ingeminari glorioſum. Briſſon. *Form. lib.* 8.

Digito anulari, ſeu medico apud Romanos veniam poſcebant à Diis, locum Neſeos, quæ Dea vltrix malorum, & fautrix bonorum, poſt aurem dextram obſignabant, Alex. *l.* 4. *c.* 56.

Diludia, ſpatium qood permittebatur gladiatoribus vt à ludis feriarentur. Lipſius.

Diocletianus primus ſe vt Deum adorari iuſſit Caſſiodorus.

Diras, & horribilia arcebant expuentes. Item, ſi vidiſſent rabioſum, aut comitiali morbo correptum. Elect. Plaut.

Diræ auguriorum genus, quæ vel Omina, & hæc erat ſaliſſatio, ſternutatio, & tinnitus auris: vel Offenſiones, verbi gratia ſi egreſſuro limen inſonuiſſet, pes hæſiſſet, offendiſſet in aliquid: vel voces incerto auctore emiſſæ auditæque ex improuiſo. Vel occurſus hominum aliorumque animalium inauſpicatorum, cum nempe negotium aggreſſuris, iter inccepturis, inauſpicata offertur perſona, Eunuchus, Æthiops, &c. Dempſt. *lib.* 3. *cap.* 8.

Diribitores populo in ſuffragium ituro tabellas miniſtrabant. Roſin. Probro non carebant: Marc. Don.

Diſcedentis, aut à ſe dimittentis aliquem, hæc vox vſurpata *Nunquid vis?* Turn. *Adu. lib.* 15. *cap.* 18.

Diſcedentes ab iis, quos nunquam viſuri eſſent ſic ſalutabant. *Vale, atque Salue.* Parei Electa.

Diſcedentibus male precantes imprecabantur, viam & iter perpetuum. Briſſon, *Form. lib.* 1.

Diſceptationes fictæ prius intra domeſticos parietes amicorum opera, quàm iudicio contenderent. Cic. Liuius, Pontanus, Attica, bell.

Diſciplinæ cuſtodia ſeuera Cenſoribus ſine prouocatione commiſſa. Roſin.

Diſcipulorum auris dextra ſignata. Nouarini Electa.

Diſcipulus magiſtro olim parebat vſque ad eam ætatem, qua petere Magiſtratus poterat. Parei Elect.

Diſcipuli pro diſciplina ſoluebant octonos aſſes æris pro mercede ſingulis Idib. *ex Hor Sat.* 6. Briſſon. *l.* 6.

Diſcoloria veſte vti ſoliti ij, qui publica auctoritate aliquid faciebant, Pithœus *ad Petron.*

Dixi finis erat omnium orationum. Prætor vero, vt in conſilium mitterentur Iudices pronunciabat, *Dixerunt*, vel *Nil vos moramur* Pollet. *Fori Rom. l.* 2. *c.* 13.

Doctoralis laureæ conferendæ ritus non multum abſimilis Agonibus Græcorum. Iun. *an.* 5. *cap.* 21.

Doctores artium liberalium, & medicinæ profeſſores iure pleno ciuitatis Romanæ donati à Iul. Cæſare. Marc. Donat. Nouar. *Sched.*

Dolentis & mœrentis ſignum erat caput in terram deiicere, inter genua deponere. Nouar. *Sched. l.* 9. *c.* 35.

Dolia antiquorom erant fictilia. Turneb. *Adu. l.* 17. *c.* 5.

Dolo malo aliena bona diripientes quadruplo pretio damnabantur. Parei Elect.

Domini nomine etiam olim honoris gratia aliquem ſalutabant. Marc. Donat.

Domini charactere ſerui inſcripti. Nouar. Electa.

Domini vocati reges à ſeruis domini. Caſell. *lib.* 2. *cap.* 14.

Domini nomen Auguſtus, & Tiberius recuſauit, vt nomen Dei eſſet. Tertullian. Sueton.

Domibus incendio conſumptis, amici pecuniam conferebant, ad eam reparandam.

Domum ingreſſuri fores prius pulſabant. Barbara. *ex Plut.*

Domum relicturi in perpetuum, limen ſuperum, & inferum ſalutabant; at qui profugi exulatum ibant, aut peregrinatum diu ab futuri domo, poſtes domorum, & portarum limina amplectebantur; quod & faciebant in patriæ imagine, id eſt colonis. Turn. *lib.* 22 *cap.* 18.

Domum interdicebant; cum amicitiam renunciabant. Caſell. *l.* 2. *c.* 11.

Domus Cæſarum paruulorum teſtudineis affluebat alueis. Rhodig. *l.* 10. *c.* 3.

Domus puerperarum corona inſignitæ. Pont. Attic. bell.

Domus lauro coronata in lætitia publica; at cupreſſo in luctu. Idem.

Domus ædificatæ ab vxorem ducentibus. Idem.

Domus locatæ Kal. Quinctilibus. Idem.

Donatæ mulieres Kalend. Maij, Pont. Attic bell.

Donatio inter coniuges prohibita. Idem.

Dona data; & coronæ hiſtrionibus. Idem.

Donis, quæ figebantur, aut iactabantur inſcriptiones addi conſueuerunt. Briſſon. *Form.*

Donari extra ſortem valdè honorificum habitum Idem.

Dormiebant in pellibus oracula petituri. Item nouæ nuptæ; lugentes iacebant. Rhodig. *lib.* 27. *cap.* 14.

Dormientibus noctu, ridiculi cauſa, ora fuligine infecta. Parei Elect.

Dormire in dextram autem ocioſi ſignum. In vtramque ocioſiſſimi. Barbar. *ex Plinio.*

Dorſum & poſticæ partes Plutoni ſacræ. Iun. *annot* 4 *cap.* 12.

Dos magna olim vigeſima talenta. Parei Electa.

Draco ſacer erat Ioui, Soli, Cereri, Proſerpinæ, Triuiæ, Æſculapio, & præcipuè Heroibus: quo picto ſtatim locum ſacrum augurabantur. Turn. *Adu. l.* 13. *c.* 12.

Dracones cuſtodes theſaurorum. Gyral. *Sym.* 17.

Draconis legibus inanima quoque exilio mulctata, ſi cadentia hominem interfeciſſent. Brodæus 5. *Miſc.*

Draco ore caudam retinens, anni erat hieroglyphicum apud Ægyptios. Dempſt. *l.* 4. *c.* 1.

Dupondij dicti ſtudioſi iuris primo anno, quaſi friuolo verbo: Quarto, Lytæ: Quinto, Prolytæ. Rhodig. 4. c. 7.

Duumuiri in municipiis, tanquam Coſſ. Romæ. Pithœus, 2. *ſubſec.* 18.

Duumuiri ædium ſacrarum locandarum, ædificandarumque Tributis Comitiis creati. Roſin.

E

E*A res agitur*, formula iudicibus à Prætore data, eos admonens, quid quærerentur; &, quid in iudicando ſequi deberent, Turn. *Aduerſ.* l. 2. c. 17.

Edicto Patres in curiam vocabantur. Briſſon *Form.*

Edictum in tabella proponebatur, antequam Comitia Centuriata fierent Roſin.

Edictis omnibus hoc præmittebatur, *Bonum Factum B. F.* Patei Electa.

Effigies maiorum in prima ædium parte, & in atriis ſtemmata dicta.

Effigies amicorum ſibi mutuò mitti poſcebant. Nouar. *Sched.*

Elegantiores homines odoratis vnguentis caput perfundebant. Patei Elect.

Ementes & vendentes priſci non pretium enumerarunt, ſed appenderunt. Roſin.

Ementes, & contrahentes adhibebant ſenes; ſi ſummam integram non dabant, ſymbolam, ſiue arrham relinquebant. Patei Elect.

Emptores inquirentes, quanti rem venderent, mordebant, guſtabant. Pollux, *l.* 7. *c.* 33.

Enſes geſtati penduli ad latera ex humeris. Dempſt.

Enſes abſtergebant in occiſorum capitibus, quaſi remouentes piaculum cædis. Suidas, 571.

Epheſtium Deum colebant cohabitantes, ſicut Philium amici. Rhod. l. 15. c. 17.

Epigrammata olim ſculpta in tripodibus, ſeu crateribus ternis pedibus fultis Barrient. *annot. cap.* 4.

Epilogorum dies, in quibus ad conciliandam miſericordiam, paruuli etiam filij reorum producebantur. Quintil. Aſcon. Roſin.

Epiſtolæ læta nunciantes contractiores & accuratiores, ſi victoriam laureatæ.

Epiſtolarum epigraphe, nomen ſcribentis, & eius ad quem ſcribebatur, continebat, addita ſalutatione; claudebatur hac formula, *Vale atque hoc cura.* In fronte verò, *Si Vales bene eſt, ego valeo.* Gytal. *Synt.* 17. Imperatores vero ſcribentes ita exorſi, *ſi vos liberique veſtri valetis benè eſt, ego exercitusque valemus.* Briſſon *Form.*

Epiſtolarum principiis ſalus adſcribebatur. Earum ſubſcriptionibus bonæ preces, & vota pro ſalute Imperatorum adiiciebantur. Briſſon. *Form.*

Equi olim etiam ſignati in coxis. Nouar. *Sched. lib.* 9. *cap.* 19.

Equæ ad certamen equeſtre ſtudioſè altæ, iiſque mortuis monumenta erecta. Gualt. *ad Hor.*

Equis militaribus ſeneſcentibus publicus character inuſtus. Nonar. *Sched. l.* 9. *c.* 19.

Equum Flamini ſacrorum tangere olim nefas. Idem, *ibid.*

Equi dimiſſi aliquando in prœlij diſcrimine, vt fugiendi præcideretur occaſio. Idem *cap.* 23.

Equi Marti immolati Idib. Decembris ab eo qui ludis Circenſibus vicerat. Nouar. *Sched. lib.* 11 *cap.* 2.

Equi coronari in Conſualibus ſoliti. Scal. *Poët.* Item in triumpho. Dempſt.

Equus mactatus orienti Soli. Gytal. *Synt.* 17. A Maſſagetis Soli immolatus.

Equo Imperatores inſidere, item in ſellis Regiis priuato nefas. Caſaub. *ad Spart.*

Equos alere, Lacedæmoniorum erat imprecatio. Nouar. *Sched.*

Equi ſeſſore vacui poſt Imperatorem ibant. Nouar. *Sched.*

Equos nudos aliqui aſcendebant, ſine frenis eos regentes. Idem, *ibid.*

Equos ſeneſcentes notabant in maxilla inuſta rotula, quæ dicta triſippion, qua agniti in militia non aſſumerentur. Manut. *Adag.*

Equi, & aſini coronis, ſertiſque ornati feriabantur Conſualibus Sextili menſe. Alex. *lib.* 5 *cap.* 25.

Equeſtris ordo fuit ſeminarium Senatorum. Roſin.

Equeſtris cenſus fuit ſeſtertiûm quadringentorum millium. Item inſigne, anulus aureus.

Equeſtres ſtatuæ non niſi magnis viris conceſſæ. Dempſt. *ad Roſin. l.* 9.

Equites in ordinem legebantur à Cenſoribus. Roſin. diſtincti in Centurias, Dempſt.

Equiti Cenſores equum adimebant, ſi quid deprehenderent honeſtati contrarium. Roſin.

Equites eſſe deſinebant, ſi vel in Senatorium ordinem cooptabantur, vel magiſtratum geſſiſſent, vel patrimonium dilapidaſſent, vel propter flagitia inſignia illo ordine eſſent priuati Roſin.

Equites in ludis ſpectandis ſeparatas ſedes à Senatoribus, & plebeiis habebant. Idem.

Equites tunicam clauiam geſtabant, ſed claui anguſti. Idem.

Equitibus equus publicus, & anulus aureus aſſignatus. Idem.

Equites ante Syllam iudicarunt annis 56. Robertellus, *l.* 2. *c.* 35.

Equitem à Senatore diſtinguebat cenſus, & clauata tunica. Manut. *Quæſt.* 2.

Equites non ſellis, ſed ſtragulis è panno, aut corio vtebantur.

Equites incedebant in tranſuectione trabeati, & olea coronati Idib. Iulij, horum equi ſine ſtrato. Dempſt. *l.* 1. *c.* 17.

Equites vſi veſte anguſti claui, ideo illorum inſigne erat anguſtus clauus. Roſin.

Equiti Romano dedecori erat habere equum gracilentum, & malè curatum. Nouar. *Sched.*

Equitibus emeritis Cenſores vacationem dabant. Roſin.

Equo publico qui in Capitolium tranſuehebatur, in ius vocari non poterat. Roſin.

Equi hinnitus inituro prœlium quandoque victoriam ominabatur. Roſin.

Equitandi ars primùm à Neptuno tradita. Roſin.

Equuleo torti longiores effecti. Nouar. *Sched. lib.* 11. *cap* 3.

E Republica eſſe quod cenſuiſſent Senatores

tores iurabant. Briſſon. *Form.*

Errones in tutela Dianæ. Dempſt.

Euge, ἰὼ acclamatum iis, qui pugnis decertabant. Ferrar. *Acclam.*

Eunuchi occurſus, & Æthiopis inauſpicatus antiquis, Brod. 4. *Miſc.* 5.

Excalceati antiquitus tam ſerui quam Senatores. Dempſt. ad Roſin. *l.* 5. *c.* 36.

Excedere iubebantur, qui relegabantur. Briſſon *Form.*

Excreare, aut mingere in templis, aut theatris nefas Caſaub. *ad Suet l.* 6.

Excubiæ ſeruorum ad limina potentium. Pont. Attica bell.

Execratio ingens apud Cretenſes erat alicui, vt mala conſuetudine vteretur; apud quos infamiæ genus fuit, non amatum fuiſſe. Nouar *Sched. l.* 11. *c.* 24.

Exilij cauſa ſolum vertere olim licitum, & in vrbibus Latinorum, Præneſte, aut Tiburi immorari. Turn *Adu l.* 16 *c* 21.

Exilij triplex genus, aut omnium locorum interdicebatur acceſſus præter vnum, vel in inſulam deportabatur, aut vltra tertium lapidem ab vrbe egredi vetabatur. Alex. *l.* 3. *c.* 10.

Exilio ciues iure ciuitatis priuati. Roſin.

Exodiariis apud veteres in fine ludorum intrabat. Dempſt.

Expoſiti pueri, ſi deformes, gladiatoribus traditi; ſi formoſi, caſtrati, & dati reginæ, aut ſerui facti eorum qui illos ſuſceperunt. Aliquando feris obiecti, quod immane, ideo vetitum.

Expoſiti in mare, vel fluuios proiecti. Dempſt. paſſim apud Græcos, ſed Thebani lege interdixere.

Expoſiti in vaſculo de papyro facto, ac bitumine illito, dicto in fiſcella, aut catharo. Dempſt.

Expoſiti vna cum precioſa ſupellectile, vt auro, anulo, monili, &c. Dempſt.

Expuebant ad omnia dira, & horribilia arcenda, vt ſi rabioſum, aut morbo comitiali correptum vidiſſent. Manut. *Adag.*

Exſibilantes ſupplodebant pedibus. Ferrar. *Acclam.*

Extemporalis orationis auctor Gorgias Leontinus. Iun. *Annot* 4. *c.* 17.

Exules Romani toga non poterant vti. Roſin.

Exulum bona publicabantur, neque locus, & tempus illis præſcribebatur. Contra relegatis, locus & tempus præſcripta Suid. 680.

F

FAba alba boni ominis, nigra mali apud antiquos. Stuch. *Conu. l.* 2. *c.* 8.

Fabam nec tangere, nec nominare Flamini Diali permiſſum. Roſin.

Fabam frictam ex melle edebant veteres. Muret. *lib.* 17 *c.* 15.

Fabam domum referebant poſt ſementem, boni auſpicij cauſa, quod inauſpicatum videretur, fruges è domo in agrum exportaſſe, vt non redituras, retuliſſeque fabam exiſtimabant, fruges retuliſſe, ideo faba illa dicta, refrena, refertiua. Turn. *Adu. l.* 14. *c.* 25.

Fabæ, legumina & apium in parentalibus. Gyral. *Synt.* 17. Fabæ ſuffragia erant Græcorum. Alexand. 4. *cap.* 15.

Fabata pulte Romani & priuatim, & publicè rem diuinam aliquando faciebant. Turnebus, *lib.* 29. *cap.* 28.

Fabricenſes publico ſumptu alti, vt in publicis officinis arma fierent.

Fabulas ſuas hiſtrionibus Poëtæ vendebant. Brodæus, *l.* 9. *c.* 17.

Fabulam primus Andronicus dedit. Roſin.

Facibus ſignificabatur Perſarum Regi, quod erat ſcito opus. Brodæus, *l.* 6. *Miſc. l.* 6.

Facibus ſigna dabant, & viris proceribus obuiam prodibant. Pont. Attic. bell.

Faces, & lucernæ in itinere nocturno. Pont. Attic. bell.

Faces accenſæ veſperi ad noctis concubium. Parei Elect.

Faces Dianæ latæ cum canibus, & inſtrumentis venatoriis. Pont. Attic. bell.

Faciem contundere palmis erat deſperantis, & mœrentis I. Barbar. *ex Appiano.*

Factiones duæ potiſſimæ Athenis Pedij, & Parali. Marcel. Don.

Factum bonum. Factum improbè, edictis & legibus quibuſdam adiici ſolitum. Pithœus 2. *ſubſec.* 2.

Factum quod imperaſti, reſponſum erat Tribuni, aut Centurionis, iuſſu principis, cum res erat peracta. Caſaub. *in Suet.* Tacitus. Muretus *lib.* 12. *cap.* 5.

Falcones ſi apparuiſſent futuri boni ſpem certam faciebant Roſin.

Falſiratis reo dextra præciſa, more noſtro. Nouar. *Sched. l.* 9. *c.* 57.

Fame graſſante, aut peſte, aliquis publicè altus immolabatur Athenis, Deorum placandorum ergo. Hartung. a *Dec.*

Famulo nuper empto bellaria quædam infundebant, dicta Carachyſmata. Pollux, *l.* 3. *c.* 7.

Fana ſeruiebant etiam audiendis legatis. Brodæus, 2. *Miſc.* 17.

Fanaticorum mos erat capillos fundendi, & promittendi. Parei Elect.

Farinam aut fermentum tangere Flamini Diali nefas. Roſin.

Farinæ eſculentæ primus inuentor Epicharmus. Suid. 122.

Faſces viciſſim apud alterum dumtaxat Conſulem alternis menſibus: & accenſus apparebat Coſſ. non habenti faſces: lictor ſequebantur. Alex.

Faſces duodecim Conſules, Prætores vrbani binos, Prouinciales ſenos præferebant. Pollerus, *For. R. l.* 3. *c.* 6.

Faſces viminei virgarum ex betulla aut vlmo, ſex Prætori, & Magiſtro Equitum, duodecim Conſuli, viginti quatuor Dictatori præferebantur; non gregatim, nec bini, ternique, ſed ſinguli, & in lineam. Gyral. *Synt.* 17. Lipſius, in vrbe Coſſ. ſine ſecuri faſces, foris in prouincia decretâ cum ſecuri. Alex. 1. 27.

Faſces lauru decorati parta victoria. Faſces ſubmittebant, occurrentes maioribus, honoris gratia. Alex.

Faſces affixi poſtibus liminum magiſtratuum. Pithœus, *ad Petron.*

Faſciæ crurales, etiam auro redimitæ. Magius *lib.* 3. *c.* 3. Pectorales virides datæ pueris. Alex. *l.* 3. *c.* 58.

Faſciis crura pedeſque inuoluere, viris olim indecorum,

indecorum, & muliebre habitum. Turn. *adu. l. 7. c. 10.*

Faſciæ pedules, ſeu crurales adhibitæ primò ad crura tegenda, & calceos continendos volumine rotundo. Item, adhibitæ ad caput, & crura liganda, proprie tamen erat mulierum pro papulis comprimendis. Dempſt.

Faſcini idolum ſub curru triumphantium portatum. Roſin.

Faſcinum auertuncandi gratia, affigebant arboribus donaria, & arinos.

Faſcinum auertebant, in ſinum ſpuendo Hartung. 1. *dec.* Item ſaliua ieiunorum. Alex. *l. 6. c. 27.*

Faſcinum arcebant præfantes, Præfiſcinè, Præfiſcini.

Faſcinum, ſeu pudendum, faſcini depellendi gratia, è collo puerorum ſuſpendebatur, Item è curru triumphantium; ex hortis, ex foribus. Item ſatyrica ſigna, nam ſatyrion inuidiam depellebat, vti turpia, & ridicula.

Faſcinum depellebat puerorum Cunina Dea. Item monilia ſacris conſerta conchis, lucifugæ meles, viui lapides cum corallis iuncti, & herbæ magico cantu adiutæ.

Faſcini repellendi gratia, cum vuæ legebantur, aut vina diffundebantur, ſolenne verbum effatum, *Multa.* Cum fruges coaceruabantur, aut recondebantur; *Grandid farra*; Cum confabulabantur de meſſe, quantum collegiſſent dicebant, *Quantum ſatis eſſet oppido.* Sanarus, *ad Sidon. l. 1. c. 6.*

Faſtigium, ideſt, tectum in morem templorum Cæſari tanquam Deo permiſſum, vt Val. Poplicolæ, vt foras ædes aperirentur. Caſaub.

Fauor theatri propitius pollicis vtriuſque compreſſione, infeſtus conuerſione ſignificatus. Ferrar.

Fauorem theatri turpem ſibilis, paſtoritia fiſtula, vociferatione, oris, & manuum ſannis exprimebant.

Fauſtum habebatur in auſpiciis, ſi quid ab ortu ſolis prodiiſſet.

Fax, aut ignis ardens prælatus Imperatoribus in publicum prodeuntibus. V. Faces.

Februarius menſis totus attributus à Romanis audiendis legatis exterarum nationum. Roſin.

Felem colebant Ægyptij, & ciconiam.

Feliciter, acclamatum, cum benè quid ceſſiſſet: Cũ verò malè, *Vellem qua velles. c* 8.

Feliciter, Feliciter quod agis, vox in congratulationibus.

Femoralia, tibialia ignota priſcis. Pont. Attic. bell. Item, thorax Iudæis. Cornel. à lapide. Scythis verò femoralia in vſu.

Femoris, & faciei percuſſio doloris ſignum. Nouar. *Sched.* Item indignationis. Magius. Pontanus.

Feneſtris clathratis vtebantur antiqui.

Ferias publicas ſingulis menſibus Rex ſacrorum, aut Prætor proclamabat.

Feriis populus candidis togis regi ſolebat. Epulum verò dabatur in ædibus ſacris, vt *Ioſeph. Laurenty Polymath.* in templo Caſtoris. Abſtinebant litibus, iurgiis, & opere.

Feriatis diebus vim cuiquam inferre piaculare erat, propulſare non vtique.

Ferarum interfector apud Ægyptios morte mulctatus.

Feris ſontes in amphitheatro obiecti. Roſ.

Ferrum ignitum a iurantibus geſtabatur, fidei faciendæ cauſa. Hartung. 2 *dec.* 8.

Ferrum non erat in vſu veteribus, quia rarum; ſed æs. Magius *l. 4. c. 3.*

Ferrum candens in mare proiectum, fœdus facientibus Græcis.

Feſcennini verſus, ſeu conuicia primum vſurpata ab agricolis inuicem, poſt meſſe; inde poſt vindemias in nonas nuptias.

Feſtiuitates choreis, & circum rotationibus celebratæ. Nouar. Electa.

Feſtuca libertatis fuit index.

Fæcialis. Fæmina, &c. *Vide* Fœcialis, Fœmina &c.

Ferrei orbes acceuſi in mare deiecti, apud Græcos fœdus facientes, adiurantes, vt ita extinguerentur cum omni ſtirpe, qui contra fœdus irent, velut ignitum ferrum aqua. Alex. *l. 5. c. 3.*

Fiat, Fiat, acclamatum in communi cõſenſu.

Ficus cibus potiſſimus Athenienſium. Demp.

Ficuum furta Athenis capitalia, vnde ſycophantæ fures dicti.

Ficum vt reciperent Athenienſes dono ab Agricolis, blandiebantur. Manut. *adag.*

Ficus ſicubi repertus, Mercurio ſacer ſupẽdebatur, quem cuiq; libitum furari. Idem.

Ficus Mercurio ſacra.

Ficus in principio, & fine menſæ adhibitus.

Ficus nigra ex arboribus infelicibus, alba, ex felicibus.

Ficuum exportatio Athenis vetita, & certi homines iuſſi obſeruare tranſgreſſores, & cum per calumniam multos innocentes deferrent, ſycophantæ appellati omnes improbi delatores.

Ficus puerorum oculis affricabant, ceu medentibus morbo oculorum.

Ficis recentibus coronabantur Cyrenenſes, placentaſque mutuo miſſitabant, cum Saturno operabantur. Macr. *l. 1. c. 7.*

Fictilia pocula viris optimatibus ſola in vſu apud antiquos, quod & Græci moris. Item templa Deorum & ſimulacra teſtacea erant è Samio luto.

Fidem fractam qui querebantur, inter expoſtulandũ rogare ſolebãt. Vbi eſt fides. Palmerius. 8. Fidem olim cõceptis verbis in deſignato loco profitebantur. Nou. *adag.*

Fideles olim in mundanorũ feſtis ieiunabãt.

Filiam paternorum bonorum hæredem, is, qui maximè propinquus erat, vxorem ducebat. Petr. Moſel. Gel. 4. c. 6.

Filiæ nobilium ciuium, qui optimè de republica meruiſſent, dotem ſuam recipiebant de publicò, ſi paupertate laboraſſet. Dem.

Filiæ parentibus, aut propinquæ honorariori cognato domum reuertenti aduerſum ibant. Parei Electa.

Filij optimatum in primordiis reipub. Romanæ miſſi in Hetruriam, diſcendæ auguralis ſcientiæ gratia. Dempſt.

Filios ſuos olim rarò in vrbem dimittebant ad ſpectacula, ſed rus ablegabant. Parei Electa.

Filios & filias veteres commandabant erudiendas non mulieribus, ſed viris præceptoribus. Erardus *ad Petron.*

Filius familias dictus dominus minor, pater dominus maior. Plautus.

Filij apud Romanos parentes mortuos loco numinum colebant. Caſaub. *ad Capitol.*

Finem rei, vt funeris, & Comitiorum Præco inclamabat, Ilicet: finem iudiciorum ſupremum, ideſt, nouiſſimum tempus. Actum eſt. Briſſon. *Form. l.5.*

Fiſcus fuit Imperatorum; Ærarium Reipub. vbi pecuniæ publicis vſibus depoſitæ: erat & Fiſcus in exercitu alendo militi. Marc. Don. Dempſt. *l.7. c.36.*

Flabella elegantiorum, ſiue muſcaria erant pauonina; tenuioribus caudæ bubulæ. Vt plurimum flabella erant è pennis inter ſe colligatis in vnum faſciculum. Caſaub. *in Suet.*

Flagellatio apud Romanos vile ſupplicium ſeruorum; at liberorum erat fuſtigatio. Corn. à Lapide.

Flagella ſeruilis pœna, nudatis corporibus inflicta: Fuſtes liberis etiam veſtitis. In flagellatione ſanguis elicitus, in fuſtigatione nunquam. Marc. Donatus.

Flagellatus apud Perſas regis iuſſu gratias agebat. Nouar. Electa ſacra.

Flagellati ſerui ante ſupplicium. Flagellis ſerui, fuſtibus liberi homines cæſi. Caſaub. *ad Suet.*

Floralibus ludis fœminæ impudicæ denudatis corporibus diſcurrebant. Roſin.

Floralibus ludis Ædiles ſpargebant in vulgus fabas, cicer, aliaque miſſilia. Dempſt. *l.2. c.19.*

Flores, corollæ inſtar inſerti capiti, pacis ſignum. Rhodig. *l.11. c.6.*

Florum, frondiumque coniectione honorati Ludorum actores, ſi placuiſſent. Ferr. *A. lam.*

Floribus excepti amantes, exoſi verò lapidibus. Pont. Att. bell.

Fluminibus crines Græci tondebant. Gyral. *dial.11.*

Flumine in ſacro nauigare licebat, non tamen natare. Turn. *adu l.29. c.26.*

Fluuios traiecturi auſpicia captabant antiqui.

Flumina ſacra illotis manibus non tranſeunda, magnuſque illis honos habitus ab ethnicis. Gualt. *ad Hor.*

Floonia Dea Iuno, culta à mulieribus concipientibus, vt ſanguinis fluxum cohiberet. Roſin.

Flagris cædi ſeruile habitum. Caſell.

Flaua coma meretricia erat, ſeu meretricum. Horat. *Od.*

Floccos de veſte legere, & ſordes abſtergere eſt adulantium. Pont. Attica bell.

Focum olim in mediis ædibus habebant, in quo tædas vrebant, luminis gratia. Turn. *adu l.4. c.11.*

Fœdera in ære incidebantur, cum hac clauſula ſancita, vt eoſdem amicos, & inimicos haberent. Brod. *miſcell 12.* Briſſon. *Form.* De Fœderibus, vide in ſacris Militaribus.

Fœminæ circumferebant virorum ſuorum imagines in tabulis cereis. Parei Electa.

Fœminæ, etiam ancillæ, criſpos & vnguentatos cincinnos habebant, cum purpureis aureis fibulis, &c. Parei Electa.

Fœneratores Calendis pecuniam locabant, in Idus (Pith. *ſubſec.2.c.4*) exactionem differebant.

Fœneratores in bona, non in corpora ius habebant. Nouar. *Sched. l.8. c.5.*

Fœneratores priores furibus habiti apud Romanos; hi enim duplo, illi quadruplo mulctati. Roſin.

Fœno torto aduerſus ſolis ardorem in fœniſecio ſe tegebant: quia veteres nudo capite incedebant, vel caput cucullo tegebant aduerſus imbres. Turn. *adu l.11. c.6.*

Foliorum ſparſio fiebat in certaminibus ante coronam. Nouar. *Sched.*

Foliis vſi pro ſuffragiis in tribubus, quibus ſuam inſcribebant ſententiã. Poll. *l.8. c.5.*

Fontes, & lacus venerabantur iniectione ſtipitis. Pont. Attic. bell.

Fontes perennes non præteribantur, niſi prius effuſis precibus. Rhodig. *l.27. c.5.*

Fora in quibus capitales cauſæ actæ, ſub dio erant.

Fores apud Græcos, quia in publicum, & foris aperiebantur, ne quem aperiendo forte prætereuntem læderent, eique fores impingerent, intus crepitum faciens ante edebat. Turn. *l.4. c.20.*

Fores ædium ornatæ ſigillis Deorum. Pont. Att. bel. Herculis præcipuè Alexicaci.

Fores non pulſatæ ab ingreſſuris apud Spartanos, ſed foris exclamabant. Nou. *Sched. l.11. c.27.*

Fores ædium, quas Conſules adibant, virgis percutiebant.

Fores cum pulſabantur, non ſolum qui, ſed quot eſſent noctu interrogatum. Nouar. *Sched l.11.*

Fores habebant ſculptum aut pictum ſignum artis; quam exercebat inquilinus. Idem.

Formoſi in ſacris adhibiti. Pont. Att. bell.

Formam puellæ laudantes cum Iunone comparabant. Parei Electa.

Fortis Fortunæ ſignum tangere nefas, niſi ab ea quæ ſemel nupſit. Giral. *Synt. 16.*

Fortuna aurea in templis, & cubiculis Principum. Ricquius *de Capit. c.29.*

Fors, Fortuna dubia culta ab infimæ ſortis hominibus, operariis, ſeruis, ruſticis, & qui ſine arte viuerent. Parei Electa.

Fortuitæ cædis conuicti ſua adminiſtrare poterant. Suid. 681.

Fortunæ muliebri coronam non imponit, niſi vniuira. Tertull. *de monog. c.17.*

Fortuna aurea in cubiculo Imperatorum, hæc ab Imperatore morituro donabatur ſucceſſori. Gyral. *Synt. 16.* Fortunæ muliebris ſignum tangere nefas, niſi à monogama.

Fortunæ, vel Mineruæ aureum ſignum moriens Imperator in ſucceſſoris domum deferri iubebat I. Barbaranus.

Fortuna regia in interiori principum cubiculo culta. Dempſt.

In Foribus,& in atriis domorum, ara,focus, & Lar familiaris erant. Alex. *l.5.c.24.*

Fores triumphalium virorum de via aperiebantur,non intus.

Fora in Italia, & Prouinciis, erant loca,vbi Prætores iuris dicendi gratia conuentum habebant.

Forum Romæ fuit vndequaque tabernis diſtinctum per pilas. Roſin.

Forum maximè frequentatum Romæ hora quinta. Brodæus 4.*miſcell.*33.

Forum ornatum ab Ædilibus ſcutis auratis & huiuſmodi,cum thenſæ ducerentur in triumpho. Caſaub. *Suet.*

Frater à fratribus trucidabatur in Coribantiis. Arnobius.

Fratrem puellæ vocabant, quibuſcum ſolitæ; Contra amatores ſuam Comparem. Erhar. *ad Petron.*

Fratri ſuperſtiti apud Iudæos neceſſe erat ducere fratris vxorem, ſi eſſet ſine liberis. *S.Script.*

Frós Genio ſacrata, anguſta cõmendata priſcis,ſed non phyſiognomis. Gualt. *ad Hor.*

Frontem ferire indignátis eſt. Muretus. Percutere eſt admirationis. Nouar. *Sched.*

Frontes ſeruorum noxiorum notis inuſtæ: hinc Stigmatiæ dicti. Brod. *l.4.c.24.*

Frontem explicare lætantis; contrahere triſtantis eſt. Manur. *Adag.*

Frumentum in pilis piniebatur ante inuentas molas truſatiles. Roſin.

Frumentum plebi diuiſum, teſſera frumentaria data: annona vero deficiente panis. Ad captandum vero plebis fauorem, frumentum diſtributum ſine pretio, & ſine menſura. Dempſt. *l.7.c.58.*

Fugitiui ſerui ſtigmate in fronte puncti, compedibus coërciti,& epigrammate,ſeu literis notari. Gualt. *ad Hor.* Vt ita compuncti dignoſcerentur. Erhar. *ad Petron.* Nouar. electa.

Fulgetra poppyſmis adorata. Plin. *l.27.c.2.* Fulmine ictus locus religioſus, & ſacer. Alex. *l.6.c.14.*

Fulguráte cœlo poppyſmata edebant,adorabántque. Nouar. Sched. *l.16.c.17.* Plin. *l.27.c.2.*

Fulmen diurnum Iouis,nocturnum Summani dictum. Iunius anim. *l.5.c.16.*

Fulmina,tonitrua,nitido claróque cœlo demiſſa magnam diuinitatis ſpeciem præſeferebant. Turn. *l.22.c.20.*

Fulmine tacti de cœlo, more Romano non cremabantur,ſed ſepeliebantur,lege verò Numæ Regis, id quoque vetitum. Turn. *aduerſ.l.16.c.22.* Fulmina à ſolo Ioue læta, à concilio Deorum Infauſta. Alex.

Fulmina à nouem Diis immiſſa putabant, at Romani diurna Ioui,nocturna Summano. Nouar.

Fulmina precationibus cogi poterant, ſacra verò contra vim fulminis. Nouar. Sched. *l.16.c.17.*

Fulmine tacti, ibi ſepulti, locus bidental dictus,expiatos oue. Idem *ibid.*

Fulminum genera quatuor Diſiiciẽs,Trãſfigẽs,Corripiẽs,Infigẽs. Seru. *ad Virg.1.Æn.* *Ioſeph. Laurenty Polymath.*

Fulmina dira,quæ per Septentrionem in occaſum vergunt:ex ortu,& in eundem circumactu redeuntia fauſta. Alex. Fulmen quacunque ex parte venit Comitia dirimit. Si fulminat, & grandinat calamitatem denotat. Idem.

Funibus forum Athenienſes cingebant,cum arcana iudicabant, ne quis inauſpicatus adiret. Pollux *l.8.c.40.*

Furẽ inſequentes clamabãt, *Prehende furem.* Petron. Itẽm,*tene,tene.* Briſſon. *Form.l.8.*

Fures balnearij capitali ſupplicio plectebantur,cũ cæteris dupli pœna mulctarentur. Gyral. *ſynt.17.*

Fures ad columnam Mænlam puniti. Roſin.

Fures apud Romanos ſua furandi concilia precibus Lauernæ Deæ furum commendabant. Gualt. *ad Horat.* Fures zonarij,metuebantur in foro. Parei electa.

Fures manifeſtarij deprehenſi, obtruncari impunè poterant. Gyral. *ſynt.17.*

Furibus locus pœnæ deſtinatus dictus Puteus,hypogæum,& barathrum,mala manſio,in qua conditi. Gyral. *ſynt.17.*

Furta apud Spartanos nõn infamia, niſi qui in eis deprehenſi. Suid.

Furta grauiſſimè Romani plectebant; Spartani impunita linquebant. Roſin.

Furta ficuũ Athenienſibus capitalia. Dempſt.

Furtiuæ res venditæ veſperi, ſub crepuſculum veſpertinum in Saburra. Caſol. *l.1.c.5.*

Furti accuſari nemo poterat, niſi manifeſto deprehenſus. Gyral. *ſynt.17.*

Furti in metu aliove periculo, Apollinem inuocabant. Gyral. *ſynt.17.*

Furti ſuſpectis excutiebatur pallium, & veſtis. Gyral. *ſynt.17.*

Furtiuas res in domo aliena quærere volentes, nudi quærere cogebantur, licio tamen quo pudenda tegebantur vincti, & lancem, quæ patina erat rotunda & lata, ante oculos tenebant, propter matrum familias,& virginum præſentiam. Erhar. *ad Petron.*

Furtorum quæſtiones per lancem,& licium. Pithœus, *ſubſec. l.2.c.2.*

Furioſi,arioli,ſe ipſos verberare conſueuere. Gyral. *ſynt.17.*

Furto res ſublatæ,ita conquiſitæ. Si v.g.ſciebatur fur, furtúmque vbi eſſet, ſi eam dominus ſtatim inueniſſet,non prohibitus ingreſſu,dicebatur furtum concipere; quod ſi vel in atrio eam non reperiſſet, ſed in interioribus partibus ædis cognouiſſet depoſitam, vt in gynæconitide vbi mulieres manebant; lex ei concedebat,vt ſe licio accingeret, quo expeditior ad rem quærendam eſſet,& lancem oculis opponeret,ne à mulieribus cerneretur, quod ſi tum rem furtiuam conciperet, & comprehenderet, pœnam furti irrogabat. Turn. *l.30.c.23*

Fuſtibus cædi liberorum pœna, flagellatio verò ſeruorum. Marc. Don. Caſell. *l.1, c.18*, Quare fuſtigatio leuior pœna flagellatione,ob eadem delicta. Briſſon.

Fuſos in via torquere, aut illos detectos ferre mulieribus interdictum lege Paganica. Alex. *l.4.c.8.*

G

GAletus inſigne Pontificum, Lituus Augurum, Paludamentum Imperatorum, Diadema regum. Alex. *l.* 2. *c.* 7.

Galli Cybeles teſta Samia execabantur. Hi Galli ſacerdotes ſe ſe cruentabant ad modos Phrygios, Aprili menſe, Megalenſibus, vſque dum in Almone matrem Ideam lauiſſent, tum Dea depoſito ſqualore cum ſordibus hilaris videbatur, & ipſi etiam lætabantur. Turn. *adu. l.* 9 *c.* 16.

Galli in læuam vertebantur, Hebræi & Gentiles in dextram. Nouar. electa.

Galli gallinacei quotannis Athenis vno die certamen committebant in theatro. Dem.

Galli gallinacei Æſculapio ſacri, Soli, noctique ſacrificati. Muret. *l.* 3. *c.* 7.

Galli matris Deũ ſacerdotes, audito Phrygio tibicine in furorẽ agebantur. Brod. 5. *c.* 13.

Gallus mactatus Æſculapio, Marti, Nocti, Ioui, Cybele, Menti, Gyral. *Synt.* 17 Muret.

Gallinarũ cãtus infauſtus. Roſ. Alex. *l.* 5. *c.* 13.

Gallis cum Romanis bellum gerentibus, neque ſacerdotes, neque ſenes vacationem habebant. Roſin.

Gallum & Gallam Romæ in foro ſub terra viuos demittebant. Brod. *miſcell. c.* 10.

Gallum Lacedæmonij Diis immolabant trophæi loco, ſi hoſtes viciſſent, magna clade illata; ſi verò deditione, nec victoris cruenta, bouem. Alex. *l.* 1. *c.* 22.

Garruli, ſycophantæ in foro, in medicinis, in tonſtrinis ſedebant. Parei Electa.

Geminos parere ſingularis Deorum beneuolentia habebatur. Parei electa.

Genio ſuo vel propitio vel irato res proſperas, vel aduerſas adſcribebant. Turn. *adu. l.* 19 *c.* 14 vide Sacra.

Gentilitatis, adoptionis, agnationiſque iure ſoli ciues Romani vtebantur. Marc. Don.

Genua medicorum tacta ab ægrotis. Nouar. adagia.

Geometriæ, & aſtronomiæ ignari ad philoſophiam non admiſſi. Suid. 444.

Gladiatoria munera Romæ in foro horis pomeridianis populo exhibita. Gualt. *ad Hor.*

Gladiatores venales in cataſta publicè expoſiti; vt omnia eorum membra inſpicerentur. Idem.

Gladiatores rudibus, dum tyrocinium exercebant, batuebant; & gladiis obtuſis dum exercebantur ſub Laniſta eorum præceptore. Lipſius *Saturn.*

Gladiatores emeriti rude & pileo donati, liberi erãt à pugna, ſed batuere tantũ rudibus cogebantur. Marc. Don. Hoſtũ arma vel luſoria, vel decretoria. Lipſius *Saturn.*

Gladiatorum inſtitutores, & magiſtri Laniſtæ dicti, horum inſigne in manibus Rudis. Idem.

Gladiatores in arenam ſpongias geſtabant ad vulnerum inflictorum ſanguinem manantem detergendum. Idem.

Gladiatorum ſpectaculum datum à ducibus ad bellum profecturis, vt tyrones vulnera aſſueſcerent cernere, & ſanguinem. Idem.

Gladiatorum munus non ſolum à mercede conductis, ſed etiam à voluntariis, captiuis, & damnatis exhibitum. idem.

Gladiatorias operas exercuere etiam ſub Auguſto equites Rom. idem.

Gladiatores vulnerati hoc audiebãt, *Hoc habet*, ideſt lethali vulnere cęſus. Parei Elect.

Gladiatores non ſolum in funeribus dati, ſed etiam in conuiuiis. Gualt. *ad Hor.*

Gladiatores, Venatores, Ludij Saturno ſacri.

Gladiatoribus imperatum, vt ferrum reciperent. Briſſ. *For. l.* 8. Gladiatorum manus faſciis vinctæ. Nouar. *Sched. l.* 6. *c.* 5.

Gladiatores deliciis abſtinebant; & ij inuiſi qui vitæ nimis cupidi, & non prodigi. Idem *ibidem*. Gladiatores ad palum rudibus batuebant: Milites ad palum ſudibus: illa dicta Batualia, nos, *battaglia*, Hæc Palaria. Salmas *ad Spart.* Gladiatores emeriti rude donati, arma ad poſtes Herculis ſuſpendebant.

Gladiatorij ludi, tuba cœpti, & terminati. Polymath.

Gladiatorum auctoramentum, Vri, Vinci, Ferroque necari. Briſſon. *Form. l.* 8.

Gladij pœna honoratior ſecuri, hac enim vſi Romani, ante Imperatores. Dem. *l.* 10 *c.* 10.

Gladius inſigne fuit magiſtratus publicum iudicium exercentis: Roſin. & datus in manum Imperatori nuper creato in ſignum ſummi imperij. Dempſt. *l.* 10. *c.* 10.

Gladio ſtricto coram ſenatu creati Præfecti Prætorio donati, ob animaduerſionem in facinoroſos. Idem.

Glandem Arcades, pyra Argiui, ficus Athenienſes, pyra ſylueſtria Tirynthij comedebant. Dempſt. Glandem in alienum fundum procidentem colligere nefas. lege decemuiralium tabularum. Idem.

Gradus theatri 14. in quibus equites ſpectabant, non autem qui ludicram artem exercuiſſent. Pithœus, *ſubſec.* 2. *c.* 17.

Graminea corona ſeu obſidionalis iis data, qui obſidione cinctos liberaſſent. Gualt. *ad Hor* hæc quia honorariſſima ab vniuerſo exercitu, reliquæ ab Imperatore victori donatę. Alex. *l.* 4 *c.* 18 Ciuica ſingularis ſalutis ſignũ, obſidionalis vniuerſorũ.

Grammatici omnes, magiſtri, & profeſſores dicti. Erhar. *ad Petron.*

Granaria ditiorũ olim Puteolis. Mur. *l.* 2. *c.* 20.

Graphiis antiqui vtebantur ad literas exarandas, & quia his abutebantur ad cædes perpetrandas, ideo offeis vti præceperunt. Iſid. Caſaub. *ad Suet. l.* 1.

Gnathones palmis cædebantur ad menſam. Nouar. *Sched. l.* 31. *c.* 52.

Gyarus inſula olim relegatorum locus. Brod. 10. *c.* 52.

Gymnaſtica ars inſtituta paulo ante Platonis ætatẽ, vnde athletę emerſerũt. Nou. *Sched.*

Gymnaſia litteraria olim in media vrbe.

Gymnaſia tria Athenis: Lycæum, Academia, Cynoſarges.

Gymnici ludi, in quibus nudi, & vncti exercebantur in athleticis, & palæſtricis certaminibus, horum primus inuentor Lycaon in Arcadia. Cic. 2. *Tuſc.*

Gymnoſophiſtæ pomis ſolùm, oryza, & farina alebantur ad caſtitatem ſeruandam. Alex. *l.* 4. *c.* 12.

Gypſati ſeruorum pedes. Brod. 1. *miſcel.* 17.

H. ſignum

H

H. ſignum mortis apud antiquos.

Habet, vox triumphantis & exultantis. Palmerius 8.

Hæreditas non ſine ſacris erat. Parei electa.

Hæreditas omnis diuiſa in vncias, ſeu partes 12. vti libra. Magius 1. *miſcell.* 15.

Hæreditatem ciuis Romani nonniſi ciuis Romanus aſſequi poterat. Marc. Don.

Hædinis pellibus antiqui vſi pro ſtragulis. Brod. 10. c. 14.

Haruſpices omnes Hetruſci à Romulo inſtituti. Roſin. Hi in Senatum adſcribi poterant. Alex

Haſta Quiris dicta Iunoni ſacra, inſigne fuit Prætoris Vrbani, priuatum iudicium exercentis. Roſin.

Haſta poſita non ſolum in proſcriptionibus, ſed etiam in locationibus, & venditionibus. Rhodig. *l.* 21. *c.* 27.

Haſta cruenta, cum vrbs victa erat diripienda. Alex. ... *c.* 16.

Haſta in ... ionis, gladius Imperij inſigne apud Romanos. Pacius, *Method. l.* 3.

Haſta ſalutis poſita, vbi in ſumma inopia ad leuandam famem, frumentum venibat. Alex. *l.* 3. *c.* 16.

Haſtæ regij diadematis inſigne olim fuere. Rhodig. *l.* 21. *c.* 6.

Haſtæ cultæ vice Deorum, & horum ſimulachris additæ. Rhodig. *ibidem* Hartung. 3. *dec.* 8.

Haſtæ olim non iacentes & pendulæ, ſed intra ligneam columnam reconditæ, quæ in medio ædium locata. Magius *l.* 3. *c.* 1.

Haſtis ſcuta quatientes Macedones improbabant, in ſententiis dicendis Idem. *l.* 4. *cap.* 11.

Hedera coronati Thraces in ſacris: illam vitibus præferebant Ægyptij, vt abſynthium marinum cæteris virgultis. Alex.

Hebræi cum ramis circumferebant ſe canentes, in dextram ſe vertentes. Nauar. Electa.

Hebræi ſedentes lugebant. Dempſt.

Hederam Flamini tangere vetitum. Roſin.

Hedera Baccho ſacra ab aliorum delubris reiecta. Nouar. Electa.

Helleborum inſaniæ curandæ, & bili purgandæ adhibebant; eoque candido ſe purgabant viri docti aliquid ſubtilius meditaturi, vt Carneades reſponſurus Zenoni, Manut. *adag.*

Hemerodromi, ſiue Hemeroſcopi, ſpeculatores dicti, qui antelucano tempore ex vrbe emittebantur; & interdum ſpeculabantur, currebantque eò, vnde proſpectus petendus; & in vrbem reuertebantur, vbi contenebreſcebat: pernoctabant etiam interdum foris, & ignibus ſublatis, aduentum hoſtium, aut inſidias iudicabant. Turn. *adu. l.* 27. *c.* 7.

Herbam ex eodem ſtatim loco decerptam aduerſario porrigebant, victoriæ agnitæ ſymbolum. Manut. *adag.* Athletæ victi digitum, aut manus offerebant. Alex. 4. *cap* 7.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Hermæ, & cippi in compitis ad vias monſtrandas inſcripti. Tortentius Hermannus Hugo.

Heroës pellibus antiquitus induti. Dempſt.

Heroës galeam geſtabant triplici cono inſignem, & ita ab aliis diſcernebantur. Pont. Att.

Heroës mira proceritate fuerunt. Roſin.

Heroës dicti qui in pugna fortiter ceciderant. Polymath.

Hetruriæ ſex populis principum Romanorum liberi in diſciplinam tradebantur. Roſin.

Hieronicæ, qui in omnibus ſacris certaminibus Olympiis, Nemeis, Pythiis, Iſthmiis, certabant. Hi præter honorem, perpetuum vectigal percipiebant de publico. Salm. *Spart.*

Hilaria feſta læta, celebrata 8. Kal. Apr. cum Sol ad nos accedit in Æquinoctiali, & dies facit noctibus longiores: Indi publici tunc facti, Mulieres Veneri myrto coronatæ, & lotæ ſacra faciunt. Alex. 4. *c.* 10.

Hippothoron, carmen tibia cantatum, dum equæ ineuntur. Nouar. *Sched. l.* 12. *c.* 25.

Hippocrates à diſcipuli ſuis, antequam doceret; ſacramento ſilentium extorquebat, & ſermonem, inceſſum, habitum moreſque præſcribebat. Turn. *adu. l.* 19 *c.* 21.

Hippomanes, ſeu philtrum amatorium ad amorem excitandum, ſi adhibeatur; ad extinguendum, ſi comburatur. Turn. *l.* 15. *c* 8.

Hirundo infauſti ominis fuit. Alex.

Hiſtriones infames. Marc. Don. Infames habiti &. non niſi dubiis in rebus Reip. ad arma vocati. Roſin.

Hiſtriones ſi quid deliquerant in actione, vapulabant. Guilielm. *in Plaut Trinum.* cæteri vero qui nil deliquerant, hauſtum vini petebant. Parei Electa.

Hiſtrionum fuerunt familiæ, vt gladiatorum. Idem.

Hiſtriones in ſcenam prodeuntes baculum geſtabant diuerſum, pro diuerſitate dramatis, & perſonarum. Pont. Attica bell.

Hiſtriones ponebant perſonam, quando exſibilabantur. Pont. Attic. bell.

Hiſtrionibus placentibus olim, non ſolum merces legitima, ſed etiam aliquot aurei & ſimilia munera data per Ædiles. Item, coronæ ex Caſaub. *ad Suet. l.* 7.

Hiſtrionibus ſæpius probatis, ſenectutis ergo, immunitas data. Gualt. *ad Hor.*

Hiſtrionum ſtipendium vulgare ex lucaribus 5. denariorum erat.

Hoc age, vox ſilentium indicentis. Muretus. *l.* 15. *c.* 27. Hoc agamus. P.C. Coſ. dicebat cum de ſenatu deliberandum. Mercerius.

Hoc habet, vox gladiatorum de antagoniſta vulnerato. Palm. 14.

Hoc amplius cenſeo, dictum in ſententiis dicendis, ceu aliquid præterea addendum eſſet. Briſſon. Form.

Homero & Æſchylo mortuis Athenienſes honores tribuerunt: Illi, in Panathenæis carmina publicè quinto quoque anno canentes; huic, eius fabulas, in procinctu dimittaturi. Muret. *l.* 6. *c.* 6.

Homicidæ inſidioſi cædem expiaturi, extrema cadaueris amputabant, torquemque ex illis particulis ſibi faciebant. Suid. 589.

Homicidæ, vt polluti à ſacris arcebantur, Hartung. *p. dec.*8.

Homicidæ non ante è gladiis cruorem eluebant, quam ab aliquo expiari eſſent, itaque non puris manibus dicti. Turn. 10. *cap.*21.

Homicidæ ſolebant in eorum, quos occiderant, capitibus abſtergere gladios; quaſi auerſantes & expiantes facinus in cæde perpetratum. Suid. 122.

Homicidam ſi Athenienſibus non dedebant ciuitates & pagi circumuicini, vbi illud perpetratum, tres illius vrbis ciues perducebant Athenas, cædis pœnas daturos. Suidas.

Homicidio contaminati, extra ſepta ſacrorum conſiſtebant. Manut. *adag.*

Homicidio facto luſtrabantur, ſuas veſtes eluendo bis ſeptem vndis. Suidas.

Homicidium coactum aqua expiatum. *p. dec.*8.

Homicidium caſuale committens, arietem offerebat, ex Numæ præſcripto. Nouar. *Sched. l.*2. *c.*11.

Homines ſacri viliſſimi alti delicatè apud Athenienſes, qui immolabantur tempore peſtis, aut famis, & quibus tanquam victimis litabant ſuperis. Electa Praût.

Honoris cauſa puluinum præbebant aſſidentibus. Pont. Attic. bell.

Honore maximo dignis ſtatua aurea in Olympiis ſtatuebatur inter illuſtres, & Argiuus clypeus donabatur. Manut. *adag.*

Honorem præfabantur, vbi quid turpe, & obſcœnum dictu locuturi, vel loca turpia ingreſſuri. Briſſ. *F. l.*8.

Horæ 12. olim diei, & 12. noctis quolibet anni tempore, itavt ſemper eſſent inæquales. Dempſt.

Horæ, quibus cum populo agi liceret, omnes erant intra ſolis ortum & occaſum. Roſin.

Hora tertia diei in iudiciis, inclamabatur ab Accenſo aut per præconem; item meridies, & nona. Briſſ. Varro *de L.L.*

Hora nona tempus curandi & reficiendi corpus. Stat. 1. *obſer.*9.

Horæ hybernæ diurnæ æſtiuis breuiores; contra nocturnæ longiores, & vice verſa. Rhod.

Horæ primæ diurnæ ante meridiem negocio, reliquæ ocio, & curæ corporis tributæ. Pont. Att. bel.

Horæ legitimæ accuſatori datæ ſenæ; reo nouenæ. Subinde liberum dicendi tempus petitum, & conceſſum. Rader. *ad Mart. l.*6. *ep.*25.

Horas diei notabant antiqui vmbris ex gnomone in ſolario publico. Rhod. *l.*12. *c.*9. poſteriori æuo clepſydris in iudiciis poriſſimum. Harum quædam æquinoctiales, iſimerinæ, vniformes toto anno, vt ſunt noſtræ vulgares: aliæ cæricæ, inæquales, planetariæ, longiores, & breuiores pro diuerſate dierum æſt... & hyemis. 12. diurnæ æſtatis longiores 12. hyemis. Alex. *l.*4. *c.*20.

Horarum nomen Romæ ignoratum 300. annis; Sole tantum orto, & occaſo in 12. tabulis nuncupatum. Poſtea adiectus eſt meridies, Accenſo Coſſ. eum pronunciante, Ricquius *de Capit.*

Horologium primum Romæ ſciatericum factum in publico, ſecundum Roſtra, in columna, bello Punico primo portatum è Catana, Sicilia deuicta à M. Val. Meſſala Coſſ. Plin.

Horologium inſigne fuit in Campo Martio. Roſin.

Horrea diuites obſignabant anulis ſignatoriis. Nouar. Electa.

Hortos ædibus additos veteres plerumque habebant. Parei Electa.

Horreum populi Rom. 1. Sicilia, & Sardinia; inde Ægyptus, demum Gallia. Dempſt. *l.*7. *c.*38.

Hoſpitibus peregrè aduenientibus poſt gratulationem, & ſalutationem, ſalem in menſa apponebant, eo concordiam inter ſe mutuo apprecantes, vt ex aqua & terra ille conſtat. Caſaub.

Hoſpitio publico excepti Senatores, & Legati in Græcia. Pont. Attic. bell.

Hoſpites recipientes, non ante quærebant quinam eſſent, quam bibiſſent. Nouar. *adag.*

Hoſpites tuba excepti, eorum pedes loti, etiam à puellis, item vncti, abſterſi.

Hoſtilia molitus in Remp. furca ceruici inſerta nudus per compita & vicos ducebatur, vncoque in Gemonias ſcalas trahebatur. Alex. *l.*9. *c.*5.

Humeros detegebant veniam precantes. I. Barbaranus, ex Cæſare de bello Gallico.

Hyemali tempore pallium, & tunicam geſtabant. Parei electa.

I

I, I. faſtidientis & contemnentis formula. Palmerius.

Ianitores catenis ligati ad fores. Brod. *l.*4. *c.*1. Item cum cane ferrea catena ligato & alio oblatratore, quaſi vicario. Parei electa.

Ianitorum inſigne virga arundinea, quæ ad ianuam ſuſpenſa.

Ianuæ olim in edito loco gradibuſque ad eas aſcendebatur. Struch. *conu. l.*2. *c.*20.

Ianuis hortorum inſcriptum, *Hic benè manebis.* Rhodig. *l.*12. *c.*18.

Ianuarij Calendis quiſque ſuas artes auſpicabatur, Muretus. *l.*18. *c.*53.

Iani in foro duo Romano, primum occupabant fœnerantes pecuniam; ad ſecundum reddebatur fœnus. Marc.

Iani triplex ſtatua in foro; ad vnam creditores, ad alteram fœnus ponentes, ad 3. exigentes conueniebant. Alex. *l.*1. *c.*14

Icunculæ funiculis tractæ. Pont. Attica bell.

Idibus exigebatur pecunia debita Calendis. Pithœus 2. *ſubſec.* 4

Idus Martiæ ſolemnes magiſtratibus

ineundis

iocundis. Gualt. *ad Hor.* Hæ infauſtæ ob occiſum Cæſarem.

Idus omnes ſolemnes, & feriatæ Ioui, & à Flamine Diali bos immolabatur, excepto Martio, ob cædem I. Cæſaris. Alex.

Iecur in aruſpicina in duas partes diuidebant, familiarem, & hoſtilem. E familiari ſua euenta augurabantur, ex hoſtili hoſtium facta. Turn. *adu. l.* 11. *c* 57.

Iecur ſine capite triſte portentum. Briſſon. *Form.*

Ieiunium Ægyptij feſtis quibuſdam diebus ſeruabant. Item, Iſidis ſacris initiandi carnibus, & vino abſtinebant. Numa Pompilius pro fugibus faciens, eſu carnis, & Venere abſtinuit. I. Cæſar leguminibus contentus religionis gratia ſæpe cenauit. *Alex* 4.

Ientacula mane vendi ſolita in vſum puerorum; ſenes quoque id faciebant. Prandium, merenda, comeſſatio incontinentium erat. Singuli enim tantum cœnabant. Pareus.

Ignem qui negligentius habebant Auguſtus fuſtibus caſtigabat. Roſin.

Ignem accendere, vel lumen mutuari de igne ſacrificiorum non licebat; ne ſcilicet ſacra profanarentur. Parei Electa.

Ignis admouebatur iis, qui ad aras confugiebant, vt eas relinquerent. Turn. *adu. l.* 9. *c.* 12.

Ignis, & Lucernæ prælatæ Imperatoribus. Pont. Attic. bell. at in lucernis. Dempſt. *l.* 1.

Ignominioſum mulis imponi, & vehi per vrbem. Caſell.

Ilia feriebant indignantes, & valde dolentes. Hartung. *vit. c.* 8. 2. *dec* 8.

Illatæ iniuriæ crimen in templo Bacchi audiri ſolitum. Nouarini electa.

Illuſio olim facta ore diſtorto, valgia, ſeu ſanna, linguæ exertatione. Sanna erat triplex: Ciconia pinſens, Aſini auriculæ, Manus in obſcœnum modum formata, verpo digito infami. Ferrar. *Acclam.*

Imagines Imperatorum, & regum magna reuerentia exceptæ à populo, qui cereis, & incenſis eas excipiebat. Nouar. *Sched.*

Imagines Imperatorum delatæ circa templum cum floribus. Idem, *ibidem*: adoratæ à militibus Dempſt.

Imagines regum geſtatæ à magiſtratibus tanquam munimen, & portus. Idem.

Imagines clarorum virorum in Muſeis haberi ſolitæ. Idem, *ibidem.*

Imagines Deorum arborum truncis appenſæ. Idem. *l.* 12. *c.* 29.

Imagines Deorum donabantur ab Imperatoribus iis quos diligebant. Idem.

Imagines Deorum candenti ferro corpori inuſtas, nomenque idolorum in corpore geſtabant idololatræ. Nouar. *Sched.*

Imaginem ſui illi tantum ponere poterant, qui magiſtratus curules geſſiſſent. Roſin.

Imaginum vis eſt ius nobilitatis. Roſin.

Imagines feſtis diebus exornabantur, & in funere ferebantur. Roſin.

Imagines Romani in prima ædium parte, ideſt, atrio, collocabant. Roſin. Marc. Don.

Imagines maiorum cereæ ad viuum coloratæ, diebus feſtis, & lætis coronatæ, in funeribus ad pompam elatæ, & in publica quoque lætitia. Marc. Don.

Imagines fumoſæ hominum alicuius familiæ honoratorum in atrio, in ſuis collocatæ armariis erant, quæ ideo fumoſæ, quia in atrio focus erat. Turn. *adu. l.* 21. *cap.* 15.

Imagines quas nobiles Romani in atriis ſeruabant, erant, capitis humerorum tenus. Turn. *l.* 26. *c* 3.

Imagines maiorum in atriis ſeruatæ, & loco conſpicuo; at cariorum in cubiculis & lalario. Caſaub. *Suet.*

Imagines Iudæis deteſtabiles, & lege interdictæ: ſi in templum inferebantur, ſignum erat vaſtitatis. Suid.

Imagines Imperatorum, etiam defunctorum in ſigillis; hæ auulſæ in defectionibus; item in nauibus. Steuuech. *Veget.*

Imagines Deorum in Gymnaſiis, Idem. In Larario vna cum imaginibus clarorum virorum. Alex. *l.* 6. *c.* 14.

Imagines Ducum in pompa publica circumuectæ. In atriis domorum ſeruatæ, & in funere elatæ. Idem, & clarorum virorum de repub. bene meritorum ad roſtra in foro. Alex. ab Al. *l.* 1. *c.* 16

Imagines Deorum in faſtigio domus locatæ. Salmaſ.

Imagines eorum quos amabant, in cubiculo habebant. Pont. Attic. bel.

Imagines illuſtrium virorum in templis, & curia. Pont. Attic. bell.

Imagines principum priuati iubebantur domi habere. Pont. Attic. bell.

Immunitate militum alendorum fruebantur Grammatici, oratores, medici, philoſophi, non autem magiſtri qui prima elementa docebant, dicti Literatores. Steuuech. *Veg* 2.

Imperator primus I. Cæſar fuit appellatus à Senatu populoque Romano, & deinceps ſequentes Cæſares; penes quos non ſolum exercitus imperium, ſed etiam totius Reipub. Rom.

Imperator conſtitutis prouinciis relicto præfecto Romam redibat. Roſin.

Imperator in prouincia, quæ de ciuitatibus victis conſtituta erant, præconi in concione denuncianda mandauit. Roſin.

Imperatores poſteriores Regibus æquiparati, quoties decimum Imperij annum attigiſſent, feſtum celebrabant, & ludos cum maximo apparatu edebant. Roſin.

Imperatores triumphum non impetrabant, niſi ſcripſiſſent ad ſenatum de hoſtium occiſorum & ciuium amiſſorum numero. Roſin. & ſolus populus imperium triumphanti dabat.

Imperatores Romani, qui ſuperſtitibus filiis mortui eſſent, conſecrabantur. Roſin.

Imperatorum filij, ſi erant Imperatori, ſtatim nati conſecrabantur. Gulicl. *l.* 5. *c.* 21.

Imperatores ſe deuoturi pro Republica, caput velabaot. Scheg. *premeſſ.* 10.

Imperator inaugurandus clypco inſidebat, & in altum tollebatur. Pithæ. 2. *ſubſec.* Dempſt.

Imperatores victoriam ſuam literis laureatis nunciabant. Brod, 1. *miſcell.* 33.

Imperatores ad Senatum ſcibentes ex exercitu, præſcribebant literis, *Si vos, liberique valetis, bene eſt: ego exercituſque valemus.* Turn. *adu. l.* 2. *c* 15.

Imperatores ſuos Cæſares Romani in Deorum numerum referebant, Flaminibus & Sacerdotibus honorabant. Turn. *l.* 24. *cap* 26.

Imperatorum filij vel ſucceſſores, iuuentutis principes ſunt appellati. Turn. *adu. l.* 25. *c.* 17.

Imperatoribus abſentibus aut mortuis, ſella ponebatur in theatro cum corona; & in pompa Circeoſi cum ſimulacris Deorum imago eius inferebatur in thenſa, & ferculo, ſicut imagines numinum. Pont. Attic. bell.

Imperatorum imagines adoratæ, per eas iuratum. Pont. Attic. bell.

Imperatores in vrbem redeuntes fauſtis acclamationibus excepti. Dempſt. Coronari milites equi & currus.

Imperium ſimul & conſulatum inibant Imperatores. Caſaub. *Spart.*

Imperator nouus in domunculam ligneam inducebatur, vbi purpura & diademate, ab Epiſcopo poſterioribus temporibus decorabatur. Nouar. *Sched. l.* 10 *cap* 4.

Imperatores vini Augures habebant perpetuos: mortui verò Flamines. Dempſt. *l.* 3. *c.* 8.

Imprecatio Lacedæmoniorum erat, *Vtinam ædifices.* Nouar. Sched. Cretenſium, *mala viaris conſuetudine* Alex.

Imprecabantur Iſidem iis iratam, qui aliquid contra eorum voluntatem in ſepulchra præſtare niterentur. Idem. *l.* 10. *c.* 8.

Imprecantes, Deos Deaſque, vt perderent, precabantur. Briſſon. *Form.*

Imprecabantur capiti ſuo reuocantes, quæ alicui male precati erant. Muret. *l.* 12. *cap.* 4.

Imprecabantur inimicis ſcæua, & inſelicia, iubebant aliquando eos calidam picem bibere, veneni hauſtum, reſtim, clauum. Parei electa.

Impudica. loca adeuntes operibant caput. Caſaub. *Suet.*

Impudicitiæ, vel ſcortationis nota laborantes, à concione ſubmouebantur Solonis lege. Nouar. *Sched.*

Inaugurati Imperatores clypeo inſidebant, & in eo centurionum, aut militum humeris toti exercitui videndi præbebantur. Dempſt. *l.* 10

Inanteſtati non rapiebantur in ius, niſi homines improbi, vt lenones erant. Parei Electa.

Inaures geſtatæ à viris, & mulieribus. Nouar. *Sched. l.* 9. *c.* 4. 5. Donatæ die natali. Pareus.

Inaures baccatas veteres perforatis auriculis geſtabant, more externo ab Arabibus. Erhar. *Petr.*

Indicebantur ſilentium manu elata dextra. Pont. Att. bell.

Infamium cura Cenſoribus mandata, in Cerites ceras eos referentibus. Roſin.

Infamia ius munerum & honorum ademit. Roſin.

Infamiæ cauſs olim aſino impoſiti, raſi, traducti per vrbem, catamidiati, &c. Caſell. *l,* 2. *c.* 2.

Infamia notare volentes, ad oſtium carmen occentabant, carbone notabant. Parei Electa.

Infames, & inteſtabiles, vt ſunt fures, & lenones, ſine anteſtatione, iniecta manu inuitos in ius trahebant. Parei Electa.

Infantes circa ædes delati. Nouarini electa.

Infantes ſtatim nati nudi ſtatuebantur in terra. Brod. 4. *miſcell* 3.

Infantes ſtatim editos Latini, Ligures, Lacones ad flumina ferebant. Pontan. *Dial.*

Infantes Spartanæ mulieres non aqua lauabant, ſed vino, vt alacriores redderentur. Theſaur.

Infantes in ventilabris dormire faciebant in diuitiarum omen, auſpiciumque. Nouar. *Sched.* 4.

Infantium veſtes Dianæ Chitonæ ſuſpenſæ. Gyrald. *Synt.* 12.

Infantes vagientes prohibebantur in theatrum adduci. Parei Elec.

Infantes olim ſimul ac nati, humi deponebantur ab obſtetrice, ab humo pater tollebat, in ſinumque recipiebat, ſi educari cupiebat. Secus, exponebat, abdicando. Apud Græcos in vaſis fictilibus ad compita exponebant. Exponebantur autem debiles, mutili, monſtroſi, ob paupertatem, traditi gladiatoribus, facti ſerui eorum, qui tollebant. Strangulati aliquando, & expoſiti feris. Parei Electa.

Infantes non ſtatim nati tollebantur, nomenque imponebatur. Hi dies luſtrici dicti: propinquos conuocabant, ſacrificabant, nomen infanti ponebant, conuiuio eos excipiebant, munera offerebant matri puerperæ. Parei Electa.

Infantem circa aram curriculo geſtabant, obſtetrices purgabant manus ſuas, Græcæ mulieres quinto die ſacrificabant, hæc dicta Amphidromia. Parei Electa.

Infantes ſemel in anno à matribus per flammas elati, & luſtrati. Nouar. *Sched. l.* 5. *cap.* 5.

Infantes Athenis portati, & expoſiti in vaſis fictilibus cantharis dictis ad compita, Romæ ad columnam lactariam. Electa Plaut.

Infantes nuper nati, & adhuc de matre rubentes aqua abluebantur, vnguentis perfundebantur, nec legitimi habebantur, niſi pater præſens, vel eo abſente, procurator pro eo, infantem terra leuaſſet ſinuique impoſuiſſet: qui tollebat, ſuum agnoſcebat, & in ſpem familiæ alebat. Dempſt. *l.* 2. *c.* 19.

Infelices

Infelices arbores, vt ſanguinus, aquifolium, ruſcus, &c. erant in tutela Deorum auertentium, & auerruncorum. Alexicaci, Apotrophæi, quibus portenta, & prodigia mala combuſta. Purgamenta verò luſtrationis, & incantationis poſt tergum in auerſum abiiciebant, & in aquam profluentem mittebant. Turn. *adu. l.*18. *c.*4.

Inferi olim crediti ſoluere curas, & amores Turn. *l.*25. *c.* 6.

Infernales cruciatus in tabulis etiam olim pingebant, vt ſceleſtos à ſceleribus deterrerent. Parei electa.

Ingenui libertinorum filij ſuffragium ferebant in tribu ruſtica, non tamen magiſtratu potiebantur Roſin.

Ingenuus erat qui ſtatim natus liber erat. Roſin.

Ingenuus ingenui filius eques Romanus eſſe poterat, ſed aditum in Curiam non habebat. Roſin.

Ingrati actio datur apud vnos Perſas. Muret. *l.*13. *c.*1.

Inimicorum in cadauera ſæuiebant Græci, cum eos vlciſci volebant poſt mortem. Luiſio. *pareg* 3.46.

Inimicitiæ palam indictæ, & domo inimici interdicti. Caſaub. *Suet. l.*2.

Initio rei benè gerendæ, præfabantur, *Quod felix, fauſtum, fortunatumque ſiet.* Re benè geſta, Diis ſupplicabant. Par.

Iniuria ſi cui fiebat, aut vis, quiritare ſolebat, & ciuium opem implorare, ſi in vrbe: ſi vero rure agebat, ſolebat eiulare. Parei Electa.

Iniuriæ ſatisfiebat, ſi quis, quem re aut verbo læſerat, interpoſito iureiurando, ea iniuria indignum profitebatur. Parei Electa.

Inquilini in aliena ciuitate Larem fouentes, quotannis decem drachmas perſoluebant. Caſell. *l.*2. *c.*6.

Inquilini viri quotannis ſoluebant 12. drachmas, fœminæ ſex. Suidas. 588.

Inquilini, non ciues, Athenis patronum aliquem ſibi optabant, qui autem patronum non habebat, in ius eo nomine vocabatur. Turn. *adu. l.*22. *c.* 10.

Ipſe, vox ſeruorum de Dominis, vnde Pithagoræ diſcipuli de magiſtro *αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit.* Pont. Attic. bell.

Inſani porcos ſacres immolabant. Electa Plaut.

Inſani expiati porco. Gyral. *Synt.* 17.

Inſanientes Bacchum inuocabant. Parei Electa.

Inſepulti relinquebantur rei maieſtatis, patriæ proditores, Tyranni, homicidæ ſui ipſius; ſerui, qui necem domini intentaſſent. Caſell. *l.*2. *c.*2.

Inſignia in re læta ornata lauru, floribus, vnguentis delibuta. Contra in re triſti, faſces inuerſi, in funere cupreſſo cincta. Lipſ. *Excur.*

Inſignia magiſtratuum benè meritis tributa. Caſaub. *ad Suet. l.*1.

Inſtitutio puerorum ingenuorum Athenis, & in Græcia, bis tribus facta, in literis, in muſica, in palæſtra. Pont. Attic. bell. Parei electa.

Inſtrumenta omnis generis propoſita adoleſcentibus Athenienſibus ad pubertatem peruenientibus, vt quibus delectarentur, iis addicerentur. Pontani *Dial. ex Baſilio.*

Inſtrumenta artis, Diis præſidibus, cum ea deſerebantur, ſuſpendebant, ſacrabantque. Turn.

Interceſſio nunquam locum habuit ante ſuaſionem, aut diſſuaſionem. Roſin.

Interceſſio Tribunorum pl. facta hoc verbo, *Veto.* Roſin.

Interreges, non niſi patricij lecti, populum ad Comitia vocare poterant Curiata. Roſin. hi ſine populi ſuffragio, à patribus tantùm auſpicatò lecti. Alex. *l.*5. *c.*6.

Inteſtabiles erant qui otfaſti, quibus non licebat in ius, aut Comitium venire, vt erant fures, lenones, &c. Parei Electa.

Intonſi iuuenes & ſenes Romæ ab vrbe condita ad annum 454. cum tonſores primi è Sicilia Romam venerint. Alex. *l.*5. *c.*18.

Inuidiam abominantes mulierculæ, in ſuum ipſarum ſinum expuebant. Man. *adag.*

Inuentum cum quid erat, Græci dicebant, *κοινὸς ἑρμῆς, Communis Mercurius*, Latini verò *in Commune.* Turn. *l.*26. *c.*14.

Inuidiæ auertendæ gratia, ante fornaculam fabri ferrarij ſolebant appendere baſcania, ſeu ridicula quædam. Rhodig. *l.* 20. *cap.*30.

Iò triumphe, Iò Paan, acclamatum in inauguratione, & triumpho. *Io Saturnalia,* in Saturnalibus. Ferrat. *de Acclam.*

Io, nota lamentantis: Item militum ouantium. Gualt. *ad Hor.*

Iolai ad ſepulchrum amantes fidem obſtringebant, ſolemniaque mittebant. Rhodig. *l.*9. *c.*2.

Iones primi inuentores vnguentorum, & coronarum. Iun. *com.*7.

Ionica ſaltatione vſi cinædi, amatores, & puellæ impudicæ. Parei Electa.

Iris credita ab antiquis, aquam è fontibus ſuis cornibus haurire. Turn. *adu. l.* 22. *cap.* 23.

Italico bello vel Gallico, duobus vexillis, roſeo & cæruleo milites euocati. Roſin.

Italiæ ius ciuitates obtinebant, quæ erant immunes à tributis. Prouinciales verò tributariæ erant. Turn. *adu. l* 9 *c.*15.

Iter facientes ſeruum comitem ſuum ducebant, ſarcinas loris adſtrictas portantem. Vou. *ad Petronium.*

Iter facturi, Herculi aut Iano faciebant, quod ſacrum dicebatur *Propterviam*, aliàs *Protervia.* Vide Adagrogaphum. Turn. *aduerſ. l.*9. *c.*4.

Itinera, & vias Perſæ, & Ægyptij menſurabant funiculis. Nouar. Electa.

Iudicium de nocente ſic factum. Prætor tribunal aſcendit, noxio poſt terga reuincto manibus, ſilentio indicto per præconem, ſententia proferebatur, claſſico ad ſpectaculum ſupplicij populus vocabatur. Alex. *l.*3. *c.*5.

Iudices

Iudices ex ordine equeſtri Romæ lecti: iudicatum iuſiurandum in leges ſuſcipiebant & eorum nomina ſcripta in areis repoſita. Roſin. Sed prius ex ordine Senatorio, tum ex vtroque. Pollet.

Iudices conſentientes frontem percutiebant, quaſi iudicium è fronte citare viderentur. Cerda, *Aduerſ.*

Iudices ordinarij tribunal habebant, Delegati ſubſellia. In tribunali erat ſella curulis, quæ diuerſis è partibus compacta, & plicatilis, ſolium verò erat ſolida ſella & homogenea. Pollet. *Fori Romani, lib.1. capite 6.*

Iudices erant, qui in ſortitione non reiecti, dicti delecti; alij reiecti, in horum locum ſubſortiti ſuffecti. Pollet. *Fori Romani, lib 5. cap.7.*

Iudices ſorte lecti à publicis ſeruis, baculum & ſymbolum recipiebant, atque ita ius dicebant; ſymbolum facto iudicio reddentes, triobolum indicij mercedem accipiebant. Suid.

Iudices per præconem pleraque loquebantur. Briſſon. *Form.*

Iudices minores, verbi gratia Tribuni, Triumuiri, Quæſtores, in ſubſellijs iudicabant: Maiores, vti Prætores, in ſella curuli. Marc. Don.

Iudicea leuato velo cauſas cognoſcebant. Pont. Attic. bell.

Iudicum pronunciatio triplex: *Diffindo diem*, id eſt in poſterum reiicio. *Comperendino*, in tertium diem. N.L non liquet, quod & Amplius pronunciare dicebatur, vnde Ampliatio dicta. Pont. Att. bell.

Iudicum publicorum decuriæ deſcriptæ à Cenſoribus; horum album aſſeruatum in Ærario ad Ædem Saturni. Idem, *lib. 3. cap 4.*

Iudices in pronunciando profitebantur, ſe ex animi ſui ſententia facere; damnaturi verò iurabant, ſe nihil gratiæ, nihil precibus dare. Briſſon. *Form. l. 5.*

Iudicia Atticæ in Puteo in quo cauſæ reorum agitabantur Rhodig *l. 10. c. 17.*

Iudicia publica Romæ, ſi populus, referente Tribuno plebis, cogniturus eſſet, in Comitio ad roſtra; ſi iudices decuriati, in reliqua fori area ſubdiali. Pollet. *Fori Romani, lib. 1. cap 2.*

Iudicia nulla rata poſt Solis occaſum facta. Turn *Adu. l. 13 c. 27.*

Iudicabant Athenienſes in Sole, vnde maximum iudicium dictum ἡλιαία Turnebus, *lib. 20. cap. 33.*

Iudicium de iis, qui ſe aliquem iure interfeciſſe contendebant, fiebat in Delphinio. Turneb.

Iudicatis rebus, ni iudicatum facerent, ac ſententiæ parerent, in priuatum carcerem, ac vincula coniiciebantur. Torn.

Iudicare qui minor vigeſimo non cogebatur: nec minor trigeſimo eligebatur. Roſin.

Iudicia mulctæ alicuius indicendæ exercebantur in Comitijs Tributis Roſin.

Iudicia non omnibus diebus exercebantur, ſed tantum Faſtis, quibus Prætori fari licebat tria illa *Do, Dico, Addico*. Roſin.

Iudicia ſub Regibus Curiatis Comitiis exercitata. Roſin.

Iudiciis publicis Quæſitores præfuerunt. Roſ.

Iudicia exercitata in baſilicis, templis, porticibus, & in locis ſubdialibus. Dempſt.

Iudicia à populo Romano in tres ordines diſtributa, Senatorum, Equitum, & Tribunorum ærariorum. Marc. Don.

Iudicia Romana prolata per tabellas in quibus A litera abſolutionis. C condemnationis. N.L. non liquet. Sic D damnationis, θ litera Græca mortis. Marc Don.

Iugera tantum bina ſingulis ciuibus à Romulo attributa. Gualt *ad Hor.*

Iumenta vendentes promittebant eſſe, bibere, vt oportet. Magius *l. 4. c. 3.*

Iurabant in acta Imperatorum, non tamen peſſimorum, non viritim, ſed vnus ex quoque Magiſtratu. Lipſij Elect. Item in leges, in nomen, in verba principum. Briſſon. *Form lib. 8.*

Iurantes Romani lapidem manu tenebant ſuper porcam. Græci vero mydrum, ſeu ferrum ignitum, quod mox in mare iaciebant. Rhodig *l. 21. c. 15.*

Iuramentum illud ſanctum habitum, quod ſcriptum in ſchedula abiecta in aquam, ſupernatat; ſin minus, periurus vritur. Hartung. 2. *Rerum.*

Iuramentum Iouis factum confirmatum ſagmine, & verbenis. Turn. *Adu. l 6. c. 18.*

Iuramentum præſtare non poterat Flamen Dialis, & ſi quando opus erat, per alium id præſtabat. Alex. *5. c. 10.*

Iuramentum olim factum per haſtam, & ſceptrum, Turn *l. 8 c. 16.* ſanctiſſimum per parentes. Alex. *5. c. 10.*

Iuramentum apud Græcos execratione grauiſſima deuotioneque confirmatum, ita concipiebant. Saxa in aquam iacientes, vel ferri maſſam, indicabant tamdiu pacta fore firma, quamdiu non ſponte leuata ſupernatarent. Turn. *Adu. l 14. c 21.*

Iuramenti ſola interpoſitione in iniuriis factis ſe antiqui purgabant, adiurantes indignum ea iniuria eſſe; & ei nolle factum, nolle dictum Turn. *l. 18. c 45.*

Iuramentum fiebat admotis ad ceruicem enſibus. Pont. Attic. bell.

Iuramentum ſolemne in Capitolio concipiebatur. Dempſt.

Iuramenti formula præconceptis verbis, repetebatur ſingillatim à iurantibus, quotquot erant. Parei Elect.

Iuramenti in formula pœnam addebant. Parei Elect.

Iuramentum virorum Romanorum, per Herculem; Mulierum, per Caſtorem & Pollucem. Gualt.

Iurabant viri per Herculem, mulieres per Caſtorem, vtrique per Pollucem. Alex *l. 5. c. 10* Maſculi per Deos; mulieres per fœminas: Socrates tamen per Iunonem.

Iurabat Gulielmus II. per Vultum de Luca. Nouar. *Sched. l. 8. c. 31.*

Iurabant antiqui per ea, quæ cuique cara, per ſuam pellem, per ſigna, per arma, per venerem, per acinacem, & oſſa ſuorum, per ſanitatem

nitatem patris,& matris,per canem,Nouar. *Sched.* 8. 6.

Iurabant aram tangentes. Pont. Attic. bell. Item aræ anſulas tenebant. Parei electa.

Iurabant, per fidem, & ſanctiſſimè Græci per *ναὶ*, *νὴ*, ſemper conceptis verbis aras tenebant, aduerſario præeunte conceptis verbis; aræ enim anſulas quaſdam habebant. Parei Electa. Item per Castorem, Pollucem, Herculem, per Iouem lapidem, &c.

Iurare per liberos Pontificibus nefas. Nouar. *Sched l.*8. *c.*11.

Iurantes tyrones enſes ſuos recipiebant ex altari, vt profiterentur ſe filios Eccleſiæ. Idem.

Iurabant per nomen Augusti Romani.Pont. Attic. bell. Philoſophi per Socratem. Alex. 5 c.10.

Iuraturi ignitos lapides tollebant, & fœdera tamdiu durare expoſcebant, dum illi rurſus apparerent, ſimulque cum dictis eos in altum pelagus proiiciebant. Manut. adag.

Iuraturi, inter quos Plato, Deum ſæpe omittunt, boni ominis ergo, & ex reuerentia dicentes, *να τὸν*, Suid.572.

Iuratum Romæ olim liberè, non in cuiuſquam acta, ſed in leges; acta verò finito magiſtratu ad diſquiſitionem Senatus vocabantur, qui probaret, aut reſcinderet acta. Iuratum & per Genium principis oppreſſa republica. Briſſon. *Form l.*8.

Iurabat Coſ. magiſtratu abiturus, ſe contra leges nihil egiſſe, idque conceptis verbis præſtabat. Alex. 3. *c.*3.

Iurabant antequam inirent magiſtratus apud Coſ. vel ſenatum ſolemne iuramentum per Deos. Alex. 4. *c.*6

Iuraturi per Iouem, modo ad Deorum aras ſacrificio peracto, ignem, aram, atque exta tangebant, modo ſuper cæſis hoſtiis iurabant, nonnumquam lapidem ſilicem tenentes, per Iouem lapidem iurabant. Alex. *l.*5. *c.*10.

Iuriſconſultos adeuntes hac formula vſi, *Licet conſulere* Illi reſpondebant, *Reſpondere licet.* Turn. *l.*7. *c.*8.

Iuris conſulti diſceptaturi de litibus, Apollinis ad templum conueniebant. Dempſt. *l.*2. *c* 6.

Ius ſacrum ad Pontifices, Publicum ad Senatum populumque Rom. Priuatum ad Prætorē pertinebat.Poller. *Fori R l* 3.*c.*4.

Ius dixerunt Prætores, aut ex ſuperiore loco, aut ex æquo, nemoque in ius vocari poterat de domo ſua. Roſin.

Ius ciuitatis Romanæ quibus dabatur iis pariter & rogæ defendendæ ius permiſſum. Marc. Donatus.

Ius Quiritium erat habere liberos in poteſtate. Marc. Don.

Iuſtitium indictum,luctus indicium: in calamitatibus publicis, ærarium, Iudicia, tabernæ clauſæ. Alex. *l.* 5. 18. dimiſſis rogis, poſitis latis clauis, & aureis annulis, ſaga ſumebant; conſulares tamen togati.

Iuuenes licet ſenili prudentia præditos Solon à magiſtratibus ſubmouit. Nouar. *Sched.*

L

L Litera in libris propoſita ſententiis bonis. Pont. Attic. bell.

Λ gerunt Lacedæmonij in ſcutis.

Laborantes extremo periculo morbi ante ianuas exponebantur, vel vt ſpiritum ſub dio terræ redderent, vel vt a tranſeuntibus curarentur.

Lacerna alba vſi Romani Cal. Ian. Natalitiis, ludis Romanis,prætextaque induti. Alex. *l.*5. *c.*18.

Lacerna pallium erat fimbriatum, quo olim ſoli milites vtebantur,item in ſpectaculis amphitheatralibus, hoc ſuperinducebatur togis: ideo Auguſtus edicto juſſit vt populus Romanus depoſitis lacernis togatus conſiſteret. Dempſt.*l.*5.*ad Roſinum.*

Lacerna veſte vſi Romani per bella ciuilia; Chlæna,ſeu Læna milites in bello.Roſin.

Læſi,cùm vlciſci non poterant, immolato boue carnes minutatim incidebant,& humi inſtrato tergore, manibus poſt terga reuinctis, ſupplicabant apud Scythas. Hartung. *rit.*3.

Lagenæ vinariæ anulo obſignatæ,nequis vinum biberet,aut veneno inficeret.Gualt.

Lamina aurea regum familiares vtebantur. Nouar. *Sched l.*11. *c.*12.

Laminis aduerſus ſerpētes olim vſi.Idē *c.*10.

Lampades prælatæ Imperatoribus & aliis, honoris, & cultus gratia.Nouar. *Sched*

Laneam veſtem prima Pandora cum ſororibus coſecit hominibus. Pont.Attic. bell.

Lanificium olim maximæ curæ (vnde colus prælata nouæ nuptæ)in atrio ædiū Pont.

Lanificij opus matronæ in conclauibus exercebant, penſaque diurna ancillis præſcripta; & Virgines in ſacerdotij munera caſtitate mira educatæ, lanificio erudiebantur. Dempſt *l.*1. *Feſt. l.*16.

Lapidandis veſtes detractæ quatuor cubitis à loco lapidationis. Nouar. *Sched.*

Lapide, aut columna notabantur loca ære alieno obſtricta, & dicebatur hic locus ſignatus. Pollux, *l.*3.*c.*9.*lib* 4 *c.*19.

Lapis erat in foro Romano, de quo præco buccinabat; apud quem ſectio, auctio, & venditio fiebat. Pins, *Sylloge* 3.

Lapides Manales trahebantur,pluuiæ petendæ gratia. Turn. *adu l.*19 *c.*24

Laternæ olim fiebant ex cornu, & quandoque ex veſica. Parei Electa.

Latinè olim tantùm decreta. Sed Iudices Latinè, & Græcè ſententias proferre poterant.

Latini ſermonis vſus à Romanis quibuſdam munere datus, vt Cumanis. Alex. *l.* 2. *cap.*30.

Latinè neſcientem Græcæ prouinciæ præſidem, albo iudicum eraſit Cl. Cæſar. Alex. *l.*2. *c.*11.

Latinæ feriæ indicebantur, cum prodigium aliquod nunciabatur. Liuius. Varro.

Latiuas ferias, niſi priùs Conſules indixiſſent,

ſent, non exibant paludati in prouincias. Roſin.

Latrones cruci affixi. Erhard. *ad Petron.*

Lati claui fueruut, qui vel patre ſenatore, vel equite nati, ſed ab eo anno, quo virilis toga ſumebatur ad annum ætatis ſenatoriæ, Roſin.

Lato clauo depoſito anguſtum ſumebant qui Senatoriam dignitatem non fuerant aſſecuti. Roſin.

Latus tegunt, qui læuam tenent, quaſi inſtar ſcuti honoratiorem dextrum defendant, exteriores quoque ij dicti. Siniſter verò equus interior dictus, in circenſibus ludis, Dexter exterior, Turn. *l.*14 *c.*24 Caſtilio. *c.*1.

Latus clauus veſtis erat ſenatoria; anguſtus equeſtris.

Latus vellicare indicium amoris. Pont. Att. bell.

Laudatis impenſius, ne faſcinarentur, dicebant; *Præfiſcine.* Parei Electa.

Lauarionibus à partu multis vtebantur. Idem Pareus. Meurſius.

Laurea in manu triumphantis geſtata. Pont. Attic. bell. Depoſita in Iouis gremio. Roſin.

Lauri ramum tenebant Deos celebrantes. Laurus præcipua victoriæ nuncia. Dempſterus.

Lauatione peracta in balneis, tenuiores oleo, ditiores vnguento vngebantur. Nouar. *Sched.*

Lauabant veteres ad ſolium ſedentes ad genua vſque. Erhard. *ad Petron.*

Lauabantur mane in Saturnalibus, quaſi ſtatim tranſituri ad menſam. Lipſ. *Saturn.*

Lauandi munus obibant filij, & virgines Regum. Hartung. 1. *rituum. cap.* 8. 3. *Dec.*

Lauernam Deam furum, faciebant caput ſine corpore, ſinuocatam à furibus, & coquis.

Laureatæ literæ nunciantes aliquid læti, item arma, faſces, naues in proſperis: eædem pennatæ in aduerſis. Dempſt. *l.*10 *c.*19.

Lautus viridis affixa ad fores Pontificis, & ante veſtibulum lictor, curulis ſella regia, ac lectica. Alex. *l.*2. *c.*7.

Lauri folia à vatibus comedi ſolita, & ſuppoſita capitibus dormientium vera ſomnia gignebant. Realin. *ann.c.*1.

Laureas reportatas re bene geſta è prouincia Imperatores in gremio Iouis Capitolini reponebant. Turn. *lib.* 22. *cap.*11.

Laureatus populus intererat ludis Apollinaribus. Gyral. *Synt.*17.

Lautia munera, quæ à Populi Rom. legatis. vel principibus viris externis dabantur. Marc. Don.

Laxæ togæ, & ad talos demiſſæ probroſæ. Guliel. *l* 2 *c.*17.

Laxius cincti dicti malè præcincti, & diſcincti, tanquam molles malè audiebant, & amatores. Turn. *l.*16. *c.*4.

Lebetes, præmia ludorum minus nobilium apud Græcos. Scal. *Poet.*

Lecti olim exemptiles, & portatiles. P. Nanius. *c.*6.

Lectis ſuperiniectæ pelles piloſæ, Magius. 3. *cap.*7.

Lecti olim duplicis generis; cubiculares, in quibus dormiebant; diſcubitores & triclinares, in quibus diſcumbebant cœnantes, & prandentes. Turn. *aduerſ.l.*24. *c.*4.

Lecti tam cubiculares, quam triclinares olim ex ebore facti; atque ex Aſia, & aliunde allati, Parei electa.

Lecti cubiculares altiores triclinaribus; ideo illi cum fulmentis Scal. *ad Varronem.*

Lecti veterum non erant vt noſtri, pannis oppanſi. Caſaub. *ad Suet. l.* 2. Vide Conuiualia.

Lecti funibus, & faſciis tenti. Erhar. *ad Petr.*

Lecti deliciarum cauſâ referti roſis, violis, liliis, croco. Salmaſ. *ad Spartian.*

Lectica lucubratoria vtebatur Auguſtus poſt cœnam. Mercurialis Gymnaſtica.

Lectica ferri probroſas mulieres nefas. Nouarinus. *Sched. libro* 12. *capite* 20.

Lecticis virorum humeris portatis nefas mulieribus geſtari. Nouarinus. *Sched.* Ibidem.

Lectica, cuius vſus frequens Romæ, nemo vſus in aditu Curiæ, niſi cauſa cogeret ſontica, ideſt, animi vel corporis nimia ægritudo. Caſaub. *ad Suet. lib.*3.

Lectitabant aliquando Senatores in Senatu, & litteras dictabant. Caſaub. *ad Suet. lib.*2.

Legati hoſtium apud Græcos non admiſſi ſine præconibus, ablutis manibus, & ni prius Ioui coronatis epulis propinaſſent. Alex. 5. *c.*3.

Legatos externarum nationum & hoſtium Romani in vrbem non admittebant. Roſin. His ad Vrbem venientibus in Æde Bellonæ, quæ extra vrbem erat, ſenatus datus, reſponſa data Latiuè. Marc. Donatus. Eiſque datum publicum hoſpitium, & munera dicta Lautia per Quæſtorem vrbanum publico nomine. Alex.4.

Legati capite velato incedebant. Nouarini electa.

Legati auditi in fanis, non ſolùm apud Romanos, ſed etiam apud Græcos. Brodeus. *miſc. l.* 4. *c.*16.

Legatis ſociarum gentium locus inter Senatores in theatro datus. Scal. *Poët.*

Legatis viaticum, & anulus aureus de publico datus, quem in publico geſtabant; eoque poſtea depoſito, ferreo domi vtebantur. Scaliger. *Poët.*

Legati ante omnia petebant ſibi Magiſtratum dari. Briſſon. *Form.*

Legati plerumque dona Ioui Capitolino ferebant, & vt in Capitolio ſacrificare liceret ſibi, poſtulabant. Briſſon. *Form.*

Legatis hoſtium Senatus extra vrbem datus, iique iuſſi intra paucos dies Italia excedere. Idem.

Legationes prouinciarum, & querimoniæ ſtatis diebus audiebantur toto menſe Februario. Alexand. Nouarinus *Sched. lib.* 11. *capite* 5.

Legati Coſſ. Comites in expeditionibus & adiutores, à Senatu lecti, eorum vices gerentes, & conſultores. Alexand. *lib.* 6. *capite* 3.

Legebant, ſtudebant plurimùm in lectis, puluinoque auctores caros ſubiiciebant. Caſaub. *ad Spart.*

Legem qui promulgabat, populo ſuadebat, vt rogationem acciperet. Roſinus.

Legem ſuffragiis acceptam omnes ciues iureiurando confirmabant. Roſin.

Leges Romani à Græcis ciuitatibus per Decemuiros exportarunt. Roſin.

Leges propriæ dictæ, quæ Centuriatis Comitiis latæ in loco ſacro, quæ vero Tributis Plebiſcita dicta. Roſinus. Eæ à populo latæ; non aliter ratæ, niſi patres auctores fierent. Alexander, *lib.* 6. *capite* 14.

Leges omnes abrogare licebat, præter ſacras. Roſin.

Legem nouam ſuaſurus apud Locrenſes, collum in laqueum inſerebat; ſtrangulandus, ſi ea non probaretur à Populo. Pontani Att. bell.

Leges olim in tabulis roboreis, inde æneis inciſæ. Dempſt. Brodæus, *Miſcell. lib.* 4. *capite* 11.

Legem promulgaturus, coloniam ducturus, exercitum, populúmve luſtraturus, non ſolùm membris integris eſſe debebat, ſed etiam boni nominis. Caſell. *lib.* 1. *cap.* 19.

Lege, & moribus diſtincta erant veſtimenta Regum Perſarum, domeſticorum, & aliorum popularium. Scaliger ad *Varron.*

Leges, Senatuſconſulta aureis literis ſcripta: item ære, tabulis lapideis, cupreſſinis ſculpta. Nouarini *Sched. libro duodecimo, cap.* 3.

Leges Draconis non atramento, ſed ſanguine ſcriptæ: Solonis, in tabulis ligneis. Nullæ ſcriptæ Spartanis, Dempſterus.

Legum initiis adſcribebatur tribus, quæ prima ad ſuffragium ferendum vocata. Briſſon. *F.*

Legibus ſolui nemo poterat, niſi per populum. Roſin.

Legis ante ſuaſionem, aut diſſuaſionem, interceſſio locum nunquam habuit. Roſinus.

Legis promulgatio durabat trinundinum, id eſt, dies 27. Roſin.

Joſeph. Laurentij Polymath.

Leges ferebantur in roſtris, item agebantur cauſæ, habebantur conciones. Roſinus.

Leges Romanæ à Iunone milites arcebant, non à Venere, id eſt, legitimo coniugio, non autem contubernio. Idem.

Leges Coſſ. aut Prætore, aut alio magiſtratu conſulente rogabantur: Plebiſcita, Tribuno rogante de his quæ ad populum pertinent, ferebantur. Alexander, *lib.* 6. *capite* 23.

Legiſlator ante Comitia concionem habebat, in qua populo neceſſitatem, & vtilitatem legis ſuadebat, cum Senatu eam communicabat, & virum eloquentem primarium ſibi conciliabat, qui legem populo ſuaderet.

Legumina antiquitus in communi gaudio cocta, item ſparſa ſuper caput ſeruorum, primo die domum dominorum ingredientium, boni ominis cauſa. Stuch. *Conuiu. lib.* 1. *cap.* 8.

Lemniſci ſpargi ſoliti in ſolemnitatibus.

Lemuriis feſtis matrimonia peragi non poterant. Scal. *Poët.*

Lenones in ſcenam prodeuntes amiculum geſtabant floridum, & virgam quæ dicebatur Areſcon. Rhodig.

Lenones, & abſciſſi ſeu caſtrati pari conditione cum ſeruis habiti. Alexander, *lib.* 5. *cap.* 4.

Lenones induebantur tunica tincta, & amiculo ſplendido. Pull. 4. *cap.* 18. Varij coloris. Parei Elect.

Lenones circa forum ad argentarias tabernas verſabantur, in Comœdiis à pueris excepti conuiciis. Parei Elect.

Lenones Veneri vota ſoluebant in fano Veneris, ad quos probroſum abire in lupanaria, id oque eos operto capite adibant. Parei Elect.

Lenonum verſicolor amictus. Lenæ omnes aniculæ. Scal. *Poët.*

Lentiginoſi profani, & qui putati mortui denuo viſi ſunt, à ſacris remoti, & qui reuixerunt elati. Gyrald. *Syntagm.* 17. Alexand.

Leproſi crepitaculo ligneo eleemoſynam petebant. Item, excluſi à ciuitatibus, & oppidis muro clauſis. Nouarini *Sched. libro duodecimo, capite tertio.*

Lepus occurrens in via infortunatum iter præſagit; idem vulpes fœta, & canis prægnans Alex. *lib* 5 *cap.* 13.

Leuabantur imperatores acclamati. Item nouæ nuptæ. Pithœus, *Subſec. lib.* 2. *cap.* 5. *&* 6.

Leuato velo cauſæ leuiores cognitæ, grauiores quæſtiones cognitæ velo interiecto.

Libello tradito, indicta cauſa, Cæſares ſupplicium ſumebant. Alexander, *lib.* 3. *cap.* 5.

Libellus ab accuſatore propoſitus, cum inſcriptione referebatur in tabellam, quæ publicè in ærario ſuſpendebatur, donec abolitio fieret, finito iudicio; quod dicebatur, *eripi ex reis*, *eximi*

crimini, Polletus, *Romani Fori*, *lib.* 4. *cap.* 7.

Liberum bomioem pulſare legibus duodecim tabularum & Athenienſium vetitum ſub pœna æris: Licitum tamen ſeruos pulſare. Turnebus, *libro duodecimo*, *cap.* 10.

Libri antiquitus voluebantur, vnde Volumina dicta.

Libri potentibus, vt Diis templa, dicabantur, Nouatini *Sched. libro ſeptimo*, *capite* 1.

Libri admiſſionales olim apud potentes. Pont. Att. bell.

Libri Sibyllini non in cartaceis voluminibus, ſed in lineis deſcripti: Item acta publica. Dempſter. ad Roſin. *libro tertio*, *capite* 24.

Libri linei in templo Monetæ ſeruati, in quibus Imperij Romani fata. Gyral. *Syntagm.* 3.

Libros ſuos Ægyptij Scriptores Mercurio inſcribebant. Iamblichus.

Libros illotis manibus tangere apud Ethnicos vetitum. Nouat. *Sched.*

Liberali cauſa ſuum manu aſſerere popularem cuiuis olim licitum. Parei Electa.

Liberalium die toga adoleſcentibus anno decimo ſexto ætatis data, depoſita puerili prætexta; illa dicta, toga libera. Turnebus, *Aduerſ. libro vigeſimo tertio*, *capite ſexto*.

Liberalibus tripus prœmium victoriæ. Iun. *Animadu* 1 *c.* 3.

Liberos amiſſos ex crepundiis agnoſcebant. Parei Electa. Item per næuos. Pont. Attic. bell.

Liberi nati intra tertium diem referebantur in acta.

Liberorum trium ius à militia reddebat immunes. Pet. Moſell. *ad Gell. libro tertio*, *capite* 16.

Liberta ab inuito patrono diuertens, alicui nubere, eo inuito, non poterat. Marc. Donat.

Libertas maxima, cum ciuitate data Romana: Minor, cum iure Latij: Minima cum nulla: deditij hi dicti. Alexander, *lib.* 4 *cap.* 10.

Libertatis templum in Auentino in gratiam Iulij Cæſaris conſtructum. Roſinus.

Libertate & ciuitate donati patronorum nomina ferebant, & iis ſuum addebant. Turnebus, *libro vigeſimo nono*, *capite trigeſimo ſexto*.

Libertate donati, ingenui aliquandò facti. Acidalius, *in Plauti Militem*.

Libertinorum furta Veoeris non vindicata, atque ex eo ordine multæ meretrices. Turneb.

Libertini dicti reſpectu Ingenuorum: Liberti reſpectu patronorum. Roſinus.

Libertinorum filiis prætexta conceſſa. Roſinus.

Liberti erant miniſtri publici, vt Lictores, Apparitores, Viatores, Accenſi; at coacta ſeruitia erant Brutiarij, quòd hi bello Punico ſecundo poſt cladem Cannenſem ad Annibalem primi defeciſſent. Alexander, *libro primo*, *capite vigeſimo tertio*.

Liberti ſuffragia tulerunt in quatuor vrbanis tribubus. Roſin.

Liberti raſo capite in templo Feroniæ pileum capiebant. Gyral. *Synt.* 4.

Liberti noui in toga apparebant communi nempe alba. Parei Elect.

Libertus contumax, ingratoſque ſub mancipio eſſe, & ſeruire cogebatur. Alexand. *lib.* 3. *cap.* 20.

Libertus quidem erat ciuis, ſed nullo publico munere niſi coactus fungebantur. Roſin.

Libertus patrono egenti alimenta præſtare tenetur Marc. Don.

Libertum ingratum ac contumacem patronus in ſeruitutem poterat reuocare. Marc. Donat.

Libertorum filij tenebantur petere tutorem à patronis. Marc. Don.

Licia adhibebantur in veneficiis diſcoloria non tantùm illigandi, Incantandique gratia, ſed etiam ſoluendi, & expiandi. Item ſputum fronti illinebant luſtrale, infami digito, & expuebatur. Turnebus, *Aduerſ. lib* 25. *cap.* 6.

Licia diſcoloria triplicia adhibita in veneficiis, non tantum illigandi, incantandique gratia, ſed etiam ſoluendi. Turnebus.

Licitationi ſe offerebant manu ſublata; vnde Mancipes dicti, vel ſublato digito in publica licitatione. Briſſonius, *libro ſexto*.

Lictores palam monebant populum, vt aduenientibus magiſtratibus viam daret, proclamantes, *Date viam*. Parei Electa.

Lictores verberare debebant Poëtam Comicum, ſi progreſſus ad populum ſe laudaret. Suid. 816.

Lictores non cum faſcibus, ſed nudis virgis abſque ſecuri præibant Duumuiris, Ædilibus. Pithœus ad Petronium. Lictore, & viatore vſi ij Magiſtratus, qui prehenſionem, & vocationem habebant. Alexand.

Lictores ante Magiſtratum & Virgines Veſtales incedebant, non tantum honoris gratia, ſed ad turbam ſubmouendam etiam, Turnebus, *Aduerſ. lib.* 11. *cap.* 10. Laureati verò lictores præcedebant currum triumphantis. Roſin.

Lictores Regi in curuli ſella portato præferebant faſciculos virgarum, intra quos ſecuris obligata ſic, vt ferrum in ſummo faſce extaret. Roſio.

Lictores Reipublicæ temporibus capitis pœna afficiebant, ſub Imperatoribus carnifices id peragebant. Marcellus Donatus.

Lictores aliquem è domo euocantes fores virga

virga percutiebant, niſi eſſent alicuius viri clari, quibus faſces ſubmittebant: illi enim præter faſces geſtabant virgas ad ſubmouendam turbam, vel ad percutiendas ianuas, quo volebant intrare magiſtratus. Alex.

Lictor vnus Veſtalem præibat. Mercerus, Alex. 5. *cap.* 12.

Lictorum ſinguli curiatis Comitiis, ſingulis in curiis officij, non ſuffragij ferendi gratia aderant. Idem.

Lignatum euntes ferebant ſecurim, & lora. Parei Elect.

Ligneæ tabellæ cera oblitæ ad ſcribendum. Muretus, 9 *c.* 6.

Lignum, gladium, lapidem, ſi forte cadentia aliquem occidiſſent, lege Draconis Athenienſes exilio mulctabant. Brodæus, *lib.* 5. *cap.* 12.

Lignis ſiccis antiqui, & tædis, noctis tenebras diſcutiebant. Caſell. *libro ſecundo, cap.* 18.

Limen ſceleratum habitum, quia mortui ibi collocati, & ſagæ illud incantant. Illud amori dicatum, & noua nupta tangere illud non poterat. Mercerus, Alexan. *lib.* 2. *cap* 5.

Limen offendiſſe, laciniam adhæſiſſe, vel prolapſum cecidiſſe, obſcœnum oſtentum eſt. Alex. *l.* 5. *c.* 13.

Limites agrorum olim anguſti. Magius, *lib.* 3. *cap.* 7.

Limites, viæ publicæ, luci qui fundum tangebant, in modum agri non cedebant. Briſſon. *Form.*

Limites, ſeu terminos defigentes, lapidem limitatem vnguento, velaminibus, & coronis coronabant, eumque in foſſa, ſacrificio facto, facibus ardentibus cooperiebant, ſanguinemque inſtillabant, fruges, thura, fauos, vinum aliaque iactantes. Siculus Flaccus.

Limitancis agri conceſſi immunes ab onere tributi. Steuuech. *ad Veget. l.* 2.

Linei thoraces olim ita indurati aceto, & ſale, vt ferro reſiſterent. Caſaubon. *ad Sueton.*

Lineas veſtes, nunquam laneas, in templo geſtabant Ægyptij ſacerdotes, linigeri dicti. Gyral. *Synt.* 17. Lini vſus rarus apud Romanos.

Linguæ particulas, quas ſibi præcidebant aliqui idololatræ, idolis immolabant. Nouar. *Sched.*

Lintea ad balnea, mappas & lagenas de ſuo quiſque portabat.

Litem faciebat ſuam non ſolùm iudex malè iudicans, ſed etiam qui, qua hora iudicare debebat, ad Comitium non veniebat. Turneb. *lib.* 18. *c.* 4.

Lites, vincula, iurgia dempta dum fiebant ſupplicationes. Gyral. *Synt.* 17.

Lites diſcutiebantur, aut in Comitiis pro roſtris ad populum, aut in Baſilica apud Prætorem in iure, aut in fori area apud Iudices. Parei Elect.

Litibus & iurgiis vt abſtinerent feriis imperabatur. Briſſon. *Form.*

Literas Coſſ. & duces non niſi tranſuerſa carta mittere conſueuerant. Nouar. *Sched.*

Literarum per compendia ſcribendarum mos à Romanis receptus. Roſin.

Literis longis notabant, quod obſeruatione dignum putabant. Parei Elect.

Literis diem ſubſcribi, quo ex ſcriptæ, ſolemne erat: at inſolens, horas, & momenta. Idem.

Literis integris rarò veteres vſi in ſcribendo. Roſin.

Literis tantum maiuſculis veteres vſi, minuſculis Notarij in ſcribendo. Palmer. *primo.*

Literis Imperatorum publicè recitatis, Fauſtè Imperatoribus ipſis acclamatum. Ferrar. *Accl.*

Lituo non manu augures cœli ſpatia, quæ templa dicta præfiniebant, quod dextrum, quod ſiniſtrum. Alexander, *libro quinto, capite* 19.

Lixas, & virgas loco lictorum Athenienſes habebant, Liturgos dictos. Alexander, *lib.* 1, *capite* 27.

Loca facta religioſa, vbi monſtra viſa.

Locarius ſolutum æs in theatris.

Locarij, ſeu deſignatores loca diſtribuebant, pro pretio dicto Locario. Merces hiſtrionum dicebatur Lucar. Serui aut alij è plebe in theatro, pro loco pretium ſoluebant. Parei Elect.

Locationes, vt plurimùm, incipiebant à Kal. Martij Briſſon. *Form.*

Locationes tam vrbanorum, quam ruſticorum prædiorum in luſtrum factæ. Briſſon. *Form.*

Locus aſſignatus cuique in theatro à nomenclatore.

Locationes prædiorum vt plurimùm, incipiebant, vti & penſiones Kalend. Martij, & in luſtrum fiebant, Briſſon. *Form. libro* 6.

Lorica aurea vti, Ptolemæorum fuit mos, ex Capitolino. Nouarinus *Sched. lib.* 11. *capite* 20.

Loti, peregrè venientes, in balneis, ad laſſitudinem tollendam. Acidalius.

Loti hoſpites olim etiam ab ancillis.

Loti toti non ſemper ante cœnam.

Lotio manuum pedumque olim facta ante cœnam, cùm toti non lauabantur. Stuch. *Conu.*

Lotæ manus ante epulas & ſacrificia, apud Romanos & Iudæos. Stuch, *Conu.* Item, inter epulas, & poſt epulas, aliquando per ſingula fercula. Idem.

Loturi in balneis, ſecum geſtabant lintea mina, quibus abſtergerentur. Douſa *ad Petron.*

Lucerna ſub terra ardens ad aram Ditis, & Proſerpinæ. Licetus, *de Lucernis.*

Lucernis ornabantur ianuæ, arbores, feneſtræ in ſolemnitatibus. Idem Liceius.

Lucernæ olim fictiles ex terra, & luto formatæ. Nouar. *Sched.*

Lucernarum papyrus plumbo impoſitus. Nouar. *Sched.*

Lucernæ Calendis in foro accenſæ. Item, in dormitoriis Religioſorum, more noſtro. Nouar. *Sched.*

Lucernas accendebant præcipuè fœminæ. Idem.

Lucernarum vſus multus in natali. Nouar. Elect.

Lucernam priùs extinguebant, quàm cubitum irent. Parei Elect.

Lucerna cùm extinguebatur, dicebant. *Vale carum lumen.* Eam per ſe extingui nefas. Plut. *in Sylla.*

Lucerna ardens, poſita in ſepulchro Veſtalis viuæ ſepultæ, ob ſtuprum. Item, in ſepulchris nobilium. Licet.

Lucubrationes antelucanæ inchoatæ ſub finem Autumni à Vulcanalibus, ex Plinio, de menſe Auguſti. Muretus, *libro* 18. *capite* 13.

Ludi magiſtri olim Floralibus, vt aliis diebus, ferias dabant.

Ludi olim celebrati, placulo aliquo commiſſo. Nouat. *Sched. libro ſexto, capite decimo nono.*

Ludicrorum actores perſonas ex arborum corticibus factas ſumebant. Idem, *lib.* 9. *cap.* 20.

Ludorum ſingulæ ſpecies ſingulis Diis conſecratæ. Roſin.

Ludi ſæculares centeſimo quoque anno celebrati Briſſon *Form.*

Ludorum ſpectaculis Senatus cum populo miſtus interfuit per annos DLVIII. Roſin.

Ludi ſcenici erant, Tragœdia, Comœdia; Satyra, Mimus Roſin.

Ludi in templis, herorum tempore facti, ex Luiſini *Parerg. libro tertio, capite vigeſimo primo.* Dempſt.

Ludi in penuria lege Cornelia interdicti; itemque, ſponſiones eius gratia. Roſinus.

Ludicra in Orcheſtra habita. Pithœus, *lib.* 1. *capite* 17.

Ludi facti, & curſus equorum prope caſtra hoſtium, vt oſtenderent ſe eos deſpicere. Pontanus.

Ludi Oſci, Fabulæ, Mimi lingua Romana non fiebant, Romanis tamen intellecta. Turn. *lib.* 12. *cap.* 18.

Ludibrio quos proponere volebant, alliniebant fuco, & fuligine. Parei Electa.

Ludibrio alios afficientes digitum medium infamem & impudicum in eum intendebant. Idem.

Ludis Circenſibus manducus, ſiue perſona magnis malis latè dehiſcens, circumferebatur: Dij ipſi quotannis traducti carpentis: Ludij adoleſcentes galeati, enſiferi, peltati in verſum incedebant, citis quadrigis currebant: Iuuenes ibant in numerum ſaltantes. Idem.

Ludos indicebant Ædiles in illis magiſtri, & exercitatores. Parei Elect.

Ludi ſcenici, in theatro agebantur; in amphitheatro, gladiatorij. Idem.

Ludis votiuis palmæ datæ victoribus, itemque populo epulum ab ædilibus. Scaliger, *Poët.*

Ludorum inuentor Palamedes in obſidione Troiana, Roſin, Dempſt.

Ludentes pueri dicebant, *Rex eris, ſi rectè facies.* Briſſon. *Form.* Hur. *epiſt.* Aſinus dictus victus. Alexander, *lib. tertio, capite* 21.

Ludis 5. pentathli, id eſt, iactu diſci, curſu, ſaltu, iaculatione, cæſtu; item, pila, luctâ, Senatuſconſulto tantum nummis ludere permiſſum. Alexand. *lib.* 3. *cap.* 21. Græcis vero octo, ſtadio, diaulo, dolicho, hoplite, pygme, pancratio, pale, balmate, id eſt, ſaltu. Idem *ibid.*

Ludi ſinguli, Diis ſingulis dicati; venationes & munera, Saturno; Scenici, Libero; Circenſes, Neptuno. Alexand. *lib. ſexto, cap.* 19.

Lumbrici appellati, qui ex imis ſordibus ad ſummas dignitates euehuntur. Parei Elect.

Lumen, cùm infertur in cubiculum, religionis gratia, Græci precabantur, *φῶς ἀγαθόν.* Rhod. Manut.

Lumine veſperi primùm illato, ab Hiſpanis acclamatum, *Vincamus*; à Græcos, *φῶς ἀγαθόν, Lumen fauſtum.* Nouar. Elect.

Lumina miniſtri menſæ inferentes, dicere ſoliti; *Viuamus, moriendum eſt.* Lipſius, *Saturn.* 1. *c.* 19.

Lumina veterum faces, funalia, candelæ; ſed Lychni lumina dicti, ex oleo dumtaxat. Iſidorus, Pollux, Dempſterus, *lib. primo.*

Lunam nouam, dieſque menſium Pontifices minores obſeruabant, & indicebant Romæ. Alexander, *libro ſecundo, capite ſeptimo.*

Luna ab amantibus inuocari ſolita. Nouatini *Sched. libro ſexto, capite decimo tertio.*

Lunulæ geſtatæ in calceis nobilium Romanorum; ſeu Lunati calcei Senatorum, & nobilium. Roſin.

Luna noua obſeruata in templis adeundis, in domibus ædificandis, in nuptiis ineundis. Nouar. *Sched.*

Lunæ laboranti clamoribus ſuccurrebatur, veſpertinis horis. Item, ferrum & æs pulſatum; vt Lunam ab incantamentis eriperent. Idem, *libro ſexto, capite decimo quinto.*

Lunæ arma captiuorum hoſtium à victoribus cremata. Dempſterus, *libro ſecundo, capite* 8.

Lunam obſeruabant Græci, potiſſimùm Lacedæmonij, in quolibet negotio ineundo. Manut *Adag.*

Luna plena Græcis auſpicata ad bellum capeſſendum Cerda *ad* 2. *Virg.*

Luna olim credita carmine magico ſollicitari, ruboreque ſuffundi, veluti verecundari; quod in defectu ei quoque euenire veneficiis credebant. Eadem Luna, quia laborare credebatur, &, carmine veneficarum, ſollicitari & cœlo deduci, ideo clamore, & æris ſtrepitu, ne eas audiret, ei ſuccurrebant. Turneb. *Aduerſ. lib.* 22. *cap.* 23.

Luperci occurſantium terga, ac manus mulierum & virorum pellibus feriebant, ad fœcunditatem faciendam. Salmaſ. *ad Spart*

Lupini

Lupini pro aureis numis numerati in Comœdia, ob duritiem; hinc dictum aurum Comicum. Parei Elect.

Lupini erant numi Comici. Guliel. in Plaut. *Sticho.*

Lupi catulum qui interemiſſet, apud Atticos, talentum; qui adultum, duo lucrabatur. Suid.

Lupinis maceratis bones alti, iiſque vſi pueri in ludis loco calculorum. Gualter. *ad Hor.*

Lupi roſtrum in foribus villarum affixum ad faſcinum auertendum. Alexander, *l. 2. capite quinto.*

Lupos occidere Athenis olim capitale. Hartung. *vit. prima, capite octauo, Decan. octauo.*

Lupanaris, latrinæ, carceres, & huiuſmodi, coronata olim. Caſellin. *libro primo, capite 19.*

Lupanarij cellæ erant inſcriptæ nominibus meretricum.

Lupanaria in littoribus plerumque apud Athenienſes.

Lupanar æquè turpe honeſto viro, atque caupona, vel cella vinaria. Caſaubon. *ad Spart.*

Luſoriis armis abiectis, prælusione dirempta, gladiatores tranſibant ad vera, quod erat gladiis verſis pugnare. Parei Electa.

Luſtratio quinquennalis, à Cenſoribus perfecto cenſu, quinto quoque anno. Roſin.

Luſtrum primum in Campo Martio conditum. Roſin.

Luſtris ſingulis vota concepta pro Reipublicæ incolumitate. Caſell. *variar. capite decimo nono.*

Luſtricis diebus nomina recenter natis imponi ſolita. Nouarini Electa, Marc. Donat.

Luſtrico die nono pueris nomen impoſitum, puellis octauo nomen ponebatur. Roſin.

Luſtrati pueri die luſtrico igne & ſulphure, ſuffitibus excitatis, & aquæ aſperſione, adhibitis carminibus.

Luſtrum condentes Cenſores precabantur, vt Dij immortales rem Romanam volentes propitiique augerent, & propagarent imperium, eoque aucto, & propagato ad ſummum culmen perducerent. Alexander, *libro quinto, capite vigeſimo ſeptimo.*

Luto facies conſpurcatæ Athenis facinoroſorum hominum, extra fines exportandorum. Caſaubon. *ad Suetonium, libro octauo.*

Lympha, ac bonus Euentus ab agricolis inuocatus. Briſſon. *Form.*

Lychnos, in quibus oleum duntaxat, non extinguebant; ſed eos ſinebant langueſcere. Petronius, Dempſterus, *libro primo.*

Lyrici in certamine vincentes, iuuencam accipiebant; Tragici, hircum; Epici, taurum; Bucolici, vel vini, vel lactis libationem, idque Apollini, Muſis, Baccho, Ino, & Gratiis; Scolici poculum. Scaliger, *Poët.*

Ioſeph. Laurentij Polymath.

M

M Gerunt Meſſenij in ſcutis. Angli M inurunt in pollicibus homicidarum.

Machæra inſidiantium, & latronum erat. Dempſt.

Macellum intrabant obſonatores duntaxat. Muretus, *libro decimo ſexto, capite decimo nono.*

Machina læuâ inducebantur in ſcena, quæ domi, & in vrbe; dextrâ verò quæ foris geſta. Scal. *Poët.*

Macte Virtute eſto, ſanguinolentis, & de pugna redeuntibus dicitur. Senec. *Epiſtola 67.*

Magiſter regi pariandus, ideo coram eo vt ante Regem ſtandum. Nouarini, *Sched.*

Magiſtrorum ſub diſciplina olim parebant ad tempus vſque ætatis, quo petere Magiſtratus liceret. Parei Elect.

Magiſterij titulo ornati, pileum ſumebant, inſigne virtutis ſpectatæ & libertatis; quo donabantur manumiſſi. Roſin. *libro primo, capite 20.*

Magiſtratum eundem intra decennium capere olim Romæ interdictum. Caſaubon. *ad Suet.*

Magiſtratu abeuntes iurare tenebantur, ſe nil contra Rempublicam perpetraſſe. Turnebus, *Aduerſ. libro vigeſimo primo, capite 15.*

Magiſtrum equitum ſibi Dictator eligebat. Roſin.

Magiſtratus nullus, Comitiis creandorum cauſa Magiſtratuum inſtitutis, potuit de cœlo ſeruare, & Comitia impedire. Roſin.

Magiſtratum adire iniuſſu populi Capitale fuit. Roſin.

Magiſtratus in Coloniis prætexta vſi; iique in ius poſtulari non poterant. Roſinus.

Magiſtratus maiores, quorum maiora ſunt auſpicia, Comitiis Centuriatis creati, & annui vt Conſules, Prætores, & Cenſores, reliqui minores. Roſin.

Magiſtratus ordinarij ad finem menſis Iulij, & principium Auguſti creabantur. Roſin.

Magiſtratuum Comitia haberi non poterant, niſi Augures adeſſent. Roſin.

Magiſtratibus ad vrbem qui erant Senatus in templo Bellonæ datus. Roſin.

Magiſtratibus vrbanis, & prouincialibus, ſi extra vrbem bellum eſſet gerendum, imperium militare lege Curiata tribuebatur; in vrbe verò ſeditionis reſtinguendæ cauſa Senatuſconſulto. Roſin.

Magiſtratibus creandis non ſemper idem tempus ſeruatum. Roſin.

Magiſtratus olim zona vſi. Dempſt.

Magiſtratus capiendi, & ſententiam dicendi in Senatu ſub Auguſto annus vigeſimus quartus aut vigeſimus quintus. Dio.

Magiſtratus omnes annui, ſola Cenſura quinquennalis. Marc. Don.

Magiſtratus coronati ſedebant, Caſell. *lib.* 1. *cap.* 9.

Magiſtris vicorum, & Collegiorum toga etiam prætexta permiſſa. Manutius, *Quæſtione* 3.

Magiſtratus ſorte lecti in ſtatu democratico. Iun. *Animadu.* 5. *c.* 5.

Magiſtratum Romæ nemo aſſequebatur, niſi exactis decem ſtipendis, poſt annum ætatis 17. Prima dignitas erat Quæſtura, anno 27. Secunda Tribunicia, anno 30. Deinde Ædilitas 38. Prætura 40. Conſulatus 45. Polletus, *Fori Romani*, *lib.* 5. *cap.* 8.

Magiſtratus initi dies auſpicalis erat, & dicebatur, eoque verè munia ſui Magiſtratus obibant, etſi tantùm dicis cauſa. Lipſius, *ad Tacit ann.* 4.

Magiſtratus maiores habentes vocationem, & prehenſionem, vt Dictator, Coſſ. Prætor, Tribunus plebis, aut mil. Præfectus vrbis, aut Interrex: tamen Senatum vocare poterant. Alex. *l.* 4. *c.* 11.

Magiſtratu Curuli geſto, non licebat eidem alium, niſi biennio interiecto, obire; eundem verò intra decennium, neque eodem anno duos Magiſtratus. Polletus, *Fori Rom. l.* 5. *c.* 8.

Magiſtratus de re aliqua cogniturì, aut conſulturi ſibi aduocabant, quos in conſilio haberent, Turnebus, *Aduerſ. lib.* 10. *cap* 27.

Magiſtratus maiores ſedebant in ſellis curulibus, aut tribunalibus, minores in ſubſelliis. Idem.

Magiſtratus virgis in noxios animaduertebant; Domini loris in ſeruos. Parei Elect.

Magiſtratus in Campum euntes, vt aliquid agerent, Petronium in Tiberim profluentem, auſpicato tranſibant; Quod genus auſpicij Perenne vocabant. Idem, militiæ in aliis omnibus quos tranſibant, faciebant, eaque auſpicia ſimilia erant fere ſacris, quæ Græci διαβατήρια vocabant. Turnebus, *Aduerſ. libro* 23. *capite* 12.

Magorum inſigne manu geſtatum olim. Nouar. *Sched. l.* 11. *c.* 12.

Maiuma feſtum apud Romanos menſe Maio, iuxta Oſtiam celebratum; in quo aquis marinis inter ſe pugnabant, atque eas inuicem in obuios iaculabantur. Dicta hæc decurſio Tiberina. Barrientus, *Emend. cap.* 17. item, feſtum celebratum Kalend. Maij more noſtro, dicta Floralia. Gyral. *Synt.* 1.

Maius menſis nuptiis olim infauſtus. Roſinus.

Mala ad auerruncanda ter aſpergebantur, & in faciem deſpuebant, ad inuidiam depellendam, item in ſinum. Manutius, *Adag.*

Mala timentes, imprecantes in hoſtium caput deuouebant. Manut, *Adag.*

Mala, poma, Veneri ſacra, amoris ſymbolum, & præmium in certamine formarum. Idem.

Mala incruſtata olim cera, aut gypſo. Item, mala amicis donari ſolita Nouar. *Sched. lib.* 9. *cap.* 19.

Mali punici eſu abſtinebant mulieres, Theſmophoria celebrantes. Idem, *lib.* 9. *cap.* 27.

Malis, pyriſque ſingulis ſingula vaſa fictilia aſſignata, Idem, *libro vndecimo*, *capite ſecundo*.

Malum omen, capillos & vngues ſecare in naui ſedata temp. ſtate. Petron.

Maleficis oculos exurebant Parei Elect.

Mammillæ infantularum ſtatim natarum à matribus alligatæ. Nouar. *Sched. lib.* 11. *cap.* 22.

Manalis lapis extra portam Capenam, quem cum propter nimiam ſiccitatem in vrbem deferrent, ſequebatur ſtatim pluuia. Sic dictus, quia ſtatim aqua manaret. Feſt. Roſin.

Mancipia deueſtiebantur, & nuda inſpiciebantur ab empturibus.

Mancipiorum pretia ſingulorum, cum venum in cataſta à mangonibus producebantur, titulis voce præcones indicabantur. Caſaubon. *In Sueton.* Eaque coronata ſub haſta venibant. Gell. *lib.* 7. *capite* 5.

Mangones pueros vendebant.

Manicatæ tunicæ probro datæ. Parei Electa.

Mantile in Imperatoris ſiniſtra geſtatum, vt ſe mortalem cogitaret. Nouarini Electa.

Manus elatæ à populo in Comitiis Græcorum, cùm quis damnandus erat, eæque à Prætore numeratæ. Suid.

Manus inter ſe, vſque ad digitorum crepitum contritæ, timentis grauiter erat indicium.

Manum principibus viris priſci oſculati ſolebant.

Manûs ſublatio, ſignum erat aliquem eſſe deuictum. Nouar. *Adag.*

Manus, pedes, aureſque luſtratæ in libris contrectandis, more Ethnicorum. Nouar. *Sched.*

Manuum extenſione in altum confirmabatur aliquis idoneus publico muneri. Item, pax petebatur, Alexander, *quar* 10. Idem.

Manu caua aliquid accipere probroſum erat; quia rapina; ſinu verò togæ expanſo, liberale. Dempſt.

Manuarias artes ciuibus Romanis exercere non licebat. Roſin.

Manus potentium oſculo inuadebant ſerui ſupplicantes, & gratias agentes. Pithœus 1. *ſubſec.* 7.

Manus inuicem complodere, gratulantis eſt. I. Barbar. *ex Xenoph. & Pauſ.*

Manum agitare in eundo, leuitatem mentis oſtendit. Alex. *ex Plut. in Catone.*

Manus victrices Imperatorum oſculabantur. Gyral. *Synt.* 1.

Manumittere ſeruum apud Prætorem volens, eius, quem manumittere volebat, caput, aut aliud membrum tenens ad Prætorem

torem, ita dicebat. *Hunc hominem liberum eſſe volo*, &c. ...um emittebat è manu: Item, alapa percutiebat, circumagebat; Prætor vindictâ, id eſt, virgam, qua eiuſdem ſerui caput à lictore percutiendum erat, illi imponebat. Sigonius. Roſin.

Manumiſſi, id eſt, libertate donati, raſo capite, pileum geſtabant, libertatis inſigne. Roſin.

Manumittendi alij etiam modi extra tribunal, nempe in Prætoris tranſitu, cum aut lauandi, aut geſtandi, aut ludorum cauſa prodiiſſet. Sigon.

Manumiſſione ſeruorum tabulæ factæ. Feſtuca libertatis index. Nouar. *Sched.*

Manumittendi ad Eccleſiam ducebantur, dominique libellus cauſam continens manumiſſionis ſummo ſilentio recitabatur. Nouar. *Sched.*

Manumiſſio duplex; iuſta, quæ vindicta, cenſu, teſtamento data: non iuſta, quæ inter amicos in conuiuio, per epiſtolam: illa planè, plena libertas: altera, non plena, quia retrahi poterat. I. C.

Manumiſſi veſte candidâ ornati. Tertull.

Manumiſſi ſtatim manumiſſori, *Salue patrone*, dicere ſolebant. Turn. *aduerſ. lib.6. cap.4.*

Manumiſſi nomen in acta relatum; cauſâ etiam, ſeu titulo manumiſſionis aſcripto. Parei electa.

Manumiſſio fiebat feſtucâ, ſeu vindicta Prætoris per lictorem. Parei electa.

Manumittendi caput Domini tenere ſolebant, alapam impingere, in gyrum agere, è manu mittere, dicebantque *Liber eſto, atque abito.* Lictor vindictâ Prætoris, caput percutiebat. Prætor dicebat. *Ai ete liberum more Quiritium.* Manumiſſus dicebat, *Patrone ſalue*, Poſtea raſum caput ibant, in ſedili lapideo, vbi ſcriptum erat, *Bene meriti ſerui ſedeant, ſurgant liberi*; togam, caligas, & calceos ſumebant. Parei electa.

Manumiſſi nomen geminabant, vſurpantes nomen Patroni. Idem.

Manumittebant per cenſum, cùm ſuum nomen ſeruo imponebant in luſtro, & in cenſum deferre cogebant. Idem.

Manumittebant per teſtamentum, cum ſeruo libertatem dabant per teſtamentum, vel directè, vel indirectè; hic dictus Horcinus libertus, qui pileo aſſumpto funus Domini præcedebat. Idem.

Manumiſſiones Latinæ tres; inter amicos, per conuiuium, per epiſtolas. Liberi fiebant manumiſſi, non autem ingenui, Quirites vocati, & donati ciuitate. Idem.

Mappâ ſignum dabatur in ludis. Pont. *Att. bell.* id eſt, Circenſibus & Scenicis à Prætore. Dempſt. *l.1.*

Maria clauſa à 5. Iduum Nouemb. vſque in 6. Idus Martij, cum ſacrificiis pactis nauigia in mare deducuntur. Dempſt.

Mare Romani ante primum bellum Punicum non ſunt ingreſſi. Roſin.

Mari quæ violata erant, expiabantur. Rhod. *l.11.c.23.*

Marinæ vndæ ad medelam, & expiationem adhibitæ, in quas expuere nefas. Caſell. *l.1.c.3.*

Maritus deprehendens vxorem in adulterio, dote eam priuare poterat, eamque togatam incedere cogebat. Dempſt.

Maritus de coniugis capite & famâ cum propinquis apud priſcos Romanos iudicabat. Tacit. *l.13. Hiſtor.*

Mariti Domini vocati ab vxoribus. Tiraq. *de leg. con. gl.1.*

Marmoris fragmentis ad fluorem ſiſtendum olim vtebantur. Nouarinis *Sched. l.11.c.7.*

Mars Gradiuus cum ſæuit: Quirinus cum tranquillus in vrbe, extra quam templum habet. Marc. Don.

Martius Campus extra vrbem fuit, vbi Romana iuuentus exercebatur. Roſin.

Martio menſe vectigalia Populo Romano redemptoribus, & publicanis locata; item, agri priuati ſuis colonis locati. Pithœus *2. ſubſec.4.*

Martio menſe cauſæ hoſpitum, externorúmque auditæ, expeditæ. Hartung. *3. Dec.*

Martiis Calendis in atis Veſtales nouum ignem accendebant, laureas virides tam in faſcibus conſularibus, quàm ædibus Regis ſacrorum, Flaminum, Veſtalium, atque curiæ veteribus mutabant, mercedem magiſtris ſoluebant, vectigalia locabant, Matronæ ſeruis cœnas apponebant, munera viri mulieribus mittebant, vt in Saturnalibus viris mulieres. Alex. *l.3.c.24.*

Maternum nomen ſibi aſciſcere interdictum, fœminis enim familiæ cognomen indere nefas. Alex. *l.5.c.4.*

Matresfamilias Romanæ primum locum ædium tenebant, Græcæ intimum. Alex. *l.5.c.4.* Steuuech. *Veget.*

Matresfamilias in ancillas eligebant deformes vetulas, pithecia dicebant, quæ lenociuia facere credebantur ſeruis.

Matronæ longos crines, ſcorta breuiores alebant. Matronas in publico videri indecorum, abſentibus maritis.

Matellas petebant antiqui crepitu digitorum. Mart.

Matres familias ſine comite in publicum non prodibant. Roſin.

Matronæ Martio menſe cœnas ſuis ſeruis dabant, vt domini Saturnalibus. Marc. Donat.

Matronæ vittatę & ſtolatę, operta facie: non item libertinæ, nam in libertinis non vindicabantur Veneris furta, atque ex eo ordine multæ erant meretrices. Turn. *aduerſ. l.29.c.31.*

Matres familias in atriis domorum operabantur. Arnob. *lib.2.*

Matres familias vino abſtinebant, quas propinquis & affinibus oſculari ius erat, ad ſobrietatem indagandam. Arnob. Val. Max. Hæ in atriis aſſidebant lanæ operam dantes. Alex. *5. cap.24.*

Matutæ ædem ancillæ non ingrediebantur. Gyral. *Synt.1.*

Megaſtor, muliebre iuſiurandum: *Mehercule*, virile: *Ædepol*, commune. Acidalius.

Mecum, vt voles; formula erat, amicitiam, inimiciamque flocci facientis. Stat. *obſeru.c.7.*

Medici iure aureorum anulorum ab Augusto donati. Horat. *ad Gualt.*

Medici publicè deſignati gratis curabant. Suid. Item ſingulis legionibus aſſignati. Veget.

Medici olim ſeruilis conditionis, & potiſſimum Iulij tempore. Manut. *Quæſt.29.* Dempſt.

Medici Ægyptij ſingulorum membrorum deſtinati. Hartung.2.*dec.6.*

Medicinæ Doctores, artiúmque liberalium profeſſores ciuitate Rom.donati à I.Cæſare. Marc. Don. Alex.

Medicinam Chirurgicam Chiron, Apollo Ocularium, Cliniceo Æſculapius filius inuenit. Dempſt. *l.1.*

Meditationi, lectioni aut ſcriptioni operam daturi, lecticulo, ſeu lectulo lucubratorio ſeſe componebant. Caſaub. *ad Suet.*

Medio digito monſtrabantur ad irriſionem, & contumeliam, Indice ad honorem.

Medius locus digniſſimus. Caſaub.*ad Spart.*

Megalenſes ludi à Prætoribus, & Magiſtratibus purpuratis,atque ornatu triumphali in toga & præcepta curabantur,& ſpectabantur. Roſin.

Megalenſibus ludis, nullus præter Idææ matris famulos ſtipem cogere poterat. Roſin.

Mel non tantùm antiquis in deliciis, ſed apum quoque iucunda recordatio ob mellificium. Parei electa.

Mel & ficum edebant Ægyptij, Mercurij diem feſtum agentes.

Mel ſoli libatum.

Melle panéque menſa Pythagorea conſtabat.

Membra ſingula alicui Deo dicata: Genio frons, Iunoni bracchia, Neptuno pectus, Marti cingulum, Veneri renes, Mercurio pedes, Mineruæ digiti. Alex. *l.2.c.19.*

Membra ſingula corporis, vt oculi,manus, &c. ſuum habebant medicum apud Ægyptios. Hartung. *l.2.*

Memoriæ ſedes in ima aure. Alexand. *lib.2. cap.19.*

Mendici,iis qui eleemoſynam largiebantur, aliiſque beneficiis Deos propitios precabantur. Briſſon. *Form.*

Mendici perſonam Auguſtus ſemel in anno ſumebat ad exorandam Nemeſim, & euitandam Deorum iniuriam. Caſaub. *ad Suet.* Mendicantes non manum, ſed ſinum protendebant. Dempſt. *l.1.*

Mendici ſtipem rogabant in ſaccum ad portam Tergeminam. Item Serapidis ad ædem. Parei electa. Mart.*l.9.c.30.*

Menſibus quibuſque certæ religiones aſſignatæ. Modius *ep.42.*

Menſura iuſta togæ ſex vlnarum. Dempſterus.

Mentio cum facta alicuius perſonæ excellentis,aliqua illius additur laus. Hartung. 3.*Rituum.*

Mentum Græci ſupplicantes tangebant.

Menſi cuique ſuum numen dicatum: Ianuario, Iuno; Februario, Neptunus; Martio, Minerua; Aprili,Venus; Maio, Apollo: Iunio, Mercurius: Iulio, Ioui; Auguſto, Ceres; Septembri, Vulcanus; Octobri, Vulcanus; Nouembri, Diana; Decembri,Veſta. Alex. *l.3.c.24.*

Mercatores Maio menſe Maiæ matri Mercurij ſacrificabant. Dempſt. *l.2.c.9.*

Mercatores Mercurium inuocabant, vt furtum lucris efficeret. Parei electa.

Mercatores domum reuerſi, Mercurio grates referebant. Idem.

Mercatores zona vtebantur. Mercurialia agebant Cretenſes,vt Saturnalia Romani. Dempſt.

Mercatores Idibus Maiis aqua Mercurij ad portam Capenam ſe immergebant, vt quæſtus vberes facerent. Alexand. *l.4. cap.16.*

Mercatura, artéſque mechanicæ,& viles aduenis,& ciuibus nouis Romanis permiſſæ, non autem ingenuis. Alex. *l.5.c.16.*

Merces balneatoris quadrans. Pont. Attica bell.

Merces per vicos clamabant vendentes, idque modulatè: v.g. caricas, &c. Briſſon. *Form.l.*8.

Mercurialium Collegium fuit mercatorum. Roſin.

Merenda cum prandio aliquando eadem. Roſin.

Meretrices lenas ſuas matres vocabant,quia ab illis educatæ. Plaut.

Meretrices Tuſcæ dotem ſibi comparabant corporis quæſtu.

Meretricum imagines in curru depictæ. Nouar. *Adag.*

Meretricum veſtis toga, calceus diuerſi coloris,flauus crinis: Dempſt.

Meretrices flauo capillo & toga ſtrictiori vſæ: at matronæ nigro, toga laxa, ad talos demiſſa cum ſtola & flameo, vittis & reticulo. Alex. *l.5.c.*18.

Meretrices olim velatæ vrbem circumibant, canentes, pulſantéſque citharas. Nouar. electa.

Meretricum nomen in fronte ſcriptum, earum mercatus Aphrodiſiis. Caſell. *l.1. cap.2.*

Meretrices dici nolebant, quæ vni tantùm viro proſtabant. Palmer.12.

Meretrices in ſuis conciliabulis prandium, cœnamve amatoribus paratam habebant. Parei elect.

Meretricum veſtes luteæ, quia hic color auri, cuius illæ percupidæ. Parei electa.

Meretrices quoties penſum nequam perſoluiſſent, tot corollas Trepallo, Marſyæ, & Hermæ donabant. Parei electa.

Meretrices proſtabant cum toga, & ſtolis pullis. Alex. *l.5.c.*18.

Meretricum mercatus Aphrodiſiis,ſeu ſacris Veneris. Hæ nomina mutabant. Parei el.

Meretrices

Meretrices non alebant longos crines. Idem.

Meretrices puellæ ſerta Veneri dicabant. Apud Ædiles nomina profitebantur. Parei electa.

Meridiabant antiqui, ſomnum leuem capientes.

Meſochorus, in auditorio ſignum acclamandi dabat. Fet. *Acclam.*

Meſſium tempore feriæ erant iudiciorum. Pithœus 2. *ſubſec.* 20.

Metallariis, ſeu ad metalla damnatis ſtigmata inuſta, & dexter oculus aliquando erutus. Nouar. Sched. *l.* 10. *c.* 18.

Metatores agros præſcriptos metabantur, Veteranis ex æquo diuidentes. Nanius *l.* 7. *c.* 4.

Micatione antiqui controuerſias tollebant, ſic res in foro, carnes de lanio emebantur, quod poſteà vetitum. Caſaub. *ad Suet.*

Migrantes Romani ex Coloniis, Municipiis vel Prouinciis, patriis ſacris relictis; eius curiæ, in quam referebantur ſacra recipere cogebantur. Roſin.

Migrationes ex ædibus fiebant Calendis Quinctilibus. Roſin.

Mileſiæ mulieres à ſui ipſius ſponte ſtrangulatione reuocatæ, quòd inſepultæ abiicerentur. Magius *l.* 2. *c.* 21.

Milliaria notata lapidibus, hinc lapides pro milliaribus vſurpati. Turn. *libro* 5. *cap.* 1.

Miliaria lapidea in itinere literis plena, quæ doceant, moneant viatores. Nouar. *Sched.*

Miluus etſi rapaciſſimus, nil eſculenti capit ex funerum ferculis, & Olympiæ aris. Plin. *l.* 9. *c.* 10.

Mimi non erant perſonati, ſed fuligine obliti, agninis pellibus amicti, nudis pedibus agebant. Roſin.

Mimos in Capitolio aliquando agebant, vt Dij eſſent ſpectatores. Nouar. Sched. *l.* 11. *c.* 17.

Minio corpora inficiebant Æthiopes in bellum profecturi. Marc. Don.

Minio illita facies Imperatorum triumphantium, & Iouis, ſolemnibus diebus. Stuch. *l.* 1. *c.* 21.

Miniſtrabant in ſacris Furialibus Athenis nobiles Ephebi. Caſaub. 4. Athen. *lib.* 21.

Miſerorum nomina exſcripta Præſules ſeruabant. Nouar. *Sched.*

Miſſilia ſparſa ab Imperatoribus in theatro tempore ſpectaculorum. Hartung. 2. *dec.* 8.

Mitram geſtare viris olim turpe, & molle. Lydorum tamen, & Phrygum tegmen capitis conſuetum erat. Turn. *aduerſ.* *l.* 4. *c.* 14. Hæc triplex; virginalis, militaris, & capitis redimiculum. Dempſt.

Mitram Lydiæ, & Troianæ geſtabant mulieres, viris tamen probroſam, ſed multò magis cum redimiculo. Turn. *aduerſ.* *l.* 29. *c.* 25. Item meretrices, Bacchus, & Bacchantes. Dempſt.

Mœnia & pomœrium ciuitatum ſancta, ideo ea tranſgredi ſine piaculo nefas, pomœrium inauguratum, ſanctúmque, portæ tamen non ſanctæ, quia corpora defuncta illinc elata, aliaque profana fiebant. Alex. *l.* 4. *c.* 16.

Modij, & ſextarij in ciuitatibus publicè adſeruati contra ſuſceptorum fraudes. Steuuech. *Veget.*

Molarum apud antiquos non erat vſus, frumenta torrebant, in pilis pinſebant Piſtores. Seruius.

Molas truſatiles trudebant ſerui ante repertum vſum Aquariolarum, illis machina ad collum appenſa, dicta Pauſicape, ne inter molendum manus ori ad edendum admouere poſſent, erant etiam molæ aſinariæ. Parei electa.

Moneta aurea antiqui non vtebantur. Nou. Sched. *l.* 3. *c.* 1.

Monſtroſi partus, Androgyni, Hermaphroditi, aut flammis dati, aut mari, fluminibúſque obruti. Caſell. *l.* 2. *c.* 1.

Monetæ valor ex materia, & nota: eam adulterantes peculatus pœna puniti, & læſæ maieſtatis rei dextra abſciſſa apud Perſas, pœna capitali apud Ægyptios. Dempſt. *l.* 7. *c.* 31.

Monſtris & ſpectris infeſtati Herculem inuocabant. Parei electa.

Monſtris nunciatis Athenis Diis Agyieis ſacrificabant. Giral. *ſynt.* 7.

Monſtris & ſpectris ædes infeſtari credebant, vbi ſcelus aliquod perpetratum. Parei electa.

Monſtra edita, in mare vel flumen deiecta, à ter nouenis virginibus carmen per vrbem cantatum, donúmque Iunoni portatum. Alex. *l.* 5. *c.* 27.

Morbos, vt curarent deſpuebant, item incantationes, & monſtra. Tiraq. *Leg. con.*

Morum arborem detruncare nefas apud Athenienſes. Nouar. Sched. *l.* 6. *c.* 16.

Mulcta ſuprema olim duarum ouium, & 30. boum. Roſin. Minima vnius ouis. Briſſon. *Form.* *l.* 5.

Mulieribus vini vſus olim interdictus. Roſin. Tutores dati ex lege Græcorum. Tiraq. *de l. con.* 1. 21.

Mulieres ſteriles februantibus Lupercis ſe offerebant. Dempſt.

Mulieres ſacrificulæ ad numinis ſimulacrum velatæ ſe concidebant. Nouar. elect.

Mulierum inornatarum mulcta Athenis ſcribebatur, & apud platanum, quæ in Ceramico erat, exponebatur. Pollux. *l.* 8. *c.* 9.

Mulieres Romanæ ſine prænomine, ſed cum nomine gentis, addebant etiam cognomina, vt Prima, Secunda, Tertia. Robertellus.

Mulieres eruditæ plerumque malè audiebant. Muretus *l.* 8. *c.* 21.

Muliebri habitu indui vitum, olim piaculare, & probroſum. Iun. *Com.* 2.

Mulieres voti damnatæ & compotes, ab vrbe ardentes faces in Aricinum nemus, vbi religioſiſſimè colebatur Diana, ferebant illius Deæ feriis. Turn. *aduerſ.* *l.* 7. *cap.* 26.

Mulieres geminos parientes Iunoni Lucinæ oues ambiegnas immolabant, agni enim

enim duo ouium matrum ambiggnarum geminos referebant. Turn. *aduerſ. l.27. cap.10.*

Mulieres vſæ ſoleis, calceis viti foris, ſoleis verò in triclinio, vel cubiculo. Parei electa.

Mulieres ſuber toſerebant calceamentis. Pont. Attica bell.

Mulieres inornatius in publicum prodeuntes mulctatæ. Pont. Attica bell.

Mulieres apud Tyrrheoos vbi peperiſſent, maritos io lecto collocabant, lautéqoe rtactabant. Pont. Att.

Mulieribus Romanis olim neque molere, neque coquere licuit. Stuch. conuiu. *l.2.c.13.*

Mulieres apod Locros non niſi cum ſcortari volebant, & amaſios quærere, auro, aut cum luxu ſe ornabant. Tiraq.

Mulieres Comitiis excluſæ, foro quoque & coocionibus, nec poterant arrogari. Alex. *l.4.c.2.*

Mulieres Grecæ oudæ cum viris pugnabant. Dempſt.

Mulieres ſe proſtituebant ad ædem Veoeris apud Babylonios. Singularia Roa.

Mulier Romana ſub tutelâ perpetuâ erat aut patris, aut tutoris, aut mariti. Marc. Donat.

Mulieribus interdicta Olympica ſpectacula. Marc. Don.

Mulieres vno marito contentæ coronâ pudicitiæ ornatæ. Val. Max.

Mulieres ingenuæ albatæ erant, libertinæ atratæ, nobiliores purpuratæ. Turn. *l.12.c.6.*

Mulieres barbaræ gypſatæ manibus, ad eas candefaciendas. Turn. *l.12.c.18.*

Mulieres ſtupri licentiam apud Ædiles profeſſæ nomen mutabant, & cum ad bonam frugem reuertebaotur, nomen primum reſumebant. Parei electa.

Mulieres matres familias, virgines, io publicum prodire foras ſine comite, impudicum. Idem.

Mulieres ex inſtituto maiorum abſtemiæ erant. Parei electa.

Mulieres immodeſtæ in viis mille drachmis mulctabantur. Suid. 681.

Mulieres plangentes, crines ſoluebant, aſpergebant, tum pectus nudabant, & humeros.

Mulieres, quæ à Diis ſe diligi putabant, in Capitolio ſedebant. Caſaub. in Sueton. *l.17.c.21.*

Mulieres Syracuſiæ iurabant per Proſerpinam.

Mulis, mulabúſque vſi veteres ad carrucas trahendas, quibus aliquando inſidebant honeſtiores matronæ. Parei electa.

Mulis potius, quam equis tracti currus olim, rhedæ, carrucæ. Marc. Don.

Mulſum in deliciis olim habitum, & in triumpho militibus ab Imperatore donatum. Turn. *l.14.c.12.*

Munus gladiatorum non ſolum per laniſtas exhibitum, ſed etiam per captiuos, & voluntarios pugnatores. Marc. Donat.

Municipes primi ſine ſuffragij iure Cærites facti. Roſin.

Municipiorum Senatores Decuriones erant. Roſin.

Municipij ius illis datum, qui ex alienis ciuitatibus aſciti, munerum ciuitatis Romanæ participes erant, oiſi quod ad ſuffragia ferenda, & Magiſtratus admitti non poterant. Alex. *l.4.c.10.*

Mures arrodentes, dira portendunt. Alex. *l.5 c.13.*

Muris cingere fundos priuatos Principis iniuſſu non licebat. Caſaub. in Sueton. *l.12.c.25.*

Muſica ob priuatum oblectamentum antiquis honeſta, ignominioſa autem ſi ob publicum, apud Romanos; contra apud Græcos. Dempſt. *l.5.c.29.*

Muſica, id eſt acroamata, tibicinæ, ſaltatrices, & qui dicebantur Bacchi artifices in cœnationes introducebantur. Caſaub. in Athen. *l.4.c.23.*

Muſis loca ſola conſecrata. Camerar. 3. *dec.6.*

Muſeum appellatum Alexandriæ collegium doctorum Virorum, qui publico ſumptu ibi alebantur, vt literarum ſtudiis vacarent. Caſaub. in Suet. Claudio, *l.5.c.*

Muſcas captare ſoliti atrà bile correpti, vt Domitianus. Caſaub. *in Suet.*

Muſcæ nullæ, nec ranæ in templum Herculis Victoris iogredicbantur, ſic nec vlla ales in ædem Achillis ante Boryſthenem.

Mu ſyllaba olim vſi ad faſcini depulſiooem, & iouidiæ, imò ad ſileotium innuendum imperandúmque, ex Plin. Turn. *l.23.c.11.*

Myrmillonibus gladiatorũ fortiſſimis Thraces oppoſiti. Marc. Don.

Myrteâ coronâ ouantes, laureâ triumphantes coronati. Roſin.

Myrtus Veneri ſacra, & myrtorum faſciculi Veneri oblati. Parei electa.

Myrto traditâ mutuò cantor cantorem inuitabat ad canendum ad myrtum. Alex. *l.2.c.25.*

N

N. L. noo liquet, dilatioois ſuffragij nota.

Nares iræ ſedes, pudoris frons, riſus lien, iecur amoris. Parei electa.

Naſus irriſioni dicatus, hinc Prouerbium, Naſo ſuſpendere. Brod. *miſcell. l.4.c.32.*

Natali die repotia facta, dona miſſitata ab amicis, & notis mutuo. Turn. *aduerſ. l.7.c.16.*

Naſci olim dicebantur honores adipiſcentes, renaſci ab exilio reuertentes, vnde dictus Natalis reditus. Turn. *aduerſ. l.23.c.4.*

Naſturtio veſcebantur Perſæ contra catharrhum, quia expuere, & emungere horrebant. Suidas.

Natalis Deus virorum Genius, mulierum Iuno. Turn. *l.29.c.32.*

Natali die ſe mutuò ſalutabant, Hodie nate ſalue: Viri Genio, Fœminæ Iunoni litabant

litabant non hoſtia, ſed mero, libo, ſeu placentâ de farre, melle, oleo, thure: vnguenta, & ſerta de vario flore gerebant. Vini libatio trina erat ſuper caput Geoij. Vota concipiebant, Gratiarum fiebant actiones. Optabant ſibi à Genio bonam mentem, Famam, Fitem. Clarâ voce vota facta. Poſt ſacra domum exornabant, vt omnia munda eſſent. Sequebatur opiparum conuiuium, cui adhibiti propinqui, clientes, amici, albati togis candidis, Caro ſuilla in deliciis. Munera miſſitata ab amicis, clientibus, parentibus. Eodem die captata omina ex nomine. Bonáque verba dicta. Parei electa.

Natalis dies parentum à filiis, & vice verſa filiorum à parentibus celebratus, hic dies Genialis ſemper habitus.

Natales etiam mortuorum celebrati. Pont. Attica bell. Item honorum, quibus ornabantur. Caſaub. *ad Suet.*

Natali die Imperatores donatiuum dabant militibus. Roſio.

Natali die ſeu maris, ſeu fœminæ condebant vinum nouum, vt cum prole creſceret, & die natali inde tantundem hauriretur. Raderus, *ad Mart.*

Natalis Vrbis Romæ celebratus, at in cuius Dei tutelâ ea eſſet quærere, aut nominare nefas. Nouar. *Sched.*

Natis liberis ruſtici ſolebant virgas pangere, quæ in arbores adoleſcerent vt eorum nomen cum illis creſcentibus creſceret. Turn. *l.*27.*c.*26.

Natum ſtatim parentes humi deponebant Athenis, qui non tollebatur ab iiſdem, vt abdicatus, & proiectus habebatur, expoſitúſque, quem verò tollebant, domi alebant vt proprium filium. Turn. *aduerſ. l.*22.*c.*21.

Natalis Vrbis, & ſingulorum hominum concelebratus pulte, fritillo, mero, libis, floribus, & thure, vti Genio, ſine animali hoſtiâ, ſumma cum alacritate. Item Terræ, & Fidei, cui panno albo ſacrum factum. Alex. *l.*2.*c.*22.

Nefas factu, nefas & dictu Perſæ putarunt. Nouar. electa.

Natare in fontibus religione vetitum, quod Numinibus ij ſacri, & Nymphis. Lipſius *ad Tacit.*

Naues Magiſtratuum minorum Imperij, ſigna ſummittebant occurrente naue, in quâ maior erat poteſtas, lictores verò ſtabant parati obtemperare iuſſis maioris Magiſtratus. Mercerus. Alexand. *l.*1. *c.*27.

Naues bello paratæ galeam habebant pro inſigni, ad celeritatem Mercurij petaſum, pacificatoriæ caduceum. Roſin.

Naues onerariæ remis etiam agi conſuetæ. Magius *l.*1.*c.*6.

Naues onerariæ pro ſigno habebant corbitam, hinc dictæ corbitæ; quæ bello paratæ, galeam; quæ celeritati, petaſum Mercurij. Manut. *Adag.* Pacificatoriæ caduceum. Roſio.

Naues tres Athenis publico vſui deſtinatæ. Vna Theoris, quæ voti, aut religionis gratiâ Delphos, aut aliò proficiſcebatur. Altera Salaminia, quæ ſubuehebat ad iudicium euocans. Tertia Paralus auehebat. Manut. *Adag.* Salaminia nauis.

Nauis quotannis Delum miſſa ab Athenienſibus ſolemni apparatu religionis gratiâ, in qua hymni quidam cantati in laudem Apollinis. Manut. *Adag.* Canis tanquam Delum.

Naues luſorias, ſiue cubiculares animi gratiâ habebant, Gallis dictas Paradas. Parei electa.

Naues cerâ vnctæ. Veget. *l.*3.

Naues primæ inuentæ à Britannis ſutiles, & è vitibus contextæ. Plinius. Dempſt.

Nauis Prætoriæ inſigne velum purpureum, ea noctu lumine inſignita, & ex eâ ſignum pugnæ elatum. Veget.

Naualis prælij deſerti conuicti, & ipſi, & eorum poſteri ignominioſi erant. Suidas.

Naualis victoriæ triumphum primus egit Cn. Duillius. Liuius.

Naufragio ſi quid periiſſet, vrinatores quærebant.

Naufragio liberati caput ſibi radebant in libertatis ſignum. Petronius. Parei electa.

Naufragium paſſi vuida veſtimenta Neptuno appendebant, ſicca ſumentes. Parei electa.

Naufragij in periculo vouebant, ſi litus attigiſſent, ſe littoris præſidibus Diis ſoluturos vota. Turn. *aduerſ. libro* 25 *cap.*22.

Naufragium metuentes capillos, & vngues ſibi tondebant. Pont. Attica bell.

Nauibus ſcaphæ additæ, in quas tempore periculi inſiliebant. Parei electa.

Nauium in prorâ puppique collocata effigies Deorum tutelarium. Muretus. Polyanthia.

Nautæ allium vlpicum edebant, inde turpiter fœtebant. Parei electa.

Nauigatione tuti euadentes Neptuno, & Mercurio vota faciebant, gratiam habentes, ſimul quaſi omnem dehinc nauigationem eiurantes. Parei electa.

Nauim conſcendentes excipiebant hac formulâ, ἔμβαινε τύχῃ ἀγαθῇ, Conſcende, quod bene vertat. Pontanus.

Nautæ ſeruati Diis marinis ſacra faciebant. Gyral. *ſynt.* 17.

Nautæ ad littus appulſam nauim in proram conuertebant, non ſolum, vt ad reditum eſſent paratiores, ſed etiam id ſibi ominantes. Turn. *aduerſ. l.*11.*c.*8. & *l.*30.*c.*35.

Naues, gaulæ, corbitæ, caudicæ, hippagines, cercuri, celoces, lembus, oxiæ, remunculi, actuariæ, proſumiæ, cattæ, ſcaphæ, pontones, muſculi, phaſeli, parones, myoparones, lintres, capulica, mareplaoidæ, cidarum, ratariæ, cataſcopium. Gell. *l.*10. *cap.*25.

Nece

Nece polluti bis ſepties, ſe, veſtéſque aquâ abluebant, & hæc expiatio ſæpè ad flumina facta. Gyral. *ſynt.* 17.

Nefas factu, nefas & dictu Perſæ putarunt. Nouar. electa.

Nefaſtis diebus Prætori non licebat tria fari, Do, Dico, Addico: cauſas tamen agere, concionem habere, & legem promulgare licebat. Roſin.

Necromantia exercitata in locis, vbi oſtium Acherontis, id eſt, in locis peſtilentibus, quòd excitari animas Acheronte, & huc redire credebant. Turn. *aduerſ.* *l.* 19. *c.* 24.

Negotiis in procurandis ſolemnis erat iſta formula, ſi quid opus eſſet. Parei electa.

Negotiatores militari cingulo prohibebantur. Codex Iuſt.

Nemora olim culta pro templis à Germanis. Tacitus.

Nemora, ſiluæ circa Mauſoleum ex antiquorum ſuperſtitione, qui defunctorum heroum animas in huiuſmodi locis morari exiſtimabant. Caſaub. ad Suet. *lib.* 2.

Neomeniæ, id eſt, nouilunia facibus indicata apud Hebræos. Nouar. Sched. *l.* 6. *cap.* 14.

Nexi ad ſonum tibiæ flagris affici ſoliti. Scal. Poët.

Nigrum ex doctrina Pythagoræ ad naturam mali pertinebat, & inauſpicatum erat.

Nili irrigationem Ægyptij Iſidis ſacra celebrantes fletibus impetrare ſolebant. *l.* 1. *c.* 10.

Nobiles ij dicti, qui maiorum ſuorum imagines haberent, id eſt, quorum maiores Magiſtratus Curules geſſiſſent. Noui autem, qui ſuas tantum, qui Ignobiles dicti. Roſin.

Nobilitatis ſymbola apud Athenienſes aureæ cicadæ, apud Romanos lunati calcei. Lycetus.

Nobilitatis inſignia & generis humeris impreſſa apud Pelopidas. Nouar. Sched. *l.* 6. *c.* 12.

Noctes puras ſacrorum Iſidis cauſâ prætexebant mulieres eam negantes amantibus. Plaut. Briſſon. *Form.*

Noctuæ cruci ſuffixæ ad diras abigendas. Pius 33. Item foribus affixæ ad eas abigendas.

Noctuæ volantes Athenienſibus auſpicatiſſimæ. Manut. *Adag.* Aliis inauſpicatæ.

Noctua canens ſereno tempeſtatem, tempeſtate ſerenum prænuntiat. Alexand. *l.* 5. *c.* 13.

Noctis conticinio per vrbem iter facere non licitum. Parei electa. Interdictum 2. bello Punico.

Noctu nil peractum nec in curiâ nec in foro. Caſaub. in Suet. *l.* 2.

Nomina Prætor recipere, & non recipere poterat. Roſin.

Nominare aliquem qui volebat, iuratus id facere oportebat. Roſin.

Nomina mutata eorum, qui inter Deos relati. Dempſt.

Nomina auorum nepotibus indita. Hartung. 1. *dec.* 8.

Nomina filiorum diſſimulata, cum eadem atque patris, vt Tullij filius. Hartung. 2. *Ricen..* 8.

Nominibus tribus Senatores, duobus plebei Romani vſi. Sigon. *l.* 2. *emend.*

Nomina perduellium, & tyrannorum eraſa è monumentis publicis. Caſtil. *var.* *cap.* 20.

Nomina ciuium veterum impoſita ciuibus nouis. Caſtil. *var. c.* 20.

Nomina infantibus tradita luſtrico die intra triduum, maribus tamen nono, fœminis octauo I. Barbaranus ex Macrob. tum immolatum Diis Athenis & conuiuium factum. Suidas 218. Apud Græcos nomen inditum decimo die. Alex. *l.* 2. *c.* 25.

Nomen mutare dominij ſignum. Nouar. Sched. *l.* 6. *c.* 12.

Nomina clarorum virorum inſerta Saliari carmini, veteris Eccleſiæ ritus non abſimilis. Caſaubonus ad Athen. *lib.* 6. *cap.* 14.

Nomina formoſarum ſcripta in foribus ab amantibus, Item elogia. Turn. *aduerſ.* *l.* 7. *c.* 13.

Nominalibus nomina imponebantur, non cognomina, quæ poſtea ex occaſione capta & omine. Caſaub. *Suet.*

Nomine ſuo quemque ſalutabant, ſi nomen non ſuppeteret Dominum vocabant, Græci vero officij nomine. Alex. *lib.* 2.

Notarum, de quibus Valerius Probus, nullus vſus ante Mæcenatem, deinde pro prænominibus vſurpatæ.

Nouilunij dies ruſticis feſtus habitus. Gualt. *ad Hor.*

Nouiluniis ſerui diſtrahebantur apud Athenienſes, & militum delectus habitus. Manut. *Adag.*

Noxij in amphitheatro cum auratis & purpureis togis traducti. Salmaſ. *ad Spartianum.*

Nuces permiſſæ pueris in Saturnalibus, alea viris.

Nudatio pedum paupertatis teſtimonium, & Lacedæmoniorum propria, quo eſſent expeditiores. Dempſt.

Nudis pedibus Reipubl. Romanæ initio non ſolum ſerui, ſed & Senatores incedebant. Roſin.

Numera Senatum, dicebatur cum infrequens ordo videbatur, vt Senatuſconſultum fieri non poſſet, vel cum impedimento quis eſſe volebat. Item, Diuidatur ſententia, vel Conſulatur Senatus, his tribus modis, Senatuſconſultum impediebatur. Turn. *l.* 30. *c.* 31.

Numerij prænomine olim vocati, qui citò naſcebantur. Numeria Dea enim partui celeri præerat. Turn, *libro* 29. *cap.* 28.

Nummus erat ſeruorum, talentum dominorum. Parei electa.

Numi primi ex ære, & ferro facti à Numâ, vnde Numi dicti, cum ante coriaceis, &

& teſteis vtetentur. Suid. 548. ex argento poſt Pyrrhum, ex auro poſt Carthaginem, & Numantiam deuictas.

Numi improbi & adulterini olim pertuſi. Suid. 235. iidem notati apud Athenienſes litera X. in odium Xiorum. Nouar. *Sched. l. 5. c. 23.*

Numi Athenienſium noctuæ nota inſigniti: Romæ vultibus Imperatorum, & alia nota. Dempſt. *lib. 7.*

Numerus impar fauſtus, aptiſſimus religioni, & in facienda foſſa vſurpatus. Veget. Stenuech.

Numerabant antiquj in digitis manus dextræ vſque ad centum, exinde ſiniſtræ. Dempſt. *libr. 2. cap. 3.*

Numi in ſuffragatores comitiorum diſtributi, vt frequentius intereſſent. Alex. *lib. 4. cap. 2.*

Numerus immundus ſecundus. Par maſculus. Impar fœmina. Quaternarius in honore. Quinquenarius Mineruæ. Nouar. *Sched. l. 5. c. 23.*

Numularij circum forum Ædis Caſtoris tabernas, & menſas habebant, & in templo a tor s pecunias deponebant. Stuch. *conuiu. l. 2. c. 14.*

Numularij cum non erant ſoluendo, vel vrbe profugiebant, vel foro cedebant, bonis publicatis.

Nunciantibus læta vinum propinatum, aut præmium datum, dictum Euangelion Item Athenienſes coronas honoris ergò decernebant, vti & aduocatis. Suidas 531.

Nuncij in tutela Mercurij pennas geſtabant in capite. Plaut. Sauar. *ad Sidon.*

Nuncios vxori de ſuo aduentu prænuncios Romani peregrè redeuntes præmittebant Nanius.

Nuncij aliquid læti portantes coronati apud Græcos, & ipſi ciues accepto felici nuncio coronati incedebant. Alex.

Nundinarum diebus, vel Comitialibus Senatus haberi non poterat, ita nec diebus ſanguinis, quibus immolabatur, & ſacra Magnæ Matri Deum fiebant. Marc. Don.

Nundinis Comitia haberi non licebat. Marc. Don.

Nuntius narrabat in Tragœdiis, quæ nefas intueri. Hartung. *2. vir. 8.*

Nutu, aut crepitu digitorum olim aliquid petebant, vt matulam, & huiuſmodi. Parei electa.

O

OBæratí, & decoctores columnarij dicti, quod ad columnam Mæuiam in ius vocabantur. Pollet.

Obæratus pluribus addictus, ab iis poterat in partes ſecari. Rhodig. *l. 22. c. 20.*

Obæratis 30. dies dati iuſti ad pecuniam reperiendam. Rhodig. *ibidem.*

Obæratorum filij, & nepotes in ergaſtulum ducebantur ſqualidi, mœſti, prolixa barba, cum non erant ſoluendo. Rhodig. *ibidem.*

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Obnunciare ante & poſt auſpicia poterat Magiſtratus. Roſin.

Oboli duo dati Athenis à Republ. alterum pauperioribus pro rebus neceſſariis, alterum theatri architecto. Rhodig. *lib. 8. cap. 9.*

Obſides fœminæ etiam datæ. Pontan. *Attica bell.*

Obſeruatio de cœlo ad omnia Comitia adhibita. Roſin.

Obſonia omnia, conuiuij dominus in ſcheda deſcripta habebat. Roſin.

Obſonabantur ſerui, & paraſiti. Parei electa.

Obſtetrices, & nutrices dona accipiebant è parentibus. Parei electa

Obſtetricantes mulieres infantes in humum deponebant, quos vel tollebant parentes, vel exponebant. Quinta die partum manus abluebant, ac puerum curſu Laribus circumferebant, eoque die munuſcula miſſitabantur à cognatis, ſepiæ plerumque & polypi, Amphidromia dicta. Decimo à partu die nomen infanti indebatur. Roſin. Manut. adag. Amphidromia agis.

Obteſtatio Perſarum ſumma ſi minarentur ſe ignem aquæ immiſſurum. Iun. *an. 2. cap. 11.*

Obuianti alicui in via cedere, aut ſemita recedere perhonorificum fuit. Parei electa.

Occidere impune Romani vi quos volebant, eos cuipiam maxime Inferis ſacrificabant. Roſin.

Occurrentes de via, de ſemita decedere ſolebant aliis, idque honoris gratia. Parei electa.

Occurſus formoſi, boni fuit ominis, at turpis, Eunuchi, Æthyopis infauſti. Rhodig. Brod. Dempſt.

Occiſi hominis ſanguis iterum è vulneribus prodit, ſuperueniente occiſore. Magius 3. c. 5.

Ocioſorum domicilia olim Neapolis, Syracuſæ. Turn. *l. 29. c. 2.*

Ocioſi homines in baſilica, & roſtris ambulabant rumores aucupantes, ideoque illi dicti ſubbaſilicani, ſubroſtrani. Parei electa.

Ocrea erat tibiale militum primæ claſſis. Caliga aliorum militum. Calepinus. Ocrea.

Oculi Iouis aurei, Martis adamantini olim picti, aliorum potiſſimum rubro, & palpebræ. Nouar. *adag.* Caſell. *l. 3. c. 19.*

Oculi regis dicti, qui primas in aula tenebant. Parei electa.

Oculos ſibi depingebant antiqui. Pontan. *Att. bell.*

Oculi vitio qui laborabant, laneum panniculum oculis pretendebant, dicti Lanoculi. Parei electa.

Offenſiones pedum inter præſagia poſitæ. Dempſt.

Officioſa, religioſa erant antelucana. Parei electa.

Ohe acclamatio faſtidientis, & ſtomachantis. Ferrar. *Acclam.*

Olea pura à puris olinantibus decerpebatur, iureiurando adactis ſibi ſeu nunquam habitam, niſi cum propria vxore. Rhod. *l.12.c.19.*

Oleariorum tabernæ in Velabro.

Oleribus olim, non medicinis curati ægri.

Oleæ ramis lana circumplicatis ſupplices velati. Virg.

Oleaſtro, & aliis arboribus affigere donaria, armos, & caluas ſolebant ad mittendum faſcinum, ne areſcerent. Suidas 797.

Oleum à carie vindicat ebur. Nouarinus *Sched.*

Oleum duntaxat, nil præterea fructuum ex Attica exportare lege Solonis licebat. Nouar. *Sched.*

Ollas Athenienſes in tectis deponebant ad deterrendas vlulas, earum ſtrepitu. Manut. *Adag.*

Olympica certamina æſtate celebrata, in quibus ſorte lectus antagoniſta: athletæ, mulieres, ſerui, fures, infames his ludis excluſi. Nouar. *Sched.*

Olympicis in ludis coronam victori impoſiturus in medio certantium loco ſtabat, ita tamen vt nulli nec nutu fauere poſſet. Idem *ibidem* Oleaſtro coronatus victor, ſeu calliſtephano: præter coronam ſtatua Olympiæ dicata. Alexi *lib. 6. cap. 8.*

Olympionices, ideſt, victor in ludis olympicis pluris habitus apud Græcos, quam triumpator Romæ. Idem.

Omen vnum, & augurium non videbatur ſatis fidei habere ad perſuadendum, proinde ad confirmationem prioris augurij poſcere ſolebant, quod erat, firmare omen. Turn. *l.13.c.* 6.

Omen in calceo pedibus inducendo, idque malum ſi quando corrigiam effringi contingeret, adeo vt ſuſcepta negotia deferenda eſſent. Pont. *Attic. bell.*

Omina infauſta in ominantes deprecabantur.

Omina ſæpe ex nomine capiata, Item ex indirecto corporis motu; ſuperciliorum, & ſcapularum. Parei electa.

Ominantes bene his formulis vſi. Optimum, Bonum Factum. Quæ res feliciter vertat. Bonum, fortunatumque ſiet. In cauſis Reipublicæ, Bene rem gerere. Parei electa.

Omnes, vel, Omnes Omnes; acclamatum in Senatu ad vniuerſorum fauorem exprimendum. Ferrar. *acclamationib.* & ad indicandum Senatuſconſultum confirmatum. Dempſt.

Onus humeris geſtantes tranſeuntes admonebant, hac voce; Caue. Briſſonius *Formulis.*

Optabant quæ fieri non poterant in indignationibus. Hartung. 3. *dec.* 8.

Operiebant caput in re dubia, triſti, & inhoneſta. Pont. *Attic. bell.*

Oppida ſua magiſtratus intrabant ſine lictore & faſcibus præcipuè. Alexandriam Ægypti. Alex. *l.1.c.27.*

Oracula aut in templis, aut in antris edita, ſortes in profundum fontem iactatæ: ideo his dona coniecta percepta ſorte, non minus, quam illi qui oracula conſulebant donaria votiua templorum parietibus affigebant. Dempſt. *l.2.c.7.*

Oracula petentes in limine conſiſtebant, reddentes vero in adytis. Cerda *ad 6. Virg.*

Oraculi reſignati pœna capitalis. Pontan. *Attic. bell.*

Oraculum nullum Delphis redditum, niſi ab imo tota victima contremuiſſet. Rhod. *l.12.c.1.*

Oraculo accepto tripliciter coronabantur. Hartung. 1. *mil. mem. c.8. dec.* 8.

Oraculo accepto coronati domum redibant. Brod. 4. *miſcell.* 5.

Oraculum acceptum ſtatim ſcripto mandatum. Hartung. 1. *dec.* 8.

Oraculum domum referentes à domeſticis flexis genibus accepti. Hartung. *primo, dec.* 8.

Oraculum conſulere volentes circumſtrepebant vndique nolarum crepitu. Iun. 3. *c.* 11.

Oracula ſilebant nefaſtis diebus. Polletus. *For. Rom. l.* 1. *c.* 8.

Oraculorum duo genera, vnum quod à furentibus profundebatur, vt à Phœbadibus, alterum quod æquatis, & paribus ſortibus è ſitella, vel vrna ducebatur, in quibus notæ obſcuræ felicitatem, aut calamitatem denunciantes. Turneb. *aduerſ. l.5. c.21.*

Oraculum petituri Trophonij mellitam placentam ſerpentibus, vt putabant, afferebant, Mortuis item ad placandum cerberum. Item obolum pro Charonte, & coronam, vt vitæ certamine perfuncti. Snid. 580.

Oracula petentes per inſomnia, victimas cædebant, mox ſacrificio peracto ſub pellibus raſarum ouium incubabant. Alexand. 3.

Oraculo accepto ſtatim illud conſcribebatur, ne periret. Cerda *ad Virg.*

Orationem nullam niſi inuocatis numinibus inchoabant. Seruius *ad Virg.* Briſſon. *Form.*

Oratorum, & cauſidicorum victoriam partam in foro pro foribus teſtabantur palma appenſa. Caſaubonus *in Suetonio.*

Oratores inter agendum (lex enim hoc illis conceſſa) edebant & bibebant. Rader *ad Mart.* 7.

Oratoribus Romæ tempus dicendi clepſydris præſcriptum. Stewechius *ad Veget.* 4.

Oratores diſertiſſimi dicebant apud Centumuiros. Polletus *Fori Roman. lib.* 1. *cap.* 9.

Oratores plerumque ſtabant, Iudices ſedebant, qui aliquando de plano ſine ſtrepitu iudicij iudicabant, aliquando de tribunali. Sententia verò non valet dicta à Iudice ſtante. Polletus *Fori Roman. lib.* 1. *cap.* 5.

Oraria olim in Theatro ad fauorem concuſſa, & agitata. Ferrarius *Acclamationib.*

Orbæ ex lege iubentur ei nubere, qui ſunt genere proximi. Parei electa.

Oriens pars ſiniſtra mundi, dextra Occidens in augurali diſciplina. Parei electa.

Ornamenta ſcenica chorago commendata, qui ea ſeruabat in choragio, ab Ædili accepta. Parei electa.

Ortus filiorum diem Romani veteres in actis publicis profitebantur. Marcellus Don.

Oratores per præconem Athenis in Areopago monebantur, ne vterentur exordiis ad affectus mouendos. Alexander *lib.3.c.5.*

Oſcilla fictilia, id eſt imagunculæ, & ſigilla vendebantur, quæ homines pro ſe, & ſuis capitibus in ſacellum Ditis offerrent, in feſto Sigillariorum. Beroal. *in Colum.*

Oſcillorum luſus per ſex feriarum Latinarum dies celebratus, lac adhibebatur in ſacrificiis in memoriam acceptæ vitæ, per oſcillationem motum cunarum, per lactatam lactis potionem referebant. Turn. *aduerſ. l.7. c.20.*

Oſcines aues dictæ quæ canentes faciunt auſpicium. Gualt. *in Hor.*

Oſcula manuum nonniſi Imperatoribus quondam impertita.

Oſcula iactata ab auditoribus in recitantes honoris cauſa. Ferrarius *Acclamationib.*

Oſculabantur Romani olim propinquas, exceptis iis quæ famoſæ erant, quas oſculo non dignabantur. Turneb. *aduerſ. lib.29.cap.27.*

Oſculabantur in facie os, genas, oculos in occurſu quotidiano, manus verò nonniſi potentiorum. Item genua, & pedes, dextra pedibus admota, deinde ad os relata. Pontanus.

Oſculabantur principes eorum quos amabant, non ora tantum, ſed pectus, & manus. Caſaub. *Suet. Caſ.*

Oſculabantur interdum parentes pueros apprehenſis auriculis, Chytra dictum, aliquando lingua exerta, Cataglottiſmus: aliquando capita inter ſe nectere ſolebant, & ferruminare labella labellis. Parei electa.

Oſculum filiæ offerebant patri aduentanti. Parei electa.

Oſculo, ſalutationis & honoris gratia veteres Romani licet ſe mutuo exciperent, non tamen oſcula cum mulieribus promiſcua erant. Oſculo tamen frontem conſanguineorum virorum mulieribus delibare, at viris mulierum fuit conſuetum, ex Plutarchi Romulo.

Oſſa à ieiuno cane corroſa, & illius ſaliua conſperſa valent ad philtra. Gualt. *ad Hor.*

Oſtia, feneſtræ olim quadtangulæ omnes. Pont. *Att.bell.*

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Oſtiarij ſerui in catena detenti. Muret. *l.16. cap.10.*

Oſtiarij non longe à cella canis ingens catena vinctus, & in pariete pictus cum epigraphe, Caue Caue Canem. Item lupus. Caue Caue lupum. Briſſonius *Form. lib. 8.*

Oſtraciſmo damnati optimi, & potentes Athenienſium teſtulis, in concilio 6000. ciuium. Petaliſmo verò audacius ſe ſe efferentes, & nimis audaces, oleæ frondibus, vbi nomina ſcripta. Alexand. *lib.3.c.20.*

Oua ſale condita, & capillo ſecta. Hæc pueris petentibus dari ſolita, quibus ij plerumque mitigati. Nouar. *Sched.* Hæc ſæpe in antecœnio appoſita.

Ouorum erectionibus ſpatia curriculorum in Circo, & circuitus metarum notatus. Pamel. *ad Tertul.*

Oues nigræ hyemi, & nocti mactatæ. Cerda *ad Virg.*

Oues duæ, & triginta boues ante æs, & argentum ſignatum, pœna erat grauiſſima. Roſin.

Ouibus nomina dominorum inuſta. Frut. *1.verſ 15.*

P

PActa connenta iureiurando olim confirmata, interdum in ipſo Capitolio facta. Turn. *aduerſ.l.22.c 4.*

Paciſci nihil ſolebant Romani poſt meridiem. Parei electa.

Pædagogi ſerui erant pueris ingenuis, quouſque adoleſcerent. Guliel. in Plaut.

Pædagogos filiis alebant parentes, qui eorum progreſſus, actiones, aut mores obſeruarent. Parei electa.

Pædagogi vocati Domini. Petr.

Pædotrophia feſta erant, cum parentes apud Græcos liberos alere deſtinabant, cum tollebant. Turn. *l.3.c.6.*

Pagi Attici, & tribus Romanæ aliæ aliis nobiliores Nouar. *Sched.l.6.c.28.*

Palæſtræ præſes Hercules cum Mercurio. Nouar. *Sched. l.3.c.24.*

Pallium ſophiſtarum Athenis nulli fas portare, niſi ipſorum ſuffragio. Nouarinus *Sched.*

Pallium duplex erat Cynicis. Turn. *aduerſ. l.7.c 20.*

Pallium veſtis externa Græcorum, vt toga Romanorum, tunica verò interior. Parei electa.

Palla veſtimentum muliebre, pallium virile, cum palla ſaltabant. Pallio latis tunicis vſi cinædici ſaltatores. Parei elect.

Palla picta erat Regum Perſarum.

Palma forenſis appenſa pro foribus Rhetorum & patronorum, cum victoriam in foro reportabant. Pont. *Att.bell.*

Palmarum ex foliis vaſa olim facta. Nouar. *Sched.l.8.c.21.*

Palmata veſtis vt in pace erat Conſulum, ita in victoria triumphantium. Dempſt.

Pallium in veſtitu cenſebatur, non in

ornatu, viro, fœminæque promiſcuo vſu permiſſum. Dempſt. *l.5.c.35.*

Paludamentum veſtis Imperatoria, & Conſulatis, chlamys militaris. Alex. *lib. 5. cap.18.*

Pancratium, & pugilatus à Spartanis interdictus, quod animi ardorem debilitaret, qui enim ſemel eo victus, quia plagis, & vulneribus malè mulctatus diſcedebat, pugnare iterum recuſabat, ſegniorque reddebatur. Turneb. *lib. 27. cap. 8.*

Pane rubido veſcebantur, toſto in furno, ij ſcilicet, qui ruri victitabant villici. Parei electa.

Panis cum melle Pithagoreorum cibus erat.

Panis diſtributus populo, frumento deficiente. Dempſt.*l.7.c.38.*

Pannus & grabatus extremæ paupertatis indicia. Caſaub. *ad Suet.l.2.*

Pantomimos è Græcia Romam vocauit Auguſtus Gualt.*ad Hor.*

Papaueris folium ſi percuſſum ſonaret, amorem; ſi tacitum, indicabat odium. Nouar. *Sched.*

Panthera indumentum Satyrorum comptiorum. Scal. poet.

Paraſiti alligati ad rotam aquariam, & cum vertigine ſub aquam miſſi. Nouar. electa. Sacra.

Paraſiti pectinem, & lecythum habebant, ruſtici pedum. Pollux. *l 4.c.18.*

Paraſiti & ij qui corpore merebant, inuocati ad conuiuia comparebant. Parei electa.

Paraſiti Herculem colebant ſanctamque Saturitatem. Parei electa.

Paraſiti ſolebant aduocati quoque ad epulum, cum Herculi decimas pollucerent. Parei electa.

Paraſitorum nota cibo quocumque duci, quique omnia perpetiuntur. Nouarinus *Sched. lib. 3.*

Paraſiti non ſecus ac Augures Aruſpiceſque à domibus eliminandi, Idem.

Par reſpuunt præ impari Pythagorei.

Parentum imprecationes ominis aliquid habent. Parei electa.

Parentes dabant filiis priuos pædagogos ſeruos cuſtodes: Puellis vero ſemulas, quæ in lanificio vna eſſent, eas ſectarentur, & curarent: quæ dictæ Peculiares. Parei electa.

Parietibus nomina doctorum inſcribi ſolita.

Parricidæ vltra pœnam culei, virgis cæſi ſaugu neis. Magius *lib.3.c.8.*

Patricij priſcis temporibus ius ſuis clientibus interpretabantur. Gualterus *ad Horat.*

Patricij non omnes fuerunt Senatores, & contra Roſin.

Patricij primo ſoli ius imaginum habuerunt, & connubia cum plebe negata, quæ deinde ad plebem tranſlata. Roſinus.

Patriciorum liberti bulla aurea cum toga prætexta & purpura vſi, ex inſtituto Tarquinij. Roſin.

Patricij magiſtratus ſoli poterant Comitia Curiata conuocare. Roſinus.

Patricios præco ſuis nominibus conuocanit, plebeios autem miniſtri cornibus bubulis. Roſin.

Patronum plebeij ex patriciis, quem vellent legere poterant.Roſin.

Patris poteſtas in filios æquè ac domini in ſeruos olim, non tantum enim vendere, aut exhæredare poterat, ſed & necare: quin & propinqui in fœminas ſuæ gentis ius habebant, & domi cognoſcebant. Polletus *Fori Rom.libro 1.*

Patri licuit aliquando diſſoluere contracta ſe auctore matrimonia. Parei electa.

Patre mortuo frater ſororis pupillæ legitimus dotem ei dabat. Idem.

Patribus viuentibus filij Romani nihil proprium poſſidebant. Idem.

Patrimonij decoctores apud Græcos grauiter puniti. Idem.

Patricij pueri in delicijs habebant paſſeres, anſeres, anates, & alias auiculas. Idem.

Patronos habebant non ſolum ciues Romani, ſed etiam Coloniæ, & ſociæ ciuitates.Roſin.

Patronos poſtulare poterant illi, qui pecunias repetebant.

Patronus libertum ingratum, ac contumacem in ſeruitutem reuocare poterat.Marc. Donat.

Patrono egenti alimenta præſtare tenebatur libertus,Marc.Don.

Patronorum foribus palmæ, & coronæ à clientibus affixæ. Dempſt. *libro 5. capite 32.*

Patronos quiſque è plebe de numero patriciorum ſibi legebat, quos deſerere nefas. Guliel. *l.1.c.18.*

Patroni deducebantur in forum cum magno comitatu: præcedebant Anteambulones; ſequebantur Pediſſequi,& Comites, qui vel erant Gratulatores,vel Clientes vel Salutatores togatuli.Polletus *Fori Rom.l.1.c.10.*

Patroni alternis dicebant, non plures quam ſex.

Patronum quilibet inquilinus habebat,per quem & cenſum ſolueret quotannis, & cætera perageret. Suid. 11 r.

Patroni ad ſtatuam Marſyæ in foro Romano poſitam conueniebant.Dempſt.*l.1.*

Patronos habebant Romæ clientes, liberti, municipia,coloniæ,prouinciæ, etiam qui ciuitate ab aliquo donati fuerant, & eius nomen gerebant, ſuccedebant ab inteſtato patroni libertis ſuis, ſi hæredes proprios non haberent. Turn. *aduerſ.l.24. cap. 32.*

Pauperes, & ocioſi homines rationem ſuæ vitæ reddere tenebantur Areopagitis Athenis.Caſaub.Ath.

Pauperes & rei ſemper pullati. Dempſter. *lib. 4.*

Pauperes geſtare ſolebant lapides in ſacculis apud Hebræos. Nouar.electa.

Pauperes amicos ſubleuabant veteres apud Græcos.Parei electa.

Paupe

Pauperes rogabant ſtipem in ſacculum ad Tergeminam portam, Oſtienſem dictam. Parei elect.

Pauperes ſub tegulis, non ſub pergulis habitabant, ideo illis opus ſcalis ad aſcendendum. Caſaub. *Suet.*

Peculatus teſtibus, & tabulis fuit confirmandus. Roſin.

Pecuniæ antiquitus aſſeruatæ in tumulis, in cophinis, in ſportellis ſparteis, in templis. Dempſt *l.7.c.31.*

Pecunia depoſita à Cilicibus in Solis templo. Polym.

Pecunia ſignata diu olim incognita. Alex.

Pecuniæ, tabulæ, libri elephantini in quibus 35. tribus deſcriptæ, ſeruabantur in ærario, Saturni templo. Gyrald. *ſyntagm.* 4.

Pecuniæ pupillorum, viduarum in ærariis depoſitæ. Steuuech. Veget. Dempſt. *lib.7. cap.* 31.

Pecunia promiſſa alicui interfectori proſcripti in ara collocabatur. Suid. 681.

Pecuniæ ſine imagine non numerabantur, ſed libra expendebantur. Ponran. *Attic. bell.*

Pecunia aliquando ore collecta à vendentibus, cum tempus deeſſet in ſacculis reponendi. Nouar. *Sched.*

Pecudibus tintinnabula, & nolæ appenſæ.

Peculium caſtrenſe ad ſigna deponi ſolitum.

Pecunia in zonis geſtata. Parei electa. Item in ſacculis, anulo obſignatis. Nouar. electa.

Pecunia olim data fœnori Calendis, Idibus verò exacta. Ex Cic. *ep.5.l.10. ad Atticum.* Briſſ. *Form. l.6.*

Pecunia publica apud Perſas magnatibus aſſeruanda tradebatur. Romæ Tribunis ærariis primum, deinde quæſtoribus; ſub Imperatoribus, Prætoribus; ſub Auguſto, Senatoribus, Iterum quæſtoribus. Dempſt. *lib.7.c.31.*

Pedes ſeruorum cretati, & gypſati. Caſell. *l.1.c.10.*

Pedeſtria auſpicia dabantur à vulpe, lupo, ſerpente, cæteriſque animalibus quadrupedibus. Turn. *l.30 c.29.*

Pedes vncti, antequam calcearentur. Pont. *Attic. bell.*

Pedibus ſupplodebant exſibilantes.

Pedes loti, aut itinere defeſſis, aut è balneo reuerſis, aut magno labore defunctis. Pont. *Att. bell.*

Pedibus nudis initio naſcentis Reip. Rom. non modo ſerui, ſed & Senatores ipſi incedebant. Dempſt. *l.5.*

Pedum offenſio infauſti fuit ominis.

Pelles ſubſtratæ remigibus ſeſſionis gratia ne pygas atterant. Sub pellibus etiam milites hyemabant. Rhodiginus *libro* 27. *capite* 14. Item ſedibus ſtratæ pro tapetibus. Magius *l.3.c.7.*

Pellicis pœna ex lege 12. tabularum, Iunonem non tangito, ſi tangit, Iunoni crinibus demiſſis agnum fœminam cædito. Marc. Don.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Pellium vſus olim vilis, & ruſticorum, & in capitiis, pileiſque. Magius *libro 3. capite 7.*

Pelles olim pro lectis, & ſtragulis, pauperibus poſtea relictæ. Athen. *libro 6. capite* 8.

Pellibus Heroës induti, tentoria pellibus recta, ac tabernacula, in pelliceis ſtragulis milites, & duces cubabant. Dempſterus.

Penula ſemper veſtimentum itinerarium, aut pluuiæ fuit: hæc communis fœminis, & viris fuit. Roſinus. Hæc olim ſeruilis fuit veſtis. Parei electa. P. Faber.

Pennæ purpureæ appenſæ funiculis ad concludendas feras. Magius *libro 3. capite 7.*

Peniculo extergebantur baxeæ, ſeu crepidæ, Item, menſæ. Parei electa.

Penulam Imperatores nunquam induebant, etiam pluuio tempore. Spartan. Adrian.

Penulati ſpectabant ludos funebres, & gladiatorios, in reliquis togati. Alex. *l.5.c.18.*

Peplum pictum in magnis Panathenæis Athenis in arce ſuſpendi ſolitum. Marc. Don.

Peplum ſeu velum Gigantum pugnis pictum, Typhoniſque Mineruæ cuſpide deiecti, clade ornatum, Panathenæis magnis quinto quoque anno traducebatur. Turn. *l.28.c.25.*

Peplum Mineruæ conſecratum geſtatum Athenis Panathenaicis magnis, in quo Titanomachia, & victoria Palladis intexta, ſtrenuorumque ducum geſta conſeruatum in templo Mineruæ. Parei electa. Item fortia heroum facinora expreſſa. Pont. *ex Eurip.*

Peplum Mineruæ, in quo fortia Deæ facta continerentur, virgines lectæ texebant in Panathænæis. Nouarin. *lib. 6. cap.* 25.

Perduellionis iudicium Comitiis Centuriatis habitum. Roſin.

Pera, & baculum inſigne Cynicorum philoſophorum. Brod. *miſcell. 3. c.* 22.

Peregrinationem longinquam inituri capillos denouebant, quos reuertentes tondebant in honorem Dei, cui vouerant. Dempſt. *lib.* 10.

Peregrinantes, domum redeuntes nuncios vxoribus præmittebant. Muretus Palm. 8.

Peregrinaturi tunicam, zonam, chlamydem, & cauſiam ſumebant. Parei electa.

Peregrè redeuntes vxori nuncios de ſuo aduentu præmittebant, aduentantes verò ſalutabant. Parei electa.

Peregrè aduentantes ſolebant Deos ſalutare, iiſque gratias agere, dein amicos ſuos & vxores. Idem.

Peregrinaturi Herculi ſacrificabant, qui Sancus Hercules dictus. Item viaticum ſumebant. Item chlamydem aliaſque veſtes viatorias vſurpabant, ſumebant etiam zonam in qua condebant pecuniam, am-

pullam, in qua oleum ad pedes vngendos antequam calceos induerent. Item vicinis credebant theſaurum ſuum: extremum Vale dicebant omnibus familiaribus, Valete, Viuete, rogabantque, vt abſentibus benè dicerent, commendabant res ſuas amicis. Parei electa.

Peregrini, vbi in ciuitatem recens veniunt, ſolent inquirere in ædes eorum, quos cupiunt conuenire. Parei electa.

Peregrino Athenis ſaltare in theatro non licet. Alex. *l.5 c.16.*

Peregrini ſalutati apud Græcos prehenſa dextra Idem.

Peregre reuerſis maritis obuiam mittunt ſeruus ſuos vxores. Idem.

Peregrè abeuntes Lares viales inuocabant. Idem.

Peregre aduentantibus vinum dono datum, oſcula data, iique loti, cœnaque aduentoria excepti, gratulabanturque ſaluum reditum, & de ſalute liberorum inquirere ſolebant, Aduentantes mariti vxoribus ſuis præmij loco aliquod manus peregrinum afferre ſolebant. Hæc formula vſitata illis, Satin ſaluæ? Rectè ne omnia? Briſſon. *Form. lib. 8.*

Peregrinantes habebant vidulum, ſiue bulgam è corio, & melinam, in qua res condebant Pareus.

Peregrini in ſacris, & publicis locis hoſpitabantur. Pont. *Attic. bell.*

Peregrini non vtebantur prænomine. Briſſon. *Form.*

Peregrinationem longinquam, aut expeditionem facturi, capillum alicui Deo vouebant, cui domum reduces detonſum conſecrabant. Dempſt. *l.10.c.29.*

Periculo in ſummo, aut fuga ſoliti duces paludamenta, & omnia inſignia honoris deponere. Caſaub. *ad Suet.*

Perenne, auſpicabatur olim, qui amnem & aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit. Turneb. *aduerſ. libro 23. capite 12.*

Perforantes antiqui res certas, vt nomina, ſpeciem ſimulachrum, teſtas, calices ouorum, acu. aut ſtylo, aut graphio, hoc veluti veneficio, & maleficio aliquos lædi exiſtimabant. Ne verò id ſibi eueniret, ſolebant putamina cochlearum, & ouorum ipſi vel frangere, vel pertundere, occupantes, & anteuertentes veneficium. Turn. *l.23 c.11.*

Pergulis inhabitabant pauperiores aliquando, quibus cella non erat, nec domus. Item magiſtelli, & ſcorta vilia. Turn. *l.8. c.1.*

Periuri vocabantur in conuitium ad Puteal Libonis, ad quod iurari ſolebat. Parei electa.

Perſarum Rex per epiſtolam, aut per nuncium adiri ſolebat. Idem.

Perſonæ Tragœdorum Baccho ſuſpenſæ. Pont. *Attic. bell.*

Perſica arbor maximè Deo grata apud Ægyptios, eius folia linguam, fructus cor referunt. Nouarinus *Schediaſm.*

Peſtis tempore Athenis immolabatur aliquis publicè altus Diis placandis. Hartung. 2. *dec.* 8.

Peſtilentiæ auertendæ gratia, mulieres apud Brauronios ob cicurem vrſam interfectam immiſſæ, initiabantur. Suidas 139.

Peſtilentia igne profligata. Suid. 292.

Peſtis, aut famis, aut magnæ calamitatis auertendæ cauſa, aliquis pauper, & vilis altus Athenis, tanquam publica victima mactandus, in quem omnia mala imprecabantur, ad iram numinum placandam. Pontanus *Atticis bell.*

Petitores cum in campum deſcendebant, tunicam deponebant. Roſin.

Phallophori hedera coronati. Nouatini electa.

Phallus ſimulacrum Priapi in pompa Bacchanaliorum geſtari ſolitus. Gual. *ad Horat.*

Philyra cortice tiliæ antiqui vſi ad ſcribendum. Deinde carta hædina, quam Pergamenam vocant. Alexander *libro* 2. *capite* 30.

Phrygio tibicine audito furunt Sacerdotes Cybeles. Brodæus *l.5.c.13.*

Picem & ligna Athenis exportare olim vetitum. Nouar. *Sched. l.11.c.30.*

Picturæ in porticibus hiſtoriarum, & fabularum ſubſcriptis verſibus poetarum. Erhard. *ad Petr.*

Pigmentum, & fucum allinebant iis, quos aliis deridendos propinare volebant. Parei electa.

Pignora depoſita à litigantibus in Prytaneo. Brod. *l.7.c.12.*

Pilà luſitabant ante balneum & cœnam, etiam ſenes, maiore tamen validiores. Palm. 15.

Pilà ludebant vel datatim, vt vulgò, aut raptim, vt harpaſto, aut expulſim, & qui in luſu errabat & qui a mittebat, crus prolatum pilà feriendum dabat. Turn. *l. 7. cap.* 4.

Pilà ludebant coriacea repleta vento, quam pugno non palma percutiebant. Parei electa.

Pileati ſerui venibant, quo pileo notabat venditor, ſe nomine horum nihil præſtare. Caſel. *l.1.c.10.*

Pileum Romani geſtabant Saturnalibus, aliis diebus nudo erant capite, aut caput veſte velabant. Turn. *l.8.c.4.*

Pileo veteres non vſi. Pont. *Att. bell.*

Pileum inſigne balnearum, & malum punicum domus. Turn. *l.9.c.21.*

Pilei fœnini, ſeu ſtraminei mancipiis vendendis impoſiti.

Pileus priſcis libertatis, aut ſpectatæ virtutis indicium. Roſin.

Pileo in haſta elato ad libertatem vocabant.

Pilos antiqui ſuburebant, vel metu, vt tyranni, vel deliciarum cauſa, vt Auguſtus. Caſaub. *in Suet.*

Pili

Pili ſuperciliorum, & palpebrarum non raſi à ſacerdotibus Ægyptiorum, à reliquis verò raſi. Poll. *l.* 2. *c.* 24.

Pilumno, & Picumno lectus ſternebatur, cum in terrâ infantem obſtetrix ſtatuiſſet, auſpicatumque eſſet, an vitalis foret puer, necne. Parei Electa.

Pinacothecæ in atriis ædium, in quibus tabulæ pictæ, cælatum argentum, ſigna, &c. repoſita. Alex *l.* 5. *c.* 24.

Pinnirapus erat retiarius, qui pinnam, & ſummitatem galeæ mirmillonis appetebat, & ſe piſcem, qui in eâ erat petere clamabat, Non te peto, peto piſcem. Turn. *lib.* 3. *cap.* 8.

Piraticam exercere antiquis minus fuit turpe. Brodeus. 6. *Miſcell.* 31.

Piſa legumina viliſſima, & allium vlpicum, ſiue punicum plebis infimæ. Parei Electa.

Piſces ad emendos vocati per præconem, vel nola apud Græcos. Pont. *Attic. bell.*

Piſcatores ſtantes piſcea vendebant appenſis tabulis pretij. Caſaub. ad Athen. *lib.* 6. *cap.* 2.

Piſtores Romæ nulli ante Perſicum bellum, conficiebantque panem domi mulieres, quod iterum factum ſub Imperatoribus. Locus dictus Paniſicium. Parei Elect.

Piſtrinum, mulcta & ergaſtulum ſeruorum. Parei Electa.

Piſtores toſtum panem lautioribus coquere ſolebant, reliquæ multitudini far pinſebant: vnde dicti piſtores, veteribus enim nullus vſus molarum, ſed frumentum igne toſtum pinſebant in pilas coniectum, vnde Piſones dicti. Alex. *l.* 3. *c.* 11.

Placet omnia, acclamandi formula in communi conſenſu. Ferrat. *Acclam.*

Plauſus dati in theatris, in auditoriis, in foro, in Senatu, in Eccleſiis. Ferrat. *Accl.*

Plebeij à Cenſoribus notati, propter flagitia, Ærarij fiebant, & in Cæritum tabulas relati. Roſin.

Plebeios in concionem vocabant miniſtri cornibus bubulis, patricios præco ſuis nominibus. Roſin.

Plebiſcita Ædiles in æde Cereris aſſeruabant. Roſin.

Plebiſcita facta manu ſublatâ in altum approbata. Muret. *lib.* 10. *c.* 9.

Pleniluniun ſiue Idus celebres Græcis. Pont. *Attic. bell.*

Plumbei numi nullius pretij, vnde prouerb. plumbeos numos cudere. Parei Electa.

Plumbo liquefacto rei puniti. Gualt. *ad Hor.*

Plures anulos deferre olim viris infame. Nouar Electa.

Pluuiam cornices non ſolum augurabantur, verum etiam vocabant. Turn. *adu. l.* 22. *c.* 23.

Plumbeis voluminibus publica monumenta, priuata linteis olim deſcripta. In Papyro perrarò publica, frequentius priuata edebantur. Alex. *l.* 2. *c.* 30.

Pluuiam Romani petentes ad Capenam portam aquis manantem ſe conferebant, vnde lapidem Manalem in vrbem deferebant, qui pluuias excitabat. Sic aqua in Lycæo Iouis fonte, ſi quando ſiccitate laborabant, ſacerdotis manu querno ramo agitata, cogebat nubes in pluuiam largam. Alex. 4. *c.* 16.

Pœnæ exactæ ſub præconis elogio, ſeu præcone cauſam condemnationis ſuperdicente. Interdum titulo pœnæ appenſo, aut fixo. Briſſ. *Form. l.* 5.

Pœni veſte diſtinctâ vſi, διγλωττοι, bilingues dicti, quod lingua Tyriorum, & Afrorum vterentur. Paſ.

Poëtæ Græci ſua carmina publicis ludis recitare ſoliti, tandem oblæſa voce puerum, qui ad tibiam caneret, præſe ſtatuebant. Scal. Poët.

Poëtæ mali ſaxis in theatro: boni ſaculo floris ſoluti petebantur. Erhard. ad Petron. Caſaub.

Poëmata in templis recitata, & porticibus, vbi commiſſiones poëticæ factæ. Ricquius de Capit.

Poëtæ & Rhetores, aliarumque profeſſionum homines coronati in ipſo agone. Roſin.

Poëtæ quoties obſcurum aliquid dicebant, explicationem ſtatim ſubiungebant. Hartung. 2. *c.* 8.

Poëtæ Lyrici iuuencam, Tragœdi hircum, alij taurum immolabant. Alex. *lib.* 6. *cap.* 13.

Polentam pranſitabant ſerui molitores. Pont. *Attic. bell.*

Polentâ, & farinâ hordeacea veſcebantur Philoſophi Stoïci. Frugaliores cœnam terreſtrem ex herbis, & oleribus parabant. Parei Electa.

Pollicem rodere cogitantis, & comminantis erat. Gualt. *ad Hor.*

Pollicis compreſſu arguebatur olim approbatio rei, eiuſdem conuerſione odium. Gual. *ad Hor.*

Pollicis geſtus diuerſos animi motus ſignificat. Dempſt. *l.* 2. *c.* 19.

Pollicis vtriuſque compreſſione fauorem, conuerſione offenſionem ſignificabant. Ferrar. *Acclam.*

Polentam pranſitabant, non panem molitores ſerui, quibus pauſicape machina collo inſerebatur molentibus, ne polentam comederent, neu manus ori admonerent. Turn. *l.* 4. *c.* 13.

Polypi, ſepiæque in infantium circumlatione exhibitæ. Nouarini Electa.

Pomœrium nullum admittebat ædificium. Roſin.

Pontibus, per quos ſuffragia lata in Campo Martio, impoſitæ erant duæ ciſtæ. Roſin.

Pondera lapidea in ſacculis & marſupiis ſeruari ſolita, Hebræorum more. Nouar. Elect.

Pomœrij proferendi ius nemini fuit, qui non agri aliquid Imperio Rom. adiecisſet. Turn. *l.* 19. *c.* 9.

Poplitea alternis genibus imponere olim vetitum. Nouar. *Sched.*

Populus lætis acclamationibus principem in theatro venientem excipiebat. Dempſt.

Populus Romanus extra ordinem cauſas cognoſcebat,

noſcebat, non quouis accuſante, ſed Tribuno deferente, cuius iudicium iuris ordinarij ſolemnia requirebat, vt crimen eſſet, Accuſator, Teſtis, citatio poſt triunundinum. Polletus.For. Rom. *lib*. 3. *cap*. 11.

Poppyſmis adorabant fulgetra, leuiter comploſis manibus ad Iouem leniẽdum. Turn. *l*. 4. c. 21.

Poppyſmis olim obſtrepebant contra fulgura, ne læderent. Manut. adag.

Populo ſoli, & Dictatori ius de nece ciuium datum. Alex. 3. *c*. 3.

Portæ triſtes, & nefaſtæ, per quas damnati, & ſordes eiiciuntur, nil ſacrum, & purum admittunt. Nouat. *Sched.*

Portæ Romanorum nullæ ſacræ. Roſin. Quia per illas corpora defuncta portata, ideo funeſtæ. Alex. *l*. 6. *c*. 14

Porta eburnea falſa ſomnia, cornea vera emittebat. Virg. Dempſt.

Porcelli à ſeruis edi ſoliti. Brodeus 6. *Miſcell*. 1.

Portiſculus in nauibus remigandi ſignum dabat. Ferrat. *Acclam.*

Porcus ſilice olim in fœdere faciundo percuſſus. Marc. Don.

Poſtes portarum olim artificioſè ſculpti. Nouär. *Sched*.

Poſtes pice ſolebant illini. Parei Electa.

Poſtes olim ſpoliis hoſtium ornati, quæ ne ædibus quidem abalienatis, licebat emptoribus refigere, aut tollere. Turn. *lib*. 14. *cap*. 11.

Poſtriduani dies malè ominati, quia ſequebantur ferias Calendarum, Nonarum, Iduum, & quia in eo nomine malum omen, quod poſtridie omnia ſera, & intempeſtiua ſunt. Turn. 24. *c*. 15.

Poſtes, & ædes ornatæ lauro, & lucernis in lætis, & feſtis.

Præcones in Mercurij tutelâ: hi verba facturi lapidem aſcendebant. Iunius. Nouar. *Sched*. *l*. 11. c. 5.

Præcones in multas curias diuiſi erant. Roſin.

Præcones in principio orationum dicturis clamabant, ἄνευ προοιμίων, καὶ παθῶν, abſque procemiis & affectibus, idque in Areopago potiſſimum. Manut. *adag*.

Præcones vendentes in auctione in lapide ſtabant. Parei Electa.

Præcones res amiſſas proclamabant; ſin per præconem recipere non poterant, à Prætore Conquiſitores impetrabant. Parei Electa.

Præco ante quam ſupplicium de reo ſumeretur, cauſam ſupplicij edebat. Pont. *Attica bell.*

Prædia, & ædes venales proſcribebantur diuulgato libello, ac tabellâ de ædibus propendente. Parei Elect.

Præfatio nulla admiſſa Athenis in orationibus. Pont. *Attic. bell.*

Præfatio in aditu Principis vſurpata, Deuotus numini, maieſtatique tuæ. Pont. *Attic. bell.*

Præfectus Prætorio ſtatim lectus cingulum cum gladio ab Imperatore recipiebat. Roſin.

Prægnantibus data mala punica contra malaciam ex Plinio. Parei Electa.

Præfecti vrbi ſub regibus creati, vt vrbi præeſſent, cum illi ad bellum profecti, ita factum ſub Coſſ. Roſin.

Præfectus Ægypti ſupra cæteros Ius habuit. Lipſius excurſu.

Præfiſcine, ſeu Præfiſcini, ad faſcinum arcendum, acclamatum. Ferrat. *Acclam.*

Prœmium dari ſolitum ob bonum nuncium dictum Euangelium. Parei Electa.

Prænomen poſt nomen familiæ ſæpè vſurpatum. Robertel. 1. c. 23. id indicium nobilitatis. Mercerius.

Prænomina pueris impoſita, cum togam virilem ſumebant. Polletus. For. R. *lib*. 2. *cap*. 7.

Prænomine vſi Romani omnes, & ſolis prænominibus viri inſignes appellati, mancipia vero, & ſerui ſolo nomine, manumiſſi verò prænomine patronorum, Item adoptiui, & arrogati. Alex. *l*. 5. *c*. 4.

Prætextâ patricij pueri vſque ad annum ætatis 17. vſi, quo anno togam virilem ſumebant, eratque ætas militaris. Marc. Don.

Prætextati filij patres Senatores in curiam ſequebantur, ante Papyrium. Macr. Sat. 1. *cap*. 6.

Prætextatus nullus, ſed togatus ducebatur ad ſupplicium. Caſaub. ad Suet.

Prætextam Prætores aliquem damnaturi prius deponebant. Roſinus.

Prætextam in Capitolio publicè ſumebant. Polletus. F. Rom.

Prætorium Athenis ſub dio. Nouär. *Sched*. *l*. 11. c. 3.

Prætor vrbanus abſentibus Coſſ. ſummam poteſtatem habebat, non autem amplius vrbis Præfectus. Roſin. Huius inſignia prætexta, curulis ſella, & ſex lictores. Caſaub *ad Suet*. *l*. 1.

Prætoris vrbani maior fuit poteſtas, quàm peregrini. Roſin.

Prætores Centuriatis Comitiis creati. Roſin. Eorum tempus ordinarium annuum. Roſin.

Prætores prætextam Calendis Ian. in Capitolio ſolemnibus votis nuncupatis, cum aliis inſignibus, capiebant. Roſin.

Prætores ſummo mane in Comitium veniebant, Accenſo imperabant, vt tertiam horam populo circumſtanti inclamaret. Roſin.

Prætores dicti Proprætores, ſi poſt Præturam prorogabatur Imperium. Roſin.

Prætor Maximus clauum pangebat. Dempſter.

Prætor aliquem damnaturus prætextam deponit. Manut. 3. *queſ*. 1.

Prætores olim iniurati publicas quæſtiones exercebant, tabellas non habebant, neque iuriſdictionem, cum tamen Imperium haberent, & ſententiam pronunriarent prætextâ poſitâ. Poller. F. R. *l*. 3. *c*. 1.

Prætor Romanus in priuatis cauſis habebat mixtum Imperium, cognoſcens, & cenſens ius dicendo: in publicis autem, & capitalibus iudiciis merum, deſtitutum poteſtate cognoſcendi & cenſendi: Tribb. quo-

que

que cum ad populum cauſa agebatur, habebat merum Imperium. Idem, *Ibidem*.

Prætor in priuatis controuerſiis, quæcumque de re agerentur dabat Recuperatores, dictos Iudices delegatos. Parei Electa.

Prætores male ſoluentium bona adiudicabant creditoribus. Parei Electa.

Prætores ius dicebant, cauſas cognoſcebant, rem addicebant, manumiſſos in acta referebant, à Comitiis abeſſe non poterant, ſyngrapham militibus ad bellum abituris ſcribebant. Parei Electa.

Prætor plus 10. diebus ab vrbe abeſſe non poterat. Roſin.

Principibus abſentibus aut mortuis ſella ponebatur in theatro cum coronâ. Caſaub. ad Suet. *lib*. 1.

Principibus ad ſanitatem reductis, Fauſtè à populo acclamatum, & plauſum. Ferr. *Acclam*.

Principes, & primores Romani ab inferioribus clientibus, & familiaribus Reges dicti, & amici magni. Turn *l*. 12, *c*. 14.

Principum effigies in numis aureis, & argenteis tantum ad honorem, non ad vſum publicum. Stenu.

Priuati concionem habere non poterant, niſi à magiſtratu poteſtate accepta. Roſin.

Priuatum publicumque ante negotium ratio ſumptuum cum miniſtro inita. Electa Nouit.

Probatoriæ literæ in Palatinâ militiâ vſui ſubſignatæ manu principis. Steuuech. ad Veget.

Procoſſ. Centuriatis comitiis creati. Roſin. Horum imperium æquale Coſſ. horum inſignia, littores, faſces, ſecures, prætexta, ſella curulis in prouincia ſibi decreta, niſi Coſſ. adeſſet, vbi enim Coſſ. ibi Procoſ. nullum imperium habebat.

Procoſſ. ne irent in prouinciam Tribb. pl. edicto prohibere poterant, aut dirarum obnunciatione: ordinariè ex Senatus decreto prouincias obtinebant Roſin.

Procoſſ. Proprætorumque annuus magiſtratus in prouincia erat, niſi à Senatu eis prorogatus eſſet Marc. Don. Auſpicia hi non habebant. Coſſ. verò, & Prætt. habebant.

Procuratores olim nulli, niſi pro populo, pro libertate, pro tutelâ, & qui in Italia non eſſet. Pollet 2. *c* 1.

Procoſſ. poteſtas in vrbe, Coſſ. abſentibus, erat vrbi præeſſe, Senatum habere, Comitia indicere, &c. Alex. 2. *c*. 27.

Procoſſ. ius dicebant in prouinciâ tantum ſibi ſtatutâ, Coſſ. autem alibi, & vbique.

Prodigi ſepulchro patrio non humari apud Græcos, illiſque curatores dati & locus in theatro negatus. Alex. *l*. 6. *c*. 14.

Prodigiè ſuggeſtu eliminati, neque illis licitum publicè ad populum verba facere. Nonar. *Sched. lib*. 11. *cap*. 2.

Prodigia, portenta, quæque aduerſabantur lignis infelicibus cremari ſolita. Turneb. *lib*. 14 *cap*. 8. Macrob. eaque expiata inſpectis libris Sibyllinis, qui erant lintei. Dempſt. *l*. 3. *c*. 21.

Profeſti dies diuiſi in faſtos, comitiales, comperendinos, ſtatos & prœliares. Roſin.

Profeſti dies hominibus ad rem priuatam publicamque adminiſtrandam conceſſi. Roſin.

Profugi coloni ſolebant effingere ſimulacra patriæ maioris relictæ, ciuſque nomine vrbem, quam condere, & incolere parabant, afficere, ſed & amnes eius iiſdem nominibus repræſentare. Turn. *aduerſ. l*. 14. *c*. 4.

Profecturi peregrè ſimulacrum Dei tanquam Larem familiarem, & Fortunæ comitem ſecum ferebant, cui feſtis diebus thure, & melle litabant. Alex.

Proletarij ij dicti in Repub. qui præter prolem ei nihil exhibebant, contra Aſſidui. Parei. Elect.

Proletarij erant honeſtiores capite cenſis, neutri tamen aſcripti in militiâ, niſi in tumultu maximo. Marc. Don.

Promulgationis legis ſpatium erat Trinundinum, ideſt, dies 27, Roſin.

Proquæſtores minoris fuere dignitatis, quàm Quæſtores, Roſin.

Proſcriptio fiebat in celeberrimis locis ipſius ciuitatis, Roſin.

Proſtibula per ludos publicos in ſcenam introduci conſueuerant. Parei Electa.

Prouinciarum rectores ordinarij duo Prætores, & Coſſ. Ruſin. earum ſortitio facta inter Coſſ. Alex. 3. *c*. 3.

Prouinciæ Cæſarum per præſides gubernatæ, populi per Procoſſ. Marc. Don.

Prouinciarum præſides, exercituum Imperatores ſine vxoribus egrediebantur. Dempſter.

Prouinciis imperatum tributum, milites, equi, naues, &c. Steuuech. Veget.

Prouinciæ minores fuerunt ſylnatum & collium, ne compingendis nauibus materia deeſſet. Alex. 3. *c*. 3.

Proxenia, in oppidis Græciæ erat munus quoddam recipiendorum hoſpitio Senatorum, Legatorum, Magiſtratuum, quique eos recipiebant, qui hoſpitio publico cum ciuitate erant coniuncti, Proxeni dicti. Turn. *l*. 6. *c*. 11.

Prytanes vnà quotidie cibum capiebant cum ſuis collegis, & acceſſoribus, Remp. curantibus. Caſaub. Athen.

Pubertatis ante tempus Athenis iuuenes ad opificij delectum ducebantur, propoſitis publicè omnium artium inſtrumentis vnico tantum eligendo ad libitum. Pont. *Attic. bell*.

Publicanda in amphitheatro principis mandato, aut magiſtratus edicto, aut alicuius poſtulato per Curionem pronunciabantur. *l*. 25. *c*. 7.

Publicè debentium bona proſcripta, ſi non eſſent ſoluendo. Pont. *Attic. bell*.

Publicani apud Hebræos Infames, apud Romanos flos equitum, & ciuitatis ornamentum. Tirin. *in Matth*. *c*. 9.

Pueris nobilibus editis in atrio Iunonis Lucinæ lectus ponebatur Herculis menſurâ. Politian. *c*. 29.

Pueri depoſitâ togâ prætextâ virilem togam primam,

puram, candidam ſumebant anno 17. Liberalibus. Hæc toga libera dicta. Dempſt. *l.* 5. *c.* 32.

Pueri vix nati in terrâ ſtatuebantur, inde tollebantur, ſi erant alendi, Deorum opem implorantes; alioqui exponebantur. Brodeus. *l.* 4. *c.* 3.

Pueri initiari Eduſæ, Potinæ, & Cubæ Deabus edendi, bibendi, & cubandi, vbi primum ex cunis, & lacte tranſierant: & cum fari incipiebant Fabulino. Politian. *Miſcell. cap.* 89. Guliel. *lib.* 3. *cap.* 21. Turn. *l.* 18. *c.* 34.

Pueri matrimi caſu Deos offendi & ſacra pollui putabant. Nouar. Electa.

Pueri ſtatim nati à matre in terrâ ſtatuebantur, quos tollebant, & ſi ab eâ ſublati à patre ſuſcipiebantur, pro filiis domi nutriebantur. Turn. *lib.* 2. *c.* 6.

Puellæ ritu Athenienſium initiabantur Dianæ, cuius fidei, & tutelæ ſe credebant, quod ope eius quæ Lucina appellatur, vitam hauſerint. Turn. *l.* 14. *c.* 8.

Puellarum togulæ ad Fortunam Virginalem deferebantur. Arnob. *l.* 2.

Pueritiæ ſtudium apud Græcos literæ, palæſtra, muſica. Turn. *l.* 27. *c.* 26.

Puerorum oblectamenta erant pulli, paſſerea, anſeres, anates, coturnices, &c. Parei Electa.

Pueri Lacedæmoniorum ab anno ſeptimo ad militiam præparabantur, literas tantum ad neceſſitatem docti. Veget.

Pueri minuti, garruli, diſtorti, & prodigioſi olim in deliciis. Pont. *Attic. bell.*

Pueris nobilibus bulla, & prætexta data: hi cum parentibus Senatoribus in Senatum ventitabant. Alex. 4. *c.* 11.

Pueri ſæpenumero expoſiti in ollis, & cantharis Pontanus. Nanius *l.* 1. *c.* 2.

Pueri olim inſtructi, literis, muſica, Grammaticâ. Pont. *Attica bell.*

Pueri delicati olim ſoliti tonderi circum, Item meretrices. Caſaub. *Suet. lib.* 2.

Pueri togam virilem induentes ibant ad Capitolium. Nouar. *Sched. lib.* 10. *cap.* 3.

Pueris olim blandiebantur, maxillas eorum apprehendentes, deinde manum ad os referentes. Nouar. *Sched. l.* 11. *cap.* 11.

Pueri delicati catamiti illiti ſoliti, & curari, ad candorem nitoremque cutis conciliandum, vel ne citò barbeſcerent. Salmaſ. *ad Spart.*

Pueri cædebantur verberibus à Lacedæmoniis ad ſanguinem vſque. Plutarch.

Puerperæ ſtatim doloribus perfunctæ, Iunoni ſacrificium inſtruebant, veſtimenta Dianæ ſacrabant. Dempſt. Eædem à partu quinto die manus abluunt, puerum lateribus circumferunt, polypoſque & ſæpias munuſcula ferunt. Adultus puer factus prætextâ, & bullâ donabatur apud Romanos. Alex. *lib* 2. *c.* 25.

Pugnaturi cum aliquo, herbis aliquando ad maleficium vſi. Nouar. *Schediaſ. lib.* 11. *cap.* 3.

Pugnis cædere pectus. manu femur tangere, eſt iuramentum præſtare. I. Barbatanus. *Geneſ.*

Pulchrè, benè, rectè, acclamatum benè recitantibus. Ferr. *Acclam.*

Pullæ veſtes omnes plebeiæ ſub Imperatoribus. Roſin. Hæ in ludis interdictæ.

Pulpitum agentium, & loquentium erat in proſcenio altius, & orcheſtrâ. Roſin.

Pulte ſolum Romani diu vſi. Dempſt. Piſtores per annos 600. Romæ non fuere.

Puls data in auſpiciis. Pont. *Attic. bell.*

Puluerem in viuum abſtergere extremi ludibrij, in mortuos magnæ pietatis. Muretus, 2. *cap.* 20.

Puluinum præbebant aſſidentibus honoris cauſâ. Parei Electa.

Pullorum vſus magnus in auſpiciis.

Puluerem crinibus ſpargebant ſupplices, orantes.

Pullarij exercitum ſequebantur, & locum prope ſigna in mediis caſtris habebant. Dempſt.

Pumilos atque diſtortos Auguſtus, vt naturæ monſtra abhorrebat. Dempſt.

Pupillis antea dari ſoliti tutores à Coſſ. poſtea à Prætoribus Caſtil. *var. c.* 21.

Pupillorum cenſus olim publicâ fide ſeruati.

Puppes nauium coronatæ, in initio curſus vellenbus niueis, feſtâ fronde, verbenis, ſertis in Deorum honore coronabant, vt & aliis feriis ſolebant velare. Turn. *lib.* 26. *c.* 5.

Purgamenta, ſiue catharmata, quibus februabatur aliqua noxa, mittebantur in profluentem plerumque, interdum in mare, interdum in triuium, iaciebantúrque ab auerſis trans caput, nec reſpiciebant, ne eorum aſpectu contaminarentur, eaque calcare nefaſtum, aut tangere. Turn. 26. *cap.* 7.

Purgabat caput Carneades helleboro aliquid ſcripturus.

Purpureæ veſtes geſtatæ à Laconibus, notiſque ſanguinis maculatæ, vt cruorē occultarent proprium è vulneribus in bello, aliiſque eſſent terrori. Pontanus *ex Homero.*

Purpura priuatis interdicta. Pontan. *Attic. bell.*

Purpuram apud Sibaritas vſque ad impuberem ætatem gerebant, & capillorum nodos auro vinctos Nouar. *Sched. lib.* 10. *cap.* 3.

Purpura, & facibus primus Romanorum vſus Tullus Hoſtilius. Nouar. *Sched. lib.* 12. *cap.* 18.

Putei olim claudi ſoliti: eorum forma olim ſepulchra Nouarini Electa.

Puls cibus Romanorum, facta ex aquâ, frumenti, & fabarum, aut hordei farinâ, quam in ſacris & oblationibus Deorum pro victimâ adhibuere.

Purpuram induere nefas Tribuno plebis, & plebeio, penulâ vtentibus, permiſſa tamen plebeio purpura non ex murice, & cocco, ſed herbarum ſucco infecta, ideo fuſca erat, & obſoleta Alex. *l.* 5. *c.* 18.

Pythagoræi ne iniuſta peterent, quod optabant, voce promebant. Nauar. *adag.*

Pythagoræi domo mente præmeditari ad

Diis ſupplicandum accedebant. Gualt. *ad Hor.*

Pythagoræi, Druidæ, & Chaldæi non ſcripta ediderunt, ſed certo ſacramento per ſucceſſionem traditiones ἀγράφως. Scal. Poët.

Q

QVadraginta plagis ſerui verberati; verbera enim pœnæ ſeruiles. Erhar. ad Petron.

Quadrigis Circenſibus ſignum dabatur à magiſtratu. Turn *aduerſ. l.* 25. *c.* 3.

Quadrans balneatoris, & ſcorti vilis pretium. Brod. 10. *c.* 25.

Quæſitor dimittere iudices & inuitos retinere potuit, cuſtodiebat vrnas in tribunali poſitas ad ſortes ducendas, vel ſententias. Roſin.

Quæſitores gladio poſito in ſellâ Curuli ſedentes iudicium exercebant. Roſin.

Quæſtores prædam ex hoſtibus captam vendebant. Roſin.

Quæſtorum fuit aſſeruare Senatus conſulta. Roſinus.

Quæſtura primus magiſtratus vrbanus, qui non ante annum 27. petebatur. Roſin.

Quæſtoris munus magnificentiſſimum recitare orationes in Senatu nomine Principis, cum huic non vacaret. Polletus. For. Rom. *c.* 1

Quæſtores, Quæſitores dicti ab inquirendis delictis, quibus Prætores ſucceſſere. Idem. *l.* 3. *c.* 7.

Quæſtores vrbani ærarium curabant; manubias hoſtium, prædamque vendebant. Parei Electa

Quartanæ febres filiæ Saturni ob malitiam, & tarditatem inſignem curatæ ex Democrito, pollutione, ideſt, cæde, ſanguinis potu, & huiuſmodi.

Quaternionem iurabant Pythagoræi.

Quæſtus ſordidus Romanis interdictus Item miniſterium ſeruile, & laborioſa negocia. Alex. *l.* 5. *c.* 16.

Quercus Ioui ſacra, ita dicta, quod ex ea oracula quærerentur.

Querna, ciuica corona, ſeruatori data ciuis, & poëtis. Graminea obſidionalis vniuerſorum ciuium. Alex. 4. 18.

Quercubus ſuſpenſa cadauera.

Quinctilibus calendis migrationes ex ædibus fiebant. Roſin.

Quindecim viri ſacris faciundis, Comitiis Tributis creati & libris Sibyllinis inſpiciendis, vſque ad Theodoſij tempora durarunt. Roſin.

Quinquennalis magiſtratus tantùm Cenſura. Marc. Don.

Quiritium ius proprium erat liberos habere in poteſtate. Marc. Don.

Quirites appellati Romani Romæ honoris gratiâ. at in caſtris contumeliæ, eos Commilitones nuncupando. Caſaub. ad Suet. Cæſarem.

R

RAnæ colore, ante laruas inuentas, faciem inungebant. Suid.

Rapa antiquis cibus gratiſſimus, quam dicunt eſſe in Cœlo Quirinum.

Rapa pro floribus iacta. Item fimus, lapides, lutum contumeliæ gratiâ. Athenis facinoroſi homines extra fines exportandi, luto facie conſpurcati. Caſaub. ad Suet. *lib.* 8.

Raphani impacti in podicem adulteris contumelioſè, & euulſis pilis, calidum cinerem ſpargebant in vulnera.

Rationem qui habebat alicuius in petitionē magiſtratuum, & comitia habebat, eius, qui petebat, nomen accipiebat, & de eius nomine tribus, vel centurias in ſuffragium mittebat. Turn. *l.* 17. *c.* 32.

Rationes inibant ferè quotidie cum ſeruulis antiqui. Nouar. Electa.

Recens nati in ſcuto poſiti ex Lacedæmoniorum lege. Nouar. Electa.

Recitatores carminis Homerici virgam geſtabant, dicti Rhabduchi. Rhodig. *lib.* 7. *cap.* 29.

Recita, Recita, acclamatum ab auditoribus, cum orator, nondum finitâ oratione, volebat finire. Fetrat. *Acclam.*

Recitantibus honoris ac fauoris gratia aſſurgebant auditores, exultabant, excurrebant. Idem.

Recitantibus Imperatoribus in Roſtris, Fauſtè, acclamatum in Senatu Idem.

Recriminans, ideſt, reum viciſſim accuſans, apoboliam, ideſt, ſemiobolum ſoluebat. Poll. *l.* 8. *c.* 6.

Recuperatores ſtatim dabantur à Prætoribus, propoſitâ quæſtione Marc. Don.

Redemptores datis ſponſoribus, & factis ſyngraphis, ſuo periculo opus faciendum curabant. Parei Elect.

Redeuntes peregrè præmittebant nuncios ad vxores prænunciantes ſuum aduentum. Muret. *l.* 13. *c.* 6.

Regnis Perſarum regiones, oppidáque attributa in ſtrophium, amiculum, cingulum, &c. Muretus. 15. *c.* 10.

Regnum nemo, niſi auſpicatò capere poterat. Roſin.

Regibus nouis in ſcutum leuatis haſta tradebatur. Pont. *Attic. bell.*

Reges olim vates, & augures. Pont. *Attica. bell.*

Regibus Perſarum ſolis extra manicas manus portare, & proferre licitum. Xenoph.

Regum olim imagines ita depingebantur, vt dextrâ globum tenerent. Nouar. *Sched. l.* 10. *c.* 4.

Regionem aliquam ingredientes, ad eamvè ex interuallo reuertentes, religioſè eam ſalutabant, quod cuique loco ſuum præeſſe Genium arbitrarentur. Parei Elect.

Regiâ lege ius omne Pop. Rom. in Imperatores migrauit. Magius. 4. *cap.* 6.

Regia Perſarum in montibus, vbi theſauros, & gazas regias ſeruabant Alex. 2. *c.* 6.

Relegatio. & deportatio ſub Cæſaribus ſucceſſerunt in locum interdictionis aquæ, & igni,

igni. Briſſon. Form. *l.* 5.

Relegati ſerui in agrum, ſeu villam. Pont. *Attic. bell.*

Reliquiæ eorum quos viuos vehementer odimus, poſt obitum ſpargebantur. Caſaub. *ad Suet.* 3.

Renes & inguina Veneri adiudicata. Iun. *animad.* 4. *c.* 18.

Repetundarum cauſæ inficiatione defendebantur. Roſin.

Repetundarum in cauſâ, illi, qui pecunias repetebant, poteſtatem habebant poſtulandi patronos. Roſin.

Repetundarum quæſtio 1. conſtituta in ſociorum, & prouinciarum gratiam. Roſin.

Repetundarum in crimine accuſator domum obſignabat, & omnia clauſa habebat eius, ne qua furtorum indicia, &c. à reo remouerentur. Polletus, Fori Rom. *lib.* 4. *cap.* 9.

Repudij verba ſolemnia hæc: Tu quidem ob iſtud tam dirum facinus continuo thoro meo diuorte, Tibique res tuas habeto. Repudiatæ coniugi dotem reſtituebant. Briſſon.

Rerum probatio facta tempore feriarum. Pithœus ſubſec. 2 *c.* 20.

Res tuas tibi habeto, diuortij formula. Magius. 2. *c.* 15.

Res proferri in iudiciis dicebatur, quando erat iuſtitium, & iuriſdictionis ſilentium, tempore belli, vacationibus, & feriis. Contra, dicebatur res agi alio tempore. Parei Electa.

Reicophantæ dicti Aſtrologi ab Hebræis.

Reus dum accuſator agebat ſub roſtris adoleſcentium conuiciis erat expoſitus. Roſin.

Reus ſordidatus ad pedes iudicum ſe proſtituebat. Roſin.

Rei facti viri illuſtres, togam ſordidatam ſumebant, depoſitâ candidâ, item cognati reorum, quibus tres horæ ad dicendum datæ. Roſin.

Rei comâ demiſſâ, cinere reſperſi, veſte lugubri, cui ſi tantum tres horæ datæ, accuſatori duæ dabantur. Dempſt. *l.* 9.

Rei promittebant capillos, quos mulieres teæ præcidebant. Caſell. *l.* 1. *c.* 18.

Rei ad inuidiam mouendam, & miſerationem nudabant cicatrices. Schench. præm.

Reorum, nummulariorum, fœneratorum nomina in tabulâ ſcripta appendebantur columnis. Luiſin. parerg *l.* 1. *c.* 3.

Reus abſolutus, tondebat promiſſos capillos, barbamque, gratiaſque acturus Diis, aſcendebat in Capitolium cum ingenti comitatu aduocatorum, & amicorum. Polletus. *l.* 1. *c.* 13.

Reis apud Romanos amici in veſte ſquallidâ die iudicij aſſiſtebant. Gualt. *ad Hor.*

Reus citabatur de tribunali voce præconis. Briſſon. *Form.*

Rei à militibus, ſtatoribuſque, necnon à municipalibus miniſteriis aſſeruati in cuſtodiâ. Idem.

Reus ſua probra cantatis apud Lacones aram circumibat. Nouar. Electa.

Reus apud Palæſtinos ad collum alligato ſaxo in mare proiiciebatur. Idem.

Reo ſeſquialteræ horæ conceſſæ ad accuſatorem; vt ſi huic ſex, reo nouem darentur. Pollet. 1. *cap.* 11.

Reus cum populum Comitiis orauerat, vt periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eum reſecrare, ideſt, religione ſoluere, qui enim obſecrabat, religione, & quaſi iureiurando obſtringebat. Turn. *aduerſ. l.* 18. *c.* 35.

Reus æqualibus iudicum ſententiis abſoluebatur. Manut. *adag.*

Reis tria Theramenis mala propoſita: reſtis, gladius, aut exilium. Manut. *adag.*

Reos ſontes condemnabant aperto capite. Parei Electa.

Rei tracti ad Prætorem collo obtorto, nempe fauces, & gulam prehendebant, veſte ad collum iniectâ. Parei Electa.

Reus nonniſi ſolutus ex vinculis cauſam dicebat. Parei Electa.

Reus, quo die adeſſe iuſſus erat, citabatur voce præconis è tribunali. Briſſon. Form. *lib.* 5.

Rei in carcere detenti manicis, pediciſque, item catenis vincti, vno & altero cuſtode mihre. Briſſon. Form. *l.* 5

Rei accuſati apud Senatum ſedebant ſub patrono: prouocantes ad populum, ſuper eumdem. Dempſt. *l.* 9.

Reus capitis acceſitus non comparens in iudicio, ante fores ædium numenclatoris tubâ vocabatur ad cauſam dicendam, quatuor definitis locis citatus. Alex. *lib* 3. *c.* 5.

Rhetores coronati in ipſo agone. Roſin.

Rhombus à veneficis etiam veneficiis adhibitus. Gualt. *ad Hor.*

Rhodum ſecedebant proceres Romani non contenti rerum ſuarum ſtatu. Pont. *Attic. bell.*

Rictus oris illudentis geſtus. Ferrar. *Acclam.*

Rigatorium, vas erat ante ædes in fictili vaſe poſitum, aquâ ex aliâ domo allatâ plenum, quâ egredientes è domo funeſta luſtrabantur. Pollux. *l.* 8. *c.* 7.

Rogatio, qua de pace ad populum ferebatur, & quâ per populum triumphus decernebatur, aut ciuitas aliquibus dabatur, Tributis Comitiis ferebatur. Roſin.

Rogatores in Comitiis rogabant, cum tabellâ ſuffragia ferebantur, quam quis tabellam vellet, Diribitores eam diſtribuebant, obſeruabántque numerum ſuffragiorum, & punctorum, ne qua fraus fieret. Turn. *lib.* 21. *cap.* 15.

Robur carceris locus, quo præcipitabantur malefici, dictus robuſtus codex, quod olim arcâ robuſtâ, ſeu roborea includerentur. Turn.

Rotæ alligati ſerui flagris cædebantur. Suid. 944.

Roma, Vrbs dicta: Aſty, Athenæ: Polis, Alexandria. Dempſt. Magius.

Romuli templum in Quirinali ſemper clauſum, ne arcana imperij patefierent. Alex. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 14. ante huius ædem duæ myrti, patricia vna, altera plebeia, pro augmento, & damno vtriuſque. Idem.

Rudiarij

Rudiarij pectus ſpongiis muniebant. Marc. Donat.

Ruſticæ tribus vrbanis prælatæ. Roſin.

Rude gladiatores, & pileo donabantur,cum donabantur libertate, & ferro dimicandi neceſſitate liberabantur, ſed tantùm batuere rudibus cogebantur. Turn. *adu. l.*18.*c.*33.

Ruſtici ſculponeis calceis vtebantur. Parei electa.

Rutila coma arte facta à mulieribus. Poot. Attica bell.

S

S Litera cœnaculis inſcripta ad ſilentium iodicandum. St,ſilentij oota.

Sacra via dicta à fœdere, quod Romulus cum Tatio percuſſit, vel quod hac ſingulis menſibus ſacra ferebantur ad Capitolium: an vnica eſt dictio? Gualterus *ad Hor.*

Sacci frumento pleni obſignati. Nouarini electa.

Sacramentum dicebatur pecunia, quæ deponebatur in litibus, & cauſis criminalibus, apud Pontifices. Pithœus 2.*ſubſec.*18.

Sagati Galli, palliati Græci, togari Romani incedebant. Turn. *adu. l.*2.*c.*17.

Sagis coccineis vſi, qui præerant exercitui, & Lacedæmonij omnes militantes rubris. Idem *l.*2.*c.*16.

Sagittarum vaticinatio facta, cum plurimæ inſcriptæ nominibus vrbium in theca miſtæ, & quæ prior exibat ea ciuitas expugnabatur,quæ in eâ inſcripta.Belomantia dicta. Suid.

Sale empta mancipia apud Thraces, Vino apud Lemnios. Alex. *l.*3.*c.*20.

Salinum cum ſale ſeruis obſignatum.Nouar. electa.

Salem, & fabam apponebant diuini reſponſuri. Manut. *Adag.*

Salitione in equos ligneos exercebantur Tyrones. Pont. Attic. bell.

Saliua hominis ieiuni ſcorpij necati.

Saltationum mollium auctores Iones.Gualt. *ad Hor.*

Saltatio vetuſtiſſima fuit ſiue cantu. Roſinus.

Saltare in foro turpe erat ingenuo, quod ſerui cum venibant, faciebant. Turn. *l.*10.*c.*22.

Saltantes, canentes in ſcenâ ornati pallâ erant. Turn. *adu. l.*20.*c.*27.

Salue in ſalutatione matutinâ, & cum aliquem adimus, Vale, cum diſcedimus. Turn. *l.*11.*c.*1.

Salutantes addebant iuſiurandum, vt ſeriò hoc feciſſe putarentur. Parei electa.

Salutantes dextram tenebant, manum porrigebant,peregrè aduenientes oſculo excipiebant. Parei electa.

Salutabant Romani,Græci,Hebræi,dextram dexteræ iungentes, cum oſculo, & complexu. Item aſſurgendo,caput aperiendo more noſtro. Cornel.à Lap.in Matth.5.

Salutaturi Claudium Imperatorem & alios, excutiebantur an arma haberent.Caſaub. *Spart.*

Salutis dictionem alternis ligno, & corticibus Aborigines mittere ſolebant.Demp. *Ioſeph. Laurentij Polymath.*

Salutandi modus vulgaris fuit, manum aduenientis oſculari.Plaut. Mercerius: nomen ſalutati addebant.

Salutaturi non alio habitu, quàm toga vtebantur. Salm. *ad Spart.*

Salutationes factæ innexione manuum,cum dextræ iungere dextram non datur.

Salutatores accipiebant ſportulas à dominis.

Salutare cognomine, erat familiaris; prænomine verò ſalutabant honorificè liberos,& ingenuos. Turn.*l.*11.*c.*19.

Sancire fœdus fulmine dictus Iupiter, quod fœdifragi, qui peierabant, de cœlo tangi credebantur. Turn. *l.*25.*c.*9.

Sanguine pollutus humano à Græcorum congreſſu arcebatur. Gualt. *ad Hor.*

Sanguis vino permixtus in ſceleribus, & coniurationibus factitandis. Tertull.

Sannarum genera, oris diſtortio, valgia, labiorum ductus, rictus oris, linguæ exertio, pinſens roſtro ciconia, aſini auriculæ,manus in obſcœnum modum formata. Ferrar. *Acclam.*

Sannarum modi tres. Primus cum indice digito in eum directo, quem ridebant, crebrà eiuſdem curuati motatione,ciconiam roſtro pinſentem imitabantur. Secundus, cum eis quos aſinos eſſe ſignificare volebant,appoſito temporibus pollice, & manu commota ſannam faciebant,imitantes aures mobiles aſiniꝰ. Tertius,linguam exertantes. Pont.Att.bell.

Satisfactio facta per iuſiurandum. Pont. Att. bell.

Saturnalibus feriis, ludis & conuiuiis operam dabant Romani, ſeruis pileatis domini inſeruiebant. Marc. Don. Stipes, & munera inuicem data. Sacris intererant ſerui cum liberis in compitis. Alex. *l.*2. *cap.*22.

Saturnus religatus laneo vinculo per totum annum,niſi Saturnalibus.

Saturnalibus clauſæ erant ſcholæ. Bellum facere nefas, aut à nocente pœnas ſumere. Macrob. *l.*1.*c.*5.

Saturnalibus ceſſabant Senatus, Scholæ. Syntheſes pro togis indutæ:munera miſſitata.Dempſt.Neque conuocari poterant patres, neque iudicia vlla peragi: circa medium Decembris. Idem. Comeſſabantur,odia remittebantur. Regna vini ſortiebantur ſine diſcrimine: Magiſtratus purpuram induebant,reliqui in veſte candida diem concelebrabant. Alex.*l.*2.*c.*22.

Saturnalia olim vno tantùm die celebrata 14.Kal.Ian. ſed poſteà in triduum propagata, à 16.cœpta, in 14. deſinebant: his adiecta Sigillariorum celebritas 7. dies efficiebat. Macrob. *l.*1.*c.*10.

Scalæ lanâ conſtratæ,ne ſtrepitũ ederent aſcendentes,& deſcendentes. Nou.Sched.

Scalis tenuiores aſcendebant in cœnacula, vbi habitabant. Caſaub. *in Suet.*

Scarabæos in ſignatoriis anulis olim milites imprimebant. Nouar. electa.

Scena Tragica columnis & ſignis Deorum ornata, Comica ædificiis, Satyrica montibus, & ſyluis. Alex. *l.5.c.*16.

Scenæ non plus tribus perſonis habebant. Roſ. Scenici ludi in theatro peracti. Roſin.

Scenici ludi Sibyllæ iuſſu pro bona valetudine reſtaurari. Scal. Poët.

Scenici Romæ infames. Pont. Art. bell.

Sceptrorum ſummitas inſignita auibus. Hartung. 1. *dec.*8.

Sceptrum ad ſalutationem flectunt Hebræi. Nouar. Sched. *l.*12.*c.*27.

Sceptrum, per quod iurabant Romani, & lapidem ſilicem ex templo Iouis Feretrij ſumebant. Roſin.

Sceleratorum in ſedes etiam animaduerſum. Parei electa.

Scelerata haſta illa dicta, quæ ab Imperatore bellum indicente in hoſtium fines traiiciebatur.

Sceua verba etiam priſci abhorrebant. Pont. Att. bell.

Schedula conuocatorum ad concionem continebat cauſam cõuocationis. Hart. 2. *Rit.*

Scholæ publicæ Romæ, Athenæum, Capitolium, pergulæ magiſtrales, alibi etiã Gymnaſia, & priuatæ, domeſticæque ædes, Theatra, Templa, Baſilicæ, Curia, Aulæ diuitum cõductæ: ad publicas vero ſcholas itãtes pueros pædagogi comitabãtur. Hæ clauſæ Saturnalibus. Ferr. *Accl.* Parei el.

Scipio eburneus, togáque picta mittebatur per Senatorem Regibus ſociis, & amicis Romanis. Tacit. *annal.l.*4.

Scipionem habebant Atheuis omnes, qui erant natu grandiores, & iudicabant. Turn. *l.*4.*c.*13.

Scorta floridas veſtes ferebant. Dempſt. Hæ non alebant longos crines, ſed breuiores.

Scortari de die turpe, alio verò tempore Ethnicis non viſum flagitiũ. Gualt. *ad Hor.*

Scortatores noctu cubabant in cellis meretricum, ne viderentur, & primo diluculo illis erat abeundum. Parei electa.

Scribæ apud Græcos in maiori honore habiti, quàm apud Latinos. Roſin.

Scribæ cum plurimi eſſent in ciuitate, relati fuere in Decurias. Roſin.

Scribis aditus ad maiores honores non fuit interclusus. Roſin.

Scribebant antiqui in ceratis tabulis, quas pugillares vocabant. Marc. Don.

Scribebant antiqui graphio ferreo in tabulis dolatis è fago, abiete, buxo, tilia, acere, citro, ebore, eáſque cerâ illinebant, linóque obligabant. Parei electa.

Scribebant in foribus formoſarum carbonibus. Pont. Att. bell.

Scribebant antiqui tãtum maiuſculis. Pont. Att. bell. Ægyptij à dextrâ in ſiniſtram, contra Græci. Alex. *l.*2.*c.*39.

Scribebant olim non ſuper menſis, vel pluteis, vt nos, ſed ſuper femore collocatâ cartâ: nec ſolum ſcripturi ad lecticulas ſe recipiebant, ſed etiam lecturi, audituri recitantes & ſcholam habentem Magiſtrum. Caſaub. ad Suet. *l.*2.

Scribebãt in porticibus, parietibus, ſtatuarũ baſibus, aliíſque monumentis defunctorum, ſi quid palam plebs Romana non audebat profiteri. Caſaub. ad Suet. *l.*1.

Scribebant nihil Pythagorei, ſed memoriæ commendata tradebant per manus poſteris. Alex. *l.*2.*c.*30.

Scribebant notis Rom. animi ſenſa per notarios, quæ actuarij celeriter excipiebant. Idem *c.*30.

Scurræ mimici raſi erant. Salmaſ. ad Fl. Vopiſc.

Scurræ, & mimi olim ad exequias miſſi. Caſaub. ad Suet. *l.*2.

Securi tantum ſontes puniebantur, poſteà etiam gladio, hoc lenius & honeſtius, ideo hæc pœna militaris, non illa. Caſaub. ad Suet. Oct.

Secures cum faſcibus in vrbe prælatæ Magiſtratibus, qui ſine prouocatione ſummam Imperij tenebant, vt Dictatores, Decemuiri; illis 24. lictores cum faſcibus, ſecuribus, viatores, & apparitores. Conſulibus in vrbe 12. cum faſcibus, lictores, demptis ſecuribus, foris verò in Prouinciâ decretâ cum ſecuribus. Alex. *l.*1.*c.*27.

Secures & virgas ſimul lictores præferebant regibus. Roſin.

Sedere erat habitus lugentium. Cerda *adu.*

Sedere non poterant in Senam poplite alternis genibus impoſito. Alex.

Sedere in clypeo Imperatoris erat. Nouar. *Sched.*

Sedebant olim in toris, vt hodie in ſcamnis intra cubiculum, aut cum cibum ſumebant, & in omni ocio, & negotio, quod quieſcere non prohibebat. Caſaub. ad Suet. *l.*8.

Sella curulis cum ſceptro, & corona, inſigne erat regium. Nouar. Sched. *l.*11.*c.*8.

Sellularias artes Romanis exercere interdictum. Roſin.

Seminibus, quæ terra condebantur, abſtinebant, qui Deorum matrem colebant. Nouar. Sched. *l.*11.*c.*23.

Senatus habitus ſub dio, in loco aprico, inaugurato tamen, ſi portentum aliquod fuiſſet nunciatum. Alex. *l.*6.*c.*27.

Senatuſconſulta fieri non poterant, niſi referente aliquo Conſule, cui ius referendi. Caſaub. *Suet.*

Senatuſconſulta & ſententiæ noctu latæ irritæ. Polletus Fori R. *l.*1.*c.*11.

Senatores ſoli ante Gracchorum tempora iudicarunt, ſed decuriati, inde Equites, Tribb. Ærarij ſimul. Polletus *ibid.*

Senatus cauſas ex officio non diſceptabat, ſed pop. Rom. quod ſi erant graues, vt coniuratorum, &c. antequam in Senatu ageretur, ad populum referebatur. Idem *l.*3.*c.*11.

Senatu motis à Cenſoribus notæ adſcribebantur, quibus indicabatur, cur Senatu moti eſſent. Turn. *l.*27.*c.*32.

Senatuſconſulta tribus modis impedita, vel cum dicebatur, Numera Senatum, vel Diuide, id eſt ſententiam, vel Conſule, id eſt Senatum. Turn. *l.*30.*c.*31.

Senatus datus legatis ac ducibus ad Bellonæ ædem. Gyral. *ſynt.*10.

Senatu qui aberant pignoribus captis mulctabantur, non venientes citabantur. Patri elect.

Senatoria dignitas non omnibus ſine diſcrimine conceſſa, ſed iis qui Magiſtratum prius geſſiſſent: & cum legebantur Senatores, ordinis, cenſus, ætatis, Magiſtratus ratio habita, iique dicti patres. Roſin. Horum inſignia purpura, laticlauus, ius ſpectandi in orcheſtrâ, epulandi publicè & in epulo Capitolij, ludorumque cauſa. Alex. *l.4.c.11.*

Senatorum cenſum ante Auguſtum octingentorum mille ſeſtertium, ſi quis labefactaſſet, ordinem amittebat. Roſin.

Senator cùm in dicenda ſententia duas, pluresve res complexus eſſet, ex ſi non omnes probarentur, poſtulabatur a quouis ſedente, vt diuideret. Roſin.

Senator ſententiam rogatus aſſurgebat, & quamdiu volebat dicendi poteſtatem habebat. Roſin.

Senatorem loco mouebāt Cenſores. Roſin.

Senatores diuiſi in patricios, conſcriptos, allectos, & pedarios. Roſin.

Senatores etſi Magiſtratum geſſiſſent, niſi tamen à Cenſoribus lecti eſſent, non erant Senatores. Roſin. Si Senatoriam dignitatem recuſabant, equeſtris adimebatur. Caſaub. *ad Suet.*

Senatores primum lecti à Regibus, deinde a Conſulibus, demum a Cenſoribus. Roſ.

Senatores in curiâ cauebant, ne aſſiderent cuiquam obnoxio. Caſaub. *Suet. Iul.Cæſ.*

Senatores curiam intrantes ſacrificabant, ſententiam iurati dicebant, filios ſuos ſecum in Curiam ducebant. Idem.

Senatores primum lecti ex gente patriciâ, deinde ex ordine equeſtri, & ex cenſu, demum ex plebe, & libertinis. Alexand. *l.4 c.11.* Nec ſtatim lecti ſuffragabantur, nec per ſe cenſere poterant, ſed in ſententiam ibant. Idem.

Senatuſconſulta facta, aut per diſceſſionem, ſi conſentiretur priori ſententiæ: aut ſi res dubia, exquiſitis ſententiis. Budæus *in Pand.*

Senatuſconſulta, etſi ad populū non ferebātur, ſi tamen ea Tribb. probaſſent, & rata vellent, legis vim habebant. Alex. *l.6.c.23.*

Senatores in ſpectandis ludis ſedes ſeparatas ab equitibus, & plebeiis habuere. Roſ.

Senatorum ſeminarium ordo erat equeſtris, ex hoc enim lecti Senatores. Roſin.

Senatorum inſigne fuit tunica, latos clauos habens inſertos. Roſin.

Senatus non niſi in templo per Augures deſignato habitus, vbi Deorum templum. Roſin.

Senatus datus legatis in templo Bellonæ ad vrbē. Item, litteris legendis miſſis ab Imperatore, & victore exercitu. Dempſt. *l.10.*

Senatu in loco non legitimo, aut die non idoneo, aut non legitimo, coacto; Senatuſconſulta non fiebant. Roſ. Neque ante lucē, neq; poſt occaſū, neq; in loco profano.

Senatuſconſultorum in Æde Cereris, & in Ærario aſſeruatorum cura Ædilibus plebis demandata. Roſin. Alex.

Ioſeph. Laurentij Polymathiâ.

Senatuſconſultis Tribb. pl. intercedere poterant. Roſin.

Senatus ceſſabat menſe Nouembris & Decembris. Dempſt. Sæpiſſimè coactus Kal. Ian. aliis menſibus bis, Kal. & Idib. Idem. Dempſt. *l.7.*

Senatores pedarij dicti, qui non à Cenſoribus in Senatum lecti eſſent. Marc. Don. Vel qui Magiſtratum non geſſiſſent, ideo pedibus ire in curiam tenebantur, non in curuli ſellâ, vt illi. Alex. *l.4.c.11.*

Senatores centum à Romulo lecti, additi centum a Tarquinio, dicti minorum gentium, à Cæſare nongenti, ab Auguſto mille. Marcell. Don.

Senatus legitimus Kal. & Idib. indictus, aliis diebus pro neceſſitate Reip. Marc. Donat.

Senatus haberi non poterat, niſi prius auſpicato ſacrificioque facto, in loco inaugurato, & conſecrato in Æde Iouis, Concordiæ, non autem Veſtæ. Marc. Don. Ita Athenienſes, & Lacedæmonij, Alex. *l.4.c.11.*

Senatuſconſultum confirmatum, cum ingeminatum, omnes Dempſt. *l.7.*

Senatus ceſſabat Nou. & Dec. habebatur verò Kal. & Id. exceptis Martij. Dempſt.

Senatorem à Senatu abeſſe, non petito, & conceſſo commeatu, ſummum crimen erat ſine venia: ſexagenarij excuſari ante annum 24. non admiſſi. Dempſt.

Senatores Spartani, cum primum creati erant, templa coronati intrabant. Pont. Attica bell.

Senatorum erat certus numerus ad Senatuſconſultum faciendum. Pont. Att. bell.

Senatori non cum omnibus ius fuit connubij, nempe cum ſanguine iuncta, peregrina, liberta, aut ſerua, neque cum multis eodem tempore, polygamia enim interdicta. Caſaub. *ad Suet.*

Senatuſconſulto aſſentiebantur Senatores, Voce, Manu, Pede, cui mediocris attentio requirebatur: at in cenſendo plurima meditatio, Caſaub. *ibid.*

Senatuſconſulta notari ſolita, quo referente, quo decernente, & quo primum aſſentiente. Idem.

Senatum intrandi ius fuit primum iis, quos legerant Cenſores, deinde qui mandatos ſibi à populo per ſuffragia Magiſtratus Curules obtinebāt: poſtremò prætextatis Senatorū filiis cum parentibus. Idem. Neque eū conuocandi, niſi magiſtratui vocationem, & prehenſionem habenti. Alex.

Senatoria ætas annus 25. tunc laticlauiam tunicam induebant: ſexagenarius onere Reip. immunis. Alex. *l.4.c.11.*

Senatores ante Claudium non habuerunt ſedes in Circo ſeparatas, neque equites ante Neronem. Caſaub.

Senatoris filius peregrè non proficiſcebatur, niſi Magiſtratus eſſet comes. Nouar. *Sched.*

Senatores veſtem ſuam mutabant cum equeſtri in publico luctu.

Senatus dimittebatur hac formulâ. Nihil vos moramur Patres conſcripti. Concio verò ita, ſi vobis videtur, diſcedite Quirites. Briſſon. *Form.*

Senatoribus in theatro locus orcheſtra, Buleuticum: Optimatibus, proſcenium, pulpitum: Imperatori, podium: Equeſtri ordini, 14. gradus: Fœminæ, cathedræ: Plebi, popularia. Dempſt. ad Roſ. *l.1.c.14.*

Senatus ſiue populi iuſſu nec de Magiſtratibus, nec de legibus, nec de bello paceve decernere poterat. Alex. *l.4.c.51.*

Senatorum filij primo flore ætatis parentes, & neceſſarios in veſtibulo curiæ oppetiebantur, eoſque egreſſos domum comitabantur. Idem.

Senes in ſcena ſedebant in buleutico Senatorum. Dempſt.

Sententiæ in iudiciis, in vrnam coniectis tabellis, ferebantur in Senatu viuâ voce, aut per diſceſſionem. Poll. F.R. *l.5.c.8.*

Sententiam iudices non dicebant, ſed mutis tabellis declarabant. Prætor autem ex tabellarum maiori numero pronunciabat, prius depoſitâ prætextâ. In priuatis ſententiis iudices ſuas pronunciabant. Pollet. F.R. *l.4.c.15.*

Sententiarum rogandarum ordinem, quem Coſ. Calendis Ianuarij tenuit, eundem toto anno ſeruabat. Roſin. Princeps Senatus ex Cenſoriis, aut Coſ. deſignatus, aut Conſularis rogabatur primus. Alex. *l.4.c.11.*

Sententiæ in ſenatu tripliciter datæ, voce, manu, & diſceſſione.

Sententiis in capitalibus iudices vſi calculis diſcoloribus.

Sententiæ in reos executio in trigeſimam diem dilata, apud alios in decimam. Nouar. *Sched.*

Sententiam in ſenatu dicentes ſtabant, eam vel oratione, vel de ſcripto pluribus explicabant.

Senſus nota ita Ægyptij effingunt, per leporem, & vulpem auritas, memorem; per crocodilum, malum; per accipitrem, velocem; per anguillam, inuldum; per oculum, iuſtum; per dextram manum digitis paſſis, liberalem; per eandem compreſſam, auarum. Alex. *l.2.c.19.*

Septimus annus ocioſus apud Iudæos æquè ac ſeptimus dies. Suidas 127.

Septies ſe vertebant circa metam in Circenſibus ob ſeptem Planetas. Nouar. electa.

Seræ penſiles, & exemptiles è catenâ liberatæ, cùm eæ erant remouendæ. Turn. *l.19.c.7* Pont. Att. bell.

Serica veſtis in vſu venit tempore I. Cæſaris.

Sermo Romæ intellectus triplex: Oſcè, Volſcè, & Latinè. Turn. *adu. l.12.c.18.*

Serpentes in vrbe captos, tanquam vrbi auxiliares, non eſſe necandos Codinus docet. Nouar. Sched.

Seriò rem aliquam peracturi clamabant, Hoc age. Parei electa.

Serpentis occurſus, ominis ſiniſtri. Muretus *l.9.c.4.*

Serui laborantes in piſtrino, ne farinam molentes deuorarent, pauſicape inſtrumentum rotæ in morem factum, collo eorum adaptabatur, ne ori manum admouere poſſent. Poll. *l.7.c.4.*

Serui Athenienſes licentioſiſſimi. Brod. *l.3.c.10.* Horum quidam litteras docti, in bellum miſſi, vt eſſent ſcribæ Quæſtorum. Hartung. 3. *Rituum.*

Seruorum tres ordines: primi dicti frugi, vt actores, diſpenſatores. Secundi medij, & vulgares, vt mediaſtini. Tertij in neruo & compedibus. Pithœus *l.2 c.8.*

Seruis olim vt libertis nomina impoſita ex moribus ipſorum. Magius *l.2.c.18.*

Serui olim filiorum familias comites, inſpectores. Fruter. 2. *var.*

Serui oſtiarij catenati. Muretus *l.16.c.10.*

Seruorum facies inuſtæ, pedes gypſati, dimenſum quaterni modij frumenti ſingulis menſibus. Brodæus. Pithœus.

Seruorum, & libertinorum nulla cognatio, nec gentilitas. Alex. *l.5.c.4.*

Serui venales ſaltare, & currere à præcone cogebantur. Caſell. *l.1.c.10.*

Seruis fugitiuis dicebatur, ne præter capſam fugerent. Palm. *l.13.*

Seruis olim permiſſum vindemiæ tempore ſcommata in dominos iacere. Ferr. *Accl.*

Serui in libertatem vindicandi, cui iudicio liberali per ſe experiri poſſent, aſſertorem quærebant. Pollet.

Serui venales empti de lapide, in quo præco ſtans prædicabat. Turn. *adu. l.10.c.3.*

Serui, qui in machinis, ergaſtulis, piſtrinis, ſemiraſi erant. Turn *adu. l.24.c.10.*

Seruos vendentes, veſtimenta ſeparatim vendebant. Parei electa.

Seruorum victus allium, ſal, ficus, aridæ, nuces, fabæ, lupini. Parei electa.

Serui fugitiui in comœdiis & mimis coniecto in humeros pallio, & capite velato, expreſſi. Idem.

Serui contra dominos torqueri non poterant. Roſin.

Serui nequam ad columnam Mæuiam puniti, nunquam ad arma vocati, niſi in rebus dubiis. Roſin.

Serui cum dominis pari iure epulabantur Athenis in Saturnalibus. Dempſt.

Seruis miniſtratum à dominis apud Cretenſes celebrantes Hermæa, vt à Rom. Saturnalia. Idem.

Seruis olim vetitū comā nutrire. Marc. Don.

Serui in manumiſſione in gyrum acti. Nouar. electa.

Serui dum manumitterentur coronati. Nouar. electa.

Seruis equi notam inurere Syracuſanorum mos. Idem *ibid.*

Serui tonſi, ingenui capillati incedebant. Dempſt. *l.10.*

Seruorum venalium gregem mango circumducebat, eorum veſtimenta ſeorſim vendebat. Pareus.

Serui; vt plurimum Syri, & erant patientiſſimi laborum, quibus vendendis vadem paciſcebantur venditores, ne fugitiuum aut erronem præſtarent. Parei electa.

Serui nati viliores, quam facti. Serui dominos ſuos patronos vocabant. Idem.

Seruorum nomina vel à natali ſolo, vt Syri; vel à colore, vt Xanthus; vel à moribus, vt Dromon; vel à die, quo emptus, vt Numenias. Item.

Serui olim hiſtrioniam faciebant in ſcena. Idem.

Seruos peculiares domini filiis ſuis conducebant, qui iidem vicarij dicti. Plaut. Parei electa.

Seruorum varia munia, alij aquæ hauriendæ, alij lignis ſecandis, alij ædibus purgandis.

Serui atrienſes habebant ſeruos vicarios, qui illis ſubſeruirent, quibus colaphum poterant impingere. Heris ſuis argentum in fœnus elocabant. Parei electa.

Serui accipiebant dimenſum cibum quot calendis, qui erat, ſal, allium, acetum, ſeu poſca. Parei electa.

Serui literis notati in fronte, eóque dicti literati. Idem.

Seruorum pœna erant vlmi, ſtimuli, laminæ cruces, compedes, nerui, catenæ, carceres, numellæ, boiæ, pedicæ. Parei electa.

Serui ad latumias, & piſtrina damnabantur. Parei electa.

Serui erant rarò ſerui vltra quinquennium, ſi frugi. Idem.

Serui manumiſſi raſo capite pileum accipiebant in templo Feroniæ libertatis Deæ; Deóque ſupplicatum ibant. Idem.

Serui in expediendis negotiis vtebantur hac formulâ, ſi quid me vis, impera. Idem.

Serui ſceleſti in carcerem compacti poſt cæſi virgâ, ſub furca, in crucem acti fractis pedibus, cruribus crurifragio, brachiis: à carnifice ſtimulis fodiebantur, vt tergum perforatum videretur, per vias ferebant patibulum diſperſis, & expanſis manibus, crucifigendi extra portam Metiam ſeu Exquilinam. Parei electa.

Seruis intereſſe ludis Megalenſibus nefas. Scal. Poët.

Serui accuſati in dominorum tribu. Suidas 681.

Serui venales ſaltabant in circuitu per coronam, vt cognoſcerentur quales eſſent. Pont. Attica bell.

Serui vapulantes pendebant. Pont. Attica bell.

Serui manumiſſi è naufragio liberati. Pont. Attica bell.

Serui pileati & coronati vendebantur. Pont. Attica bell.

Serui olim ſale empti. Pont. Att. bell.

Serui loris, & flagris, liberi fuſtibus cædebantur.

Seruis tonſoribus maximè fidebant, ideo erant gratiores.

Serui non relegabantur, quia beneficium fuiſſet à ſeruitute liberari, non pœna: non deportabantur, quia hæc pœna capitalis, & ſeruus capite minui non poterat, quia caput non habebat.

Serui libertatem adepti compedes ferreas Saturno dicabant.

Seruus in dominum torqueri non poteſt, niſi in inceſtu, adulterio, &c.

Serui horas notabant, & nuntiabant. Pont. Attica bell.

Serui, quibus erat præſens peculij copia libertatem ſua præſenti pecunia redime-

Ioſeph. Laurentij Polymath.

bant: quibus non erat, fidem ſuam obligabant. Caſaub. de Gram. *l.* 2.

Serui ad tibiam flagellari. Nouar. Sched.

Seruum qui vindicabat, iniectâ manu dicebat, Hic meus eſt. Briſſon. *Form. l.* 5.

Serui venales tranſmarini, vt à cæteris dignoſcerentur pedibus alba creta illitis venibant. Alex. *l.* 3. *c.* 16.

Serui venditi in nouiluniis apud Athenienſes, & quid facerent illi primum ingredientes domum. Nouarini Sched. *l.* 4. *c.* 10.

Seruis obiectum pretium quo empti, cum increparentur: debiles, & improbi ſine pretio empti. Idem.

Seruorum cæſaries promiſſa apud Scythas, raſa verò capita apud Romanos. Idem *ibidem.*

Serui per ignominiam ſemiraſi. Item dum manumitterentur. Item mento raſi, & ſuperciliis ignominiæ cauſa. Petron.

Serui ad dominorum menſas admiſſi, manumiſſionis erat ſignum. Stuch. conuiu. *l.* 1. *c.* 22.

Serui Græci iure latiori fruebantur, quam Romani, poterant enim dominos iniquos adigere, vt ſe venderent, habebántque actionem iniuriarum contra heros. Caſaub. Athen. *l.* 6. *c.* 19.

Serui rari in caſtris priſcâ militia, nec niſi digniorum Ducum, Tribunorúmque, poſteà verò plures ſerui, quam milites, itavt ne gregarius quidem ſine ſeruo. Salmaſ. *Spart.*

Serui olim vel recentiores, & elegantiores formæ cauſa empti, alij exoleti, & miniſteriis vilioribus deſtinati. Caſaub. *ad Suet. l.* 1.

Seruum vendens ex edicto Ædilium præſtare tenebatur non eſſe furto, noxæque obnoxium, non fugitiuum, neque erronem, ſed eſſe frugi, probum, dicto audientem, & ſi quid morbi vitiique eſſet titulo ſcribi præſcripto. Briſſon. *Form. l.* 6.

Serui pileati cum venibant erant inſignes, & venditor nihil præſtare tenebatur. Qui verò lege belli captiui, venibant coronati, vnde ſub corona venire dictum. Idem *ibid.*

Serui dominum ſemper offendentes relegabantur in villis, aut agris ad tempus. Suet. *Octau. Aug.*

Seruitium leuius deditis, quam captis apud Romanos.

Sigillum ſymbolum dominij à morientibus legari ſolitum hæredi, aut cariori. Caſaub. *Suet. l.* 2.

Sigillum tangere ſeruis quandoque inhibitum. Nouar. elect.

Sigillum decumbentes ſub ceruicali cuſtodiebant. Idem *ibid.*

Sigillaria in theatro ſpargi ſolita. Brodæus 3. *miſcell.* 12.

Signaculum, ſeu annlus in collo ſeruuli ſuſpendebatur. Nouar. elect.

Signatæ aquariorum manus. Nouarini electa.

Silentium indictum in fabulis ſcenicis per præconem. Parei electa.

Singula Regis reſponſa, factáque literis tradere Ægyptiis ſolemne fuit. Nouar. electa.

Singultum ſedabant, ſpiritum longo tempore cohibentes, ſin minus aqua fauces colluentes, vel ſumebant aliquid ad mouendum nauses,& ſternutamenta. Caſaub. Athen. *l.5.c.2.*

Siniſtra auguria proſpera, quoniam à ſiniſtrâ parte mundi ortus eſt. Nouar. Sched. *lib.*11.

Siniſtram tetigiſſe mali ominis habitum. Rhodig. *l.15.c.17.*

Siniſtrâ ara in ſcena ſtatuitur ei Deo, vel heroi, aut ei ui,cui fiebant ludi,aut iuſta. Scal. Poët.

Socco vtebantur Comici, Cothurno Tragici. Roſin.

Soccis aureis, capilliſque ornatis viſi veteres, & viri, & fœminæ. Caſaub. Suet. *lib.*8.

Sociis populi Romani nec leges, nec veſtitus Romanus. Manut. 3. *Quæſit.*1.

Sole nubibus obducto pueri olim acclamabant; Exotere ὦ amice Sol. Ferrar. *Acclam.*

Soleis Romani non vſi foris, ſed domi, & accumbentes. Parei electa. Pont. Attica bell.

Soli, & Horis Athenis pompa quotannis non aſſatit,ſed coquunt carnes, vt æſtus, & ſiccitates prohibeant. Pont. Attica bell. Eidem Aſſyrij nullum faciebant ſimulachrum, quia per ſe ſatis eſſet notus.

Soleis in publico Romani non vſi, ſed vel in cubiculo, vel trielinio;foris verò calceiſ. Pont. Attica bell.

Solem Perſæ colebant in ſpelæis, & pro ſignis ferebant. Dempſt. Ignitum eſſe lapidem Anaxagoras ait.

Soli Orienti Æthiopes maledicebant. Herod. Scal. Poët.

Solum verbenis irrigatum. Stuch. conuiu. *l.2.c.*14.

Somnia vana, poſt vina, & cibos & ſomnum reperiuntur, & cum folia decidunt ex arboribus. Alex. *l.3.c.*26.

Somnia expiata pura aqua,& ſacris. Dempſt. Item toto corpore viua aqua, oblatiſque victimis. Idem *l.*2.

Somnia narrata coniectoribus, vetulis, & Diis Penatibus. Dempſt.

Somnia meticuloſa olim ablutione auertuncabant. Rhodig. *l.17.c.*16. Raderus ad Mart.

Somnia auertentes ea Soli denarrabant. Rhodig. *libro* 27. *capite* 16. Hartung. 2.*dec.*

Somnia expiata compreceando Ioui prodigiali mola ſalſa, & thure. Gulich. Acidal. in Plaut.

Somniorum ſpeciem narrabant Diis, ac ſæpenumero domeſticis,vt Veſtæ: Græci Apollini Proſtaterio, Soli,vt ſua luce tenebras fugaret,ad depulſionem malorum. Turn. *l.7.c.*26.

Somni à Mercurio virga immittuntur, adimunturque. Turnebus *lib.*24. *cap.*16. Hi à terra nati & ab Inferis, Manibuſque mitti ab antiquis credebantur. Idem *l.*28.*c.*46.

Somnia deprecabantur thure, aut mola ſalſa à Prodigiali Ioue, aliiſque Diis Auertuncis,quod dicebant Comprecari. Parei electa.

Somnia contrarios euentus ſortiuntur. Alex. *l.3.c.*26.

Somniantes cum quid triſte videbant, aut ſiniſtrum, Diis narrabant. Pont. Attica bell. Sed & Prodigiali Ioui ſacrificabant. Parei electa.

Somnia non ſolum priuata curata, ſed & aliena, vt, qui de Republica ſomniabat, id omnium omnibus faciebat, vel præconis voce, vel propoſito pittacio, quod id contineret. Caſaub. *Suet.* Pont. Attica bell.

Somnia de Republica efficacia credebantur, ideoque qui ſomniaſſent, per præconem ſequenti die publicè viſorum certos ciues faciebant,non ſine ſolemni expiatione.

Somnum captabant Pythagorei, & ab eo excitabantur ad Lyræ ſonum. Alexand. *l.2.c.*25.

Sontes feris aliquando obiecti in theatri arena. Roſin.

Sophós acclamatum ab auditoribus iis bene recitantes,aut ſcribentes. Ferrar. *Acclam.*

Sordidati amici cum reo aſſidebant. Pont. Attica bell.

Sordidatam togam Viri illuſtres rei facti ſumebant. Roſin.

Soricum occentu dirimebantur auſpicia. Plin. *l.8.c.*57.

Sortibus olim vaticinabantur, & erant in ſacris menſis,taſſ. Hartung. 3. *Ritamm.*

Sortitio omnis Mercurio dicata, cui ſitum Hermæum dabant. Iun. *l.2.c.*5.

Sortitio olim facta iudicum, ſed licebat accuſatori, & reo ſuſpectos quoſdam reiicere, facta etiam in decernendis Prouinciis, in legendis Veſtalibus, in dubiis rerum articulis. Polletus, Fori Rom. *l.5.c.*7.

Sortilegi in triuiis quæſtus gratia ſortes prius veſtatas puerorum manu educebant. Turn. *l.5.c.*13.

Sortibus olim res maximas permittebant, hinc ſortiebantur Tribus, Prouincias. Turn. *l.4.c.*9.

Sortes mittebantur in ſitellam plenam aqua, quæ facta ex ligno populno, abiegno, vel quemo, ne in aqua ſubſiderent, iiſque aliquid erat inſcriptum. Parei electa.

Sortientes olim in hydriam folium oliuæ coniiciebant,quod Mercurium vocabant, & in eius Dei honorem primum eximebant. Altera ſors eius erat,qui Mercurium ſequebatur. Suid. 493.

Sortitio nulla facta, quin prius Mercurio aliquid non dicarent.

Sorte percepta oraculorum ex fontibus,ceu memores beneficij accepti dona in fontes coniiciebant,& non minus quam illi, qui oracula conſulebant, donaria votiua templis ſuſpendebant. Plin. Demp. *l.2.c.*6.

Sorores

Sorores germanas, id eſt, ex eodem patre docere in matrimonium Athenis permiſſum fratribus, non autem vterinis ex eadem matre, quod licitum etiam apud Alexandrinos, hinc dictum illud, Athenis dimidium, Alexandriæ totum. Ægyptij quoque omnium ſororum nuptias legitimas habebant. Turn. *aduerſ.* *l.*18. *c.*13.

Spadones, quia ſine teſtibus, at cum cole, homines ideo cenſentur, adoptare poſſunt, non autem caſtrati, qui ſine cole, & teſtibus, viri habiti, tales erant Galli, Cybeles Sacerdotes. Turn. *l.*29. *c.*5.

Sparſa miſſilia varia ſuper caput viri ſerui primum domum domini intrantis, & à conſeruis collecta. Rhodig. *l.*26. *c.*6.

Spartea teſtis erat ludus puerorum, qui tamdiu trahebant hinc inde, donec aut rumperent, aut alteruter omiſſa funis prehenſione in nates caderet. Parei electa.

Spectatores penulati in funebribus ludis, in cæteris togati conueniebant. Alexand. *l* 6. *c.*19.

Spectatores in theatro ſedebant. Parei elect. Senatores apud Græcos in buleutico, iuuenes in ephebico. Alex. *l.*5.

Spectaculorum tempore, neque libellos dare, neque in ius vocare homines, fas erat. Parei electa.

Spectacula matutina beſtiarum, meridiana gladiatorum erant.

Spectatus ſatis ſeruus dicebatur, cui libertas donabatur. Pont. Attica bell.

Spectra, ſeu terriculamenta in ludis circumferebantur. Parei elect.

Spectris, & monſtris infeſtati, Herculem monſtrorum domitorem inuocabant.

Sphæram pedibus calcare Regum Perſarum mos. Nouarini electa.

Spicæ cum cruce in annuli pala ſculptæ. Nouar. electa.

Spina alba valet ad auertenda mala, & hæc ſubminiſtrauit faces raptoribus Sabinarum. Mercerus. Alex.

Spongia deletilis ſemper ad manus pingentibus, & ſcribentibus. Caſaub. ad Suet. *l.*2.

Sportulæ olim erant vel 10. aſſes, vel obſonia in cœnam ſumenda à togatis, hæ appoſitæ erant rectæ cœnæ. Turnebus *l.*5. *c.* 6.

Sportulæ diſtributæ cum obſonio plebi lætitiæ gratia. Magios *l.*2. *c.*2.

Sportula vilioribus poſtridie nuptiarum dabatur. Dempſt.

Spuere non licebat in dolioli vico Romæ, quod ibi defoſſa ſacra, inuadentibus Gallis Senatoribus Vrbem Romam. Pius *c.*11. *annot.*

Spuere ſignum eminentis vanitatis. Parei electa. Item ſpuere procul, & multum tuſſire, ſignum arrogantiæ. Pont. Attica bell.

Spuere procul in conuiuiis, aut aliis congreſſionibus ſignum habebatur eminentiæ. Clem. Alex. Par.

Spurij Cynoſargis ſacra faciebant, qui in Moſaica lege, & re ſacrorum ſegreges erant à cæteris ad decimam vſque generationem. Caſaubonus ad Athen. *l.*6. *c.*6.

Sputum fronti illinebatur luſtrale infanti digito, & expuebatur ad faſcinum auertendum. Item ter ſpuebant in ſinum, aut ſuperior palpebra tangebatur. Erhar. *ad Petron.*

Stata carmina, & hymni à choreas ducentibus cantari ſoliti. Nouarini electa.

Stantes ob reuerentiam conciones audiebant. S. Auguſt.

Stapedæ noſtrates veteribus incognitæ, ſine illis enim equitabant. Brod. 4. *miſcellan.* 16.

Stantes acclamabant, & applaudebant. Ferrar. *Acclam.* Item alloquebantur Principes. Item Coſſ. in Senatu ad illum verba facturi de curuli ſurgebant, ac deſcendebant. Caſaub. Suet. *l.*3.

Stateram in bello Iudæi ferebant, vt iuſto pondere nemo fraudaretur. Nouarini electa.

Statius donatus, qui primus Athenis libros docuit conglutinare. Nouarini Sched. *l.*12. *c.*16.

Statuæ idolorum, & præcipue Harpocratis portatæ in digitis. Idem *libro* 11. *cap.*19.

Statuas non ſolum familiarum ſuarum Patricij habuere, Magnateſque Romani, ſed etiam Principum Virorum, & Patronorum, quæ omnes in funebri pompâ portatæ. Marc. Donat.

Statuæ patronis à clientibus erectæ. Dempſterus *l.*9.

Statuarum baſi elogia donarij templorum, tituli conſecrationis indices aſcripti. Dempſt.

Statuæ in foro Euclis, Mercurio, Ioui, & Marſyæ. Rhod. *l.*18. *c.*12.

Statura hominum vſitata pedum ferè ſex, pondus Romanarum librarum centum. Parei elect.

Statuæ non ſolum ſepulcris impoſitæ, ſed & victoribus erectæ cum inſcriptionibus. Suidas 884.

Statuis ſupplicabant vino, & thure.

Statuæ Tyrannorum luto infectæ, aut liquefactæ in vſus ſordidos. Pont. Attica bell.

Statuæ Mercurij mutili, & quadrati in triuiis. Pont. Att. bell.

Statuæ claris Viris erectæ, & Diis ſacratæ. Pont. Att. bell Equeſtres, ſi optimè meriti. Dempſt. *l.*9.

Staturam antiqui adiuuabant ſubere ſuppacto calceis, vt maiores viderentur. Caſaub. *Suet.*

Statuæ athletis, & victoribus æquales poſitæ. Nouar. Sched. *l.*6. *c.*8.

Statuæ æreæ auro linitæ laboris præmium, quo Imperator egregiè munere ſuo functos donare ſolebat. Nouarini Sched. *l.*6. *c.*5.

Statuæ regum miniatæ tabellæ ſibilei ſolitæ. Idem *ibid.* Item inſcriptæ, vti & donaria. Dempſt. *l.*9.

Statuæ coloſſorum plumbo, ac terra repletæ. Idem *ibid.*

Statuæ amicorum alicui Deo conſecratæ. Idem *ibid.*

Statuæ coloſſeæ Deorum, aut Imperatorum, aliorum verò erant, cuiuſque ſtaturæ. Caſaub. *Spart.*

Statuæ ſeptem totidem Regum, & octaua Bruti tyrannicidæ in Capitolio conſecratæ. Cæſar: a demum iuxta Brutinam collocata. Dio *l.*43. Caſaub. ad Suet.

Statuæ Imperatorum apotheoſi ſacrorum aquilæ ſubiiciebantur, quaſi alis in cœlum animam eius portaſſet. Dempſt. *l.* 3.

Statuæ cauſidicorum extertis manibus dextris, vt ſolent in cauſis actitandis, poſitæ. Dempſt. *lib.*9.

Steriles fœminæ Lupercis februantibus occurrebant, vt ferulis verberarentur ad concipiendum. Dempſt. l. 3. *c.* 2.

Sternutantibus ſalutem precabantur. Douſa ad Petron. Stradæ proluſio.

Sternutantes genu flexo ſalutabantur. Dempſterus.

Sternutatio malum omen. Pont. Attica, bell.

Sternutamentiva diuinitatis quid habent, in Ceteris poteſtate erant. Dempſt.

Sternutationes matutinæ infimi, meridianæ firmi ſunt augurij. Dempſt.

Stellæ media nocte ſerena quolibet anno obſeruatæ, ſi nimis flammatent, aut ad aliam cœli zonam vergerent, hanc occaſionem arripiebant conijciendi ſuos principes in Carcerem Diætetes, Petron.

Sternutamentum ſuperueniens captatis auguriis, illa rata facit; ſiue boni, ſiue mali prænuncia. Alex. *l.* 4. *c.* 26.

Sternutamentum matutinum nefanda ominatur, irritumque conatum: meridianum firmiſſimi eſt auſpicij, idque à dextris: ſymbolum etiam libetationis. Inter epulas ſternamento interueniente, epulas reuocabant: ſi poſtea nihil deguſtetur, dirum habebatur omen. Alexander, *libro* 2. *cap.* 26.

Stigmata notabantur in eorum manibus, qui militiæ erant a ſcripti. Turnebus, *libro* 4. *cap.* 12.

Stigmata, & puncta inuſta ſeruis in fronte, at militibus in manu. Stewech. Veget. *lib.* 2.

Stigmata in Deorum ſuorum honorem, tanquam ſerui ſibi inurebant Ethnici. Nou. Electa.

Stipem cogere nemini licuit, præter Ideæ matris famulos, idque iuſtis diebus. Scal. *Pet.*

Stipes, ac teſſeræ ſparſæ populo in ſpectaculis. Brodæus, 3. *cap.* 12. illæ etiam iactæ in capita fontium. Plin.

Stipem populo ſpargebant principes in feſtiuitatibus. Caſſiod.

Stipulam tenentes aliquid promittebant, quam frangebant, & ſi iterum iungebant, ſponſionem agnoſcebant. Nouar. *Sched. lib.* 1. *cap.* 22.

Stola vtebantur fœminæ honeſtæ & primariæ loco togæ, qua vſæ plebeiæ, & ſecundæ claſſis. Tiraq. Roſin.

Stoici ſub pallio tunicas geſtabant, at Cynici ſine tunicis. Salmaſ. *Capit.*

Stola plebeiis quamuis honeſtis non permiſſa, illam patriciæ, & grandes natu matres honoris cauſa geſtabant, erat enim ad imos pedes fluxa, quam inſtita contexta ambibat. Alex. *l.* 5. *c.* 18.

Strati humi aut fuſte cædebantur, aut ſecuri percutiebantur. Caſaub. Suet.

Strenuis certatoribus applaudebant, ignauis relictis. Nouarini *Sched. libro ſexto, capite* 5.

Strenæ datæ Kalend. Ianuariis, caricæ, cariotidos, mella, tum Deo, tum amicis, & propinquis, ſtipes quoque.

Strenatum loco miſſa Xenia, remiſſa verò apophoreta. Marc. Don.

Strophiis ac faſciis vſæ fœminæ ad tumorem papillarum cohibendum, & pectus vinciendum. Roſin.

Strenæ quo die miniſtrabantur prodigij inſtar habebant nomina inomina, ſeu ominoſa: has ſtrenas tota ciuitas, veluti publico ſuo parenti Imperatori largiebatur. Dempſt. *l.* 1.

Strophium, mitra, purpurea faſciola ancillarum erat amictus. Alexander, *libro* 5. *capite* 18.

Stultorum feriæ Quirinalia, quod eo die ſacrificabant hi, qui ſolemni die aut non poterant, aut ignorabant rem diuinam facere. Roſin. Paul. Diaconus.

Stuppa in Pontificis coronatione combuſta. Nouar. Elect.

Subſellia theatri ornata picturis, odoribus, mitrio: crocum & vinum ſparſum per ſingulos cuneos. Alexander, *libro quinto, capite* 16.

Sua facta efferentes manum ſuam oſculabantur. Nouar. Elect.

Subligaculis, id eſt panno, quo verenda teguntur dictis Campeſtribus, vſi olim ephebi exercentes, Luperci currentes, ſcenici, athletæ, popæ, coci, & alia vilia ſeruitia.

Subita in re, & periculoſa caput antiqui operiebant. Petron. Polymath.

Subſellia erant minorum Magiſtratuum, Tribunalia maiorum.

Subſcriptio literarum non erat nominum, ſed clauſula ſolita, qua felicitas optatur Εὐτύχει, Vale, vt apud Latinos. Εὐτύχει διὰ παντός, felix ſis in omnibus. Caſaubon, ad Suetonium, *lib.* 3.

Subſelliis non ſolum vſi Iudices ius dicentes, ſed etiam teſtes, & accuſatores. Marc. Donat.

Subſannabant pinſentem roſtro ciconiam exprimentes, aut aſini auriculas aut in morem obſcœnum formantes. Ferrar. *Acclamat.*

Subitæ, & inexpectatæ rei ad euentum, circuli in aëre digito formati. Nouar. Elect.

Subligaculis veteres non vſi, niſi in ſtadio & ſcena, pallium, togamque ad calceos demittentes, rem verò aliquam facturi, aut pallium ponebant, aut in humeros reiiciebant capite velato. Parei Elect.

Subſellium imum minus erat honeſtum, vnde homines imi ſubſellij dicti. Parei Elect.

Subſcriptio in literis ad Imperatorem, vota pro te facimus Imperator. Pontanus, Atticis bell.

Subſcribebat olim Imperator literis rubris; id eſt, cinnabari, aureis bullis. Nouar. *Sched. lib.*2.*cap.*12.

Subſcriptione cærulea Patriarchæ vtebantur. Idem, *ibid.*

Succingulum, baltheus erat militaris. Parei Elect.

Sudem igne ardentem ianuæ imponere, execrationis in quempiam ſignum erat. I. Barbaranus.

Sue abſtinebant Cretenſes. Polymath.

Suffragiis foliis olim vſi Græci. Nouar. *Sched. lib.*11.*cap.*24.

Suffragia per puncta conferebantur. Dempſterus.

Suffragium Romani per multos annos viua voce tulerunt. Roſin.

Suffragiorum æqualitate reus abſolutus. Roſinus.

Suibus aliena prædia, & ſegetes vaſtantibus Cyprij poſſeſſores dentes truncabant Hartung 3. *Dec.*

Sulphur luſtrationibus adhibitum. Brodeus 1. *Miſc.*25.

Summœnium locus in vrbe ad muros, vbi lupanaria, vnde Summœnianæ mulieres dictæ meretrices.

Supplicio abſtinuerunt feſtis diebus Græci, & Romani. Caſaub. *ad Suet. lib* 1. quia ſolemnioribus diebus vincti ſoluebantur. Idem.

Supplicij locus extra vrbis mœnia. Nouar. *Sched.*

Supplicium ex alto deturbandi Hebræis, Græcis, & Romanis vſurpatum, perduelles, fures & flagitioſos, aliquando etiam innocentes. Riequius de Capitolio *lib.*1. *cap* 4.

Supplicij tempus de die, nunquam noctu. Nouar. *Sched.*

Supplicium lethale denotatum per nigrum calculum. Dempſt.

Supplicio afficiendi per aliquas matronas vinum precioſum potabant, ad minuendam pœnam. Cælius *Aduerſ.*

Suppliciorum porta Exquilina, & Metia. Lipſius *Excurſ.*

Supplicij genus apud Carthaginienſes ſub cratem ſupponere, lapideſque multos imponere, vt quis necetur. Parei Elect.

Supplicio adiudicati iubebantur duci, & tapi ſublimes. Parei Elect.

Supplicio affecti iurabant de non referenda vindicta. Parei Elect.

Supplicia nulla in vrbe ſumpta de ſontibus, ſed extra vrbem, & portam Metiam, vbi etiam domus carnificis. Nouarinus *Sched.* Roſin.

Supplicij genera erant tædæ ardentes picis feruentis ſtillatæ in corpora, & huiuſmodi.

Supplicio extremo afficiendis velati oculi. Pont. Att bell.

Supplicium ſumpturi de reis iudices, ſeu Magiſtratus, nudari, & ſpoliari reum, virgas item, & ſecures expediri lictoribus iubebant. Briſſon *Form. lib.*5. Item, lege agito. Idem.

Supplicantes, Deorum hominumque genua amplectuntur, manus apprehendunt, ad genua procumbunt, illaque tanquam ſacra ſupplicitet venerantur. Alexander, *lib* 2. *cap.*19.

Supercilia flaua defricta fuligine ex atramento. Nouar. *Adag.*

Supercilium cum ſalit, proſperum quid portendit. Muretus, 9.*c.*9.

Supercilium tollere ſignum hominis iracundi: Item, triſtis, ſeueri. Parei Elect.

Supercilia in Iunonis tutela fuere. Roſinus.

Superati digitum tollebant, herbam gramineam porrigebant, clypeo caput ſubiiciebant, manus porrigebant; lauri ramum oſtendebant, linteolum excutiebant. Ioan. Barbaranus.

Super vtres ſaltare veterum fuit luſus Nouar. Elect.

Superſtitio veterum in amoliendis imprecationibus, in alienum caput. Palmerius, *nouo.*

Supplices apud Aſſyrios membra curuabant, vultu quaſi humum contingebant, manus poſt terga connectentes. Rhodig. *lib.* 15. *capite* 17.

Supplices in foro ſedebant ſilentes, animi conſternationem indicantes. Iunius, *Animaduerſ.*

Supplices cum fiebant mentum tangebant, ſeu barbam eius, cui ſupplicabant. Item dextram, genua, aliquando omnia Pontanus ex Euripide.

Supplicantes arma deponebant.

Supplicia ſumpta de reis Lacedæmone noctu ab occluſis, ex clamore concionis iudicatores: Romæ verò de die, nec tamen ante decimam de abſente iudicantes. Alex. *lib.*3 *cap.*5.

Supra quam dici poteſt, acclamatum benè dicentibus. Ferrat. *Acclam.*

Supremum, præco cum dicebat, dimittebatur iudicum conſeſſus. Turnebus, *Aduerſ. lib.*3.*cap.*12.

Surgentes à lecto tricliniari pedem premebant.

Surculum confringebant, compoſitum vindiciarum loco, qui ſuum agrum eſſe contendebant. Cic. *de Orat.*3.

Sybaritæ ne ſomnum quis perrumperet, artes nullas ſtrepitum edentes, ac ne gallum quidem in vrbe admittebant. Nouar. *Sched. lib.*8.*cap.*26.

Syluanum pueris infeſtum vt auerruncarent, ad fores ædium tres viros aduocabant, qui peruigiles domum circumirent, quorum primus limen ſecuri, alter pilo feriebat, tertius verò ſcopis euerrebat, mox nomen editi infantis apud Præfectos ærarij profitebantur, actis publicis inferendum. Alex. *l.*2.*c.*25.

Synthesibus vtebantur Romani dimiſſa toga in Saturnalibus. Alexander, *libro.*5. *capite* 18.

Litera

T

T. Litera inuſta ſontibus & furibus ſub pollicibus, T.

T litera Senatuſconſultis ſubſcripta à Tribunis plebis ea rata habentibus. Item militem eſſe ſuperſtitem Th. θ verò eſſe mortuum, hinc theta litera dicta mortalis. Roſin.

Tau litera ſalutaris apud Hebræos: Theta verò capitalis, & funeſta apud Græcos. Dempſt. *lib.* 9.

Tabellæ tres ceratæ iudicibus traditæ. Roſinus. In vna litera A, abſolutionis: in altera C, condemnationis: in tertia N. L. non liquet; loco verò C, ſcribebant θ, Th; id eſt θανάτου argumentum. Poller. *Fori Romani, libro quinto, capite octauo.*

Tabellæ laureatæ felicitatem; pinnatæ, infelicitatem nunciabant. Salmaſ. Lamprid.

Tabellæ datæ Præfectis à regibus in ſignum principatus. Nouatinus *Sched. libro* 11. *capite* 4.

Tabellas conficiebant ex cera amantes, in quibus picturam, & imaginem depingebant eorum, quos amabant, vtriuſque ſexus. Parei Elect.

Tabulæ vitæ quotidianæ à quolibet confectæ quotidie. Pont. Att. bell.

Tabulas obſignabant præſertim amantes imagine ſua impreſſa in cera, inde in creta. Parei Elect.

Tabulæ publici, priuatique contractus ſigillo munitæ. Nouar. Elect.

Tabula Cæritum ſiue Ærariorum Romæ in templo Saturni, Athenis in æde Mineruæ. Luiſinus, *Parerg. libro primo, capite tertio.*

Tabulas rerum familiarium non conficere hominis eſt diſſolutiſſimi. Sigonius, *libro primo.*

Tabulæ pertuſæ, & lino ter traiectæ, aduerſus falſarios obſignatæ. Nouatini Elect.

Tabulis in ceratis antiqui ſcribere ſtylo ferreo ſolebant, quas pugillares vocabant. Marc. Don.

Tabulas accepti, & expenſi poſtulabat accuſator à reo, in crimine repetundarum, peculatuſque. Roſin.

Tabulæ in quibus leges inciſæ in publico proponebantur, vel ad ærarium aſſeruandæ deferebantur. Roſin.

Tabellæ ſuffragiorum notatæ punctis à cuſtodibus, ad eorum numerum indagandum. Item nomine candidatorum non integro, ſed ſemi perfecto. Hæ tabellæ deſierunt ſub Imperatoribus. Mercerius.

Tabernacula olim ex pellibus fiebant. Roſinus.

Tabernacula hederâ protecta circuita ab Hebræis Nouar. Elect.

Tabernacula habuere diuerſa viri à mulieribus, vel in viis. Cerda *ad ſecundum Virgilij.*

Tabernacula facta in vicis, ob hominum frequentiam ad ſpectacula confluentium. Nouarini, *Sched. libro nono, capite vigeſimo.*

Tabernæ, balnea; lupanaria ante nonam Romæ nunquam patebant, ante Hadrianum: poſt hunc octaua Thermæ aperiebantur.

Tabernæ erant extra portas, in quas fæx populi diuerti ſolebat. Parei Elect.

Tabulæ de Quæſtionibus habitis obſignatæ eorum ſignis, qui interfuerunt. Briſſon. *Form. lib.* 5.

Tabulæ per ſingulos dies accuratius ſcribebantur; & priuſquam in codicem accepti & expenſi referrent, ea in aduerſariis deſcribebant, quæ temporaria, & menſtrua, illæ vero æternæ, & ſanctæ. Idem *lib.* 6.

Tæniis donati Olympionicæ, & Imperatores re benè geſta. Muretus, *libro decimo quinto, cap.* 5.

Tabulæ publicæ, aurum viceſimarium in ſanctiori ærario aſſeruata Romæ. Dempſterus, *libro ſeptimo, capite trigeſimo primo.*

Talionis legem habuere Græci, & ante eos Iudæi. Roſin.

Talis ludebant veteres Athenienſes in templo Mineruæ. Luiſinus, *Parerg. libro tertio, capite* 21.

Talis veteres magis ludebant, quam teſſeris. Talis quatuor luſitabant: in talo quatuor latera, Canis ſiue vnitas, Senio, Quaternio, Ternio. In teſſera ſex latera, Canis, Binio, Ternio, Quaternio, Quinio, Senio. Iactus infortunatus Canis. Fortunatus Veneris. Medij Vulturius, Hercules, Baſilicus. Turnebus, *lib.* 27. *cap.* 3. In talis Venus erat, cum tali quatuor, diuerſo erant numero; ideo fortunatus iactus. Idem.

Talis ludentes Deum aliquem propitium inuocabant. Parei Elect.

Talis ludebant tam ſerui quàm liberi, & potiſſimum cum cœnati, & appoti erant, Deum aliquem propitium inuocantes, Milites Martem, Amatores Venerem. Parei Elect.

Talifragium inter ſupplicia erat ſeruilia. Parei Elect.

Talos iaciebant in Fontes & alia, explorandorum futurorum gratia. Caſaubon. Sueton. *lib.* 3.

Tanto melior, acclamatum cum quis plus dediſſet, aut feciſſet, quam expectaretur, aut probaretur. Ferrar. *Acclam.*

Tecta arundinea & ſtraminea priſco æuo. Vou. *ad Petron.*

Tegillum erat cucullinnculus è ſcirpo factus, quo vſi plebeij tempore pluuio. Parei Elect.

Tempora, & horas vmbris Solis antiquitus diſtinguebant. Dempſt.

Tentoria antiquorum pellibus integebantur, ex pellibus conflata. Turnebus, *libro* 21. *cap.* 15.

Tentoria tabernacula in viis aut ſuburbiis figi ſolita publicis feſtis & panegyri, exci-

plendis

piendis peregrinis, qui partim ludorum ſpectacula inſpiciendorum, partim mercimoniorum cauſa confluebant. Caſaubon. ad Athen. *libro quinto, capite ſexto.*

Tentoria etiam fixa feſtis temporibus, vbi populus vniuerſus relictis domibus ſe continebat certo dierum numero, donec ſolemnitas eſſet peracta. Idem *ibid.*

Tenuiores ſub dies ludorum incretabant togulam.Parei Elect.

Tenuiores oleo,ditiores vnguento vngebantur.Pont.Att.bell.

Termini agrorum lapides ſacri dicti, vncti, ſacrificiis honorati: bos mouere nefas. Turnebus, *libro vigeſimo nono, capite ſexto.*

Tergore bouis inſidebant Scythæ læſi, experteſque vindictæ. Hartungus, *libro tertio.*

Terra excepti recens nati. Brodæus, 4. *Miſcellan.*4.

Terminum qui occultaſſet aut tranſtuliſſet is Terminali ſacer erat. Gualterius, *ad Hor.*

Teſſeræ ſparſæ in theatris ab Imperatoribus ludorum tempore. Brodæus, *tertio.* Canterus, *libro quinto, capite vigeſimo primo.*

Teſſeræ dimidiatæ datæ hoſpitibus, hoc ius ad poſteros tranſibat Parei Elect.

Teſſera amicitiæ erat barbaris, occurrere cum coronis, & ramis oliuæ, vt oſtenderent ſe nec pati, nec facere iniuriam. Suidas

Teſſeræ primus inuentor Palamedes in bello Troiano, ea data ab Imperatoribus, & ducibus, diſtributa in caſtris à Tribunis. Steuueb.

Teſſera vocale ſignum. Item per taleolam data:hæc lignea, plumbea, ærea, vel frumentaria, vel profectitia, vel prœliatis,&c Steuuech.

Teſſeræ interdum vno verbo datæ, interdum pluribus, interdum ſententia, & verſu. Idem.

Teſſeræ ſenûm erant laterum, tali quaternûm. Teſſeræ numeros notatos habebant, vnde Numeri ſunt vocatæ, tali verò non habebant, ſed tantum ſenionem, & vnitatem, quæ damnoſa, & canis dicta. Turnebus, *Aduerſ. libro quinto, capite ſexto.*

Teſſeræ confringebantur ab hoſpitij violatoribus.

Teſta ignem petere antiqui ſolebant à vicinis. Turnebus, *libro vigeſimo ſexto, capite 7.*

Teſtamenta confirmata aut reſciſſa à Centumuiris. Roſin

Teſtamentum in procinctu, quod milites pugnaturi faciebant, vel præſentibus commilitonibus. Roſinus. Aliud factum Calatis Comitiis:tertium per æs & libram. Roſin *lib.*8.

Teſtandi ius ſolis patribus familias fuit. Roſinus.

Teſtis falſi pœna lege Cornelia deportatio, & omnium bonorum publicatio. Roſinus.

Teſtes iurati reſpondebant.

Teſtamentorum tabulæ apud Veſtales Virgines reponi ſolitæ. Marc.Don.

Teſtimonium dicturi ad aras admouebantur Athenis, in foro ſubſellium ſuum habebant, ex quo teſtificaturi aſſurgebant: accuſator ſuos patronos, ſuos teſtes, viciſſimque alter alterius interrogabat. Polletus, *Fori Romani, libro quarto, capite decimo tertio.*

Teſtes abſentes nominare nefas. Parei Elect.

Teſtis, & accuſator olim ſtabant ante iudicem.Nouar Elect.

Teſtes adhibiti ab eo, qui iudicium denunciabat alicui, teſtes recuſantes mille drachmis mulctati.Suid 493.

Teſtes falſos Ægyptij capite plectebant. Dempſt.

Teſtamenta ſcripta in ceratis tabulis, in prima cera teſtatoris nomen, in ſecunda hæredis. Beroald. ad Suetonium *libro primo.*

Theatri loca in ſpectaculis prius confuſa; deinde diſcreta per Ædiles curules: orcheſtra Senatoribus, quatuordecim gradus Equitibus, proſcenia & pulpita optimatibus podium Imperatori & Coſſ. reliqua confuſa plebi. Alexand. *libro quinto, capite decimo ſexto.* Demum S natoribus & Equitibus quatuor decim ſubſellia data:proximiora Senatoribus,deinde Equitibus. Idem.

Theatrum erat deſtinatum ludis ſcenicis. Roſinus,dicatum Veneri,Amphitheatrum Marti.Idem.

Theatrorum vſu nondum introducto ſub frondibus, & vmbraculis agebant. Roſinus.

Theatri fauor expreſſus pollicis vtriuſque compreſſione, veſtium concuſſione, oratiorum agitatione: at infeſtus pollicis compreſſione, ſibilis, & paſtoricia fiſtula, vociferatione, ſannis. Ferrar, *Acclam.*

Theatri vaſa,& nimbi perfundebantur croco trito, vino dulci mixto.

Theatris cellæ ſubterraneæ ſuberant, in quibus ænea vaſa depoſita plenius exceptas voces reddebant.Gualt.*in Hor.*

Theoris, nauis quotannis Athenis Delum mittebatur, vota à Theſeo in Cretam ituro, nec ante eius reditum quemquam damnatum capitis ſupplicio afficere licebat.Suid.440.

Thermas populus adibat tintinnabuli ſonitu hora nona Roſin.

Thermarum ſola ſtrata vitro, lapide,aut cruſtis marmoreis.Roſin.

Thermæ, tabernæ, lupanaria olim ante nonam non aperta. Salmaſ. ad Lampr. tempore Adriani decima.

Theſauros recondebant auari in ſepulchris. Alij luxus, alij ſecuritatis gratia. Parei Electa.

Thema aſcriptum pro veruto iis quæ non probabantur, fuit etiam Triumuirorum capitalis

capitalis nota, & litera mortalis. Pithœus, *Subſecor libro ſecundo, capite tertio.*

Thraces conducti olim ad cædem compunctis notis. Turnebus, *Aduerſ. libro tertio, cap.* 16.

Thure ac mero prius ſupplicabant, quàm quid ſerij aggrederentur. Caſaubon. Suet. *libro* 2.

Thymelici, ſeu cantores, & qui modos faciebant & ſaltationes cum eboro, erant in Orcheſtra. Scaliger *Poët. libro primo.*

Tibia poſt fiſtulam paſtoritiam inuenta ab Apolline, ſeu Mineruâ, à Mercurio cithara. Scalig. *Poët.*

Tiaram geſtabant ſinguli apud Perſas depreſſam, at Reges non depreſſam, ſed acuminatam, hæc in formam dimidiatæ Lunæ erat. Hartung 3. *Rit.*

Tibia non apta moribus hominum informandis, ſed in furorem concitandis.

Tibiæ veteres quatuor tantùm foraminum. Manut. *Quæſt* 4.

Tibiæ Serranæ ſiniſtræ erant acutiua tinnientes, grauius dextræ, ac proinde dextræ modos incinunt, ſiniſtræ ſuccinunt, quæ ab acuto ſono dictæ Serranæ, & Gingrinæ ab anſerum voce, id eſt gingritu. Turnebus, *libro vigeſimo octauo, capite trigeſimo quarto.*

Tibiis canebant amantes ante fores amaſiarum noctu. Dempſt. *libro ſecundo, capite trigeſimo primo.*

Tibicines habitu muliebri Idibus Ianuariis vrbem luſtrabant. Dempſt.

Tibicinea adhibiti in Comœdiis. Parei Elect.

Tibialibus, ſubligaculis vſi Romani, non autem feminalibus, quibus Scythæ vſi, ob frigus magnum. Magius *libro tertio, capite tertio.*

Tintinnabulo vocabantur piſcium emptores. Pont. Att. bell.

Tintinnabulorum vſus olim in ædibus amplis magnatum, vt hodie prælatorum, & principum. Caſaubonus *ad Suetonium.*

Tintinnabula olim appendi ſolita verueci ſectario, equorum frænis, & capiſtris, eoſque ſonitu tintinnabuli probatos, Vigilea iis excitatos, & dormientes: Item antiquoa iis vſos in ſacris; & ianitorea nocturnos, qui vicos cuſtodiebant. Nouar. *Sched. libro ſecundo, capite vigeſimo quinto.*

Tintinnabulum triumphantium currui appenſum cum flagellis. Roſin.

Tintinnabula geſtabant extremo ſupplicio afficiendi, ad plebem arcendam, ne contaminaretur. Turnebus, *libro vigeſimo tertio, capite* 11.

Tintinnabula olim in magnis ædibus. Pontanus, Attic. beli. Item Græci iis vſi in cuſtodiendis muris vrbium.

Tintinnabulis pulſandis explorabant generoſos equos, an pugnæ tumultu percellerentur. Suidas.

Tituli ſuperimpoſiti capiti damnatorum maieſtatis, quod erat, Inſcribere: vel præco cauſam damnationis prædicebat, quod erat Superdicere. Caſell. *libro primo, capite tertio.*

Titulos geſtabant ſerui venales, in quibus quid morbi, aut vitij cuique ineſſet, quæ conditio, inſcribebatur. Caſell. *libro primo, capite decimo.* Item ædibus locandis, & agris affixi tituli. Pontanus, Atticis bell.

Toga pacis inſigne fuit, vt ſagum belli. Roſin.

Toga exules Romani vti non poterant ſed pallio. Item relegati, & quibus igni, & aqua interdictum. Alexander, *libro quinto, capite* 18.

Toga libera, id eſt pura & candida, adoleſcentes pueritia egreſſi, anno decimo ſeptimo ætatis, die Liberalium donabantur. Roſin.

Toga prætexta, & bulla pueri ingenui vſi. Roſinus. Item puellæ donec nuberent. Idem.

Toga primo forma ſemicirculari, deinde quadrata, hæc propria Romanorum, pallium Græcorum.

Toga pura pueris virilem ætatem ingredientibus in exitu anni decimi ſexti dabatur. Roſinus.

Toga ſumebatur in æde Iouis Capitolini, aut in foro, & ea ſumpta eò deducebantur. Roſinus.

Togam pullam luctus tempore, candidam honorem petentes geſtabant. Roſinus.

Toga virili ſumpta, eam primo anno in humerum non reiiciebant, nec bracchia exerebant. Roſinua.

Toga parua, & arcta tenuiorum, laxa diuitum erat. Roſin.

Togam geſtabant mulieres obſcuræ, & impudicæ. Roſin.

Togam virilem ſumentes anno decimo ſeptimo ætatis, Liberalibus decimo, quarto Aprilis, in forum deducebantur, denarium in ædem Iuuentutis deferebant, Ilithiæ verò pro naſcentibus, Libitinæ pro morientibus.

Togæ ferendæ ius iis permiſſum, quibus ius ciuitatis Romanæ conceſſum. Marc. Donat.

Toga non vti Romano, etiam dum in prouinciis eſſet, crimini olim datum. Marc. Donat.

Togas deponebant Romani Saturnalibus, ſyntheſes induentes. Brodæus, 6. *Miſcellan.* 7.

Toga prætexta erat puerorum, puellarum, ingenuorum, & Magiſtratuum. Manut. *Quæſt.* 1.

Togæ ſino caput tegebant pluuio tempore. Manut. *Quæſt.*

Toga ab imo ad ſummum integra, nullis manicis. Eamque cingebant pugnaturi. Idem.

Toga tunicis ſuperimpoſita olim ad talos vſque, poſtea decurtata: olim ſtrictior, poſtea laxior,

Togam

Togam deponebant, pallium Græcanicum ſumentes, renunciantes Ciuitati Romanæ. Caſaub.

Togæ Romanæ geſtandæ peregrinis ius non fuerat, ciuitatem tamen nacti eam induebant. Caſaub. ad Athen. *l.* 5. *c.* 14. Eaque communis omni ordini, ſexui, ætatique. Dempſt. *l.* 5. *c.* 32.

Togati rarò, & calceati Romani in ædibus, & in omni remiſſione. Caſaub. *ad Suet. lib.* 2.

Togâ ſimplici ſine prætexta plebeij vſi, toga enim plebeiorum, prætexta nobilium erat. Alex. *l.* 5. *c.* 18.

Toga purpurâ prætexta illis tantum data, quorum patres magiſtratus curules geſſiſſent. Idem.

Tondebatur Flamen Dialis æreis cultris. Nouar. *Sched.*

Tonderi, & radi apud pleraſque nationes ignominioſum. Vuou. ad Petronium.

Toudebant comam togam virilem ſumentes. Iunius. *Com.* 4.

Tondebantur carcere liberati.

Tonitrua, & ſpeciem fulminantis cœli Græci vt auerterent, pateris vina effundebant. Alex. *lib.* 5. *c.* 13.

Tonitrua imparia boni ominis, mali paria, matutina ventum, meridiana imbrem portendunt. Idem.

Tonſores olim ignoti in Italia, ex Siciliâ primùm V. C. anno 454. hi vngues etiam demebant, quæ dicta præſegmina. Tonſtrices etiam erant mulieres, ſiue ancillæ in familiâ In tōſtrinis ocioſi ſedebant, nugas captiſcantes. Parei Electa.

Tonſi olim rei abſoluti, cum prius crines alerent. Nouat. Sched.

Tonſæ olim mulieres quæ ſæculo renunciabant. Item ignominiæ causâ. Nouar, *Sched.*

Tonſione olim Romano Pontifici ſe ſubiectos profitebantur. Noua. *Sched.*

Tonſuram ne ſubire cogerentur Lycij, vectigal ſolu bant. Iun *Com.* 3.

Tonante, fulgurante cœlo, terra motâ, continuò pro mutuâ ſalute Diis vota fundebant. Caſaub.

Tonitru comitia dirimebantur. Roſin.

Tonitrua aliquando excitata, in ſcenis per machinas. Parei Electa.

Tonitrua ab Arcto audita, felicia cenſebantur. Luiſin. *lib.* 3. *c.* 2.

Trabea triplex; vna conſecrata ſolâ purpurâ intexta; altera regia ex purpurâ, albo immixta regum; & Conſulum; tertia auguralis ex purpurâ, & cocco, qua vſi Augures, auguria captantes. Alexand. *lib.* 5. *c.* 18.

Trabea habitus fuit militaris poſt reges exactos. Roſin.

Trabearum tria genera. Deorum è purpurâ ſolâ. Regum è purpurâ non ſine albo. Augurum è purpurâ, & cocco. Manut. *quæſ.* 3. *c.* 2.

Tranſmigrantes ſacra facere ſolebant. Theodoretus.

Tranſuectio equitum, equis inſidentium oleâ coronatorum ſacta Idib. Quinctil. ab Æde Honoris in Capitolium, recognoſcendi, probandique gratiâ. Roſin.

Tribules ſuos Tullus aſcripſit vnicuique Tribui, qui diuiſa munia haberent, nec domicillum mutarent. Roſin.

Tribunatus plebis annus erat 30. hic erat ſacroſanctus, & Senator habebatur, etſi plebeius eſſet origine. Marc. Don. huic nulla ſella curulis, nec purpura, nec lictor, vt Coſſ. ſed viator permiſſus. Dempſt.

Tribunatus plebis dies ineundi 4. Idus Decembr. Sigon. *l.* 1. *emend. c.* 18.

Tribunis plebis nulla prætexta, hi bona alicuius damnati conſecraturi caput velabant. Schegius. 10.

Tribb. pl. domus ſemper aperta, qui ſi patrum decreta probaſſent, in ſubſelliis ante fores Curiæ. T. litera ſubſcriptâ ſignabant. Roſin.

Tribb. pl. poteſtas terminata mœnibus, nec extra vrbem quicquam valuit. Roſin.

Tribb. pl. integrum diem abeſſe ab vrbe non licuit. Roſin.

Tribum accipiebant Romani cum pleno iure ciuitatis. Roſin.

Tributum etiam pendebant mulieres magiſtratul. Parei Electa.

Tributum olim perſolutum aliquando in ſingulas regulas. Turn. *aduerſ l.* 29. *c.* 10.

Tribunal triplex Hebræorum. Primum Iudicum Triumuirûm de re pecuniariâ. Secundum iudicij de re capitali, 23. Iudicum. 3. Synedrium 72. iudicum, in quo graues cauſæ, hæreſes, &c. tractabantur. Corn. à Lap.

Tribb. pl creati non iuri dicendo, ſed auxilio ferendo plebi aduerſus magiſtratus, ideo illis non ſella curulis, non purpura, non lictor, ſed viator datus, & creato Dictatore huius poteſtas non ceſſabat. Alex. ab Alex. *l* 1. *c.* 3.

Tribunatum plebis patricij petere non poterant, obtinere tamen poterant à plebe. Mercer. Alex. 5. *c.* 1.

Tribb. ærarij iudices erant cauſarum leuium, & nummariarum, qui in ſubſelliis ius dicebant, non in tribunali. Idem.

Tribb. pl. licuit intercedere aduerſus omnes magiſtratus, præter Dictatorem, & Virgines Veſtales. Alex. *l.* 5. *c.* 2.

Triginta dies legitimi & iuſti dabantur æris confeſſi iudicatis. Turn. *l.* 18. *c.* 22.

Triginta minæ ſolemne pretium mulierculatum. Acidalius in Plautum.

Triobolus iudici pro mercede datus. Pollux. *l.* 8. *c.* 5.

Tripus prœmium fuit in pleriſque certaminibus, quem victor domum referebat, ſed ei Deo conſecrabat, in cuius honorem id ludicrum celebrabatur. Caſaub. *ad Suet. l.* 1.

Triobolus prœmium Mathematico, pro quolibet ſchemate. Iun. *l.* 5 *c.* 11.

Triumphalis trabea purpurâ, auroque intexta. Roſin.

Triumphantes ipſi aurigæ ſecum habebant in curru pueros filios, eorum ora minio illita cum faſcino. Roſin. Dempſt.

Triumphantium currui tintinnabulum cum flagello ſuſpenſum Roſin.

Triumphaturus ante triumphum vrbem introire non poterat, decretum Senatus extra expectans. Roſin.

Triumphare nullus poterat, qui hoſtium quinque millia non occidiſſet. Roſin.

Triumphus cum decernebatur, Senatum integrum adeſſe oportebat. Roſin.

Triumphantes Capitolium curru aureo aſcēdebant, cum coronâ laureâ olim, mox aureâ. Dempſt. 10.

Triumphantes à magiſtratu excipiebantur in aliquâ porticu, aut loco, vbi poſitis ſubſellijs eos expectabat. Caſaub. ad Suet.

Pompæ ferculum cum titulis, & indice rerum geſtarum prælatum. Briſſ. *l.* 4.

Triumphi plures continuatis diebus acti Nouar. *Sched. l.* 11. *c.* 15.

Triumphanti pone currum aſtabat ſuggerens, Reſpice poſt te, Hominem memento te. Briſſ. *Form. l.* 4.

Triumphus antequam decerneretur, iureiurando aſtringebantur Centuriones vera eſſe quæ per literas Senatui nunciarentur. Dempſt. *l.* 10. *c.* 29.

Triumphalis pompa erant vrbium, montium, fluuiorum, regionum, nomina prælata, ſpolia, & exuuiæ hoſtium detractæ, poſtremo ipſi duces ſuperati catenis onerati, qui ſi occubuiſſent, eorum imagines. Pompam ſequebantur Senatores, Legati, Centuriones, denique popæ, ſacrificuli, victimarij, bouemque candidum præ ſe agentes, cultros ſacros, thus, molam ſalſam, &c. atque ita per vrbem totam à porta triumphali per viam ſacram in Capitolium ibatur. Dempſt *l.* 10.

Triumphale epulum factum in Cella Capitolinâ, vel porticu, vel Herculis templo: victi fercula inferebant. Idem.

Triumphus nulli decretus, niſi quinque hominum millia cecidiſſent, & iuſtâ acie magnas copias fudiſſet pro aucto imperio, non recuperato, ſuo ductu & auſpicio in ſuâ prouincia. Initio vrbem pedibus ingrediebantur, poſtea equo vecti, demum curru quadriiugo. Triumphus permiſſus vni illi qui in ſupremo gradu fuiſſet: ideo Coſ. cum Dictatore aut Prætore non triumphabat, ne auſpicia, quæ maioris ſunt magiſtratus, cum minoribus confunderentur: neque ciuis Rom. etſi peſſimus in triumphum duci poterat. Alex. 5. *c.* 21.

Triumphus nullus reportatus de piratis, ſeruis, aut ciuibus, etſi iure victis, neque ouatio, aut ſupplicatio. Idem.

Triumuiri capitales præerant carceri, damnatos puniebant, cognoſcebant de furtis ſeruorum & viliorum ad columnam Mæniam, ſacramenta exigebant, iudicabant, lictores octo habebant, qui eorum iuſſu in damnatos animaduertebant. Parei Electa.

Triumuiris, vt Pontifici, lege datum togæ prætextæ ius. Roſin.

Trophæa, vt res Diis dicatæ, nunquam euerſa. Brodæus. 5. *c.* 19.

Trophæo donati apud Græcos qui Imperator hoſtem fugaſſet: qui occidiſſet, aut funditus euertiſſet triumpho, vel encomio, & peplo: illud erat carmen victoriale, hoc veſtis in quâ egregiè facta efficta. Alex. *l.* *cap.* 21.

Tuba adhibita in ſpectaculis, eâque ſignum dabatur in Circo. Nouar. *Sched. lib.* 12. *cap.* 26.

Tuba futurum certamen in palæſtricis certaminibus denunciabatur. Nouar. *Schediaſ. l.* 6. *c.* 5.

Tubæ ſonitu mane indicabatur facultas Imperatorem adeundi, quod tamen poſt prandium non obſeruatum. Idem. *Ibidem.*

Tubâ olim rei vocati ad iudicium capitale. Idem, *Ibidem.*

Tubæ peculiares adhibitæ Imperatore equitante. Idem, *Ibidem.*

Tubarum clangor in triumpho, tibiarum concentus in ouatione auditus Stuch. *conu. l.* 1. *c.* 21.

Tubicines muliebri habitu Idibus Ian. Romæ vrbem luſtrabant. Plut. *probl. Rom. cap.* 55.

Tunica ſecunda, quâ homines vſi, dicta ſubucula, quâ verò fœminæ intuſium.

Tunica latos clauos intextos habens, fuit propria Senatorum. Roſin.

Tunica ordines Senatorum diſtinxit latis, vel anguſtis clauis. Roſin.

Tunicę color albus hominum liberorum, item fœminarum. Roſin.

Tunicatum Romanum in publicum prodire nefas, nec ſine probro. Marc. Don.

Tunica vtrinque manicata liberorum, vnicam manicam habens ſeruorum. Pollux. *l.* 7. *c.* 13.

Tunicati in campo Martio iuniores ſe exercebant 1. anno togæ ſumptæ. Turn. *l.* 7. *cap.* 3.

Tunicæ demiſſæ, ac talares manicatæ non viriles, diſcinctæ quoque probroſæ, aut laxius cinctæ. Turn. *lib.* 11. *cap.* 23.

Tunicis potius, quàm togis vtebantur in municipiis. Item ruſtici, non modo plebeij, & mulieres. Dempſt.

Tunicatum in publico Romæ, & in caſtris vilitatis & humilis ſortis argumentum. Contra interdum toga ignominiæ cauſâ ſumi iuſſa, ſed abſciſſis laciniis deformis. Caſaub. *ad Suet. l.* 2.

Tunicis vti prolixis vltra brachia, & vſque in primores manus ac prope in digitos, indecorum. Gell. *l.* 7. *c.* 12.

Turbo à veneficis adhibitus veneficio. Gualt. *ad Hor.*

Tuſſire multum, procul ſpuere, ceruices inflectere, altè loqui, potentiæ ſignum.

Tutela nauis, & nomen inſcriptum in prorâ, aut puppi dicta epomide. Caſaub. Athen. *lib.* 5. *cap.* 12.

Tutores olim non à Coſſ. ſed à Tribb. & Prætore dari ſoliti. Marc. Don.

Tyranni imagines habere olim capitale. Nouar. Electa.

Tyro cauſidicus cauſas agere non poterat bracchio exerto Dempſt *l.* 9.

Tyrocinij annus 17. apud Romanos, hoc anno militaturi iurare cogebantur. Roſin. Dempſt.

Tyrocinij anno prætexta in Capitolio ponebatur, ſumptâ virili toga, quæ libera dicta, deducebantur in forum cum pompâ magnâ amicorum, clientium; aliquando eodem die grauiſſimas cauſas auſpicabantur, dabantur in contubernium viris magnis, & grauibus, quos affectabantur. Pulletus. *l.* 2. *c.* 27. illa prima actio dicta tyrocinium. Bernal. *ad Suet. Aug.*

Tyrones filios ſuos patres Romani commendebant fidei Senatorum, cum togam virilem ſumebant anno ætatis 17. Dempſt. *l.* 5. *c.* 32.

V

VAcatio ſtata ludielorum in meſſe, in vindemia. Pithœus. 2. *ſubſec.* 20.

Vadari dicebantur, quando in ius citarent die dictâ. Parei Electa.

Vadibus acceptis in ius vocabantur. Parei Electa.

Vadimonium qui obibant vltro ſe in iudicio ſiſtebant. Parei Electa.

Vadimonium deſerens reus litem perdebat. Roſin.

Valetudinis deſperatæ homines ad ianuam collocabantur. Hartung 3. *Dec.* 8.

Vannus, ſeu cribrum ad quæuis initia, & ſacrificia adhibitum. Vanniferi dicti qui geſtabant. Suid. 538.

Vaſa teſtacea parietibus inſerta theatri præcipuè, ad ſonum excipiendum. Brod. *l.* 9. *c.* 17.

Vaſis vinarlis tabella appenſa, in quâ vini ætas deſcripta, quo tempore, qun Coſ. Brodæus. 1. *c.* 3.

Vaſa omnia, & marſupia diligenter obſignata. Parei Electa.

Vaſa Samia vilioris erant pretij, citoque confingi ſolebant. Parei Electa.

Vates vaticinantes ſe verberabant. Cerda.

Vates vaticinaturi de hoſtibus, inſpecto felle victimæ id faciebant. Hartung. 3. *cap.* 2.

Vates & actores ſeu hiſtriones inter canendum & agendum, lauri ramum manu tenebant, apud Græcos, aliquando baculum inflexum ligneum ferreumque. Pont. *ex Suetonio.*

Vaticinia peracta, in ignem coniectis victimarum pellibus concifit, quæ ex cæſuræ obliquitate, aut rectitudine captare ſolebant. Rhodig. *l.* 13. *c.* 17.

Vaticinantes reticulo veſtiti. Pollucis *onom.*

Vaticinij ſedes in iecore potiſſimum fuit. Alex *l.* 5. *c.* 25. Item in corde, felle, liene, & pulmone. Idem.

Vectigal ex meretricio quæſtu inſtitutum à Caligulâ, ſublatum à Seuero, ne ſacrum ærarium fœdaretur turpi quæſtu.

Vectigalia pro calceario ornatu inſtituta. Pont *Attic. bell.*

Vectigalia Aſiæ incerta erant apud Romanos, non enim certum pendebant ſtipendium, ſed de fructibus certos exigebatur modus, & pro copiâ, & inopiâ erat vectigal, ſolebantque Cenſores publicanis locare. Cæteris verò prouinciis certum erat impoſitum ſtipendium, vnde ſtipendiariæ, & vectigales dictæ. Turn. *lib.* 27. *cap.* 1.
Ioſeph. Laurenty Polymath.

Vectigalia è portubus. Porturia, è paſcuis. Scripturæ, ex arationibus. Decimæ, per Ædiles conſtituta. Parei Electa.

Vectigalia pop. Rom menſe Martio publicanis locata Pithœus. 2. *ſubſec.* 4.

Vectigalia, & fundos publicanis Cenſores in conſpectu pop. Rom. elocabant. Roſin.

Vela nauium tingi ſolita. Steuuech. ad Veget. *l.* 5.

Velati in exilium miſſi aliquando. Nouat. *Sched. l.* 4. *c.* 9.

Vellem quæ velles, vox in alloquiis vſurpata. Muret. 9. *c.* 8.

Velorum vſus antiquorum pro foribus. Pont. *Attic. bell.*

Venalium rerum cura, & cognitio penes Ædiles erat. Polymath. Caſell. *lib.* 1. *cap.* 10.

Venatores ferarum latebras circumdabant funiculis, appenſis purpureis pinnis, ad eas perterrendas.

Vendentes indicabant pretium mercis, & tenebantur præſtare vinculum euictionis. Parei Elect.

Vendentes & ementes veteres non numerarunt, ſed appenderunt pretium. Roſin.

Venditio bonorum non niſi poſt 30. dies fiebat. Roſin. Omnis venditio publica, & priuata per præconem. Briſſ.

Venatores prædæ particulam arbori affigebant clauo, in honorem Dianæ. Hartung. 1. *dec.* 8.

Venalia lauru antiquitus aſperſa. Hartung. 3. *dec.* 8.

Venalium mercatus, ius, & forenſia apud Hebræos in portis habitus. Stueh. *conu. l.* 2. *c.* 11.

Vendentes, merces, quas vendebant modulatè clamabant, vt hac noſtrâ tempeſtate. Briſſon. *Form. l.* 6.

Venditionibus in omnibus illa lex, Siquid ſacri, vel religioſi, vel publici eſt, eius nihil venit. Briſſ. Idem, *Ibidem.*

Venenum, & cicutam bibebant in periculis conſtituti. Parei Electa.

Veneni hauſtum imprecabantur Inimicis. Parei Electa.

Vendita publicè non præconis modò voci, ſed & haſtæ ſubiiciebantur, & haſtâ poſitâ licitabantur dicentes, ſe bona Porſenæ vendere Briſſ. *l.* 6.

Venti olim exiſtimati internuncij deferentes preces, & vota noſtra ad aures Deorum, vnde quæ vota irrita cadebant, ea non delata, ſed diſſipata à ventis querebantur. Turn *l.* 1. *c.* 24.

Venatu abſtinebant antiqui Idib. Auguſt. canes coronabant, facéſque accendebant ſpicatas, iuxtaque ſuſpendebant omnia venatoria inſtrumenta. Brod. Dempſter. *lib.* 2. *cap.* 7.

Venatores ad concludendas ſalcibus feras, vel ad terrendos aptos, vulpes, lupos, vrſos, & præcipuè ceruos, lineâ verſicolori vſi, in quâ alternus plumarum contextus, vulturis, cygni, ſandyce fucatâ. Dempſt. *l.* 2. *cap.* 7.

Verba ad populum facturi, ante, Deos precabantur. Turn. *l.* 27. *c.* 13.

Verberatio in condemnatis præcedebat mortem. Roſin. Verberatio facta per lictorem. Idem.

Verbera ſeruilia erant flagra, flagella, lora. Briſſon. *ſel. iur. l.* 2. c. 9.

Veſpæ auſpicium faciunt calamitoſum, contra apes Alex. *l.* 5. c. 13.

Veſper, crepuſculum, prima fax, concubium, nox intempeſta, media nox, gallicinium, conticinium, diluculum, mane.

Veſpertinum lumen inferentes, acclamabant, Vincamus. Nouar. *Sched.*

Veſtes muliebres quatuor, intuſium intra tunicas omnes, ſupparum, ſtola, & palla.

Veſtes verſicolores luxurioſis olim propriæ, & parum pudicis: ideo cautum Romæ lege Oppia, ne qua mulier veſtimento verſicolori vteretur. Liu. *l.* 34. Suid.

Veſtis alia domeſtica, & cœnatoria, alia forenſis. Erhard. ad Petron.

Veſtes morte damnatis mutatæ, præcipuè ſi viri inſignes pudendi. Nouar. *Schediaſ.*

Veſtes ad talos demiſſæ delicatorum erant. *Attic. bell.*

Veſtes floridas Athenienſes prohibuerunt. Dempſt. Item Syracuſani.

Veſtes à fœminis nobilibus confectæ, & donatæ. Pont. *Attica. bell.*

Veſtes furuæ, ſeu nigræ Virginum olim caſtitatem profitentium Diuus Hieronymus. Caſell.

Veſtes byſſinæ repertæ in Ægypto tempore Semiramidis.

Veſtes pictæ meretricibus permiſſæ, mulieribus honeſtis interdictæ. Iun. anim. 1. *cap.* 13.

Veſtes quadratæ Græcis in vſu, ſemicirculares Romanis. Iunius, *Ibidem.*

Veſtes laceratæ ſibi ab iracundis, & mœrentibus. I. Barbaranus ex Dione. *lib.* 54.

Veſte duplici veteres amicti, vnâ, quâ corpus, alterâ quâ caput, inuoluebant. Turn. *lib.* 5. *cap.* 7.

Veſtibus textus tenuis, & pellucidi, vitreis nuncupatis Indui, opus Cenſorium erat, & infame. Idem. *l.* 14. c. 19.

Veſtis picta croco, ſeu crocota purpuráque ſplendidâ non virilis, ſed muliebris erat. Turn. *lib.* 22. *cap.* 14.

Veſte purpureâ iuuenes, paraſiti vero nigrâ, pulláue, albâ cum nuptiæ parabantur. Pollux. 4. 18.

Veſtes filiis, maritis, amicíſque diſcedentibus manibus propriis confectas matronæ non ignobiles dedere. Dempſt. *l.* 1.

Veſtitus ſcenicus ſerui, tunica anguſta, curta. Nuncij aut viatoris, penula. Nautæ, cauſia. Populi, tunica pulla. Paraſiti, pallium obuolutum. Meretricis, lutea. Lenonis, tunica verſicolor. Coqui, rudis, expers fulloniæ, Scal. Poët. *l.* 1. c. 13. Reges Latini cum trabeâ, & lituo, Romani Imperatores paludati cum purpurâ, laureâ, & ſtipatoribus. Reginæ cum pallâ, & croceo velo. Idem. *l. Poët. Hiſtor. cap.* 16.

Veſtibula ædium cancellis ſepta, fores aulæis velatæ. Veſtibula principum vigiles excubitores inſedebant, vt priuatorum foribus ſerui oſtiarij, aut canes. Dempſter. *lib.* 5. *cap.* 8.

Veſte vnâ tantum, & obſoletâ toto anno vſi iuuenes Spartani, tribus tantum Athenienſes. Alex. *l.* 5. *c.* 18.

Viatores in decurias lecti à Cõſulibus. Roſin. iique vſi cothurnis contra lutum. Dempſt.

Viatores omnes ciues Romani, ſed ex genere libertinorum. Marc. Don.

Victores promulgabantur in ludis olympicis ſono tubæ. Item eorum patria, parentes, genus quoque omne. Dempſt. Vincentes verò, & triumphantes inſultabant inimicis vtentes hac formulâ, Væ victis. Parei Electa.

Vincerent, irati, & deſperati exclamabant. Donatus in Teren.

Vinculis olim ligabant, quæ cuſtodita volebant ante vſum clauium. Manut. *adag.*

Vincula & catenæ aliquandò non ſolutæ, ſed inciſæ. Pont. *Attic. bell.*

Vindemiæ inſtrumenta in Bacchi templo ſuſpendere Indorum mos. Nouar. Elect.

Vincti etiam terram colebant. Nouar. *adag.*

Vincti catenis noctu apud Ægyptios ſtrictius ſtringebantur, laxius de die. Nouar. *adag.*

Vini vſus mulieribus olim interdictus. Roſio. ideo oſculatæ mulieres, vt explorarent, an vinum olerent.

Vinum ægrotis prohibitum pœnâ capitis ſine medici licentia apud Locrenſes. Dempſt.

Vinum in vrbem apportare nefas ante vinalia. Gyral. *ſynt.* 17.

Vinum petere è tabernâ indecorum fuit, non autem è ſuâ cella. Caſaub. Suet. Pont. *Att. bell.*

Vinum peregrè aduenientibus dono datum. Parei Electa.

Vini vſus etiam iuuenibus vſque ad 30. annum interdictus; ſeruis penitus niſi ſacrorum causâ ſolemnibus feſtis diebus. Alex. *lib.* 3. *c.* 11.

Vinoſi Cenſoriâ notâ inuſti, Senatu moti, muneribus publicis indigni, omnibus exoſi. Alex. *l.* 3. *c.* 11.

Viis in publicis olim lapides extitere, quibus vtebantur, vt commodior equi aſcenſus eſſet. Nouar. *Sched. l.* 4. c. 15.

Violenter detentus, aut vim paſſus, exclamabat, Hæc vis eſt. Parei Electa.

Violentius, vehementius, vel arctius cum quis tenebatur, pellebatur, exclamabat, Hæc vis eſt. Turn. *l.* 14. *c.* 7.

Virga inſigne erat gymnaſiarcharum, quâ turpes motus, & amplexus luctantium dirimebant. Sauarus, *ad Sidon. l.* 2.

Virgam geſtabant lictores, & viatores, per quos magiſtratus denunciabant, quid vellent. Brodeus.

Virgines ſtrangulari nefas, ideo prius à carnifice vitiatæ. Nouar. *Schediaſ. lib. 5. cap. 25.*

Virgines balneis arcebantur, hine mulier lauta, ideſt, quæ virum paſſa. Parei Electa.

Virgines quæ ſibi mortem conſciuere, per medium forum nudæ trahebantur.

Virgines aut matronæ honeſtiores, nunquam ſine pediſequo prodibant in publicum, qui ſpadones plerumque. Parei Electa.

Virgis vri, ferroque necari, lex gladiatoria. Turn. *lib.* 2. *c.* 30.

Virgæ lictorum, quibus cædebant, erant è ſanguineis fruticibus, & fœcialis haſta. Turn.

Virilis toga ſumebatur ao. ætatis 17 Dempſt.

Viris principibus prodibant obuiam cum facibus. Pont. *Attic. bell.*

Viſitantes olim fœtas, ſeu puerperas vinum libabant. Turn. *l* 29. *c.* 27.

Vis ſi cui fiebat in vrbe; Quiritare, & ciues populares implorare ſolebat.

Vittas, ſupparum, ac togam prætextam ſolæ virginea deferebant, quæ nuptis non permiſſæ. Alex. 5. 18.

Vittati ſacerdotes, poëtæ, ad vltimum ſupplicium ducendi, templa, aræ, victimæ, naues è portu exituræ, &c. Dempſt. 5.

Vitta matronarum inſigne, & vitis Centurionum. Pithœus *ſubſec.* 1. *c.* 15.

Vittæ, & ſtolæ, ſeu inſtitæ, ſolæ matronarum, & virginum erant, togæ meretricum. *Seru. ad* 4. *Virg.*

Vitta duplex; Virginalis vna, altera nuptialis, quâ nubentes vtebantur. Alexand. *lib.* 5. *cap.* 18.

Vitrum vetuſtioribus ignotum, pro eo genus quoddam electri vſurpatum. Gualt. *ad Hor.*

Viuus ardeat. N. N. infauſta acclamationis formula. Ferrar. *Acclam.*

Vncti pedes apud Græcos. Dempſt.

Vncti à lauatione detergebantur. Pont. *Attica bell.*

Vnco ad Gemonias, aut Tiberim nequiſſimi trahebantur, vt honore ſepulturæ priuarentur. Turn 13. *c.* 9.

Vnci etiã erant in barathro, quibus corpora abiecta, & his affixa cadauera pendebant. Turn. *Ibidem.*

Vngebant caput Palæſtini viri, & mulieres feſtis diebus. Nouar. *Schediaſ. lib.* 11. *cap.* 5.

Vnguentaria vaſa è teſtis concharum. Gualt. *ad Hor.*

Vnguenta exotica fragrantiſſima, & precioſiſſima erant. Parei Electa.

Vngues olim tonſores, & capillos ſecare ſolebant Dempſt.

Vngues & capillos olim philoſophi alebant. Nouar *Sched. l.* 11. *cap.* 7.

Vngues, & capillos ſibi præſecabant tempeſtate vrgente Erhard. *ad Petron.*

Vngues præſecare erat naufragium deprecari. Pont. *Attic. bell.*

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Vnguium reſecandorum officium tonſorum erat. Modius. *ep.* 109.

Vnguibus extremis ambulare, elatâ ceruice, ſuperbi indicium eſt. Nouar. *Sched. lib.* 9. *cap.* 15.

Vnguentarij à Lacedæmoniis eiecti. Alex. *lib* 3. *c.* 11.

Vocare in ius, & ducere ad Prætorem non licebat niſi ei qui anteſtatus eſſet, ſed prius dicam ſcribebant aduerſariis. Electa Plaut.

Vocati in iudicium, ſi vades deeſſent, in carcerem compingebantur. Parei Electa.

Vomebant bis quot menſibus olim, quibus ſua valetudo curæ erat. Caſaub. *ad Suet. lib.* 7.

Vomitoriis loris, non tantum pennis ſolebant veteres vomitum ſibi prouocare. Turn. *lib.* 17. *cap.* 16.

Vomitus gulæ olim medebatur, & euomendo appetentiam ciborum excitabat. Seneca.

Vota pro Reipub ſalute ſingulis luſtris concepta. Caſtil. *lib* 19.

Vota in portis vrbis ſuſpenſa, id eſt, tabella votiua, pro reditu, ab iis, qui militatum ibant, coniuncque vxoribus, aut propinquis: ſed iis reducibus vota ſoluebant, ſuſpenſâ tabella illi portæ per quam redibant; & arma ſuſpendebant. Turn. *l.* 23. *cap.* 6.

Voti compotes facti, Euge, euge, acclamabãt. Nouar. *Sched.*

Vota irrita à ventis diſſipata, nec ad Deos delata fuiſſe credidit antiquitas. Turn. 1. *c.* 23. Dempſt.

Vota pro principis ſalute concepta tertio die poſt Cal. Ian præſtito iureiurando ſolemni. Alex. *l.* 3. *c.* 22.

Vota ſuſcepta à Coſ. Dictatore, aut Prætore, non aliter, niſi verbis conceptis præeunte Pontifice Maximo; ne quid præpoſtere diceretur, concipi poterant, & votum ſemel emiſſum, irritum fieri non poterat Idem.

Votum veris ſacri in magnis Reipub. caſibus, non niſi auctoritate collegij Pontificum factum. Idem. In hoc voto quicquid ex ſuis ouibus, & agnis, inter Calend. Mart & Id. Maias apud quemque natum fuiſſet, vouebatur. Idem.

Vouere in luctu, mali auſpicij, & deteſtabilis erat, ideo nullum tunc votum factũ. Idem.

Voti compotes Metapontini auream æſtatem Apollini deuouebant. Romani ver ſacrum in calamitatibus magnis Reipub. Idem.

Vota nuncupantes Athenienſes cœlum ſuſpiciebant, cum in aureis & argenteis vaſis Diis propinaſſent, & Pæana cecinifſent. Alex *L.* 3. *c.* 22.

Vota facta à Coſſ. deſignatis ipſo die initi magiſtratus in bellum profecturi: concione ad populum habita Capitolium adibãt ibique ſacrificio facto vota effundebant. Alex. *lib.* 4. *c.* 33.

Vrbes deſignatæ tauro, & vacca interiore ex Seruio 4 Æn Nouar. *Sched. l.* 11. *c.* 1.

Vrbis mœnia tranſgredi nefas. Nouar. Electa. Eadem aratro condita, aratro & diruta. Ter. Varro.

Vrbs nulla vnquam capta, quin prius Dij inde euocati fuerint. Macrob.

Vrbium conditores, aliique de Repub. benè meriti honoribus heroicis decorati, deinde pro Diis habiti: horum nomina poſt ipſorum obitum in rituales libros referebantur, & anno vertente memoria illorum celebrabatur. Parentes à liberis priuatâ religione, Imperatores publica. Caſaub. Suet. *l.* 1.

Vrna ſemper admiſſa in iudiciis, & magiſtratibus creandis. Dempſt. *l.* 9.

Vſuræ ſingulis menſium Calendis, ſeu Noviluniis apud Græcos, & Romanos locatæ, & ſolutæ. Marc. Donat. Manut. *adag.*

Vſuras Romani ab aſſibus, Græci à drachmis denominabant. Budæus.

Vterum geſtantes fœminæ Poſtuertæ, & Prorſæ immolabant, ne partus peruerſos, aut præpoſteros ederent. Alex. 2. *c.* 25.

Vtenſilia vel viliſſima anulo ſignatorio, vel ſigi latico clauſa, ne quid furto periret. Parei Elect.

Vtres inflati, & inuncti poſiti in medio fori, in quos inſiliebant. Nouat. *Sched. lib.* 15. *cap.* 17.

Vulcanalibus menſe Auguſti lucubrationum auſpicium. Moretus. *l.* 18. *c.* 13.

Vulgus poſt victoriam principis coronatum. Caſtell. *l.* 1. *c.* 19.

Vulnera vino lauari ſolita. Robert. annot. *l.* 2. *c.* 5.

Vuæ calentes cum prælo premuntur, ſuffimenta fiunt ex fabâ, milioque, aſperſa mulſo abſque victimâ. Alex. 2. *c.* 22.

Vxori nuncios præmittebant Romani peregrè redeuntes. Muret. *l.* 12. *c.* 7.

Vxorem ducturi domum ædificabant. Turn. *aduerſ. l.* 11. *c.* 16.

Vxorem alienam ſubagitare ſcelus graue, & capitalis pœna erat. Parei Electa.

Vxores Spartanæ viris ſuis dominabantur. Tiraq. *de leg. cor. gl.* 1.

Vxorium pendebant, qui quod vxorem non habuerint, æs populo dabant. Feſtus.

X

XEnocrati iniurato tanta fides, quanta aliis iuratis. Alex. *l.* 5. *c.* 10.

Z

ZOdiaci obliquitatem Anaximander primus inueſtigauit, Atlas verò ipſum Zodiacum. Gualt.

Zonæ olim non circa lumbos, ſed è collo pendebant. Dempſt. *l.* 2. *c.* 8.

Zerolophon erat columna recta, in qua anulares ſunt ſcalæ dicatæ Mineruæ, in quâ incidebantur Epigrammata, & aliquando oracula, & ſacrificia facta. Pius. *c.* 177.

Zeta locus ſuſcipiendorum hoſpitum. Brodæus. 3. *Miſcell.* 14.

POLYMATHIÆ LIBER SEXTVS,

Complexus Sacra, Conuiualia, Militaria, Nuptialia, Funebria,

IN ALPHABETVM DIGESTA.

SACRA.

A

ABLVERATVR totum corpus in ſacris Deorum ſuperorum, inferorum in ſacris ſola aſperſio facta. Seruius. Alex.

Abſinthij ramum Iſiaci apud Ægyptios præferre ſolebant. Nouar. *Sched. lib.* 11. *cap.*20.

Aceruì lapidum olim adorati, vtpote Mercurio ſacri. Io. Seldenus *de Diis.*

Accuſati cædis à ſacris & foro arcebantur vſque ad iudicij diem, quod interdictum dicebatur. Polletus *Fori Romani, libr.* 8. *cap.*4.

Adytum ſolis Sacerdotibus reſeratum, vnde oracula reddebantur.

Adonia quotannis Græcæ mulieres celebrabant, in quibus earum vna Venerem repræſentabat lugentem Adonidis interitum. Brodæus *l.*7.*c.*10.

Adonidis in ſacris mulieres Athenis lugebant, & cadauera, veluti imagines vndique deponebant. Luſſinus. *Parerg.* 2. *cap.*19.

Adorantes manum oſculari ſolebant. Demſter. *ad Roſin.*

Adorantes; ſacrificantes corpus circumferebant. Idem *ibidem.*

Adoraturi ad Solis ortum labia mouebant. Pithæus, *ſubſec.*1.*c.*7.

Adoraturi capita ſubmittebant. Idem *ibidem.*

Adoraturi ad aram ſedebant, & precabantur. Item qui conſultabant. Parcus *in electis.*

Adoratus quandoque populus ſpectans in theatro aut Imperator per aurigam flagello. Idem.

Adorabant aurigæ flagello ori admoto, vt alij manu. Salmaſius, *ad Capitol.*

Adorantes manu porrecta, & ad os relata, oſculum labiis imprimebant. Caſaub. *ad Suet.*

Adorabantur Dij poſitis penulis. Pithæus, *ſubſec,*1.*c.*7.

Adorata ſigna & imagines Imperatorum. M. Roa, *ſingularium l.*1. *c.*1.

Adoraturi corpora humi proſternebant: In genua procidebant: Manus extendebant, ac eleuabant ad ſidera. Item ſedebant velato capite. Didaſcalia Fernandij.

Adoraturi dextram ad oſculum referebant, totumque corpus circumagebant. Plin. *l.*28.*c.*2.

Adorantes ſtabant, circumagebant ſe ad dextram, amplexabantur ſigna.

Adoraturi manus ſolemniter abluebant. Nouar. electa.

Adorationis in circultu dextram ad oſculum deferebant. Idem electis.

Adorantes capita ſubmittebant. Nouarin. Sched. Caput operiebant. Idem, *ibidem.*

Adorabant, ſalutabant Deos ſtantes, capite operto, corpus dextrouerſum circumagentes, procumbentes etiam, dextramque ori admouentes; oſculum labiis prementes, tum deinde ſedebant. Briſſonij *Form. l.*1.

Adorantes precabantur ad Orientem conuerſi, erecto vultu, manibus paſſis, expanſis, & in cœlum ſublatis ac protenſis. Briſſon. *form.l.*1. Item aras tangentes, & amplectentes, aut illis aduoluti. Idem.

Aduerſi Dij ante ſacrificium placati, tum inuocati. Gyrald. *ſynt.*17.

Adytum pars templi ſolis ſacerdotibus reſerata. Dempſt.

Æditui eos qui in templa ingrediebantur aqua luſtrabant. Supplicantem ad ſacella admittebant, ad ſigna manu ducebant.

Ædes Horarum omnibus ſemper aperta Romæ; Neceſſitatis & Violentiæ Corinthi omnibus clauſa: Plutonis apud Eleos quamuis patens ſemel annis ſingulis, nulli tamen peruia. Alex. ab Alex. *lib.*1. *cap.*24.

A facre principium ſacri. Polymath.

Alæ Diis ab Ægyptiis tributæ. Nouar. *Sched. l.6.c.11.*

Allium guſtantes remoti à templis magnæ matris Deum. Gyrald. *ſyn.4.*

Allium Ægyptij pro Deo colunt. Plinius.

Altaria circumeuntes Iodæi ramos in manibus geſtabant. Nouar. electa.

Altaris in ambitu ſaltantes canebant. Idem *ibidem.*

Altaria tantum erant ſupernorum Deorum, aræ verò & Inferorum. Roſin.

Altaris ante circumitionem Hebræi manus lauabant. Nouar. electa ſacra *l.2.*

Altaris & Eccleſiæ circuitus in vtriuſque conſecratione. Idem, *ibidem.*

Altaria communia Marti, & Veneri. Dempſt. *ad Roſin.*

Altaria Diis ſuperis, Aræ terreſtribus, Foci Inferis dicabantur. M. Varro apud Seru.

Ambaruale ſacrum, nonniſi porca fœcunda, & grauida, aut vitula fieri conſueuit, circum arua ducta. Alex. *l.3.c.12.*

Amori faciebant in fœderibus, ante prælium Lacedæmonij. Amores præſides Academiæ.

Angeronia ſimul & Volupia Deæ cultæ, angorum & voluptatum numina, & Angeroniæ ſimulachrum in Volupiæ ara fuit collocatum. Manut. *adag.*

Angeroniæ & Volupiæ in eodem ſacello, & eadem ara, iiſdem myſtis olim litatum. Magius, *l.3.c.11.*

Animas hominum in numerum Deorum relatas putarunt eſſe Lares. Pithæus, 1. *ſubſec.9.*

Animal nullum immolatum à Pythagoreis, ſed farina, mel, & terræ fructus, floreſque oblati. Alex. *2.c.22.*

Animalia omnis generis, quæ vſui, & voluptati, quaſi in præmium ante obitum manu emittebant, & conſectabantur, ſic ſeruos quos amabant ante obitum manu amittebant, vt liberi morerentur. Caſaub. *ad Suet.*

Animalibus ſingulis ſacris alicui Deo Deæue inſcribebatur, cui illa ſacra. Nouarin. *Sched.*

Animalia immolari ſolita, ſi difficulter reperirentur, pro veris ficta ex pane, cera, ſeu pomis ſupponebantur. Brodæus *l. 4. cap.2.*

Animalia mutila, ac morboſa Diis non ſacrificabantur. Magius, *lib.4.c.4.*

Animalia Diis ſacra dimittebantur, mancipioque ſuo adindicabantur. Turn. *aduerſ. cap.27.*

Animalia conſecrata & vncta in deliciis habita. Poot. *Attic.bell.*

Animalibus ſacris inſcribebant cui Deo ea ſacra.

Animales hoſtiæ quæ ob animam ſolam mactabantur Deo. Non animales, quarum exta aruſpices rimabantur. Macrob. *ſaturn.*

Animis impiorum vibices, & maculæ inuſtæ. Brod. 1. *Miſcell. 4.*

Annum Ioui, Menſes Iunoni dedicarunt. Alex. *l.3. c.24.*

Apollini ſacrum factum more Græco capris albis auratis. Magius *l.3.c.1.*

Apollini Delphis comas conſecrabant. Iunius.

Apollo Proſtaterius ædium præſes cultus in veſtibulo ædium Athenis. Turn. *aduerſ. l 2.c.30.*

Apollinis ſimulachrum dextra Gratias, ſiniſtra ſagittas geſtabat. Gyraldus *ſyntagm.7.*

Apollo ſex menſibus hyemalibus oracula reddebat Pataræ, ſex æſtiuis Deli. Idem, *ibidem.*

Apollinem Proſtaterium Agyieum Athenienſes veluti præſidem vicorum, & domorum in earum veſtibulis, & ante ædes ponebant, inuocabantque in ſalutem, & ſanitatem, familiæ Alexicacon, in metu furti alioque periculo. Manut. *adag.*

Apollo inuocatus pro ſalute familiæ. Polym. Item præ foribus Proſtaterius. *ibid.*

Aqua luſtrali aſpergebantur templa ingredientes. Magius, *l.4.c.10.*

Aqua de Nilo vera vel ſimulata ſparſa in ſacris Iſidis. Gyrald. *ſynt.17.* ex fonte Numicio Romæ. Roſin.

Aqua aſperſi adeuntes ſacra, in qua torrem ex altari, vbi rem diuinam feciſſent, prius extinxiſſent, quæ Chernips dicebatur. Gyrald. *ſynt.17.*

Aqua abluti, qui ſuperis ſacrificabant; aſperſi verò qui Inferis. Gyraldus *ſyntagm.17.*

Aquæ hydriam Nili cum ad ſacra portabant humeris, omnes procumbebant, adorabant ſublatis manibus. Idem, *ibidem.*

Aqua in aurem victimæ infundebatur. Briſſ. *Form.*

Aqua decocta à Nerone, vt citius, & magis gelaretur.

Aqua luſtralis præ foribus templorum, & ante forum.

Aqua marina luſtralis.

Aquam in ſacris adhibendam de fonte Iuturnæ hauſtam, ſuper terram poſuiſſe piaculum erat, ideo portata ea in vaſe lato ore, fundo anguſto per Flaminicas virgines, aut Veſtalium famulas. Al. *l.4.c.17.*

Aræ ſuperis à terra exaltatæ, terreſtribus in terra, inferis ſub effoſſa terra erectæ. Idem *ibidem.*

Aræ ſuperis, inferis, & terreſtribus erectæ, Altaria ſuperis tantum. Roſin.

Aræ ad Orientem verſæ. Tres impares ſuperis, duæ pares inferis.

Aræ priuatæ nullam religionem loco afferebant, quia non conſecratæ.

Aræ duæ in Comœdiis, dextra Apollini, ſiniſtra Heroi, Deoue, cuius in honorem ludi celebrati. Opuſc. Philol. At libero patri in Tragœdia. Dempſt. *l.2.*

Aræ priuatæ laribus ſacratæ. Dempſt.

Ara Miſericordiæ Athenis. Nouar. *Sched. l.12.c.25.* Diris, & Proſerpinæ in Campo Martio: Gyrald. *ſyn.*

Aras tangere, & amplecti ſolebant precantes, tangebant tantum precantes. Briſſon. *Form.*

Aris

Aris aduoluebantur ſupplicantes. Briſſon. *Form.*

Atæ ſuorum numinum fronde ornatæ: Iouis æſculo; Apollinis lauto, Mineruę olea, Veneris myrto, Herculis populo, Bacchi hedera, pampino, Ditis cupreſſo.

Aris tituli aſcribebantur. Briſſoo. *Form.*

Ara Deorum Larium coronata. Dempſt.

Ara Victoriæ in Senatu ſemper poſita. Dempſt.

Aræ 12. Deorum in foro Athenienſium. Rhodig. *l.* 28. *c.* 12.

Atæ nunquam à veteribus diruta, & euerſæ, quia ſacræ. Brod. 5. *Miſcell.* 29.

Aræ coronatæ, ornatæque frondibus feſtibus, myrto, aut olea, quam verbenam vocabant, thus adolebant, vinumque è patera libabant. Turn. *adu.l.* 21. *c.* 21.

Aræ olim in ſeptis Ædium Ioui Herceo. Gyrald. *ſynt.* 2.

Aras tenebant in religioſiſſimo iuramento, amplectebantur Diuum etiam ſimulachra in magnis periculis, aut aliquid magnum petentes. Turn. *aduerſ. lib.* 26. *c.* 22. areus.

Aram tangere pellici nefas: ſi tetigiſſet, agnam cædere ſolutis crinibus cogebatur. Gyrald. *ſynt.* 17.

Ara nemo vi abreptus, vt tamen inde arceretur, admouebant ignem, atque ita non ab hominibus, ſed à Deo Vulcano amoueri credebant. Pareus electis.

Ara theatralis in poſtremo cornu proſcenij. Duæ verò erant, dextra & ſiniſtra. Scal. Poët.

Aræ Capitolinæ Diis, & Principibus erectæ. Item Votiuæ in periculis, & noua religione. Ricq. *Capit.*

Arbores olim numinum templa erant. Dempſt.

Arbores lucorum cultæ. Ioan. Scopa *capite* 18.

Arbores infelices, & infrugiferæ infauſtæ habentur in omnibus ſacris: item quæ non ſeruntur, vt hedera racemos labruſcæ modo ferens, fuere damnatæ religionis Thebis, & Athenis. Alex. *l.* 4. *c.* 17.

Arculæ præ foribus templorum affixæ. Polymath.

Ariete ſacrum factum Homero mortuo. Magius *l.* 3. *c.* 1.

Armus victimarum Mercurio ſacer erat. Suid. 503.

Arua circumitione luſtrata apud Ethnicos. Nouar. electa ſacra.

Aruſpices exta inſpiciebant, antequam Diis offerrentur. Parei electa.

Aruſpices ex inſpectione extorum augurabantur benè, vel malè. Parei electa.

Aruſpicina ex Hetruria Romam accita. Roſinus.

Aſpergillum, partim factum è roremarino, partim ex oliua felici, partim è lauro. Idem.

Aſperſione non tantum olim purgabantur, ſed luſtramine februabantur, teda, ouis, ſulphure aut exuetris. Turn. *aduerſ. l.* 23. *cap.* 21.

Aſperſio in luſtratione facta aſpergillo, ex oliua felici, aut lauro, aut roremarino. Stuch. *conu.*

Aſyla non erant in templis omnibus ad quæ confugientes, ſiue ſerui, ſiue liberi tuti erant. Alex. 3. *c.* 20.

Aſylorum loco olim ſigna erant. Nouar. *Sched. l.* 11. *c.* 4.

Aſylorum immunitas per Tiberium abrogata.

Atria inaugurata, quaſi templa, ideo in illis Senatus haberi poterat. Alex. *l.* 5. *c.* 24.

Auguria. Vide in Varia.

Aues ſtellis ad litandum mactatæ. Macr. *l.* 3. *cap.* 8.

Auium axillæ in ſacrificiis frangebantur. Nouar. electa.

Auroræ, Mnemoſynæ, Soli, Lunæ, & Vraniæ non vino, ſed aqua melle diluta ſacrificabant. Alex. ab Alex. *l.* 3. *c.* 12.

Auſpicia erant priora obnunciatione. Ideo Augures obnunciabant, cum auſpicati eſſent. Roſin. *l.* 6.

Auſpicia à pullis apud Romanos captata, à piſcibus in Lycia in Apollinis fonte, Alex. *l.* 2. *cap.* 29.

Auſpicia, ſacrificia, ludi ſolemnes ob minimas offenſiones religioſè inſtaurabantur ab antiquis. Idem *l.* 2. *c.* 26.

Auſpicij triſtis erat, ſi mola ſalſa non vitium ſpargeretur in caput victimæ ordine præpoſtero, ſi hoſtia cum duceretur, reluctaretur, aut fugeret ab ara, aut mugitum dediſſet, aut in aliam corporis partem quam opotteret, cecidiſſet.

B

Bacchi ſacris initiati ſerpentibus coronabantur, & Euan, Euan inclamabant; Didaſcalia Fern.

Bacchi & Solis idem numen. Singularia Roa. Virg. Georg.

Baccho vinum nouum libatum. Alex. 3. *c.* 12.

Bacchi ſimulachrum hedera coronatum, luto litum, Palladi proximè collocatum. Nouar. electa. 5.

Baccho pluuiæ tempore hoſtiæ immolatæ, Dempſt. *l.* 2. *c.* 11. ex Suida.

Bacchi ſacra trieterica nocturno nolarū ſtrepitu perſonabant. Iunius *animad.* 3. *c.* 11.

Bacchi ſacra recondita in ciſtis è templis vrbanis in montes ſolitudineſque ad Orgia celebranda ineunte vere, à Bacchis portabantur, hedera verò, & pampinis illa erant operta. Turn. *l.* 21. *c.* 21.

Baccho mactatus hircus: eius myſteria nocturna: facibus accenſis diſcurrebant, crateres vini plenos ſtatuentes, nec quicquam turpitudinis omiteentes. D. Aug. *de ciuit.* Clem. Alex. Prudent.

Bebila ſacra, ad quæ etiam prophani admittebantur. Gyrald. *ſynt.* 17.

Bellonæ in ſacris effuſus à Sacerdotibus ſanguis humerorum ſectione, non autem victimarum. Nouar. elect. Alex. 3. *c.* 12.

Bellonæ ædes, Vulcani, Veneris, extra vrbis pomœrium fabricatæ. Alex. *l.* 2. *c.* 4.

Bona Dea culta à matronis caſtis, & puris, ſine viris in Ædibus Pontificis Maximi, in receſſu intimo. Alex. *l.* 6. *c.* 8. Roſin.

Bona

Bonæ Deæ ſacra apud Romanos in domo Conſulis fiebant. Marc. Don.

Bonæ Deæ, ſeu Fatuæ facienies, vini amphoram conſtituebant rectam. Arnob. *lib.* 5.

Bonæ Deæ in ædem viris ventitare nefas, item nec Deorum picturæ maſculæ ibi apertæ, eius ſacrificia peracta noctu vino ebibito, quod tamen lactis nomine appellabatur. Alex. *l.6.c.*8.

Bos fœmina circa delubrum acta. Nuuar. electa ſacra.

Bos quinquennalis, & pecudes bimæ Iouis victimæ. Gyrald. *ſynt.*17.

Boues in ſolemni,& compitalitio feſto ſagminibus coronabantur. Dempſt.

Bos iugo ſubactus ſacrificio non eſt purus. Fœtus bouis niſi trigeſimo die, pecoris ſeptimo, ſuis decimo à partu die puri habentur, ideo ſacrificales dicti.

Bos nullus Deo mactatus ex lege Solonis, quia animal innocuum, agrorum cultui perutile. Alex. *l.3.c.*12.

Buxeæ fiſtulæ in ſacris Bacchi adhibitæ. Buxus ſacra Cybele. Dempſt.

Bubo vel lupus ſi cellam Iouis, aut Capitolium intraſſet, propter id prodigium tedæ aut victimæ, nonnunquam ſulphuris & aquæ luſtratione vrbem, aut Capitoliũ luſtrabant, expiabantque. Alex. *l.5.c.*27.

C

CAlceamenta ſolutis vinculis, & anſis pedibus detrahebantur in ſacris expiatoriis. Dempſt. *l.5.c.*35.

Calceis candidis Sacerdotes Alexandrini vſi. Dempſt.

Calceos in pleriſque religionis ſuperſtitioniſque ritibus obeundis ponebant. Sic Matronæ Veſtæ ædem nudis pedibus adibant. Caſaub. *ad Suet. l.*2.

Calceis ſacris vſi Sacerdotes rem diuinam facturi, candidis Græcorum more, & Alexandrinorum, Phæcaſiis dictis ex papyro textili, ne quid morticinum eorum membra tangeret. Seru. 4. *Æn.*

Calendæ omnes Iunoni, Idus Ioui dicatæ. Varro, Roſin.

Canarium ſacrum factum ad placandum caniculæ ſidus, frugibus inimicum, canibus rufis. Gyrald. *ſynt.*17.

Canes immolati in ſacrificiis Bonæ Deæ, quique huic ſupplicant, maledictis Deam inceſſunt. Alex. *l.6.c.*8.

Canis immolatus in Lupercalibus, quia lupis infenſus: & ad placandum Caniculæ ſidus, inimicum frugibus, canes rufæ: hoc dictum Canarium augurium. Item catulus lactens pro frugibus & pecoribus in Rubigalibus, per Quirinalem Flaminem extra vrbem, in quo ſuper exta canis, thus & merum infuſum. Alex. 3. *c.*12.

Cantabantur carmina in ſupplicationibus à pueris patrimis, & matrimis, in lectiſterniis quoque, nam ab vrbis altero parente cani olim viſum ominoſum. Turn. *aduerſ. l.*28.*c.*20.

Canales ſacrorum fontium leonis effigie fabricati ob Nili incrementum, ſole exiſtente in Leone. Dempſt. *l.*1.*c.*14.

Cantus & tibiæ in ſacrificiis Deorum, & feſtis. Modius. *ep.*100.

Caput foribus templorum allidebant, ad irã Deorum placandam. Caſaub. *ad Suet. l.*2.

Capite aperto ſacrum faciebant Saturno, Honori, Herculi, & Diis Inferis, aliis vero operto Lipſ. *Saturn.*

Caput velabant in ſacris ſolemnibus. Dempſter. ob animi demiſſionem, & ne quid ominoſum accideret. Nou.

Capite raſo Ægyptij Sacerdotes ſacra faciunt, apud alios comati incedunt. Alex. *l.c.*7.

Caſtus Cereris erat, ieiunium Græcorum ſacerdotum matris Deum, quo abſtinebant pane, in memoriam ieiunij, quod ipſa fecit ob mœrorem mortis Adonis amaſij. Theod. *Cant.* 2.*c.*21. Arnobius, *contra gentes, l.5.f.*167.

Catulatio, ideſt, ex cane ſacrum factum ante ſementem, & antequam oues tonderentur. Gyrald. *ſynt.*17.

Catuli lactentes puri habiti adeo, vt in cibum vterentur, & placandis Diis hoſtiarum vice, ex Plin. Idem *ibidem.*

Catulo circum corpus ducto, & reducto luſtrabant. Pont. *Att. bell.*

Cella ſanctior templi, ſolis rebus ſacris deſtinata, reliquæ templi partes etiam profanis, & negociatoribus permiſſæ. Pullet. *Fori Rom l* 1.*c.*3.

Cella vna duobus Diis non dicata. Alex. *l.*6. *cap.*14.

Cerealibus ſacris ante noctem epulari nefas à ſolis matronis candidatis factis. Scal. *Poët.*

Cereales ceremoniæ polluebantur, ſi cum procederet thenſa, equi lorum auriga læua manu apprehendiſſet. Scal. *Poët.*

Cereris in myſteriis porca ſacrificata. Muretus. *l.3.c.*7.

Cereris templum adire, ſacra, & eius ſimulachrum viris interdictum. Gyrad. *ſyntagm.*14.

Cereris feſto omnes populariter Genio indulgebant. Parei electa.

Cereris in ſacris vinum adhibere nefas. Parei electa. Perpetuum ſilentium ſeruatum. Dempſt. *l.*2.

Cereri lacte, vino, & melle ſine victima litatum. Alex. ab Alex. *l.*2 *c.*22.

Cereri ſacrum apud Siculos verbis turpibus, & obſcœnis celebrari ſolitum. Idem *l.*6. *cap.*8.

Cereri primitiæ frugum oblatæ: non mare ſue, ſed fœmina ſacrificatum. Mythol. Nat. Com.

Cereri Ambarualiorum annuo feſto ſacrificabant vino, non item nuptiis. Parei electa.

Cereri celebrabantur à mulieribus ieiunantibus noctu ſacra Theſmophoria. Parei electa.

Cereris in ſacris nullus patrem, aut matrem nominabat. Nuuar. *Sched. l.* 11. *cap.*23.

Cereris, & Iunonis ſacris obſeruatum, vt

in illius ſacris huius ædes clauderentur, in iſtius verò illius. Nouar. *Sched. lib.* 11. *cap.* 25.

Cereris in ſacris Theſmophoriis faces accenſæ; & Ceres ſemper viſa ſeu locata, ſeu picta cum face accenſa. Dempſt. *l.* 2.

Ceſpes viuus vſui ſacro deſtinatus apud priſcos.

Cibeles Sacerdotibus licebat ſtipem quæreſere. Roſin.

Cicuta Cereris Sacerdotes ad pudicitiam ſeruandam vtebantur, Athenienſium more. Nouar. elect.

Cicutæ ſorbitione ſe caſtrabant Hierophantæ Athenienſium Pontificatum adepti, vt caſtiſſime ſacrum facerent. Alex. ab Alex. *l.* 4. *c.* 17.

Cingulo cincti Hebræi Dei nomen in oratione inuocabant. Nouar. *Sched.*

Circa, bomioes antiqui cum ſe vertiſſent, ſedebant. Idem. elect. ſacr.

Circa Deorum templa imagines delatæ, coronis redimitæ. Idem.

Circumagebant corpus, & circumuertebant Deos adorantes. Briſſon. *Form.*

Circumcurſatio cum facibus aliquando facta. Nouar. electa ſacra.

Circuitione abſoluta ſedebant antiqui. Idē.

Circuitus circa aras ab adoraturis factus, itēm circa Deos. Idem.

Circuitus olim circa lapidem religiosè, in quo Venus ſculpta. Idem *Sched.*

Circumeuntes, opem à Sole poſcebant. Idem.

Circumibant olim templa, & deducebantur ominis gratia. Item in Imperatoris coronatione. Aras quoque circumibant, & rurſus cum reuertebantur conſiſtebant, dictum Minuſculum ſacrum, Imagines etiam Deorum circumferebant. Idem *Sched.*

Clemeuriæ, cui locus in medio Athenarum, nullum ſimulachrum factum, nec Soli apud Perſas. Dempſt. *l.* 2. *c.* 1.

Cœcis oculis, ſeu clauſis circa ſimulacta, iumentorum more, Ethnici ſe vertebant. Nouar. electa ſacra.

Cœlum adoratum in gaudio. Polym.

Columbas venerabantur Syri. Io. Seld.

Columba Veneri ſacra. Dempſt.

Columna in Herculis fano ſita. Scal. *Poët. In Cynoſarge.*

Columnæ pro Diis cultæ, priuſquam ſtatuas inueniſſent. Cerda, *ad Clem. Alex.*

Confugientes ad templa abſterrebantur minando incendium. Pont. *Att. bell.*

Confugiebant ad templa, ſtatuas, aras Græci, ad vim iniuriamque arcendam Stuch. *conu. l.* 2. *c.* 13.

Conſecratio templi facta vel à Cos. aut Imperatore foculo accenſo cum tibicine verbis priſcis, & ſolemnibus, præeunte Pont. Max. præfante carmen capite velato, concione aduocata, ac iuſſu populi. Alexand. *lib.* 6. *cap.* 14.

Conſecrationis honore affecti, atque inter Deos relati Imperatores, qui ſuperſtitibus filiis, aut ſucceſſoribus moriebantur, ex inſtituto Auguſti, deinde Tiberio inſtaurante. Prima omnium Liuia. Roſ.

Conſilia capiebant ſedentes in templis. Stuch. conu.

Conſi templum ſub tecto in Circo. Gyrald. *Synt.* 5. Idem aram ſubterraneam habebat, quia conſilium occultum. Roſin.

Conſulendi gratia templum accedentes, prius luſtrabantur, deinde arietes immolabant, quorum ſubſtratis pellibus dormientes, nocturna viſa expectabant Virg. *l.* 7. *Æn.* Mythol. *l.* 1. *c.* 17.

Cor Rheæ ſacrificatum. Gyrald *Synt.* 4.

Cornua victimarum inaurata, Hartung. 3. *dec.* 8.

Coronatæ in ſacrificiis aræ, victimæ, vaſa ſacra & homines ſacrificantes. Natal. Com. *myth. l.* 1. *c.* 10.

Coronati myrto ſacrificati in Dionyſiacis; quercu in Cerealibus; populo in ſacris Herculis; lauro in ſacris Apollinis. Idem *ibidem.*

Cortinarum olim vſus frequentiſſimus in ornandis templis, præcipuè Apollinis, & Bacchi. Caſaub. *ad Suet. l.* 5.

Coruorum auſpicia fauſta à dextra, cornicum à ſiniſtra: ſiniſtra enim pas mundi ortus. Pareus.

Corybantes Sacerdotes Cybeles caput torquere, crinem rotare totumque corpus circumagere ſolebant. Dempſt.

Corytia, Crypta, ſeu Cryphia erant Eleuſinia, Samothracia, Mithriaca; in quibus initiatis anno exacto & non prius dabatur inſpectio. Salmaſ. *ad Spart.*

Cultrum obliquum à fronte ad caudam victimæ ducebat ſacrificulus, & ad orientem ſe vertebat. Alex. 4. *c.* 17.

Cybeles Sacerdotes matris Deum, Samia teſta virilia ſibi amputabant, vt caſtè operarentur Idem, *ibidem.*

Cybeles in ſacris Phrygiis modis Sacerdotes ſtimulati, & in furorem acti, ſe sauciabant cruentabantque. Turn. *adu. l.* 21. *c.* 15.

Cynocephali in templis nutriti ob nouilunia inueſtiganda.

Cypariſſus ad ſimulachra Deorum ſata, & appoſita.

D

DÆmonibus aëriis ſacra facientes præter lumina, & nidores cæſarum victimarum, cantus & odores adhibebant. Mythol. 1. *c.* 10.

Damium erat ſacrum, quod pro ſalute populi quotannis fiebat in domo Conſulis Romæ. Item in domo Regis Athenis. Moretus *l.* 19. *c.* 31.

Daps, res diuina facta Ioui Dapali, quæ fiebat hyberna ſemente, & verna, ſed etiam pro grege. Turn. *aduerſ. l.* 19. *c.* 31.

Deæ muliebri, ſiue Bonæ Deæ matronæ domi ſuæ ſacellum adornabant, nec myrtum inferebant. Roſin.

Decimam Herculi ſoluentes polluꝺo accipiebant populum. Turn. *adu. l.* 26. *c.* 16.

Dedicantes templum, ædemue poſtem tenebant, accenſo foculo, & aduocato nominatim numine, cui templum dedicabatur; affirmantes ſe ex prophano vſu

&

& humano iure adimere templum, cellam, &c. Sabina herba adhibita. Alex. *l.6.c.14.*

Dedicantes ædem non autem aram, tenebant poſtem & ad Deorum placandam iram poſte caput tundebant. Turn. *adu.l.12.c.5.*

Dedicatio nulla facta à funeſtis, aut pollutis funere, aut luctu. Alex. *l.6.c.14.*

Dedicationes verbis ſolemnibus fiebant. Briſſon. *Form.*

Dedicatio ædium, templorum, ararum apud Rom. facta a Coss. aut Imperatoribus, accenſo foculo cum tibicine, verbis priſcis & ſolemnibus, præeunte Pontifice Maximo & præfante carmen; capite velato, concione aduocata, populi iuſſu.

Dedicantes ædem poſtes tenebant, non autem dedicantes aram, aut ſimulachrum. Idem.

Dedicationis tempore luctus minutus: ludi publici, & ſpectacula facta.

Dedicatio præcedebat conſecrationem. Inſcriptiones factæ in templis dedicatis. Idem.

Dedicata quoque animalia, & arbores, vt in Iunonis & Lucinæ templo lucus & pecora. Idem.

Delium ad aram nulla cædebatur hoſtia. Scal. *poet.*

Delij in Delo ſues nec parere, nec ſepelire fas, ſicuti nec canem alere, quæ in Rhene inſula Cycladum facta. Thucydides *libro* 4.

Delphica menſa multis onerata poculis, & iis paribus. Turn. *adu.l.9.c.19.*

Delphicis in ſacris qui immolabat, victima veſcebatur: contra in ſacris Hecates, immolans abſtinebat. Manutius *adag.*

Delubra, partes templorum, coronata in ſolemni victoria, vbi, ſacrificaturi ſe abluebant, & ibi pernoctantes ſomnia captabant, & ſciſcitabantur de rebus euenturis. Dempſt. *l.2.*

Denariæ ceremoniæ, eæ erant, quibus ſacra adituris, decem diebus certis quibuſdam rebus carendum erat. Sic Tricenariæ, triginta, &c.

Deprecantes, & amolientes malum, hac formula vſi, Dij meliora. Turn. *l.21.c.20.*

Deſpuere in loco, vbi ſacra aliquando fuere recondita, religio erat. Liuius.

Deus tutelaris Vrbis ignotus, ne ab hoſtibus euocaretur, vt fiebat in obſidione. Roſin. Macr.

Dij in oppugnatione vrbium ab hoſtibus certo carmine euocati, ne dum caperetur vrbs, Dij quoque fierent captiui, quod nefas putabant. Macr. *ſat.3.c.9.*

Deorum fana religioſè circumita. Nou. elect.

Deorum genua antiqui incerare ſolebant. Nouar. electa.

Deos inuocantes, & venerantes caput operiebant. Nou. elect. Schegius *præmeſſ.* 10.

Deorum ſimulachra minio pingi ſolita. Brodæus 3. *miſcell.*13.

Deorum tutelarium effigies in prora, & puppi nautæ habebant. Muret. *l.10.c.19.*

Deos mutari putabant, cum conditio humana mutabatur. Muret. *l.16.c.15.*

Deorum ſingularium tutelæ partes tributæ. Iun. *an.*4.

Deorum ſimulachra nulla apud Romanos per 700. annos. Gyrald. *ſynt.*1.

Deorum templis cariſſima, & precioſiſſima quæque in periculo credita. Par. elect.

Dei alicuius nomen neſcientes, ne errarent in ſalutando dicebant, Quiſquis es Deus. Idem, *ibidem.*

Deos Deaſque candidati accedebant. Par. el.

Deorum idola diſcalceati circumferebant, comitabanturque.

Deorum ſimulachra ante fores, & præcipuè Mercurij, quem ideo ianitorem nuncupabant: & lucernarum moderatrix Minerua.

Deorum genua incerabant, cum ceratas tabellas votorum ſuorum indices ad genua ſuſpendebant, quæ tangebant ſupplicantes.

Deorum menſæ, & tripodes rotundi; figura enim circularis myſtica habita.

Deorum voluntas inueſtigabatur antiquitus extis, & ſortibus.

Deo faciendi poteſtas olim penes patres, deinde penes Imperatores.

Deus, ecce Deus, formula ſolemnis in ſacris. Briſſon, *Form.*

Deum alium pro alio nominare verebantur. Idem, *ibidem.*

Deos præſentes optabant antiqui. Idem, *ibidem*

Deos adituri ſeſe luſtrabant, aliquid rogaturi in templis cubabant, tanquam reſponſa vel vigilantes, vel dormientes accepturi, ita ægroti in templo Æſculapij.

Deis duobus vnum templum fieri non licitum.

Deorum facies minio illita. Item ſtatuæ minio, & oleo illitæ. Nouar. *Sched. l.2. cap.*28.

Deum, in cuius tutela vrbs, nominare nefas: Gyrald. *ſyn.*17.

Deum vrbis, in cuius tutela erat, quærere, aut nominare nefas, ne euocationes fierent ab hoſtibus. Alex. *2.c.22.*

Deorum ſimulata vehi religioſè ſolita in Circenſibus ludis. Nou. elect.

Dij Conſentes 12. quibus quaſi conſiliaribus Iupiter vtebatur, ſex fœminæ, Roſinus.

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,

Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Diis ſingulis ſuæ peculiares victimæ deſtinatæ. Roſin.

Diis eorum locorum, ad quæ nauigantes accedebant, antequam de naui exirent, ſacrificabant. Mythol. *l.1.c.11.*

Dij omnes, excepta Venere, nominare fas in carmine Saliari, deinde Imperatores. Alex. *1.c.26.*

Dij euocati ex vrbibus iam iam capiendis ab hoſtibus. Modius *ep.*56. Muret. *l.5.c.18.*

Diis indigetibus ſacra facta à peregrinantibus in terra peregrina. Hartung. 2. *dec.*8.

Dij

Dij ciuitates deſerebant certo carmine euocati, quæ mox futuræ hoſtium erant. Muretus. *l.*3. *c.*18.

Diis magnis, vt Iunoni & Ioui Reſp. & optimates quot menſibus tem diuinam faciebant, aliis vero Diis quotannis ſemel. Turn. *adu. l.* 1. *c.*26.

Dij omnes vrbium ſuperatarum priuatim per familias partim ſpargebantur, partim publicè conſecrabantur; ac nequem præterirent, vno nomine cunctos Nouemſiles inuocabant. Aruob. *l.*3. *p.*122.

Dij effićti cum loculis apud Phœnices. Gyral. *Synt.*1.

Dij ſingulis corporis membris præpoſiti. Gyral. *Synt.*1.

Dij magni auro, argento effićti; minuti verò, vt Silenus, Priapus, ex alia materia, vt luto, cera, &c. Manu. *adag.*

Dij ſalutati capite operto à dextrouerſum ſeſe vertentibus. Parei Electa.

Dij terreſtres in delubro Plutonis, Cæleſtes in Iouis templo, aquatiles in Neptuni collocati.

Dij maledićtis vexati in calamitatibus, & eorum templa lapidata.

Dij vniuerſi inuocati in ſacris poſt ſpeciales inuocatos. Nouar, *Sched. l.*11. *c.*25.

Dij prius adorati in ſtatuis, quàm in picturis. Nouar. *Sched. l.*11. *c.*28.

Dij Manes placabantur ſanguine humano fuſo, & potiſſimum gladiatorum. Lipſ. *Satur.*

Diis Manibus atro die parentare non licitum, quia nec Ianum, nec Veſtam, vt ſolet in ſacris, tunc præfari licebat. Idem, *ibidem.* Iiſdem hoſtia immolata capite in terram verſo, non in cœlum, vt ſuperis, operantes non abluti, ſed ramo leuiter aſperſi.

Deorum Manium aræ ſub effoſſa humo geminæ, vittis nigris & cupreſſo ornatæ; illis nigræ hoſtiæ immolatæ. Idem.

Dexter adeſſet Deus quem inuocabant, rogabant. Briſſon. *Form.*

Dextra ad os relata in ſacto, & circumactus factus. Gyral. *Synt.*17.

Dialis Flamen inter 15. Flamines maximæ dignitatis, Pomonalis minimæ. Roſin.

Dialis Flamen exercitum armatum extra vrbem videre non poterat. Roſin.

Diana deuocata in ſacris magicis à mulieribus amore captis, illique boue fœmina aurata ſacra facta, eiuſque natalitia à puellis celebrata. Gualt. *ad Hor.*

Diana in Auentino culta, cui appendebant cornua tauri; illi ceruа immolata. Mythol. *l.*7. *c.*17.

Diti patri omnes res terrenæ dicatæ, olim capitibus humanis ſacrificatum, poſtea hominum ſimulacris. Alex. *l.*5. *c.*16.

Diti, & Proſerpinæ ara in campo Martio terminato ad locum Terenti, vbi ſacra inferna. Gyral. *Synt.*16

Diuinandi ratio è cauda vićtimæ. Hartung. *r. dec.*

Diuus nemo factus, dum ageret inter viuos, & qui priuatus obiiſſet. Steuucch. *l.*2.

Deos manes expiaturi pocula libabant, aut *Ioſeph. Laurentij Polymath.*

in ſepulcrum conuerſa manu ſuuergebant. Idem.

Diis Manibus ſacra exhibentes, omnia ſimul in eis abſumi igni, & perdi volebant. Idem.

Diis Inferis ſacra facta, vel noctu, vel poſt meridiem, contra mane Superis. Idem.

Donaria templis ſuſpenſa, vt milites ſua arma, naufragi veſtes, gladiatores gladios ſuſpendebant. Dempſt. *l.*2. *c.*1.

Donaria olim ſuſpendi ſolita ritu Græcorum ante fana in oleaſtris. Turn. *adu. l.*8. *cap.*16.

Dućtores vićtimarum bonis nominibus eligebantur. Briſſon. *Form.*

E

Eleuſiniis ſacris initiati tantum indigenæ. Gyral. Synt. 14. Profani, & peregrini omnes amoti.

Eleuſinia myſteriis, Cryptis, Cryphiis, ſacris (quæ dicta Eleuſinia, Samothracia, Mithriaca, Cottytia) minoribus initiabantur primo anno: deinde inſtituebantur, ſacrorumque diſciplinam percipiebant, ſeque præparabant ad maiora ſuſcipienda: quinto anno exacto, tunc in interius ſacrarium inducebantur, & inuiſebant grande illud myſteriorum ſecretum, quod in adytis ſeruabatur. Salmaſ. *ad Spart. f.*34.

Eleuſiniis ſacris, & aliis etiam, edicebat ſacerdos, ne intereſſent, non ſolum perpetrati, ſed cogitati ſceleris conſcij. Salmaſ. *ad Capit.* Mulieres in his ſacris ſe probris inceſſabant. Alex. *l.*2. *c.*14.

Emmina ſacra ἔμμηνα, dicebantur, quæ quot Kalendis, quot Idibus fiebant in honorem numinis potentiſſimi; cùm non eſſent contenti ſolemnibus & anniuerſariis ſacris. Turn. *l.* 3. *c.*14.

Epidaurij anguem pro Æſculapio coluerunt, Roſin.

Epulati in ſacris ædibus veteres ſoliti ſacrificio peracto, ex extis & carnibus hoſtiarum. Marc. Don.

Epulum, & ſacrum in ædibus ſacris peractum. Gyrald. *Synt.*17.

Ereſione, ramus oleæ lana implexus cum fructibus, ante ianuas ædium poſitus, in honorem Apollinis. Rhodig. *l.* 12. *cap.*19.

Eteocles omnium primus ſacrificauit Gratiis.

Eumenidum ſacra facta à tacitis Sacerdotibus, qui Heſychidæ dicti. Mythol. *l.* 1. *cap.*11.

Expiatoriis in ſacris calceamenta detracta. Dempſt.

Expiabantur noxia mari, & ſulphure. Rhodig. *l.*11. *c.*23.

Expiationes antiquæ tres olim in ſacris, aqua abluebantur, aëre ventilabantur, igne purificabantur, tæda & ſulphure. Rhodig. *l.*11. *c.*13.

Exta ſi bona, ideſt, benè colorata, integra, ſine labe; proſecabantur, ariſque imponebantur: at cùm caput iecinoris non

apparebat, & erant tabida, pallida, exilia, viriosa, noo bona vocabantur. Briſſon. *Form.*

Exta luſtralia reſeruabant in ſacrificiis, quorum partem Diis reddebant, partem in epulatione comedebant, partem ad amicos mittebant, partem aris impoſitam igne adolebant, partem conſecrabant, ſacerdotibus dabant, partem ſibi apponebant. Turn. Manut. *adag.*

Exta muta, quæ nihil habent diuinationis. Regalia, felicitatem portendeotia. Alex. *l.5. c.25.*

Exta cocta ſolebant proſecare; vnde Proſecta dicebantur, ac partem adolebant, partem conſacrabant, ſacerdotibus dabant, partem ſibi apponebant, ſic luſtralibus eſcis veſcebantur. Turn. *aduerſ. l.15.c.7.*

Extis veteres veſcebantur in ſacris, eorum tamen partem veru coctam, & proſectam Deo offerebant. Turn. *l.16 c.30.*

Extorum partem in epulatione conſumebant. Turn. *aduerſ. l.7. c.5.*

Exta io fluctus iactata ſeu porrecta maritimis Diis. Gyral. *Synt.17.*

Exta veru aſſa appoſita, arietis verò elixa in olla. Idem, *ibidem.*

Extiſpices in extis conſulendis, partem eorum inimicis, partim nobis aſſignabant; atque ex vtriuſque partis habitu, colore, plenitudine, quid nobis euenrum eſſet, ariolabantur. Ita fiſſum duplex familiare, & noſtrum in iecore, alterum vitale & hoſtium in aliis extis, vt pulmone, &c. Turn. *adu. l 5. c.18.*

Expiati infantes. Pont. Att. bell.

Expiantes ſe, caput aquæ viuæ immergebant, Pont. Attic. bell.

Expiantes, aqua tantum viua, & perenni, & limpida vtebantur.

F

Fabulinus Deus cultus eum poeri fati auſpicabantur. Roſin.

Fabata pulte Romani, & priuatim, & publice rem diuinam aliquando faciebant. Turn. *l.19. c.28.*

Faces adhibitæ in ſacris ex tedæ ligno, à matribus portatæ igne accenſo ſuper aras. Gyral. *Synt.17.*

Fana herorum cum præteribant, tacebant. Camer. *l.9. Dec.5.*

Fanum prætereuntes manum labris & ori admouebant. Giral. *Synt.17.*

Far adoreum, in ſacris nuptiarum ceremoniis à veteribus Romanis adhibitum. Marc. Donat.

Far non niſi toſtum ad rem diuinam purum cenſebatur. Briſſon. *Form.*

Farre non ſolum in ſacrificiis antiqui vſi, ſed etiam cæteris frugibus. Marcell. Donat.

Faſtigium in templis ornari ſolitum ſignis, clypeis, cælatura, inaurarione. Ricquius, *Capit. l.1. c.15.*

Faniſſæ, loca erant circa templa aqua ioclusa. Feſtus. Seu cellæ quædam & ciſternæ, quæ in area ſub terra eſſent, vbi reponi ſolebant ſigna vetera, quæ ex Capitolio templo collapſa erant, & alia quædam religioſora, è donariis conſecrata. Rich. *de Capit. c.37.*

Fauete linguis, Præco clamabat in ſacris, ſilentium indicens. Muret. *l.15. c.17.*

Fauno ſacrificabant Romani vere ineunte, & Nonis Decembribus.

Fauno agna vel hædo ſacrificabatur. Roſin.

Fauno rem diuinam faciebant, & ouilia luſtrabant, veris initio, antequam pecus è ſeptis in agros educeretur. Turn. *adu. l.9. c.27.*

Faces accenſæ apud Græcos portatæ in Prometheis, Vulcaniis, Panathenaicis, non autem Cerealibus. Alex. *l.6. c.19.*

Februario menſe Iunoni ſacra faciebant. Roſin.

Fel exemptum à victimis in ſacris nuptialibus. Gyral. *Synt. 3.* Neptuno dicatum. Alex. *l.5. c.25.*

Ferias publicas ſingulis menſibus Rex ſacrorum, aut Prætor proclamabat. Roſin.

Feſſonia Dea feſſos iuuabat. Roſin.

Feſta Athenienſium tria cum Lapadibus, Panathenæa, Vulcanalia, Promethæa. Roſin.

Feſti dies diuiſi in ſacrificia, epulas, ludos, & ferias. Roſin.

Fictilium vaſorum vſus in ſacris priſcis. Brod. *l.5. miſcell.19.*

Fidei ædes in Capitolio fuit, Fidemque Romani tanquam Deum colebant. Roſin.

Fidei velata manu ſacrificant. Nouarini Electa.

Fidei facientes Flamines vehebantur curru obtecto, manu ad digitos vſque inuoluta. Rhod. *l 9. c.11.*

Fiſtulæ buxeæ io ſacris Bacchi receptæ. Dempſt.

Flagellatio, more Chriſtianorum facta ab Ægyptiis poſt ſacrificium. Herodotus. *l.2.* Gyrald. *Synt 17.*

Flamines, quaſi Filamines, quia licio, ſeu filo caput ſemper velatum habebant, ſeu pileo quod flammeum dictum: nudis enim capitibus non licebat illis incedere. Roſin.

Flaminum vxores, Flaminicæ dictæ; quibus diuortium facere non licitum. Flaminij eorum miniſtri.

Flamines à Numa inſtituti, vt loco Regum, qui ſæpe io bella ituri, ſacra facerent. Vnus Dialis Ioui aſſiduus ſacerdos, ornatus veſte inſigni, & regia ſella curuli: huic duos adiecit, Marti vnum, Quirino alterum, patricios omnes. Roſin. Additi demum ad 15. vſque Flamines.

Flamen Dialis maximæ dignitatis; Pomonalis minimæ. Roſin. Ille albo galero inſignis ex ouis albæ tergote, Ioui immolatæ factus.

Flamines Pontifici Max. erant ſubiecti. Idem.

Flamen Dialis, ſi vxorem amittat, Flaminio decidit. Idem. Plutar. *problem. cap.49.*

Flaminis

Flaminis matrimonium, quia confarreatum, niſi morte dirimi ius non eſt. Idem.

Flamines à populo Comitiis Curiatis creati, à Pontifice Max. inaugurati, & cum eo conſultabant. Idem.

Flamini, & Regi ſacrorum religioſis diebus, aut feriatis opus facientem videre, nefas erat. Alex. *l. 6 c. 12*

Flamen Dialis quia ſine coniuge eſſe non poterat, nec iterum nubere, ea mortua ſacerdotio pellebatur. Alex. *l. 6. c. 12.*

Flamini Diali iurare nefas: item capram, carnem crudam, hederam, & fabam tangere, ſub dio vngi, equo vehi, noctu ab vrbe abeſſe, ſine apice ſub dio eſſe: farinam fermento infectam tangere nefas. Roſin. anulum geſtare vetitum. Nouar. Elect.

Flamini iniurato credebatur. Gyral. *ſynt.* 18. Hoc ſacerdotium non erat perpetuum, vt Auguratus. Alex. *l. 6.*

Flamines infibulati ſacrificant fibulis æreis, ob frequentiſſimum æris vſum. Feſt.

Flamma in ſacris, & libaminibus cum exilicbat, ſurſumque altiſſimè ſe ſe efferebat, felix erat augurium. Turn. *aduerſ. l. 19. cap. 27.*

Flamma ex crematis victimis obſeruata ab aruſpicibus. Item bilis veſica, ore ligato lana in ignem coniecta, qua parte diſrumperetur. Item cauda hoſtiarum, vel inflexa, vel recta. Turn. *Aduerſ. ibidem.*

Florales ludi inſtituti in honorem Deorum ruſticorum. Dempſt.

Floræ ab agricolis ſacrificatum. Briſſon. *Form.*

Florum omne genus illatum in templum Bonæ Deæ, ſeu Floræ, præter myrtum. Alex. *l 6. c. 8.*

Flumina Deos ſuos habebant, & ipſis ſacrificabatur, Græci ſuos crines tondebant. Gyral. *Dial.*

Focus, erat ara Deorum Penatium, quem ſoſtat numinis habebant, in quo non modò Deorum ſimulacra, ſed imagines, expreſſique vultus eorum qui familiæ decus fuere. Alex. *l. 5. c. 24.*

Fortis Fortunæ feſtum colebant, qui arte viuebant. Gyral. *Synt.* 16.

Fori Dij tutelares; Caſtor, Pollux, Themis, Aſtræa, Dice, Iſis, Minerua, Hercules Gallicus, Polletus Fori Rom. *l. 11 c. 3.*

Fœciales ſelecti è præſtantiſſimis familiis ſacerdotio perpetuo fruebantur. Roſin.

Fœminæ non admiſſæ in ſacris Herculis. Gyral. *Synt.* 4. Contra, ſacris Bonæ Deæ viri excluſi. Idem, *ibidem.*

Fœminæ victimæ potiores maſculis; & ſi per maſculam litari non poterat, fœmina ſuccedebat; non contra: fœminæ enim ſuccedanea non adhibebatur. Apud Ægyptios fœminæ non adhibitæ in ſacris. Alex. *l 1. c. 12.*

Fœtus bonis trigeſimo die, pecudis ſeptimo, ſuis decimo idonei ſacris, & puri putati. Idem.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Fricatio genuum in humili & blanda ſupplicatione. Acidalius, *in Plautum.*

Fruge; & mola Deos placandos ſanxit Numa. Gyral. *Synt.* 17. Mola ex farre toſto, ſale, & aqua compoſita, ſine qua nullum ſacrificium ratum cenſuit.

Fruges, aut molam ex farre molito & ſale in caput victimæ, deinde nouum vinum, & maſcula thura inter cornua fundebant. Græci non fruges, ſed hordeum ſale conſperſum aris inſpergebant. Alex. *lib. 4. cap. 17.*

Funeſti, manci, debiles non ſolum à conſecratione, ſed etiam à ſacris arcebantur. Alex. *l. 6. c. 14.*

G

GAllos gallinaceus Marti, Morti & Æſculapio immolatus. Natalis Comes *Myth. l 3. c. 13.* Gyral. *ſynt. 17.*

Geniorum quatuor genera ex diſciplina Etruſca, Iouis, Neptuni, Inferorum, & hominum. Arnob. *l 3.*

Genij virorum vitæ præſides, mulierum Iunones. Dempſt. *l. 2. c. 5.*

Genij non ſolum erant hominum, ſed etiam vrbium, coloniarum, & locorum. Turn. *adu. l. 13 c 12.*

Genio Deo litabant præ cæteris genio indulgentes, & luxurioſi. Parei Electa.

Genio ſuo ſacrificare ſolebant, & peracto ſacro epulum adornabant. Idem.

Genius natali die virorum cultus, Iuno fœminarum; ideo illi per Genium, hæ per Iunonem iurabant. Turn. *aduerſ. lib. 16. cap. 19.*

Genius tutela virorum, Iuno mulierum. Dempſt. *l. 2.*

Genio flous ſacra, & porcus immolatus. Hor. Libatum illi die natali, mola ſalſa, floribus, vino, thure. Dempſt. *l. 2. c. 16.*

Genua Miſericordiæ ſacrata: Ideo in adorationibus ea tacta ſiniſtra, dextra mentum: Item, ſimulacrorum plantæ, in ſupplicationibus. Hartung. Arnob. Iunius. Nouar. adagia.

Genibus nixæ ſupplices mulieres Deos orabant. Briſſon. *Form.*

Gratiarum templum olim in vrbibus ædificatum. Rhod. *l. 13. c. 17.*

Gratulationis cauſa victimas in templo Iouis Capitolini mactabant. Roſin.

Grauidæ mulieres reſoluto crine Iunonem Lucinam precabantur. Briſſon. *Form.*

H

HArpocratis feſtum ab Ægyptiis celebratum menſe Auguſti. Dempſterus.

Haſtæ impoſitæ ſtatuis Deorum ad eorum imperium oſtendendum. Dempſt. *lib. 3. cap. 11.* Vel quia ante quam Dij colerentur, adorabantur haſtæ, & ligna delibrata corticibus. Alex. *lib. 6. cap. 26.*

Hederæ foliis Ioui Didymeo libabant. Nouar. Electa.

Haſtati omnes Dij apud Lacedæmonios pingebantur, quaſi nulli eſſent ocioſi,

Hecate, in cœlo Luna, in Inferis Proſerpina, in ſiluis Diana venantium præſes. Dempſt. *l.*2. *c.*10.

Hecates cœna facta à diuitibus, ſingulis menſibus. Roſin. hac veſcebantur pauperes, Hartung. Gyral. *Synt.*

Hecate canes immolatæ. Brodæus, *miſcell.* *l.* 1. *c.*24.

Hecate cum ſacrum fiebat, qui cœnam inferebant, ipſi nihil inde guſtabant. Manut. *adag.*

Hecate credita præſes veneficiorum, ad quæ carmine deuocata accedebat, comitata furiis.

Hecaten veneficiorum præſidem veneficæ ſuſurro magico eliciebant, canibus comitantibus occurrentem. Turn. *lib.* *c.*4.

Hecatomben vouebant Græci, & Rom. in peſtilentia & graui morbo: centum aris in vno loco ex ceſpite, centum bobus, ouibus, ſuibus centum ſimul immolatis. Imperatores vouentes, centum Leones, aut aquilas mactabant. Alex. *l.*3. *c.*22.

Herbæ, flores, arbores olim ſacrificatæ. Gyral *Synt.*17.

Herculis ſacra, cum execratione peracta apud Lindios. Iun. *animad* 4. *c.*2.

Herculem Alexicacon, ideſt, malorum depulſorem antiqui inuocabant. Turn. *l.*16. *cap.*10.

Herculi pars decima de præda, boniſque dabatur. Parei Electa.

Herculi ſacrificabant peregrinaturi. Item, eidem extra vrbem.

Herculem inuocabant à monſtris infeſtati. Idem.

Herculis ſacerdos imperitus & barbarus, dicebatur Potitius. Idem.

Herculis ad poſtes arma appenſa à gladiatoribus. Horat. *Epiſt.*

Hercules, Iupiter, Bacchus circuitu culti. Nouar. Electa.

Herculis in ſacris, omnia exponebantur obuiis, hinc pollucibiliter epulabantur. Manut. *adag.* Hercules extra fores, ſeu præ foribus templorum poſitus. Polym.

Herculis in ſacris ſedentes epulabantur; in cæteris verò ſtantes, & ſaltabundi. In illis ſacrum facientes ad aram maximam ſolum Herculem inuocabant, in aliis Veſtam, Ianum, alioſque Deos. Alex. 2. *c.*14

Herculis in templo nemo Deorum admiſſus neque alterius ara poſita, aut effigies, veſpere ſacrificatum: in aliorum templo alij Dij admiſſi, maneque ſacrificatum, in illius ſerui nulli, aut liberti, neque canes admiſſi, vt animalia impura. Alex. *l.*2. *c.*14.

Herculi iuxta Tiberim ſactum fit ex decimis, vbi duæ aræ, in altera mulieres, in altera viri veſcebantur. Idem.

Hermæ erecti à Romanis in triuiis. Dempſt. apud Græcos pro foribus domuum. Dempſt.

Hermas pro foribus domuum ſuarum Athenienſes erectos habebant: Romani in triuiis. Dempſt.

Heruum fana cum præterirent homines tacebant. Camerar. 9. *dec.*5.

Heroibus ferme adiuncti dracones. Camer. *dec.*2. *c.*10. & iis ſacri. Polymath.

Heroibus ſacrum ad occidentem verſi faciebant, Diis ad orientem. Gyrald. *Synt.*17.

Heroibus tauro, capro, ariete, faciebant. Idem, *ibidem.* Alex, *l.*3. *c.*12.

Heroum deſcenſus ad inferos ſole cadente, eorundem reditus ſolis ante ortum. Guliel, *l.*1. *c.*6.

Hoc age, clamatum à Præcone ante ſacrum. Item Fauete linguis, Procul eſte profani. Giral. *Synt.*17.

Homo immolandus circa aras ducebatur. Nouar. Electa.

Honori capite aperto operabantur. Gyral. *Synt.*1.

Honoris, & Virtutis templa ita fuere extructa, vt per virtutis templum ad Honoris eſſet ingreſſus. Roſin. Gyral. *Synt.*1.

Hordei primitias, & liba Græci: Romani verò farra ſale aſperſa aris imponebant. Gyral. *Synt.*

Hortæ templum ſemper apertum. Gyral. *Synt.*1.

Hoſtiæ ante ſacrificia ſolebant conſpergi mola ſalſa; i. frugibus molitis. Parei El. Caſaub.

Hoſtiæ ſacrificia erant minora, quam victimæ. Roſin.

Hoſtiæ nigræ & pares in ſacris inferorum, albæ & impares in ſuperûm. Dempſt.

Hoſtiæ cœlos ſpectabant, ſi cœlitibus: terram, ſi inferis immolabantur. Rhodig. *l.* 11. *c.*1.

Hoſtiæ partes adolentes, omento & adipe operibant, vt facilius arderent. Turn. *adu.* *l.*7. *c.*23.

Hoſtiæ olim probatæ ante immolationem farre, & ſale, & cultri notatione ducti à capite ad caudam. Turn. *adu.* *lib.* 11. *cap.* 1. Hoſtiæ ante hoſtem. Victimæ poſt victoriam. Gyral. *Synt.*17.

Hoſtias, veteres, primum ſecuribus cædebant, aut clauis, deinde proſtratas ſuppoſitis cultris iugulabant, idque à popis miniſtris factum, illud à ſacrificantibus, vel heroibus, Turn. *l.*11. *c.*12.

Hoſtia prima non litante, ſuccidaneam ſacrificulus poſtulabat. Turn. *adu.* *lib.* 28. *cap.*19.

Hoſtia fronte aurata, & cornibus auratis ante aras ſtatuebatur. Turn. *l.* 29. *cap.*23.

Hoſtia, per quam fuerat litatum non amplius inter edulia poterat apponi. Gyral. *Synt.*17.

Hoſtiæ

Hoſtiæ potiſſimæ apud Romanos ex ouillo pecore: Fœminæ apud Romanos; apud Ægyptios mares tantùm. Gyral. *ſynt.* 17.

Hoſtiarum mugitus, renitentia, fuga, inauſpicatiſſimum. Idem, *ibidem.*

Hoſtiam quæ fugiſſet, vbicumque eam nacti fuiſſent, non mactare, piaculum erat. Idem.

Hoſtiæ præcidaneæ niſi litaſſent, ſuccidaneæ ſupplebant. Idem.

Hoſtiæ grandioris ætatis oblatæ, vbi rem expedire volebant; vbi verò augere, Iunioris, Idem.

Hoſtiæ ante aras nullo vinculo ligatæ ſiſtebantur. Idem *ibidem.*

Hoſtiæ humanæ ad placandum Saturnum, Iouemque Latialem adhibitæ. Idem, *Ibidem.*

Hoſtia vti caderet, & in quam partem, veteres obſeruabant. Briſſon. *Form.*

Hoſtiæ mutilatæ, imperfectæ, & non eximiæ ab aris arcebantur. *Roſin*

Hoſtia admota aris, ſtare dicebatur, interim dum vota conciperentur, eique vinum ac mola inſpergeretur. Briſſ.

Hoſtiæ animales, in quibus ſola anima Deo conſecrabatur, debebant eſſe puræ, & lectæ, in aliis hoſtiis voluntas Deorum per exta exquirebatur. Alex. *l.* 1. *c.* 11

Hoſtiæ perfectæ à ſacerdote aris impoſitæ, & foculo accenſo combuſtæ. Alex.

Hoſtiæ grandiores ætate adhibitæ pro expeditione rei, pro incremento iuniores. Alex. *l.* 3 *c.* 2.

Hoſtia vna nunquam duobus Diis, aut incertis, ſed certo numini immolatum: Superis, imparibus: Inferis, paribus. Idem.

Hoſtia maior auratis cornibus, minor coronata illius Dei fronde, cui ſacra fiunt, infulaque lanea, & candida vitta circumdata, ante aras nullo vinculo ligata ſiſtebatur. Alex. *l.* 4 *c.* 17.

Hoſtiæ apud Græcos, ſi Diis cœleſtibus mactatæ cœlum ſpectabant, ſi inferis terram. Idem, *ibidem.*

I

IAnus Deus Deorum in carminibus Saliaribus dictus. Roſin.

Ianus primus docuit Italos vinum & far ad religionem; item, valuas, ſeras, æreos numos & claues. Roſin.

Ianus primus in omnibus ſacrificiis, & precationibus etiam ante Iouem inuocatus, in fine quoque. Briſſ. *Form.*

Iano 12. aræ pro totidem menſibus conſecratæ. Roſin.

Iano in omni ſacrificio præfatio miſſa. Item, Veſtæ. Roſin. Gyral. *ſynt.* 4 cui data principiorum omnium poteſtas, eumque præfabantur. Briſſon. *Form.*

Idolorum cultores altaria circumibant. Nouar. Electa.

Idibus ſacerdotes ſacra in arcem ferebant per viam ſacram, rei diuinæ cauſa. Turn. *l.* 20. *c.* 15.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Idolorum imagines Idololatræ ſecum geſtabant quocumque irent. Nouar. *Sched. l.* 12. *c.* 29.

Ieiunium Romæ factum quinto quoque anno prodigiorum cauſa, ex Sibyllinis carminibus. Alex. *l.* 6 *c.* 19.

Ignem familiarem fauilla & cineribus excitatum ſanctiſſimis cæremoniis taciti colebant. Alex. *l.* 2. *c.* 22.

Ignem Perſæ ſacris argenteiſque altaribus præferebant, & ante Perſicum agmen. Ium. *l.* 2. *c.* 11.

Ignis Veſtæ renouatio quotannis Kal. Martiis. Gyral. *ſynt.* 4. ſeruabatur in aperto, non autem ſub tecto. Dempſt. *l.* 2. *c.* 6.

Ignis Veſtæ Romæ ſacer, & æternus in ara Veſtæ, ſed etiam Athenis in Prytaneo, & Delphis, & in Ægypto. Gyral. *ſynt.* 4. Hic ſi extingueretur, Iuſtitium indicebatur tanquam prodigium. Dempſt.

Ignis in ſacris ex olea, lauro, ex craſſioribus corticibus quercus, aut cuius caudex fungoſus, cauus. Gyral. *Synt.* 17.

Ignis pro Deo cultus apud Perſas, cui ſacrificabant. Ignis in ſacris ædiculis ſeruatus, quem conſulebant de futuris. Ignis peruigil in Deorum templis. Nou. *Sched. l.* 3. *c.* 5.

Ilicet, re diuina peracta à Romanis, ſuclamatum, λαοῖς ἄφεσις, miſſio populis, nos *ite miſſa eſt*, à Græcis. Alex. *lib.* 3. *cap.* 17.

Illotis manibus orare nefas Hebræis; & Ethnicis. Nouar. Electa.

Illotis pedibus Dodonæi oraculi Pontifices, ſuper nudam humum cubare cogebantur. Alex. *l.* 2. *c.* 7.

Immolabatur ſuperis ſub ortum Solis; inferis verò ſub occaſum. Hartung. 2. *dec.* 8.

Impij à ſacris arcebantur, vt homicidæ; quibus de extis guſtare vetitum. Turn. *l.* 7. *c.* 13

Imparia ſuperis, paria inferis oblata, & ſacrificata Gyral. *Synt.* 17.

Immolata Ioui adhibebantur in luſtratione hominum pollutorum, horumque pedibus ea ſubſtrata. Suidas 151.

Immolatæ hoſtiæ, cum molâ ſalsâ tactæ ab his qui magiſtratu ſacerdotioque publico præditi: Mactatæ verò, cum à popâ, aliquid ex illis in aram datum boni omnis gratia. Seru. 4. *Æneid.* Briſſon. *Form.*

Inarculum, ſiue virgam curuatam ex malo Punica Regina Sacrorum geſtabat. Roſin.

Inauguratos oportebat eſſe cuiuſque ſacerdotij candidatos. Inaugurati illi dicti, qui adhibitis ad Deos conſulendos auguribus, pronunciabantur ad ſacerdotio perfungendum. Roſin.

Inaugurabant non ſolum Pontifices, ſed etiam Salij. Tur. *l.* 20. *c.* 14.

Ineffabile Dei nomen in circulo Hebræi deſcribebant. Nauar. Electa.

Iudi ſaltatione ſolem conſalutabant, Dei muti choream imitantes. Nouarini Electa.

Inferis Diis noctu, cum nigris veſtibus nigræ victimæ immolatæ, capite ad terram depreſſo, in effoſſis foueis, vino effuſo cum precibus. Mythol. *lib.* 1. *cap.* 11.

Interciſis diebus poſt immolatam hoſtiam, & ipſius exta in aram focumque porrecta, Prætori fas erat dicere tria verba, *Do, Dico, Addico.* Beroald. Suet. *Aug.*

Ioue fulgente agi cum populo nefas. Briſſon. *Form.*

Iouem cæteroſque Deos in orationibus præfabantur. Briſſon. *Form.*

Ioui prodigiali thure, & mola ſalſa litabant. Roſin.

Iouem lapidem Romani in fœderibus faciendis iurabant. Roſin.

Iouem inuocabant, vt actiones ſuas proſperaret. Parei Electa.

Iouis templum ſemel in anno tantum aperiebatur: in illo autem præter Iouis, Mineruæ, & Iunonis imagines ex electro formatæ colebantur. Nouar. *Sched.*

Iouis maior ſtatua locata ad orientem ſolem. Nouar. *Sched.*

Iouis ſtatuæ arietis cornua impoſita. Nouar. *Sched.*

Iouis olim in ſummis locis templa poſita. Ricquius, *de Capit. l.* 1, *c.* 9.

Iouis Capitolini inſignia, fulmen aureum, barba aurea, ſceptrum ſine baſta, ſella eburnea ex auro, veſtis picta, ſeu palmara. Ricquius, *de Capit. l.* 1. *c.* 19.

Iſiaci ſacerdotes linea ſtola amicti, capite raſo, calceis papyraceis, ramum abſinthij marini, vel nuces pineas, & Anubim ſupra caput ferentes, ſiſtrum concutiebant, nec ſalem cibis adhibebant, vinum dilutum bibebant. Dempſt. 2.

Iſidis ſacrorum cauſam prætexebant, quæ noctem amantibus negabant; quia abſtinebant nouem noctibus conſuetudine virorum, operam dantes ſacris Iſidis. Briſſon. *Form.* Item Cereris.

Iris Iunonis nuncia, vt Mercurius Iouis: lectum Iunonis ſternebat, eam luſtrabat, & mulierum animas à corporibus, vt virorum Mercurius, crine fatali abſciſſo, vindicabat. Natalis Com. *Myth.*

Iuno Lucina olim implorata à parturientibus. Iuno Opigena, quod opem ferret. Turn. *l.* 7. *c.* 8.

Iunoni lectus poſitus in domus atrio, in nobilium puerorum ortu, ficuti Herculi menſa. Idem.

Iuno mulierum, Genius virorum erat. Pont. Attica bell.

Iunoni Lucinæ in ædem, ex inſtituto Tulli, pro ſingulis naſcentibus Romani numum ferebant. Roſin.

Iunonem Lucinam parturientes inuocabant. Parei Electa.

Iupiter ante pugnam gigantum ſacrificauit Soli, Cœlo, ac terræ. Roſin.

Iupiter Xenius ab hoſpitibus, Philius ab amicis, Hetærius à ſodalibus, Homogenius à cognatis. Parei Elect.

Iuturnæ ex fonte aquam ad omnia ſacrificia Romani ſumebant. Dempſt.

L

Læua numina ad auerruncanda mala erant Rubigo, Morbonia, Febris, Pallor, &c. Form. Briſſon.

Lallus Deus, qui præeſt næniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt. Turn. *adu. l.* 18. *c.* 34

Lampadum feſta tria Athenis, Panathenæa, Vulcanalia, Promethæa. Dempſt.

Lampades hederaceæ in Bacchi pompa delatæ. Nouar. Electa.

Lampades tenentes ſacrificium ethnici offerebant. Nouar. *Sched.*

Lampada iactabant, & ſibi mutuo tradebant in Panathenaicis, Vulcaniis, Promethæis & Mineruæ ſacris. At in Eleuſiniis, non tradebant defatigati, ſed ad finem vſque geſtabant. Delrius *in Senecam.*

Laneas veſtes Ægyptij in Deorum templa non inferunt, nec cum his cadauera ſepeliunt. Alex. *l.* 4. *c.* 17.

Lapides terminales coronati, vncti, velati, Pithæus. *ſubſec.* 2. *c.* 14.

Lapides quoſdam pagani religioſiſſimè colebant, vngebant, qui dicti Diui lapides; erantque agrorum termini. Turn. *adu. l.* 15. *c.* 21.

Lapides vncti olim adorati. Arnob. *l.* 1.

Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem hæc verba dicentes, *Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalua vrbe, arceque, bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem.* Turn. *adu. l.* 30. *c.* 23.

Lapidibus ſi pluiſſet, Nouendiali ſacro expiabatur indicto per Prætorem vrbanum, Pont. Alex. *l.* 5. *c.* 17.

Lar familiaris à familia domi colebatur. Lar publicus erat vrbium. Lari in foro res diuina facta, eique focus ſacer. Turn. *Aduerſ.* eius in ſacris nil extra ædes portatum, totum conſumptum. Alex. *lib.* 3. *cap* 12.

Lararium, ſeu ſacrarium Deorum tutelarium nauis, erat in puppi, hæc dicta Tutela nauis, hinc puppi coronæ impoſitæ. Turn. *l* 19. *c.* 2.

Laribus porcum immolabant inſania laborantes, & canum pellibus ij ornati ob cuſtodiam. Alex. *l* 3. *c.* 12.

Lares viales, Dij ſemitales, qui viæ præerant à peregrinaturis inuocabantur.

Lares veſte canina induti. Roſin.

Laribus gallo litabant. Roſin. Iiſdem porcus immolatus & agnus ex Tibullo. Turn. *l.* 26. *c.* 2.

Laribus pueri pueritiam egreſſi, ſumpta virili toga bullas ſuſpendebant. Dempſt. *lib.* 4.

Lares viales inuocare ſolebant, qui peregrè proficiſcebantur. Item Mercurius, Apollo Agieus.

Lari ex iis, quæ immolabantur, aliquid foras efferre nefas. Manut. adag. *Lari ſacrificas.*

Lares ædibus, & ſæpe vicis integris præficiebantur, atque itineribus, quibus coronæ floreæ ingentes donatæ. Parei Electa.

Laribus

Laribus porci ſacri, ſeu ſacres puri immolati ab iis, qui placulum admiſerant, aut qui liberati ab inſania, & quibus aucta erat familia liberorum prole. Oblati quoque agoi, nec ſolùm flores, vt putauit Lambinus. Parei electa.

Lares viales viæ præſides inuocati ab iis, qui peregrè proficiſcuntur, dicti etiam Semitales: horum ſedes non vna, in domibus, in foco, in cubiculo, in compluuio. Idem.

Laribus Hoſtiliis ſacrificabant, vt ab hoſtibus ſe defenderent. Parei Electa. Domeſticis rerum primitiæ, & porca dicata.

Larem familiarem ſalutabat pater familias, vbi ad villam veniebat. Cato, *de re ruſtica c.2.*

Lari familiari Cal. Id. Non. corona in foco indita, pro aris, focisque, proque familia; non ſanguine victimarum litatum. Hæc ſacra ex hordeacea pulte, libo, farre, vino, thure cum ſale, & ſalino facta. Alex. *l.2. c.22.*

Lauabant totum corpus oraturi, ſacrificaturi. Nouar. Electa.

Lauabantur veteres ante ſacra aqua viua, pura, ex viuo flumine ſacrificaturi: Item, aqua calida virgines, & mulieres, quas proinde tangere nefas. Panhaſ. Meurſius.

Lauationes adhibitæ totius corporis, aut manus ante rem ſacram, viuo flumine Diis ſuperis operaturis. Inferis verò aſperſiones laureo ramo. Parei Electa.

Lauri foliis vſi ſupplicantes. Iunius, *annot. 1. c.11.*

Lauru, & olea abſtinebant in accendendis altaribus. Nouar. *Sched. l* 11. *c* 7.

Laurea noua ſingulis annis ſtatua Iouis decorabatur. Dempſt.

Laurus in ſuſtitionibus magicis igni adhibita, ſi multum crepitabat, numen propitium innuebat. Alex. 6. *c.27.*

Laurum, aut oleam comburere infandi auſpicij erat in prophanis vſibus. Idem.

Lemuralibus in ſacris, faba nigra poſt terga reiecta: eoſ ſe abiicere nouies clamabant faba redemptos, fabam poſt terga reiicientes, menſe Maio tribus noctibus, donec Manes expiarentur. Alex. *lib. 3. cap.12.*

Leda poſt conſecrationem Nemeſis appellata. Iunius, *annot. 1. c.15.*

Leuana Dea quæ de terra leuat infantes. Roſin. atque vt ab obſtetrice deponebantur in terram, ita à patre è terra leuabantur, deinde impoſiti aquis explorabantur. Dempſt. *l 2. c.19.*

Libamina prima erant in ſacris, villi è fronte victimæ euulſi, & in ignem ſuper aram accenſum iniecti. Mythol. *l.1. c.10.*

Libantes in aram vel in menſam, quæ loco erat aræ, vel in focum, qui ſacer habebatur, vel in mare in honorem Deorum marinorum, aliquid effundebant. Turn. *adu. l* 11. *c* 7.

Libamenta Deorum Inferum dicebantur Delibamenta, quia deorſum ea defundebant. Idem 19. 19.

Libamina ſeu particulæ hoſtiæ in ignem coniectæ, addito thure, & aliis odoramentis, Gyral. *Synt.* 17.

Libabant Diis dapes, & benè precabantur in menſa, & inter pocula hac voce, Benè, Briſſon.

Libatio Romuli in ſacris nunquam vino, & lacte. Gyral. *Synt.* 17.

Libero patri cum Apolline, & Cereri, & Iunoni iuuencæ ininges mactatæ. Mythol. *l.1. c.17.*

Libis vtebantur in ſacrificiis, quæ Fratres dicebantur. Parei electa.

Liminibus, & poſtibus religionis plurimum tribuebant, vnde illa amplexabantur, hos ſalutabant, oſculabanturque. Turn. *adu. l.12. c.5.*

Lingua victimarum in ſacris olim præconibus data, hæc vna Mercurio debita. Manut. *adag.*

Linguis fauete, vox in ſacris ſilentium indicentis. Muret. 15. c. 17. Paſcito linguam. Feſt.

Lino velati Ægyptiorum Dij, Iſis præcipuè, & eorum ſacerdotes, & qui Iſidi ſupplicare volebant paſſis crinib. Dempſt.

Litabant herbâ antiqui, hæc dicta Thyſia. Rhodig. Nouar. *Sched. l* 11. *c.* 4.

Lotio manuum facta olim ante ingreſſum templorum. Tertull.

Luæ Deæ luendi, & purgandi ad luſtrandam hoſtium cædem, arma & ſpolia incendebant. Turn. *l.* 13. *c.*21.

Lucus omnis dedicatus Dianæ. Dempſt. *l.2. c.7.*

Lunæ bigas conſecrabant, quadrigas Soli. Nouar. *Sched.*

Luperci ſacerdotes omnium vetuſtiſſimi per laſciuiam diſcurrebant cum pellibus, & à ſuis Collegis coaptabantur. Roſin.

Lupus Marti conſecratus. Nouar. *Sched. l.11. c.15.*

Luſtralis aqua facta torre ex altari abrepto, vbi rem diuinam prius obiiſſent, & reſtincto in ea aqua Chernips dicta. Rhodig. *l.12. c.1.*

Luſtrationi accommodata aqua marina.

Luſtratio ſeu purgatio omnis per aquas, per ignem, per aërem. Turn. *adu. l.18. c.13.*

Luſtrabantur ter ſe lauando, aut circumferendo, antequam ſacra attingerent. Manut. adag.

Luſtrabantur vrbes, & agri hoſtiis in orbem circumdatis, quod vocabant circumferre. Parei Electa.

Luſtrabant Athenienſes concionem, theatra, populum minutiſſimis porcellis catharſiis dictis; quos & Luſtrales nuncupabant; Periſtiarchi. Suidas.

Luſtralis hoſtia quotannis, dicta Peripſemal, ita deſtinabatur. Purgamentum noſtrum eſto, aut Salus, ita conjiciebatur in mare, quaſi Neptuno hoſtiam immolantes. Suid.

Luſtrantes ſe, ter aqua irrorabantur ad orientem Solem conuerſi.

Luſtrantes arua, ter hoſtias circum fruges agebant, ex Virg. 1. *Georg.* Mythol. 1. *cap.*14.

Luſtrabantur qui ingreſſi fuiſſent, vbi aliquis mortuus, vel locus impurus, cum quibuſdam precibus. Mythol.

Luſtrari agri, libato prius vino Iunoni, & Iano; mox Martem patrem aduocabant, vt ſciens, volenſque propitius adeſſet, ſibi & familiæ, agrumque perfecto ſacrificio luſtrabant. Alex. *l.5.c.27.*

M

MAnales lapides trahebant per agrorum limites ad impetrandam pluuiam. Idem.

Mane, & veſperi antiqui precabantur, quæ tempora votis deſtinata. Plaut. Turn. *l.24. c.35*

Manium Deorum in ſacris litare inauſpicatum erat: potius erat non litare. Idem, *ibidem.*

Manus oſculabantur Græci poſt effuſas preces. Romani verò manum ori admouebant.

Manus puras tam à ſordibus, quam à cæde, & ſanguine in ſacris exigebant. Briſſon. *Form*

Manus lauabant precaturi. Pont. Attic. bell.

Manus ſupinas ad cœlum tollebant, aliquid à Diis obnixè precaturi. Caſaub. *ad Suet* 2.

Manibus puris Deos in auxilium vocandos Ethnici putabant. Nouar. adag.

Manus olim oraturi abluebant. Nouarini adag. Ori admouebant in adoratione. Pithœus. Muretus.

Manibus pectus tangentes vota recipiebant. Iul. Barbar. ex Xenoph. & Pauſan.

Magni appellatio Diis etiam tributa in ſacrificiis. Palm.3.

Manus lotæ in omnibus fere rebus ſacratioribus aqua viua, pura, in templis ſacra. Pareus.

Manum labris & ori, indice pollici reſidente, admouebant, tanquam Deos venerarentur ſilentio; fanum præterea aliquod prætereuntes, capita aliquando ſubmittentes, genuflectentes. Gyral. *Synt* 17.

Marini Dij in imis pumicibus, & ſpeluncis maris habitare crediti. Turn. *l.18. c 32.*

Marinorum in ſacris, victimarum iugulatarum ſanguis patera collectus in mare fundebatur cum precibus, ſi in littore; ſin in naui non in pateram, ſed in mare fundebant cum precibus, vna cum vino. Mythol. *l.1. c.11.*

Marti, & Veneri commune templum, & altare, quia vterque planeta iunctus beniginiſſimè influit. Dempſt. *l.2. c.10.*

Matri Deorum nullum ſacrum niſi de porca fieri permiſſum Alex. *l.3. c.12.*

Matres ſuas filias deducebant ſpectatum pompam per feſta Dionyſia Parei Electa.

Matronæ ante aras faculas tenentes geſtu graui, ſaltarioneque ſeueram, & verecundam imitante, mouebantur. Turn. *l.30 c.3.*

Matronis, & meretricibus ſecubandum erat decem votiuas noctes in Caſto, aut Peruigilio Iſidis, neque aliter rem diuinam facere ſine piaculo poterant. Parei Electa.

Matutinis horis cœleſtibus, veſpertinis Manibus operabantur. Rhod. *l.12. c.12.*

Membrana, in qua Dei verba, ſine foramine eſſe debebat, ex Hebræorum religione. Nouar. Electa.

Menſæ apud veteres ararum vices obtinebant. Eædem in ſacris ædibus, Item ligneæ, Stuch. *conu. l.2. c.14*

Menſtrua ſacra Diis Magnis facta. Pont. Att. bell.

Mento apprehenſo ſupplicabant antiqui. Hartung. 1. *dec.*8.

Mercurium mercatores ſuum Deum proprium coluerunt. Roſin.

Mercurij ſors, pars illa carnium dicta, quæ prima illi Deo dicata ſeponebatur. Dem.

Mercurius iuxta Venerem collocatus, vt voluptas cum ratione ſit. Rhodig. *l.28. cap.18.*

Mercurij ſtatua non è quolibet ligno, ſed è felici, ideſt, fructifero. Item, ex ea arbore, quæ ab aliquo numine fuerit adamata. Brod. *miſcell. l.4. c 6.* 31.

Mercurio merum immolatum, roſtæque linguæ ante cubitum. Hartung. 1. *dec.*8.

Mercurij ſtatuis viatores lapides adgerebant. Gyral. *Synt* 9.

Mercurio appendebant, ſi quid boni forte obtigiſſet, dicentes; Communis Mercurius. Parei Electa.

Mercuriales ſtatuæ membris, ac pedibus mutilæ ſculptæ. Horat. *ad Gualt.*

Mercurius Ianuarius dictus, ideſt, ianuæ carceris cuſtos Pollux. *l.8. c.7.*

Mercurij in feſto, Ægyptij mel & ficus edebant. Nouar. Electa.

Mineruæ, & Mercurio ara communis dicata, & vtrumque numen in eadem ſtatua, dicta Hermathena. Dempſt.

Mineruæ in templo decumbentibus cœna parabatur à dapiferis fœminis. Suid.222.

Mineruæ bouem cum quis immolabat, & Pandoræ quoque cum boue ouem. Suid. 309.

Minio pingebantur ſacra Deorum. Brod. 3. *miſcell.*13.

Miniſtri ſacrorum victimam cædentes, priuſquam eam ferirent, rogabant, *Agon.* At magiſtratus res diuinas facientes, aut auſpicia captantes, *Hoc age,* à præcone audiebant. Briſſon.

Morbis graſſantibus, vel prodigiis nuntiaris, quæ iratos Deos portenderent, pacem Deûm expoſcebant. Briſſ. *Form.*

Mouebantur ſacra, cum ſolemnibus diebus aperiebantur templa, inſtaurandi ſacrificij gratia. Nouar. *Sched l.11. c.6.*

Mola ſalſa, ideſt, farre & ſale hoſtiæ aſperſæ: apud Rom. far molitum, apud Græcos integrum. Turn.

Mullum ſacrificabant Diis, Deabuſque. Parei Electa.

Mulieres nullæ ad Herculis ſacra, nulli viri ad Bonæ Deæ. Gyral. *Synt.*17.

Mulieres ſupplicabant genibus nixæ, capillis paſſis.

paſſis. Item templis proſtratæ procumbebant, liminaque templorum & ſolum ædium ſacrarum oſculabantur, crinibus verrebant. Briſſon. *Form.*

Myrtum matronæ Romanæ ad ſacra Bonæ Deæ non geſtabant. Roſin.

Myſteriis magnis initiati, intra ſacrorum ſecreta non niſi anno exacto admiſſi. Salm. *ad Spart.*

N

NEmeſis Deæ ſimulacrum Romæ in Capitolio, vltricis facinorum impiorum. Eique ſacrificabant, & mutuus gladiatorium edebant Romani ad bellum ituri. Roſin.

Nephalium ſacrum, ideſt, ſine vino Mnemoſynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri Vraniæ. Manut. adagia.

Neptuno ſacrificabant mare ingreſſuri. Gyral. *Synt* . 7.

Neptunus cultus ab iis, qui è naufragio incolumes euaſerant, cui & Mercurio mercatores domum incolumes è naufragio reuerſi, grates agebant. Parei Electa.

Neptuno turbato taurus immolatus, placido verò agnus, aperaliquando. Mythol. *l.* 1. *c.* 11.

Neptuno cum Terra commune templum, & quoties terra tremuiſſet, ſupplicationes eidem decernebantur, feriæ indicebantur, iuſtitium fiebat, dum ſacra peragerentur. Dempſt *l.* 4. *c.* 11.

Neptuno quæſita mari, Cereri merces, lucra Mercurio libabantur. Diæretes.

Neptuno, & fluctibus ſacta faciebant mare ingreſſuri; aliquando ipſam hoſtiam, nonnunquam cruda exta in mare proiiciebant, vina infundentes. Alex. *lib.* 5. *cap* 25.

Nudis pedibus in Æde Veſtæ, & Dianæ. Gyral. Synt.

Nudipedalia olim inſtituta ad pluuiam petendam. Dempſt. Hæc enim ſacra nudis pedibus peracta à ſacco indutis, & pulnere conſperſis, ad puritatem & ſimplicitatem oſtendendam. Romani his vſi cum vota Deæ Veſtæ concipiebant, eius ædem nudis pedibus adeuntes. Pont. Arc. bell.

Numicio è fonte aqua hauſta pro omnibus ſacrificiis. Gyral. *Synt* 5.

Numina terreſtria, in delubro Plutonis; cæleſtia, in Iouis; aquarilia, Neptuni.

Numina ab antiquis culta in lucis, aut editis montibus, & Romani annis 170. ritu Perſico caruere templis, & ſimulacris. M. Varro. Dempſt.

Nymphis mel, lac, mulſum oblatum. Mythol. *l.* 1. *c.* 11.

O

OBſecratus, ne religione teneretur, ſubiiciebat, Reſecro: qui enim obſecrabat, eum quem alloquebatur, obſtringebat quodam ſacramento, & iureiurando. Parei electa.

Obtreſtationes factæ per varia corporis membra, per genua, caput, &c. Item, per Deos, & per omnia ea, quæ illis chara nouerant, per pietatem ſuam, &c. Parei Electa.

Oleæ ſacræ ramus alba lana coronatus in emiſſione votorum adhibitus. Alex. *l.* 3. *cap.* 22.

Oleo, & vnguento perfuſi lapides Terminales. Idem.

Oleæ ramus lana coronatus geſtabatur in ſupplicationibus.

Oleæ ramus ante ianuas ædium in honorem Apollinis. Nouat. *Sched. lib.* 11. *c.* 23.

Oleæ ramus geſtatus à ſenibus in Panathenæis. Idem, *l.* 11. *c.* 12.

Oleum præbitum ab Imperatore in Dedicationibus publicis. Magius. *lib.* 2. *cap.* 2.

Opi votum concipientes ſedebant, terramque tangentes aperto capite ſacrificabant. Alex. *l.* 6. *c.* 8.

Opigenam Iunonem matronæ colebant, quod ferre opem in partu laborantibus crederent. Roſin.

Opem alicuius Dei implorantes dicebant, *Vigila.* Ita duces ad bellum eximii, *Mars Vigila.* Seruus vapulans fidem Veneris implorans: *Tuam fidem Venus, noctu vigila* Turn. *aduerſ. l.* 11. *c.* 8.

Operantes ſacris prætexta vtebantur.

Orantes dextra aram tenebant. Virg. 4. *Æneidos.* Mythol. 1. *c.* 10.

Orgia, & myſteria nulla ſine vanno myſtica peragebantur. Caſaub. *ad Athen. l.* 5. *cap.* 7.

Orgia Bacchi, ſacra Iſidis, & Oſiridis, aliorumque Deorum arcana myſteria, occultata in ciſtis. Turn. *adu. l.* 16. *c.* 4.

Orientem verſus ad oſtium templi ſolem adorabant. Io. Seldenus.

Oriente ſole ſacra ſuperis facta, occidente defunctis, & inferis. Natal. Com. *Myth. l.* 1. *c.* 10.

Ore profano ne Deos oſcularentur, eminus ſtantes manum porrigebant, eamque ſtatim reuerenter ad os referebant; & oſculabantur. Pontanus *ex Plinio.*

Ori manus admota in adoratione, & honore. Pithœus 1. *Subſec.* 7.

Oſchophoria, feſtum Athenienſium, in quibus oleæ ramum, primitiis onuſtum ingenui pueri foribus appendebant. Alex. 3. *c.* 18.

Oſculum triplex in cultu Deorum, aut oris, aut manuum, aut pedum. Pontanus *ex Cic. & Apul.*

Oſculata limina templorum, poſtes, aræ. Pontanus, *ex Liuio.*

Oua luſtrationibus adhibita. Brodeus. 1. 25.

Ouum 1. ſolebat eſſe in pompa Cereali. Rhodig.

P

PAlladium, Dij Penates, & ignis perpetuus in penetralibus Veſtæ in cuſtodia erant Veſtalium. Alex. *l.* 5. *c.* 12.

Palmarum in foliis oracula Sibyllæ inſcribebant. Pont. Att. bell.

Panathenaicis feſtiuitatibus verſus Homerici per Rhapſodos cantari. Scal. *Poët.*

Pani & Mineruæ capra mactabatur. Roſin. Pani canis immolatus. Alex. 4. *cap.* 12.

Panici terrores ſpectraque ad Faunum referebantur. Roſin.

Pappam Iouem, & Atim, ideſt, patrem Scythæ conſalutabant in cacuminibus montium. Rhodig. 11. c. 25.

Paraſiti Iouis epulones in templo Iouis erant, vt Epulones in templo Herculis, iiſque æqua pars ac ſacerdotibus diuiſa. Interdum publice alti Athenis. Nouar. *Sched.*

Partes ſingulæ domus cuique Deo ſacratæ. Limen ac veſtibulum, Veſtæ; culmen, Penatibus: maceria, Ioui Herceo: portæ vrbium, Iunoni: murorum fundamenta, Neptuno; arces, Palladi. Iun.

Parturientes ſacrificabant Egeriæ Nymphæ, vt faciliùs partum egererent. Feſt. *antiq.* 148.

Particulæ de ſingulis oblatis, & immolatis tanquam libamina, vt holocauſtum fieret, in ignem miſſæ. Alex. *l.* 4. *c.* 17.

Pauentia, Dea quæ ab infantibus pauorem auertebat. Roſin.

Pauperes Diis libantes dexteram oſculabantur. Nouar. Electa.

Pauperes ſeptimum bouem olim mactabant: hoc eſt, ſimulacrum è farina ſubactum; cùm illis, è ſex victimis animatis, ideſt, ouibus, ſuibus, capris, bobus, gallinis, anſeribus, nulla victima eſſet ob paupertatem. Manut. adag.

Pecuniæ creditæ templis, item theſauri. Brodeus, *Miſc. l.* 4 *c.* 17.

Pedes in tutela Mercurij, pectus in tutela Neptuni. Iun. *an.* 4. *c.* 12.

Pede nudo ſacra obibant. Cerda ad Virg. Item, pedibus nudis adorabant, ſacrificabant Iudæi, Lacedæmonij. Gyrald. *Syn.* 17.

Pedibus nudis Pythagorei rem ſacram obibant. Gyral. *dial.* 10.

Peierantes per Deos, araſque Deorum, Pontificibus pœnas dabant; qui verò per Genium principis, aliave ratione, Cenſoribus. Parei Electa.

Pelles victimarum ſeruatæ in pompis Eleuſiniis circumferendæ, vel ſubſternendæ eorum pedibus, qui piaculo quodam tenebantur ad expiationem. Manutij *adag.*

Penates Deos inuocabant, & rem ſuam mandabant. Parei Electa.

Penatium, & Larium ſedes in priuatis ædibus non vna: colebantur maximè in foco, in cubiculo. Caſaub. *in Suet.*

Penates Dij priuati cuiuſque patris familias, quibus ara, & focus conſecratus; fuerunt & publici, qui Magni Dij eſſe dicuntur Seruio. Gualt. *ad Hor.*

Penetralibus in ſecretis templorum cadauera principum recondita, precioſiſſima quæque abdita. Dempſt. *l.* 2.

Pennati Dij; Muſæ, Sirenes, Victoria, Iris, Amor, & Mercurius. Turn. *adu.* *l.* 27. *c.* 5.

Penulati adoraturi penulas deponebant. Mercurius. Alex. *l.* 4. *c.* 17.

Peregrinæ religiones à Romanis reiectæ. Gyral. Synt. 4.

Periculis in magnis Deos precantes, eorumque fidem, & opem implorantes, etiam veſtibus ornabant. Vnde peplum Troianæ mulieres Mineruæ tulere. Ad hæc Deorum ſimulacra amplectebantur. Turn. *l.* 14. *c.* 15.

Periculo laborantes ea numina implorabant, quæ ibi culta. Hartung. 3. *rituum.*

Pernoctabant in templis aliquid à Diis ſciſcitaturi. Dempſt.

Petentes aliquid à Diis cubabant in eorum templis, quorum ope indigebant, tanquam reſponſum accepturi in ſomnis, ſic ægroti in Æſculapij templo. Parei Electa.

Picumnus, ſiue Mars Syluanus præſtes Latium erat, vt Pluto Manium, Iupiter Deorum, Ianus Geniorum. Parei Electa.

Pileo gemino ſummus ſacerdos, alij verò ſimplici vſi. Nouar. *Sched.*

Pileus ex pelle hoſtiæ cæſæ fiebat ſacerdotibus, hicque galerus dicebatur. Suet. Nou. *Sched.*

Pileorum in ſacris tria genera, Apex, Tutulus, Galerus, corona interdum pro tegumento. Cerda. *Virg.* 3.

Pinus poſita in ſanctuario matris Deûm ſtatis diebus, cuius ſtipes circumuolutus lanatum velletibus, rami verò redimiti violaceis coronis. Arnob. contra gen. *l.* 5 *f.* 164.

Plutoni, & Proſerpinæ ſacra cum fiunt, quaſi Deorum triſtium ianua pateat, nec prœlium committi, nec delectum haberi, nec militem proficiſci, nec nauem ſoluere, vxorem ducere quærendorum liberum cauſa, licitum. Macr.

Podia circa templa fabricata. Ricqu. *de Cap.*

Pollutis non modò non licebat ad aras accedere, ſed neque Deos precari. Mythol. *l.* 1. *c.* 14.

Popæ lino velati in mactandis victimis adhibiti. Gualt. *ad Hor.*

Pontifex Max. vnus ex octo reliquis præeſt, cui Rex ſacrorum, Augures, Flamines, ac Veſtales Virg. parent, cuius arbitratu publica & priuata ſacra gerebantur. Veſtaleſque Virgines ad ſacri ignis cuſtodiam electæ ab eo, eiuſque decreto prodigis enunciata, & procurata, eius vxor caſta, manus à ſanguine puræ. Alex. *l.* 2. *cap* 7.

Pontifex Max. ſi Cos. vel Cenſor ſimul erat, poterat magiſtratum gerere, equo vehi, vel pedibus, trinoctio abeſſe, quod Pontifici ſoli vetitum. Alex. *l.* 2.

Pontifices de omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus, adeoque de ipſo periurio cognoſcebant. Parei Electa.

Pontificem maximum in aliis, quàm in publicis ædibus habitare nefas. Caſaub. *ad Suet. l.* 2.

Pontifex Max. ex Collegio Pontificum creatus,

tus, non collegarum cooptatione, vt in cæteris ſacerdotibus, ſed Pop. tributis Comitiis. Pontifices reliqui in locum defuncti ſubrogati è Collegio, qui maximè idonei. Roſin.

Pontifici Flamines ſuberant. Roſin. Eo inconſulto, oſſa ſine tumulo efferre, donaria, & ſtatuas Deorum alio transportare in vetitum. Dempſt. *l.* 3.

Pontifices 4. è patriciis, 4. è plebeiis, inter quos vnus Maximus erat. Gyral. *Synt.* 17.

Porca præcidanea Cereri immolata, maturis frugibus in ſacris Ambarualibus, omnibus ſequentibus poſt eam; vno tamen querna fronde ornato, cum ſolemni cantu, ſolemni carmine, Cereri laudes decantante, lacte, vino & fauo libatis, antequam fruges demeterent. Alex. *l.* 3. *c.* 15.

Porci ſacres immolabantur ab inſanis. Paret Electa.

Porcellis catharſiis dictis Athenienſes luſtrabant concionem, theatraque, Periſtiarchi dicti. Suid. 455.

Porcum Laribus immolabant inſani, quique piaculum aliquod admiſerant, & quibus liberorum prole aucta erat familia. Pontani Dial. *vol.* 1.

Porci myſticæ hoſtiæ in myſteriis Cereris Eleuſiniæ immolati, his in expiationibus antiqui vſi, contra inſaniam Laribus immolati. Item ad næuorum depulſionem. Turn. *adu. l.* 19. *c.* 31.

Porcum immolare conſueuerant initiandi. Suid. Manut. *adag.*

Porcelli ſanguine manus linebantur eius, pro quo expiatio fiebat. Lex. gr. lat. *ἀν-νίψιζε.*

Porcum adhibebant ad expiationes faciendas. Radet. *ad Mart.*

Porcus ex omni ſcrofarum fœtu ſacerdotibus debebatur, vt nunquam illis victima deeſſet. Alex. *l* 2. *c.* 7.

Porros, & cæpas adorabant Ægyptij, quibus numina naſcebātur in hortis Nou. El.

Poſtulationes fiebant, ob monſtrum, oſtentum, prodigium, errorem in ceremonia, quod ſacrificium, vel expiationem poſtulare Dij viderentur. Turn. *l.* 11. *c.* 10.

Potina Dea, quæ potionem infantibus miniſtrabat. Roſin.

Portumnus portibus præerat. Roſin.

Præciæ dicti Flaminum miniſtri præmiſſi, vt denunciarent opificibus, vt manus abſtinerent ab opere, ne ſi vidiſſet ſacerdos opus, ſacra pollueréntur. Roſin.

Prædæ partem Diis immolabant, & ſuſpendebant quaſdam de tholis, & conſecrabant, vt Dianæ aptorum capita, & cornua. Turn. *l.* 4. *c.* 52.

Præcidanea porca pridie ante ſolemnia ſacrificia cædebatur. Gualt. *ad Hor.*

Præco ſacra præcedens clamabat, Hoc age, virga Commendaculo dicta ſilentium indicebat. Alex. *l.* 4. *c.* 17.

Præfari veteres ſoliti & precari Ionem in auſpicio cuiuſque rei. Turn. *l.* 29. *c.* 15.

Prætextæ vſus in ſacris, eam inuertebant Iudices aliquem damnaturi, Pont. Att. bel.

Precationis formula ſolemnis adhibita ante concionem, & Comitia, & in omnibus rebus agendis, Quod benè vertat. Quod fauſtum, fortunatumque ſiet. Dij benè vetruncent.

Preces Athenis fiebant pro ſalutaribus ventis. Nouar. *Sched. l.* 12. *c.* 10

Preces ab Iano, & Veſta inchoabantur. Gyral. *Synt.*

Precationes ſuæ cuique Deo ante ſacrum; preces ſequebatur circumactio, manuum ad os admotio, inde ſeſſio. Gyral.

Preces perfectæ ex viſæ, quibus oſculum intercedebat more Græcorum. Nouar. El.

Preces, & vota anulis olim ſignata. Nouar. Electa.

Preces ante nauigationem fuſæ. Nouar. Electa. Ore fundebant ex Pythagoræ inſtituto. Idem.

Precari olim ſoliti Deos antequam verba in ſenatu vel concione facerent. Turn. *l.* 14. *c* 13.

Precibus, & thure ſolo, non pecudibus aut ſanguine Ægyptij in vrbe ſuos deos placabant. Macr. *Sat.* 1 *c.* 7.

Precibus in publicis, & votis mulieres Heliæ Bacchum ita inuocabant, vt accederet bubulo pede. Manu adag. Precantes aram tenebant, alioqui non litabant. Alex. *l.* 4. *c.* 7.

Primitiæ omnium ſacrorum Iano oblatæ, frugum verò Apollini Delphico. Dempſt.

Primitiæ frugum, & fructuum Diis immortalibus olim libatæ, neq; ante guſtabant, quam Diis conſecraſſent. Turn. *l.* 7. *c.* 14.

Primitias Agathyrſi Delum intromittebant per Virgines, deinde per populos, ſubinde tradentes vlterioribus. Turn, *l.* 24. *cap.* 16.

Primitiæ ad ſtatuas Mercuriales in viis collocabantur, quas viatores ederent, Hermæa dicta. Suid.

Primitiæ ex primis fructibus in caniſtris aureis à puellis geſtabantur apud Athenienſes. Nouar. *Sched.*

Procul eſte profani, ante ſacrum acclamatum, ideſt, non initiati. Form. Briſſon.

Profecturi aliquò, ſacrificium faciebant Herculi, aut Sanco, ſeu Iano, quod dicebant vulgò Propteruiam, in quo quicquid ſupererat igne comburebant. Turn. *l* 9. *c.* 4.

Proſerpinæ ſacra facta ex omni fructuum genere præter mali punici. Gyral. *Synt.* 6.

Promylius Deus molarum ante eas collocabatur. Suid. Gyral. *l.* 1. *c* 14.

Preficiæ erant partes extorum victimarum Diis oblatæ & in aram iniectæ adolendæ. Suet. Caſaob. *in Aug.*

Pueri iurabant per Herculem. Pont. Att. bell.

Purgandi, ſeu luſtrandi tres ſpecies; tæda, & ſulphure; aqua ablui; aëre ventilari. Alex. *l.* 6. *c* 27.

Purificationes omnes olim factæ, aqua viua, perenni, limpida; non tantum in ſacris, ſed in pecore tangendo, ex Columella. Turn. *l.* 17. *c.* 14.

Puritas in thure colligendo olim requiſita. Nouar. *adag.*

Pura in ſacris hæc deſiderabatur, manus, veſtes, vaſa, hoſtia, vinum. Briſſ. *Form.*

Purus

Puras ſuis fœtus die quinto, pecoris die octauo; bouis trigeſimo; bidentes oues; catuli lactentes & agni: Item far toſtum purum. Plin. *lib.* 8. *c.* 51. Briſſon. *Form.*

Purgandi, ſeu luſtrandi tres ſpecies; tæda, & ſulphure; aqua ablui; aëre ventilari. Alex. *l.* 6. *c.* 27.

Q

QVirinalia ſtultorum feriæ dictæ, qui in Fornacalibus, ſacrum non feciſſet, in Quirinalibus facere tenebatur. Alex. *l.* 9. *c.* 12.

Quietis ædes extra vrbem locata. Nouar. *Sched.* *l.* 8. *c.* 29.

R

RAmi in adoratione, & ſupplicatione adhibiti. Nauar. Electa.

Rami ad nares applicati in idolorum cultu. Nouar. Electa.

Redeuntes è ſacris portiunculam domeſticis referebant. Rhodig. *l.* 12. *c.* 1.

Redeuntes ab oraculo coronati, à domeſticis genibus flexis excepti. Pontanus ex Euripide.

Referebant aliquid è templo domum pro bona valetudine. Pont. Att. bell.

Religio fuit in nominis electione. Pont. Attica bell.

Regem ſacrorum Virgines Veſtales adibant certa die dicentes, Vigilaſne Rex. Roſin.

Regi ſacrorum feriis videre opus non licebar, nec magiſtratum gerere, nec orationem ad populum habere. Roſin. Hic Romæ inſtitutus poſt Reges exactos. Roſin.

Regem ſacrorum, ſicut Pontificem iterato nubere nefas. Marc. Don.

Rem diuinam facturi manus lauabant. Nouar. Electa.

Rex ſacrorum perpetuus non annuus erat, ſub Pont. Max. immunis ab omni belli tumultu. Alex. *l.* 3. *c.* 17.

Regis ſacrorum munus dies faſtos prædicere, & nefaſtos, ſacra procurare, & quæ ſacrificio vſui eſſent miniſtrare, ferias indicere; quid faciendum, quid cauendum prædicere. Alex. *l.* 3. *c.* 17.

Rotæ in templis volutæ apud Ægyptios. Rotatio in templis. Rotæ in carceribus. Nouar. Electa.

Ruminales hoſtiæ niſi bidentes ſiant, impuræ ſunt. Alex. *l.* 3. *c.* 1x.

S

SAbina herba in Dedicationibus ſemper adhibita. Alex. *l.* 6. *c.* 14.

Sacci vſus in magnis calamitatibus. Item in aliorum infirmitatibus. In ſaccis gentiles ſuos Deos adorabant. In diuitum funere, ſeruic, an illæ ſacco induti. Nouar. *Sched.*

Sacella priuata in ædibus habere vetitum. Pont. Att. bell.

Sacella olim ruri in ſuis agris. Pont. Attic. bell. nulla euertebant veteres. Brod. *l.* 5. *miſc.* 29.

Sacerdotes vota concipiebant pro ſalute Principis, quæ deſignabantur. Sacerdotes duo in eodem collegio ex eadem gente eſſe non poterant. Roſin. Sacerdotes non fiebant antequam virilem togam ſumerent. Roſin. Sacerdotes immunes à militia, & ab vrbanis negociis. Roſin. Sacerdotes omnium vetuſtiſſimi Luperci. Roſin. Sacerdotes ſuos ſingulæ curiæ habebant. Roſin. Sacerdotes cuique Deo aſſignati dicti Flamines. Marc. Don. Sacerdotes Ægyptij totum corpus radebant, depilabantque religionis gratia. Marc. Don. Sacerdotes primum, deinde equites in funere circumibant. Nou. El.

Sacerdotum circumitio in mari. Nou. Elect.

Sacerdotij cuiuſque candidatos inauguratos eſſe oportebat. Roſin.

Sacerdotes in Sacris coronati. Lipſij Excur. Hi non poterant eſſe mutilati.

Sacerdotum manus oſculo excipi ſolitæ. Muretus. *l.* 13. *c.* 9.

Sacerdotes apud Ægyptios è Philoſophis, è Sacerdotibus Reges legebantur. Ficinus in Triſmegiſtum.

Sacerdotes ante ſacrum ſe expiabant per ablutiones, aut aſperſiones: à Venere, & à cibis quibuſdam ſe abſtinebant. Gyral. *Synt.* 17. Alex. *l.* 2. *c.* 17.

Sacerdotes ſi videbant aliquem opus facientem inter myſteria, polluebantur ſacra. Gyral. *Synt.* 17.

Sacerdotes apud Græcos ſacra facturi interrogabant? Quis hic, Reſpondebant qui intererant, Multi boni.

Sacerdos infulatus, coronatus, pura veſte indutus ſacrificans aras tenebat, mane ad orientem verſus. Idem, *ibidem.*

Sacerdotum genua amplexabantur ſacrificaturi. Parei Electa.

Sacerdotibus Ægyptiis carnium, & piſcium eſus interdictus. Pont. Attica bell.

Sacerdotes Ægyptij ſalem, & vinum fugiebant. Pont. Attic. bell.

Sacerdotes, aut mulieres initiaturæ, per nouem dies, noctesque ab omni libidine abſtinebant. Mythol. *l.* 5.

Sacra facientes Romani lacinia togæ, ſiue prætextæ caput velabát. Caſaub. *ad Spart.*

Sacra Ægyptia ante Auguſtum nondum Romæ accepta. Marc. Don

Sacris non interſunt apud Germanos qui ſcutum in acie amiſiſſent, apud Ægyptios ſubulci, apud Romanos polluti, & mulieres capite non velato, item homines, rem diuinam facientes velati. Alex. *l.* 4. *c.* 17.

Sacra omnia cum farre toſto. i. ſalſa mola, thure, vino, hoſtia. Rader. *ad Mart. l.* 7.

Sacra circumitio velox, & ſæpe cum curſu. Nouar. Electa.

Sacræ circumitioni præmiſſa ablutio. Nouar. Electa.

Sacra Diis facientes antiqui caput velabant. Brod. *l.* 5. *miſcell.* 8.

Sacra à veteribus peracta vaſe fictili. Iun. *animad.* *l.* 2. *c.* 9.

Sacra tantummodo inanimata. Manut. *l.* 2. *quæſt.* 10.

Sacra

Sacra facturus boni ominis gratia præfabatur *εὐφημεῖτε, linguis fauete*. Pont.

Sacra facta Plutoni, Diiſque inferis noctu. Turn. *l.* 28. *c.* 44.

Sacra facta ante egreſſionem exercitus. Item ante bellum, & prælium. Veget.

Sacra abſtemia Mnemoſynæ, Muſis, Nymph. Pont Att. Bell.

Sacra ad attrectanda lotæ prius manus. Pont. Att. bell.

Sacrum fiebat pro ſalute Populi Romani in domo Cæſaris quotannis. Muretus, *lib.* 17. *cap.* 11.

Sacrum Saturno fiebat capite aperto, aliis tecto. Dempſt.

Sacrum inchoatum Interrumpere piaculum erat. Gyraldus, *Syntagmate decimo ſeptimo.*

Sacrum facientes vni cuipiam Deo, omnibus ſimul vota faciebant dicentes, *Vna cum templis, & aris.* Plut. *in Sympoſ.* Manut. *Adag.*

Sacris peractis, Ilicet, acclamatum populus miſſus. Gyral. *Synt* 17.

Sacris initiandi Iſidis decem dies carnibus, & vino abſtinebant, Gyraldus, *Syntagmat.* 17.

Sacro loco omnia erant pura, & Diis ſacra.

Sacris Eleuſiniis participandi ius olim Reſpublica Athenienſis præſtantibus viris, & de ſe benè meritis conceſſit. Spartanus Caſaubon.

Sacris in omnibus, aut bona verba dicenda, aut tacendum. Brodæus, *libro ſeptimo, capite* 19.

Sacros codices contrectaturi, manus prius lauabant. Parei Elect.

Sacrorum in renouatione ſimulacra commouebantur. Parei Elect.

Sacris in quibuſdam à lictore ita proclamabatur, *Hoſtis, vinctus, mulier, Virgo exeſto.* Et mulieres in ſacro Herculano. At in ſacris publicis proclamabatur, *Fauete linguis.* Briſſon. *Form.*

Sacramentum dicturi, & precaturi aras tangebant. Parei Elect.

Sacramento amiſſa pecunia expendebatur in rebus diuinis, ſacriſque. Pithœus, 1, *Subſeciu.* 18.

Sacrificantes manu aram tenebant. Gualter. *ad Hor.* Pro fugibus, eſu carnium, & Venere abſtinebant. Alex.

Sacrificiis ne quid in precatione intermitteretur formulæ, de ſcripto aliquem præire oportebat. Roſin.

Sacrificiis peractis veteres ad epulas ibant, laudes Diis canebant, pedibus circum aras complodentes, ad numeros pſallebant, choreas agebant. Roſin.

Sacrificantes ad dexteram verti ſolebant. Dempſterus.

Sacrificia extraordinaria Romæ ſub terra in foro Boario, vbi Gallus & Galla; Græcus & Græca viui defoſſi. Brodæus, 5. *Miſcellan.* 29.

Sacrificia fiebant à regibus antequam irent ad bellum. Hartung a.

Sacrificij partes quatuor; Libare Diis, immolare, reddere, litare; demum facibus ex tedæ ligno per mares, ignis ſuper aram accendebatur: nullum enim ſacrum ſine igne. Alexander, *libro quarto, capite* 17.

Sacrificiorum aliæ hoſtiæ primo cæſæ dictæ præcidaneæ: aliæ ſecundo loco, ſuccidaneæ. Parei Elect.

Sacrificaturi petebant aquam, ignem, cultrum, veru, ollam extarem, aliaque vaſcula. Parei Elect.

Sacrificia *Propter viam* dicta, in quibus quod ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumebatur. Idem Parei Elect.

Sacrificio peracto conuiuium de reliquiis extorum, & libationum inſtituebant. Idem Pareus Elect.

Sacrificantes ſummo Ioui, & exta in manibus tenentes dicebantur, *Porricere, & Diis offerre.* Parei Elect.

Sacrificiorum in ſumptum vnicuique Deo aliquot iugera aſſignabantur, è quorum locatione illi ſumptus facti, neque enim à religione, ſed è locatione rem diuinam faciebant. Suid. 168.

Sacrificiis inepta animalia colura, ſine cauda, aut mutila Suid 496.

Sacrificantes dicebant. *Quis hic?* qui aderant dicebant. *Multique bonique*, vt conſcij ſceleris à ſacro abirent. Suid. 931. Ad epulas amicos conuocabant conuiuatum. Acidal. *in Plaut.*

Salue æternum, in fine ſacrorum dictum. Gyral. *Synt.* 17.

Saltabant Athenienſes ſuper vtres in honorem Bacchi. Elect Nouar.

Sal rufum oblatum Veſtæ in ſacrificio. Dempſterus.

Salutem Romani religioſè coluere. Roſinus.

Saliare carmen primus compoſuit Numa, Saliosque duodecim ex patriciis, qui Marti ſacrificarent. Roſin.

Saturno, Honori, Opi operabantur capite aperto, alus Diis operto. Alexander, *lib.* 2. *cap.* 22.

Saturnum primi Pelaſgi victimis humanis placarunt. Roſin.

Saxum quadratum colebant Arabes. Ioannes Seldenus.

Scrobiculum Inferis, ara terreſtribus, focus cœleſtibus extructus. Gyraldus, *Syntagmat. decimo ſeptimo.*

Seceſpita vſi Flamines, Flaminicæ, & Pontifices ad ſacrificia. Roſin.

Sæculare carmen cantatum exacto ſæculo, à pueris & puellis patrimis, & matrimis; illis Apollinem, his Dianam alternis laudantibus, quòd ea numina annum, & menſes regerent, valetudinem, & vbertatem; quandoque viris ab Apolline interfectis, mulieribus à Diana, Turnebus, *Aduerſ. libro decimo ſeptimo, capite* 5.

Sedebant adoraturi, deſcriptam orationem anulo ſignabant, affigebant genibus, vel femori Deorum. Tertull.

Sedere iuxta ſacros libros Iudæis non licebat. Nouar. Elect.

Serui coronati templa circumibant. Nouar. Elect.

Setæ inter cornua victimarum manibus vulſæ, & ignibus impoſitæ tanquam prima libamina. Gyral. *Synt.* 17.

Sibyllarum vaticinia ſemper arcana, nec profanis communicata.

Sibyllina oracula Romani diligentius ſeruarunt, quam vlla alia ſacra. Roſin.

Sibyllini libri in arca lapidea ſeruati in ſacello Iunonis, quod erat in templo Iouis Capitolini ad bellum vſque Marſicum. Roſin.

Sigillaria, dies adiecti Saturnalibus, cum vendebantur ſimulacra, quæ quiſque pro ſuis capitibus in ſacellum Ditis deferebant. Alex. 3. c. 4.

Silentium in ſacris indictum hac formula. *Fauete linguis*; *Hoc agite*, & hoc ſilentium in omnibus ſacris ſeruatum. Muretus, *libro decimo quinto*, *cap.* 17. Gualt. *in Hor.*

Siluano porcum cum lacte immolabant, huiuſque ſacro mulieribus intereſſe non licitum. Dempſterus, *libro ſecundo*, *capite vigeſimo.*

Simulacra omnium Deorum, Dearumque culta in Capitolio. Dempſt.

Simulacrum Mercurij in veſtibulis priuatarum ædium apud Athenienſes. Dempſterus.

Simulacris Deorum caruerunt Romani annis 170. Rhodig. *l.* 12. *c.* 1.

Simulacrum Mineruæ Argiuæ mulieres ſtato die ad fluuium Inachum portant, ibique lauant. Hartung. 2. *Rituum.*

Simulacra non è quolibet ligno facta; ſed felici. Brodæus 3. *Miſcell.* 13.

Simulacra olim ſolita vnguento & oleo perfundi, cera etiam illita. Turnebus, *lib.* 1. *cap.* 17. *l.* 30. *c.* 19.

Simulacra aliquot Deorum veteres in portis vrbium ſtatuebant; quæ qui vrbes inibant aut inde exibant, ritu quodam religioſo, tacta dextra manu, ſalutare ſolebant, manumque ad oſculum referebant. Turnebus, *Aduerſ. libro decimo octauo*, *cap.* 5. *lib* 15. *cap.* 1.

Simulacra Deorum cum vinculis. Gyrald. *Synt.* 1. Ne ab hoſtibus euocarentur carmine. Alex. *l.* 4. *c.* 12.

Simulacra Deorum lignea, & fictilia in delubris dicata permanſere vſque ad Aſiam deuictam. Plin. *l.* 34.

Simulacra Deorum minio oblinebantur, vt olim triumphantes. Manutius, *Adagiis.*

Simulacra Deorum patronorum iuxta portas vrbium, & pro valuis. Pont. Attica bell.

Simulacra Deorum lignea olim, & fictilia in Italia vſque ad deuictam Aſiam, lignea verò ex cedro plerumque vt diuturniora in delubris dicata. Eadem ex vno ligno, vel lapide. Plin. *l.* 12. *c.* 28.

Simulacrum Cereris primùm Romæ factum ex ære ex peculio Sp. Caſſij. Idem *ibid.*

Simulacrorum cultores vngues ſibi excreſcere ſinebant. Idem *ibid.*

Simulacrum Saturni toto anno vinctum tenebant laneo vinculo, exſoluebatur feſtis Saturnal. Idem *l.* 4.

Sol anniuerſariis ſacris quotannis cultus. Nouar. *Sched. l.* 11. *c.* 27.

Sol in oriente ſpecie leonis, nomine Mithræ cultus. Dempſt. *l.* 2. *c.* 8.

Somnia captantes in delubris, parte templi, præmiſſo ſacrificio incubabant pellibus hoſtiarum arietinarum. Dempſterus, *libro quinto.*

Stantes orabant Iudæi ſacrificantes, & pſalmos canentes, at genuflexi pœnitentes, & ſupplicantes. Corn. à Lap. *in Matth.* 7.

Stantes adorabant, at parentantes ſedebant ethnici. Dempſt.

Statua erecta Termino Deo, lapide quadrato. Dempſt.

Statuæ Deorum candidis veſtibus indutæ. Dempſt. Eædem longò tempore duraturæ Diis dicatæ. Alexander, *libro tertio*, *capite* 22.

Statua Apollinis quatuor prædita manibus, quatuorque auribus. Nouarin. *Sched. l.* 12. *capite* 19.

Stola induti Macedones ſupplicabant. Iun. *Animad.* 2. *c.* 15.

Stemmatis, id eſt, ramis lana circumuolutis ſimulacra Deorum olim intecta. Naunius, *l.* 7. *c.* 16.

Subulcum Ægyptium templum ingredi nefas. Herodotus.

Suem inſani ſacrificabant. Gyraldus, *Syntagm.* 17.

Sus immolata Lunæ, Libero apud Ægyptios. Gyral. *Synt.* 17.

Sulphur, aqua, bitumen, & huiuſmodi olim in purificationibus. Gyral. *Synt.* 17.

Sulphure, tædis, ouis luſtrationes factæ, item porcellis mactatis ad cædem expiandam. Mythol. *l.* 1. *c.* 14.

Supplicationes in morbis à Senatu inſtitutæ. Nouar. *Sched.* Xiph. l.

Supplices apud Larem ſedebant taciti. Virgilius.

Supplicantes; caput, dextram, genua, mentum barbam tangebant. Rhodiginus, *lib.* 15. *capite* 17.

Supplicaturis in manu corolla ex oliua, & lauro. Hartung. 1. *Dec.*

Supplicabant ſtatuis principum vino, & thure. Caſell. *l.* 2. *c.* 16.

Supplicantes Perſæ ſumpto igne flumen ingrediebantur, minantes, ſe ignem aquæ immiſſurum, niſi voti fierent compotes. Iun. *l.* 2. *c.* 11.

Supplicantes Aſſyrij incuruabant membra humum pene vultu contingentes, manibus poſt terga reuinctis. Iouius, *libro* 2. *capite* 11.

Supplicantes Scythæ ſedebant, extento humi corio bubulo, reiectis in dorſum manibus. Suid. *ex Iunio.*

Supplicantes Iudæi ſubiiciebant manum femori eius cui ſupplicabant. Iunius.

Supplicantes Græci oleaginas virgas lana circumdatas candida geſtabant. Iunius, Muretus.

Supplicabant Macedones ſola tunica induti. Iunius.

Supplicabant Græci mentum, & genua tenentes eius cui ſupplicabant. Iun. Alexan. *lib.5.cap.19.*

Supplicaturi manibus præferebant corollam, vel oleaginam, vel lauream, ſeu oleæ ramum. Pont.

Supplicantes non ſolum limina oſculabantur ſed etiam poſtibus caput allidebant, & ad ſacram aram, ſeu ſedem Dei placandi ſupplices non incedebant, ſed repebant. Pont. ex Tibullo.

Supplicantes non ſolum limina oſculabantur ſed etiam poſtibus caput allidebant.

Supplicantes ad iram Deorum auertendam procumbebant ante Ædem, limina oſculabantur, poſti caput allidebant, per templum ad ſacram aram Dei, quem placare volebant ſupplices repebant, non incedebant. Matronæ verò ſuis crinibus ſolum templi ſtratæ verrebant. Turnebus, *lib.19. capite 30.*

Supplicabant ad omnia lectiſternia, ſeu omnia templa in rebus periculoſis, propterea quod in templis Dij in lectulis, & puluinaribus cum ſuis Deabus collocati ferè erant maiorem anni partem; Iupiter cum Iunone, Laria cum Saturno, Hora cum Quirino, Maia cum Vulcano, Salacia ſiue Tethys cum Neptuno. Turnebus, *lib.30. capite 32.*

Supplicantes orabant manibus velatis, attrectabant aliquando genua: per Deos, per ſacra, per liberos, per res chariſſimas, per ipſam Precem Iouis filiam. Parei Elect.

Supplicandi modus triplex: apprehendere, mentum, dextram, genu. Pontius, Attica bell.

Supplicationes factæ cum ſolemni precatione vrbe tota, circa omnia delubra, & puluinaria, in prodigiis, & oſtentis cœleſtibus lectiſternia ſtrata tribus lectis Ioui, Vulcano, & Mineruæ, qui ictus fulminum poſſidebant, coronati omnes pacem Deûm expoſcebant. Alex. *l.5.c.17.*

Supplicationes factæ ob res feliciter geſtas per omnia templa, & fana, gratiæ actæ fauſtis precationibus, ad templa conueniebatur. Delubra patebant, aræ ſacrificiis fumabant, thura adolebantur, à iurgiis, & litibus abſtinebatur, vinctiſque vincula adimebantur. Idem.

Supplicationes nullæ decretæ ducibus præſentibus ob res in bello feliciter geſtas, Idem.

Supplicabatur à matronis, quibus viri eſſent, Iunoni primum in Capitolio, deinde in mari proximo, vnde hauſta aqua templum, & ſimulachrum inſpergebatur. Idem *ibidem.*

T.

TAbellæ votiuæ ſuffixæ columnis, parietibus, & tholis templorum. Dempſterus.

Taciturnitas in Deorum ſacris. Ideo dictum; linguis animiſque fauete, & apud Græcos cuſtos datus, qui ſacra inſpiceret, & qui ſilentium indiceret: interrogabat τίς τῇδε; *quis hic?* qui interetant reſerebant πολλοὶ κἀγαθοί, *multi & boni*, vt polluti, & profani arcerentur. Alexander, *libro quarto, capite 17.*

Ioſeph. Laurentij Polymathia.

Tæniæ olim adoratæ in veternoſis arboribus. Arnob *lib.1.*

Tauri furui immolati Neptuno. Gyrald. *Synt.5.*

Tauri explorati farina appoſita, captæ ciceribus, & aqua frigida ante immolationem apud Græcos. Magius *libro primo, capite tertio.* Alexander, *libro tertio, capite 12.*

Tellurem inuocantes manibus terram tangebant, Iouem, ſublatis in cœlum manibus, precabantur. Alexander, *libro 3. capite 10.*

Telluri prius immolatum, quàm cuiquam Deo. Suid. 502.

Tempeſtati ſeu hyemi nigram pecudem ſeu agnam mactabant. Turnebus, *lib 4. cap.22. & lib.14. cap.4.*

Tempeſtatibus, & fluctibus Neptuniis ſeruati, ignem indebant in aram, odoreque Arabico fumigabant. Parei Elect.

Templum primum Romæ ædificatum dicatumque Ioui Feretrio Roſin.

Templum Iani pacis tempore clauſum, belli verò apertum. Roſin.

Templa emaculatis veſtibus candidati ſubibant Nouar Elect.

Templa ingredi ablutis manibus, & candidis veſtibus quarundam Eccleſiarum mos. Nouar. Elect.

Templis Deorum res illæ ſacratæ, quæ ſibi vel vſui, vel ornamento fuiſſent. Cerda *ad 6. Virg.*

Templa, aræ cœleſtibus excitatæ, Foci terreſtribus, & heroibus. Subterraneis foſſæ. Mundo, & nymphis antra. Rhodiginus, *lib.12. cap.1.*

Templum priuatum cuique ex ſuis, quem vellet, cique dicare noua nupta poterat. Nannius, *libro ſeptimo, capite decimo ſexto.*

Templa ingredientes luſtrali aqua aſperſi. Magius, *l.4. c.10.*

Templorum ſtatoæ & ingreſſus orientem ſpectabant, adeuntes in occaſum conuerſi rem diuinam peragebant. Rhodig. *lib.15 cap.1.*

Templa ſubdialia, ſolis parietum lateribus contenta Romæ Ioui, Fulgori, Cœlo, Soli, Lunæ, Pollerus, *Fori Romani, libro primo, capite ſecundo.*

Templa Deorum, quæ magno honore colebant, præſertimque diebus feſtis ornabant. Item, poſtea laneis vittis nouæ nuptæ ornabant, antequam ingrederentur, frondibus verò & luceruis, feſtis. Turnebus, *Aduerſ. libro vigeſimo ſecundo, cap.18.*

Templa olim diuiſa in tres partes, in Cellam Dei, quam hodie chorum dicimus, qui in medio eſt templi, in partem anteriorem, quæ dicitur Prodomus, & poſteriorem, Opiſthodomus. *Aduerſ. lib. 22. capite 17.*

Templa non ſolum diebus feſtis & lætis, ornata ramis, & vittis velata, ſed & in magna lætitia familiaribuſque ſacris & nuptiis ſuo poſtes etiam vmbrabant, & velabant infulis, item lucernas addebant. Turnebus, *Adu l.* 25.*c.*4.

Templum Cabiorum in Ægypto nemini ingredi permiſſum excepto ſacerdote. Gyral. *Syntagm.*1.

Templum Veſtæ non fuit augurio conſecratum, ne illuc conueniret Senatus, vbi Virgines erant, nec Senatus haberi poterat in loco non augurato. Dempſterus, *libro primo.*

Templa tria in Capitolio, Iouis, Mineruæ, & Iunonis. Dempſt. *l.*1.*c.*5.

Templa ad orientem vergebant. Gyrald. *Syntagm.*17.

Templa in Italia primus ſtatuit Ianus, ſiue Faunus. Gyral. *Syn.*16.

Templis, & ædibus ſacris pecunia commendata.

Templa ædificata Ioui, Marti, Herculi ſtructura Dorica: Baccho, Apollini, Dianæ Ionica; Veſtæ Corinthiaca. Natal. Com. *Myth.l.*1.*c.*10.

Templa tranſituri, ne in Deos receptum Heroëm alio nomine, quam quod impoſitum eſt in apotheoſi, compellantes offenderent, taciti ſilenteſque precabantur. Nannius, *Miſcellan. libro quarto.* Dempſt. *libro tertio.*

Templa Perſæ non habent nec imagines Deorum, ſacra facientes in loco puro, & excelſo tum precationes; Diis victimas immolantes. Alex *l.*4 *c.*17.

Termino Deo frugibus in ignem iactis, fauis, vino, & agno litatum. Mythol. *libro* 1. *capite* 17.

Terminus Deus, & Iuuentas noluerunt cedere in inauguratione omnium Deorum in Capitolio. Roſinus. Qui terminum moueret, Numa eius boues ſacros eſſe iubebat. Turn. *l.*19.*c.*7.

Termino Deo ex Numæ præſcripto animatum nullum immolatum. Roſin. Poſtea cæſa hoſtia, vt aliis Diis.

Termini Dei tectum templi perforatum. Gyral. *Syn.*7. Ideo illi ſub dio litatum. Alex. *lib.*2. *cap.*22.

Termini lapidei Deo Termino dicati, & à vicinis ſertis coronati, & vncti. Magius, *l.* 3. *capite* 7.

Terniones apud Inferos honorati, Hecatæ ſacri, ideo Triglia piſcis ſacrificatus, & eius ſimulacrum in triuiis poſitum. Manutius, *Adag.*

Ternarius numerus in rebus diuinis vſurpatus, vt qui Diis gratus. Turnebus, *lib.*27. *capite* 25.

Ter hoſtia circum fruges circumdata. Nouar. Elect.

Terra tremente, ſupplicationes Neptuno factæ. Dempſt.

Terræmotus ceſſationem volentes; Neptuno ſacrificabant. Rhod. *l.*30 *c.*27.

Terram tangentes, in his quæ ad Deos Inferos ſpectabant, venerabantur. Parei Elect.

Terram tangere erat quoddam genus adorationis. Turn. *Adu l.*16.*c.*10.

Terræ motus in expiatione, nomen Dei cui ſacrum fiebat, ſupprimebatur. Alexander, *lib* 6.*cap.*27.

Theſmophoriis in ſacris matronæ Athenienſes, vt Veneris ſenſum cohiberent, foliis vitilium cubilia ſubſternebant. Alexander, *lib.*4.*cap.*17.

Themis concilium Deorum vocabat, Deos & homines iudicabat: Dice verò tantum homines. Gyral. *Synt.*15.

Thus adolere volentes, duobus primoribus digitis in aræ flammam iniiciebant. Turn. *l.*19.*c.*21. Bud. *Miſc.*5.*c.*8.

Thus aut vinum ſuper victimam effundentes dicebant, Mactus eſto taurus thure, & vino. Gyral. *Synt.*17.

Thure non vſi antiqui in ſacris ante Numæ tempora. Arnob. *l.*7.

Thuris crepitus, motus, fumi agitatio & flexus ab aruſpice obſeruatus. Gyrald. *Syntagm.*17.

Thuribula, aræ, Elephanti hedera coronati in Bacchi pompa. Item malus, nauis, & ſcalmi. Nouar Elect.

Thuris acerrus, aut acerrâ plenâ diuites focis ingerebant, pauperiores verò grana duntaxat aliquot, & micas ſummis digitis iniiciebant. Briſſon. *Form.*

Thure, ac vino ſuper victimam fuſis dicebant, Mactus eſto taurus hoc thure, ac vino.

Thuris odor, fumus vſtulatorum animalium, nidor vini in ignem coniecti ad Deos ſuperos pertinebant: at Neptuno taurus mactatus, ſanguis in crateres collectus, atque victimæ; non ſecuri percuſſæ, vt ſuperis, ſed cultro iugulatæ. Mythol. *l.*2 *c.*11.

Tibia vſi antiqui in menſa & ſacris ante lyram inuentam. Gualt. *ad Hor.*

Tibiæ olim in ſacris adhibitæ: Præcentoriæ, quibus ad puluinaria præcinebatur: Thurariæ, quæ & Lydiæ dictæ, cum thus in aram indebant: Spondaicæ, cum libationes fiebant. Turnebus; *libro ſeptimo, capite vigeſimo.*

Tibicinem canere oportebat in ſacrificiis, ne quid infauſti exaudiretur. Roſin.

Tibicines erant miniſtri ſacerdotum, ſeu ſacrorum; item, ludorum ſolemnium: in templis vero nullæ tibiæ niſi ex buxo; dextræ, vnum foramen; ſiniſtræ, duo habebant. Magius, *lib.*1.*cap.*13. Dempſterus, *lib* 3.*cap.*31.

Triumphales viri in triumphi ornatu, lotis manibus, fronde coronati, nudis pedibus & tonſa coma; ad rem diuinam accedebant, ex Pythagoræ inſtituto, qui nudis pedibus, adolendum litandumque putauit. Alex.4.

Tutelarium Deorum effigies in prora, & puppi nauium, in loco edito, locatæ. Muretus, *lib* 10.*cap* 9.

Tutanus Deus, qui tutabatur omnes qui laborabant, ideoque cultus, quòd noctu fugaſſet Annibalis exercitum. Turn. *l* 19 *c.*17.

Tutulus erat pileus, quo ſacerdotes ſacrificantes caput tegebant. Turn. *Adu. ibid.*

Vacuna Dea otioſorum. Roſin.

Vaſa ſacrorum vt plurimum erant literis

effigieque

effigieque Dei, Deæqne inſcripta, cui res diuina fiebat. Parei Elect.

Vaſa fictilia olim in ſacris, aut lignea; quæ deinde in ſolemnibus ceremoniis & cultu Deorum remanſerunt. Brodæus, *libro 5, capite 19.*

Vaticanus Deus vagitibus puerorum præerat, Roſin.

Velabant caput tunicæ, aut togæ parte Flamines, Fœciales, Augures, Imperatores pro Republica ſe deuoturi: Tribuni plebis conſecraturi bona alicuius damnati. Ver ſacrum facturi: Item, in nuptiis noua nupta. Sebeg. *Præmeſſ.*

Velabant capita Diis ſacrificantes. Briſſon. *Form.*

Velaminibus & pannis ſimulacra induta. Io à Vou *ad Petronium.*

Vellus aureum in templo Martis à dracone cuſtoditum.

Venatores in Aricinum lucum, vbi Diana culta, faces ſpicatas accenſas ferebant, & canes ſuos morbo, aut ſcabie affectos infulis velatos Diis ſiſtebant, omneque inſtrumentum venatorium ante eam ponebant. Turn. *l.7.c.26.*

Venatio interdicta ſacerdotibus etiam Ethnicis. Nouar. *Sched.l.11.c.2.*

Venti Deorum nuncij vota hominum, preceſque ad eos ferentes. Dempſterus, *ad Roſin.*

Veneri pupæ donatæ à puellis.

Veneris qui ſacris initiabatur, donabatur ſalis pugillo, numuſque ab eo oblatus. Nou. *Sched.l.4.c.12.*

Venerem viri colentes muliebri habitu induebantur, eiuſque effigies in auro ſculpta, & Imago in foro poſita. Nouarini *Sched. lib.4.cap.12.*

Ve nus culta ab iis fœminis, quæ fuerant fornicatæ. Idem, *ibid.*

Veneri, & Lunæ homines muliebri veſte, mulieres virili indutæ faciebant. Gyrald. *Syntagm.12.*

Veneris aëreæ templum mulieres nec videre, nec adire fas fuit. Gyrald. *Syntagm.13.*

Veneri litabat amãtes & lenones, in cuius gratiam totam noctem peruigilabant, cuius feſtum Aphtodiſia dicta. Parei Elect.

Veneris ſacrum cum floribus, & myrto. Dempſt.

Veneri, & Lunæ in Attide viri veſte muliebri, muliere veſte virili ſacra faciebant. Macr. *Sat.l.3 c.8.*

Venere heſterna polluti à ſacris arcebantur, item illoti aqua pura è viuo fonte. Briſſon. *Form.*

Veneri genitrici ante pugnam I. Cæſar ſacrificauit. Roſin.

Venus in anulo ſculpta. Nouar. Elect.

Ventis vota perſoluta. Alex. *lib.3.cap.22.* Item, aræ extructæ.

Veneficæ ſacra cum faciebant magica, inferis herbas ſua quadam ſpuma, & ſaliua inficiebant, ad Lunæ plenæ lumen lectas falce ahena, ſine calceis, capillo paſſo in ſcrobe. Turn. *lib.6.cap.10.*

Veneficæ in triuiis Hecate noctu ſacra facere ſolebant cum vlulatu, in locis etiam ſolis: tum autem Dea ad ſua ſacra aduentabat, aut precibus euocata erat, terra tremere videbatur, audiebantur canes latrantes, tædarum fulgor cernebatur. Turnebus, *Adu.l.15 c.8.*

Joſeph. Laurentij Polymath.

Verbena, lauro, ſulfure, nonnunquam ouo, igne, ſeu tædis, piaculo polluti expiabantur. Alexander, *libro ſexto, capite vigeſimo ſeptimo.*

Vertumnus ab olitoribus cultus, & ab eis ipſi libata hortotum munera. Turnebus, *lib.23. capite 6.*

Vertumnus Deus rerum contrahendarum, & permutandarum. Roſin.

Verbenæ aris Apollinis imponi ſolitæ Scaliger *Poët.* Hederæ aris Liberi patris. Dempſterus, *lib.2.*

Veſtæ ſacrificabant mulieres, & In penetralibus ignis perpetuus, focus fictilis ſuſpenſus, aſſeruatus à Veſtalibus. Arnobius, Dempſt.

Veſtales Virgines, ſacerdores alios dignitate, & auctoritate præſtabant, crinem detondebant. Iun.4.

Veſtales inceſtæ defodiebantur cum alimento. Pont. Att bell.

Veſtales Virgines per decades certis muneribus deſtinatæ, decem diſcentes, decem miniſtrantes, decem docentes. Dempſterus.

Veſtales detonſæ more noſtro, ſicuti & Flamines Diales. Gyral *Synt 4.*

Veſtales à Pontifice Maximo eligebantur ad ignem Veſtæ cum perpetua virginitate cuſtodiendum. Roſin.

Veſtales per triginta annos virginitatem ſeruabant, deinde nubebant. Dempſterus, *lib 2 cap.16.*

Veſtalium violatores in foro ſub furca flagris prius cæſi, necabantur. Mac. Don.

Veſta in veſtibulo ædium priuatarum, Athenis Mercurius. Dempſt.

Veſtæ è templo nefas quemquam extrahi ſupplicem, & ne eo quidem ingrodi licebat, præterquam Pontifici, & Veſtalibus: ſupplices vero ad Veſtam aſſidebant priuatam, & focum, quod religioſum ſupplicandi genus. Turn. *Adu.l.21.c.6.*

Veſtæ effigies nulla, aut ſimulachrum. Alex. *lib 5.cap.12.*

Veſtales virgines carpentis vectæ in Capitolium. Pithœus, 1. *Subſec.5.* Nullæ lectæ deformitate inſignes Gell.

Veſtæ In ſacro ſal ruſum in vaſis fictilibus, mola ſalſa, & aqua ex flumine Numicio, & vinum adhibita. Dempſt. *l.2 c.16.*

Veſtales per Veſtam iurabant, ſingulis annis ſtata die Regem ſacrorum adibant, vt vigilaret, præmonentes. Alex *l.5.c.14.*

Veſte pura vſi in ſacrificiis. & purpurea, quæ maris vicem præbet ad piandum. Vou. *ad Petron.*

Veſtes lineæ ſacerdotibus Ægyptiis gratiſſimæ. Dempſt.

Veſte candida induti Athenienſes pro victoria ſacrificabant Dempſt. *l.4.*

Veſtimenta, quibus aliqui initiabantur, templis dicabantur. Rhodig. *l.16.c.9.*

Veſtiments pura ſacerdotum erant, non obſita, non fulgurita, non maculata. Feſt. Pomp.

Vere antiqui, re diuina peracta; Pali, Lari, Faunoque ſua pecora, priuſquam hybernis ducerent è ſtabulis, luſtrare ſolebant, & interdum præmium paſtoribus fiſtula certantibus proponere. Turnebus, *libro* 21. *capite* 3.

Veſica victimarum obturata, vinctaque lanâ in ignem iniiciebatur, ex cuius crepitu diuinabant de euentu. Hartung. *Rituum*, *capite* 8.

Veſtibula templi olim oſculabantur. Nouar. *Adag.*

Veſtibus candidis fideles Eccleſiam ingreſſuri inducbantur. Nouar. *Adag.*

Veſtes purpureæ cœleſtibus, atræ inferis, albæ Cereri ſacrificantium. Nat. Com. *Myth. lib.*1.*cap.*10.

Veſtis ſacerdotis pura, & candida in textili tela, non maioris operæ quam menſtruæ, aliquando purpurea, & aurea. Alexander, *lib.*4.*cap.*17.

Veſtis pura erat omni vinculo ſoluta, nullis maculis, nec ſqualore obſita, nec fulgurita. Idem *ibid.*

Vibilia Dea, quæ ab erroribus viarum liberabat Roſin.

Victimæ albæ ſuperis, nigræ inferis deputatæ. Roſin.

Victimas gratulationis cauſa in templo Iouis Capitolini mactabant. Roſin.

Victima maior erat hoſtia. Roſinus: auratis cornibus procedebat, minor verò coronata. Alex. *l.*3.*c.*12.

Victimæ coronatæ obſignatæ, cœlum ſpectabant, cum immolandæ. Nouarini Elect.

Victimis, antequam iugularentur, pili in vertice euuſi. Hartung. 2.

Victimæ erant animalia ſana, non mutila, non indecora. Magius *libro tertio*, *capite quarto.*

Victimæ meliores dictæ ſuccidaneæ, cum videlicet prima hoſtia non litabatur, aut effugerat. Turnebus, *libro decimo quarto*, *capite* 4.

Victimarum immolandarum è capite ſetæ ferro ſecabantur, vt fierent ſacræ, ita crinis abſcindebatur à Proſerpina è capite morientium, futurarum Orci victimarum, Idem *l.* 19 *c.* 17.

Victimæ fœminæ pluris, quàm mares. Gyral. *Syntagm.* 17.

Victimæ coronatæ, exploratæ an eximiæ, an integræ Gyral. *Synt.* 17.

Victimarius obliquum cultrum, ſeceſpitam, à fronte ad caudam victimæ ducebat, & ſe ad orientem vertebat. Gyraldus, *ibid.*

Victimæ ſi Diis cœleſtibus mactatæ, ſtatuebantur capite in cœlum verſo; ſi Inferis ad Inferos. Idem, Hæ ſi non litaſſent, maiores augebantur, & inſtaurabatur ſacrum. Alexand. *lib.* 4. *cap* 17.

Victimariis non niſi iuſſis victimas mactare licebat. Idem.

Victima cæſa, alij cruorem victimæ vaſe excipiebant, alij excoriabant, mox auſpex exta rimabatur, Idem.

Victimarum membra Diis dicata, capite, & ventre exceptis, lingua verò præconibus apud Græcos. Idem.

Victimarum partes datæ præſentibus, partes miſſæ abſentibus. Idem.

Victimæ cruor adhuc ſpirantis in ſacris inferûm in terram effoſſam fuſus, vinum, lac, mel ſuperinfuſum, viſceraque cæſæ victimæ ter circum aras ducebant, igne accenſo. Idem.

Victimas, re benè geſta, quas vouerant, perſoluebant. Parci Elect.

Victimæ piaculares aliena mala excipiebant, & in pœnam ſuccedebant. Parci Elect.

Victimarum, quas crematuri prorſus erant, corda ſeorſum pinguedine ſepta igni imponebant. Idem.

Victimarum armus Mercurio erat ſacer. Suidas, *l.* 503.

Victimæ prælato titulo duci ſolebant auratis cornibus.

Victimæ mutilæ arcebantur à ſacris.

Victimæ albæ beneficis, nigræ maleficis mactatæ. Mythol. *l.* 1. *c.* 11.

Victimæ obſignatæ ſigillo in quo ſculptus homo innixus genu, manibus retrorſum circumactis. Nouar. *Sched. libro quinto*, *capite* 19.

Victimæ oblatæ quod ſuperſtitem Imperatorem facerent. Idem, *l.* 18. *c.* 15.

Victimæ fictitiæ ex cera, & pane ſuppoſitæ pro veris cum deerant, aut difficiles inuentu. Alex. *l.* 3. *c.* 12.

Victimæ akiles, vt pinguiores viderentur, inciſa cute per arundinem ſpiritu inſufflatæ, mactabantur à tribulibus in publicis ſolemnitatibus. Caſaub *ad Athen l.* 5. *c.* 1.

Victimæ & donaria miſſa à Græcis ad alienas quoque ciuitates feſta agitantes. Idem *lib* 5. *cap.* 5.

Victimæ in caput mola ſalſa ſparſa, cui omnia mala Ægyptij deprecabantur. Salmaſ.

Victimæ animales mactatæ ob piaculum commiſſum, aut ſanitatem reſtitutam. Conſultiuæ conſultandi gratia, in quibus cæſis, hepatis, & fibrarum ſitus inſpiciebatur ab haruſpicibus, ad Deorum voluntatem indagandam. Mythol. *l.* 1. *c.* 17.

Victoriæ ſimulachrum in templis, in domibus priuatis, in Circo, in Senatu, & in caſtris. Dempſt. *l.* 8. *c.* 10.

Victoria inter Deos Penates relata, & numerata. Dempſt.

Vino, & frugibus non prius libatis, veſci vetitum. Gyral. *Syntagm.* 17. Alexander, *lib.* 6. *capite* 8.

Vinum nouum Baccho dare fas, primitias frugum Cereri, quæ prius à ſacerdotibus libata, quàm ab aliis guſtata. Gyrald. *Syntagm.* 17.

Vino non ſacrificabatur, ſed aqua melle diluta, Auroræ, Soli, Lunæ, Vraniæ, Nymphis. Item Floræ, ſeu Bonæ Deæ, Veſtæque. Idem Alexander, *libro tertio*, *capite duodecimo.*

Vina non libata in ſacris in Græca, & imputata vitæ, fulmine tacta, immunditie polluta, vulneratis

Vulneratis pedibus calcatâ, iuxta quam homo laqueo pependerat, quæque circumciſis vinaceis profluxerat. Idem *ibid.*

Vinum antequam funderet Sacerdos, prius ſimpullo iigoeo propinabat. Idem, *ibid.*

Vinum libantes hac formulâ vſi, Mactus hoc vino infetio eſto. Idem, *ibid.*

Vinum ſacrificulus ſimpullo circumferebat ante ſacrum libandum, tum ſetas inter cornua victimæ manu auellebat, ac tanquam prima libamina in ignem coniiciebat. Idem.

Vina fundebant in ſacris ſuperum, inuergebant io Inferum. Idem, *ibid.* Gyral *ſynt.* 17.

Vinum miſtum Mercurio ſoli libatum, quod & viuentibus & mortuis præſit. Suidas 516.

Vini aut aliis deliciis antiqui non indulgebant, niſi religionis gratiâ. Suid. 576.

Vinom purum thuri additum in ſacris, ſpurcum reiectum, vt aquâ dilutum, defrutum, ant igne tactum, muſtúmque antequam deferueſceret: ex imputatâ vite, vulneratis pedibus calcatum, & quod circumciſis vinaceis defluxerit. Item Græcum, quia aquam habet. Plin. *l.* 14. *c.* 19. Briſſon. *For.*

Vinum omnium Deorum ſacris erat accommodatum; at non Cereris. Mythol. *l.* 1. *c.* 11.

Viocula ſtatuis Saturni ab antiquis impoſita, & iu feſto ipſius ſoluta. Dempſt.

Vindemiis peractis à muſti maturitate vltimâ, ſolemni die Atheniecoſes libabant Ioui, viniqne vſum ſalutarem omnibus precabantur. Maſcard. proluſ.

Vino non libatum apud Græcos Mnemoſyoæ, Auroræ, Soli, Lunæ, & Vraniæ: ſed aquâ melle diluta. Alex. *l.* 3. *c.* 12.

Vitgines viri potentes caniſtrigerulæ Dianæ. Hartung. 1. *dec.* 8.

Virgines Veſtales crinem detondebant. Iun. *com.* 4.

Virgioes ac ſerui à quibuſdam ſacris arcebantor, hinc dicebant, Hoſtis victus, mulier virgo exeſto. Gyraldus. *ſynt.* 17.

Viris nullus aditus in templum Bonæ Deæ. Gyral. *ſynt.* 17. Dempſt.

Virtutis per templum ad Honoris iter patebat. Roſin.

Viſcerorum hoſtiæ primitiæ deſectæ farris farinâ inuolutæ, in calathis ſacrificanti oblatæ. Gyral. *ſynt.*

Vitatæ Veſtales, vt aliæ Sacerdotes, & matronæ Romanæ. Dempſt. *l.* 2. *c.* 16.

Vitulis ad aram humeris portatis non litatum. Rhodig. *l.* 2. *c.* 1. Magius *l.* 3. *c.* 4.

Vituli explorabantur farina poſita ad comedendum, capri verò cineribus, pro ſacris. Rhod. *l.* 12. *c.* 1.

Vituli portati humeris ad aras, at claudicantes, & ſe retrahentes ab aris, non placabant. Gyral. *ſynt.* Alex.

Viuentes obnoxij putabantur ſuperis Diis iiſque aliquid debebant, contra mortui nil debebant. Turn. *l.* 5. *c.* 7.

Vngi ſub dio Flamini Diali non licitum, Nouar. *Sched.* *l.* 9. *c.* 6.

Vota effundentes manus pectori admouebant, aliter votum non ritè conceptum. Alex. *l.* 3. *c.* 22.

Vota ſolemnia in Capitolio concipiebantur. Dempſt.

Vota, & preces olim obſignatæ. Nouarini electa.

Vota in ſtatuæ femore alligata. Nouarini electa.

Vota in tabulis concipi ſolita, & obſignata. Lipſius *excur.*

Vota olim ſignata: In carta enim conceptum, conſcriptúmque, Deorum genibus cera obſignatum adfigebant; & hoc erat Deorum genua incerare. Turn. *aduerſ.* *l.* 1. *c.* 17.

Vota nuncupantes Romani ante bellum, ſolebant ſe purificare aqua. Turn. *lib.* 25. *cap.* 30 Item, filo caput velabant, nempe vitta & infula. Idem *l.* 29. *c.* 30.

Vota Opi concepta à ſedentibus. Gyral. *ſynt.* 4.

Votis peractis in templis Deos deuenerati ſedebant. Gyral. *ſynt.* 17.

Votorum formulæ, *Dij tibi dent, quæcumque optas: Dij bene vortant: Quæ res bene vortat.* Parei elect.

Vota Diis affixa. Pont. Att. bell.

Vota taciti, aut murmurantes antiqui faciebant. Poot. Attica bell. Vouu. *ad Petronium.*

Vota facientes ſupinas manus ad cœlum tendebant; ſupinique orabant. Caſaub. *ad Suet. Oct.*

Vota dum concipiebantur, Pontifex in eorum nuncupatione, quaſi monitor erat eorum, quæ dicenda, aut agenda erant. Eadem vota ſtatuis affixa, vel valuis templorum eius Dei, cui vota facta, quod erat incerare genua, vel templa Deorum. Mercerius. Alex. *l.* 2. *c.* 25.

Vota templa, ædes Deorum, ludi Diis, aut ſtatuæ ab Imperatoribus de belli euentu dubitantibus; ſi incouſulto Senatu, aut citra populi auctoritatem, de manubiis hoſtium; ſi non ſufficerent, de ſuo. Alex. *l.* 3. *c.* 22. Votæ etiam etiam veſtes, coronæ ex auro, & gemmis.

Vota perſoluta ab Agricolis Syluano: ab equitibus, Hipponæ; à nautis, Caſtori & Polluci: à laborantibus, Tutano: à furibus, Lauernæ; à iuuenibus, Horæ; ab iter habentibus, Herculi; ab amantibus, Veneri; à militibus, Marti. Alexand. *l.* 3. *c.* 22.

Vrbes, quæ capiuntur, à ſuis Diis deſeri credidit antiquitas. Turnebus *aduerſ.* *l.* 14. *cap.* 15.

Vrbis Romanæ Deum tutelarem ignotum Romani eſſe voluerunt. Roſin.

Vulcanus in atriis iuxta focos, & caminos appingebatur, vt ignis inſpector. Suidas 517.

CONVIVALIA.

A

ACCVBITORIÆ veſtes, Syntheſes dictæ, ſine quibus nunquam diſcumbebant. Dempſt. *ad Roſin.*

Accubitus in cœnis poſteriori æuo frequentior, quàm priori, tum viris tum fœminis. Manut. *Quæſit. per Epiſtolas* 1.4.

Accubituri deponebant veſtes, pallia, anulos ſignatorios, calceos, & ſoccos: ſyntheſes, & ſoleas induebant, lauabant pedes, manus, balneis ante ſudabant vngebantúrque. Pareus, *in Electis Plaut.* Stucchus Conuiualibus. Vouet. *ad Petronium.*

Accumbentes per puerum aquam manibus poſcebant. Item, menſulam ad ludum talorum; dehinc vnguenta, ſtacten, & ſuffimenta incendebant, lemniſcos, corollas dapſiles geſtabant; catellos habebant, acroamata, ſymphoniam. Paraſiti adhibiti; ludebant talis, ſortiebantur vices bibendi. Pareus, *in Electis Plaut.* & idem Stucchius.

Accipenſer cum tibiis, & coronis illatus conuiuiis à conuiuis coronatis. Stucch. *l.2.c.*8.

Albati feſtis, & ſolemnibus epulis Romani cœnabant. Item, in funebri conuiuio. Ciaccon.

Apium apponi menſis nefas, quod natum ex ſanguine humano. Arnobius *l.5. fol.* 166. Vel quia in feralibus epulis eo veſcebantur, eiſque id dicatum. Plin. *l.*20.*c.*11.

Aper integer in menſâ appoſitus liberalitatis erat ſignum. Dempſterus *ad Roſin.*

Aqua calida, & frigida apponi ſolita in menſis, vnde Thermopolia. Pontanus.

Aquam calidam olim in deliciis habebant menſarum; puram, non medicatam, è thermopolio portatam: frigidâ quoque ad diluendum vinum merum; calefactâ verò nunquam niſi valetudine affecti, aut vomere cupientes, vſi. Parei electa.

Aqua decocta à Nerone, vt citiùs, & meliùs gelaretur. Polymath.

Arbiter conuiuij dictus ſympoſiarcha iactu telorum eligebatur. Gualterus *in Hor.*

Atratum, & pullâ veſte diſcumbere non decebat. Alex. *l.5.c.*21. Sed conuiuali, & cœnatoria decebat. Idem.

B

BIbentes veteres Diuo alicui libabant, & in dominæ, aut amicæ honorem ebibebant. Roſin.

Bibentes à minutioribus poculis exordiebantur. Roſin.

Bibebant veteres è cornibus boúm. Roſinus.

Bibebant more Græco, cum à minoribus poculis ad maiora ſe mutuo prouocabant. Turn. *adu. l.6.c.*11.

Bibentes lege conuiuali à ſummo ad imum decurrente poculo. Turn. *aduerſ. l.*13.*c.*6.

Bibentes vertebant pocula exhauſta. Pareus elect.

Bibentes vel Deum vel hominem præfabantur.

Bibebant & olim poſt prandium, & cœnam. Turn. *adu. l.*30.*c.*3.

Bibebant ex vno poculo conuiuæ, quod ſi fortè mutarent, in mulctam incurrebant lege magiſtri.

Bibebant aliquando in pœnam. Pontani Attica bell.

Bibebant antiqui toties pro literarum numero in nominibus amicorum, amicarumve. Stuchij, *conuiu.* Horat. Mart.

Bibenti plus cæteris in feſto Bacchi, corona in præmium data. Electa Plaut.

Bibente aliquo è conuiuis, menſam tolli nefas, & inauſpicatum. Item, tollere & guſtare, quæ è menſa cadebant. Alex. *l.1.c.*21.

Boleti maximo in pretio conuiuis apud priſcos.

C

CAnebantur Scolia in conuiuiis, in quibus pocula circumlata, eaque propinata & exhauſta, non ſine cantu. Scal. *Poet.*

Capita conuiuantium coronata, & vnguentis delibuta. Dempſt.

Carptores cibos carpebant ad muſicos concentus, & quoties noua fercula inferebantur, toties hydraulica inſonabant inſtrumenta. Lipſius 2. *Satur.* Dempſt. *l.5.*

Cibum antequam capiant Perſarum Reges, de modeſtia; ante ſacrificium, de iuſtitiâ: ante bellum, de fortitudine diſputant. Alex. *l.5.c.*21.

Cibum liberaliter educati ſemel tantùm in die, aut bis; quater incontinentes ſumebant. Roſin.

Cibos frigidos poſtridie in deliciis habebant, reliquias aſſeruabant. Parei elect.

Cibi olim anulo obſignati. Nou. elect. ſacra.

Cibi partes diſſectæ in conuiuio ſorte diſtributæ, ne iniuria conuiuis fieret. Demp.

Cibus militaris in propatulo, laridum, caſeus, & poſca. Spart. *in Adrianum.*

Cibum capere ſtantem militem, pœna olim militaris. Vuolf.

Cibi appoſiti ſemper libati, æqualiter diſtributi.

Cibi partes miſſæ amicis abſentibus, item datæ miniſtrantibus.

Ciborum particulis & vino in ignem coniectis, libamenta Diis dabant Romani, & Græci in conuictu familiari, & primitias cœnarum Laribus, quibus ſal cum pane & caſeo, pro pulmentario ceſſit. Alex. *l.5.c.*21.

Cœnarum modus lege Fannia, prætetquam Saturnalibus & ludis publicis, decem aſſes priuatim. Alex. *l.3.c.*11.

Cœnæ

Cœnæ pars Laribus donabatur. Pont. Attici bell.

Cœna eſt veſpertina refectio, dicta à communione, quòd ſimul in propatulo ederent, Veſperna, Eſperiſma; diuiſa in tres partes; in Ante cœnium, ſeu primum guſtum; in Cœnam propriè dictam, ſeu cœnæ caput; & ſecundam menſam, ſeu bellaria. Stuch. *conuiu.*

Cœnaculum pars erat ædium ſuperior, in qua epulabantur. Dempſt.

Cœnæ præludium, promulſis erat: Caput verò, præcipuum ferculum.

Cœnæ hora diei, nona; & quia ſæpè producebatur in noctem, ideo vtebantur lucernis. Roſin.

Cœna poſtridie nuptiarum honeſtioribus data. Dempſt.

Cœnia admiſſi ſerui à matronis menſe Martio, vt à Dominis Saturnalibus. Marc. Don.

Cœnæ partem Lari, Diiſque penatibus donabant, & in forum mittebant Lari ſacrum: hoc erat Libare dapes. Turn. *aduerſ. l.6.c.7.*

Cœna facta ex reliquiis hoſtiæ, quibus, qui ſacris interfuiſſent, veſci licebat. Gyral. *ſyn.* 17.

Cœnam diuites olim in triuiâ mittebant in Nouiluniis, quam pauperes eſurientes diripiebant; dicta Hecates cœna. Manut. *Adag.*

Cœna data in nuptiis peregrè aduenientibus. Item, amicis, & vicinis. Item, ludi nuptialea celebrati. Stuch. *conuiu. l.3.c.*16. Item, pro re inuenta. Polymath.

Cœna aduentoria data peregrè redeuntibus. Item, Prandium aduentorium. Polym.

Cœnæ apud Macedones non aſſidebat, qui aprum extra retia non interemiſſet. Pol.

Cœnaturi calceos & togas deponebant, & mutabant. Salm. *ad Spart.*

Cœnatoria veſtis erat alba, triclinaris dicta, Syntheſis, Rechedipna; quam induebant toga exuti & calceis; horum loco crepidis, & ſoleis vſi. Stuch. *conuiu*

Cœnabant veteres largiùs, parciùs prandebant. Roſin.

Cœnaturi tempora vinciebant coronis, vel laneis vittis, lineiſve. Roſin.

Cœnitabant veteres foris, nec menſas omnino tollebant, ſed ſemper aliquid ſuper eas relinquebant. Roſin.

Cœnatoriam geſtabant veſtem, cum à cœnâ redibant. Caſaub. *ad Spart.*

Cœnantes alij diſcumbebant, alij ſedebant. Polymath.

Cœnabant palam milites, & dux aduerſi, & ad ſignum. Polym.

Cœnantibus ſtabant ſerui ad pedes dominorum iuſſa ſuſcepturi. Muret. *l.16.c.6.*

Conuiuæ ſedebant Homeri tempore. Pol.

Conuiuæ inuitati à Gynæconomis, numerúſque conuiuatum ab iis recenſitus. Pol.

Coqui nulli ſerui, ſuum nomen profitebantur apud Gynæconomos; et macello vocati, iique plurimi habiti tum apud Romanos, tum apud Græcos, eorum ſupplicium puteus. Polym.

Coqui inter priuata ſeruitia rarò habiti, ſed ad nuptias, & ſolennes epulas. Ideo Athenis lex, vt coqui nomina ſua ad Magiſtratus profiterentur. Caſaub. *ad Athen.*

Coqui epulas apparabant, ad tibiæ ſonitum. Scal. *Poët.*

Coronæ, & vnguenta poſt ſingulos miſſus diſtributa. Polymath.

Corona non ſoluentium gryphum dicata Deo cuius feſtum celebrabatur. Polym.

Coronæ conuiuales Diis dicatæ, & Regibus. Polym.

Comedebant Romani antiqui ſedêtes. Roſ.

Comedebant olim priuatim plerumque, publicè autem tribus de cauſis; aut in funere, ſeu viſceratione; aut in publicis ſacrificiis; aut ob publicam lætitiam, cum dabatur epulum. Marc. Don.

Comeſſaturi funalia ac faces geſtabant; quas extinguebant, cùm ad fores ventum erat. Parei elect.

Comeſſantium quiſque ſuum vinum conferebat, quaſi in ſymbolam. Parei electa.

Comiſſatores tibias, vel alia publica inſtrumenta, deferebant in conuiuia. Caſaub. *ad Athen.*

Compotores Thracij poſt multam compotationem vini, reliquum in eorum veſtes effundebant. Suidas 478.

Compotantes palam inuocabant, vel Deos, vel Principes, vel amicos cariores, vt tot ſcyphi exhaurirentur, quot in nomine eorum elementa eſſent, & ſæpè vſque ad vomitum. Dempſt. *l.5.c.*30.

Conuiuale ſcolium cantatum; vel cum plures concinebant, vt in choris, & nuptiis; vel cum in conuiuiis, & feſtis ſodalitatibus ſinguli per ordinem; vel cum in conuiuiis non ſuccedebant ſeriatim, ſed vt cuique viſum, & ramo myrti laurive donabatur. Scal. *Poët.*

Conuiuium Latinis, Sympoſium Græcis, eſt honeſta atque iucunda amicorum communio cibi atque potus, amoris contrahendi, aut confirmandi gratiâ inſtituta. Stuch. *conuiu.*

Conuiuarum numerus à Gratiarum numero ad Muſarum, inchoandus, & peragendus. Dempſt.

Conuiuij domino ſcheda dabatur, in quâ deſcripta omnia obſonia ordine erant, vt ſciri poſſet, quid primũ, quid poſtremum à quo apponendum. Roſin. Hartung.

Conuiuiorum tempore ſaltationes & cantus ante triclinia. Roſin.

Conuiuium, peracto triumpho, in Iouis Capitolini templo peractum. Dempſt.

Conuiuæ diſcumbentes, antequam fercula imponerentur, vaſa, aliáque, quæ in aulâ erant, laudabant, & ipſam domum. Hart. *3. Rituum.*

Conuiuio peracto adeps è manibus furfure abſterſus, canibúſque obiectus, dicta Apomagdalia. Hartung. *2. dec.*8.

Conuiuium quatuor conſtabat: bellis & lectis homunculis, loco lecto, apparatu non neglecto, tempore lecto, vt conuiuium ſit tempeſtiuum. Gell. *l.13.c.*11.

Conuiuia nunquam ante meridiem, quod erat de die epulari, & turpe; neque in

multam

multam noctem producebantur. Turn. *adu. l.6.c.15.*

Conuiua ſi quid petebat id ab ſummo omnibus dabatur. Turn. *aduerſ. l.6.c.21.*

Conuiuarum numerus minimus trium, tot enim Gratiæ; maximus nouem, tot Muſæ. Parei elect.

Conuiuiom Eraniſta, qui iubebatur parare, accipiebat arrham, ſeu ſymbolam, ſeu anulum locò teſſeræ. Parei electa.

Conuiuia facta, in æde ſacra, & potiſſimum à clientibus patronis ſuis, dictæ cœnæ populares. Item, in ſacris Herculis, vbi pollucibiliter viuebant. Parei electa.

Conuiuantes de die, non expectato legitimo cœnæ tempore, malè audiebant. Caſaub. *in Athen. l.2.*

Conuiuij modus definitus lege Iulia, vt non plus ducentis ſeſtertiis profeſtis impenderetur: Calendis, Idibus, Nonis, feſtiuis trecentis: nuptiis, & repotiis mille. Caſaub. *ad Spart.*

Conuiuator corollas, & vnguenta de ſuo dabat. Pont. Att. *bell. 1.3.*

Conuiuia, & ſacra io nouiluniis. Polym.

Conoiuia iuuenum agitari ſolita Athenis, hebdomadibus Lunæ. Gell. *l.15.c.2.*

Coqui ad tibiæ ſonitum quandoque epulas apparabant. Scal. *Poët.*

Coqui furaces in puteum condebantur, id eſt, In loco ſubterraneo, barathro dicto, vbi nulla aqua. Stuch. *conuiual. l.2.c.13.*

Coquos priuatæ perſonæ non habebant familiares, ſed in foro conducebant. Parei electa.

Coqui apud Græcos non infimæ ſortis homines, & curabant ſacrificia apud Homerum. Stuch. *conuiu. l.1.c.13.*

Coqui olim inter priuata ſeruitia raro habiti, ſed ad nuptias, aut alias ſolemnes epulas: ideo Athenis lex, vt coqui nomina ſua ad Magiſtratus deferrent. Caſaub. *in Athen.*

Cornua boum olim vſurpata pro poculis. Roſin.

Cottabum faciebant Græci in conuiuiis, reliquias vini arte quadam in terram elidentes, vt ſonum redderent; ex quo deprehendebant, an ab amaſiis amarentur. Parei electa.

Cottabium præmium ludentium cottabo, inuentum hoc Siculorum. Polym.

Cottabo & analectis, quæ de menſâ cadebant, parentabant mortuis amicis. Atheo. Polym.

Cranium in menſâ apponi ſolitum ad mortis memoriam refricandam. Lipſij *Saturn. l.1.c.19.*

Crateras ad ſummam vſque oram, boni ominis cauſa, replebant; & hoc erat coronare. Virg.

Crateras tres antiqui in menſâ ſtatuebant cothantes, Mercurio, Gratiis, Ioui ſeruatori, quorum vnum menſis remotis ſtatuebarur ad libationem & inuitationem: pocula verò erant coronata. Turn. *adu. l.23.c.13.*

D

Diſcumbebant viri, ſedebant mulieres. Roſin.

Diuites parabant epulas in ſingulos menſes Hecate, quibus pauperes veſcebantur: hinc Hecates cœna. Pontanus.

E

Ebrietatem vt compeſcerent, tempora laneis, vel lineis vioculis, aut coronis vinciebant. Roſin.

Ebrij coronati incedebant ſub veſperam plerumque, matulámque poſcebant, vt meierent. Parei elect.

Epulæ magnificæ, binis ferculis, ſeu patinarum ſtruicibus diſtinctæ. Erhar. *ad Petronium.*

Epulantes, quoties fercula ferebantur, toties ſe lauabant: & in fine ſe mutuo ſalutabant. Dempſt.

Epulis publicis diſcumbere ſoliti Senatores, ex Romuli inſtituto. Marc. Don.

Epulo in magnifico vix bini vnum lectum occuparunt. Roſin.

Epulonom Triumuiri, aut Septemuiri Epulo Iouis indicendo præfuerunt. Roſinus.

Epulæ in conuiuium illatæ in partes æquales diuiſæ vnicuique conuiuæ, quam vel donabant ſeruo, vel domum mittebant ad vxores. Dempſt. *l.5.c.29.*

Epulantes vnguento delibuti, crinéſque peruncti, & coronati ſedebant roſâ, nardo, &c. Vnguenta adhibita vino, & capitibus. Dempſt.

F

Fercula, quæ conuiuio inferebantur, tibicen præcedebat, & quoties mutarentur. Ciaccon. *de Conu.*

Filios Principum propria menſâ ad imum lectum ſediſſe, non diſcubuiſſe ferunt.

Finito conuiuio adipem à manibus abſtergebant furfure, quem canibus obiiciebant, quæ magdalia dicta.

Fiſtulatores in conuiuiis adhibiti. Dempſterus.

Funera, incendia, febres, cruditates, & alia malè ominata non nominata ſuper cœnam. Caſaub. *Athen.*

G

Gryphi, & ænigmata conuiualia propoſita à Græcis poſt conuiuia, ea ſoluentibus carnis portio data: non ſoluentibus, hauſtus poculi ſalſi datus in pœnam. Alex. *l.5.c.21.*

Guſtatio prima cœnæ pars. Secunda miſſus, propriè cœna. Tertia bellaria, ſeu menſa ſecunda. Roſin.

Gynæconomis data cura conuiuas numerandi. Athen. *l.6.c.11.*

H

HOmeri verſus, qui canebant in conuiuiis, laureum ramum in manu tenebant. Iun. *anim. l.3.c.7.*

Hydraulica inſtrumenta reſonabant in conuiuiis, quoties noua fercula inferebantur. Dempſt.

Hymni cantati inter epulandum, & ſaltationes factæ. Gyral. *ſynt.17.*

I

IEntacula puerorum erant, & ſenum: hæc mane vendi ſolita. Prandium merenda, comeſſatio incontinentium erat. Cœnabant enim ſinguli tantum. Parei electa.

Incendij mentione factâ in cœnâ, aquam ſub menſam ſpargebant.

Inuitabant ad cœnam ſic, *Veni ad cœnam. Volo fieri: non amittam quin eas.* Qui verò honoris ſaltem gratiâ vocabant; *Vocem te ad cœnam, niſi egomet cœnem foris.* Parei electa.

Inuitati dabant operam, vt ſemper adeſſent tempori. Pont. Attica bell. Sin minus tempeſtiuè, neque ad horam conſtitutam, non admittebantur, niſi prius triclinio circuito. Non accerſiti, & non inuitati accedentes, in imam lecti ſpondam deducebantur. Licebat inuitatis deducere ſecum comites, vmbras. Alex. *l.5.c.21.*

L

LActicæ cœnam inchoabant. Ciaccon. & alij.

Lauabantur prius, tum vngebantur, poſteà cœnabant. At poſt lotionem putam ſacrificabant. Parei elect.

Lauabant antiqui ad ſingulos miſſus. Ciacconius.

Lecto in vno terni accumbebant, & qui in medio lecti ad pedes medij accumbebat, imus dicebatur accumbere. Caſaub.

Lecti diſcubitorij altiores erant triclinaribus; in his locus medius honoratior, ſummus ad caput, imus ad pedes. Parei electa.

Lecto in vno terni accumbebant. Lecti tres plerumque erant in cœnaculis antiquorum, vnde Triclinium; ſi duo, Diclinium. Singuli lecti capiebant binos, aut ternos. Inter tres medius honoratiſſimus, dictus Conſularis. Tribus accumbentibus in vno lecto, ſummus dicebatur, qui ad caput lecti cubabat; imus, qui ad medij, & digniſſimi pedes. Lipſius Ciaccon. Stuch. Raderus, *ad Mart.*

Libatio cum precibus iuncta fiebat in menſis ſecundis vino generoſiſſimo. Gualt. *ad Hor.*

Libationes olim factæ poſt epulas, nam pateram tenentes, ex ea aliquid in honorem Dei venerantes, precantéſque fundebant, inuitatióque fiebat. Turn. *adu. l.7.c.9.*

Liberalibus veteres in publico diſcumbere ſoliti. Pithœus *1. ſubſ. c.9.*

Lyra olim in conuiuiis poſt cœnam lata. Iun. *anim. l.3.c.7.*

Liberi cum pueris, & puellis ad fulcra lectorum diſcumbebant. Serui ad pedes miniſtrabant, & fœminæ ſedentes cum viris cubantibus cœnabant; à principio enim maiores noſtri ſedentes epulabantur Laconum more. Alexander. *l.5.c.21.*

Lucernis domum poſt cœnam conuiuæ deducebantur. Ciaccon. *de Conu.*

Lychni lumen in triclinio nunquam extinctum, ſed ſua ſponte illud emori permiſſum. Alex. *l.5.c.21.*

Lyra poſt cœnam in conuiuiis portata. Iun. Alex. *l.2.c.25.*

M

MAntilibus manus ablutas tergebant; mappis autem recumbentes vtebantur inter epulas, quas pro ſe quiſque afferebat. Gloſſ. Stuch. *conuiu.* Mappas conuiuæ afferebant. Ciaccon. *de Conu.*

Menſas toties mutabant, quoties fercula & obſonia. Stuch. *conuiu. l.1.c.19.*

Menſæ non modò olim circulares, ſed & tripodes, Diis ſacrati & placentæ ipſis; quas, quia lunis inſpergebant, ideo Lunæ aliquando appellatæ apud Græcos; at apud Romanos erant in formâ Sigmatis, quæ & dictæ Sigmata; quod idem cum C. Latino, ſeu dimidiatæ Lunæ effigie, & honoratiores ad extrema cornua collocati. Dempſt. *l.5.c.26.*

Mercurius ſomni præſes, pro foribus in fulcris lectorum effictus, à redeuntibus è cœnâ coronâ donatus. Item, iuxta Venerem & amores, cuius collo crumena & ſacculus additus, eique ſuos libros ſcriptores dicabant. Nouarini *Sched. l.4. cap.7.*

Mercurij ſors pars illa carnium in conuiuio vocata, quæ prima illi Deo conſecrata ſeponebatur. I. Pol. Dempſt. *l.5.*

Menſam eſculentam ferculis onuſtam geſtabant duo ſerui, conuiuiſque apponebant: quare non ſingula fercula ſinguli ferebant, ſed menſam ferculis onuſtam. Stuch. *ibid.*

Menſæ remotæ, vbi è lectis ſurrexiſſent, in quibus accubuerant. Idem *l.2.c.19.*

Menſam inanem relinquere nefas. Idem, Sec. cur. Plut. *ſympoſ.*

Menſis primis ſublatis, ſilentium antiqui faciebant. Dempſt.

Menſæ cœnationum, erant fiſtulatæ ad flores ſpargendos, & vnguenta fundenda. Turn. *l.24.c.6.*

Menſa Delphica ea erat, vnde conuiuis miniſtrabatur. Turn. *l.27.c.15.*

Menſa ſacra facta appoſitu ſalinorum, & ſimulacris Deorum. Arnob. *l.2.*

Menſas detergebant peniculis, ſeu penicillis. Parei electa.

Menſa olim quadra, poſteà rotunda apud veteres in vſu, ne quem ſibi prælatum

in

in carminibus putarent. Scal. *Poët.*

Menſæ ſecundæ ab Ionibus inuentæ. Gualt. *ad Hor.*

Menſæ Romanorum figuram Sigmatis præſeferebant. Dempſt.

Menſis ſtratis tapetibus excipiebantur Senatores, & Equites. Dempſt. *l.1.c.2.* Sportula vero, tenuiores. Idem.

Milites cœnaturi, cingula & baltheos deponebant. Ciaccon. *de conu.*

Miniſtri menſæ coronari cum poculis coronatis, cantu, tibicine in cœnis ſolẽnibus.

Mulieres non accumbebant in menſâ cum viris, ſed ſedebant. Parei electa.

Mulſum propinabant in conuiuiis plenis cantharis. Parei electa.

Mulſo primam ſitim in conuiuiis antiqui ſedebant. Roſin.

Myrti ramum, & lauri geſtabant olim pueri canentes in conuiuiis. Suid. 606.

O.

OEnoptæ, ſeu Oenoptiſtæ vinum curabant, Lychnos & lucernas præbebant in conuiuiis, & æquam curabant portionem. Pollux *l.6.c.30.*

Ouum cœnæ caput, & finis ſeu meta Circi. Scal. *in Varr.*

Ouum & mel, initium cœnæ; poma ſecundæ menſæ, ſemen papaueris candidi, cum melle, & lactuca. Item, alia pomorum genera, & bellaria. Alex. *l.5.c.21.*

P

PApauer cum melle in ſecundis menſis adhibitum.

Paſſum bibebant Romanæ mulieres.

Patinis grandioribus vſi Magiſtratus maiores: minutis appoſitæ viles epulæ. Gualt. *ad Hor.*

Pauimenta irrigata verbenis, & ſuccis adiantorum ad hilarandos conuiuas. Stuch. *l.2.c.14.*

Placentam lucrabatur, qui in ſympoſiis vigilaſſet ad auroram vſque. Hartung. *1. dec.8.*

Poculum primum Iunoni; alterum Heroibus, tertium Ioui ſeruatori dicatum. Gualt. *ad Hor.*

Poculis corneis priſco æuo vſi ſunt. Demp. Deinde fictilibus vulgo ex terrâ Samia. Idem *l.5.c.30.*

Pocula coronari ſolita. Nouarini Electa. Virg. Præcipuè Bacchicis in ſacris. Suidas 533.

Poculis plurimis Principes in conuiuiis honorati. Luiſin. *l.1.c.8.*

Pocula paria appoſita in Delphica menſa. Stuch. *conu. l.3.c.15.*

Poculis minutioribus in principio conuiuiorum publicorum, in fine grandioribus vſi veteres. Roſin.

Poculum boni Genij, & Iouis ſoſpitatoris ſemper finiebat cœnam. Dempſt. *l.5.c.30.*

Poculis ſingulis ſingulos Deos, aut heroas, nonnunquam amicos inuocabant. Alex. *l.5.c.21.*

Pocula in conuiuiis circumibant à ſtrophis ad antiſtrophas: monoſtrophè bibebant ſerui, cùm ſibi ipſis miniſtrabant. Phiala grandior in conuiuiis circumlata, quam ſympoſiarcha ab vno in omnes per orbem circumagebat. Parei electa.

Poſca data vilioribus ſeruis. Item, vinum acidum miſtum aquâ. Parei electa.

Potaturi amatores, de pleno poculo aliquid Veneri litabant, leuiter defundentes guttulas vini, vel in aram, vel in menſam; quæ aræ loco, vel in focum, qui ſacer; vel in mare, vel in quemcumque locum pro re nata. Parei electa.

Potarè, vel ſcortari de die turpe. Parei electa.

Potorius cantharus Liberi patris inſigne. Nouar. electa.

Potio ſumma erat decem cyathorum, Græcorum more cantantium, *Quinque bibe, tres bibe, & minimè quatuor.* Turn. *aduerſ. l.4.c.21.*

Potare olim aliquando poſt cœnam cogebantur, ignominiæ, pœnæque cauſa, qui quoquomodo peccaſſent. Turnebus *l.7. cap.9.*

Potus antiquorum erat murinum, paſſum, ſapa, aut defrutum, & alia huius generis potu dulcia.

Potus olim mulierum lorea, paſſum, murina, & potu dulcia; temeti potus illis capitalis. Gell. *l.10.c.33.*

Prandium antiquis leue, & modicum, cœna copioſior. Alex. *l.5.c.21.*

Prandebant ſtantes antiqui, idque tenuiter, & frugaliter. Parei electa.

Prandium fuit olim ſeorſim; Cœna verò communis cum amicis, vnde nomen ſortita. Dempſt.

Prandium antiquis erat parciſſimum. Roſin. Idque lautiorum tantum ciuium. Dempſt.

Propinationes in orbem factæ à dextris. Stuch. *con. l.3.c.14.*

Proſit, nunc in propinationibus, & in fine conuiuij dictum: olim, *Viuas*, acclamatum. Fertur. *Acclam.*

Propinantes vel Deum, vel hominem præfabantur. Pont. Attica bell. Stuch. *conu. l.3.c.13.*

Propinabant ſibi inter bibendum ſalutem. *Bene mihi, Bene vobis, Bene vos, Bene nos, &c.* Nominabant amantes ſuas Amicas, Principes, Præceptores, Amicos, &c. Parei electa.

Puls cibus antiquorum Romanorum: Vlua, ſtramentum, & ceſpes thorus illorum diſcumbentium. Alex. *l.5.c.21.*

R

RAmi geſtati in conuiuio ob filij natalem. Nouar. electa.

Reliquiæ menſæ, cœnâ peractâ, & ſemeſa obſonia miniſtris aſtantibus diſtributa. Alex. *l.5.c.21.*

Repotia, erant conuiuia celebrari ſolita poſtridie nuptiarum, vel ſeptimo die à nuptiis, vel ſecundo; quo virgo in muliebrem habitum componebatur: vel liberis natis,

natis, quòd, quia ſingulis annis naſcuntur, ferme repotia etiam inſtaurata, & ita dicta. Turn. *l.* 3. *c.* 6.

Roſa, in conuiuiis nota ſilentij. Cerda, *ad Virg.* 1.

S

SAl veluti amicitiæ ſymbolum hoſpitibus appoſitum: ſicuti Romani lactucas ad ebrietatem diſcutiendam. Alex. 5. *c.* 21.

Salis religio in menſa; ſal enim appoſitum: menſam conſecrabant. Turn. *adu. l.* 10. *cap.* 22.

Salinum in menſa effundi triſte; Vinum verò lætum omen. Camer. 7. *dec.* 10.

Salinorum appoſitu menſas ſacras faciebant antiqui: ideo profanum erat, menſa ſine ſalino. Gualt.

Saltabant canentes veteres ante triclinia: Roſin.

Saltare in conuiuiis apud Græcos honeſtum, turpe verò apud Romanos. Scheg. *præmeſſ.*

Saltabant nudi aliquando Græci in conuiuiis, & nudas fœminas cum iuuenibus luctaturas in medium producebant. Idem *præmeſſ.* 5.

Salinum cum ſale apponere in menſa figulis religioſum. Feſtus. Ciaccon.

Saturnalibus crebra conuiuia agitata, munera ſibi mutuo miſſa. Roſin.

Sedebant mulieres ad menſam, viri diſcumbebant. Roſin.

Serui ad pedes cœnantibus ſtabant. Muret. *l.* 16. *c.* 6.

Serui conuiuiis excepti pileati in Saturnalibus. Gyrald. *ſynt.* 17.

Sinapi olim vſi in conuiuiis. Parei electa.

Soleis Romani non vſi in publico; ſed vel in triclinio, vel in cubiculo, at foris calceis, quare accumbentes ſoleas deponebant. Brod. 10. *c.* 25. Turn. *l.* 24. *c.* 17.

Sublatis menſis prolibabant Diis, hoc erat *ἐπισπένδειν*. Rhod. *l.* 28. *c.* 8.

Sympoſiarcha talis, vel aſtragalis ſorte dictis, & iactis conſtitutus. Roſi.

T

TAlis ludebant in conuiuiis, ſortiebantur vices bibendi; ſcorta inuocabant, ſuaſque amicas, fauſti ominis cauſa tot pocula bibebant, quot litteræ nominum amicarum. Parei electa.

Tempeſtiuum conuiuium, quod non fit de die, neque in multam noctem producitur; ſed quod tempori fit (Intempeſtiuum enim habebatur de die, idque turpe erat.) id eſt, veſperi. Item tempeſtiuum erat diebus potius feſtis, quam profeſtis, & quibuſdam profeſtis potiùs, quàm nefaſtis. Turn. *l.* 6. *c.* 16.

Tibiæ in conuiuiis Romanorum adhibitæ, Item in funere. Dempſt. Nouat. *Sched.*

Toſtæ agninæ portio dabatur in conuiuiis griphi enodatori. Scal. *ad Auſon.*

Triclinium ornabatur trophæis gentilitiis, vt atrium imaginibus, bibliotheca ſtatuis. Dempſt. *l.* 5. *c.* 28.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Tricliniis, ſeu cœnationibus nomina Deorum impoſita, vnde, cœnare in Apolline. Ciaccon. *de Conu.*

Triclinia, ſeu cœnationes ornatæ libris, quia in conuiuiis aliquid ſemper legere, aut recitare ſerui clientes ſolebant. Sen. Dempſt.

Trientes calices quotidiani, & vſitati erant: Roſin.

V

VEnatio ante cœnam in feſto Dianæ, & caput feræ Dianæ exhibitum. Nou. Sc.

Veſcebantur veteres in propatulo, & communiter: Roſin.

Veſtis ſemper mutata in cœnis à Romanis: Lipſius, *Saturn. l.* 2. *c.* 2.

Vina olim vnguentis miſcebant, vel in compotationibus, vel in diffuſionibus. Turn. *adu. l.* 1. *c.* 29.

Vini effuſio in menſa, lætum, contra ſalis effuſio infauſtum. Iun. *Com.* 4. Roſin.

Vina etiam veteres niue, aut puteo refrigerabant. Roſin.

Vinum vetus percolabatur ſaccis. Dempſt.

Vina plerumque in doliis non inueteraſcebant, ſed in amphoras, & cados diffundebantur. Brodæus 1. *c.* 3.

Vina fumo indurata, myrrhæ odore condita: Idem, 2. *miſc. c.* 3.

Vini amphoris & patria, & ſenectus inſcripta à vinariis œnopolis. Parei el.

Vinis Græci aquam marinam ſolebant affundere; præterquam Chiis. Idem.

Vina aliquando aromatis condita, vnde nardina, aliquando aqua miſta, & odoribus. Pont. Att.

Vina à veteribus in vaſis fictilibus condita. Gualt. *ad Hor.*

Vinum purum cum dabatur Iouem ſoſpitem aduocabant, ne temulentos faceret.

Virgines à conuiuiis abdicatæ. Nou. elect.

Viuas Zeſes, acclamatum, cum quis vnicò hauſtu grande poculum exhauſiſſet: Ferr. *acclam.*

Vnguentum in potu additum. Brod. 4. *miſc.* 4.

Vngebantur priusquam conuiuarentur Romani poſtquam loti eſſent. Marc. Don.

Vnguenta, coronæ & ſecundæ menſæ Ionum fuerunt inuentum. Manut. adag.

Vngentis & odoribus in conuiuiis vſi, quæ vendebant myropolæ. Parei electa.

Vocatis ad ſympoſia Lacedæmonij oſtenſis foribus dicebant, Hac ſermo non egrediatur. Adag. Manut.

Vxores vulgo ad conuiuia non adhibitæ, & diſcumbentibus viris eæ ſedere ſolitæ; poſtea etiam accumbere, & ſinu fouerit vt pueri meritorij, ſcorta, & amici.

MILITARIA.

A

ÆTas militaris, annus 17. ad 50. vſque. Sigon.

Agri aſſignati militibus poſt emerita ſtipendia. Suet.Beroal.

Alala, clamor militaris. Polymathia.

Ancylia promebantur indicto bello, vt mouerentur: ac profectionem ſuſcipere antequam condita, ominoſum erat. Turn. *aduerſ.l.2.c.27.*

Annonam 15. dierum milites geſtare tenebantur, item arma, vallum, &c. Lipſius, *Milit.*

Anulo ferreo vti militibus paſſim permiſſum, at aureo primoribus, & equitibus. Alex.2.*c.*19.

Approbationis ſignum per milites fiebat, manu aperta, & leuata. Iul. Barbar. *ex Xenoph.*

Apes inſidentes ſignis militaribus malum omen.Nouar.Sched.*l.*11.*c.*15.

Aquilæ, & ſigna ornata, vnguentis delibuta diebus feſtis. Dempſt.*l.*10. ea adorata, & per ea iuratum.

Aquila præcipuum ſignum in hoſtes proiecta ad pugnam accendendam. Earum vna tantum in legionibus ſingulis: Signa verò tot, quot cohortes: Aquila aurea erat, cui ſacellum deſtinatum, quam adorabant. Steuuechius *ad Vegetium libro* 2.

Aquila argentea olim pede fulmen tenens in longa haſta prælata, cui ſacellum in principiis caſtrorum, religionis gratia, ſub ea ſola legiones eductæ & pugnabant, Dempſt.*l.*10.*c.vlt.* ſi ea facili ductu auellebatur, boni erat auſpicij.Alex.

Arboribus ſuſpenſa ſpolia.Pont.Att.bell.

Argiui victoria cadentes, aut inferiores, caput tundebant.

Arma hoſtilia in templis ſuſpenſa.Suid.291.

Arma oppignorare lege interdictum. Suidas 503.

Arma militum ſeptimo quoque die inſpecta. Item veſtimenta, & calcei. Milites verò quinto quoque die decurrere iuſſi. Steuuech.*ad Veget.*

Armorum alienatio deſertioni exæquabatur.Item amiſſio pœna capitali mulctata, ſi rubiginoſa erant obiurgatione corripiebantur. Abiectio armorum ſemper maximè ignominioſa. Deditio cum armis turpiſſima.Steuuech.*Veget.*

Arma antiquorum auro, argentoque tecta eaque ſemper in vagina. Pontanus Attic. bell.

Arma nudata in tranſuectione, & luſtratione.Idem, *ibidem.*

Arma verſa in luctu.Idem.

Arma non geſtata à Romanis niſi tecta, præterquam prælij tempore; eaque nudata in luſtratione exercitus, atque omni tranſuectione pompæ.Caſaub.*ad Suet. libr.*1.

Armiluſtrium inſtitutum ſub Seruio rege, Polymath.

Arma portare non cuiuis licitum. Polymath.

Arma relicta à militibus ante fores templorum. Polym.

Arma militibus graſſantibus non ablata, ſed obſignata. Polym.

Arma in vrbe geſtantes olim infames erant. Polym.

Arma abiicere, & tradere iubebantur qui ſe dedebant.Briſſon.*Form.*

Armorum exercitium in ſolo clypeo & enſe conſiſtebat. Armaturæ verò erat, cum militis armati ſub ſignis decurrentes in campo proluderent. Salmaſius *ad Spart.*

Auxilia, milites illi dicti, qui à ſociis vel fœderatis gentibus mittebantur.Roſ.

Auxiliares in exercitu nunquam plures legionariis, torquibus aureis donati. Briſſ. *Form.*

Auxilia erant ſociorum, legiones Romanorum, illa ſemper legionibus, tanquam leuis armaturæ, in acie iungebantur.Beroal. *ad Suet.*

Auxiliorum minor numerus, quam legionariorum: horum arma grauiora, illorum diſciplina ſeuerior, illis præter ſaga togaſque recta tunica, album aut rubrum paludamentum publicè datum, vt ab hoſtibus dignoſcerentur. Alex. ab Al. *l.*1.*c.*20.

B

BAltheos bullis aureis ornatos geſtabant duces in militia. Dempſt. *ad Roſin.l.*10.

Bellatores haſtam inuocabant per eamque iurabant. Marc. Donatus.

Bellicoſis hominibus Martem propitium apprecabantur.Pareus electis.

Bellica columna ante templum Bellonæ, ſuper quam indicturi bellum, haſtam iaciebant Feſt.

Bellonæ ante templum Columella, ſuper quam bellum indicturi, haſtam abiiciebant. Gyrald. *ſynt.*7.

Bellonarij Sacerdotes Bellonæ ſe ipſos cultris feriebant, & ſanguine proprio numen placabant.Roſin.

Bellonarij initiabantur proprio ſanguine de femore proſciſſo in parmulam excepto. Dempſt.

Bellonarij ſtragem populorum, & euerſiones vrbium vaticinabantur. Dempſterus.

Bella geſturi Romani de parte prædæ aliquid numinibus pollicebantur.Roſin.

Bella, & conflictus equeſtres in ſellis, & clypeis depicti.Electa ſacra Nouar.

Bella Conſulibus mandata. Roſin.

Belli Italici, vel Gallici tempore ducturus exercitum in Capitolium aſcendebat, & exinde duo vexilla proferens equites, & pedites euocabat. Roſin.

Belli duces, re feliciter geſta inter acclamandum, nomine Imperatoris conſalutati. Ferrar.*Accl.*

Belli in congreſſu nomen Imperatoris tanquam numen inuocatum. Item, Hercules.Idem.

Bellum indicebant Fœciales quatuor: prius rebus repetitis, & non recuperatis poſt 30. dies. Hi ferebant haſtam ferratam, ſanguineam, præuſtam; eamque in

in fines hoſtium iaciebant. Marc. Don. Roſin. Pareus, Hartung. &c.

Bellum geſturi, ingrediebantur Martis ſacrarium; ancyliaque primum mouebant; inde ſimulachri haſtam mouentes dicebant, *Mars vigila*. Seruius. Turn. *adu. l.5.c.1.*

Bellum incœpturi vota Ioui faciebant, antequam ad pugnam deuenirent. Parei electa.

Bellum indicturi, ad columnam bellicam ante portam Carmentalem haſtam ſanguineam ſeruatam in templo Martis iaciebant in eam partem, quò erant profecturi milites. Steuuech. *ad Veget.*

Bello capti cum beſtiis in amphitheatro pugnabant.

Bello perſequendos decernebant, quos hoſtes iudicaſſent. Briſſon. *Form.*

Bello anteibat immolatio apud Lacones.

Beneficiarij milites, qui vacabant muneris beneficio. Munifices, qui non vacabant muneraque obibant. Beneficiariorum miniſterio vſi magiſtratus in reis conquirendis, & exhibendis. Salmaſ. *ad Spartianum.*

Beneficiarij, milites facti Centurionum, aut Tribunorum, quorum beneficio munera vacationum impetrabant. Salmaſ. *ad Suet.*

Buccellato pane, *biscotto*, vſi milites in expeditione, cum timebatur annonæ caritas. Marc. Don.

C

CAligæ erant vilium gregariorumque militum; vnde Caligati milites, viles. Marc. Don.

Calones ad militiam ituri, ſarcinas conſtringebant, clypeum dorſo accommodabant, fulmenta appingebant ſoccis, arcum, pharetram, & ſagittas ſumebant, caſſidem capiti aptabant, quandoque dormiebant in tabernaculo. Parei electa.

Calones, ſiue caculæ ſerui militum, ligna; Lixæ, aquam militibus miniſtrabant. Idem.

Capite velato hoſtibus per Fœciales bellum indictum. Dempſt.

Captiui necati in carcere & rei capitalium. Parei electa.

Caſtra Romanorum forma quadrata, æquis lateribus cum quatuor portis; Quæſtoria ad Orientem; Decumana, à tergo; Principali, & Quæſtoria. Roſin. *antiq. l.9. c.12.*

Caſtrenſes ludi, quibus milites in caſtris exercebantur. Roſin.

Caſtrenſes panes è ſiliquis aliquando confecti. Dempſt.

Centuria ex centum peditibus, Decuria ex decem equitibus conſtabat. Alex. ab Al. *l.2.c.5.*

Centuriæ in contubernia diuidebantur, Contubernia, ſiue manipuli conſtabant 20. militibus. Roſin.

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Centuriis ſingulis ſingula vexilla conſtitutuuta. Roſin.

Centuriæ 60. in vna Legione, Gell. Sigon.

Centurionum inſigne vitis in manibus, quâ duntaxat milites caſtigabant. Turn. *adu. l.25.c.26.*

Centuriones tabellas circumferebant, in quibus mercenariorum militum nomina ſcripta. Parei electa.

Centuriones præter ſtipendium ordinarium vacationes habebant, quas gregariis militibus certa pecunia vendebant. Steuuech. *Veget.*

Centuriones præerant centum peditibus, in vna cohorte plures Centuriones, dignior Primus pilus dictus, Secundus, Tertius, ita deinceps; Vvolfg. *l.4.c.10.*

Centuriones primi ante aquilam, veſte candida, cæteri iuxta ſuam Centuriam; armis doniſque fulgentes, argentatis criſtis, vt ab aliis dignoſcerentur. Idem, *ibidem.*

Ceſpititium tribunal milites excitabant duci concionaturo, & ceſpititiam aram, & focum ruſtici è ceſpite vino; vt hic loco foci aræque eſſet; vti ad purificationem vtebantur viua aqua. Tur. *adu. l.21.c.3.*

Cibaria dimidiati menſis olim milites ſecum ferebant. Roſin.

Cibus militaris in propatulo, laridum, caſeus, & poſca. Spart. *in Adrian.*

Cibum capere ſtantem militem olim pœna erat militaris. Vvolfg.

Cingulum militare militibus ignominiæ cauſa ſublatum, Roſin. Interdum calcei, ſeu caligæ. Caſaub. *Suet. Aug.* Pœna grauiſſima. Dempſt.

Cingulum nota militaris ordinis. Roſin. ex hoc gladius pendebat. Dempſt.

Cingulo donari, ſeu baltheo ex corio cum bullis aureis decorum: contra diſcingi. Steuuech. *ad Veget.*

Cinctu Gabino magiſtratus Romæ, & Pontifices, cum belli cauſa operabantur ſacris, ſe deuouebant pro exercitu, portas Iani aperiebant, aut amburbia faciebant: denique cum rei ſacræ operam dabant, belli cauſa, ceremonia quadam ſacra defungebantur. Turn. *adu. l.22.c.20.*

Cibi cocti non venditi in exercitu. Polymath.

Cinerum fauillarumque plenos vtres in exercitu geſtabant, quos pugiunculis perrumpentes aërem turbabant. Suid.

Circumitores vigilum à Tribb. militum lecti. Steuuech. *ad Veget.*

Ciues Romani ſoli in legionibus: in auxiliis Latini ſocij meruerunt. Sigon.

Claſſico canitur Imperatore præſente, quia claſſicum Imperij ſignum eſt. Mercerius. Alex. *4.c.2.*

Claſſico bis ſignũ datum in caſtris, ſi ambo Coss. adeſſent, ſi alter abeſſet, ſemel tantum. Item ſi Prætores. Mercer.

Clypei ſuſpenſi poſt bella. Dempſt. *l.2.c.2.*

Clypeis 1. Romani, poſt ſcutis ſunt vſi. Roſi.

Clypei peditum, ſcuta equitum erant tegmina. Valtur.

Clypeũ perfoſſum multis vulneribus militi glorioſum, illud abieciſſe infame; in eoq;

duces elati & Imperatores inaugurati inſidentes,eleuatique Centurionum , militumque humeris exercitui videndos præbebant ſeſe,Repub.iam lapſa.Dempſt.*l.*10.*c.*10.cum fauſtis acclamatiunibus.Idem.

Cohortes 10. in vna legione: Cohors continebat 50.manipulos , Manipulus verò 25. milites. Cornel.à Lapid.in Matth. in legione Manipuli 30. Centuriæ 60. Gellius.Sigon.

Colloquium milites petebant manu aperta inermi. l. Barbaranus.

Commeatum tridui , non minus , milites tenebantur parare. Manut.*adag.*

Commeatus ad exercitum in colonia aliqua poſitus, præſidij cauſa,auſpicatò portatus ne interciperetur.Patei electa.

Concuſſio armorum antę ianuam facta.

Congiariorum dimidiam partem milites Romani deponebant ad ſigna.

Congreſſurus cum hoſte Romanus, parato exercitu Deos primum conſulebat , mox auſpicato , & litato acies committebantur. Alex.

Congreſſuri Syri Solem venerabantur immodicis vocibus exultantes.Athenienſes, & Lacedæmonij pæana canentes,& hymnos Ioui.Spartani ante congreſſum Amori ſacra faciebant,Muſis immolabant,Clementiæ & Amicitiæ,non Marti. Al.4.*c.*7.

Coniuratio militaris fiebat in Italico, & Gallico bello , vel quando vicinum erat periculum,& ſinguli iurare non poterant: at in Euocatione ſinguli iurabant. Briſſ. *Form.*

Cornicines ſignũ dabant , quoties mouenda ſigna,caſtraque,& ad reliqua munia militaria:buccina verò excubias,ſomnique, & vigiliarum tempora deſignabat. Al. 4.*c.*2.

Cuſtodia militaris erat miles ligatus catena in manu ſiniſtra , dextra verò captiuus. Dempſt. *l.*10.*c.* 29.

D

DEcimam prædæ partem, & ſpoliorum ex hoſtibus Ioui,& Diis vouebant duces.Alex.*l.*3.*c.*22.

Denarius , ſeu decem aſſes ſingulis diebus datus militibus pro militari ſtipendio. Roſin,

Decimatio , & fuſtuarium duo præcipua ſeditioſorum militum ſupplicia. Marcell. Don.

Depoſitum milites faciebant eorum,quæ ſupra quotidianum vſum, & neceſſarium victum ſuperant, ad ſigna militaria in caſtris. Marc.Don.

Decimati milites prius virgis cæſi , demum capite mulctati.Luiſin.*parerg l.*3.*c.*9.

Delectus cum habebatur, primi citari,nominarique ſolebant boni ominis gratia,Valerius,Saluius,&c. Idem milites obſeruabant,teſtamentum militare facturi. Turn. *adu.l.*23.*c.*12.

Decimæ eorum quæ capta ſunt bello Diis dicabantur. Suid.218.

Deſertores milites diſtincti, ſtipendia illis ablata & donatiua , eorum bona morientium fiſco cedebant. Steuuech. *Veget. lib.*2.

Deditionis ſignum apud Græcos,ſi corpora ſuorum ad ſepulturam poſcebant. Terram & aquam offerebant Perſæ dedentes ſe. Alexander. Steuuechius *Veget. libro* 2.

Dedentes ſe ſordidati prodibant. Interdum ſacra ſua proferre ſolebant.Idem,*ibidem.*

Delectum habentes Coss. pro tribunali ſedentes ſingulorum ciuium nomina citari iubebant.Briſſon. *Form.*

Dedentes , arma abiicere & tradere iubebantur. Briſſonius *Formulis libro* 4. Eos interficere nefas. Galli dedentes ſe brachia & manus inermes tendebant. Romani capita ſcutis ſubdebant, & arma tradebant. Græci iunctis velatiſque manibus ſupplicabant , aut cum infulis & velamentis prodibant: manus, inermes dabant. Indi cum pateris occurrebant , vina libabant, aut ex Solis ara facibus accenſis obuiam prodibant. Alex.*l.*4.*c.*7.

Dextras victrices Imperatorum milites deoſculabantur.Pedes verò nunquam Romani oſculati. Alex.2.*c.*21.

Dextris exertis & ſublatis manibus incedere,apud Græcos , & Perſas , pacis ſignum erat.Maſſilienſes cum infulis,Græci cum oleæ ramis aut lauro. Barbari florentes capite corollas geſtantes, pacem deprecabantur.Idem.

Dictatura non erat perpetua , ſed ſemeſtris plerumque, aliquando ad annum prorogata,vt Camillo,Roſin.

Dictatori equum aſcendere non licebat, niſi ituro ad bellum.Roſin.

Dictatores 24. ſecures præcedebant, quibus plena poteſtas pacis, & belli abſque prouocatione.

Dictatura viro ſpectatæ virtutis à Conſule viua voce conferebatur.Roſin.

Dictator ſupremæ auctoritatis,à quo prouocare non licitum:creabatur Romæ,aut claui figendi,aut Senatus legendi,aut Comitia habendi cauſa , & præcipuè laborante Rep.trepidis in rebus,iſque vir Conſularis,nocte ſilente, atque in agro Romano; neque vltra ſex menſes.Alex. ab Al.1.*c.*6.

Dictatores,Coss.Prætoreſque Conſularibus auſpiciis creati , antequam adirent magiſtratum , Lanuuij Veſtæ , & Penatibus rem diuinam faciebant; quibus in bellum profecturis ſupellex miniſtrata,ſcribæ, librarij, præcones,apparitores, muli,& tabernacula publicè data.Alex.3.*c.*3.

Dij victi ligabantur,& ducebantur in triumphum,ni exceſſiſſent ex vrbe obſeſſa;ideo euocabantur à Romanis , ne cogerentur captiuos eos ducere.Macrob,

Diſcinctura pœna militaris grauiſſima,& infamis.Dempſt.*l.*10.

Diſcincti milites inhabiles facti;contra cincti.Dempſt.

Diurnum militis ſtipendium olim denarius, decem aſſes.Marc.Don.

Dona militaria in funere Imperatoris in rogum iniecta.Steuuech. *Veget.*

Donatiuum militibus datum, Congiarium populo. Caſaub. *ad Spart.*

Dracones inſignia in ſingulis cohortibus. Roſin.

Duces exercituum in pelliceis ſtragulis cubabant. Dempſt.

Duces captiui ducti in triumphum tonſi. Dempſt. iiſdem catenæ fractæ, ſi ignominia liberare volebant.

Duces exercituum, hoſtium animos obſeſſorum volentes frangere oſtendebant ſe penitus eos deſpicere, & prope ipſorum mœnia ludere. Pontani *Dial.*

Duces hoſtium triumphati à Romanis in caſtris ſæpe necati.

Duplis cibariis, & haſta milites ſtrenui donati.

Duces olim in ſummo periculo aut fuga, omnia inſignia honoris deponebant. Caſaub. *ad Suet.*

Duces Athenienſium in bellum prodituri ſertum ex olea ſacra ſumebant, & vas aquæ ſecum ferebant. Alex. 3. *c.* 3.

E

EQueſtres copiæ diuiſæ in turmas & decurias. Roſin.

Equites 10. ſtipendia emeriti Rep. ſtante exauctorati. Marc. Don.

Equitum numero adſcripti, cum primum ad 17. annum perueniſſent, militare cogebantur. Marc. Don.

Equites duos equos habebant, vt vno defatigato integer ſuccederet. Alex. *l.* 4. *c.* 7.

Equi publicè empti, alti, & traditi equitibus in militia. Marc. Don.

Equites & vniuerſus exercitus circa pyram Imperatorum currebant. Nouarinus electa.

Equites decuriati, pedites centuriati, ſacramento ad legitimum iuſiurandum milites adacti: Imperator primus; Legati deinde, Tribuni, Centuriones, Decuriones, Præfecti caſtrorum; poſtremò milites, idque ſingulis annis Kal. Ian. Alex. 1. *c.* 20.

Euocati Dij vrbis tutelares, antequam expugnaretur. Macr. Modius, *ep.* 36.

Euocati milites dicti, qui militia perfuncti, & emeriti, rurſus militare cogebantur. Turn, *adu. l.* 1. *c.* 9.

Euocari Dij ab vrbibus obſeſſis, innitabantur à Sacerdote Rom. toto coram exercitu, ne dedignarentur migrare, habituri auguſtiora templa, ampliora que ſacrificia. Dempſt. *l.* 3. *c.* 33.

Exauctorandi ſacramento ſoluebantur, cingulumque deponebant. Dempſt.

Exauctorati milites, dicti ſubſignani, ſoluebantur ſtipendio. non tamen miſſionem conſequebantur, ſed habebantur ſub vexillo, dicti ſubſignani, non tamen ſub aquilis, aut ſignis Legionis, vti Legionarij. Turn. *l.* 3. *c.* 3.

Excubitores nocturnis vigiliis nolam pulſabant, ad cuius pulſum, more noſtro, reſpondere cogebantur. Iunius *animad.* 3. *c.* 11.

Excubiis agendis inſulares magno ſtipendio Athenienſes conducere ſolebant. Manut. *adag.*

Excubiarum præfecti tintinnabula ſecum ferebant ad explorandos vigiles, vt iis audîtis reſponderent. Suid. 503.

Excubabant Romani extra caſtra in caſtellis. Steuuech *Veget. l.* 3.

Excubiæ ne dormire poſſent, olim canes de propugnaculo ſuſpenſi, iis eiulantibus, Suid. 492.

Excubiæ indictæ per vrbem in omni tumultu, aut clade accepta. Caſaub. *ad Suet.*

Exercitus Romanus conſtabat ex legionibus ciuium, & auxiliis ſociorum. Roſin.

Exercitus armatus Centuriatis Comitiis luſtrari ſolitus. Roſin. & in iiſdem imperabatur. Briſſon. *Form.*

Exercitum educere intra ſeptimum diem menſis Athenis interdictum. Suid. 299.

Exercitus luſtratus, ſue, oue, & tauris, qui puri eſſent, qui poſtquam inſtructas acies ter circum ducti eſſent, præcedente pompa, & greſſu compoſito, Marti immolabantur. Alex. *l.* 5. *c.* 12.

Extraordinarij in exercitu dicti tertia pars equitatus ſocialis, quinta peditatus. Turn. *adu. l.* 30. *c.* 24.

Exuuias viuo hoſti eripiebant, prædas ex hoſtibus captas ad Quæſtores vrbanos deferebant.

F

FAces in bellis adhibitæ, aliter autem geſtatæ, & admotæ, cum vocandi ſocij, & cum hoſtes aduentarent. Nonar. *Sched. l.* 11. *c.* 13.

Factum quod imperaſti, renunciabant Centuriones ac Tribuni Imperatori, ſi eius iuſſa adimpleſſent. Tacitus.

Ferentarij milites laborantibus opem ferebant. Parei electa.

Fœciales quatuor aut fœdus cum hoſtibus feriebant, aut bellum indicebant, hi Comitiis Tributis creati. Roſin. idque Prætoris auctoritate, aut Senatuſconſulto intercedente iuſſuque populi. Alex. 5. *c.* 3.

Fœciales antequam bellum indicerent, præmittebantur ad hoſtes, res ſuas repetitum.

Fœciales bellum indicentes verbenis coronati, haſtam ferratam, aut ſanguineam, præuſtam, ſanguine infectam in fines hoſtium emitte: ant. Roſ. lique adhibiti in conſilium belli indicendi. Dempſt. 3. *c.* 21.

Fœdera ſemper cum ſanguine ſancita, percuſſa ante meridiem, columnæ æneiſque tabulis inſcripta. Alex. 5.

Fœderibus in ſanciendis Græci non ſolum dextras iungebant, ſacrificia peragebant, ſed etiam execrationes iactabant. Manut. Adag.

Fœderibus in ſanciendis mane cum hoſtibus per Iouem lapidem iurabant, ſilicem manutenentes.

Fœni manipulus paupere Roma olim pro ſigno militari. Dempſt.

Foſſam fodere tunicis interioribus ſolutis pœna olim militaris Dempſt.

Fortunæ ſimulachrum ex auro factum in cubicu

cubiculo Imperatoris ſeruatum, & poſt in ſucceſſoris tabernaculum tranſlatum Alex.ab Alex.*lib.*1.*c.*12.

Fuſte cædebantur milites ignomiæ cauſa; Item, cuſtodes negligentes in militia. Roſio.

Fuſtigationem in caſtris ſuppliciorum loco, adhibebant, priuatim quoque. Roſin.

G

GAlea triplicis coni heroes à cæteris militibus diſtincti. Hartuuig.1 *dec.*8.

Galeæ militum rectæ pellibus ferarum ad terrorem. Magius *l.*3.*c.*7.

Galea olim in militia pro ſcutella, & vrna vſurpata: Turn.*l.*26.*c.*16.

Gladius datus in manu a principe illi, quem Tribunum eſſe iubebat. Veget. Steouech.

Gladio accingebantur Imperatores, Duces, & Præſides, pugione Tribuni; his diſcingebantor, cum ignominioſè mittebantur, Turn. *adu.l.*12.*c.*6.

Gladium extollentes ſoli oſtendebant, qui aliquem occidiſſe volebant. Scholiaſtes Euripis. Pont. *dial.*

Gladius humi fixus pro Marte cultus. Gyral. *ſynt.*9.

Gladij breuiores olim à dextris geſtati, longiores à ſiniſtris, Steuuech. Veget. Pont.

Gladium ceruicibus ſuis admouentes milites antiqui iurabant. Caſellius.

Gladij breues à dextris geſtati. Pont. Attica bell.

Gladij deſtinati alicui inſigni facinori, aut per quos aliquod memorabile patratum eſſet, conſecrabantur. Caſaub. *ad Suet.*

Gladiis ſemper accincti Græci. Pont. Attic. bell.

Gladius religioſè in cubiculo ſeruatus, & ad caput lecti ſuſpenſus. Virg.

Gregarius miles ille dictus, qui in militia nec Centurio, nec Tribunus, nec Decurio nec Optio, nec Cornicularius. Turn. *adu.* *l.*30.*c.*31.

H

HAſtæ puræ, ideſt, ſine ferro donatæ militibus primum militantibus, ob facinus Inſigne peractum. Alex.4.*c.*18.

Haſta donati pura, ideſt, ſine ferro ſtrenui milites, contra ignaui ea priuati: dicta pœna haſtaria, ſeu cenſio. Marc.Don. eam in terram noctu defigebant. Dempſt. ro.

Haſta belli indicium in fines hoſtium contorta bellum indicebat. Marc.Don.

Haſta ſanguine tincta iaciebatur à fœcialibus in fines hoſtium bellum indicturis. Dempſt. Hartung.

Haſtæ terræ infixæ à militibus dormientis in armis. Magius, *l.*3.*c.*2.

Haſtæ noctu militibus ereptæ infixæ telluri Idem *ibidem.*

Haſtæ pars poſterior erat præpilata, vt eam in terra defigere poſſent. Turn. *adu.l.*13. *cap.*16.

Haſta pura, ideſt, ſine ferro, donati milites fortes, at imbellibus ea fracta, aut adempta. Lex. Philol.

Haſtatorum numerus in legione Romana ad mille ducentos, interdum etiam maior. Turn. *adu.l.*30.*c.*32.

Haſtam Cos. bellum indicturus à columella, quæ pro Bellonæ templo ſita erat, iaciebat. Alex.ab Alex.*l.* 1.*c.*12.

Haſta cruenta ponebatur in edito loco victorum à victore, ad inuendum vrbem victam non deditam, diripiendam & in bona, & perſonas graſſandum. Alex.*l.*3.*c.*16.

Haſtati & Pilani primi in acie, qui 55. erant manipuli peditum leuis armaturæ, hoſtem pilis & miſſilibus cominus ferientes. Principes ſequebantur fortiores. Demum Triarij, de quibus ſuis locis. Idem *l.*4.*c.*7.

Hordeum pro tritico ignominiæ cauſa militibus datum. Roſin.

I

IAni templum apertum belli, clauſum pacis tempore. Magius, *l.*2.*c.*12.

Igniferi vates acies præcedebant ante pugnam, faceſque coniiciebant in hoſtes prælij ſignum. Hartung.1 *dec.*8.

Imperatores ad bellum ituri in templo Iouis Capitolini vota nuncupabant. Roſin.

Imperatores ex bello reuerſi, triumphali pompa in templum Iouis Capitolini deducebantur. Roſin.

Imperatores toties acclamabantur, quoties vincebant. Caſaub.*ad Suet.*

Induciæ datæ aliquot dierum militiæ ad ſepelienda cadauera. Turn.*adu l.*5.*c.*7.

Iuramentum militare factum eleuatis pollicibus, ſtrictis gladiis, ceruicibuſque admotis. Marc.Donat.

Iuramentum militare non obſtringebat milites in funere familiæ, Feriis vindemialibus, & Kal.Marc.Don.

Iumenta bellico vſui neceſſaria prouinciales ſuppeditabant, quæ tamen alere tenebantur. Steuuech. Veget.

Iuramentum militare hoc erat militum ad Tribunos, ſe fugæ aut formidinis cauſa non abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi cibi petendi, feriendi hoſtis, aut ciuis ſeruandi gratia. Briſſon.

Iuraturi milites vibrabant enſes, & diſtringebant ſuis ceruicibus, oſtendentes vltionem violatæ fidei. Sequebatur ſacramentum perfectum mira alacritas, quam elatis in altum manibus atteſtabantur, ad idque adigebantur, vnde dicti addicti milites. Dempſt.*l.*10.*c.*3.

Iuramentum ſi ab vniuerſo exercitu Conſuli præſtandum, erat ſatis, ſi Centurio vel Trib. nomine exercitus, conceptis verbis ſublimi voce iuraret, omneſque milites conſentiebant.

Iuuenes prima ætate ad militiam mittebantur cum cuſtode, & cognatis. Par. elect.

L

LAmpadibus ſeu facibus ſublatis, datum ſignum militibus ex arce, vel ex claſſe. Luiſin 2.*parerg.*c3.

Lancea

Lancea donati fortiter pugnantes. Rhodig. *l.* 21. *c.*6. Roſin.

Labarum ſignum militare in ſummo honore, à militibus adoratum, & ad partem exercitus declinantem ſtatim delatum. Steuuech. Veger. *lib.*3.

Legati 10. ex viris Conſularibus mittebantur ad exercitus, ſecundi ab Imperatore, quibus legiones, & auxilia vniuerſa obtemperabant; abſente Legato Præfectus legionis, vt vicarius, præerat. Beroal. *ad Suet.*

Legio conſtabat cohortibus 11. manipulis 30. Centuriis 60. Gelius. Sigon.

Legio conſtabat ex pedeſtribus & equeſtribus copiis, & multo plures milites comprehendebat, quam auxilia: pro diuerſitate periculorum imminentium modo maior modo minor, & non niſi ciues Romanos & ingenuos continebat. Roſin.

Legionariorum, & Auxiliariorum arma diuerſa. Auxiliares opera facere detrectabát. Steuuech.

Legio continebat centurias 40. Numerus militum varius pro varia neceſſitate: quæ conſtabat quatuor millibus dicebatur quadrata. Numerum auctus ad ſex millia ſtante Repub.

Legionariorum arma grauiora. & diſciplina ſeuerior: Auxiliariorum vero leuiora, & mitior. Alex. Al *l.*1. *c* 20.

Luna plena pugnare Lacedæmoniorum lex. Nouar. Sched. Luna bellorum præſes. Dempſt

Lunam nouam in prælio ineundo religioſè Germani obſeruabant. Marc. Don.

Luna bellorum præſes, cui & Marti, Mineruæ cæteriſque Diis ſpolia hoſtium dicata, face ſubdita Imperator circumſtantibus Tribb. mil. ſuccendebat: ex eius fulgore claro proſperos euentus prædicebant, ex defectu infauſtos. Ideo, eius deliquium inter prodigia habitum. Liu. Tacitus. Dempſter. *l.*2. *c.*8.

Lupus ſignum militare apud Romanos. Roſin.

M

MAchinæ militares vt Catapulta, quâ tela, vel grandiores ſagittæ; Baliſta, quâ lapides iaculabantur, item Vineæ, Plutei. Parei Elect. Lipſius. & alij.

Machinæ leuiores erant: Corona ſeu obſidio, Teſtudo, Scalæ, Tollenones, Plutei, Crates, Vineæ, Vectes, Muſculi. Dolabra, & huiuſmodi. Grauiores dicta Tormenta, Aries, Catapulta, Baliſta, Scorpiones, Fundæ, Tela omnia. Lipſius.

Magiſtri equitum apud Syracuſanos eorum nomina qui diſciplinam militarem violaſſent, in tabulas deſcripta notabant. Nouar. *Sched. l.*9. *c.* 19.

Manus expedire, atque alte illas efferre, conſenſio erat militaris: protentare eas Imperatori, initium erat armorum. Alexand. 4. *cap.* 1.

Militare olim nemo cogebatur minor annis 17. maior 46. Seruij inſtituto, niſi neceſſitate vrgente. Marc. Don.

Militare nemini licebat apud Romanos, niſi ciuibus & Ingenuis, atque in quinque claſſibus cenſis. Roſin. Nullique in Legione militare licebat, niſi ciui Romano.

Militare cingulum militibus ademptum ignominiæ causâ. Roſin.

Militaria ſigna tempore pacis in Ærario ſeruata per Quæſtores. Veger.

Militaria ſigna conſecrabantur, quæ habebát in caſtris ſacrarium ſuum, eaque adorabant, feſtis diebus vngebant, religionis gratiâ Turn. *l.*30. *c.*15.

Militatum iuuenes mittebantur, tyrocinium agentes, anno ætatis 17. ſub cuſtode è cognatis, ſed prius dabantur illis pædagogi priui, ſeu ſerui cuſtodes. Veget. Plaut. Elect.

Militaturis adoleſcētibus primo ſtipendij anno dati cuſtodes, ex Seruio. Turn. *aduerſ. l.* 7. *c.*3.

Militari gradu quinque horis æſtiuis 20. mil. paſſ. conficiebant calones, ſeu caculæ. Plaut. Elect.

Militaris lex Lacedæmoniorum, vt lapidaretur quicumque miles reuerſus domum, aut in caſtra tergo conuerſo. Suid. 6 14.

Militabant Romani veteres per æſtatem tantum. Roſin.

Milites in caſtris non niſi ciues Romani, vel Latini nominis; leuium tamen armorum auxiliares externi. Militiæ aſcripti, non niſi propter demerita, aut nolentes exauctorari poterant. Alex. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 20.

Milites in expeditionem ituri arma, vallum, follem, ſcutum, gladium, & alia huiuſmodi, item cibaria pluſquam dimidiati menſis ſuis humeris portabant, pallio militari quotidie 24. milliaria conficientes. Alex. 1. *cap.* 20.

Militem diſcinctum opus facere vel ſtare in caſtris ignominioſum, quare nulli licuit ſtare diſcincto in caſtris ſine graui notâ. Roſin. Milites diſcincti ignaui, contra præcincti, fortes habiti. Alex.

Milites ab Imperio Imperatoris procedere non poterant. Roſin.

Milites dimidiati menſis cibaria præter reliqua arma geſtare tenebantur. Roſin.

Milites legionarij ſecum ferebant non ſolum arma, ſed vallum. & cibaria. Roſin.

Milites ſingulis diebus 24. mill. paſſ. conficiebant. Roſin.

Milites Sacramentum non obſeruantes indictâ causâ à ducibus occidebantur. Roſin.

Milites Romani ſumpta proprio olim militauere vſque ad bellum Gallicum. Liu. Roſin.

Militibus pecunia ante triumphum diſtributa Roſin.

Militibus pœnæ loco ſanguis emiſſus Roſin.

Milites per ſigna iurabant. Roſin in Campo ſe exercebant, lauabant in Tiberi, at delicati in balneis. Dempſt.

Milites poſt exacta legitima ſtipendia, ſua arma laribus dicabant. Dempſt.

Milites artem ludicram exercentes olim capite damnati. Marc. Don.

Milites gladios anuli ſigillo impreſſos aliquando geſtabant, ne vim alicui inferrent. Nouat. Elect.

Milites exauctorati arma ſua Laribus, & quiſque quæque ſua cariſſima ſuſpendebat. Dempſt.

Milites citra ſacramentum Militare non poterant, aut hoſtem ferire, & ſi id feciſſent rei cædis habebantur. Dempſt.

Milites iurati enſes vibrabant, diſtringebant, deinde elatis in altum manibus atteſtabantur. Dempſt. Iurabant per ſigna, & aquilas, illiſque iniuratis prœliari non licebat Veget.

Militum vxores malè audiebant. Dempſt.

Milites donatiuo accepto coronabantur. Caſell. *l.* 1. *c.* 19.

Milites Romani ſerui eſſe non poterant. Manut. 2. *quaſ.* 9.

Milites deſertores, quique aliquid indignè egiſſent, notabantur in tabula ab Hipparchis. Manut. *adag.*

Milites aut ornantes fugam, aut caſtrametantes vaſa ſua colligebant. Plaut. Electa.

Militum duo genera, vel eorum qui ſuo ſumptu militabant Aſſidui dicti, vel publico, Ærarij. Metelli. Plaut. Electa.

Milites lecti in tabulas & codices relati, dicti Catalogi: non milites, & reiecti, deleti. Plaut. Elect.

Militibus abituris in militiam, aut ex eâ redeuntibus ſyngrapha data, *paſſaporto.* Idem.

Militibus rem benè gerentibus Reges Perſarum pateram auream donabant. Plaut. Elect.

Militiæ nomen daturi ordine alios poſt alium ſe ſiſtebat, & ex omni numero optimus quiſque ſumebatur. Plaut. Electa.

Milites iurabant per Martem, quem vt patrem ſuum colebant. Idem.

Milites cælariati erant, & iubati. Idem.

Militiæ annus 17. incipiebat deſinebat 60. vel 50. Stewech. Veget.

Militiæ tria genera, Legitima, Coniuratio, & Euocatio. Veget. Roſin. Lipſ.

Miles ſuberat Centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Præfecto caſtrorum, Præfectus Legato, Legatus Conſuli. Alexand. *lib.* 1. *cap.* 5.

Militi arma capere nefas, ni prius apud Tribunum legitimum præſtitiſſet iuramẽtum. Idem. *l.* 6. *c.* 18.

Milites lecti, diebus 30. ſe parabant. Veget. Stewech.

Milites Romani delinquentes vite puniti, extranei fuſte. Idem.

Milites è vallo egreſſi ſine gladio, capite plexi. Idem.

Milites fodiebant gladio cincti, Idem. Milites cum Imperatore cincti diſcumbebant. Alex. *l.* 5. *c.* 21.

Milites in Lyceo Gymnaſio vicino Athenis armati, probari ante expeditionem. Suid.

Milites partem donatiui apud ſigna ſua deponebant. Pont. *Attic. bell.*

Milites armati in concione ſtabant, eoſque Commilitones appellabant Imperatores in exercitu. Briſſ. *Form.*

Milites in armis dormientes. terræ haſtas infixas non iacentes habebant.

Milites Prætoriani enſes geſtabant latere dextro, cæteri milites ſiniſtro. Salm. Spart.

Milites, qui in caſtris teſtamenta condebant, amicis commilitonibus, in primis autem primipilaribus ſua relinquebant. Caſaub. *in Suet. l.* 3.

Milites ſub Imperatoribus leuiora prœmia ab eo duce petebant, & accipiebant, cuius ductu bellum gerebant: quæ maioris momenti erant, vt plura genera coronarum, ea ab ipſo Imperatore erant petenda, qui ſolitus in hoc ſequi iudicium ducum, Idem. *l.* 7.

Milites ſibi pollicem præcidentes, erant læſæ maieſtatis rei. Nouar. *Schediaſ. lib.* 9. *c.* 23.

Militibus terra hoſtium capta apud Athenienſes diſtributa. Nouar. *Sched.* Idem, *Ibidem.*

Militi ſummo fuit dedecori induere veſtem muliebrem. Idem, *Ibidem.*

Milites ad bellum ituri ſyngrapham à Prætore petebant. Caſaub. *ad Athen. l.* 12.

Milites gregarij argenteis baltheis aliquando vſi; at Duces, & Tribuni, gemmatis, auro, aureis clauis, gemmis conſignatis. Salm. *ad Spart.*

Milites alternatim iocularia carmina in Imperatorem triumphantem iactitabant. Ferrar.

Milites trucidati, ſi à ducibus inſepulti relinquebantur, hi capite puniebantur ab Athenien.

Milites ſi grauius deliquiſſent non vitibus, ſed fuſte puniti. Fabri Semeſtr. *c.* 17.

Milites munifices valdè grauati portandis ſignis. Stewech. *Veget.*

Milite mercenario Perſæ non vſi. Herodian.

Milites vt arma caperent, conclamari ſolitum. Ad arma, Ad arma. Briſſon. *Form. l.* 4.

Milites ſtrenuè prœliati ab Imperatore pro concione laudibus, & donis militaribus ornabantur. Idem. *l.* 4.

Milites externi virgis, Romani vitibus cædebantur, Latini quoque deinde plebiſcito. Alex. *lib.* 4. *cap.* 10.

Miſſio militaris triplex honeſta, confectis ſtipendiis, cauſaria ob infirmitatem, ignominioſa ob ſcelus. Gratioſa, quæ per ambitionem & gratiam data. Marc. Don. Turn. *l.* 16.

Miſſionem à militiâ qui naciſcebãtur, prœmia etiam capiebant, exauctorati verò ſine prœmiis. Marc. Don.

Mulieres militiam non ſequebantur. Alex. ab Alex. *l.* 1. *c.* 12.

Munifices fiebant beneficiarij cum aliquod flagitium admittebant, amittebant priuilegia vacationum, militiæ munia obibant, tanquam tyrones, amiſsâ dignitate in matriculis regrediebantur. Caſaub.

Noctua

N

NOctua erat in vexillis Athenienſium depicta. Dempſt.

Noctes in caſtris quatuor in partes diuiſæ, ſeu vigilias, quæ ſingulis ternis horis conſtabant. Pollet. *l.* 1. *c.* 9. In vrbe vero vt tribus vigiliis, ita apud Græcos conſtabant, quaternis videlicet horis.

Nomen militis in ſcutis ſcriptum, & ex qua cohorte, ſeu centuriâ. Steuuech. *ad Veget. l.* 2.

Nudabantur arma, quæ tecta tenebantur domi, in luſtratione exercitus, & tranſuectione pompæ. Caſaub. *ad Suet.*

O

OPima ſpolia referebant duces, regéſque quorum auſpicio res gerebantur, ſuiſmet corporibus dimicantium, hoſtibús ſpoliatis, ac trucidatis, eáque Ioui Feretrio dicata. Alex. ab Alex. *l.* 1. *c.* 14.

Oppidani non recepti, vbi mœnia ariete quati cœpere. Pont. *Attic. bell.*

Oppugnatio vrbis antequam ſuſcepta Dij euocabantur. Roſin. Mact.

Optio teſſerarius vicarius, ſeu ſubſtitutus Centurioni erat in quâlibet Centuria. Pont. *Attic. bell.*

Ordinem in acie deſerere diſciplinâ Græcorum militari capitale erat. Gualt *ad Hor.*

Ordinem non ſeruare in militia capitale erat, neque licebat à ſignis diſcedere ſine commeatu. Veget.

Ordo militaris ſexagenos habuit milites, duos Centuriones, & vexillarium vnum. Liuius. Ordo ergo erat minor centuriâ; & maior decuriâ, cui præerat vexillarius, aut ordinis ductor. Alex. ab Alex. *l.* 1. *c.* 5.

Oſſa eorum militiæ qui obierant in vrnâ in patriam referebantur plerumque, & factis exequiis ſepulturæ mandabantur. Turn. *adu. l.* 26. *c.* 33.

Ouatio fiebat cum hoſtium nomen humile, aut incruenta victoria, cum myrteâ coronâ, equo, non curru, oue, non boue mactato.

P

PÆanes duo cantati: alterum Martis initio pugnæ; Apollinis alterum, fuſis hoſtibus. Lurinus.

Palaria exercitatio militaris ad palum trium cubitorum, quem vt hoſtem petebant. Alex. *l.* 1. *c.* 20.

Palmam geſtabant victores, Io triumphe canentes.

Palmæ lemniſcatæ, & coronæ, id eſt, ſtrictâ, anguſtáque teniâ redimitæ in nobiliore victoriâ geſtatæ. Turn. *aduerſ. lib.* 18. *cap.* 3.

Paludamentum puniceum pugnæ naualis indicium.

Palorum vſus, & militibus, & gladiatoribus vtilis. Palaria exercitatio militaris. Steuuech. Veg.

Panem gladio diuiſum vterque libabat in fœderibus faciendis apud Macedonas. Manut. *adag.*

Panis buccellatus militum erat, & nautarum. Brod. 4. *miſcell.* 21.

Parentes eorum, qui bello occubuerant, nulla iniuria afficere licebat. Nouar. *Sched.* 11. *lib.* 4.

Parmâ albâ redire è bello olim inglorium. Virg. hæc breuis peditum clypeus. Gualt. *ad Hor.*

Parma alba, haſta pura data olim tyronibus militaturis. Calcagn.

Paterâ aureâ donati ob virtutem bellicam. Pater Electa. Plaut. *Amphitr.*

Pacem petentes prætendebant ramum oleæ velatis manibus, & vittatis. Manut. *adag.*

Pecunias in exercitu degentes milites ad ſigna deponebant. Marc. Don.

Pedeſtres copiæ in cohortes & manipulos diuidebantur. Roſin.

Pede altero nudo confligebant Hernici, & Ætoli. Brodeus. *lib.* 3. *c.* 8.

Pedites & equites ſimul in orbem ſe vertebant. Nouar. Electa.

Pedites arma, & vallum, & plus dimidiati menſis cibaria, ita equites præter arma, & gladium folliculis frumentum ferre cogebantur.

Pilæ, ſeu globuli, ſeu circuli in ſignis, etiam liberâ Republicâ. Steuuech. *Veget. l* 2.

Pilum emiſſum, vbi in acie ſtetiſſet diſpoſitus exercitus, ſignũ fuit certaminis ineundi, ſicuti haſtâ libratâ in hoſtium fines indictum bellum. Dempſt. *l.* 10. *c.* 10.

Pœnæ militares leniores, ignominioſæ tamen 16. 1. ſtipendio priuati. 2. haſtæ datio. 3. locum tendendi mutare. 4. in itinere cum impedimentis iter facere. 5. extra oppidum hybernare. 6. extra caſtra hybernare. 7. cibum ſtantem capere. 8. foſſam fodere. 9. ſtipendia prorogari. 10. diſcinctos deſtitui. 11. hordeo paſci. 12. ſanguinem mitti. 13. mulcta pecuniaria. 14. militiæ mutatio. 15. à caſtris ſegregati. 16. ignominioſè mitti. Steuuech. *ad Veget. l.* 3. *c.* 4.

Pœnæ militares grauiores, 23. 1. virgis cædi. 2. vite verberari. 3. linguæ abſciſſio. 4. manuum amputatio. 5. crurum excectio. 6. in ſeruitutem adactio. 7. in exilium miſſio. 8. vænire. 9. fuſte verberari 10. ſecuri percuti. 11. decimatio. 12. in crucem tolli. 13. ad beſtias damnari. 14. capite plecti. 15. ſepulturâ priuari 16. Legionariorum gladiis concidi. 17. viuos comburi. 18. palis per podicem cum igne traſfoſſum necari. 19. ſub crate necari. 20. lapidibus obrui. 21. ſagittis eminus configi. 22. carpento trahi. 23. diaſphendone, aut in cruce leuari. Steuuech. *ad Veget. lib.* 3. *cap.* 4.

Pœna in exercitu edicebatur etiam programmate in pariete affixo. Idem, *Ibidem.*

Pollicem ſibi abſcindebant militiam detrectantes. Pont. *Attic. bell.* Dempſt.

Portæ in caſtris Prætoria, Decumana, Principalis, Quintana, erat & alia Extraordinaria prope quam tẽdebant extraordinarij. Turn. *aduerſ. l.* 30. *c.* 24.

Prædæ venditio quia odioſa, eius potior pars militibus conceſſa, pars vendita. Stephan. 4. *Sched.* 13.

Præda in vnum locum congeſta. Pont. *Att. bell.* eaque Diis vota.

Prædam ex hoſtibus factam ad Quæſtores vrbanos deferebant. Parei Electa.

Præfecti in exercitu ij vocati, qui auxiliis præerant. Turn. *l.* 3. *c.* 24.

Præludebant bello Hetruſci tubâ, Cretenſes lyrâ, Thraces cornu, Ægyptij tympano, Arabes cymbalo. Briſſon.

Primipili, id eſt, primi ordinis triariorum Centurio aquilæ præerat, cæteris Centurionibus imperabat, primumque locum à Tribuno tenebat. Steuueth. *ad Veget.*

Primipilus ex tribus vexillis conſtabat, qui Centurionem habet, cui primipili nomen, & Centurio primus. Vexillum ex 183. hominibus fiebat, triarios, rorarios & accenſos continens. Alex. *l.* 1. *c.* 5.

Principes in acie ſequebantur haſtatos in 15. manipulos diſtributi, ſcuto, & inſignibus armis ſub ſignis militabant qui non continenter iuncti, quaſi in ſubſidiis haſtatorum poſiti, integris viribus adoriebantur feſſos. Alex 4. c 7.

Pugio Imperatoris inſigne geſtatus à Præfecto Prætorij, qui gerebat vicem Imperatoris. Salmaſ. *ad Lamp.*

Pugnabant Ætoli dextro crure nudo, ſiniſtro tecto. Modius. *ep.* 38.

Pugnam Romani tunicâ purpureâ, vel coccinea ſupra Prætorium expanſâ denunciabant. Roſin.

Q

Quadrageſimum ſextum annum agentes ſeniores dicti, & à militiâ Romanâ immunes. Marc. Don.

Quirites appellabant, quibus militiæ ius ademptum volebant. Steuuech. *Veget. l.* 2.

R

Reges ad bellum profecturi ante ſactum operabantur. Pont. *Attic. bell.* Hartung. *lib.* 2. *dec.* 8.

Remiges, & claſſiarij olim non iuſti aut legitimi milites. Caſaub. *ad Suet. l.* 7.

Remigibus ad bellicam claſſem vſi veteres, non ſolum voluntariis, ſed etiam compeditis & coactis. Brodeus. *Miſcell.* 2. *cap.* 36.

S

Sacramenti religione ſolâ auctorati milites vſque ad tempus ſecundi belli Punici; mox iureiurando adacti à Tribunis mil. ſe conuenturos iuſſu Coſſ. neque iniuſſu abituros. Liuius. *lib.* 2. *dec.* 3 Dempſter. *lib.* 10.

Sacramento militari non aſtrictis, non licebat hoſtem laceſſere, aut ferire, etſi verſarentur in caſtris; nec militare. Marc. Don.

Saga milites geſtabant, ſuper arma lacernam rura incolentes, togam vrbem; honeſtioribus tamen vt Centurionibus, equitibus, &c. in vſu fuere togæ. Roſin.

Sagati Romani caſtra ſequebantur, at duces paludati. Caſaub. *ad Suet.*

Sagminibus coronati Fœciales, & Pater Patratus fœdera facturi, vel bellum indicturi. Marc. Don.

Samnitum armatura erat ſcutum ſummum latius, quâ pectus ac humeri teguntur; ſpongia pectori tegumentum, & ſiniſtrum crus ocreâ rectum galeæ criſtatæ; eorumque pugna ſtataria. Turn. *aduerſ. lib.* 25. *cap.* 10.

Sanguis militibus miſſus ignominiæ causâ. Roſin.

Scuto princeps impoſitus attollebatur ad regnum. Zonar. *in Iuſtin.*

Scutum illiſum genibus proſperitatis indicium: haſtis verò doloris: peruerſum defectionis: hoſtibus oſtentatum, proditionis. Rhodig. *l.* 21. *c.* 14 Steuuech. *Veget.*

Scutum amiſiſſe flagitium nefarium Lacedæmoniis. Item Germanis. Steuuech. *ad Veget.*

Scuta peruerſa geſtata, pila, & gladij concuſſi defectionis ſignum. Steuuech. *ad Veget.*

Scutum in acie amiſiſſe Græcorum diſciplinâ militari capitale erat. Gualt. *ad Hor.*

Scuto amiſſo, ſeu ſine clypeo domum redire nefas, vt multâ damnaretur, qui amiſiſſet. Gualt.

Scuta virorum fortium picta, inertium & tyronum puta. Dempſt.

Scuti iactatio erat exercitatio militaris. Salm. *ad Spart.*

Scutum principes quatientes variis motibus exercebantur. Caſaub. *ad Spart.*

Scuta & vexilla peruerſa geſtare defectionis ſignum erat. Gualterius. Alex. 4 *c.* 3.

Scuta alba ferre Romanis ignominioſum. Alex. *lib.* 6. *cap.* 12. Græci diuerſa inſignia, & nomina addidere.

Sepulturæ militum in caſtris. Magius. 2. *Miſcell.* 19.

Serui militiâ excluſi. Pont. *Att. bell.*

Signum buccinâ datum ſemel in Prætoriis caſtris, bis in Conſulatibus. Alex. *lib.* 4. *cap.* 2.

Signum primum militare manipulus fœni, deinde quinque aquilæ, lupi, minotauri, equi, apri. Alex. 4. *c.* 8.

Signa militaria in mediis caſtris fixa erant, ferro acuto in terrâ apud Romanos. Roſin. Si non ſponte auellerentur, erat portentum. Dempſt.

Signa caſtris poſitis 1. loco figebantur in terrâ. Steuuech. *Veget.*

Signorum haſtæ ferro acuto terræ affixæ non prius auulſæ, quam facto ſacrificio. Dempſter. *l.* 10.

Signa relinquens aut præſidio diſcedens miles fuſtuarium merebatur. Trib. militum fuſte cædente, ac mox reliquis militibus fuſtibus, & lapidibus noxium petentibus. Turn. 28. *c.* 34.

Signum nocturnum flamma, diurnum fumus fuit. Steuuech. *Veget.*

Signa ſubmiſſa, & inuerſa arma indicium defectio

defectionis. Inuerſa quoque arma in funere militum. Steuuech. *Veget.*

Signa ſupina præferri ſulita, quæ hoſtibus erepta erant. Idem.

Signum victoriæ erat petitin enipotum. Pont. *Attic. bell.*

Signum, & voces ſolemnia vigilium Romanorum, ſigna data per faces. Pont. *Attic. bell.*

Signum ſeu vexillum elatum ante pugnam, & in militum delecto.

Signa militaria erant grauiſſima, adeo vt humeris validis eſſet opus ad ea portanda. Caſaub.

Signa, & aquilæ culta, & ſeruata in ædiculâ locatâ in principiis caſtrorum, aut iuxta tabernaculum ducis. Alex. ab Alex. *l.* 1. *c.* 12.

Signa militaria à Quæſtoribus vrbanis ex ærario promebantur, eaque ad Coſſ. in expeditionem ituris mittebantur. Alex. *l.* 2. *c.* 2.

Silentium in certaminibus indictum. Nouar. Sched. *l.* 6. *c.* 5.

Simulacra Deorum vinculis alligata, ne hoſtili carmine auocarentur. Ceid. *ad Virg* 4.

Siniſtro pede præpoſito maiora ſpicola eiciebantur, dextro minora. Steuuech. *ad Veget.*

Siſtris vtebantur Amazones in expeditionibus pro tubis. Dempſt.

Socij militiæ dicti manipulares, qui prædam participabant. Patei Electa.

Socij nauales propter cenſus exiguitatem, non ad terreſtria bella, legioneſque centuriabantur, ſed in claſſe, belloque nauali militabant. Turn. *aduerſ. l.* 11. *c.* 18.

Sontes milites porta decumanâ ad ſupplicium educebantur, auctoritate Præfecti caſtrorum damnati, à Tribuno deputati ad pœnam, ab eodem feſtuario mulctati, gladiis ſuis conciſi, ſecuri percuſſi in mediis caſtris. Steuuech. *Vitr.*

Sortes à militibus in galeam coniectæ. Pont. *ex Virg.*

Spolia hoſtibus erepta etiam in templis recondita, ducta in triumphum, templis affixa. Dempſt.

Spolia hoſtium adfixa poſtibus ædium, in atria, foribus, & liminibus, quæ mutato domino refigere vetitum. Turn. *l.* 26 *c.* 17.

Spolia hoſtium templis, poſtibus ædium, & foro affixa ad ornatum. Steuuech. *ad Veget. lib.* 2.

Spolia timidis detracta Diis non ſuſpendebãt. *Attic. bell.*

Spolia quò vetuſtiora, eò cariora, ideo nec vetuſtate conſumpta reficiebantur, nec reſarciebant. Alex. 5. c. 14.

Statio ſorte aſſignabatur in caſtris militibus. Dempſt. eam deſerens morte mulctatus. Suid.

Statuæ equeſtres, æreæque aureæ aliquandò viris claris gloria militari erectæ. Nouat. Sched. 18. c. 25.

Stigmata in manibus inuſta nouorum militum. Pont. *Att. bell.*

Stipendij fraudatio leuis animaduerſio militaris. Roſin.

Stipendium diurnum militum Romanorum erat denarius decem aſſium: hoc variatum ſub Imperatoribus ex pecuniâ collectitiâ cenſus. Marc. Don.

Stipendium militare aureus in menſem, id eſt, deni aſſes in diem. Lipſius de militiâ.

Stipendia prima annorum 25. fuere deſtinata. Lipſius. *ad Tacit.*

Stipendium militare quondam conſtabat ex annonâ menſtruâ, id eſt, re frumentaria, vel aliis ad victum neceſſariis.

Stipendij militaris, ſeu alterius pecunia, quæ vſui ſuper erat, pugnæ tempore apud ſigna in ſarcinulis depoſita, vt fortius pugnarent, olim erat dimidia pars. Domitianus non vltra mille numos iuſſit. Alexand. 4. *cap.* 2.

Sudibus vſi tyrones, vel vt ad palum exercerentur, & librarent; non ſecus ac in hoſtem, vel vt iis pugnarent. Ille palus in terrâ defigebatur fixus ſex pedes eminens ad viri iuſtam ſtaturam, & eminus petebatur miſſilibus, comminus ſudibus. Dempſt. *l.* 10. *c.* 10.

T

TAbernacula abituri incendebant, & munitiones, ne hoſtium eſſent receptus. Alex. ab Alex. *l.* 5. *c.* 12.

Tela antiquorum: haſta, pilum, phalarica, ſemiphalarica, ſoliferrea, geſa, lancea, ſpari, rumigeſtri, falces, tragulæ, frameæ, mernnculæ, cateiæ, rumphεæ, ſcorpius, ſcibones, ſicilices, veruta, enſes, ſicæ, machæræ, ſpathæ, lingulæ, pugiones, clunaculæ. Gell. *l.* 10. c. 25.

Templa belli iure non minus, quam res profanæ occupabantur, & victori cedebant. Dempſt. *l.* 2.

Teſſera erat tabella, vigente Repub. è ligno breui inſcripta, quæ ab Imperatore Tribuno dari ſolita, poſtea ſignum fuit modò vocale, modò mutum, vt manus, &c. Mercerius. Alex. *l.* 4. *c.* 3.

Teſſerâ pro tubarum concentu vſi Romani in educendo exercitu cum clanculum pugnandum. Alex. *l.* 4. c. 2.

Teſtamenta primipilarium ferè Imperatoribus, à quibus fuerant promoti, & ditati, Item amicis & benè meritis aliquid honoris gratia legabant. Turn. *aduerſ. lib.* 28. *c.* 35.

Tibiarum vſus in caſtris Romanis, vel cum ad concionem vocabant, vel ſilentium indicebant. Scal. Poët.

Tibiis loco cornuum & lituorum vſi Lacedæmonij in bello. Gualt *ad Hor.*

Tintinnabula ſecum ferebant excubiarum præfecti, ad explorandos vigiles; vt iis auditis, more noſtro reſponderent. Suid.

Trabeati Conſules poſt reges exactos militiam exercebant.

Triarij principes in acie ſequebantur pluribus vexillis, milites veterani, ſcuta, & haſtas fixas humi tenentes, in his omnis belli ſpes. Alex. 4. c. 7.

Triarij

Triarij genu dextro inniai ſignum pugnæ expectabant. Steuuech. *ad Veget. l* 2.

Tribuni militum tyrones præceptis militaribus imbuebant, eoſque ſub diſciplinâ militari cootinebant. Alex. *l.*5.*c.*20.

Tribuni militum quidam lati clauis maioris dignitatis, quidam anguſti claui, minoris. Turn. *l.* 5. *c.* 2.

Tribuni laticlauij in legione maioris erant dignitatis, quàm qui laticlauij non erant. Turn. *l.*26. *c.* 11.

Tributum tumultuarium ac temerarium, cum priuatas quiſque opes in publicum conferebat, tumultu vrgēre, & in tabulas Ærarij referebat. Steuuech. *ad Veget. l.* 2.

Tropæa ſoli duces erexerunt, iidem ſpolia opima Ioui Feretrio fixerunt, eaque etia tantum fuerunt. Steuuech.

Tubâ pedites, equites lituo ad pugnam aduocari. Alex. *l.* 4 *c.* 2.

Tubarum, & cornuum concentus ſignum educendi exercitus io legionibus Romanis. Alex. *lib.* 4. *c.* 2.

Tubicines canebant io caſtris legionariis, quoties milites exituri ad aliquod opus, & ſoli milites ad eorum ſigna obtemperabant. Quoties verò mouenda ſigna cornicines canebant, quoties pugnandum, & tibicines, & cornicines pariter canebant. Britan. *Iuuen.*

Tuba tecta à Tuſcis inuenta ad pedites grauiſono excitandos. Gualt. *ad Hor.*

Tunicati milites in caſtris poſitis ſagulis militaribus in publicum prodire Ignominiæ causâ iuſſi. Item togati, ſed abſciſſis laciniis, & veſtibus præciſis. Caſaub. Suet. *Aug.*

Turma, triginta eqoites, ideſt, tres decurias, & decuriones tres recipiebat: turma ex equitibus, centuria ex peditibus conſtabat. Alex. ab Alex. *l.* 1. *c.* 5.

Tyrones non ſimul ac ſcripti in legionem numerati, nec teſtari poterant iure militari. Steuuech. *Veget.*

Tyrones primo anno militiæ ſcutum album geſtabant. Idem. *l.* 2.

Tyrones militiæ non minores 17. non maiores 46. annis Seruius Tullus inſtituit. Alex. Alex. *l.* 1. *c.* 20.

Tyrones in caſtris edocti hyeme pariter atque æſtu ſingulis diebus ante, & poſt meridiem locum tenere, ſigna ſequi, ordinem ſeruare, foſſam fodere, figere vallum, militari gradu incedere. Idem. *l.* 1. *c.* 20.

Tyrones arma ſumpturi io iuſiurandum adigebantur, ita exauctorandi, eodem illo ſacramento ſoluebantur, priuſquam ab exercitu dimitterentur. Dempſter. *lib.* 10. *cap.* 3.

Tyrocinium militare fuit exercitatio ad palum, curſu, iactu diſci, ſaltu, iaculatione, lucta, natatione, funda, iaculatione hyeme, æſtu, mane poſt prandium, ſigna ſeqoi, ordinem tenere, ſtare, foſſam fodere, figere vallum, militari gradu iocedere, &c. Alex. *l.* 1. *c.* 20.

V

VAcationes militum extra ordinem à Cenſoribus cognitæ fuerunt. Roſin.

Vacationes in tumultu oon valebant. Briſſon. *Form.*

Vallum legionarij milites vnà cum armis in itinere ferebant. Roſin.

Velites & Triarij omnes immunes ab excubiis. Steuuech. *ad Veget. l.* 3.

Velites, pedites leuis armaturæ ſine ſignis. Gualt. *ad Hor.*

Verbena, & gramen cum terra euolſum. Item lituus, & lapis ſilex è Capitolina arce ſumpti a Fœcialibus. Alex. *l.* 1. *c.* 12.

Veſte rubra vſi Lacedæmonij in militiâ, ne ſanguis io veſtibus viſus, eſſet terrori. Suid.

Veſtes publicæ datæ militibus ſine ſtipendiorum diminutione Gracbi lege. Alex. *l.* 1. *c.* 20.

Veſtium mutatio Romæ cum ad ſagum ibatur in tumultu, & bello, iuſtitio indicto: non tantum pop. Rom. togas, ſed etiam magiſtratus prætextas mutabāt, & in ſagis, veſteque plebeia erant. Turn. *l.* 25. *c.* 4.

Veteranis emeritis Alex. primas ſedes in ſpectaculis aſſignabat. Scalig *Poët.*

Vexilla Romanorū cocco decorata. Dempſt. ſub his ſignis manipolarij, veterani etſi exauctorati, non tamen donati miſſione. Mercer.

Vexillo rubro pedites, cæruleo equites vſi. Roſin. eo propoſito conclamabant ad arma milites, corpus curabant. Idem.

Vexillum Imperatores penes ſe habebant in tabernaculo, & qoi delectum olim habebant, in arce ponebant: cum prælium erat committendum, proponebatur, tollebaturque vexillum. Turn. *l.* 14. *c.* 16.

Vexillum purpureum, ſeu tunica ruſſa pugnæ ſignum erat. Poot. *Attic. bell.*

Vexillum ex Prætoriâ naui io ſublime elatum pugnæ naualis erat ſignum. Alexand. *l.* 4. *c.* 2.

Victores veſte candidâ amicti ſacrificabant, at clade afflicti, lugubri, vt omnes rei faciebant. Dempſt. *l* 4. *c.* 9.

Victores hoſtium victorum arma io templis ſuſpendebant. Gualt. *ad Hor.*

Victi victorum nomina accipiebant. Scop. *coll. c.* 25. arma verò victorum Lunæ cremabant. Dempſt.

Victoribus acclamatum, Euge, Euge, palmā habes. Parei Electa. In belli congreſſu, Victoria Ferr.

Victoriam de hoſte reportantes faſces lauro coronabant, lauream que in Capitolium in Iouis gremio deponebant. Turn. *l.* 27. *c.* 22

Vigiliæ in quatuor partes diſtributæ, quæ tubæ, vel buccinæ ſonitu incipiebant. Steuuech. *Veget.* harum ſingulæ ternas horas continebant. Suid. 802.

Vigillas Equites circumibant, aliquando Centuriones. Steuuech. *ad Veget.*

Vigiliarum teſſera à Præfecto legionis petebatur. Roſin. earum iniria denunciabat Centurio. Tacit. Polyb.

Vigillas milites agebant ordine ſuæ matriculæ,non electione. Steuu. *Veget.l.2.*

Vigiliarum vices tubæ in caſtris per interualla ſignificabant, & ſi quando hoſtes in conſpectu ſunt, pro portis caſtrorum ſingulæ ſtationes, & expeditæ cohortes, diſpoſitis excubiis inſtratis, frænatiſque equis pro vallo excubabant. Dormienteſque in ſtationibus morte mulctati ſunt. Alex. *l.1.c.12.*

Vinum in exercitu qui vberius bibebat,militari conſenſu omnium princeps habitus.Luiſin. par. *l.1.c.8.*

Vite non virgis cæſi ciues, & milites Romani. Marc.Don.

Vitis Centurionum aliorúmque militiæ principum inſigne, eáque caſtris inſerta. Pithœus. *ſubſec. l.1. c.15.*

Vitis animaduerſio militaris leuiſſima, & inſigne Centurionum. Steuu. *ad Veget.*

Vitis data deſignatis Centurionibus.Caſaub. *ad Spart.* Salmaſ. *ibid.*

Vites lictores præferebant,non faſces ante Tribb. mill. illis enim Centuriones plectabant milites delinquentes. Alexand. *l.6.c.13.*

Vir virum legere dicebatur olim in ſummo diſcrimine dimicandi, cum ordinanda erat acies, vt quiſque ſibi eum virum legeret, in cuius virtute plurimum eſſet fiduciæ, cumque proximum haberet, cuius latus tegeret,& tegeretur.Idem ſeruatum ab Auguſto in Senatu legendo. Turn. *adu. l.25.c.7.*

Vota publicè ſuſcepta pro euntibus militatum, eadémque ſuſpenſa in tabellà ante portam Vrbis. Steuu. *Veget.*

Vrbem expugnaturi eius Deos tutelares euocabant certo carmine, & conceptis verbis in nouas ſedes,templáque ampliora,& ſolénes aras pollicētes.Alex.*l.6.c.4.*

Vtres exercitus pars olim geſtabat cinere, & fauillà plenos: pugiunculis iſtos perrumpentes aërem turbabant. Suid. 118.

Vxores militum & legatorum in Prouincias abeuntium eos non ſequebantur.Caſaub. *in Suet.*

Z

ZOna, id eſt,balteo militari cingebantur ituri ad bellum. Dempſt. *l.2.c.8.*

NVPTIALIA.

A

ANVLVS nuptialis non ex auro,ſed ex ferro datus coniugibus, in ſiniſtræ digito proximo minimo portatus. Alex. *l.2.c.19.*

Anulus ſponſæ à ſponſo datus erat ferreus, & ſine gemma priſca ſæcula referens. Alex. *l.2.c.5.*

Aſſes tres nuptiales dati.

Auſpices noctu, & ſub auroram auguriis operam dabant, cum pacta dotalia erant

Ioſeph. Laurentij Polymath.

ſcribenda. Dempſterus *l.5. cap.37.*

Auſpices mittebantur à ſponsà ad maritum: Pronubæ a marito ad ſponſam:hæ ſponſam cubitum ducebant ad lectum ſuum genialem; bi maritum eodem perducebant. Mercerus *ad Alex.l.2.c.5.*

C

CAiæ vocatæ omnes mulieres, cùm coëmptionem faciebant. Caij verò viri. Briſſon. *Form.*

Calendæ, Nonæ, Idus religioſæ, & nuptiis infauſtæ. Macrob. *Sat. l.1.c.15.*

Cingulo ex lanà ouis noua nupta cingebatur, quod vir in lecto ſoluebat, ceſtus, & zona dictus. Roſin.

Cingulum dedicatum Iunoni Cinxiæ nodo Herculano erat iunctum. Polym.

Clauium traditio fiebat ſolemniter in nuptiis, ſicut earum ademptio in diuortiis. Alex. Mercerus.

Cœlibari haſtà caput nubentis comebant. Gyral. *ſynt.3.*

Colum comptam ſponſa in mariti domum inferebat, vnà cum fuſo & ſtamine nuptiarum die. Alex. *l.4.c.8.*

Concubinam vxori ſuperinducere olim Romæ permiſſum. Mercerus ad Alex. ab Al. *l.2.c.24.*

Confarreatione initio nuptiæ indiſſolubiles. Marc. Don.

Confarreatio ſolis Pontificibus conueniebat. Roſin.

Coniuges non dicebantur ſerui, ſed contubernales. Caſel. *var. c.53.*

Connubium nullum legitimum Romani cum peregrino. Alex. *l.2.c.5.* Item,impares nuptiæ Romani & non Romanæ, & contra,aut ſine teſtibus,aut patre non iubente legitimæ non erant. Idem.

Cornices in tutelà Iunonis creditæ,quæ nuptiarum præſes eſt,Gualt.ad Alex.*l.2.c.5.*

Cornicum aut turturum par vel coniunctio apparens in celebritate nuptiarum auſpicatiſſima. Scal. *Poët.*

Corona redimiti noua nupta ſolebat.Roſin.

Crines nuptarum dirigebantur in ſex orbes, ſeu anulos gradatim, ita vt ſuperior quiſque anulus inferiore minor eſſet, his orbibus reticulum impoſitum; hic ornatus proprius matronarum. Mercerus. Alex.

Cumera,colus cum fuſo in nuptiis.Opuſcula Philol.

Cumeram ſiue vas opertum Camillus ferebat in quo nubentis vtenſilia, ſiue mundus muliebris. *Ibid.*

Curru in nuptiali tres geſtati: ſponſa media, ſponſus à dextris,parochus à ſiniſtris. *Ibidem.*

D.

DExtræ iunctæ in ſponſalibus per eum, qui ſanguine maximè iunctus, in Confarreatione facta per Pont. Max. in Coëmptione per alium, & hoc erat in manum conuenire, adhibitis igne, & aqua. Alex.

Dies nuptiarum albo vellere conditus. Caſel. *l.2.c.10.*
Dij bene vettant, acclamatum in ſponſalibus. Dij te ſeruent:in electione belli ducis. Ferrar. *Acclam.*
Dij in nuptiis, & conuiuiis Inuitati. Pont. Attica bell. Iupiter, Iuno, Diana, Venus, Suadela. Alex. *l.2.c.5.*
Dianæ caniſtrum ferebant virgines viri potentes. Hartung. *1.dec.*8.
Diuortij verba, Res tuas tibi habeto. Dotis dictio certis & ſolemnibus verbis facta, nulla præcedente interrogatione. Briſſon.
Domidueus Deus, qui nouam nuptam domum ducebat. Roſin.
Doti dare conſueuerunt decies ſeſtertium, id eſt, centum millia ſeſtertium. Briſſon. *Form.l.6.*
Diuortij cauſæ ex lege Romuli, ſi vxor in adulterio, veneficio,clauium adulteratione deprehenſa, aut vinum biberet. Alex. *l.4.c.7.*

F

Faces 5. ex pinu prælatæ in nuptiis, quia noctu nubebant puellæ, eáſque geſtabant 5. pueri patrimi, & matrimi. Dempſt. *l.5.c.37.*
Facibus quinque vtebantur in nuptIis,quod hic numerus fauſtus eſſet nuptiarum. Parei elect. Iiſque domum nuptæ deducebantur. Roſin. Hæ faces è ſpina alba, carpino,cotylo, & huiuſmodi. Plin.
Far adoreum in ſacris nuptiarum ceremoniis adhibitum, hinc matrimonium per confarreationem. Marc. Don.
Feriæ Kalendarum, Nonarum, Iduum religioſæ, & piaculares vim fieri prohibentes, ideo Virginibus nubendis infauſtæ, non autem viduis. Roſin.
Feriæ magis idoneæ viduis nubendis,quàm Virginibus. Rhodig. *l.28.c.18.*
Feſtis diebus Virginibus nefas nubere, viduis vero fas. Item, menſe Maio, dum parentalia peragebantur: & cum ancylia mota in templo Martis nondum condita. Item, poſtridie Calendarum, Nonarum, & Iduum. Alex. *l.2.c.5.*
Flammeum velum nuptarum, fœminis impoſitum, vt ſcirent ſe viris ſemper eſſe ſubiectas. Roſin.Hoc flammeum erat coloris lutei. Fruterus *2.veriſim.c.19.*
Flammeum modò eſt velum Monialium. Cerda.
Flauus, & luteus color nuptiis ſacer. Turn. *adu.l.29.c.32.*

G

Genialibus lectis ſtratis maritorum Genij inuocabantur. Roſin.
Genialis lectus tempore nuptiarum togâ ſternebatur. Turn. Idem religioſè ſeruatus in aulà, ſeu atrio ianuæ ex aduerſum, in coniugij monumentum, non tam ad vſum, quam ad religionem, in eo enim ſolitæ matronæ ſedere,nere,ſnere,texere. Pont.ex Aſcon. Turn. *aduerſ.*
Genius maritorum aduocatus, togâ ſtratâ lectulis,cum in matrimonium conueniebant. Arnob. *l.2.*

H

Hymenæum Græci in nuptiis acclamabant,Latini Talaſſione. Ferrar. *Accl.*

I

Idus Iuniæ aptiſſimum tempus nuptiarum. Roſin.
Ignis è puro foco, & aqua è puro fonte in nuptiis adhibita,id eſt, titio è felici arbore,& aqualis. Turn. *adu.l.29.c.27.*
Iunoni nuptiali operantes è victimâ fel eximebant. Rhodig. *l.28.c.21.*
Ianuæ ſponſi ornatæ lauro, & laneis vittis, quæ à noua nupta tangebantur, oleo, & adipe ſuillo,ſeu lupino inunctæ; domus verò felle nigræ canis ſuffitæ ad faſcinum auertendum. Alex. *l.2.c.5.*

L

Lampadem geſtabant ante ſponſam, & lectum nuptialem. Pont. *Attic. bell.*
Lampades in nuptiis accenſæ.Dempſt.Item, in ſepulchris. Licetus de Lucernis.
Lectus Genialis totus erat à Virgine, mittebatúrque in pompa nuptiali cum dote, & apud maritum magnificè ſternebatur in aula, & coram eo lecto adoptiones fiebant: & in eo lecto interdiu matronæ ſedebant, lanam cum ancillis facientes, & liberos inſtituentes.Merc.Alex.*l.2.c.5.*
Lemutiis feſtis non licuit Matrimonia celebrare. Scal. *Poët.*
Luteus color mulierum erat, & nuptialis. Turn. *adu. l.28.c.13.*

M

Manturna Dea inuocata in nuptiis, vt noua nupta cum viro maneret.Roſ.
Matrimonia Perſarum nonniſi ineunte vere facta. Scal. *Poët.*
Matrimonia externa Romanis interdicta.
Matres ſponſorum in nuptiis tædas præferebant ardentes. Item, ſponſarum apud Græcos. Dempſt.
Matrimonium contrahentes quinque Deorum ope indigebant,Iouis adulti,Iunonis adultæ, Veneris, Suadæ, ac Dianæ,ea Lucina eſt, quæ à parturientibus inuocabatur. Plut. *Quæſt. Rom.* Roſin.
Matrimonio ſoluto dotem reddi voluerunt. Roſin.
Matrimonio vno contentæ, pudicæque corona pudicitiæ honorabantur. Roſin. Alex. *l.4.c.8.*
Matrimoniis in contrahendis voto vtebantur,Quæ res bene vertat. Parei elect.
Matrimonium libertorum contrahendorum cauſa ſuſceptum, boni ominis gratia per Auſpices edicebatur. Parei elect.
Matronæ peculiari habitu incedebant duplici vitta, ſtola, &c. promiſſos capillos alebant,

alebant, non tamen ſcorta, quibus crines erant breuiores, vt eo commodius ſe in pueros,puellaſque poſſent transformare. Parei electa.

Matronæ matronalibus Kal. Martiis Iunoni ſacrificabant, vt felix annus iret, & in partu,& in amore coniugali,atque etiam munera miſſitare ſibi mutuò ſolebant. Parei electa.

Matronæ vtebantur ſtolâ ad pedes imos demiſſa, quæ interdicta aliis mulieribus. Idem.

Mater familias dicta vxor per coëmptionem,non vſu,& confarreatione,& in viri familiam tranſibat.

Mundus muliebris ſponſæ in nuptiis præferebatur Græco ritu. Scal.

Mundus nuptialis, in ornatu. Primò, auro, gemmis,veſtibus,in cultu.Secundò,in curâ capilli,vultus, & cutis.

Munera nuptialia, natalitia data in puerperio, & quando nomen imponebatur. Item,miſſa à ſeruis & liberis. Item, cum Cereris ſacris ſuos liberos Athenienſes initiabant. Quintò verò die à nato puero,quæ obſtetricatæ fuerant, aut aliquid eius muneris attigerant,manus purgabant, puerum currentes circa focum ferebant, & propinqui dona miſſitabant ferè polypos, & ſepias. Turn. *adu. l.19.c.4.*

N

NOnæ inhabiles nuptiis, ne nupta, aut poſtera die libertatem auſpicaretur vxoriam,aut atro immolaret (poſtriduani enim dies poſt Calendas, Nonas, & Idus atri erant) quo nefas ſacra celebrari. Macrob. *Sat. l.1.c.15.*

Nouæ nuptæ in conclaue ſimulacra Deorum illata fuere. Roſin.

Nouæ nuptæ in ſinum, antequam ad maritum duceretur,obſcœni Dei ſimulachrum ad pudicitiam prælibandam collocabatur, egredientes domo ſua limen tranſilibant non tangentes. Alex.

Nouis nuptis precabantur, Quod tibi ſempiternum,ſalutare ſit liberis procreandis.

Noua nupta domo egrediens limen non tangebat, tibicine præcedente, qui caneret Hymenæum, colum comptam, fuſum cum ſtamine ſecum deferens; duo pueri patrimi matrimi eam tenentes, deferebant. Tertius anteibat facem è ſpinâ albâ præferens, & ſic ad maritum ducta. Alex. *l.2.c.5.*

Nubentes virgines comitabatur colus compta cum fuſo,& ſtamine. Roſin.

Nubentium fores frondibus & floribus ornabantur. Roſin.

Nubentes ad maritum accedentes tres aſſes afferebant. Dempſt.

Nubentium matres in nuptiis facem præferebant. Rhodig. *l.18.c.15.*

Nubentes, capillis canis ſenum caput ornabant. Ionius, *com.*10.

Nubentium crines haſtâ cœlibari comebant, & mulcebant. Arnob. *l.2.*

Ioſephi Laurentij Polymath.

Nubentes profitebantur ex Haruſpicum diſciplinâ, ſe liberorum quærendorum cauſa conuenire. Parei elect.

Nubentes olea coronati.Caſell.

Nubentes ante 10. menſem ab obitu mariti infamia notatæ. Alex. *l.4.c.8.*

Nubentium manus, patrui ſiue proximiores tenebant. Caſell.

Nuces nouus maritus ſpargebat.Eædémque ſparſæ cum fructibus non ſolum in nuptiis,ſed & in rebus lætis. Roſin. Atticâ bell.Item, à catamitis pueris cum à turpi ſeruitio recedebant. Manut. *Adag.*

Nuptiales dies infauſti,totus menſis Maius, poſtriduani dies Calendarum, Nonarum, Iduum. Macr. *Sat. c.15.*

Nuptialibus in ſacris victimæ fel adimebant, idque poſt aram abiiciebant, ad innuendum, iram & bilem amouendam à connubiis. Pontanus, *ex Rhodig.*

Nuptæ nouo cingulo cingebantur, coronam ex verbenis ſub amiculo ferebant. Roſin.

Nupta noua ſoccos luteos geſtabat, velò obnubebatur, cum ad virum ducebatur. Roſin.

Nupta noua in pelle lanata collocabatur, aqua aſpergebatur, limen domus elata tranſcendebat, poſtridie nuptiarum in domo viri rem diuinam faciebat, ſeniſque crinibus ornabatur. Roſin.

Nuptæ nouæ adipe lupino poſtes inungere ſolebant. Roſin. Ad malum auerruncandum. Roſin.

Nuptæ nouæ cingulum Herculano nodo vinctum. Roſin.

Nuptæ nouæ comam haſtæ cuſpide diſcriminabant. Roſin.

Nuptæ nouæ velum, quo caput obnubebat coloris lutei; flammeum dictum. Fruterus.

Nuptam nouam veſpere prætextati pueri tres domum ducebant. Roſin.

Nuptiæ non niſi captatis auguriis factæ. Roſin.

Nuptiarum tempus aptiſſimum olim Idus Iuniæ. Roſin.

Nuptiis infauſtus habitus olim Maius menſis. Roſin.

Nuptialis cœna olim laurior,quam alia conuiuia. Dempſt.

Nupta noua cingulo præcincta, à viro in lecto ſoluebatur. Dempſt.

Nuptiæ minus legitimæ erant, vbi pater,& mater peregrini. Marc. Don.

Nuptiarum omen olim in fulmine. Nanius *l.14.c.4.*

Nuptiarum die puer coronatus ſpinis, & quernis glandibus ſportulam refertam panibus circumferebat dicens, effugi malum, inueni bonum. Hartungus 2. *dec.*8.

Nupta noua non ſolum non contingebat pedibus limen domus, in quam deducebatur, ſed nec eius è qua exibat. Turn. *l.8.c.11.*

Nuptæ nouæ olim boni ominis gratia in cubiculi cella, & in lectulo geniali, à matronis vniuiris, quæ pronubæ erant,

Ss 2 collocâ

collocabantur, vt ſpes eſſet, & augurium perpetuas fore nuptias, & ſingulares. Turn. *adu. l.21.c.29.*

Nuptiarum die puer quiſpiam ſpineis frondibus, & quernis glandibus opertus, coronarúſque cunas geſtans panibus plenas dicebat, effugi malum, inueni bonum. Manut. *Adag.*

Nuptæ Ægyptiorum ſandaliis non vtebantur, ne vnquam domo prodirent. Manut. *Adag.*

Nuptiæ quandoque factæ per ſortitiones, in quâ ſortitione, ſæpè deuotiones, id eſt, diræ imprecationes obligabant nouas nuptas. Parei electa.

Nuptiæ ſeruorum iure ciuili non ſunt iuſtæ, neque ſeruorum mulieres dicuntur vxores, ſed coniunctæ. Parei electa.

Nuptis bene precabantur, ſpem ſobolis vouentes, quod tibi ſempiternum, ſalutare ſit liberis procreandis. Item, omnia fauſta, longam vitam nuptæ, vt viro ſemper ſit ſuperſtes. Idem.

Nuptias contrahendas ſponſio præcedebat, & nominatio dotis. Parei electa.

Nuptiis appropinquantibus ante omnia diligenter vaſa eluebant, ſacrificabant Iunoni, Veneri, Gratiis; tibicines ſuaui cantu concinebant, ὦ Hymen, Hymenæe, Hymen. Nubentes candidè, lautè, ſplendidè veſtiti incedebant coronati cum lampade. Parei elect.

Nuptiis intererat puer patrimus matrimus ſpinas cum glandibus, & vannum panibus plenam ferens dicens, effugi mala, inueni meliora. Suid.

Nupturæ virginitatem flumini conſecrabant. Pont. Attica bell.

Nuptias præcedebant ſacra. Hæ factæ cœlo ſereno, & quieto, luce primâ. Alex. *l.2.c.5.*

Nuptiarum diem anniuerſariam celebrabant antiqui.

Nuptiæ ſecundæ ante decimum menſem poſt viri mortem nullius erant momenti.

Nupta noua in domum ſponſi ducebatur in curru ſedens media inter Parochum, & Paranymphum. Pont. Attica bell.

Nuptialis apparatus pars maxima apud Athenienſes placentæ, & opera dulciaria. Caſaub. *in Athen.*

Nuptiarum tempore cœnabatur domi ſponſi, ſponſalibus verò ſponſæ. Electa Plaut.

Nuptias recuſantes Iudæi nudis pedibus incedere cogebantur. Dempſterus *ad Roſinum.*

Nuptiarum tempore ſpinis coronatus puer, & quernis glandibus ſportulam præferebat panibus plenam. Pontani Dial. exclamabátque Fugi malum, inueni melius. Dempſt. *l.2.c.11.*

Nuptiæ firmatæ tabulis ſcriptis, eædem diſſolutæ tabulis fractis. Dempſt. *lib.5. cap.38.*

O

OLiuâ coronati nubentes. Caſell. *lib.2. cap.20.*

Omina captata in nuptiis. Turnebus *aduerſ. l.10.c.12.*

P

PAnem gladio diuiſum ſponſus, & ſponſa ſponſalia cum ineunt apud Græcos, & Macedonas, guſtare ſolebant. Alexand. *lib.2.*

Papaueris ſuccus in nuptiis vſurpatus. Pont. Attica bell.

Parentes liberos in matrimonium locaturi, vt bene nuptiæ cederent inuocabant Picumnum, ſiue Martem Syluanum domeſticum, Præſtitem Larium. Parei elect.

Pertunda Dea in conclaue nouæ nuptæ illata. Roſin.

Piſtillum ante thalamum alligabant, ſicut famula cribrum ferebat, ſigna induſtriæ. Pollux. *l.3.c.3.*

Pilumno, & Picumno Diis coniugalibus parentes liberos ſuos elocaturi vota faciebant. Parei elect.

Plenilunium deſtinatum nuptiis celebrandis. Dempſt. *l.5.c.13.* Hoc tempore nundinas Græci faciebant. *c.37.*

Prægnantes Ægeriæ ſacrificabant. Gyral. *ſynt.5.*

Prema Dea in conclaue nouæ nuptæ portata. Roſin.

Pronubarum erat nouam nuptam in lecto collocare. Turn. *adu. l.3.c.13.*

Pronubæ & Paranymphi præerant nuptiis ex parte vxorum, Auſpices ex parte maritorum. Pamelius, *ad Tert.* Illæ Virginem deducebant, hi maritum, ad lectum. Mercerus. Alex. *l.2.c.5.*

Puellæ priuſquam nuberent Dianæ initiatæ Athenis. Rhodig. *l.26.c.19.*

Puellæ innupræ ſine calceis, & donec nuberent togâ prætextâ vſæ. Roſin.

Puellæ crepundia geſtabant in ciſtellis ſuis, item icunculas, & nomina parentum. Parei elect.

Puerperæ ſtatim doloribus perfunctæ Iunoni ſacrificium inſtruebant, veſtimentáque Dianæ dicabant. Dempſt.

Puerperam amici ſalutabant, gratulabantúrque. Parei electa.

Puerperæ ſtacta & igni ſuper aram Iunoni Lucinæ faciebant, verbenam, thúſque offerentes. Parei elect.

Q

QVinque faces in nuptiis adhibitæ. Pont. Att. bell.

Quæ res rectè vertat, acclamatum in nuptialibus. Ferrar. *Acclam.*

R

REpotia, conuiuia celebrari ſolita poſtridie nuptiarum, vel ſeptimo die

die à nuptiis. Vide Conuiualia.

Repudiare cum volebant vxorem, vel eam præſentem exturbabant ædibus, vel per nuntium abſenti libellum mittebant, cum formolâ, Tibi res tuas habe. Dempſt. *lib. 5. cap. 38.* Vt claues intranti domum mariti tradebantur poſt conclamatum Hymænæum, ita diuertenti claues adimebantur. Idem.

Ritus nuptiales verſabantur in diebus non inauſpicatis; in veſtitu & ornatu ſponſæ, in deductione ſponſæ in domum ſponſi, in flammeo, in facibus, in colo compta cum fuſo & ſtamine, in tribus aſſibus, in foribus ædium ornandis floribus; & frondibus; in ianuis vngendis, in tranſiliendo limine ianuæ, in traditione clauium, in pelle lanata, in aqua & igni, in cœna nuptiali, in tibia, in talaſſione, in nucibus ſpargendis, in lecto togâ ſtrato, in priapo, & eiuſmodi aliis, iam abrogatis. Hetman. Vult. *lib. 1. cap. 19.*

Saliorum diebus feſtis abſtinebant à nuptiis. Roſin.

Scolion in nuptiis ab accumbentibus lauro, & myrto coronatis canebatur. Scaliger *Poët.*

Seſamum danint in nuptiis, ſeu ſeſamina placenta, ſimilia muſtaceis Romanis. Stuch. *conu. l. 1. c. 24.*

Sexagenarij vxorem ducere vetabantur lege Papia à Tiberio Cæſare edita. Suetonius.

Sponſa, flammeo obtecto capite, In gyrum vertebatur primùm egreſſa ſua domo, ne ſciret viam redeundi. Nuuatini Electa.

Sponſæ anulus pignoris loco mittebatur. Roſin.

Sponſæ nocturno tempore flammeo velatæ in domum mariti ducebantur carpento, duobus amicis comitantibus. Dempſt. & axis rotæq; currus comburebatur apud Bœotios, ne inde domum rediret. Titaq.

Sponſa noua domo egrediens limen tranſiliebat. Brodeus 3. *cap. 27.*

Sponſæ manu tenebantur ab agnatis patruis, & qui proximi erant ſanguine. Caſell. *lib. 1. cap. 20.*

Sponſa veſtes donabat his, qui ſponſum cognatione attingebant, tempore nuptiarum. Pontanus.

Sponſa ſponſo in manu tradebatur. Pont. *Att. bell.*

Sponſæ Romanæ ſublimes in cubiculum ferebantur.

Sponſa eodem die, quo coniugium ſpondebatur, domum ducebatur, non ſine carminibus feſcenninis. Stuch. *conuiu. lib. 1. cap. 24.*

Sponſæ nocturno tempore flammeo velatæ in domum mariti futuri deducebantur carpento vectæ, comitantibus duobus amicis, aut conſanguineis, quos paranymphos vocabant. Dempſterus *libro ſecundo, capite 19.*

Sponſalibus factis mox acclamatum Feliciter. Felix. Quæ res rectè vertat. Dij benè vertant. Ferrar.

Ioſeph. Laurentij Polimath.

Sponſalium ſtipulationis formula, Etiam mihi deſpondes filiam, ſponſa autem dicta non quod ſponderet, ſed quod ab alio ſponderetur: vxorem enim nullus ducere poterat, niſi aliquis eam deſpondiſſet. Patei Electa 6. Dempſt.

Sponſaliorum ſolemnitas epulo opiparo, dicto Repotiis, finiebatur, in quo ſæpe data pecunia conuiuis, notata vultibus ſponſi, & ſponſæ. Dempſt *lib. 5. cap. 37.* inde domum mariti ducta ſponſa per vim erepta è matris gremio, facibus præeuntibus; & in primo limine aqua exhibita, cum titione ex felici arbore, & in aquali aqua illata. Idem.

Sponſalia facta prima, & ſecunda hora diei; & nuptiæ Alex. *lib. 2. cap. 5.* Ea dirempta dicendo, Conditione tua non vtor, Alexander.

Sponſi mater in nuptiis præferebat ardentes tædas. Hartungus. Rhodig. *lib. 28. c. 15.* Pontanus.

Sponſis ſubſtratæ pelles, Magius *lib. 3. capite 7.*

Sponſum ſponſam nominibus appellare propriis olim inauſpicatum, vnde Caius, & Caia dicti. Manut. *adag.*

Sponſi in primo conflictu Veneris iubebantur comperecere nouæ nuptæ, Parei Electa.

Sponſi candidati, & coronati incedebant. Facta ſponſione nuptiis diea conſtituebatur, nouæ nuptæ gratulabantur. Parei Electa.

Sponſi in nuptiis ſolliciti erant, ne quis eos deuoraret, aut illis occentaret, eoque ipſi offenderent Hymenæum. Parei Electa.

Sponſi olim coronati ſeſami, papaueris, & ſyſimbrij folia. Suid. 850.

Sponſus & ſponſa à ſacerdote coronati. Pont. *Attic. bell.*

Sponſi, qui reuera mariti non erant, & in maritorum numero erant, vxorium non pendebant, & præmia ferebant maritorum. Mercerus, Alex. *lib. 2. cap. 3.*

Sponſione facta poſt ſtipulationem, ignem & aquam in limine appoſitam, vterque tangere iubebatur, qua etiam noua nupta aſpergitur, quaſi fœdere copulata. Alex. *lib. 2 cap. 5.*

Subiugus Deus in conclaue nouæ nuptæ portatus. Roſin.

Syſimbria flures, quibus coronabatur ſponſus. Lex. gr.

T

Tabularum nuptialium verba ſolemnia: liberorum procreandorum gratia, vxorem duci. Briſſ. F. *lib. 5.*

Tabulis nuptialibus ſignatis, dictum: Feliciter. Briſſon. *Form. lib. 6.* illis integris, integrum & matrimonium, ruptis illud diſparatum credebatur. Mercerus ad Alex. *lib. 2. cap. 5.*

Talaſſium acclamatum in nuptiis, cum noua nupta in viri domum ducebatur. Ferrar. *acclam.*

Tedæ nuptiales olim ſpineæ; inde pineæ factæ, aut ſine diſcrimine. Turnebus *l.21. c.29.*

Thalaſſionem nuptiis Romani inclamabant. Roſin.

Tunicas, togáſque vxores viris, matres filiis facere, eáſque acu, & licio iotexere conſueuere, quas contexebant veteri more in atrio domus cum clientibus, Græci in Oeco, & Proceco. Alex. *l.4.c.8.*

V

VAſa, ſupellectilia omnia in ſponſalibus purè eluebant. Parei electa.

Veſtes verſicolores geſtabant ſponſi, argumento corruptelæ. Suidas.

Vicini maximè ad nuptias vocabantur. Vicinæ mulieres abſentibus maritis, cum vicinis cubabant. Parei electa.

Vidui parentes liberos conſulere ſolent de ſecundis nuptiis. Parei electa.

Viduæ ſi nuberent non impetrata poteſtate à Prætore, infames fiebant. Roſin.

Viduarum nuptias, quarum viri bello ceciderant, deuitantes pœna Cenſoria coërciti, Alex. *l.3.c.17.*

Virginenſis Deā in conclaue nouæ nuptæ illata, cui Virgines zonam ſoluebant. Roſin.

Virgo nupta, per vim abripiebatur à gremio matris in domum mariti. Dempſt.

Virgines olim cum matrimonium iniiſſent, comæ primitias Deabus conſecrabant. Marc. Don.

Virgines iam maturæ viro caniſtrum ferebant. Dianæ.

Vittæ virginales diuerſæ erant à matronalibus. Turn. *aduerſ. l.23.c.5*

Virgines pridie nuptiarum prætextam ponebant intra ædes Diis ſuis conſecrantes, vt Fortunæ Virginali. Item, bullas, ſtrophia, & cætera ornamenta puerilia Laribus, vel Veneri, veſtem rectam induentes, cum qua cubitum ibant ominis gratiâ. Huic ſolemnitati maritus intererat, vnâ cum amicis, & propinquis eâ nocte, à ſponsâ tamen ſecubabat. Mercetus ad Alex. *l.2.c.5.*

Vnguine adipali poſtes virorum à ſponſis oblinebantur. Arnob. *l.3.c.115.*

Vota maritorum erant ſuperuiuere vxori, contra vxorum non ſuperuiuere maritis. Acidal. *in Plaut.*

Vxores Dominæ vocatæ apud Græcos, interdum etiam apud Latinos. Tiraq. *de leg.con.*

Vxore ingrediente cubiculum mariti, pueri iacientes nuces ſtrepitum excitabant. Dempſt.

Vxores vbi enixæ erant apud Tibarenos tractabant accuratiſſimè maritos pro puerperis. Hartung. *l.1.c.8.*

Vxores Indicæ certabant inter ſe, vt vnâ cum viris mortuis comburerentur. Realin. *an.c.9.*

Vxorij ſtipulatus partes duæ mentio, & repromiſſio. Gulielm. 9. *Anlul.c.2.*

Vxores, quæ in mariti mancipio non erant, in matrimonium conueniſſe dicebantur, quæ in poteſtate, mancipióque & familiâ mariti erant, matres familias, & habebantur, & vocabantur, eæ in manum conueniſſe dicebantur. Turn. *l.23.c.9.*

Vxor tribus modis habebatur, vſo, farre, coëmptione. Confarreatio ſola erat Pontificum, Vſus infimorum. Parei electa.

Vxorem ducentes filiam inuitis parentibus, dolovè, dote priuabantur. Parei electa.

Vxorium pependiſſe dicebatur, qui quod vxorem non habuerit, æs populo dedit. Turn.

Vxorium pendebant dimiſsâ vxore, vel mortua; ſic præmia maritorum ferebant, vxore deſponsâ. Dio.

Z

ZOnam nouæ nuptæ nuptiarum die maritus ſoluebat. Marc. Doo. Poſtridie Dianæ conſacrabant. Alex.

Zonam ſoluebant primum parientes, dicabántque Dianæ. Gyral. *ſynt.12.*

Zonam Cinxiæ virgines ſoluebant, quam vocabant Fortunam Virginalem. Scal. *ad Feſtum.*

FVNEBRIA.

F

ADIANTO, & narciſſo ſepulchra coronata. Gyraldus *ſynt.6.*

Amaranthos ornandis ſepulchris vſitata. Magius *l.6. capite decimoſeptimo.*

Amici ter vocati. Item mortui. Polymath. Amicorum tumuli purgati ſentibus, & ſpinis. *Ibid.*

Animæ inſepultorum errabant centum annis. Caſell. *l.1.c.4. Virg.*

Animæ pollutæ circa ſepulchra vagabantur. Brod. *l.5.miſcell.11.*

Animæ ad Inferos ductæ à Mercurio *χθονίῳ*.

Animæ malorum, bonorúmque ex priſcâ religione circa ſepulchra corporum ſuorum vagabantur. Turn. *aduerſ.*

Animæ abſentium ſupra congeſtum tumulum reuocatæ, ſi non accederent, ij inter mortuos non numerabantur. Ex Virg. *3.Æn.* Mythol. *l.1.c.13.*

Anniuerſariæ exequiæ cum fiebant, munera ſuper aras extructa inferebant. Mythol. *l.1.c.13.*

Anuli detracti morientibus. Polym.

Apium ferale, & ominoſum, quia eo tumuli coronati. Magius, *l.2. c.17.* Muretus, *l.16.c.18.*

Apio ſepulchra coronata, eoque coronati Athletæ in ludis Nemæis.

Apim lugentes Ægyptij caput radebant.

Apio coronati carmen in honorem defuncti canebant, Ialemon, dictum: Senatoribus, &

& patriciis tuba, plebeiis tibia exequiali canebant fidicines. Alexander, *lib. tertio, capite* 7.

Apium in Manium ſacris, & feralibus cœnis præter lentem & oſſas apponi ſolitum. Idem *l.5.* c.26.

Aræ prope ſepulchra, & in ipſis aliquando ſepulchra conſtituta. Magius, *libro tertio, capite* 1.

Aræ non ſiot, acclamatum ab Ethnicis, vt inſepulta iacerent cadauera. Ferrar. *Acclamat.*

Aræ duæ Manibus Heroum, quos in Deorum numerum referebant, ſemper conſecrari ſolitæ. Turnebus, *Aduerſ. lib.* 16. nigris vittis, aut cœruleis ornatæ cum cupreſſo.

Arbores funeſtæ ſatæ iuxta ſepulchra.

Arſenia aqua ad libandum mortuis allata. Gualt. *in Hor.*

Aſſyrij io luctu barbam tondebant, capitis crines demittebant. Dempſt.

Aſſyrij Iunonem infernam colebant. Dempſterus.

Aues funebres præter vulturem; bubo, ſtrix, cornix, incendiariæ aues habebantur. Dempſt. *l.5.c.vlt.*

B

BOni, dicti qui funus curabant. Palmerius *lib.5.*

Buxus in deliciis olim, & circa ſepulchra ſeri ſolita.

C

C Litera ſeruis inuſta.

Cadauera mortuorum ſextum dies domi aſſeruata, octaua cremata, nona ſepulchro mandata extra vrbem. Gualterius, *ad Hor.*

Cadauera olim ſepulta, deinde combuſta apud Romanos; condita apud Græcos; abluta, & vncta apud Hebræos. Erhard. ad Petronium. Combuſta etiam apud Ægyptios, ſed odore delibuta.

Cadauera alba veſte linea induta olim; poſt afflatam animam cubiculo efferebantur: abluta, vncta, coronata, in veſtibulo ædium ad ianuam ipſam collocabant, itaut in viam ſpectarent, abitionem poſtremam referentes. Parei Elect.

Cadauere vſulato, cæteriſque omnibus ritè peractis, præfica alta voce pronunciabat, Ilicet. Parei Elect.

Cadauera mortuorum per pollinctores ſepulturæ mandabantur. Pareus, *ibidem.*

Cadauera mortuorum in rogo cremata extra portam Metiam, ſeu Exquilinam. Idem.

Cadauere elato defuncti propinqui luſtrationis ergo lauati. Suid.

Cadauera ante ſepulturam lota. Manutius.

Cadaueribus virorum, muliebre additum in rogo, vt citius ea comburerentur. Pontani Attica bell. Macrobius, Saturnalibus, *libro octauo, capite ſeptimo.*

Cadauer lauabant aqua calida proximi quique & in ædibus ſeruabant ſeptem dies, octauo efferebant. Roſin.

Cadaueri inſepulto ſi quis occurriſſet, terræ pugillum ſaltem iniicere tenebatur. Dempſterus.

Cadaueri calceos ex papyro conficiebant Ægyptij. Idem.

Cadauera antiquitus purpureis taperibus operta, melle, ceráve illita, coronata. Dempſt.

Cadaueris imaguncula in conuiuiis circumlata apud Ægyptios. Nouar. Elect. Sacra.

Cadauera virorum ſuſpenſa apud Colchos, mulierum terræ mandata. Hartung. 1. *Rituum.*

Cadauera domi compoſita, vt pedes fores ſpectarent. Hartungius, *primo Rituum.*

Cadauera Pythagorico more in myrti, oleæ, & populi foliis nigræ ſepulta. Magius, *lib.2.cap.*28.

Cadauera ante vſtionem vncta. Magius, *l.3. capite* 10.

Cadauera fulmine icta cremare, aut ſepelire nefas. Loëoſis, *libro tertio, capito trigeſimo.*

Cadauera non cremata apud Perſas, & Ægyptios Pont. Att. bell.

Cadauer, inſepultumque videre Pontifici nefas, quod ſi forte occurriſſet, velameo interponebat, ne funeſtaretur. Alexand. *lib.2.cap.7.*

Cadaueribus cremandis virorum addebatur vnum mulierum, vt citius deflagrarent. Alexander, *libro tertio, capito ſeptimo.*

Cadauera olim intra proprias ædes ſepulta, vnde lares colendi religio peruaſit in ædibus. Alex. *lib.6. cap.*14.

Cadauera eorum qui ſibi ſponte domi guttur è trabe fregiſſent, non efferebantur portâ, aut feneſtrâ, quia hæ Iano ſacræ, ſed extrahebantur perfoſſo ſubmiſſimine, aut pariete, ne illæ fœdarentur. Polletus, *Fori Romani, libro quinto, capito tertio.*

Cadauer antequam rogo imponeretur vino, lacte, melle, interdum etiam ſanguine victimarum inferis mactatarum effuſo imbuebatur. Deinde impoſito in rogo oculi aperiebantur, vt cœlo oſtenderentur: demum pyram accendebat auerſus maximè propinquus ſanguine, ſuper iniectis armis, rebúſque carioribus, *Syntagm. de Funeribus.*

Cadaueri inhumato peregrè, ne anima erraret, quibuſdam ſacris precationibus adhibitis, glebam abſenti, aut terram iniiciebant, ter iniecto puluere; ita Manes illi expiabantur. Alex. ab Alex. *lib.5. cap.*26. Tumuli etiam erecti abſentibus pro arâ. Opuſc. Phil.

Cadauera principum in penetralibus ſepulta. *Synt. de Funer.*

Cadauera mortuorum pollingebantur,id eſt, variis odoribus,& aromatibus aſpergebantur, perungebantur à pollinctoribus. Parei Elect.

Cadauera pauperum portata à ſandapilariis è cellis in Exquilinum buſtùm, puticuloſque in arcis, quibus ſepulturæ honos non tribuebatur propter paupertatem, quod dicebatur eiicere cadauer, & erat ignominioſum. Turnebus, *Aduerſ. lib.*21. *capite* 15.

Cadauera expiata porca.

Cadauera cuſtodiebantur.

Cadaueribus crines,& vngues abraſi.

Cadauera abluta aqua calida, vnguentis delibuta.

Cadauera aliquando non humata,niſi à cane aut alite lacerata.

Cadauera condita aliquando ſale. Item cera circumlita.Dempſt.

Cadauera punico amictu,& oliua ornata.

Cadauera condita melle, & cera.

Cadauer inſepultum Græci inuenientes ſepties terram iniicere tenebantur, ne anima centum annos erraret. Dempſterus.

Captiui, & res cariores in pyram coniectæ, item dona, odores. Mythol. *lib.*1. *capite* 13.

Caput cinere conſperſum in graui luctu.

Caſtratas quadrupedes, vt ſteriles ſacrificabant ob defunctos, mares verò Diis. Suid.299.

Cedrus funeſta arbor apud Sinas. Nouarin.*Sched.l.*6.*c.* 16.

Cineres cadaueris vſtulati in vrnam coniiciebantur.Roſin.

Cineres & oſſa nequiſſimorum hominum diſperſa. Pontanus, Atticis bell. *tractatu tertio.*

Cineres principum defunctorum in Mauſoleum, dum fuit ibi locus vacuus inferebant. Sed buſta vbi fuerant cremati, habebantur pro locis religioſis. Caſaub. *Suet.*

Cineres amicorum vino,vnguentis, floribus, lacrymis imbuti.

Cineres Imperatorum, & clariſſimorum hominum in foro ſepulti,aliorum vero in agris vbi ſepulchra. Alexander, *libro* 7. *capite* 14.

Circuli ſanguine exarati ſuper alterius corpus Nouar.*Sched.*

Cenotaphia iis poſita qui in acie occubuiſſent.vel naufragio,vel ab auibus,aut feris diſcerpti Luiſinus, *libro ſecundo, capite vigeſimo ſeptimo.*

Cenotaphia etiam multa vni poſita, etſi alibi ſepulto. Idem, *ibid.*

Cenotaphia extruebant Pythagorei iis, qui à philoſophia defeciſſent, tanquam mortuis. Canterus, Variorum, *libro primo, capite* 12.

Comas alebant viri in luctu, barbam, capillumque ſubmittebant, at mulieres crines tondebant. Alexander, *libro tertio, capite* 7.

Corpore reliquo cremato, plerumque digitum, membrúmve, aut capillos ſeponebant, quibus vt cadaueri parentabant.Gyraldus.

Corpore, inhumato familia manet funeſtata. Gualt.*ad Hor.*

Corpora defunctorum è loco in locum exportare,inconſulto Pontifice,nefas. Dempſterus.

Coruus in ſepulchris antiquorum effictus. Nouar.Elect.Sacra.

Cremare, vel ſepelire corpora ſuorum mortuorum liberum fuit cuique familiæ. Cicer 2.*de leg* Mercerus, Alex.

Cupreſſus Diti ſacra.funeris indicium, eaque pyræ cinctæ. Roſinus: hæc cum picea in lugubri domo patriciorum, amiſſis fratribus, liberis, propinquis.Alex.*l.*3.*c.*7.

Cyathi tot exhauſti quot annos precabantur.

D

Decurſiones militares factæ in funeribus clarorum virorùm circa rogum, & ſepulcra. Turnebus, *libro quinto, capite octauo.*

Decurſiones factæ circa rogum in ſiniſtram, deinde vt expiarent contagionem funeris in dextram decurrebant. Turnebus, *Aduerſ.l.*5.*c.*8.

Decurſio armata in funere magnorum virorum, id eſt, proceſſio, & ambulatio exercitus.Stewech.Veger.

Defunctis præferebantur inſignia, arma, dona militaria,& huiuſmodi. Roſin.

Defuncti corpus per interualla ter conclamabatur. Roſin.

Defuncti tenuioris fortunæ à veſpillonibus portari, reliqui verò pro fortunæ conditione ab honoratioribus; Imperatores vero & Coſſ. à perfunctis maioribus honoribus,& Senatoribus. Roſin.

Defunctos qui proſequebantur, audito à præfica, Ilicet; abeuntes extremum vale alta voce pronunciabant ſibi inuicem dicentes: Vale, Vale, Vale, nos te ordine quo natura permiſerit,ſequemur.Roſin.

Defunctorum corpora ſepulcris condita, funalibus accenſis decorata. Magius, *lib.*3. *capite* 19.

Defuncti pignoris loco, rapti à fœneratoribus. Cerda in Virg.

Defunctorum pro foribus Ardanium vas aquaticum locatum, vt ingredientes, & egredientes ſe aſpergerent. Suid.127.

Defunctorum pro foribus cupreſſus funeſta appenſa Roſin.

Deorum ædes clauſæ dum parentabant. Gyral *Synt.*17.

Dies natales defunctorum honorati etiam apud Græcos.Magius,*l.*2.*c.*2.

E

Eiulatio lugubris edita in funere, dictus Leſſus.Parei Elect.

Elicdones parentum funera cantibus proſequebantur. Dempſt.

Exequiis peractis conuiuium funebre dabatur, neque fas iis fuit deguſtare, qui intuliſſent, ſed tantum cernere, vnde

Silicernium

ſilentium dictum, qui verò lucri cauſa ſubibant funeralia dicti buſtirapi. Parei Electa.

Exequiæ aniuerſariæ cum fierent, nigræ oues mactabantur, & ſanguis earum in cratereța collectus cum precibus in effoſſas foueas effundebatur itemque vinum, animaque vocabantur ad bibendum. Mythol. *l.* 1. *c.* 13.

F

FAbæ, legumina, & apium in parentalibus. Gytal. *Synt.* 17. Fabæ abſumptæ io Parentalibus, ſicut cicer in Peruigiliis, & ferales cœnæ, lenteſque, & offæ ad ſepulchra illorum quibus parentabatur, portata. Alex. *l.* 3. *c.* 12.

Facibus accenſis efferebantur mortui, & in annuis funerum parentationibus. Magius *l.* 4. *c.* 19.

Facinoroſi, qoorum pœnæ ad exemplum pertinebant, ſupplicio affecti, ſepultura prohibebantur, ideo cuſtodes adhibiti, donec putrefacta cadauera. Lipſius Fabet.

Faſces magiſtratuum iouerſi portari in funere. Turn. *adu. l.* 22. *c.* 11.

Februa defunctorum piamina circa ſepulcra accenſis facibus, & cereis. Gyral. *Synt.* 17.

Februarius menſis ſolemnia parentationi mortuorum. Magius, *l.* 1. *c.* 19.

Feralia, dies feſtus, quo Inferiæ Diis Manibus inferuntur.

Feralis cœna apparata in funere, crateres cum lacte, vino, & ſanguine, oecnon mella, & crocus ad rogum portata, vt vna cum defuncto cremarentur. Alex. *lib.* 3. *cap.* 7.

Feretrum deferebant propinquiores virilis ſexus; nonnunquam ſerui libertate donati; plerumque Senatores, Prætorij, Conſulares, & Virgines Veſtales. Alex. *l.* 3. *c.* 5. Tenuioris verò fortunæ feretrum à veſpillonibus portatum. Roſin.

Floribus ſpargebantur ſepulcra. Item cadauera amicorum. Nouar. Electa. Flores etiam circa ſepulcra ſati.

Flores, coronæ, fruges, micæ ſalis, vina, violæ ſparſæ io mortuos. Gyral. *Synt.* 18. Suet. *in Oct.*

Funalibus accenſis ſepulcro conditos defunctos honorabant Ethnici. Magius *l.* 4. *cap.* 19.

Funebri oratione primus omnium L. Brutum collegam laudauit Val. Poplicola. Roſin.

Funera noctu facta, & corpora elata ob ſacrorum celebrationem diurnam. Roſin.

Funera inſtaurata quotannis ad ſepulcrum poſitis eſcis, vino defuſo, & toſis ſparſim profuſis. Guiliel. *l.* 3. *c.* 12.

Funera ad tibiam & tubam deducta. Brodæus. *l.* 4. *c.* 30.

Funera, maiorum imagines ſequebantur, Hebræi quoque Imperatorum Romanorum celebrabant. Nouar. *Sched*

Funere in omni tria præcipua: Exequiæ. Leſſus, funebris cantus, & Silicernium. Guliel. *l.* 3. *c.* 12.

Funere toto peracto acclamatum, Ilicet. *Scheg. prameſſ.* 10.

Funus illuſtrium virorum io forum primùm illatum, vbi oratio funebris habebatur. Roſin.

Funeribus fortium virorum captiui necati, gladiatores in theatrum dati. Hartung. 3. *dec.* 8. Lipſius.

Funeris familiaris procuratione reus iudicium effugere poterat. Roſin.

Funera, incendia, febres, cruditates, & alia malè ominata, non nominata ſuper cœnam. Caſaub.

Funus Græci proſequebantur crinibus abſciſſis. Romani ſolutis & promiſſis. Caſell. *l.* 1. *c.* 18.

Funebri in circultu defuncti laudes cantatæ. Nouar. Electa.

Funus domi curatum cum mortuus 7. dies in veſtibulo poſitus à domeſticis, & amicis plangebatur, cotonis & muneribus afficiebatur: In foro laudabatur: extra vrbem cremabatur. Caſaub. *ad Suet. lib.* 1.

Funere indicto per præconem octauo die die, proclamabat, ollus letho datus eſt.

Funebribus in cœnis cibi viliſſimi adhibiti, vt leus, faba, & huiuſmodi. Caſaub. Athen. *lib.* 7. *cap.* 11.

Funebri orationi tantùm Imperatores intererant. Pontani Attic. bell.

Funeſtati funere oon ſacrificabant, niſi iam cœpiſſent. Gytal. *Synt.* 17.

Funeſtatus nec publica ſacra facere, nec ædes Deorum dedicare poterat, niſi in Lemuralibus, & Parentalibus. Idem, *ibid.*

Fuit, pro, mortuus eſt, antiqui dixere. Palmet. 2.

Funebria omnia ſpectantia ad funus io æde Libitinæ ſeruata, & vendita. Alexand, *l.* 5. *cap.* 26.

G

GLadiatores dati in funere magnorum virorum, & Imperatorum, etiam ante ſepulcra & circa rogum. Roſin. Lipſius.

Gladiatores in defuncti patris honorem primus Iun. Brutus Romæ dedit. Roſin.

Glebæ iniectio, ſepulturæ genus erat. Gyral. *Synt.* 17.

Glebula terræ non tantum io cadauer iniecta, ſed etiam aliquando io os ingeſta. Dempſt.

H

HAſta olim elata Athenis io funere eorum, qui violenta manu periiſſent, à cognatis, eaque in tumulo defixa, ad deoounciandam interfectoribus vltionem. Suid. 308.

Haſtæ in funere vi peremptorum præferebantur, & præſcripti dies ob hoc ſtatuebantur, vt corpus videretur, num aliquam vim tuliſſet. Pollux. *lib.* 8. *cap.* 7.

Homeri tumulo capella ſculpta, eique aries victima in factis mactata. Luiſin. *Parerg. l.* 2. *c.* 17.

Homicidæ

Homicidæ raptati circa ſepulturam extincti. Pont. Attica bell.
Hoſtiis humanis non tantum Diis litatum, ſed Manibus etiam hominum parentum. Didaſcalia Fernaudij. *l.* 18.

I

IAnuæ apertæ pictæ in ſepulcro animæ immortalitatem ſignabant, contra clauſæ. Roſin.
Idolum ſiue ſimulachrum noſtri ad inferos deſcendere credebant, hæque dictæ magnæ Imagines. Turn. *aduerſ. l.* 22. *c.* 16.
Ieiuni lugebant mortuos illuſtres viros. Luiſin. *l.* 3. *parerg. c.* 5.
Imagines totius gentis in funere producebantur, cùm quis ſepeliebatur, & pro roſtris non ille tantum laudabatur, verùm etiam fortia, & præclara facinora maiorum commemorabantur. Turn. *l.* 19. *cap.* 32.
Imagines & columnæ in memoriam defuncti erectæ, res geſtæ monumentis excul ptæ. Alex. *l.* 3. *c.* 7.
Imperatore creato ſtatim quærebatur, ex quo marmore vellet ſepulchrum habere. Vel vaſculum mortuorum oſſibus ac cineribus plenum ei offerebatur. Nouar. Electa.
Inferiæ dum peragerentur, Deorum ædes clauſæ erant. Gyral. *Synt.* 17.
Inferiæ dictæ, quia ſepulchris inferebantur lac, mel, aqua, oliuæ, flores. Turn. *l.* 4. *c.* 21.
Inuerſi faſces, ſcuta, & arma in dolore, & luctu. Pont. Att. bell.

L

LAcones rege mortuo lebetes complodebant, Iunius, *annot.* 3. *c.* 9
Lacteo in circulo, ſeu via lactea fortium, ſapientium, iuſtorum, & piorum animos, emeritis vitæ ſtipendiis recipi antiqui credidere. Turn. *l.* 13. *c.* 2.
Laneæ veſtes apud Ægyptios nec cum cadauere ſepeliuntur, neque in ædes Deorum importantur; cadauera verò apud Græcos veſte alba, coroniſque ornata, ſepulcro illata, pæana canendo. Alex. *l.* 5. *c.* 7.
Lapidatus maiorum ſuorum ſepulcro condi non poterat. Nouar. *Sched.*
Laudandi mortui in foro pro roſtris erecti ſtatuebantur, vt poſſent conſpici. Caſaub. *in Suet. l* 1.
Laurus circa ſepulcra ſeri ſolita.
Lecti defunctis ſtrati, liberti in funere herili comitabantur funus. Alex. *lib.* 3. *cap.* 7.
Legumina, & apium in feralibus. Gyral. *Synt* 17.
Libatio in funeralibus ex lacte, & ſanguine. Gyral. *Synt.* 17.
Libitinæ Veneris in templo ea, quæ ad funus ſpectabant, vendebantur. Roſin.
Lens eorum cibus qui mortuos lugent apud Hebræos. Nouar. *Sched. l.* 6. *c.* 9.
Luctus tempore matronæ purpuram aurumque deponebant, atras veſtes induentes, in pelle degentes; Viri ſenatorij latum clauum, anulos aureos deponebant, pullati, barbam capillumque ſummittebant. Alex. *l.* 3. *c.* 7.
Luctus priuatus minuebatur, ſi liberi naſcerentur, ſi frater, pater, filius aut vir ab hoſtibus captus reuertiſſet, aut puella daretur nuptui. Publicus verò, ſi luſtrum fieret, vel ſacra Cereris inſtarent. Alex. *l.* 3. *cap.* 7.
Lugere mortuos ſuos piaculum erat operanti rei diuinæ. Caſaub. *ad Spart.*
Lugentes mortuos cibis abſtinebant. Lucian. Sedebant in pellibus. Mercerus. Alex. *l.* 2. *c.* 7.
Lugentes mulieres maritos mortuos 10. menſes non poterant nubere, abſque infamiæ nota. Roſin.
Lugentes minuebant luctum publicè, in Ædis dedicatione, cum à Cenſoribus luſtrum condebatur, cum votum publicè ſuſceptum ſoluebatur. Priuatim, cum liberi naſcebantur, cum honos in familiam veniebat, cum puella deſponſabatur. Roſin.
Lugentes Romani, & Æthiopes barbam, & capillos promittebant. At Aſſyrij barbam tondebant, & capillos dimittebant. Dempſt.
Lugentes fœminæ ſi tempore luctus nubant, Vaccam prægnantem ex lege Numæ immolabant. Idem.
Lugere ſceleſtos, & publicos latrones interdictum. Polymath.
Lugentes Lycij veſtem muliebrem induebant, vt citius luctum deponerent. Dempſterus.
Luminibus frequentata ſepulchra in funeribus annuis. Magius. *l.* 4. *c.* 19.
Luſtratio, poſt iuſta funeris perſoluta, facta: ignem ſupergrediebantur, quod piaculum ſuffitio dicta. Luſtratio facta a Græcis aqua pura in qua torrem ex altari extinxiſſent prius. Alexand. *lib.* 3. *cap.* 7.
Luſtratus rogus militari more, vt inſtructæ, armatæque acies ter circum incenſam pyram, vbi defunctos in acie, cremabant; arma quatientes cum luctu, & lamentabili carmine, balteos, arma, ſpolia in ignem mittentes, tripudiis decurrentes, hoſtiiſque ad rogum immolatis, inferias occiſorum Manibus dabant, flammaque extincta cineres occiſorum arenæ aggeſta cumulantes. Alex. *l.* 5. *c.* 17.

M

MAgici Dij, Dij Inferi; Pluto, Proſerpina, Hecate, quibus immolatæ hoſtiæ fuere furuæ. Turn. *l.* 16. *c.* 4.
Maiores olim in domibus ſepulti. Dempſterus.
Manes æris tinnitu domo, aliiſque locis exigebantur. Magius *l* 3. *c.* 14.
Manes mortuorum ad tumulum euocati, & qui ſepulchro carebant, nomen ciendo, veluti

veluti humandi eſſent. Turn. *adu. lib.* 23. *cap.* 3.

Manes mortuorum, ſiue Lemures, & Laruæ cenſebantur eos infeſtare viuos, à quibus in vita læſi fuiſſent; eodem modo ſceleſti apud inferos, ſuos pari manes inducti. Turn. *l.* 22. *c.* 1.

Manes, & Dij Inferni noctu inuiſere terras, interdiu deſerere crediti. Turn. *lib.* 14. *cap.* 4.

Manes non rite conditorum errare credebantur, Virg.

Mariti ſuper vxorum monumenta flores ſpargebant. Nouar. Electa.

Milites inuerſis vexillis, phaleris equorum detractis, enſium, lancearum mucronibus humi deiectis, Imperatorem defunctum comitabantur, rogum luſtrabant, apud Græcos potiſſimum. Alex. *l.* 3. *c.* 7.

Monumenta amicorum frequenti aditu honorata, ſacrificiis, roſis, & floribus ornata. Salm. *Capit.*

Monumenta ſepta materia aliqua. Pont. Att. bell.

Monumenta ſuorum ſepiebant veteres, tenuiores quidem maceria, aut humili, leuique alia materia, honeſtiores verò lorica è ſilice, vel ſaxo, aut marmore. Caſaub. *ad Suet.*

Monumentis inſcriptum, *Vixit*, non, Obiit, neque; mortuus eſt.

Morientium ſpiritum proximiores apud Rom. excipiebant, oculoſque claudebant; *Vale*, *Vale*, *Vale*, conclamantes. Roſin.

Mortui, qui cremandus erat, digitus incidebatur. Roſin.

Mortui pauperes apud Rom. pheretris elati. Roſin.

Mortuorum ad ſepulchra captiui necabantur. Roſin.

Mortuos lugere per 10. dies ſolebant. Roſin. Triduo ante lugebant quam iuſta perſoluerent. Myth. *c.* 12. *l.* 1.

Mortuos quam plurimis lectis efferre glorioſum. Roſin.

Mortui extra vrbem ſepulti, non ſolum apud Latinos, ſed & apud Græcos. Marc. Don.

Mortui oleo perfuſi. Cerda.

Mortui extra patriam combuſti, cineres horum in vrnis in patriam aſportati. Hartung.

Morientes immatura morte ante Solis exortum, albeſcente cœlo efferebantur, ne calamitatis teſtem ſolem haberent. Muret. *l.* 12. *c.* 2.

Morituri corpora ſua curabant, & ornabant. Modius. *l.* 2. *c.* 21.

Morituri morte violenta curabant, vt honeſtè caderent. Magius *l.* 2. *c.* 21.

Mortua gleba iniecta. Muretus *libro* 10. *cap.* 19.

Mortui plerumque propriis in fundis ſepulti. Real. *c.* 10.

Mortuis precantes benè, dicebant, *Sit tibi terra leuis*, S. T. T. L. At contra, malè; *Sit tibi terra grauis.* Briſſonius.

Mortui coronati. Caſell. *l.* 1. *c.* 19. idque noctu cum facibus ardentibus.

Morituri violenta, aut voluntaria morte caput velabant. Scheg. *pramess.* 9.

Mortui euocati etiam apud Græcos ij, qui in peregrina terra obierant. Scheg. *pramess.* 10.

Mortuis oculi in rogo à propinquioribus aperiebantur, qui ante domi clauſi fuiſſent. Turn.

Mortuis entoma, ideſt, capite amputata ſacrificabant. Gyral. *Synt.* 17.

Morientes dicebantur, abire in lucum communem. Abſentes, dicti mortui ſuperſtites. Parei Electa.

Mortuorum mentionem facientes boni ominis cauſa dicebant μακάριοι, felices. Parei Electa.

Mortuis corona data, tanquam vltæ certamine perfunctis. Suid. 580.

Mortuos coronare, & lecythos eis imponere ſolebant. *Suid.* 767.

Mortuis non ante diem nonum parentabant, tunc his iuſta, ludi, epulæ, inſcriptio & funeri finis, hinc factum Nouendiale dictum.

Mortuus eſt, non dictum ominis cauſa, ſed *Obiit*, *Abiit*, *E viuis exceſſit.*

Mortuos & viuos quos oderant, à ſuo ſepulcro arcebant. Caſaub. *ad Suet. l.* 2.

Mortem morte redimi poſſe priſca fuit opinio. Hinc Deuotiones Deciorum, Curtiorum, & pro ſalute Principis committebantur gladiatores. Bellonarij pro ſalute Principis, ſeu Imperatoris ſanguinem ſe fundere dicebant. Vnde illa formula dicendi, Deuotus Numini, Maieſtatique tuæ. Caſaub. *ad Suet.*

Morte plectendis granum thuris in vino exhibitum, vt eorum mens alienetur. Nouar. *Sched.*

Mortem morte aliena redimebant antiqui. Pont. Attic. bell.

Mortuos ſale conſperſos ſeruabant Ægyptij. Gualt. *ad Hort.*

Mortuis peregrè erecti tumuli pro aris, atque his vinum, & ſanguinem victimarum ad radices tumuli oblati, & aliquando lac cum ſanguine, animaſque vocabant ad illum bibendum. Mythol. *lib.* 1. *cap.* 13.

Mulieres Athenienſes lugentes ſuper ſepulchra ſe tondebant. Caſtilion. Caſaubonus.

Mulierum veſtes Lycij in funere induebant, vt veſtitus deformitate pertæſi, citius à luctu abſtinerent. Alexand. *lib.* 3. *cap.* 7.

Myrtus tumulis antiquorum, & buſtis conſita. Turn. aduerſ. Item Deorum aris & coronis impoſita. Pont. Attica bell.

N

NÆnia omnium funerum communis caotata tantum à propioquis, vel eorum loco præficis. Caſaub. Magius.

Nouendiale ſacrum factum mortuis, cum ſepulchro reliquiæ condebantur, tunc moles ſepulchri neceſſario perfecta eſſe debebat, eo die claris viris, aut pueris ludi funebres dabantur. Turn. *adu. l.* 24. *cap.*27. Matronæ ab hoc excluſæ. Alex. *l.*3. *c.*7.

Nouendiali die, quo religioſè coli ſolebant mortui ſacris, & ludis, veneficæ impiè eorum cineres ſolitæ erant diſſipare, eorum buſta violare; qui iuſtis perfectis cooſecrari videbantur. Turn. *lib.* 24. *cap.*27.

Nocturna ſacra Diis manibus, in quibus omnes hoſtiarum carnes ante Solis exortum abſumebantur in montis excelſi vertice. Gyral. *Synt.*17.

Noueodiale ſacrum à Pontificè Maximo aut à Prætore indictum. Roſin.

Nono die reliquias defuncti & cineres, mater, ſoror, propinqui nigra in veſte, & effuſis comis, aut Pontifices, & ſacerdotes, nonnumquam primores patrum, perfuncti honoribus, tunicati & diſcincti, lotis manibus; nudis pedibus oſſa à cinere ſeparabant, & colligebant, eaque lacte, & vino lauabant, Deos manes aduocabant. Græci vino & vnguentis aſpergebant, cumque odoribus effuſi in lacrymas, in vrna condebant, & linteo ventilabant. Alex. *l.*3. *c.*7.

O

OLeæ foliis Spartanorum more corpora obuoluta. Magius *l.* 4. c.18.

Oculi defunctorum, antequam cremarentur patefacti, & cœlo oſtenſi. Alex. *l.* 3. *cap.*7.

Orco etiam hoſtiæ immolatæ. Parei Electa.

Oſculati mortui, & moribundi. Pont. Att. bell.

Oſſa transferri inconſulto ſacrorum Pontifice nequibant. Dempſt.

Oſſa capitis humani pro poculis ſeruabant apud Barbaros. Dempſt.

Oſſa è tumulo, donaria è templis transferri non poterant inconſulto Pont. Dempſt.

Oſſa, & cineres in vrna imponebantur, vnde Componere verbum auſpicatum, non autem Sepelire, apud priſcos. Turn. *l.*18. *cap.*27.

Oſſa collecta ab amicis in funeribus, & à propinquis. Parei Electa.

Oſſa eorum qui peregrè obierant, in patriam reportabantur. Suid.820.

P

PArentaliorum die fiebat in plebem diuiſio ſpecierum variarum vini, & olei, & pecuniæ. Caſaub. *Spart.*

Parentatio etiam fiebat per pulueris iniectionem, & glebæ, quo cadauer inhumatum expiabatur. Gyral. *l.*17.

Parentantes ramo tantum aſpergebantur. Gyral. *Synt.*17.

Parentabant Romani nooo die. Poot. Att. bell.

Parentalibus, & Lemuralibus in ſacris inferiis Diis litabatur, Deorum ædes clauſæ erant, & licebat funeſtæ familiæ ædes Deorum dedicare, & publice ſacra facere, aliàs non licebat. Alex. *l.*1. c.12.

Pauperum ſepulchra de publico loco deſtinata. Magius 2. *Miſcel.*19.

Pelles antiquitus lugentibus in vſu, diebuſque luctus in pellibus iacebant. Item ſponſi. Alex. *l.*3. *c.*7. Magius *l.*3. c.7.

Peregrè morientium cadauera melle, cera, cedro, perungi ſolita, donec domum referri poſſent. Dempſt. *l.*5. *Plin. l.*22. c.24.

Pollinctura, cœna feralis refertiſſima, lætari tamen in ea non decebat. Alex. *l.* 3. *cap.*7.

Pollutæ animæ circa ſepulcra vagabantur. Brodeus *l.*5. *c.*11.

Pompa omnis funebris recondebatur Romæ in Libitinæ templo, Gualt. *ad Hor.*

Pompa funebris, cum cadauer efferebatur, hæc erat: præferebantur inſignia honorum, quos geſſerat, vt faſces lictorum, arma, dona militaria, coronæ, vexilla, ſpolia, vultus maiorum ære expreſſi, ſtemmata. Alex. *l.*3. *c.*7.

Pontifici nefas cadauer videre. Gyral. *Synt.* 17. Gualt. *ad Hor.*

Porca Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iuſta non feciſſet. Dempſt.

Præcidaneam porcam immolabant, qui mortuo iuſta non feciſſent, id eſt, glebam non iniecisſent, cum in cadauer inſepultum incurriſſent; nam inſepultum relinquere piaculum erat expiandum porca præcidanea. Præſentanea verò, quæ præſente mortuo, quem conditurì ſunt, immolatur. Turn. *l.*16. *c.*12.

Præficæ in luctu & funeribus adhibitæ, quæ ſe cineribus opplebant. Iun. *conſ.*5.

Præfica clamabant, funere perfecto, Ilicet. Scheg. *pramesſ.*9.

Præficæ nœniam lugubrem ad ſepulcra mortuorum edebant, dicta, mortualia. Parei Electa.

Puerum trimo minorem nec lugeri, nec plangi fas erat, neque vltra menſes 10. filios parentum, aut vxores virorum mortem deflere ſtatuit Numa, quo tempore alteri nubere vetitum. Alex. *l.* 3. c.7.

Pyræ factæ è lignis non politis ex legg. 12. tabb. Alex. *l.*3. *c.*7. odoramenta, arma, precioſa, & cara quæque ſuperioiecta.

Pyramides extructæ olim ad ſepeliendos principes.

Ramo

R

RAmo tantum aſperſa corpora io inſerorum ſacris. Gyral. *Sym.*

Rogum armati circumbant, ter ſpolia, & arma iniiciebant: Item dona militaria & odores. Steuuech. *Veget.* 2.

Rogus armis luſtratus militari more, armatis aciebus circum currentibus, arma quatientibus cum luctu, & lamentatione, baltheos, arma, & vnguenta in eum inicientes. Hartung. 3. *Epistolarum.*

Rogis non impoſita cremanda corpora puerorum minorum ſeptennio, prinſquam omnes geniti dentes forent, neque fulmine ictorum, neque hominem vita ſublatum feriis publicis efferre licebat. Alex. *lib.* 3. *cap.* 7.

Roſæ vſus circa ſepulchra. Magius, *l.* 2. *c.* 17.

S

SAcra mortuorum ad Solis occaſum.

Salita aliquando cadauera. Pont. Attica bell.

Sandapila, aut loculus portam domus, vtpote ſacram, tangere non poterat. Poller. *Fori Romani*, *l.* 5. *c.* 2.

Sanguis humanus per gladiatores ante rogos defunctorum fundebatur. Roſin.

Sanguis, & lac in ſacris defunctorum, & in ſepulchris.

Scoparum certo genere domus, ex qua cadauer elatum, auerrebatur. Nouar. *Sched. lib.* 11. *cap.* 10.

Scuta in funere inuerſa, nè ſimulacra Deorum in eis pictorum, aut ſculptorum pollnerentur. Idem *c.* 15.

Sedebant antiqui lugubria peragentes, & parentantes, & ſtabant ſacra facientes. Dempſter. *lib.* 5. *c.* 33.

Selinum io luctu adhibebatur, eoque ſepulcra ſpargebantur, cum ægrotus animam agebat. Suid. 844.

Sella poſita in theatro cum corona & viuis, & mortuis Imperatoribus. Caſaubon. *ad Suet. lib.* 1.

Sepulcra religioſa non euerſa, ſertis, teniis laneis redimita. Brodæus, 5. *Miſcell.*

Sepulcra diuitum olim in ſuis fundis, pauperum in loco communi extra Exquilias. Turn. *l.* 5. *c.* 16.

Sepulcra erant inſcripta elogiis, & nominibus inciſa virorum inſignium, ob eorum memoriam, non autem plebeiorum. Turn. *l.* 21. *c.* 22. *&* *l.* 14. *c.* 10. *Aduerſ.*

Sepulcra plebeiorum habebant congeſtos lapides. Manot. *Adag.*

Sepulcra olim iuxta vias, primitus verò in ædibus, inde Lares coli cœperunt. Horum alia priua, dicta Requietoria, Oſſuaria, Cineraria: vel toti familiæ, poſteriſque dicti loci communes, Conditoria. Parei Elect.

Sepulcris virorum inſignium ſingulæ columnæ cum inſcriptionibus. Alexander, *lib.* 4. *capite* 18.

Sepulcra in finibus agrorum, & iuxta vias facta, niſi ſteriles, & ſaxoſi fuiſſent, tum enim in eorum medituIlio facta, qui verò tam pauperes, vt nec prædiolum haberent, extra portam Metiam, ſeu Exquilinam ſepulti, aut vſti. Parei Elect.

Sepulcris imponebant viaticum, aurum, pretioſa vaſa, naulumque Charonti portitori in os mortui indebant. Parei Elect.

Sepulcris locum deſignabant vel Augures, vel Pontifices. Roſinus, niſi forte eſſent hæreditaria. Dempſt.

Sepulcra à veteribus culta, tanquam templa, Dempſt. Iis dirutis, locus tamen ſacer, & religioſus. Alex.

Sepulcra olim puteorum in morem excauata, dicti puticuli. Rhodig. *l.* 10. *c.* 17.

Sepulcra quilibet in ſuis agris habebant. Pont. Att. bell.

Sepulcra priua obrui ſolita terra, & ceſpite, ea ornata apud Romanos floribus. Alex. *lib.* 5. *cap.* 26.

Sepulcra io agris ſterilibus collocata ex Platonis inſtituto, ne viuentibus officiatur. Idem, *l.* 6. *c.* 14.

Sepulturæ honore carere, obiici feris, & alitibus, in Tiberim trahi, aut ſcalas Gemonias, antiquis ignominioſiſſimum fuit. Turnebus, *Aduerſ. lib.* 4. *cap.* 10. Gualt. *ad Hor.*

Sepulturæ cauſa in caſtris ſaccus vndecimus, in quem tota legio particulam conferebat. Veget. *l.* 2.

Sepultura communis Romanorum in viis publicis extra vrbem. Item apud Græcos. Marc. Don.

Sepulti Pythagorici in foliis myrti, oleæ, & populi nigræ. Magius, *l.* 2. *c.* 18.

Sepulta in melle cadauera apud Babylonios.

Sepulti in Campo Martio viri magni, & Principes. Marc. Don.

Sepulti olim cum veſte purpurea extra vrbem. Cerda *ad Virgil.*

Serui, qui raſis capitibus triumphantis currum fuerant proſecuti, eiuſdem defuncti corpus pileati præcedebant. Alexan. Aut alba lana capitibus velatis. Alexander, *lib* 3. *cap.* 7.

Siliceruium, conuiuium funebre, in quo nil guſtabat, qui Inferebat, ſed tantum cernebat ſilentio. Guliel. *l.* 3. *cap.* 12. Hoc factum ſenibus, qui diſcedentes, Vale ſibi mutuo dicebant. Alex *l.* 3. *c.* 7.

Siticines, Sicinniſtæ ad funus adhibiti. Magius, *lib.* 1. *cap* 13.

Supremum, dicebant comitati funus. Scheg. *Premeſſ.* 9.

T

TActi de cœlo non cremati, ſed ſepulti. Pont. Attic bell.

Ter inuocabantur amiſſi. Hartung. 1. *Dec.* 7.

Terram cadaueri inſepulto ter iniiciebant, quæ dicta ſepultura per iniectionem glebæ Tura *l.* 25. *c.* 6.

Tibiæ lugubres aduncæ ex ebore factæ, hæ adhibitæ in funeribus vulgaribus, ideo frequentiores, & potiſſimum ad næniam decantandam. Magius, *l.* 1. *c.* 13.

Tibiæ ad ſonitum pueri elati, viri vero ad tubæ ſonitum. Cerda, *ad Virg.* 1.

Tibicines decem ad funera adhibiti primùm à Græcis. Gualt. *ad Hor.* Roſin.

Tibicines ad funera adhibiti etiam apud Iudæos. Nouar. Elect.

Tubæ lugubres latiores, vt grauiorem ederent ſonum, erantque virorum illuſtrium. Magius, *l.* 1. *c.* 13.

Tubæ lugubres in funere potentiorum. Magius, *l.* 1. *c.* 13.

Tumuli apio coronati. Tumoli abſentibus mortuis erecti, cupreſſo ornati, & vittis nigris, aut cæruleis, mulieres verò quæ aderant ſolutis capillis. Mythol. *l.* 1. *c.* 13.

V

VAcca ſterilis animabus mortuorum plerumque mactata. Hom. Mythol. *lib.* 1. *cap.* 13.

Vale & Salue, mortuis dictum. Roſin. *Vale æternum*, Pontificale verbum.

Veneris Libitinæ in templo ea vendebantur, quæ ad funera pertinebant. Roſin.

Ventriculus mortuis excerptus. Pontanus, Att. bell.

Veſtes albæ in epulis funebribus. Stuuech. *Conu. l.* 1. *c.* 26.

Veſtes funebres quiſque in vita ſibi parabat, quibus mortuus indueretur. Luſinus, *Parerg. cap.* 36.

Veſtimenta quædam cum mortuis condebantur, & cremabantur. Roſin.

Veſtis honoratior in funere matronis fœcundis permiſſa, quam ſterilibus. Turn. *Adu. l.* 23. *c.* 7.

Veſtes nigræ fœminis in luctu vſurpatæ, vigente Republica & etiam ſub Imperatoribus.

Veſtes mulieribus Lycij in funere induebant lugentes, luctum exiſtimantes decere mulierem. Val Max. *l.* 2. *c.* 1.

Veſtes pullæ aut cæruleæ in luctu apud Romanos, Pharæ verò apud exteros.

Via per quam recens portatum funus polluta, & ſuperſtitioſè vitabatur. Nouar. *Sched. lib.* 4. *cap.* 13.

Victima in Inferorum ſacris ita conſtituta, vt terram, non cœlum ſpectaret. Gyral. *Synt.* 17. eius cruor in effoſſam terram miſſus, vinum, lac, & mel vna infuſum, viſceraque victimæ ter circum aras ducta. Idem, *ibid.*

Vngebantur mortui à proximis. *Palmer.* 13.

Vrbis intra pomœria legibus Romanis, Græciſque quemquam humari vetitum præter Legiſlatores. Dempſt. *l.* 6.

Vrnam tangere, aut corpus defuncti, venerationis ſignum erat. Alex. *l.* 3. *c.* 10.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
omnium, quæ in Polymathia continentur.

A

A. Absolutionis nota. p.355.1
A litera ſalutaris. p.94.1
AA. Acclamatio. p.355.1
Abaci antiquorum. ibid.
Abaton, ſacrific. p.350.1
Abbreniationes antiquorum quæ. p.41.1
Abeuntes & Abeuntium formulæ. p.355.1
Abitio pro morte. 93.1
Ablactatio puerorum. p.331.2
Abluere. p.439.1
Ablutiones Ethnicorum. p.123.1
Ablutio & ſparſio quomodo differãt. p.54.2
Abolla. p.211.1
Abſentes pro Rep. aſyli. p.315.2
Abſinthium. p.439.1
Abſoluti rei in Capitolium ibant. p.178.2
Academia, quid. p.73.1
Academiarum varia nomina. ibid.
Academiæ præſides Amores. ibid.
De Accenſis multa. p.355.2
Accenſi qui. p.109.2

Acclamatio.

De Acclamationibus multa. p.355.2
Acclamatio triumphalis. p.151.1
Acclamationes plebis congiarium petentis. p.111.2
Acclamationes quæ. ibid.
Fauſtæ Acclamationes: infauſtæ. ib. & p.112.1
Diſcrimen earum à plauſu. ibid.
Relatæ in acta. p.112.1
Acclamationes Senatus. p.112.1. Militares. ibid.
Triumphales: Sponſales. ibid. 2.
Nuptiales: populi in Principem. ibid.
Acclamationes nuptiales. p.232.1
Accumbendi modus antiquorum & habitus. p.154.1
Accubitus luxurioſorum. p.19.2
Accubitus, accumbere. p.464.1

Accuſatio.

Accuſatio, Accuſator, Accuſare. p.356.1
Accuſatores ſtabant dicentes. p.104.2
Cuſtodes iiſdem appoſiti, cur. ibid.
Accuſati ſub patrono ſedebant. p.103.2
Accinus. p.439.1
Achreſton. p.356.1
Aciei Romanæ ordo. p.297. & ſeqq.
Diuiſio. p.298.2

Acinacis.

Per Acinacem iuratum. p.87.88.
Acinetinda. p.322.1
Acipenſer. p.464.1
Acipenſer coronatus in conuiuiis. p.131.1.
Cur dictus paucorum hominum. ibid.
Aclis. p.305.1
Acontia. p.211.1
Acratiſma. p.346.1.2
Acrochiriſmus. p.321.2
Acropolis ſaxum. p.145.2
Acroſphyza. p.211.1
Acta luxuriæ locus. p.136.2
Actiones, Actores. p.356.2
Actuarij. p.356.1
Acta publica. p.355.2
Acus ſupplicium. p.236.2
Adaſus. p.211.1
Adiicialis cœna. p.157.1
Aditus theatri. p.328.1
Admiſſionis primæ & ſecũdæ amici. p.118.2
Admiſſionales ſerui. p.118.2. & 119.1.
Adolere quid. p.193.1.
De Adoleſcentibus multa. p.356.2
Adonia, Adonis. p.439.1
Adonia. p.356.2

Adoptio.

Adoptio. 356.2
Adoptio quid & quotuplex. p.177.1
Quot modis facta. ibid. 2
Adoptio per teſtamentum. Adoptiones vbi factæ. Adoptio per arma: per comam: per barbæ tactum; per baptiſmum. ibid.

Adoratio.

Adoratio quid & quomodo à ſupplicatione differat. p.52.2
Adoratio Perſarum. p.185.2.
Adorationis mutationes. p.193.2.
Adorationis ſitus varius. ibid.
Adoratio poſt ſacrum. p.198.2
Adoratio Pontificis quomodo peracta. ibid.
Adorationis etymon. p.201.1.
Adorare. p.439
Adorare vnde dictum. p.141.1
Adorabant pauperes oſculando. ibid.

Adorare Deorum, ſalutare hominum. Adorabant diuites, thure, libis, &c. ibid.
Adorandi Imperatoris mos, p.54.1
Adorantes amplexabantur ſigna. p. 53. 2. manus oſculabantur, ibid.
Adorandi ritus varij. p. 53. 1. Adorantes cur circumagerentur ad dextram & cur ſederent, ibid.
Adorea quid, p.252.2
Adrogatio quæ, p.277.1, & quomodo facta, ibid. 2
Adulatio in Principes, p.113.1
Adulatoris deſcriptio ex Terent. & Athen. p 67
Aduenæ vbi accepti, p.333.1
Aduentantes nuntios præmittebant, p 44.1

Adulter, Adulterium.

Adulterarum pœna, p. 159. 2. & p 57.2
Adulteri, Adulteræ & Adulteria, p. 356. 2. & 357. 1
Adulterium nullum apud Spartanos, p.263.1
Adulterium imprecatio, p.115.2
Adulteria à maritis cognita, p.57.1
Adulterium nocturnum grauius, ibid.
Adulterorum cadauera inſepulta, p 57.1
Adulteri magiſtratu priuati, caſtrati, mutilati membris, toſti, lapidati, præcipites acti; &c. p 57. 2
Aduocati in iudiciis, p.278.1
De Aduocatis, p.356.2.& 357.1
Adytum, p 439
Ædes, Æditui, p. 439 2
De Ædibus multa, p. 357. 1
Ædiculæ priuatæ religioſæ, p.192. 1
Ædiles quando inſtituti, vnde dicti, quot & quæ eorum officia, p. 207. 1. & 2. Præfecti ærarij, p.208.1
De Ædilibus, p. 357. 2
Ædiles quibus ludis præerant, p.191.1
Æditius creditæ Tabulæ, p. 3. 2
Æditui etymon. p. 58. 1. & 2. Æditiuus & Æditimus an differant, p.58. 2. Cuſtodes templorum, ibid.
Ægle, p.211. 1
Ægroti in foro expoſiti, cur, p.128.1.& 2
De Ægrotis, p. 357. 2
Ægroti in Æſculapij fano dormiebant. p.24.1
Ægyptij, p. 357.2
Ægyptiorum mos, p. 290. 1
Ægyptiæ ſepulturæ, p.259.2. & p.260.1
Ægyptij Sacerdotes perpetuo capite raſi, cur, p. 100. 2
Ægyptiorum religio, p. 194. 2. Vaccas non immolant, ibid.
Ægyptij ſue abſtinent, p.47.2.
Æneas an Suem pro inſigni habuerit, p.271. & 272.
Ænigmata propoſita, p.255.1
Ænigmata, p. 357.2
Ænigmata ſympoſiaca, p. 131.2

Ærarium.

Ærarium, p.357. 2. & 358. 1
Ærarium Romanum vbi: Ærarium ſanctius, p. 203. 2
Ærarium militare quomodo inſtitutum, p. 208. 1
Ærarium ſacrum quid? p.2.1. Neruæ edictum de eo, p.3.2
Ærarium Græcorum & Romanorum, p 11.1 Cui primum dicatum & à quo, ibid. Quid in eo ſeruatum, ibid. Præfecti ærarij Pontificij qui, p. 2. 1
Ærarium ſacrum quid, p.31.1
Ærarium modo ſanctum, modo ſanctius dictum, ibid.
Ærarij qui, p.276 2
Aëricum tributum quod, p.106.2
Aëromantes, p.339.1
Æruſcatores, p.61.2
De Ære, p.358. 1
Æs ad purgationem adhibitum, p 9 2
Æs ad magiam adhibitum & ad ſacrificia, p. 10. 1
Æſchylo honos habitus, p. 89. 2
Æſchylo quantus honos habitus, p.174 2

Æſculapius.

Æſculapij ſacrificium, p 358 1
In Æſculapij fano ægroti dormiebāt, p 142 2 Tabellæ in eodem fano, ibid.
Æſculapij ſignum, p.86.2
Æſculapij ſimulacrum deſcriptum, p 129 2
In Æſculapij fano ægroti dormiebant, p.24 1
Æſculapij vindemia, p. 133
Æſtas quomodo à Romanis proceribus acta, p. 358. 1
Æſtimatio litis quid & quanta, p.3.2
Æſtiua, p. 306 1
Ætas dignitatum Romanarum, puellarum locandarum, p 358.1
Ætas melior, p.289.2
Ætates hominis ex Plauto & Cēſorino, p.31.
Æternitatis titulus, p 113.1
Æthiopum ſepeliendi modus, p.259.2
Affirmationes, p.358.1
Africanus primus tonſore vſus, p.358.1
Africi venti expiatio, p.224.2
Ἀγαθῇ τυχῇ, ἀγαθὸς δαίμων, quid? p.124.2
Agape quid, p.317.1
Agellius dicendum, an Aulus Gellius p 351.2
Agema quid, p.296.2
Agri luſtratio, p.123.1
De agris multa, p.358. 1.& 2
Agri ſteriles ſepulcris deſtinati, p. 235.2
Agger quid? p 301.1
Agger caſtrorum, p 307.1
Agitoria, p. 350.1
Agmen Romanorum, p 308. 2
Agnapium, p.211.1
Agnina caro olim contempta; p 358 2
Agnus herba, p.358.2
Agni aliquando non immolati, p.336.1. Agnina cur aliquando vilis habita, ibid.
Age quod agis, p. 358.1
Agere cum populo, p.358.2
Agon in Agonalibus deorum, p.198.1
Agyeus quid, p.116.2
ἄταφος, p. 81.1.
Alæ, p 440.1
Alala clamor militaris, p.164 2
Alala militum, p.299.1
Alalage, Alalagmus, p.343.2
Alapa, ſupplicium, p 237.1
Albatæ fœminæ in funere, p 258. 1
Albatus, p.464.1
Albatæ mulieres in funere, p. 234.1
Albedo vnde, p. 281.1
Albogalerus, p.211.1
Albus color, p.236.1
Alea, p 358.2
Aleæ luſus, p 321.2

Alectryomantes, p.339.1
Aleuromantes, p.339.1
Alexander vult adorari, p.68.2
Alexicaci Dæmones qui? p.116.2
Alica à mulſo differt, p.290.2
Alica tenuiorum promulſis, p.18.1
Alicanæ meretrices, p.136.1
Aliculæ, p.211.1
Aligeri Dij qui? p.102.1
Alipili, p.76.1
Aliptæ, p.76.1
Alipterium, p.321.1
Alipterium quid, p.79.2
Alix quid, p.211.1
Allecti Senatores, p.203.1
Allium, p.440.1
Allium cibus militaris, p.358.2. De allio multa, ibid.
Allium præcipuus cibus militum, p.79.1. Allia & fabas non edas, prou. ibid.
Allio veſcentibus in ſacrarium matris Deum nefas ingredi, p.173.2
Allocutio militaris, p.299.1
Alloqui, Allocutio, p.358.2
Aloa feſta, p.133.1
Alphitomantes, p.339.1
Altare.
Altaria tantum ſuperis dicata, p.192.2
Altare, p.440.1
Altaria cur ita dicta, p.122.2
De Amantibus, varia, p.359.1
De Amantibus, p.358.2
Amantum mores varij, p.149.1
De Amaſia, varia, p.359.1
Amazones quando nubebant, p.229.1
Ambaruale ſacrum, p.223.1
De Ambarualibus varia, p.359.1.2
Ambaruales hoſtiæ, p.196.1
Ambaruale, p.440.1
Ambracidea, p.211.1
Ambroſia, p.359.2
Ambula in ius. p.342.1
Ambulatio Rom. p.309.1
Amburbales hoſtiæ, p.196.1
Amburbiale ſacrum, p.223.1
Amentum, p.303.1
Amethyſtinus color, p.227.1. & p.228.1
Amictorium, p.211.2
Amiculum, ibid.
Amici primæ admiſſionis & ſecũdæ, p.118.2
Amici mortui tei vocati, p.64.1. & 2
Amirali, etymon, 335.2
Amiſſi, p.359.2
Amiſſa exquirendi modus, p.64.1
Amitrentes, p.359.2
Amitrentes aliquid columnæ aſcribebant, p.63.2
Amores præſides Academiæ, p.170.1
Amores in fœderibus & in prælijs, ibid.
Amor, p.440.1
De Amore varia, p.359.1
Amorginos, p.212.1
Amorgina, p.211.1
Ampechonium, ibid.
Amphideæ, ibid.
Amphidromia, p.359.2
Amphidromia, p.330.2
Amphidromia quid. p.157.2. & 158.1
Amphimalla, p.221.1
Amphimaſchala, p.211.1
Amphiſphyra, p.211.1
Amphitheatrum, p.359.2
Amphitheatrum, p.327.2
Amphoræ vini, p.319.2
Amphotides, p.249.2
Amplius quid, p.359.2
Ampyx, p.211.1
ἄμυσι quid in conuiuiis, p.138.2
Anaboladium, p.211.2
Anacæon quid, p.173.1
Anacalypteria, p.233.1
Anaclinterium quid, p.254.1
Anademata, p.212.1.
Analecta ſeruis diſtributa, p.25.1
Analecta quid & quibus dicata, p.127.1
Analecta hoſpitibus data, p.149.1
Anamaſchaliſtes, p.211.1
Anarchia, p.285.1
ἐκ τῶν ἀναμνήσεων, p.177.1
Anathemata ſingularum ætatum & artium Dijs oblata, p.135.2
Anaxyris, p.211.1. & 2
Anchora, ſupplicium, p.237.1
De Ancylibus varia, p.359.2
Ancylium religio, p.69.1
Ancilla.
De Ancillis varia, p.359.2
Ancillarum feſtum, p.318.1
Ancilla penuaria proma, eius officium, p.149.1
Ancillæ peculiares puellarum, p.29.2
Ancon carcer, p.145.2
Anconiſci ſupplicium, p.237.1
Andabatæ, p.329.1
ἀνδράποδα cur ſerui dicti, p.21.& 2
Andria Cretenſium, p.288.1
Andria, p.316.1
Andria Cretenſium, p.39.2
Androgyni, p.359.2
Androgyni in mare proiecti, p.224
Angareon Perſarum, p.79.2
Angelicon, p.322.2
Angeli cuſtodes, p.59.2
De Angerona, p.360.1
Angerona, p.440.1
Anguicula, p.211.1
Anguilla, Scutica, p.237.1
Angues, p.360.1
Anguſticlauij, p.297.1
Anguſtus clauus, p.359.2
Anima, p.440.1
Animæ circa ſepulcra errare exiſtimatæ, p.150.1
Animaduerſio, p.360.1
Animal, p.440.1
Animalia integra menſis appoſita, p.148.2
Animalia olim tantum ad ſacrificium mactata, p.336.2
Animalis victima quæ, p.197.1
De Animis & animabus, p.360.1
Anna Perenna, p.360.1
Annibal plumbum auro ſupponit, p.21
Anniuerſaria ſacra, p.236.1
Anniuerſarium epulum funebre, p.258.1
Annus.
De Annis varia, p.360.2 & p.361.1
Annus, p.440.1
Anni Hebræorum, Ægyptiorum, Græcorum, Atticorũ, Cretenſium, Romanorũ, p.264.1

Chriſtianorum anni. Annus quid. ibid.
Annus ſolaris, Iulij Cæſaris, Romuli, Annus communis, Annus Emboliſmicus, Annus ciuilis, Lunaris. p.265 1
Annus Metonis; Annus lunaris quadruplex. Anni initium diuerſum. p 265.2
Anni meliores. p.289.1
Anni à quib. apud varios numerati. 1. p. 36.2
Annus olim ad lunæ curſum exactus. pagina 163. 1
De Anſeribus varia. p. 360. 2
Anſeres Capitolij cuſtodes. 84.1
Matronis accepti cur. ibid.
Iſidi ſacri. ib. In Capitollo aſſeruati. ibid.
Anteambulo. p.360. 2
Antecœnium antiquorum. p.17.1
Antelij Dij. p.169. 1
Anteſignani qui. p.298. 1
Anteſtatio. p.360.2
Ad Antliam damnati. p.273. 1
Antheſteria. p.317. 2
Antheſteria quæ. p.133.2
Antheſterion menſis vnde dictus. p.133.2
Anthinæ ſeu Anthiræ. p.211.2
Anteſtari quid. p.342.2
Antiſtrophe. p.351. 2
Antoninus ſolus ſine ſanguine ciuili. p.28.1

Anulus.

De Anulis varia. p. 360.1
Anuli morientibus detracti. p.176.2
Anulus in mare proiectus ad eius deſponſationem. p.5.1
Anulus pronubus, p.229.1
Anulus ferreus ſponſorum. ibid.
Anulus pronubus. p.253.1
Anuli de publico dati apud Romanos. pagina 28. 2
Quinam anulum aureum, quidam ferreum, quidam argenteum geſtabant. ibid.
Viri vnum anulum tantum, fœminæ plures habebant. ibid.
Anulum detrahere ſibi, quid. ibid.
Anulorum inſtitutio. ibid.
Anulorum materia. p.29.1
Anuli ſignatorij, digiti anulorum, æſtiui, hiberni. ibid.
Apaturia quid. p.158.2
Apaulia. p.231.2
Apaulia. p.231. 2
Apauliſteria. p.211.2
Apes mellilegæ. p.190.2
Apes. p 361.2
Apeuctici hymni. p.345. 2
Apex quorum ſacerdotum. p 190 1
Aplegides. p 211. 2
Aplegides. p 211 2
Ἀψὶ p 269. 2
Aphracta. p 211. 2
Aphrodiſia. p 137. 2
Apiros. p 211.2
De Apio varia. p 361 1
Apium quando funeſtum. p 257. 2
Apio expiatio. p 61. 1
Apio victores in Iſthmiis ludis coronati ib.
Apio opus. ibid Apium funebre. ib 1. & 2
Apium ſepulcrale, & Apio egere quid. pagin. 132. 2
Apium p 464 1
Apobomæ. p 350 1
Apocleti Paraſiti. 347.2
Apodidraſcinda. p 321. 2
Apodyterium. p 321. 1
Apodyterium. p.73. 2
Apollo. 440. 2
Apollo præ foribus. p.169. 1
Apollo vnde dictus: Inuocatus pro ſalute familiæ: Cur Proſtaterius appellatus pagina 156. 2
Apollo ἐμβάσιος & ἐκβάσιος. p 38. 1
Apomagdalia quid. p.255.1
Apomyos muſcarum Deus. p 141.2
Apopemptici hymni. p.343. 2
Apophoreta quid. p 113. 1
Apophoreta poſt cœnam. p 126 2
Apopompæi dæmones. p.116.2
Aporrhaxis. p.327. 1
Apoſtaſium quid. p.173. 1
Apotheoſis. p.361. 1
Ἀνθέσιον quid. p 201.1
Apotheoſis origo. p.167. 1
Apotheoſes priuatæ. In Apotheoſi quid peractum. Duæ aræ collocatæ. ibid.
Apotimema. p.233. 1
Apotropæum. p 350. 1
Apotropæi Dæmones. p 116. 2
Apparitores qui. p.109. 2
Appellatio, appellans. p 361. 1
Appellationis ius. p 353.1
Appianum. p.227. 1
Apprecatio amicorum. p 111. 1
Aqua marina luſtralis. p.223.2
Aqua. p 440.2
Aqua. 464 1
Aqua poſt Venerem adhibita. p.137.1
Aqua quibus libata. p.319. 2
Aqua viua quæ.
Aquæ refrigerandæ modi varij pag. 105. 2. & 106 1
Aquæ calidæ potus, eiuſdémque vtilitas. p.106.1
Aqua & igni interdicti. p.237.1
Aqua feruens. ibid.
Aquæ luſtratio. p.27.1
Aqua luſtralis ad ædium fores. p.123 1
Aqua mulſa p.18 2
De Aqua varia. p.361 1
Aquæ luſtralis conficiendæ modus. pagina 123 1
Aqua luſtralis pro foribus templorum. pagina 122 2
Aqualicia ſacra. p.110. 2
Ad Aquariam damnati. p 237.1
Aquarioli qui. p 37.1

Aquila.

De Aquilæ Romanæ origine fusè. p 271
Aquila Perſarum inſigne. p 273
Quomodo differret ab Aquila Romanorum; Aquilæ cultus. ibid.
Græcorum etiam ſignum militare. ibid.2
Aquilæ Romanæ deſcriptio. p.274 1
Aquila. p 361. 2
Aquila ſignum legionis: Aquilæ cuſtodia. p 198. 1
Aquilus color. p 226. 1
Aquiminarium. p 201. 2
Apulei laus. p.349.1
Ara. p.440.2. & ſeq.
Aram tangebant iurantes. p.60. 2
Aræ myrto ornatæ. p 120.2
Aræ priuatæ. p.193. 1

Ara

Ara Auguralis. p.352.1
Aræ defunctorum peregrè. p.536.1
Aræ ignoto Deo cur & quando extructæ, p.108.2
Aqua expiatoria. p.153.1
Aræ cinctæ quibus. p.197.2
Aræ templorum. p.195.2
Ara ignoti Dei. p.228.2
Aræ ad Orientem verſæ. p.191.2
Aræ quot in templis. Aræ quibus Diis dicatæ. ibid.
Ara ignoto Deo. p.109
Aræ in Sepulchris. p.193.1
Aræ duæ in Comœdiis & Tragœdiis. ibid.
Aræ dicatæ laribus. ibid.
Aratro vrbes deſignatæ. p.361.2
Arbelæ. p.211.2
Arbiter. p.465.1
De Arbitria varia. p.361.2.& p.362.1
Arbor. p.441.1
Arborum ſupplicium. p.237.1
De Arboribus varia. p.365.1
Arbor infelix. p.361.2
Arbor infelix quæ. p.179.1
Arbyla. p.211.2
Arcades. p.361.2
Arcadum liberi quomodo cœnarent. p.25.2
Architriclinus. p.255.1
Archontes qui, quot. p.287.1
Archon Athenienſis quis. p.36.1
Arcæ quæ. p.234.1
Arcula. p.441.1
Arculæ aues. p 186.1
Arena amphitheatri. p.328.1
Arenarij gladiat. p.328.1
Areopagitæ qui,quot. p.287.1
Areopagiticum iudicium. p.104.1
Areſcoo virga comicorum Lenonum. 62.1
Argentum,Argenteus,Argentarius. p 361.2
Argiui. p.361.1
Aries. p.441 1
Aries quid, quotuplex. p.301.2
Quomodo repulſus. p.303.2
Ariſtocratia vnde dicta. p. 585.1
Ariſtogitonis & Harmodij ſtatuæ Venetiis. p.7.1. & 2
Ariſton quid. p.346.1.& 2
Arithmomantes. p.339.1

Arma.

De Armis varia. p.301.2
Armorum Romanorum numerus. p.305.2
Arma verſa luctûs & defectionis ſignum. p.105.1
Arma templis affixa. p 41.2
Arma in fanis collocata. p.92.1
Arma geſtare barbarum. p.13.1
Arma geſtare in Vrbe Romanis vetitum. pag.11.2
Pœna geſtantium. ibid.
In itinere conceſſum. ibid.
Arma ante fores templorum relicta. ibid.
Græcis arma geſtare itidem illicitum.
Armeniorum fœdus. p.333.2
Armiluſtrium diuerſarum gentium. p.251.1
Armiluſtrum quid. p.·0.1
Armites qui. p.295.1
Armus. p.441.1
Arrhæ datæ à ſponſo. p.129.1
Artes antiqui auſpicabantur. p 44.1
De Artibus varia. p.362.1
Artem deſerentes artis inſignia Diis conſecrabant. p.135.2
Arſe, Verſe, in oſtio inſcriptum. p.84.1
Arſiocum,ſeu Arineum. p.211.2
Artifices. p.361.2
Aruales fratres. p.361.2
Aruales fratres qui,quot. p.186.1
Arua. p.441.1
Aruorum luſtratio. p.223.1
Arundo Ianitorum. p.82.1
Virga arundinea ad ianuam cauponum & cur appenſa. ibid.
Aruſpex, Aruſpicina. p.441.1
Aſſes tres nuptiales. p.230.1
Aſcoliaſmus. p.325.1
Aſcriptitij milites. p.356.2
Aſceræ. p.511.1
Aſellus promulſidarius. p.81
De Aſinis varia. p.362.1
Aſini caput in agris ſuſpenſum cur. p.169 2
Aſino incluſi pœna. p.245.1
Aſoti qui. p.28.2
Aſparagonia nuptarum corona. p.163.1.& 2
Aſperſio. p 442.1
Aſpergillum. p.441.1
Aſperſorium. p.201.2

Aſpis.

De Aſpidibus. p.362.1
Aſpide an Cleopatra extincta. Eius venenum. p.341.1
Aſpidibus nocentes necati Alexandriæ. pagina 348.1
Aſſamenta. p 343.2
Aſſurgere honorificum. p.362.1
Aſtragalomantes. p.339.1
Aſteropæus quis. p.152.2
Aſtomi. p.362.1
Aſylia quid. p.314.2
Aſylum. p.441.2
De Aſylis fuſe. p.313.2.& ſeqq.
Aſylum quid. p.192.2
Aſylum Athenienſe vbi. p.75.2
Aſylorum immunitas abrogata, quando. pag.315.1
Aſylus quid. p.314.2
Aſylus Deus. p.314.2
Aſymboli qui. p.345.1.& p.338.1

Attellana.

Atellanarum actores Romæ honeſti. pagina 62.1
Ater color. p.526.1
Atri dies. p.265.2.& p 363.1

Athleta.

De Athletis varia. p.365.2
Athletæ. p.169.1
Athletarum iuſiurandum. 97.2
In Athletas flores ſparſi. p.50.2
Athletarum loca. p.326.1
Athletæ quandonam carnibus vſi: illorum cibus. ibid.
Athenarum luſtratio. p.552.2
Athenienſes à Romanis perbenignè habiti. p.338 2
Athenienſis Reſpublica fusè. p.587.1
Athenienſium mulierum licentia infamis. p.263.1
Athenienſes nunquam ſolum vertêre. pagina 165.1

Athremmata. p.233.1
Atracinus color. p.226.1
Atratus. p.464.1
Atrati viri in funere. p.234.1
Atrium. p.362.2
Atrium templorum. p.192.2
Atrium quid. p.41.1
Atrium. p.441.2
Attentio. p.363.1
Auctio. p.363.1
Auctorati gladiat. p.328.2
Auctorum imagines. p.364.2
Auctorum imagines in æde Camænarum. p.170.1
Auctoramentum quid. p.14.2
Auctoramentum. p.328.2

Aue.

Aue quando vſurpatum. p.139.1
Auerni latex. p.363.1
Auerſio, Auertere, Auerſus. p.363.1

Aues.

Aues. p.441.2
De Auibus varia. p.363.1
Aues nocturnæ ſuffixæ. p.224.2
Auium diuiſio in auguriis. p.186.2
Volſgæ Aues. p.186.2
Supervacaneæ. ibid.
Augurale. p.306.2
De Auguratu, Auguriis & Auguribus varia. p.363.1.2. & ſeq.
Auguratus perpetuus. p.186.2
Augures vnd. dicti: primi à Romulo inſtituti; Augures quot. p.186.2
Magiſter collegij Augurum. ibid.
Augures à quibus creati. ibid.
Quouſque durarunt. ibid.
Augurum officia. p.186.2
Augures in funeſtis remoti. p.236.1
Augurium quid. p.351.2
Auguriorum genera. p.352.1
Auguriorum diuiſiones: Auguriorum genera. p.186.2
Auguſti ieiunium. p.138.1
Auguſto piſcis imperium portendit. p.7.1
Auguſtus Senatoriam dignitatem reſtituit. p.204.1
De Auguſtis varia. p.363.2
Aulæa. p.211.2
Aurelianæ à Banca familiæ elogium. p.77.1
Aureus numerus. p.265.1
Aurigæ & Aurigarum factiones. p.325.2
Aurigantium factiones. p.227.1
De Aurigis varia. p.364.1
Aurigantium colores. p.270.1

Auris.

De Auribus varia. p.364.1
Aures perforatæ viris probroſæ. p.92.1
Aurem ſubſtringere quid. p.140.2
Auriculæ apprehenſæ inter oſculandum: Aures cum auro nobilitatis ſignum: Aurem tangere in iudicio: Aures ſummæ præciſæ ignominioſum. Auris perforata Mauris. p.140.1
Signum ſeruituris. ibid.
Aures apprehenſæ à ſalutantibus. p.117.2
Aurora. p.431.2
Aurum an licitum in rogum iniicere. pagina 259.1
Aurum viceſimarium. p.11.2
De Auro varia. p.364.1.2
Auſpices nuptiarum. p.229.2
Auſpiciorum genera. p.352.1
Auſpicium quid. p.351.2
Auſpiciorum ius penes Patres. p.352.1
De Auſpiciis varia. p.364.2
Auſpicium. p.441.2
Auſpicalis dies. p.205.1
Auſpicari quid. p.44.1.2
Auſapodium. p.211.2
Auxilia & Auxiliares. p.364.2
Auxilia quæ. p.296.2
Auxiliares qui. p.295.1
Axamenta. p.351.2
Axinomantes. p.339.1

B

Babyloniarum mulierum proſtitutio. p.263.2
Bacchanalia. p.318.2
Bacchanalia diuerſa à Liberalibus. pagina 148.1
Bacchanalia. p.78.2
De Bacchanalibus & Bacchantibus varia. p.365.1
Bacchilio fl. vnde dictus. p.77.2

Bacchus.

Bacchi pompa. p.78.1
Bacchi ara proxima Nympharum, cur. p.78.1
Bacchus Eubuleus cur dictus. p.125.1
Bacchus cur Nymphas habuerit nutrices. p.340.2
Bacchus. p.441.2
De Baculo varia. p.365.1.2. & p.366.1
Badius color. p.228.2
Bæta. p.211.2
Bæticus color. p.226.2
Balauſtinus color. p.227.2
Balliſmus quid. p.321.2
Balliſta quid. p.302.1
Ballum quid. p.351.1

Balneum.

Balnea ſacra. p.47.1
In Balneis carmina ſecitata. p.46.1
Quid cani & balneo, prou n. p.46.1
Balneum Gymnaſij. p.321.1
Balnea quando clauſa, quando aperta. p.46.2
Balneorum hora. p.77.1
Oleum de publico ad balneas interdum datum. p.77.1
Balneæ quando cœperint, quando deſierint. p.76.2. & p.77.2
Balneæ cum palæſtra coniunctæ. p.76.2
Earum ordo. ibid.
Aqua triplex: vnctio, &c. ibidem, & p.77.1
Balnea aquâ calenti an frigida inſtructa. p.76.1
Vtenſilia Balneorum. ibid.
Vaſa: partes eorumdem, &c. ibid.
Inſtrumenta. ibid.
Balnea luxu creſcente frequentata. p.75.2
De Balneis varia. p.365.1
Balnea ante cœnam. p.347.1
Balnei ſupplicium. p.237.2
Balneatores verboſi dicti, cur. p.46.1
Balnea

Balneatoris merces, p.76.2.& 77.1
Balteus, p.211.2
Balreus, p.365.2
Balteus quotuplex, p.210.2
Baptiſterium aſylum, p.315.2
Barathrum carcer, 145.2
Barathrum, p.365.2

Barba.

De Barba varia, p.365.2.& 366.1
Barba tacta adoptionis genus, p.277.2
Barba & capilli in luctu promiſſi, p.99.2
Barba quando raſa apud Romanos, p.100.2
Barba reorum promiſſa, p.178.2
Barba vſta, p.137.2
De Barbaris varia, p.365.2
Barbus quanti olim emptus, p.21.2
Bardocucullus quid ſignificet, p.50.1
Bardocucullus, p.211.2
Baro vnde dictus, p.335.2
Baryllica, p.322.1
Baſara, p.211.2
Baſcania quid, p.170.1. & p.117.1
Baſcania, p.365.2
Baſilicæ, ibid.
Baſilinda, p.322.1
Batrachides, p.221.2
Baucides, ibid.
Baxeæ, ibid.
Bebila, p.350.1
Bellaria nulla Lacedæmoniis, p.355.1
Bellona, p.441.2
Bellum, p.471.2
Belli indicendi modus apud Romanos, p.494.1
In bello cæſi quomodo elati Athenis, p.261.1
Bene eſſe formula, p.153.1
Benedictio menſæ antiquis in vſu & cur, p.165.1
Beneficiarij, p.294.2
Beneficiarius, p.471.1
Beneficium, p.366.1
De Benemeritis, ibid.
Beroſus aſtronomus, p.89.2
Beſtiis obiecti, p.237.2
Ad Beſtias damnati, p.236.2.
Beſtiarij, ibid.
Beſtiarij qui, p.146.2
Beutos, p.211.2
B. F. bonum factum, p.266.1
Bibaſis, p.322.1
Bibere nolentibus imprecationes, p.253.2
Bibere in circulis quid, p.148.1
Bibe quinque vel tria, prouerb. explicatum p.171.2.& 172.1
Bibendo vincentis præmium, p.152.1
Bibere, p.464.1.2
Bibliopolæ, p.366.1
Bibliothecæ in cœnaculis, p.156.2
Bibliothecæ, p.366.1
Bibliothecæ iuxta balnea collocatæ, p.46.1
Bicolor, p.226.1
Bidentes hoſtiæ, p.196.1
Bidentes quid, p.192.2
Bigami Sacerdotio pulſi, p.263.1
Binarius, p.366.1
Bipatens, ibid.
Biremes quæ, p.45.1
Birri, burri, byrrhi, p.211.2
Blandiens, p.366.1
Blanditiæ quæ, p.291.1
Blatteus color, p.127.2
Blauta, p.211.2
Blitidæ meretrices, p.136.2
Blitum, p.366.1
Boiæ, p.237.2
Boletus, p.464.2
Bombycinæ, p.211.2
Bona Dea, p.441.2
De Bonis varia, p.366.1
Boreæ templum, p.111.1
Bos, p.441.1
Bos æneus ſupplicium, p.237.2
Bos immolandus ſigillo notatus, p.99.1
Bobus veſcebantur heroes priſci, p.183.1
De boue varia, p. 66.1
Botanomantes, p.139.1
Braccæ, p.366.1
Brachæ, p.111.2
Brachialia, ibid.
De Brachio varia, p.166.1
Brachium toga cohibitum ab Adoleſcentibus, p.39.2.& 40.1
Braſſica in iuramento, p.87.1
Braſſica adorata, ibid.
Braſſica ſacra, ibid.2
Braſſica antipharmacum puerperis, ibid.
De Braſſica varia, p.365.2
Britanni vectigalia etiam pro mortuis pendebant, p.92.1
Britannia quando deuicta, ibid.
Bubalia, p.211.2
Bubo, p.366.2
Bubo, p.441.1
Buccellatum quid, p.79.1
Buccina quid, p.199.1
Buccinum quid, p.227.2
Bucculæ galeæ, p.305.1
Bucentaurus Venetus quid, p.1.2
Eius deſcriptio & etymon, p.4.2
Bucolici, p.366.2
Budæi laus, p.114.1
Bulimi expulſio quid, p.183.2
Bullæ Imperatorum & Patriarcharum quotuplices; p.48.1
Bulla aurea cui primum data, p.91.2
De Bullis varia, p.366.2
Burranicum, p.211.2.
Buſtuarij gladiatores, p.14.1
Buſtuarij glad. p.328.2
Byſſina, p.211.2
Byſſus, ibid.

C

C, Condemnationis nota, p.355.1
C, litera mortifera, p.94.1
Caballatio, p.166.2
Cadauera quomodo condita, p.260.2
Cadauera cremandi modus, p.94.1
Cadauera expiata porca, p.92.2
Cadauera cuſtodiendi ritus, p.95.1
Apulei locus notabilis. ibid.
Præconis vox pro cuſtodiendo cadauere, ibid.
Pretium cuſtodientis cadauer. ibid.
Poena non cuſtodientium. Agnoſcendi cadaueris mos. ibid.

Supel

Supellex neceſſaria ad cuſtodiam, ibid.
Cadauera condendi mos Sycioniorum, pagina 176.1
Cadauer ante fores collocatum, p.234.1
Cadauera antiquorum quomodo abluta. p.133.2 quomodo induta. 234
Cur vſta, p.234.2
Cadauera oſtenſa in funeribus, ſi vegeta, 177.1
De Cadaueribus fusè, 487.2
Caduſcus, 268.2
Caduceator, Caduceum, 366.2
Caduca auſpicia, 352.1
Caduceum coronatum in funeſto nuncio, 54.1
Cadus inſcriptus, 366.2
Cæada carcer, 145.1.& 146
De Cæde varia, 366.2
Cædis expiatio, 94.2
Cærimoniæ vnde dictæ, 186.1
Cærites iure ſuffragij priuati, 276.1
Cæruleus color cur in Iride, 281.1
Inter Caſa & porrecta, quid, 198.1
Cæſar primus auctor Epiſtolæ inter præſentes, 40.2
Cæſaris ſepulcrum aſylum, 315.1
Cæſitium, 211.2
Cæſius color, 226.2
Caius & Caia in Nuptiis, 219.1
Calabriſmus, 322.1
Calamiſter, 366.2
Calamitas, ibid.
Calamis torti, 237.1
Calantica, 211.2
Calaſiris, 211.1
Calaſſis, 211.1
Calatorium, 343.2
Calceamenta, Calceus, 441.2
Calceamentum quotuplex, 201.2
Calceamentorum diuerſorum nomina, 210.2
Calceati milites, 16.2
Calceolus, 212.2
Calcei olim quando poſiti, 103.2
Calceati tantum & togati in publicum & iudicium prodibant, 104.1
Calcei depoſiti ab accubituris, 15.1.2
Calcei viatorum, ibid
Calcei albi Romanorum; Calcei lunati quorum; Calcei interdum nigri, ibid. 2
Calceus mulierum albus: meretricum ruber; Seruorum gypſatus, 16.1
Calcei quando mutati, 168.1
Crepida quid, ibid.
Calceus clauatus, 212.1
Calceus, ibid.
Calceus lunatus, ibid.
Calcei mulierum, 210.2
De Calceis varia, 366.1.& ſeq.
Calculi iudiciarij quales, 268.2
De Calculis varia, 367.1
Calendæ celebres, 116.2
Calendis fœnus exactum & datum fœnori, 163.1
De Calendis varia, 367.2
Calendæ, 442.1
Caleſtra, 211.1
Caleſtra, ibid.
Calibæ quid, 237.2
Calidæ potus, quis olim fuerit, 166.2
Calidarium, 76.1
Caligæ deſcriptio, 211.2
Caliga quotuplex, 210.2
Caliga, 471.1
De Caligis varia, 367.1
Caligula primus oſculandos pedes dedit, 118.1
Caligulæ ſupplicium, 245.1
Calipodia, 212.1
A Callinione anni à Syracuſanis numerati, 36.2
Calliſteion, 322.1
Calliſteia, ibid.
Calo, 471.1
Calones Romanorum, 308.2
Calpar vini quod, 133.2
Calparis libatio, 134.1
Calthula, 212.1
Calumnia, Calumniator, 367.2
De Caluo & Caluitie varia, 367.2
Calydia, 212.1
Calymna, ibid.
Calyptra, ibid.
Cammata quid, 155.1
Cameræ vſus, 367.2
Camillus, ibid.
Camilli qui, 191.1
De Campanis varia, 367.2.& ſeq.
Campanæ tonante cœlo cur perſtrepant, 48.2
Campeſtre, 212.
Campus ſceleratus, 145.2
Campi, Campus Martius, 368.1
Camus quid, 237.2
Canabis, 212.1
Canalis, 442.1
Canarium, ibid.
Canarium augurium, 213.1
Canarium augurium, 85.1
Candelæ pauperum, 180.1
Candelæ Iudæis incognitæ, 150.1
Candelæ in funere puerorum, 92.1
Candelabrum, 368.1
Candelabrum à Lucerna differt, 150.2
Candens color, 226.1
Candidati manus obuiorum oſculati, 141.1
Candidati templa adibant, 54.2
Candidati cur ita dicti, 56.2
Æs alienum profeſſi; Eorum nota quæ; Quomodo obuios ſalutarent, ibid.
Quæ auſpicia, ibid.& 57.1
De Candidatis varia, 368.1
Candidus color ab albo differt, 226.1
Candidæ veſtis vſus apud Romanos, 56.1
Candys, 212.1
Caniculæ ſideri canes immolati, 84.2
Canes ſepulcrales qui & apud quos, 260.2
Canes ægroti Dianæ ſiſtebantur, 128.2
Canes emeriti feriantes, 129.1
Canes, 84.1
Canes Marti ſacrati: ſacrificati: ingrati Romanis: Canis viuus in crucem actus à Romanis: Canis immolatus in Lupercalib. ibid.1
Canis immolatus Manæ Gynæciæ: Hecate & Lucinæ: Item Dianæ: ibidem, 1
Caniculæ ſideri Canes immolati, ibidem. 2

Per

Per Canem iuratum, pag.87.1.& 88.1
Canis, 442.1
De Canibus varia, 368.
Canes tuſæ ſacrificiis aptæ, 85.1
Canum latratus ominoſus. Canis lactens à quibus immolatus: Canis extra mero & thure aſperſa. Rubigalia cane expiata: Vbi Canes annua ſupplicia penderent: Canis vomitum homines docuit: Canes in templo pro æditui: Canes vrbium cuſtodes: 85.1
Canis ſupplicium, 237.2
Quid balneo & Cani,prou. 46.1
De Caniſtro, 368.2
Canere, 464.2
Canon quid & quotuplex, 345.2
Canon quid in ſaltatione, 270.1
Cantare, 442.1
Cantilenarum ſpecies apud antiquos quot, 120.1
Cantiunculæ in propinationibus, 231.1
Cantio,Cantilena,Cantus, 368.1
Cantores aſymboli, 338.1
Canus color, 226.1
Capellani, 369.1
Capena porta cur madida, 310.2
Capidulum, 212.1
Capillamentum, ibid.
Capillare, ibid.
Capillus threpterins, 331.2
Capilli fluminibus & Apollini dicati,100.2
Capilli in luctu promiſſi, 99.1
Capillus deſectus Diis dicatus, 100.1
Capillus Virginum deſectus virginitatis perpetuæ inſigne, ibid.
Capillis ſuſpenſi, 237.2
De Capillis varia, 368.2.& ſeq.
Capital,Capitale, 369.1.2
Capital; 212.1
Capitatio quæ, 97.1
Capitium, 212.1
Capitolium, 369.1.2
Capitolia olim plura, 1.2
In Capitolio iuratum, 87.2
Capnomantes, 359.1
Per Capparim iuratum, 87.1.
Caprificus ſepulchris inimica, 93.1
De Caprifico varia, 370.1
De Capris varia, ibid.
Capra venalis cum myrto, 120
Captiui, 71.1
De Captiuis varia, 370.1
Caput, 442.2
Capitis abraſio ad vitanda pericula, 99.2
Caput operiebant ſalutantes Deos, 53.2
Capitis luſus, 324.2
Caput ſalutis ſignum, 69.1
Caput obnuptum ab adeuntibus lupanar,ib.
Caput obnuptum in periculis cur? ibid.
Caput velabant hoſtibus occurrentes, 69.2
Caput opertum in ſacris,cur? 68.2
Caput, 464.2
Capite aperto Opi, & Herculi ſacrificatum, ibid.
Caput coronatum,& cur? 231.1
Capite plexi, 237.2
Capite aperto Romani quando, 68.2
Caput, 472.1
Caput cœnæ, 38.1
De Capite varia, 369.1.2
Capitis tegumenta varia, 210.2
Capyris, 212.1
Caracalla veſtis, ibid.
Carbaſus, ibid.2
Carbatina, ibid.
Carbone ædes notatæ,cur? 117.1
Carbones theſaurus, 70.1
De Carbonibus varia, 370.1

Carcer.

Carcerum nomina. 237.2
Carceres Circi, 325.1
De Carceribus varia, 370.1.2
Carcer vltimum ſupplicium Rom. Senatorum.Carcer liber, 146.1
Carceribus liberati cœna donati, ibid.
Carcerum tria genera apud Romanos. 145.1
Carcer vrbanus triplex, ibid.
Carceris auctor primus apud Romanos. Varia carcerum genera, ibid.2
Cares, 370.2
Cares primi milites conducti, 50.2
Carum ſuperſtitio, 194.2
Cariarij, 377.1
Caricæ quid, 65.2
Caricæ, 370.2
Caricarum vſus in prandio, 44.1
Miſſæ ominis boni gratia, ibid.
Cariſſimi, 370.2
Carmanorum fœdus, 333.2
Carmentes quæ, 27.2
De Carminibus varia, 370.2
Carmen famoſum carbone ſcriptum in foribus, 175
De Carnea, 370.2
Carnifex qui, 210.1
Carnifices dicti tintinnabuli, 48.2
Incedebant cum tintinnabulis,ibid.in fin.
Carnificis domus extra portam Metiam, 344.2
De Carnifice varia, 370.2
Carnibus priſci vſi, 183.1
De Carne varia, 370.2
Caro olim tantū ad ſacrificia adhibita,336.2
Carnibus elixis heroes non vſi cur, p. 183.1,2
De Carpento varia, 370.2
Carpiſculum, 212.2
Carptor, 464.2
Caſiac, 212.2
Caſſianus martyr an auctor notis ſcribendi, 41.2
Caſtaneus color, 226.2
De Caſtellis varia, 371.1
Caſtella quid, 301.1
Caſtor & Pollux à nautis adorati, 37.2
Caſtor & Pollux pileati cur, 68.2
Caſtorium melos, 343.2
Caſtrati qui, 34.1
A Domitiano fieri prohibiti. Mulieres caſtratæ, ibid 2.
De Caſtratis varia, 371.1
Caſtrenſes, 47.1
Caſtra, ibid.
Caſtra Romanorum, 308.1. & ſeq.
Caſtula, 212.2
Caſtum Cereris, 138.2
Caſtus, 442.2
Catabulum quid, 237.2

Catachoreuſis, p.343.2
Catachiſimata quæ, p.80.s
Catachiſmata, p.238. s
Catacumbæ quid, p.237. 2
Catagogis, p.212. 2
Caramidiari quid, p.28. 1
Catamiptes, p.350. 1
Cataniptes ſactificium quale. p.7. s
Catapleon, 343. 2
Cataphracti, p.305. 1
Catapulta, p.237. 2
Catapulta quid, p.302. 1
Catarrhus, p.371. 1
Catarrhi damnum, p.129. 1
Varia variorum remedia aduerſus catarrhum, ibid.
Catasta, p.238. 1
Cataſtictos, p.212. 2
De Catenis varia, p.371.1
Catenarij gladiat. p.329.2
Cathagiſimus, p.350. 1
Catharma quid, 222. 2
Cartharmata, p.371.1
Καθάρματα, quæ, p.222. 1
Catharſis quid, p.222.1
Catharſia, p.350. 1
Cathedra theatri, p.328.1
Cathedra, p.371. 1
Cathieria, p.350. 1
Cato ſedebat in cœna cur, p.19. 2
Cato filij ſui inſtitutor, p.29. 2
Catomo cædi, p.237.1
Catulina caro in Deûm cœnis, p.85.1
Catulus, Catulatio, p.442.2
Catulus, Catulinus, p.371.5
Caulares hoſtiæ, p.196.1
Caunacis, p.212.2
Caupona, p.371.1
Cauſas cognoſcere leuato velo, p.119.1
Cauſæ cognitæ leuato velo, p.104.2
Cauſæ, cauſidicus, p.371.1
Cauſarij qui, p.295.5
Cauſia, p.212.2
Cauron, p.350.1
Cecryphalus, p.212.2
Cedrus immortalis, p.115.1
Celeres qui, & eorum Tribunus, p.202.2
Celeuſma, p.343.2
Celeuſtes quis, p.62
Celibaris haſta, p.230 2
Cella quid, p.192.2
Cella, p.442.2
Cella vinaria, p.371.2
Celtes quid, p.12.1
Cenoptarum munus, p.121.2
Cenſio haſtaria, p.301.1
Cenſio haſtaria, p.238 1

Cenſor.

A Cenſoribus qui Senatu moti, p.170.1
Cenſores nulli bis, ibid.
Cenſores qui & quando inſtituti, p.265.§.4
Cenſorum inſignia, officia, &c. ibid.
De Cenſoribus varia, p.371.2
De Cenſura & Cenſu, p.571.2. & ſeq.
Cenſus militaris quid, p.293.2
Cenſus equeſtris, p.203.2
Cenſus vbi factus, p.205.2
Cenſus Templorum olim & reditus annui, p.1. vnde illi, ibid.
Centenarij, p.372.1
Centones, p.372.1
Cento, p.212.2
Cento ante ianuam meretricum, p.164.1
De Centumuiris varia, p.372.1
Centuria, p.471.1. & 2
De Centuriatis Comitiis, p.371.1
Centurio, p.471.2
Centuriones qui & quot, p.296.2
Centurionis primi dignitas, p.297.1
Centurionum ſtipendia, p.309.2
Vitis eorum inſigne, p.296.2.& 310.2
Centurionum ſtipendium, p.309.2
Cepæ, p.372..2
Cephalodeſmus, p.212.2
Cephalomactrum, p.212.2
Cera & Cerei apud Iudæos non in vſu, p.150. 1
Cera, Ceratus, Cereus, p.372.2
Ceramicus, p.261.2
Ceramicum duplex, p.136.2
Ceramos Cypriorum carcer, p.145 2
Ceramos quid, p.173.1
Cerarium quid, p.47.2
Cerealis, p.442
Cerebrum non guſtatum nec nominatum, p.337.1
Cerebrum, p.372.2
Ceres, p.442.2
Cereos appendendi Diis ritus, p.180.1
Cerei Diuitum, ibid.
Cerei geſtati in funeribus, p.234. 1
Cernophorum, p.322.1
Cernuus, p.212.2
Κηρόβαλλον quid, p.48. 1
Ceroma, p.321.1
Ceromatiſtæ, p.269.2
Cerotes, p.212.2
Cerriti qui, p.143.2
Certamina, p.372.2
Certaminum Olympicorum iudices, pag. 98. 1
Cetus quis, p.289.1
Cerui cur longæui, p.290.2
Cerui in munitionibus quid, p.300.2
Cerui, p.372.2
Cetyces duplices, p.62.2
Ceſpes quid, p.197.2
Ceſpiticium tribunal, p.471.2
Ceſtroſphendone, p.301.1
Ceſtus, p.269.2
Ceſtus Veneris, p.131.2
Cetra, p.304.2
Chalazites lapis, p.111.1
Chalazophylaces, p.191.1
Chalcia, p.350.1
Chalciſmus, p.322.1
Chamæpus, p.132.1
Chariſtia Romanorum, p.165.2
Chariſtia, p.322.1
Chariſtia, p.318.2
Charoutica ianua, p.145.2
Charopus color, p.147.1
Chartophylax quis & quot Conſtantinopoli, p.48.1
Carthaceum quid, p.48.1
Chelichelona, p.122.1
Chelidoniſtæ & Chelidoniſtarum cantio, p.61.2

Chetili verſus quanti habiti, p.74.2
Chimaſtrum, p.212.2
Chlidones, p.212.2
Χειρίδες, p.164.2
Chitodota, p.112.2
Chirodotæ, quid, p.164.1.& 2
Chiromactrum, p.212.2
Chiromantes, p.339.1
Chironomia, p.322.1
Chironomi, p.148.2
Chirothecæ olim in vſu. p.164.2
Manicæ & Manipuli dictæ, ibid.
Chirothecæ, p.212.2
Chiton Diana, cur ita dicta, p.27.2
Chiton, p.112.2
Chitoniſcus, p.212.2
Chlamys deſcripta, p.212.2
Chlamys, p.272.2
Chlamys quotuplex, p.110.2
Chloris Floræ nomen, p.136.2
Chriſtianus, p.371.2
D. Chriſtophorus cur in foribus templorum pictus, p.168.2
Chriſtus lotutus diſcipulorum pedes linteo præcinctus, p.15.1
Choreæ, p.322.2
Circa, circum, circumeo, p.443.1
De Choro varia, p.372.2
Chorta, p.212.2
Chortæus, p.212.2
Chryſargyrum, p.272.2
Χρυσάργυρον tributum quod, p.106.2
Chytri, quid, p.318.1
Chytri feſtum, quod, p.158.1
Chytrinda, p.321.1
Cibarium ſacrificium, p.317.1
Cibaria, cibus, p 471.2
Cibaria bellica, p.308 2
Cibi ſepulcrales, p.457.1
Cibus, p.464 2
Partes ciborum miſſæ amicis, pagina 86.1
Cibus antiquorum, p.78.2
Cibi cocti non venditi in exercitu, pagina 78.2
Cibus caſtrenſis ſub Imperatoribus. Cibus caſtrenſis ordinarius & extraordinarius, ibid. & p.79.1
Cibi caſtrenſes, p.79.1
Ciborum partes abſentibus miſſæ, pagina 156.1
Cibi in conuiuiis æqualiter diſtributi, pagina 148 2
Diuidendine cibi conuiuis? ibid.
Cibi anulo obſignati, ne ſubripercntur, p.3.1
Cibi appoſiti ſemper libati, p.181.1
Cicadæ, p.372.2
Cicadæ in cibum, p.339.2
Cicer, p 372.1
Cicer pauperum alimentum, p.62.1
Cicuta pro quolibet veneno, p.342.1
Cicuta, p.441.1
Cicuta, p.373.1
Cidaris, p.212.2
Cimbaricum, p.213.1
Cimeliarchus quis & vnde dictus, pagina 2. 2
Cinctus, p.373.1
Cinctus Gabinus, p.471.2
Cinctus, p.213.1
Cinctus Gabinus, ibid.
De Cingulo varia, p.373 1
Cingulum nouæ nuptæ, p.13.2
Cingulum, p.471.2
Cingulum, p 443.1
Cinericius color, p.226.2
Cineris explatio, p.215.1
Cineres defuncti conditi, ibidem, pagina 234. 1
Cineres diſperſi quorum, p.235.1
Cineres amicorum vnguentis delibuti, ibidem, 2
Cinnabari, p.373.1
Cinxia, p.231.1
Cinxiæ Iunonis fanum, p.14.1
Cippi, quid, p.301.1
Cippus, quid, p.136.2
Circuitio militaris, p.308.1
Circuitores bellici, p.308.1
Circulatores, p.473.1
Circenſes ludi, p.270.1.& 2
Circenſia ſpectacula. p.325.1
Circenſes ludi, pagina 314. & ſequentibus.
In circulo bibere, quid, p.148.2
Circus quid, Circi maximi inuentor, pagina 314 2
De Circo, & Circenſibus varia, pagina 373. 1
Circi area, gradus, ſedilia, capacitas, &c. pag.125.1
Circi Neptunus præſes, p.171.1
Circumitur, p.471.2
Circumitores Equites vigilum, pagina 142. 1
Circumtectum, p.213.1
Circumuallatio, quid, p.300 2
Cirrhus color, p.227.2
Cirſeris, p.113.1
Citharœdorum modeſtia priſca: cuſtodes mulierum, p.174.1
Citharœdorum veſtis: Citharœdorum lex: Cum palla ſaltabant: Oſcula iactabant in Scena: In circo quomodo excepti: Anulus illorum inſigne: Quanti habiti, ibid.
Ciuica corona quæ, p.152.2
Ciuium Romanorum numerus, p.277.1
De Ciue & Ciuitate varia, p.373.1.2
Ciuitate donati nomen mutabant, pagina 167.2
Clamor militaris, p.299.1
Clariſſimi, qui, p.111.2
Claſſico canebatur ante oſtium damnati, p.177.2. & p.178.1
De Claſſico varia, p.473.2
Claſſicum, p.299.1
Claſſicum, p 471.2
Claſſis purificatio, p.6.1
Claſſis, p.373.2
Clauarium, quid, p.16.1.& 2
Clauarius, p.16 1
Clauata tunica, p.373.2
Clauator, p.16.1
Claudi occurſus ominoſus, p.69.2
Claudus, p.373.2
Clauis, p.373.2

Claues ademptæ in diuortio, p.262.2
Claues geſtare ſeruorum munus, pagina 121.1
Claues datæ nouæ nuptæ, p.231.1
Claues cellæ vinariæ matronis olim ioterdictæ, p.121.1
Claues Laconicæ, p.165.1
Clauſæ, cluſæ, p.374.1
Clauus fixus, p.108.2
Claui in calceis olim, p.26.1
Aurei diuitum, ibid.2
Claui flores io veſtibus, ibid.2
Clauus, p.213.1
De Clauis varia, p.373.2.& 374.1
Cleanthea lucerna, p.89.2
Clementia, p.374.1
Clementia, p.443.1
Clepſydræ, p 374.1
Clepſydræ inuentor, p.33.1
Ad Clepſydram Oratores orabant, pagina 119.1
Clepſydræ deſcriptio ex Apuleio, pagina ibid 2
Aqua triplex Clepſydrarum. Quis ioſtituit ad Clepſydram dicere. Clepſydra meretrix cur. ibid.
Clibanarij, p.305.1
Clientelarum ratio, p.353.1
Clientes grati, p.353.2
Clientes dextræ dicti, p.353.2
Clientes extra vrbem, ibid.
De Clientibus varia, p 374.1
Climax tormentum, p.237.1
Clinicus æger, Clinicus Medicus, pagina 128.2
Clitellæ tormentum, p.138.1
Cliuiæ aues, p.186.2
Cluſitæ quid, p.313.1
Clypeum ſuſpeodo. Clypeo tegor, quid, p.348.1
Clypei templorum, p.193.2
Clypeum abiicere oefas, cur, p.141
De Clypeis varia, p.374.1
Clypeus, p.471.2
Coa, p.213.1
Cochleæ tormeotum, p.238.1
Cochleæ io prima meoſa appoſitæ, pagina 17.2
Cochlis, p.213.1
Codicilli quomodo ab Epiſtolis differant, p.40.2
Codicillus apud Iuriſconſultos, quid, pagina 41.2
Codicillares Conſules, qui, p.205.1
Codonophori, qui, p.48.2
Cœcus, p 443.1
De Cœlibe varia, p 374.1
Cœlibes odioſi apud Romanos, p.262.1
Cœlibum ſepulcra, p.263.2
De Cœlibe varia, p.366 2
Cœlibatus olim infamis, p.264.1
Cœlibum nudipedalia, ibid.
Cœli partes, p.351.2
Cœlum, p 443.1
Cœlum in gaodio adoratum, p.152.2
Cœlum adoratum in gaudio, p.122.1
Coëmptio io matrimonio, p.230.1
Cœna vnde dicta; horæ cœnæ, p.153.1 & 2
Ante cœnam antiqui quomodo loti, p.75.1. & 76.1
Cœnæ populares, p.155.2
Cœoarum varia geoera, p 155.2
Cœnæ antiquorum moderatæ: lautorum, ibid.
Cœna largior, p.136
Cœnarom frugalium nomina, ibid.
Cœnæ caput, p.18.2
Cœnæ tempus, p.256.1
Cœna, p.464.& ſeqq.
Cœna, p.346.1
Cœna vnde dicta, p.165.2
Cœnarum ſymbola, quæ, p.156.1
Cœna adiicialis, p.157.1
Cœnæ caput, p.155.1
Poſt cœnam lotiooes manuum, pagina 126.2
Cœnaculum, Cœnatorius, cœnare, pagina 465.1
Cœnaculum ſiue cœoatio quid & quale, p 256.2
Cœnaculum dormitorium ſeruorum, pagina 25.2
Cœnatio in ſacris qoid, p.201.2
Cœoatoria veſtis, p.213.2
Cœnabant pueri puellæque ad fulcra lectorum. p.15.1
Ao cœnatum ſtando an ſedeodo, pag.254.1. & 2.
Cœoantes antiqui ſederunt & diſcubuerunt, pag.19.1
Cœpe, p.374.3
Cœſtus, p.326.2
Cogitabundus, p.374.2
Cogitabuodi deſcriptio ex Virgilio & Plauto, p.140.2
Cognitor, cognitores dare, p.119.2
Cognomina fœminarum duo, p.38.2
Cognomen, p.375.1
Cognomioe aut Prænomine Romani ſalutati, p.39.1
Cohortium ſigna, p.298.2
Cohors quid, Cohors prætoria, p 295.1
Cohors, p.471.1
Colacritæ qoinam, p.2.1
Collabiſmus, p.322.2
Collate, p.238.1
Collationes, quid, p.345.1
Collectarius, p.345.1
Collectæ, quid, p.345.2
Collegiorum conuiuia, p.316.2
Collegia, p.374.2
Colloquium, p.472.1
Collum, p.374.2
Colobium, p.213.1
Colobium, p.374.2
De Coloniis, p.374.2
Colores Aurigarum, p.270.1
Colores duo in ſcribendo vſurpati, p.115.1
Colores inauſpicati, qui, p.113.1
Colores à locis dicti, à metallis, à plantis, p.225.2
Ab animantibus, à rebus diuerſis, ab aqua & mari, p.226.2
De coloribus ex profeſſo, p.225.Syn.7
Coloriæ, p.113.1
Colum niuarium, p.105.2
Columbæ, p.374.1.& ſeqq.

Columbarum expiatio, p.124.2
Columba, p.443.1
Columbar, p.138.2
Columna, p.443.1
Columnæ in finibus, p.313.1
Columna bellica, p.294.1
Columnæ ſuper ſepulcra, p.176.2
Columnis inſcripta damnatorum nomina, p.178.1
Item obæratorum, ibid.
De Columnis varia, p.375.1
Colus, tormentum, p.238.1
Colus cum fuſo in nuptiis, p.130.2
Comæ cadaueri præſenti illatæ, pagina 257.1
Comam alere ſeruis olim prohibitum, pagina 100.1. & 2
Comæ nutritæ in honorem Deorum, pagina 100.2
Coma reducta ductorum ad ſupplicium, pagina 97.1
Coma Deo dicata à peregrinis, p.99.2
Coma meretricum, p.136.2
De Coma varia, p.375.1
Coma & barba Deo alicui oblatæ, p.58.2
Comedere, p.465.2
Comes, quid, p.335.1
Comeſſari, p.465.2
Comeſſatio quæ & quorum, p.153.2
Comeſſatio quid, & qua hora fieret, pagina 159.2
Comeſſatio, quid, p.346.2
Comeſtabilis, p.335.2
Comeſtio antiquorum in die quoties occurreret, p.346.1
Cometæ adorati, p.37.2
Comitatenſes, p.335.1
Comitia à quo primum inſtituta, pagina 274.2
Centuriata Comitia à quo inſtituta, pagina 275.1
Comitia tributa quæ, ibid.2
Tributa Comitia ex ſola plebe conſtabant, p.276.1
In Comitio iuratum, p.87.2
De Comitiis varia, p.375.1.& 2
Comitiari, p.297.2
Commeatus, p.472.1
Commendatoria oratio, p.200.2
Commiſſiones gladiat. p.328.1
In commune quid, p.63.1
Comœdiæ ara aſylum, p.315.1
Comœdi, Comœdia, p.375.2
Compedui, p.375.2
Comperendinatio, p.375.2
Competitores, p.375.2
Compita, Compitalitia, p.376.1
Compitalia quæ, p.258.2
Compotor, p.465.2
Comus comeſſantium Deus, p.132.1
Comus, quid, p.346.2
Comus, p.321.2
Comus Deus, p.159.1
Concha, p.376.1
Conchiliata, p.213.1
Conciliabulum in bonam partem ſumptum, p.334.2
Concilium, quid, p.334.2
Concilia, p.376.1
Concionari, Concio, p.376.1
Concionis luſtratio, p.122.2
Conclamare, p.376.1
Conclamatum eſt, vnde dictum, p.64.2
Conclamatio in funere, p.233.2
Concubina, p.376.1
Concuſſio armorum, p.472.1
Condemnatio, p.376.1
Condicere, quid, p.342.2
Condictio, p.376.1
Conditor, p.376.1
Conductor, ibid.
Confarreatio, p.230.1
Confeſſionis ſacrificium, p.317.1
Confinis, p.376.2
Confugio, p.443.1
Congiarium vnde dictum: In quo differat à donatiuo: datum nobilibus inopibus, p.112.1
Datum ab Alexandro pro edendis libris Ariſtotelis, p.112.2.& 113.1
Congiarium quando datum, p.343.1
Origo, ibid.
Congiarium, p.376.1
Congiarium, p.472.1
Congredi, p.472.1
Coniugatorum prærogatiuæ apud Romanos, p.262.1
Coniucatio, quid, p.294.1
Coniuratio, p.472.1
Coniuratio, p.376.1
Coniſterium, quid, p.73.2
Coniſterium, p.216.1
Coniſterium, p.321.1
Connubiorum genera, p.262.1
Connubiorum cura apud Romanos, p.262.1
Conquiſitores, qui, p.63.2
Conquiſitores, qui, p.295.2
Conſcripti Senatores, 203.1
Conſecratio, p.443.1
Conſecratio religioſa, p.194.1
Conſecratio dira, ibid.
Conſecratio honoris aut contumeliæ, &c. p.201.1
Conſentes Dij, p.179.2
Conſilium, Conſulere, p.443.2
Conſtantinus primus gladiatorios ludos extinxit, p.328.2
Conſtitutio, p.376.1
Conſualia, quæ, p.270.1
Conſualia, quid, p.67.1
Conſules ſuffecti, qui, p.180.2
Qui ordinarij, ibid.
Conſulum numerus varius ſub quo cœperit, ibid.
Conſules deſignati populo gratias agebant. ibid.
Conſul maior quis. Conſul primus è plebe quis, ibid.
Rogati à Conſule ſententiam dicturi, pagina 180.2
De Conſulibus Romanis fusè, pag. 204. §. 3.
Conſules quando creati: Ætas Conſularis: Conſulum poteſtas, ibid.
Conſulum officia; ingreſſus, pompa, pagina 205.1
Anni numerati à Conſulibus: Conſulum auctoritas: Conſules diuerſi generis, ibid.

Index Rerum,

Ex Conſularibus lecti Dictatores & Magiſtri Equitum, p 205.1
Conſulatus cuius ordinis, p.204.2
Conſulatum petere abſenti haud licuit. ibid.
Conſulatus, Conſularis, Conſul, p.376.& ſeq.
Conſultantes olim ſedebant, p.55.2
Conſus, p.443.2
Contingit vocis ſenſus expenſus, p.73.1
Contractus, p.377.1
Controuerſia, ibid.
Contubernales in ludis qui, p.30.2
Contubernium, p.377.1
Contumeliæ & impudicitiæ ara, p.101.2
Contumelia, p.377.1
Conuentio in manum quid, p.199.1
De conuitiis, p.377.1
Conuiuæ, p.465.1
Conuiuæ numerati à Gynæconomo, pagina 161.2
 labentium lex circa eos. Lex Platonis. Numerus eorum varius, ibid.& p.162.1
 Pœna tardè venientium, ibid.
Conuiuârum numerus, p.20.1
Conuiualia præcepta, p.162.1
 Vocatores, qui, p.162.1

Conuiuium.

In conuiuiis qui nominati, p.130.1
Conuiuium Deorum conciliabulum, p.165.2
Iuramentum per conuiuium. Publica conuiuia quæ, ibid.
In conuiuiis recitari ſolitum, p.46.2
Conuiuij ordo, p.255.1
Conuiuia trifariam, p.346.1
Conuiuium triplex Græcorum, p.254.2
Conuiualis ſortitio. ibid.
Conuiuia quotuplicia, p.316.1
Conuiuij ordo apud antiquos, p.135.2
De conuiuiis antiquorum copioſè, p. 253. & ſeqq.
Conuiuium, Conuiuialis, Conuiua, p.465.2 & ſeqq.
Conuiuia publica cur apud Cretenſes, pagina 125.1
Cophinoſis, quid, p.114.1
Copida, quid, p.138.1
Coquus, p.465.1.& p.466 1
Copis, quid, p.316.1.& 2
Coqui ciborum diuiſores, p.148 2
Coquorum carcer, p.143.2
Coquorum dignitas apud Græcos, p.162.1
 Nulli ſerui, ibid.
 Quanti habiti apud Romanos, p.163 2
 Furtum eorum quomodo caſtigatum, ibid.
Cor, p.443.2
Cor, p 377 1
Cora, p.313.1
Coracinus color, p.226.2
Corax carcer, p.143.2
Corbes, p.303.1
Cordax, p.351.2
Cordaciſmus, p.322.2
Corinthiacæ meretrices, p.136.2
Corinthiæ ædes delicatis Diis, p 198.2
Coriceum, quid, p.75.2
Coriis fractæ catapultæ, p.304.1
Corneus color. p.226.2
Cornea pocula prima, p.147.2
Corneus, p.377.1
Cornicines, p.472.1
Cornix boni ominis, p.210.1
Cornicis hieroglyphicum, p.61.2
Corona, p.465.2
Coronæ quoties datæ in conuiuiis, pagina 129.2
De Coronis varia, p 377.& ſeqq.
Coronæ proiectæ ante pedes Deorum, pagina 66.2
Coronæ in ſacris, p.197.2
Caſtrenſis corona, p.252.2
Coronæ cadauerales quæ, p.259.1
Corona ſeu obſidio, p.299.2
Corona myrtea Veneris, p.120.1
Corona data in ludis, p.81.2
Corona vnde dicta, p.131.1
Quæ Coronata, ibid.
Corona tumultuaria, pagina 131. 1. & pagina 132.1
Coronæ conuiuales Diis dicatæ aut regibus, p.132.1
Coronæ conuiuales quæ, p.255.2
Coronæ à quibus donatæ. Coronarum diuiſio & materia. Omnia earum genera, p.252.1.& 2
Coronatæ naues in portu, p.9.1
Coronis omnia auſpicata, ibid.
Coronari, p 443.2
Coronati Riſui faciebant, p.81.1
Coronata pocula, p.125.1
Coronata vlna, quid, p.81.2
Coronis, p.378.1
Coronati in theatro, qui, p.81.2
Coroniſtæ, qui, p 61.2
Cornua, p.177.1
Cornua, p 443.2
Cornua boum, p.466.1
Cornua militaria, p.299.1
Cornelia erudita, p.172.2
Cortina, p.443.2
Coruus, p.443.2
Coruus, p.378.1
Coruus bellicus, quid, p.304.1
Coruus ſupplicium, p 146.1
Corybas, p.443.2
Coryceum, p.326.1
Corymbus, p.213.1
Coſcinomantes. p.339.1
Cothurni, p.378.1
Cothurnus, p 213.1
Cottabus, p.466.1
Cottabus, p.322.2
Cottabus à quo inuentus: quæ eius præmia & à quo data. Ebrij Cottabo ludebant, pag.135.1
 Variis modis, ibid.
Cottabus, quid, p.134.2
Cotyle, p.322.2
Cotys impudicorum Deus, p.137.2
Cotyttia ſacra, p.443.2
Crambe, p.378.1
Crambe cur appoſita. p.147.2
Cranium. p.466.1
Crater. p.466
Crater appoſitus menſis. p.125.2
Crater vnde dictus, p.147.2
Crates Mallotes primus Grammaticam docuit. p.73.2
Crates bellicæ. p.300.1

Credemnum,

Credemnum. p.213.1
De Creditoribus. p.378.1
Cremati an omnes olim. p.235.2
Crembaliſmus. p.322.2
Crepalocomus hymnus. p.132.1
De Crepidis. p.378.1
Crepidæ etymon & quorum illa. p.15.2
Crepida. p.213.1
Crepidati malè audiebant. p.168.1
Crepidati malè audiebant. p.15.2
Crepidulæ. p.213.2
Crepitulum. p.213.2
Crepitus. p.378.1
Creta. p.378.1
Cretati pedes ſeruorum. p.22.1
Crerenſis Reſp. p.288.1
Cretenſes. p.378.1
Cricilaſia. p.322.2
Crimina. p.378.1

Crinis.

Crines cui & barba prima dicata. p.99.2
Crines penatibus ſacri. ibid.
Crines promiſſi luctus ſignum: aliquando tonſi in honorem defunctorum. ibid.
In tumulum coniecti. Crines demortui foribus appenſi. p.99.2
Crines in funere interdum oblati. p.100.1
Crines apprehenſi oſculando. p.140.1
Crines promittebant Græci. p.99.2
Iidem Ioui tonſi. ibid.
In Crinibus vires ineſſe antiqui cenſuerunt. p.99.1
Crines olim tonſi Virginibus, ignominiæ cauſa. p.100.1
Crines tonſi ſubiectionis inſigne. ibid.
Crines & vngues ponere in malacia nefas, at licitum in tempeſtate. p.98.2
Er cur. ibid.
Cadaueribus reſecti. ibid.
De Crinibus, p.378.1.2
Criniti antiqui. p.99.2
Criſtæ galeæ. p.305.1
Crithologi magiſtratus qui. p.170. 2
Crobylus. p.213 2
Croceus color. p.227 1
Crocota. p.213. 2
Crocus. p 378 2
Cronia. p.318 1
Crucifixi lattones cuſtoditi ne ſepelitentur. p.96. 1
Crucifixi iuſepulti quando & ob quod ſcelus. p.96. 1
Crumenæ in collo appenſæ p 4. 1
Crumenam vacuam præferebant qui non erant ſoluendo. ibid.
Crucifixi igne & fumo cruciati. p.143. 1
Crumena Mercurio cur appicta. p.64. 2
Crumena. p.378. 2
Crupezia. p.213. 2
Cruriſtagium. p 239 1. & 2
Cruſta. p.213. 2
Crux quæ, quotuplex, quorum pœna. pagina 238. 1 & 239
De Cruce. p.378. 2
Cubiculum. p.378.2
Cubiſtica ſaltatio. p.151. 1
Cubitale. p.213. 2
Cubitus. p.378.1
Cuculio. p.213. 1
Cuculla. p.213. 2
Cuculus. p.378. 2
Cuculi agricolæ tardi. pag. 166. 2. Ad alia vox traducta. ibid.
Cuculus dictus Iupiter. ibid.
Cucullus. p 213. 2
Cudo. p.213.2
Culleus quid. p 239. 2
Cultellata. p.213.2
De Cultris. p.378.2
Culter. p.443.2
Cumera in nuptiis. p.230.2
Cumini ſector. p.86.1
Cuminum p.378.1
Cuneus quid. p 298.2
Cunei in Theatro. p.327.2
Cuniculi. p.303.2
Cunina. p 378.2
Cupentus quis. p.191.1
Cupreſſi ante fores defunctorum. p.134 1
Curatores Tribuum qui. p.207. §.8.
Curatores Operum & Viarum. p.208.1
Cureotis quid. p.331.1
Cureotis quid. p.100.1
Cureotis quid. p.158.2
Curia cur Senaculum dicta. p.204.1
Curiarum luſtratio. p.222.2
De Curia varia. p 379.1
Curia olim in templis. p.137.1
De curiatis Comitiis. p.379.1
Curiones qui. p.187.1
Curionum æs. ibid.
Curionia ſacra. ibid.
Curio. p.379.1
Curioſi, Curioſitas, p 379
Curoſyna quid. p.158. 2
Curoſynon. p.100. 2
Curoſyna. p.331.2
Curoſynon. p.350.1
Currere, Currus, Curſur. p.379.1
Curriculum quid. p.326.1
Curſores Perſarum cum lampadibus. p 150.1
Curſus quis. p.269 2
Formula puerorum in curſu. ibid.
Curſus certamen. p.326.2
Curule ſpectaculum. p.325.2
Curulis. p.379.1.2
Cuſtodia militaris reorum. p.145.1
Cuſtodia. p.472.1
Cuſtodia libera quæ. p.146 1
Vncus quid. p.146.2
Cuſtodes puerorum qui. p.30.1
Cuſtodes cubiculares. p.144.1
Cuſtos, Cuſtodia. p.379 2
Cuſtodis reum deferentis pœna. p.145.2
Cutis. p.379.2
Cyaneus color. p.126.2
Cybeles ſimulacrum Almone flumine ablutum. p.54.2
Cibele p 445. 1
Cybele. p 443. 2
Cybiſteſis. p.322.2
Cyclas. p 213 2
Cybiſtima. p 321.2
Cyclus ſolaris quid. p.265.1
Cyclus ſolaris, ibid.
Cydonis hoſpitalitas. p.266.2
Cydonium malum à ſponſa vocatum pagina 363. 2

Index Rerum,

κυνικῶς p.166.1
Cymatilis, p.226.2
Cymatilis veſtis, p.213.2
Cynædi, p.379.2
Cynæi, p.213.2
Cynanthropia, p.379.2
Cynicè viuere, p.348.2
Cyndaliſmus, p.322.1
Cynocephali nouilunia quomodo indicarent, p.162.2
Cynocephalus, p.443.2
Cynoſarges gymnaſium, p.73.1
Cypariſſus, p.443.2
Cypaſſis, p.213.2
Cyphalei, p.239.2
Cyphon, 239.2
Cyphoniſmus, p.244.2
Cyphoniſmus, p.124.1
Cyrbaſia, p.213.2

D

Dadochi, p.121.2
Dæmon, p 443.2
Dæmones alexicaci, p.116.2
Dædalus, induſtrius, p.349.2
Dagnades aues quæ, p.255.1
Dalmatica, p.213.2
Damium, p.443.2
Damnati quomodo Romæ, p.146.1.& 2
Eorum filij pœnæ xpertes & quamdiu.
Munuſcula iis miſſa Alexandriæ. p.146.2
Quomodo necari apud varios. ibid.
Bona eorum diis dicata, ibid.
Sacrificium de iis, p.147.1
Vinum damnatorum, ibid.
De damnatis fusè, p.177.2.& ſeqq.
Damnatorum inſcriptio, p.243.1
Damomata, p.343.2
Dapiferi quinam, p.255.1
Daps, p.443.2
Decaluatio, p 246.1
Decas carcer, p.146.1
Decata, p.350.1
December, p.380.1
Decempeda, p.380 1
Decemuiri qui & quando inſtituti, pagina 206.2
Decemuiri, p.107.2
Decermen, p.343.1
Declamare, p.380.1
Decimatio, p.310.2
Decimatio, quid, p 239.2
Decimatio, p.472.1
Decima, p.443.2
Decima pars prædæ, p.472.1
Decima pars, p.380.1
Decimæ quod vectigal, p.106.2
Decocta aqua, p.105.2
De decoctoribus, p.386.1
Decoctores quomodo traducti, pag. 281. & 2
Decollatio, p.239.2
Decollatio, p.241.1
Decolor, quis, p.225.2
Decores, p.213.2
Decumæ, p.380.1
Decuriæ, p.380.1.& 2
Decurſio Romana. p.309.1
Decurſiones funebres, p.258.2
Dedicare, p.443.2.& ſeqq.
Dedicationes quibus permiſſæ, p.194 1
Formula dedicationum, p 194.1
In dedicatione requiſita Ludi in dedicatione Templi. Duumuiri dedicationis. Dedicatio præcedit conſecrationem, ibid.
Deditio, p 472.2
Defenſor, p.380.2
Defixio, p.380.2
Defixiones veneficiorum genus, p.200.1
Defodere, p.380.2
Defuncti mentione facta, quid dictum, pagina 176.1
Deformis, p.380.2
Deguſtatio vini, p.380.2
Deiectio, p.380.2
Delator, p.380.1
Delectus, p.472.1.& 2
Delectus militum à quibus, quomodo, quotuplex, p.294.2
Delia, p.444.1
Delibamentum quid, p.122.2
Delphicus, p.444.1
Delphin, p.380.2
Delubrum quid, p 192.1
Delubra, p.444.1
Delus ærarium Græcorum, p 2.1
Demenſum, p380.2
Demetrius Athenas liberat, p 23.2
Democratia quæ, p.184.2
Democratica menſa, p.125.2
Denariæ ceremoniæ, p.202.1
Denariæ, p.444.1
Denarius, p 472.1
Denarius, p.380 2
Dens, p.380.2
Denicales feriæ, quid, p.258.1
Dentium cura exprobata olim, p.40.1
Dentitionis feſtum, p 158.1
Depilare, p.380.2
Depilatio pœna adulterorum, p.57.2
Depontani cur ita dicti, p.276.1.& 2
Depotiatio quid, p.354.2
Deportatio, p.380.2
Deportatio quæ & quomodo à relegatione differat, p.239.2
Depoſiti ægroti qui, p.128.2
Depoſitum, p.472.1
Depoſitum, p.381.1
Deprecans, p.444.1
Deprecandi mos, p.152.2
Depulſoria precatio, p.200.2
Dea, p.443.2
Derza, p.213.2
Deſertor, p.472.1
Deſertorum pœna, p.298 2
Deſignatus, p.381.1
Deſmata, p.213.2
Deſperans, p.381.1
Deſperationis prouerbium. p.349.2
Deſpici facta, quid, p.199.2
Deſpondere, p.380.2
Deſponſatio maris à Venetis quomodo celebretur, p.5.1
Item à Siculis, ibid.
Deſpuo, p.381.1
Deſpuere, p 444.1
Deſultores qui, p.270 1

Deſultorij

Deſultorij equi. p.315.2
Detrectandi militiam cauſæ. p 295 1
Non ſacrificata deuorare, quid. pagina 182.2
Deuotio quæ, coacta, & voluntaria. pagina 200, 2
Deuotus. p 381.1
Deunx. p.381.1
Deunx, quæ potiùs menſura. p.148.1

Deus.

Deus, Dij p.444 1,2.& p 445
Deorum ſimulacra præ foribus templorum poſita. p 116. 1
Deorum nomina in iuramento omiſſa p 88, 2. & 89. 1
Dij in triumphum ducti. p.124 1
Dei imago apud quos nulla. p.102 2
Dij noti. p 472 2
Deus fidius quis. p 97 2
Dij ſuperi, terreſtres, inferi quomodo culti p.122. 1. & 2
Dij inferi qui. p.257.1
Dij aligeri qui. p.102. 1
Dij maiorum & minorum gentium. pagina 179. 2
Deorum ordines tres. ibid.
Dij externi nulli Romam admiſſi. p.190.2
Deorum omnium feſtum. p 509 1
Diis ſuperis quomodo ſupplicatum. p.122.1
Libamina quomodo fuſa. ibid.2
Diis duobus vnum templum non dicatum. p.180 1
Dij nuptiales. p.132 1
Diis primitiæ dicatæ. ibid.
In Deorum ſinu pecuniæ poſitæ. pagina 4.1
Dij Phœnicum cum marſupiis. p 4. 1
Dij peregrini culti Athenis. p 119. 2
Dij intra mœnia quinam collocati. pagina 193. 2
Δειπνιαϲαὶ qui. p.144 2 & 145. 1
Dexter. p.381.1
Dextra. p.472 2
Dextræ contactus pacis ſymbolum. pagina 117. 2
Dextræ iunctæ in nuptiis. 228. 2
Dextra hoſpitalitatis ſignum. p 266.2
Dextralia. p 213.2
Dextrocherium. p 213. 2
Diabateria. p.350 2
Diabatra. p.213. 1
Diadema. 381. 1
Diadema. p.213. 2
Diæta. p.256. 2
Diagrammiſmus. 322 2
Dialis Flamen vxore mortua ſacerdotio abibat, p.262. 2. & 263
Dianæ faces cur delatæ. p.129.1
Diana Lyſizonia. p.14.1
Dianæ ſignum in gymnaſiis. p.170.1
Dianeſtiſmus. p.346.2
Disparthenia. p.133.1
Diaſphendon. p.240
Diaulodromi. p.269.2
Dicaſterium. p 287.2
Dixi. p.382.1
Dixi, cur dictum ab Oratoribus, cum peroraſſent. p.104.2
Dixi, dixerunt, vbi & à quibus dictum. pagina 119.2
Dicis cauſa. p.381.2
Dictator, Dictatura. p.472.2
Dictator qui. p.206.5.6
Cauſa Dictatoris legendi. ibid.
Dictatoris poteſtas, & quam diuturna. pagina 206.1
Didactrum. p.63.1
Dielcyſtinda. p 322.2
Dies. p 381.1.2
Dies ſimilis quis. p.339.1
Dies dimidiatus. p.86.1
Dies funebres qui. p.258.2
Dies quid. p.266.1
Dies ciuilis. Diés naturalis. Diei initium varium. Diei partes: Dierum diuiſio apud Romanos. Dies feſti: Dies non feſti. ibid.
Dies feſti calati à Pontifice. p.190.1
Dies pandemij. p.108.1
Digitalia. p 164 1 2
Digitus pro vena. p.36.2
Digiti anulorum. p.29
De Digitis varia. p 381 2.& ſeq.
Digitis ſupputationes factæ. p.314.2
Digiti Mineruæ ſacri: iiſdem contra pauores vtebantur. ibid.
Digiti pectinatim connexi in ſacris Magicis. p.200 1
Digitus è rogo ad ſepulcrum. 235. 1,
Diludia quid. p.328. 2
Dimachæri. p.329.1
Dimenſum quid, & quando datum. pagina 25.2
Dimidium plus toto. p.86 1
Dipna. p.346.2
Diobolares meretrices. p.136.2
Diogenes ſibi execrationes accidiſſe iocatur p 115 2.& 116 1
Diogenes pædagogus. p.29.2
Dioſcolion. p.350.1
Dioſcurorum prandium. p.125.2
Diplois. p.214.1
Diphtera. p.213.2
Diræ. p.382.1
Diræ in vitâ functos. p.115.2
Diræ. p.115 1
Diribitor. p.382.1
Diſcedens. p.382 1
Diſceptatio. p.382.1
Diſceſſio in Curia. p.277.1
Diſcincti ignaui. p.13.2
Diſciplina militaris quid. pagina 306. 1, & ſeq.
Diſciplina, Diſcipulus. p.382.1
Diſcipulorum aures ſignatæ. p.29.2
Diſcipuli in præceptores ingrati. pagina 32.1
Diſcinctura. p 472.2
Diſcolor quis. p.225.2
Diſcolorius. p.382.1
Diſcubitorius lectulus. p.110.1
Diſcumbere. p.466.2
Diſcus. p.101.2
Diſcus quid. p.269.2
Diſcoboli. Diſci luſus quomodo differret à iaculi luſu. ibid.
Dithyrambus. p.343.2

Diues, p.466.2
Diuidere ſententias quid, p.204.1
Diuortij cauſæ, p.262.1
Diuortiorum genera, ibid.2
Diuortium Græcorum, p.162.2
Diuortium primum, ibid.
Doctor, Doctoralis, p.382.1
Doctos efficit Principum benignitas, pag. 183.1
Dolabra quid, p.300.2
Dolens, p.382.1
Dolichodromi, p.269.2
Dolium, p.382.2
Dolus, p.382.2
Domiducus, p.232.1
Domini vox quando apud Romanos in vſu eſſe cœperit, p.234.2
Dominus, p.381.2
Domitiani Conſulatus quot. p.339.2
Domitiani in Chriſtianos ſæuitia, p.143.1
Domitius, p.232.1
Domus hoſpitum, p.332.2
Domus triumphales de via apertæ, pag. 252.1
De Domibus, p.382.2
Donum donare, p.382.2
Dona militaria quæ, p.251.1
Dona milit. p.472.2
Dona nuptialia, p.231.2
Dona aurea fluminibus data, p.5.1
Donaria in armiluſtrio. p.221.2
Donarium, p.193.2
Donaria Auguſti, p.2.2
Donatiuum quid. p.343.1
Donatiuum, p.473 1
Donatiua militibus ab Imperat. tributa, p.16.2
Donatus, donario, p.382.2
Doris veſtis, p.214.1
Doricæ ædes fortibus Diis, p.192.2
Dotion cantio, p.343.2
Dormire, p.381.1
Dormio, etymon huius vocis, pagina 23.2
Dormitorius lectulus, pag. 109. 2. & 110.1.
Dorſualia, p.214.1
Dorſum, p.382.2
Dos, p.382.2
Dos dicta in nuptiis & quanta, pag.330. 1. & 2
Draco ſeuerus legiſlator, p.281.2
Draco, p.382.1.1
Dracones inſignia, p.473.1
Dracones theſauris aſſeruandis deſtinati, p.11.2
Dracones culti ab antiquis, p.195.1
Dracones cur aurum ſeruare dicti, pag. 2.2
Dracones Heroibus ſacri, p.51.2
Boni Genij exiſtimati, ibid.
Templa ſine illorum effigie non conſecrata, ibid.
Draconia templa dicta, cur, p.52.1
Drapetinda, p.322.2
Dropa, p.214.1
Druſiani gladij, p.349
Dupondium, p.383.1
Duumuiri, p.283.1
Duumuiri ædis locandæ, p.88.2
Duumuiri Librorum Sibyllinorum, pag. 187.2
Dux, p.473.1
Ducum locatio, p.298.2
Duces Romani cum militibus cœnabant, p.79.1

E

EAniſtæ qui, p.328.2
Eanus, p.214.1
Ebrietatis antidotum, p.147.2
Ebrius, Ebrietas, p.466.2
Ebrietas infamis apud Lacones, pagina 121,1
Ebriorum pœna in conuiuio, p 131. 1
Ebrij coronati, ibid.
Ecateris, p 322 2
Eclactiſmus, p.322.2
Eculeus, p.240.1 2.& p.241.1
Edictum, p.383.1
Edendi publicè cauſæ tres, p.183.1
Edna, p.233.1
Educatio puerorum, p 31. 1. & 2
Educatio puerorum apud Perſas, pagina 31
Eduſa Dea, p.158 1
Effari quid, p.192.1
Effata quæ, p 192.1
Effigies, p.383.2
Effigies cerea aliquando pro cadauere, pagina 234.1
Effigies Animalium & Deorum tutela nauis, p.8 1, & 2
Pontificum curæ effigies ſactæ, pagina 185.2
Elæotheſium, p.326.1
Elcyſtinda, p.322.2
Electio magiſtratus per manuum exenſionem facta, p.97.2
Elegans, p.383.1
Eleuſinia, p.445.2
Eleutheria culta à Græcis. p 172.2
Elimi, p.214.1
Eliminare, p.117.1
Elleboroſi & elleborus, p.143.2
Embades, p.214.2
Embata, p.214.2
Emboliſmicus annus, p.265.2
Emeriti gladiatores, p.14.1
Emmelia quid, p.351.1
Emmina ſacra, p.445.2
Emperonatris, p.214.1
Encænia, p 319.1
Encalypteria, p.233.1
Enclaſtridia, p.214.1
Encomiaſtice, p.120
Encombemata, p 214.1
Encotyle, p.323.1
Endromis, p.214.1
Emens, Emptor, p 383.1
Engaſtrimantes, p.339
Endemius morbus, p.118.1
Endrome, p 323.1
Enotium, p.214.1
Enſis, p.383.1
Enſes appenſi ſupra caput dormientium, p.51.2

Ἔντομα quæ, p.176.1
Ἐσφάγια quæ, p.176.1
Epacta quid, p.265.1
Epathlon. p.63.1
Epaulia, p.231.1
Ephaptis, p.214.1
Ephebæum, p.321.1
Ephebeum quid, p.73.2
Ephebeum, p.269.1
Ephebeum, p.326.1
Ephedriſmus, p.323.1
Ephedrus, p.287.2
Ephebi qui, p.280.1
Epheborum iuramentum, p.280.1
Epheſini Templi Dianæ religio, p.314.1
Epheſiæ Dianæ in Templo pecunia depoſita, p.2.1
Epheſtius, p.383.1
Epheſtris, p.214.1
Ephippia antiquorum, p.305.2
Ephori Lacedæmonij, p.287.2
Epiblema, p.214.2
Epibœum, p.350.1
Epicedium, p.343.2
Epicrenon, p.214.1
Epicrocum, p.214.1
Epicuri imago in anulis diſcipulorum, pagina.29.1
Epidaurij, p.445.2
Epidemius morbus, p.108.1
Epidorpius, p.346.2
Epigramma, p.383.1
Epigramma quanti emptum, p.174.2
Epigri, p.16.2
Epilenium, p.343.2
Epilœmia, p.108.2
Epilogus, p.383.1
Epimenides oleæ ſurculo contentus, pagina 56 1
Epimetatica quid, p.34.2
Epinicium, p.343.2
Epinomis quid, p.343.1
Epiſcyrus, p.323.1
Epiſtolæ, p.383.1
Epiſtolæ quomodo à Codicillis differrent, p.41.1
Epiſtolæ oſculatæ ab accipientibus, p.140. 1. & 2
Epithalamium, p.343.2
Epitaphium ſepulcri antiquorum, pagina 235.1
Epitogium, p.214.1
Epitrapezius, p.114.1
Epitrapezius Deus, p.170.2
Epodium, p.343.2
Epodos, p.351.2
Epomis, p.214.1
Epoſtraciſmus, p.323.1
Epulonum collegium & numerus, pagina 188.2
Epulum Paſchale, p.317.1
Epulum publicum datum in Capitolio, p.156.1
In templo Herculis. In templis Deorum. Epuli inſtitutum, pœna contemnentis, ibid.
Epulæ, p.466.2
De Epulis fusè p.316
Epulæ ſacrificiorum appendices, p.165.2
Epulæ ſepulcrales, p.257.1
Epulum, epulari, p.445.2

Equites.

Equites, p.383.2
Equites à Cenſoribus luſtrati, pagina 293.2
Equites duplices, p.295.1
Equites ex Sociis Romanorum quot, pag. 296.2
Equitum delectus. p.295.1
Haſtæ & arma Equitum, pagina 305.2
Equites Circuitores, p.308.1
Equitum diuiſio, p.296.1. &.2
Duces equitum quot, p.297.1
Equitum locatio, p.198.1
Vbi metati Equites, p.306.2
Stipendium Equitum, p.309.2
Equitum luſtratio, p.222.2
Equites, p.473.1
Equeſtris ſedes, p.328.1
Equitare, p.383.2
Equuleus, p.383.2
Equus, Equeſtris, varia, p.383.1
Equuleus quid, p.240.1
Equis nomina dominorum inuſta, pagina 73.2
Equorum colores, p.228.2
Eranarches, p.345.1
Ἐπιμνήσις qoid apud Græcos, p.10.2
Ereſione luſtratio, p.224.2
Ereſione, p.445.2
Ereſione, p.55.1
Ereſiona carmina, ibid.
Erogationes quid, p.345.1
Erotici hymni, p.343.2
Erro, p.384.1
Errare quid, p.351.1.
Erucarum expiatio, p.224.2
Ἔρου quid, p.178.1
Eſſæorum temperantia, p.138.2
Eſſedarij, p.329.1
Eteocles, p.445.2
Euchariſticum ſacrific. p.317.1
Euerriator quis, p.258.1
Euge, p.384.1
Eumarides, p.214.1
Eumenides, p.445.2
Eumenidum ædes in qua nihil horribile, p.104. 1
Eunuchi qui & quotuplices, p.340.1
Occurſus eorum inauſpicatus. Excluſi à regimine, ibid.2
Vox hæc aliquando Potentes ſignificat, ibid.
Eunuchi occurſus ominoſus, p.69 2
Eunuchi facti, p.241.2
Euocandorum Manium ritus, pagina 123.2
Euocatio quid, p.294.1
Euocationes quæ & Euocati, pagina 200.1
Euocati qui, p.295.2
Euocati Dij, p.123.2
Pluto Euocatus, p.123.2
Euocati, p.473.1
Euripus circi, p.325
Euteles, p.126.1

Eutropius

Eutropius Eunuchus, p.341.2
Euulſio pilorum victimæ, p.123.2
Exauctoratio, p.310.2
Exauctoratio, quid, pagina 295.1. & p.310.2
Exauctorati, p.473.1
Exaugurare fana quid, p.192.1
Excalceati milites ad ignominiam, pagina 16.2
Excalceatus, p.384.1
Excedere, p.384.1
Excreare, p.384.1
Excubiæ Romanæ, p.307.2
Excubiæ, p.384.1
Excubiæ, p.473.2
Excubitores, p.473.1
Execratio, p.115.2
Execratio Athen, p.222.2
Execratio, p.384.1
Execrationes variæ, p.76.2
Exercitationis loca in Gymnaſiis, pagina 269.1
Exercitia militaria, p.309.1
Exercitus luſtratio, p.221.2
Exercitus, p.473.2
Exhæreſimi dies, p.265.1
Exhedræ, p.316.1
Exhedra, p.321.1
Exilium quid & quotuplex, p.353.2
Exilium quotuplex, p.241.2
Exilium, p.384.1
Eximiæ hoſtiæ, p.196.1
Exomides, p.214.1
De Expiationibus copioſè, pag. 221. & ſeqq.
Expiatio puerorum, p.223.2
Expiatio cædis, p.94.2
Expiatio, p.445.2
Expiatio porris & apio, p.61.1
Expirantis anima lecta, p.233.2
Oculi & ora clauſa ibid.
Exploſio, p.112.1
Exponere puerum quid, p.158.2
Expoſitus, p.384.1
Expuere, p.384.1
Exodiarius, p.384.1
Exſibilare, p.384.1
Exta fauſta quæ, p.198.1
Exta porricere, p.220.1
Exta, p.445.2.& ſeqq.
Extemplo quid, p.65.2
Extemporalis, p.384.1
Extenſio, ſupplicium, p.242.1
Extiſpices, p.186.2
Extiſpicina, p.152.1
Extra oleas ferri, p.270.1
Extraordinarij, p.473.2
Exuetræ quid, p.158.1
Exules, p.384.1
Exuuiæ, p.473.2

F

Faba legumen impurum, cur. p.153.1
De Faba, varia, p.384.1.& 2
Fabæ ad Lemures eiiciendos adhibitæ, p.94.1
Fabæ in parentalibus, p.94.1
Fabricenſes, p.384.2
Fabula, p.348.2
Fabulinus, p.446.1
Facchini vnde dicti, p.340.2
Facialis, p.114.1
Facies, p.384.2
Factio, p.384.2
Factiones Circi, p.325.2
Factum, p.384.2
Fœcatio, p.123.1
Falarica, p.303.2
Falco, p.384.2
Falſitas, p.384.2
Fames, p.384.2
Ad Famem fallendam ludi reperti, pagina 336.2
Remedium contra famem & ſitim. ibid.
Fame mori, p.142.1
Famis luſtratio, p.222.1. & 223.2
Famulus, p.384.2
Fanaticus, p.385.2
Fanon, p.214.1
Fanum quid, p.191.1
Fanum, p.446.1
Fanum, p.384.2
Fanum à Fauno dictum, p.185.1
Fana mane operta, p.52.2
Far, p.446.1
Farina, p.384.2
Farraria ſacra nuptiarum, p.130.1
Faſcia, p.214.1
De Faſciis varia, p.385.1
Faſciæ, p.384.2
Faſcinationum expiatio, p.223.2
Faſcini auertendi modus, p.170.1.& 2
De Faſcino varia, p.385.2
Faſces, p.384.2
Faſces in funere inuerſi, p.105.1
Faſtigium quid, p.385.1
Faſti à Flauio ſcriba proditi, p.162.2
Fata occupare quid, p.158.2
Per Fata iuratum, p.88.2
Fauiſſa, p.446.1
Fauiſſæ quid & vnde dictæ, p.52.2
Fauiſſæ quid, p.191.2
Faunus, p.446.2
De Fauore varia, p.385.1
Fauſtum in auſpicio, p.185.1

Fax.

Fax quid, p.301.2
Fax quomodo Imperatoribus prælata, pag. 149.2
Per Facem quaſſatam quærere, p.64.1
Faces in funeribus virorum, p.92.1
Faces, p.446.1
Fax Imper. prælata, p.385.1
Facis nuptialis materia, p.130.2
Faces in funeribus, p.114.1
Suppoſitæ rogo, ibid.
Faces, p.473.2
Faces, p.384.2
Februa quid, p.258.1
Quandiu celebrata, ibid.
Februarius Legatis datus, p.385.1
Febris Dea, p.102.2
Fel, p.446.2
Feles, p.385.1
Felicitatis prouerb. p.149.2
Feliciter, p.385.1

Felix aut *Felices* de mortuis dictum, pag. 176.1.
Femina, p.386.a
Femina, p.447.1
Feminæ quomodo artem medicam didicerint, p.128.2
Feminis olim vinum interdictum, pagina 121.1
Feminarum cognomina duo, p.38.2
Feminalia ſeu Femoralia, p.214.2
Femoralia à quibus vſurpata, p.385.1
Femur percuſſum, p.385.1
Feneſtræ, p.385.1
De feriis variis, p.385.1.2
Ferculum, p.327.1
Ferculum, p.466.1
Ferculum, p.316.1
Ferculum quid, p.155.1
Fercula Triumphorum, p.251.1
Ferculorum illatio in conuiuiis, pagina 255.2
Fercula quot in cœnis, p.255.1
Ferculorum tabella data conuiuatori, pag. 155.2
Feralia quæ, p.257.1
Feræ, p.385.2
Feriæ ſcholarum, p.169.a
Cur diebus feſtis feriæ indictæ, pagina 199.1
Feriæ vnde dictæ, p.317.2
Ferentarij, p.304.2
Fermentum à ſacris excluſum, p.317.1
Ferrugineus color, p.256.2
Ferro damnati, p.142.2
Ad Ferrum damnati, p.237.1
Ferrum vbi adhibitum, p.385.2
Feſcennini verſus, p.231.1
Feſcennini, p.385.2
Feſſanæ impudicæ, p.363.2
Feſſonia, p.446.2
Feſtiuitas, p.385.2
Feſtuca, p.385.2
Feſtum omnium Deorum, p.109.1
Feſti diei religio, p.69.1
Feſtus, p.446.a
Feſtis diebus pacta diſſoluta; & hilarius actum, p.109.2
Feſti diei ſolemnitas apud Ethnicos, p.149.2. & 150.1
Fiat, p.385.2
Fictilia, p.385.a
Fictilia, p.146.2
Fides, p.446.2
Per Fidem iuratum, p.89.2
Fides, Fidelis, p.385.2
Fidei & Pacis templum à quo primum extructum, p.101.1.2
Fidei & Termino templum à quo conditum, p.71.1
Fides Dea. Fidei ſacra, ibid.2
Fidei ædes in Capitolio, ibid.
Fidei Sacrum, ibid 2
Fidiculæ, p.242.1
Figulis religioſum ſalem apponere, p.291.2
Filia, Filius, p.385.2.& ſeq.
Filij Principum, p.446.2
Filij alicubi parentum crimina luebant, alicubi minimè, p.58.1
Ficus & mel à feriantibus eſa, p.94.2
Ficuum præſtantia, p.65.2. & 2
Ficum petere, ibid.2
De Ficu varia, p.385.2
Ficus & vuæ in ſecunda menſa, p.155.2
Fimbria, p.214.2
Finium ſpeculatores, p.280.1
Finis, p.386.1
Fines omnes ſacri, p.70.1
Fiſcales gladiatores, p.319.2
Fiſcus, p.386.1
Fiſcus Pontificum quis eſſet, p.2.1
Fiſcus Pontificalis, p.190.2
Fiſtulæ, p.447.2
Fiſtula quid & eius vſus: cur ex ſeptem cicutis compacta, p.137.2
Ex qua materia fieret, p.338.1
Fiſtulator, p.466.2
Flabellum, p.386.1
Flabellum in vſu olim p.49.1
Flagellatio, p.446.2
Flagellum, Flagellatio, p.386.1
Flagellatio ſupplicium ſeruorum, p.21.2
Flagellati ante mortem nocentes, p.104.2
Flagellati apud Hebræos, 39. ictus excipiebant, cur, p.104.2
Flagellum taxillatum, p.242.1
Qui immunes à flagris apud Romanos, p.114.2
Flagra, p.386.1
Flagra, p.238.2
Flagrorum pœna, p.242.1
Flamen, p.446.2.& ſeqq.
Flamines aſcripti collegio Pontificum, p.190.1
Flamines qui & vnde dicti, p.187.1
A quo inſtituti. Flamen Dialis, p.187.1
Leges Flaminis Dialis, ibid.
Flamen Martialis, p.187.2
Flamen Quirinalis, ibid.
Flamines Plebeij, ibid.
Flaminum anuli, p.29.1
Flaminis Dialis ædes erat aſylum, p.314.2
Flameo ſponſa velata, p.229.1.& p.230.2
Flameum, p.214.2
Flauus, p.386.1
Flauus color, p.227.1
Flauus color in nuptiis, p.233.1
Floccus, p.386.1
Flora quàm formoſa, quomodo picta, quod eius munus, p.136.2
Florales ludi, p.447.1
Floralia, p.318.2
Floralia quot & quomodo celebrata, p.136.2.& p.137.2
Floralia, p.386.1
Florenſia, p.214.2
Flores, p.447.1
Flores ſepulcrales, p.132.2
Flores in funeribus non combuſti, pag. 157.1
Flores in auribus & manibus geſtati, p.257.1
Florum donatio quid ſignificat, ibid.
Flores congeſti in gaduio, p.153.1
Flores, p.386.1
Flumina, p.447.1
De Fluminibus varia, p.386.1
Fluminum ſacrificia, p.7.1
Fluminibus aurea dona data, p.6.1
Fluonia dea, p.386.1

Foculus menſarius apud antiquos, pagina 49 1
Foculus quibus prælatus, p.149.1
Focus, p.386,1
Focus, p.447.1
Foci, priuatorum larium, p.194.1
Fœdus, p.473.2
Fœdera, p.386.1
Fœderum libationes, p.333.2
Fœdera antiquorum, p.332.& ſeqq.
Fœciales, p.473.0
Fecialis, p.447.1
Feciales qui, p.187.2
Fœcunditas à Luna, p.263
Fœneratores, Fœneratorum ſacrilegium, p.102.2
Fœuum, p.386.2
Fœnum, p.473.2
Fœnum Græcum quid, p.303.1
Fœtus, p.447.1
Follis, p.321.1
Folium, p.386 1
Fons, p.386.2
Fontes quomodo violati, p.111.1
Fontium ſacra, ibid.
Fontinalia, p.110.2
Forcipes ferreæ, p.242.1
Forculus Deus, p.117.1
Forfex militaris, p 298.2
Per Fores qui non admiſſi, p.117.1
Fores crepuere, p.339.2
Fores interdiu apertæ, p.49.1
Fores lauro exornatæ, p.149.2
De Foribus varia, p.386.2.& 387.1
Formæ vis quanta, p.195.1
Forma, Formoſus, p.386.2
Formoſi occurſus boni ominis, p.69.2
Formoſi in ſacrificiis adhibiti, pagina 195 1
Formula manumitendi, p.91
Fornacalia à quo inſtituta, p.185.1
Fors, p.447.1
Fortuna, p.473.2
Fortunæ ſignum à quo primum & quomodo effectum, p.102.1
Fortuna aurea in cubiculis priucipum, pag. 28.1
Forum, p.386.2. & 387.1
Fora tria Romæ, p.337.1
Forum quid, p.334.2
Foſſa, p.473.2
Foſſæ, p.701.1
Fragmenta, ſupplicium, p.242.2
Fratres Aruales qui, p.186 1
Frater, p.387.1
Fricatio, p.447.2
Frigidarium, p.76.1
Frontale, p.214.2
Frons matutina, p.189.1
De Fronte varia, p.387.1
Fructus in frigida deſumpti, p.105.2
Frugalitas Lacedæmoniorum, p.125.1
Frugalitas antiqua, p.256.2
Fruges, p.447.2
Frumentarij, p.345.2
Frumentatio, p.145.1
Frumentum, p.387.1
Frumentum quid, p.278.2
Frumenti ſtipendium, p.309.2
Fuga lata quæ, p.241.2
Fugitiuus, p.387.1
Fulgetrum, fulmen, p.387 1.2
Fulmina poſtulatia, peſtifera, peremptoria, p.224.1
Fulminum expiatio, p.224.2
Fuluus color, p.227.2
Fumi pœna, p.242.2
Fumus ad ſignum vſurpatus, p.79.2
Funalia in exequiis, p.177.1
Funda quid, p.302.1
Funda veſtis, p.214.2
Fundere quid, p.320.1
Funebres ludi, p 257.& ſeqq.
Funebres ritus antiquorum, pag. 233. 2. & ſeqq.
Funebres aues, p.186.2
Funeſtus, p.447.2
Funus vnde dictum, p.92 2
In Funere faſces & arma inuerſa, pagina 115.1
Funeribus gladiatores adhibiti, pagina 14. 2
Funera, p.466.2
De Funeribus, p.175.2. & ſeqq.
Funis, p.387.1
De Furibus & furtis varia, p.387.2
Furum carcer, p.145 2
Furcæ ferreæ quid, p.242.2
Furca ſupplicium, quæ & quotuplex, pag. 239. 1
Furta caſtrenſia quomodo plexa, pagina 309 2
Furuus color, p.226.2
Fuſtibalus, p.302.2
Fuſtes duplices, p.310.2
Fuſtium pœna, p.242.2
Fuſtis, p.387.2
Fuſtis, Fuſtigatio, p.474.1
Fuſtuarium, p.310.1
Fuſtuarium, p.242.2
Fuſum torquere in publico vetitum, pag. 231.2
Fuſum torqueri à mulieribus ambulantibus noxium frugibus, ab antiquis exiſtimatum, p.69.2
Fuſus, p.387.2

G

GAbanium, p.214.2
Gagates lapis exploratorius, p.34.2
Galbanum, p.214.2
Galbeum, p.214.2
Galea, p.304.2.& p.305.2
Galea, p.474.1
Galea ignita, pœna, p.242.2
Galeagra carcer, p.145.2
Galericum, p.214 2
Galericulus, p.214.2
Galenus δίγλωττος cur, p.152.2
Galerus, p.388.1
Galerus Flaminis Dialis, p.190 1
Galerus, p.214.2
Gallia Narbonenſis quando in Prouinciam redacta, p.278.2
Gallicæ, p.214.2
Gallina, p.388.1
Gallinarum luſtratio, p.224.1

De

De Gallis varia, p.388.1
Gallus, p.447.2
Gallus ſacrificatus à Lacedæmoniis quando, p.252.1
Galli qui, p.388.1. Archigalli qui, ibid.
Gallus in Mercurij tutela, cur, p.64.2
Gallorum mos pueros educandi, p.31.1
Garrulus, p.388.1
Garum quo in pretio apud antiquos & vnde fieret, p.17.1.
In Gaudio cælum adoratum, & manus ſublatæ, p.152.2
Sacrificatum, p.153.1. Flores congeſti: legumina cocta, ibid.
Gauſapa, p.214.2
Gauſape, ibid.
Gazophylaciorum vſus vnde profectus, p.1.2
Gambria, p.233.1
Gamelia, ibid.
Gamelion, ibid.
Geloto Deo ſacra, p.80.2
Geminus, p.388.1
Gemoniæ ſcalæ, p.145.2
Gemoniæ ſcalæ, p.146.2.& p.241.2
Geneſia feſta Martyrum, p.27.1
Genethlia feſta, ibid.
Genethlij Dij, p.158.1
Genialis torus, p.233.1
Genij boni poculum, p.214
Genius, p.388.1
Genius locorum cuſtos, p.60.1. Colebatur natali die floribus & vino: Genius Iouis: Genius publicus: Serpentis imagine, aliquando pueri pictus: Amici & Patroni Genij dicti: Per Genium iurare ſoliti, ibid.
Genialia lectus, p.60.2
Genij boni poculum, p.130.1. Metaniptron, ibid.
Genij dicti patroni & amici, p.141.2
In Genij tutela homines, vrbes, regna, p.59.2
Genius, p.447.2
Generum nefandorum luſtratio, p.224.1
Gentilitatis ius Senatorum, p.203.2
Gentilitas, p.388.1
Gentilitia ſacra, p.198.2
Gentiles qui, p.277.2
Genu, p.388.1
Genua adorata, cur, p.55.2
Genua, p.447.2
Genua, incerare, p.54.1
Genua prehenſa in ſalutatione, p.117.2.& p.118.1
Genualia, p.214.2
Genuflexio ſalutationis genus, p.117.2
Geomantes, p.339.1
Geometria, p.388.1
Gerontes qui, p.36.1
Geruſia quid, ibid.
Geſtu expreſſus, p.112.1
Geſum, p.302.2
Gilaus color, p.227.2
Gladiatorum pugna, p.329.2
Gladiatores, p.14.1. quot eorum genera: eorum origo, iuramentum, auctoramentum, exercitatio, pugnæ &c. ibid. & 2
De Gladiatoribus varia, p.388.1
Gladiatorij ludi, p.328.1
Gladiatorum Deus, iuramentũ, genera, 328.2
Gladiatores Saturnalia agebant, cur, p.171.1
Mars gladiatorum præſes, ibid.
Gladiatorij ludi, p.14.2
Gladiatorij ludi vnde orti, p.94.2
Gladius, p.388.2
Gladius præſidum, p.14.1
Gladios Quadi colunt inſtar numinũ. p.13.2
Gladium geſtare quibus in Imperio Romano licitum, ibid.
Gladius, p.304.2
Gladius, p.474.5
Glans, p.388.2
Glaucus color, p.226.2
Glebæ iniectio ſepulturæ genus, p.92.2
Globus quid, p.298.2
Giuna, p.114.2
Glyphium quid, p.12.1
Gnatho, p.388.2
Gorgyra carcer, p.145.2
Gradilis panis, p.345.2
Gradus theatri, p.388.2
Græci hoſpitaliſſimi, p.332.2
Græcorum fœdus, p.331.2
Græcorum iuramentum, p.89.1
Graphiis icti, p.143.1
Graphium, p.388.2
Gramineus, ibid.
Grammaticus, ibid.
Grammaticam Romæ quis primus docuerit, p.73.2
Grammiſmus, p.322.2
Granaria, p.368.2
Grandinis expiatio, p.214.1
Gratiæ, p.447.2
Gratitudo, p.78.2
Gratulatio quæ & quomodo & cur. p.100.2
Gratulatio, p.447.2
Grauidæ, ibid.
Grauius quis, p.336.2
Griphi in conuiuiis ſoluendi propoſiti, & pœná non ſoluentium, p.131.2
Griphi propoſiti, p.255.1
Griſeæ veſtes, p.214.2
Gryphoma, ibid.
Gryphus, p.466.2
Guſtatio, ibid.
Guttus quid, p.76.1
Gyarus, p.388.2
Gymnaſium quid, p.320.2
Gymnaſia tria Athenis, p.73.1. Qui primi apeuere, ibid. Qui in ea conueniebant, ibid. Gymnaſiorum partes. Gymnaſia cur ita dicta, ibid. Gymnaſia in media vrbe, 72: per Italiam, ibid. Gymnaſiorum ſigna, 116.
Gymnaſia, p.388.2
De Gymnaſtica fusè, p.268.2.& ſeq.
Gymnaſij etymon. Gymnaſium corporis & animi. Gymnaſiorum loca, 268.2. Gymnaſium animi, 269. Corporis ibid. Tria Athenis, ibid. Loca Gymnaſiorum varia. Loca exercitationis in iis, ibid.
De Gymnaſticis fusè, p.320 & ſeqq.
Gymnica certamina, p.36.1.& 2
Gymnapodia, p.214.2
Gymnoſophiſtæ, p.388.2
Gynæcea cur honeſtis mulieribus addicta, p.136.1
Gynæcocoſmi qui, p.137.2
Gynæconomus quis & eius officium, p.161.2

Gynæconomus, p.466.2
Gypſati, p.388.2
Gytata veſtis, p.214.2

H

H Quod ſignum, p.389 1
Habena ſuppl. p.243.1
Hæreditas, p.389.1
Hædinus, ibid.
Hæreticorum reſipiſcentium pœna, p.28.1
Hagyeus quid, p.171.1
Harmodium canere quid, p.120.1
Harmodij, & Ariſtogitonis ſtatuæ Venetiis, p.7.1.& 2
Harmoſyni Magiſtratus Lacedæm. p.263 2
Harmoſyni qui, p.161.2
Harpaſtum, p.321 2
Harpides, p.214 2
Harpocrates, p.447.2
Harpocrates cur ore clauſo, p.167.1
Harugæ hoſtiæ, p.196.1
Haruſpex, p.389.1
Haruſpicum auctoritas, p.188.2
Haruſpices vnde, ibid.
Haruſpices qui; à quo inſtituti. Haruſpicum officium, p 186 2
Haruſpicina quid, p.352.1
Haruſpicina, p.197.1
Haruſpicina ex quibus animalibus fieret, 84 1
Nulla ex canibus. ibid.
Haſta, p.474.1
Haſta, p.301. 2. & 304. 2
Haſta, p.447.2
De Haſta varia, p.389.1
Haſta celta, p.185.2
Haſtati qui? p.295.2
Hebes templum, p 314 1
Hebræi, p.389.1
Hebræorum conuiuia, p.316.2
Hebræi nullam Dei imaginem pingunt aut fingunt, p.102.2
Hebræorum reſpubl. p.286.2
Hecales cœna, p.155.2
Hecate, p.448.1
Hecates cœna, p.319.1
Hecates cœna, p.155.2
Hecate pœna, p.243.1
Hecate euocata & eius forma, p.125.2
Hecatombe, p.448 1
Hedera, ibid.
Hedera, p.389 1
Helictores, p.214.2
Heliotrapeza carcer, p.146.2
Helleborus, p.389.1
Heluus color, p.227.2
Hemerodomi, p.389.1
Hemerodromi, p.269.2
Hemeroſcopi, p.389.1
Hemidiploidium, p.214.2
Hemiſphorium, p.214.2
Hemitogium, p 214.1
Herba, p.389.2
Herbæ maleficæ quando lectæ, p.82.2
H rceus Iupiter vnde dictus, p.171.1
Herculis ſignum in triumphis, p.251.1
Hercules Epitrapezius, p.124.1
Hercules, p.448.1
Hercules familiaris rei præſes, p.64.2
Herculis ſimulacrum in Pronio, quid, 176.1
Hercules piæ foribus templorum, cur, 169.1
Hercules Deus peregrinus, ibid.
Hercules alexicacus, p.116.2
Herculis claua ex quo ligno, 102.1
In Herculis templo datum epulum à triumphantibus, p.339.2
Hercules inuocatus in periculis, p 99.2
Hermæum quid, p.63.2
Hermæa, p.318.2
Hermæum quid, p.116.2
Hermata, p.214.2
Hermathena quid, p.73.2
Hermathena, p.169.1
Hermeium, p 319.1
Hermea feſta ſeruorum, p 23.1
Hermeraclea, p 169.1
Hermes, p.389.2
Hermes, p.448.1.2
Hermes Agoræus quis, p.170 1
Hermæ ſimulacrum quid, vbi, & quibus poſitum, p.116.1
Hermuli Circi, p. 325.1
Heros, p.448.2
Heroibus libamina facta, p.51.1. Se è fluminibus & fontibus natos prædicabant, cur, ibid. Mercurij lapidei illis dicati, ibid. Sacri iis Dracones. ibid.
In Heroes flores ſparſi, p. 50. 2. in eorum honorem ieiunatum, p 50.& 51
Heroes Dij qui, p 179 2
Heroes, p.389.2
Heroes luti quomodo, p 76 2
In Heroum menſis nulli piſces aut carnes elixæ, p.183.1.& cur, ibid. 2.
Heſperiſma quid, p.346 1
Heteromaſchala, p.215.1
Hetruria, p.389.2
Heuretrum, p.61.1
Hialemos, p.343 2
Hiceteria, p.224.2
Hieronicæ, p. 389 2
Hieronymi Boſij elogium, p.170 1
Hilaria, p.318.2
Hilaria, p.133.1
Hilaria quæ, p.6.2
Hilaria, p.389 2
Hilotæ qui, 287 2
Hipiſcum, p.215.1
Hippades, p.350.2
Hippocrates, p.389.2
Hippona dea ſtabuli, p.66 2.& 67.1
Roſis coronata, cur, ibid.
Hippothoroo, p.389 2
Hiſtius Scriptor quis, p.114.2
Hirundo, p.389.2
Hiſtriones Romæ malè audiebant, p.61.2
De Hiſtrionibus varia, p.389 2
Hoc habet, ibid.
Hoc amplius, ibid.
Hoc age, ibid.
Holobata, p.215.2
Holoberæ, ibid.
Holouetæ, ibid.
Holobryzæ, ibid.
Holocauſtum quid, p.317.1
Holocauſtum quid, p.195.2
Homelion, p.215.1

Homerus,

Homerus, p. 467.1
Homero honos habitus, p.89.2
Homerus quanti apud Athenienſes, p.174.2
Homerus, p.389.2
De Homicida & Homicidio varia, pagina 390. 1
Homines cum metallis creati, p.286.1
Homines ſacri, p.390.1
Honor, ibid.
Honor, p.448.2
Honorum dies natalis exiſtimatus, p.159.1
Honoris & Horæ templum ſemper apertum, p. 51.2
Honor adoratus capite aperto, p.53.1
Honorarij Conſules, qui? p.205.1
Hoplomachi, p.329. 1
Horæ vmbris diſtinctæ, p.346.1
De Horis varia, p.390.1
Horæ cur vitis fructum educent, p.340.2
Horæ quot accuſatori & reo conceſſæ, pagina 119. 2
Horas ſerui nunciabant, p.33.2
Horarum diuiſio, p.32.1.& 2
Horcius Deus iuriſiurandi, p.97.2
Hordeum, p 448.2
Hordeum, p 474.2
Hordeum militi in pœnam datum, p.79.1
Horologia olim incerta, cur. p.32.2
Horologium ſciothericum, ibid.
Horologium, p 590. 2
Horologij inuentor primus, quis? p.33.1
Horologium excitatorium, ibid.
Horoſcopus puerorum, p.158.2
Hortea antiquorum obſignata, p.3.1
Horreum, p. 390. 2
Hortæ Templum cur ſemper patens, p.52.2
Hotia, p.448.2
Hortus, p.390.1
Hoſpites admiſſi à Græcis quomodo, p 178.2
Hoſpitem excipiendi ratio antiquorũ, p.332.2
Hoſpites loti ab accipiente, p.76.1
Hoſpes, Hoſpitium, p.390.2
Hoſpitibus analecta, p.149 1
Hoſpitum pedes à Virginibus loti, p.175.1
Hoſpitia priuata & publica. Hoſpitij contrahendi modus, p.267.1
Hoſpitia antiquorum, p.332.& ſeqq.
Hoſtia quid, p.195. 2. Hoſtiarum differentiæ, ibid. Præcidanea hoſtia, p.196.1. Succidanea hoſtia. Prodigæ hoſtiæ. Eximiæ hoſtiæ. Amburbales, Ambaruales, Iniuges hoſtiæ. Hoſtia superûm & Inferûm quæ & quot, ibid.
Hoſtiæ exploratio, p.198.1
Hoſtia cæſa iuſſu Pontificis, ibid.
Hoſtiæ immolatæ circa aras, p.193 1
In adytis templorum ſoli ſacerdotes, ibid.
Hoſtia ſuper quam iuratum non conſumpta, p. 89. 2
Hoſtia, p. 448. 2.& ſeq.
Hoſtes capti apud Romanos occiſi, p.80.1
Quomodo apud Byzantinos Imperat. ibid.
Aſino impoſiti, ibid.
Homerale, p.215.1
Humerus, p. 390 2
Hyali color, p.227.1
Hyberna quid? p.306.1
Hydraulica, p.467.1
Hydrobaphes, p.215.1

Hydromantes, p.339.1
Hydromeli quid? p 18 2
Hydrophoria, p.350.1
Hyetæum templum, p 223.2
Hygieæ ſignum, p.86.2
Hygeia quid, cuius filia & ſoror, eiuſdemque ſimulacrum, p.107.2
Hygicia cuius filia, p.108.2
Hygicia, p.343.1
Hylam inclamare, p.64.2
Hymen, p.231.1
Hymenæus cantatus in nuptiis, p.232.2
Hymni varij, p.343 2
Hymnorum tria genera, p.202.1
Hymni cantati in ſacris, p.197.2
Hymnus, p.467.1
Hyperboli lapides, p. 243.1
Hypocambia, p.215.1
Hypocauſtum, p 321.1
Hypocauſtum, p.76. 1. & 326. 1
Hypodeſis, p.215.1
Hypodyzes, ibid.
Hypœpus, p.343.2
Hypogæum defunctorum, p.95.2
Hypogæum carcer, p. 145.2
Hyperboreorum ſepeliendi modus, p.259.2
Hyporchemata, p 343.2
Hyporchema quid, p.202 1
Hypoſchiſma, p.215.1
Hypothymiades coronæ, p.131.1
Hyrcanorum ſepultura canes, p.260.2
Hyſtriches quid? p.243.1

I

I, i, faſtidientis, p.390.2
Iaculum, p.302 2
Ialemus, p 344.1
Ianitor, Ianua, p.390.2
Ianitores ad ianuam dormiebant, p 82. 1
Catena religati, ibid. Catenarij dicti. Catenam laribus manumiſſi dicabant, ibid.
Ianitoris Virga, ibid.
Ianthinus color, p.227.1
Ianthina, p.215.1
Ianuæ quando lucernis exornatæ, p.149 2
Ianua orci meretricum domus, p.136.2
Ianus, p.449.1
Ianus, p.390 2
Ianus, p.474.2
Ianus in principio ſacrificij cur inuocatus, p. 77. 2
Ianus in omnibus ſacris primus rogatus, p.52. 2 & 53. 2
Iatrium, p 63 1
Ieci cœna, p 155.2
Ichthyomantes, p 339.1
Icuncula, p.350 2
Idæi Sacerdotes ſtipem colligebant, p.1
Idolum, p 449 1
Idus, p. 390. & ſeq.
Idus, p.449.1
Iecur, p.351.1
Ieiunium, ibid.
Ieiunium, p.449.2
Ieiunium antiquorum, p.138.1 & 2
Ieiunia diuerſorum hominum, ibid.
Ieiunia religionis & valetudinis cauſâ ſuſcepta, ibid.

A conſulentibus oracula indictum, ibid. quomodo peractum, ibid. & 2. Ieiunium Ægyptiorum, Cretenſium, Hebræorum, Lacedæmoniorum, p.138.2
Ieiunium Myſtarum Iſidis, Trœzeniorum, Tarentinorum, p.139.1
Ieiunium ſtatio dictum, cur, p.139.1
Ieiraculum, ibid.
Intaculum quid, p.253.1
Ientaculum, p.407.1
Ignifer, p.474.2
Ignis, p.449.2
Ignis ſacer, ignis ſymbolum, p.151.1
Ignis æternitatis ſymbolum & puritatis, ibid.
Ignis ſculptus in ſepulcris. In tribus ludis geſtatus, ibid.
Ignes pro excubiis, p.80.1
Ignes tum in hoſtium, tum in ſociorum aduentu, quomodo diſtincti, p.80.1
Ignes ſpeculatorij in caſtris, p.79.2
Quis primus horum inuentor, ibid.
Eius vius varius, ibid.
Ignis noctu, fumus interdiu ad ſignum, pagina 79.2
Ignis Romanis præibat, p.149.2
Ignis à Perſis adhibitus ad ſupplicandum, p.178.1
Ignis aduerſus peſtem ſalubris, p.290.1
Ignis in altaribus non in aris, p.192.2
Ignis & aqua in nuptiis, p.230.2
De Igne, p.391
Ignobiles terræ filij, p.38.2
Ilaſtica ſacrificia, 316.2
Ilia, p.391.1
Ilicet, à peracto ſacro dictum, p.201.2
Ilicet, in funere, p.234.2
Ilicet, p.449.2
Ilicet quid, p.66.1
Illibatum nihil deguſtatum antiquis, pagina 320.2
Illotus, p.449.2
Illuſio, p.391.1
Illyrij cum fœminis diſcumbebant, p.19.2
Ilotæ qui, p.31.1
Imadus, p.344.1
Imagines virorum illuſtrium diſtributæ in conuiuiis, p.123.2
Imagines ante triumphum, p.250.2
Imagines antiquorum fusè, p.42.1. & 2
Imagines in atrio, p.41.2
Imagines in cubiculis quorum, p.41.2
Imagines Deorum circa templa latæ, pagina 195.2
Imagines nullæ Dei ſub Numa, p.102.2
Tarquinius Priſcus primus earum inſtitutor, ibid. Romani à quibus eas mutuati: Imago Dei nulla apud Hebræos. Item neque apud quoſdam alios, ibid.
Imagines Deorum priuatæ, p.193.1
Imagines Deorum quæ vendi poſſent. Imagines Deorum ſacræ, ibid.
Imagines inauratæ, ibid.
Imagines clarorum virorum in muſæis habitæ, p.169.2
Imagines Authorum in æde Camænarum, p.170.1
Imagunculæ coronatæ ad ianuas amantum, p.149.1
Imagines, fusè, p.391.1.2
Imarium, p.215.1
Immolatio quid? p.197.1
Immolatio quid, p.320.1
Immolare, p.449.2
Immunitas, p.391.2
Immunes quid? p.307.1
Impar, p.449.2
Imperator qui, quantus, p.297
Imperatores Romani quando barbati, quando non, p.100.2
Imperatores morientes anulum ſucceſſoribus tradebant, p.176.2
Solum orationi funebri intererant, ibid.
Imperatores à procumbentibus adorati, pagina 68.2.
Imperatores ferme Pontifices fuere, p.190.2
Imperatoris adorandi ritus, p.54.1
Imperator, p.391.2. & ſeq.
Imperatores Rom. à militibus lecti, p.38.2
Tres tantùm à Senatu, p.39.1
Imperator, p.474.2
Imperium quotuplex, p.286.1
Imperij Romani magnitudo, p.311. & ſeq.
Impius, p.449.2
Impluuia, p.213.1
Impluuiata, ibid.
Impluuiatus color, p.226.2
De Impoſſibili prouerb. p.439.1
Imprecano, Imprecari, p.392.1
Imprecandi ceremoniæ, p.113.2
Imprecationes bibere nolentibus, p.133.2
Imprecatio in caput victimæ, p.194.2
Imprecationes publicæ, p.113.1. & 2. priuatæ, ibid.2
Impudicus, Impudicitia, p.398.1
Impudicitiæ ara, p.101.2
Inanteſtatus, p.392.1
Inarculum, p.449.2
Inaugurare, ibid.
Inaugurare, p.392.1
Inauguratio quid? p.190.1
Inaures, p.392.1.2
Inaures nobilitatis inſigne, p.91.2
Et deliciarum, p.92.1
Inauris, p.213.1
Incantatio triplex, p.200.1
Incendium, p.467.1
Incerare genua quid? p.54.1
Incerare genua Deorum, quid? p.180.1
Incoctilia quid? p.338.1
Incubare Ioui quid? p.24.1
Indictio quid & quomodo diuiſa, p.36.1
Indigetes Dij qui? p.179.2
Indigitamenta, p.344.1
Eorum victimæ, p.180.1
Induciæ, p.474.2
Inducula, p.215.1
Indorum fœdus, p.333.2
Indi, p.449.2
Indi Deos quomodo colerent, p.122.2
Indorum preces matutinæ, p.132.1
Veſpertinæ, ibid.
Induſium, p.115.1
Inebræ aues, p.186.2
Ineffabile, p.449.2
Infamis, Infamia, p.392.2
Infantes non cremati, p.256.2

Circa infantes recens natos ſuperſtitiones, p.157, 2
Infanies, p.392. 2
Infanti nomen quando poſitum, p.27.1
Infantium Dij præſides, ibid.
Infelix, p.393.1
Infelix arbor quæ? p.179 1
Inferiæ, p.449.450.1
Inferiæ nullæ pueris, p.92.1
Inferiæ, p.257.1
Inferium vinum, p.134.1
Inferus, Infernalis, p.393.1
Inferûm Deorum & ſuperûm diſcrimen in ſacris, p.199.1.
Exploratio diuerſa in victimis, ibid.
Inferis Diis quomodo ſupplicatum, pagina, 122. 1
Inferorum Deorum ſacrificium, p. 123. 1, &c.
Inferis veſpere immolatum, p.176 1
Inferis quid libatum, p.181.2
Inferium vinum, ibid.
Infulæ, p.215.1
Ingenuus, p.395.1
Ignominia milit. p.310.2
Ignoto Deo aræ cur, & quando erectæ, pagina 108. 2
Ignoto Deo ara, p.314 1
Ingratus, p.393.1
Inimicus, ibid.
In initiatione puerorum dona miſſa, p. 157. 1. & 2.
Initium, p.393.1
Iniuges hoſtiæ, p.196 1
Iniuriæ lapis qui, p.104.1
Iniuria, p.393 1
Innocentiæ lapis qui, p.104.1
Inquilinus, p.393.1
Inſani lapidati, p.175.1
Inſani laribus porcum immolabant, p.144.1. & 2.
Inſanus, p. 393. 1
Inſcriptio damnatorum, p.243.1
Inſcriptiones in dedicationibus ædium, p.34 2
Inſcripti ſerui qui, p.21.
Inſepultus, p.393.1
Inſignia, ibid.
Inſignia vitæ anteactæ diis ſacrata, p. 84. 1. & 2.
Inſpectio è feneſtris in ſacris interdicta, pagina 199. 2
Inſtita, p.115 1
Inſtitutio, p.393.1
Inſtrumenta, ibid.
Inſuaſus color, p.226.2
Inter dignitates temporis intercapedo quāta. p.104. 2
Intercalandi ratio à quo inſtituta, p.265.1
Intercalationes per Pontifices factæ, p.190.1
Interceſſio, p.393 2
Interdictum aqua & igni quid? p.354.1
Interdiu mortuis parentatum, p. 176.1
Interpretes qui? p. 109.2
Interpunctio antiquorum, p.40.2
Interrex, p.393.2
Interrex quis & eius inſignia, p.202.2
Interualla ordinum, quid in acie, pagina 297. 2
Intercula, p. 115.1
Inteſtabilis, p.393.2
Intonſus, ibid.
Intra pelliculam ſe continere, p.23.2,
Inuentoris merces, p.63.2
Cœna data pro re inuenta, p.64.1
Inuenientium formula, p.63.1
Inuerſio in infernorum ſacris, p.124.2
Inuidia, p. 393.2
Inuidiæ depellendæ modus, p.170 2
Inuitatus, p 467.2
Inuitare ad cœnam, ibid.
Inuitati qui, & qui non, p. 347.1
Inuitandi ad cœnam modus, p.162.1
Inutilium prouerb. p.349.2
Io, p.393.2
Iolaus, ibid.
Iones, Ioniſcus, ibid.
Ionicæ ædes Diis mediis, p.192.2
Iphicratides, p.215.1
Ipſe, p. 393. 1
Ad iram Deorum auertēdam quid factum, p. 197. 1
Iris, p 450.1
De Iride, p.280. & ſeq.
Iris, p.393.2
Iſis, p 450.1
Iſidis ieiunium, p.139.1
Iſſedonum ſepultura, p.259.2
Iſthmia, p 270.2
Italia, Italicus, p. 393.2
Iter, ibid.
Ithymbi, p.344.1
Ithyphallicum carmen, ibid.
Ithyphalli, p.78.1
Itinerarium ſonare, p.308.2
Ite Miſſa eſt, quid & cur dictum, pagina 101. 2
Ire in alia omnia, quid? p.204.1
Iudæi quomodo loti, p.76.1
De Iudæis Taciti error, p.47
Iudæi cur ſue abſtinent, ibid.
Sus ſacra apud Cretenſes, ibid.
Ab humana carne non abſtinet. Arationem terræ docuit. Suis immunditia, ibid.
Quibus Diis mactata, ibid.
Sue qui populi abſtineant, p.47.1. & 2
Iudices intra velum, cur, p.137.1
De Iudice & Iudicio, p. 394.1
Iudicum ſubſellia Athenis cruenta, cur, p.104. 1
Iudicum calculi quot, p.268.2
Iudices ex Prouinciis euocati, p.336.2
Iudicantes ſedere ſoliti, p.53.2
Iudicia in templis, p.137.1
Iugstinus, p. 232.1
Iugera, p.394.2
Iuge auſpicium, p.352.1
Iugulatio, p.243.2
Iuliæ impudicitia, p. 38.1. & 2
Iulij Cæſaris frugalitas, p.138.2
Iulij Cæſaris annus. p. 265.1
Iulius Cæſar anni corrector, ibid.
Iuli carmen. p.344.1
Iumentum, p.394.2
Iuno, p.450.1
Iunonis ſacrum ſine felle, p.263 2
Per Iunonem feminæ iurare ſolitæ, pagina 60. 2

Juno adulta, pag.231. 1
Iupiter, p.450 1
Iupiter Pauſilypus, p.125.1
Iupiter cultos iuramanti, p.88.1
Per Iouem lapidem iuratum, p.87.2. Formula, p.89. 2
Ioui ſeruatori poculum primum, p.166.1
Iupiter perfectus, p.232.1
Iouis Inuentoris prima ara. ibid.
Iuramenti religio apud antiquos, p.88.1. Explorandi iuramenti modus, p. 88. 1. Iuramentum hominum, ibid.
Iuramenta antiquorum, p.87.1.& 2. Iuramenta Ruſticorum. Iuramentum in Comitio. Iuramentum maximum. Iuramentum ſanctiſſimum, ibid.
Iuramentum militare, p. 88. 2. Iuramenta variorum pop. p. 89 1
Iuramenta Imperatoris minio ſubſcripta, ibid.
Iuramenta quæ maxima, p. 60. 1. Per Genium facta. Iuramenta parentum; fæminarum, ibid.
Iuramenta diuerſorum hominum, p. 89. 2
Iuramentum, p 474. 2
Iuramentum per conuiuium cur, p.165.2
Iuramentum militare, p. 295.1
Iurare, Iuramentum, p. 394. 2. & ſeq.
Iuratum per ſceptrum quomodo, p. 88.2
In iurgio manus exerta, p.97.2
Ius, p.395.1
Iusjurandum Athletarum, p.97.2
Iuſta vnde dicta, p.257.2
Iuſta mortuis quibus facta, p.92.2
Iuriſconſulti, p.395.1
Iuſtitium, ibid.
Iuuenalia, p 332.1
Iuuenis, p. 474.2
Iuuenes quando in foro, p.40.1
Iuuenis, p.395.1
Iuuenes quouſque vino abſtinerent, p.321.1

K

KAppa tria peſſima, p.39.1
Kalendis Ianuariis quid votum, p.44. 2
Vide Calend.

L

L quid ſignificet, p. 395. 2
LA quorum hominum, ibid.
Labarus quid, p.274.1
Labarum, p.475.1
Labyrinthus carcer, p. 145.2
Lacedæmonij ſeueri domi, foris remiſſi, p. 165. 1
Laconicæ claues; ibid.
Lacedæmoniorum ritus ſepulcrales, p.260. 1
Lacæna, p.215.1
Laceratio, p.243.2
Lacerna, p.395.2
Lacerna, p.215.1
Lacerna quotuplex. p.210 2
Lacidæ, p.215.1
Lacinia tenere, p 162.1
Laconica cæna, p.155.2
Laconicum ad pœnam, p.243.2
Lactuca, p.467.1
Lactucæ in prima & poſtrema antiquorum menſa appoſita, p 83.2
Eas ſub auroram comedebat Ariſtoxenus. Salutares Auguſto Cæſ. ibid.
Lactucæ in prima menſa, p.17.2
Lactucæ mortuorum cibus, cur. p.338.2
Lactuca ad ſecundam menſam, p 18.2
Læna, p.215.2
Læſus, p.395.2
Lagena, ibid.
Læuus, p.450. 2
Lagenophoria, p.318 1
Lallus, p.450.2
Lamina, p.395.2
Laminæ ardentes, p.243.2
Lampades, p.395.2
Lampades in Eccleſiis vnde ortæ, p.150.2
Lampades accendendi mos vnde ortus, pagina, 150. 1
Feſta Lampadum, ibid.
Lampas, p.474. 2
Lampades ſuppl. p.243.2
Lampada curſu tradere, p 269 2
Lampas, p.430.2
Lampades ante ſponſam, p.232.2
Lanarum in templis origo, p 94.2
Lancea, p.475. 1. & p 302
Lanerum, p.215.2
Laneus, p.450.2
Laneus, lanificium, p.395.2
Laniſtæ gladiatores coercebant, p.14.2
Per Lanam & licium quærere, p.64.2
Lapidationes variæ apud varios, p.243.2
Lapidatio theatralis, p.175.1
Lapidatio ſepulturæ genus, p. 92.2
Lapillus albus diem nuptialem notabat, pagina, 228. 2
Lapidare, Lapis, p.395.2
Lapis manalis, p.110.2
Lapis, p 450 2
Lapis terminalis vnctus, p.70.1
Lapides terminales quadrati & inſcripti, pagina, 70.2
Lapides Diui qui, ibid.
Lapidem vnctum adorare quid, ibid.
Lapidum ſacrorum duo genera, p.71.2
Lapides ſacri & diui, ibid. Lapides erecti ſignum lætitiæ, p.71.2
Lapides terminales erecti. Lapidibus viæ olim diſtinctæ, iiſque literatis ad milliaria dignoſcenda, p.72
Lapis errantium, ibid.
Lapis Innocentiæ. Iniuriæ qui, p.104.1. Lapis Contumeliæ & Impudentiæ, ibid. Argentei, cur, ibid.
De lapide empta mancipia quid, p.13.1
Lapis manalis, p.110.2
Laquearij, p.329.1
Laquei pœna, p.244.1
Lar, p.430.2
Lares vbi collocati, p.117.1
Laribus quando ſacrificatum, p.199.1
Laribus gratū ſeruorum miniſterium, p.50.1
Lares viales qui, p.116 2
Larium ſacrificia quæ, p.194.1
Lares grundules, p.144.2
Lares quomodo effcti, p.84. Pellibus canum coronati, cur. Compita iis grata. Pilæ & Simulacra iiſdem conſecrata & cur, ibid.

Lares coronati in nuptiis, 132.1
Laribus libatum ex epulis, pag. 134.2
Laribus inſani porcum immolabant, pag. 144.1
Laribus ſacrificandi quis primus auctor, ibid.
Laribus pars cœnæ donata, ibid.
Putati iidem cum penatibus. Pueri iis immolati, data alliorum & papauerum capita. Canes iis dicati; Lares marini. Lares Viales. Diuerſi à Familiari. Larium imagines in cubiculis; ibid.
Lararium domus, 144.2
Lararium, 450.2
Lararia quæ, 294.1
Lararij magiſter. Foci priuatorum lararium, ibid.
Lararius puer, 144.2
Laruæ à Laribus dictæ, ibid.
Laſilis, 215.2
Laternæ redeuntibus à cœna prælatæ, pag. 321.2
Laterna, 395.2
Laticlauij, 297.1
Latinus, Latinè, 395.2
Latomia ſuppl. 244.2
Latomiæ carceris genus, 145.2. & 146.1
Latrones crucifixi cuſtoditi & quouſque, 96.1
Latro, 395.2
Latrones milites dicti, 13.2
Latrunculi, 321.1
Latus clauus quotuplex, 310.1
Latus clauus, 395.2. & ſeq.
Latus, 396.1
Latus clauus, 215.1
Lauacrum, 321.1
Lauatio duplex, 123.1
Lauare, 451.1
Lauandi tempus, 46.2
Lauare, 467.1
Lauare, Lotio, 396.1
Lauare, 467.1
Laudare, 396.1
Laureatæ litteræ, 249.2
Lauro ornatæ fores quando, 149.1
Lauri vſus in triumphis, 252.1
Laurus, Laurea, 451.1
Lauro tutela nauium coronata, 9.2
Quando non, ibid.
Laurus, Laurea, Laureatus, 396.1
Laurus crepans, Laurus ſilens quid portenderet, 214.2
Lauri folia inter bellaria cur 155.1
Lauri morſu riſus cohi itus, 81.1
Laurus titulus rei venalis, 34.1
Cuſtodiæ ſymbolum, ibid.
In maleficiis adhibita, ibid.
Fulmini intacta, ibid.2
Lauri folia res, quibus admiſcentur, ſeruant, ibid.
Lautia, 396.2
Lautia quid, 266.2
Lautia, 332.1
Laxus, Laxior, 396.1
Lebes, ibid.
Lectores ſequentes, 344.1
Lecanomantes, 359.1.
Lectica, 396.2
Lectiſterniator quis & eius officium, pag. 253.2
Lectiſternia quæ, & cur: In Lectiſterniis quis: Vbi poſita: quibus Diis apparata 110.1.
Lectiſternij tempore nullæ lites, ibid.
Lectiſternia quæ, 293.2
Lectiſternia, 329.1.
Lectus, 396.2
Lectus genialis, 231.2
Lecti penſiles, 110.1
Lectorum materia, 253.2
In Lectis ſcribi ſolitum, 46.2
Longitudo & Latitudo, 254.1
Lecti mutati in ſecundis nuptiis, 229. 2. & ſeq.
Lectus, 467.1
Lectulus triplex antiquorum, 109.2
Leda, 451.1
Ledus, 215.2
Legati qui quot, 297.2.
Legati & Proconſulis diſcrimen, 279.1
Legati apud præfectos ærarij nomen profeſſi, 27.1
In templis excepti, ibid.
Legati quotuplices, eorum numerus, 109.2
De legatis, 396.2. & ſeq.
Legatus, 475.2
Legio quid: Legionum nomina quæ, p. 295.1
Legio, 475.1
Legumen, 397.2
Lemniſcus, 397.2
Lemuralia, 451.1
Lemures fabis eiecti, 94.1
Lemuria, 258.1
Lemuria, 397.2
Lenæa, 359.1
Leno, 397.2
Lens cibus, 340.2
Lens mortuis appoſita, 257.1
Quando ſunesta, ibid.2
Lentiginoſi, 397.2
Lentiſcum mandere quid, 40.1
Leontium meretrix philoſophiæ ſtudet, 172.2
Leproſus, 397.2
Lepus, ibid.
Lethes carcer, 145.2
Leucophæus, 216.1
Leucoparyphus color, ibid.
Leuana Dea, p. 158.2. & 451.1
Leuare, 397.2
Leuato velo cauſas cognoſcere, 119.1
Leuidenſe, 215.2
Leuitonarium, 215.2
De Legibus, 397.1.2
Leges rubræ cur, 115.1
Lex Regia quæ, 58.1. & 59.1
Leges funebres, 258.2
Libatio, 467.1
Libati cibi anteqnam apponerentur. Perſarum mos. Libatum ex re qualibet. Libare quid & vnde. ibid.
Libatio duplex. ibid.
Libatio ciborum, 181.1
Libatio potus. Libatum non ex quolibet vino. Vinum ſpurcum non libatum. Mercurio libatum vinum mixtum. Vinum

quibus non libarut,&c. pag.181.2
Libationea quibua adhibitæ. Precum formula ante libationem, ibid.
Libatio poſt epulas Mercurio, ibid.
Libatum quidlibet, 185.1
Libatio in ſacrificiis quid, 197.6
Libatio ſanguinia cum quibus fiebat, pag. 198.1
Libatio duplex in ſacris, 198.2
Libationes funebres, 257.2
Libationes à cœna, 125.1
Libatio quid. 6. 1
Libatio in mari, ibid.
Libationea factæ ſuper linguis poſt cœnam, 126.1
Libationea Ioui Teleio, ibid.
Libamina quæ, 198.1
Libamina quomodo fuſa, ibid.2
Libare, Libamen, 451.1.2
Libare & litare quomodo differant, pag. 125.1.
De Libationibus antiquorum fuſè, pag. 319. & ſeqq.
Libamina pro mortuis quæ, 94.1
Libelli munerarij, 329.2
Libellus, 397.2
Liber, 451.2
Liber, 398.1
Liberi, 467.2
Liberorum cura qualis, 29.2
Liber bri, 398.1
Libros attingebant manib. auribus & pedibus luſtratis, 75.1
Libri iuxta cœnacula, 255.1
Libri venales inſcripti, 34.2
Liberalia, 467
Liberalia diuerſa à Bacchanalibus, 148.1
Liberalia, 318.2
Liberalis, Libertas, 398.
Liberalitas Principum doctos efficit, pag. 113.1
Liberalitas Principum antiquorum, pag. 107.1
Libertas culta à Romanis & templo donata, 173.2
Libertini non militabant, 50.2
Libertini, Liberti, 398.1.2
Libitinarij qui, 234.1
Libum, 451.2
Liceri laua de lucernis, 151.1
Licitatio, 398.2
Licitantium formula, 95.2
Licitari hoſtium capita quid. Licium, pag. 398.2
Licia in expiationibus, 225.1
Per *Licium* & lancem quærere, 64.1
Lictores quorum Magiſtratuum, 109.2
De Lictoribus, 198.2.& ſeq.
Lictor in ſacris ante Pontificem cur, pag. 197.1
Lignum, Ligneus, 399.1
Lilia in munitionibus, 301.1
Limbres, 2.5.2
Limbus, ibid.
Limen, 399.1
Limina ſalutata à perpetuo domum relicturis, 117.1
Limen pedibus terere nefas, ibid.
Limina ſacra, 41.1.& 42.1
Limen domus olim honeſtarum mulierum locus, 136.1
Limenarchæ, 335.1
Limentinus Deus, 117.1
Limites varij 313.1
Limes, Limitaneus, 399.1
Limes quid, 311.2
Quotuplex, 312.1
Limites Imperij Romani, pag. 312.& ſequentib.
Limitanei exercitus qui, ibid.
Limitrophi qui, ibid.
Limes, 215.2
Lingua, 451.2
Linguis fauere, 163.1
Linguæ Latinæ & Græcæ periti maximè commendati, 151.2
Linguarium dare, 244.1
A Lineis excidere, 270.1
Linea recta ducenda, quid, 344.2
Lineus, 399.1
Linteus, ibid.
Linum, 451.2
Linus cantio, 344.1
Lis, 399.1
Litare & Libare quomodo differant, pag. 125.1.
Litare quid, 197.2
Litteræ conuiuiales, 254.2
Literæ vnciales, 114.1
Literæ, 399.1.2
Literæ per ſagittas miſſæ, 79.2
Literis Regia Perſarum qui honos habitus, 80.1
Litteræ maiuſculæ ſolum in vſu apud antiquos, 40 2
Literati ſerui qui, 22.1
Liticen quid, 299.1
Litigantium mos. 3.1.2
Litis æſtimatio quanta, ibid.
Litis æſtimatio quid, ibid.
Litora oſculata à nauigaturis, 37.2
Lituus, 399.2
Lituus quid, 299.1
Lixa, 399.1
Lixæ caſtrenſes, 308.2
Loca ſancta quæ, 11.2
Locatio, 399.2
Lochia, 331.2
Locus, Locarius, 399. 2
Locarij theatri, 328.1
Lopas, 215.2
Lora, ſuppl. quid, 244.1
Lorica in armis, 305.1
Quotuplices Loricæ, ibid.
Lorica muralis quid, 300.2
Loroſoccon, 215.2
Lorio Chriſtianorum, 123.1
Lotiones manuum variæ, 126.2
Lubentiæ Deæ ſacra, 80.2
Lucernæ ſepulcrales, 236.1
Lucerna nunquam per vim extincta, 181.1
Sine Lucerna è conuiuio redibant Lacones, 121.2
Non item Romani, ibid.
Lucerna, 467.2
Lucerna perpetua in Prytaneo & alibi, pag. 150.2
Lucernis quæ exornata, ibid.

Lucer

Lucernæ in occurſu magnorum virorum, pag. 50.a
Lucernæ in foribus ædium quando, 149.2.& 150.1
Lucernæ in Veſtalium ſepulcris, ibid.2
In ſepulcris nobilium,& cur? ibid.
Lucernæ ſuperis tantum accenſæ, 151.1
Lucernæ vitæ ſymbolum. Lucernæ perpetuæ in ſepulcris: Quandonam extinctæ: Lucernæ Olybianæ inſcriptio, ibid.
De Lucernis, 399.2.& ſeq.
Lucernarum mos vnde profectus, 150.1
Lucernarum vſus in conuiuiis, 126.2
Lucta, 326.2
Lucta quid & vnde dicta, 169.1
Luctaturi vncti, ibid.2
In Luctu faſces, arma, ſigna & ſcuta dimiſſa, 176.2
Luctus publicus, 259.1
Luctus externarum gentium, 255.1
Luctus priuatus & publicus qua de cauſa minuti, ibid.
In Luctu crines & barba promiſſi, 99.1
Lucubratorius lectulus, 109.2
Lectica, ibid.
Lucubratio, 400.1
Lotus, Lotio, 399.2
Lua, ibid.
Luci quid, 192.2
Lucus, 451.2
Ludus Troiæ; Ludi Scenici, Circenſes, Gladiatorij, funebres, munerarij, 270.2
Ludorum funebrium genera, 258.2
In Ludis iudices lecti, 98.1
De Ludis priuatis antiquorum, 320.& ſeqq.
Ludi meretricij quomodo celebrati, 136.2
Ludum literarium primus aperiens, 72.2
Ludi funebres, 257.& ſeqq.
De Ludis publicis, 324.& ſeqq.
Ludis qui præſidebant, 190.2
Vbi facti, 191.1
Ludi, Ludicra, 400.1.2
Ludi reperti ad famem fallendam, 336.2
Ludia, 215.2
Lugentium habitus, 234.1
Lugendi modus, 176.2
Lugentium fuſca veſtis. 95.3
Lugere ſceleſtos interdictum, 96.1
Lugendi modus ſtatutus, ibid.
Luctus publicus & priuatus quandiu, ibid.2
Lucenſia balnea, 46.1.2
Lucenſium Eleutheria feſta, 173.1
Luculli triclinia, 255.2
Lumbones, 215.2
Lumen induit colorem corporis quod pertranſit, 282.1
Lumen, 400.2
Luna, ibid.
Luna, 451.2
Lunatus calceus, 15.2
Luna in calceis quid ſignificaret, ibid.
Luna mater ſomniorum, 24.1
Ad Lunam menſes exacti, 262.2
Lunæ ſacrificium, 261.1
Sus Lunæ immolata, ibid.
Luna, 475
Lunaris annus, 265.1
Quadruplex, ibid.2
Menſis, ibid.
Lupanaria olim in templis, 137.1
Lupanaria olim in littore, 136.2
Lupercus, 451.2
Luperci, 400.2
Lupini, 401.1
Lupus militaris quid, 304.1
Lupus, 475.1
Lupus, 452.2
Lupus cui ſacer, 85.1.2
Lupus, Lupanar, 461.1
Luſoriæ naues. 313.
Luſtralia ſacra, 221.2
Luſtralis, Luſtrare, 451.2.& ſeq.
Luſtralis aqua, 198.1
Luſtralia, 225.1
Luſtratio, Luſtricus dies, Luſtratio puerilis, 330.a
Luſtrationes infantium, 157.2
Claſſis Luſtratio, 221.2.& 222.1
Luſtrationes matutinæ, 289.2
Luſtratio puerorum, 27.1
Luſtratio claſſis, 10.1
Luſtratio agrorum, ibid.
Luſtratio exercitus, ibid.2
Luſtrationes variæ, ibid.
Inſulæ Luſtratio, 223.1
Luſtratio neceſſaria in omnibus ſacris, 225.1
Luſtratio facta ad cineres, 234.2
Luſtratio, Luſtrum, 401.1
Luſtratio maris quomodo & quãdo facta, 5.2
De Luſtrationibus copioſè, 221.& ſeqq.
Luſtricus dies quis infantibus, 27.1
Luſtricus dies, ibid.
Luſtricus dies, 223.2
Luteus color, 227.1
Lutrophori Athen. 263.2
Lutum, 401.1
Lycæum gymnaſium quid? 73.1
Lychnus, 401.1
Lychni in balneis, 77
Lychni in conuiuiis, 126.2
Lychnus, 467.2
Lycurgus crudelis, 348.1
Lycurgus, 287.2
Lycurgo honos habitus, 89.2
Lycus Sycophantarum Deus, 135.2
Lydiæ ſtupro dotem comparabant, 263.1
Lydus, 215.2
Lympha, 401.1
Lyra in conuiuiis pulſata, 256.2
Lyra, 467.2
Lyricus, 401.1
Lyſij Dæmones, 116.2
Lytierſis, 343.2
Lytron, 63.1
Lytron quid, 173.2

M

Macellum, 401.2
Machæra, ibid.
Machina, ibid.
Machina milit. 475.1
Macrobaliſteres, 215.2
Macrochira, ibid.
Macte, 401.2
Mafortes, Manortes, 215.2
Magdalena ad pedes Domini, cur? 25.1
Magdalia, 126.1.2
Magica ſacra quando & à quibus facta, 200.1

Inſtru

Inſtrumenta Sacrorum Magicorum, ibidem,
Magica incantatio triplex, pag. 100.1
Magiſter, 401.1
Magiſtri quales eſſe debeant, 31.2
Magiſter equitum quis & eius officium, p. 206.1
Magiſter equitum. 475.1
Magiſtratu abrogati, 355.1
De Magiſtratibus Romanis copioſiſſimè, p. 202.& ſeqq.
Magiſtratus quid: diuiſio: maiores, minores, ordinarij, extraordinarij: miniſtri Magiſtratuum, ibid.
Magiſtratu abrogati eundem magiſtratum petere non poterant, 180.1
Magiſtratus quidam ſorte dati, ibid.
Magiſtratus, 401.1.& ſeq.
Magiſtratibus qui honos ab occurrentibus habitus, 352.2
Magiſtratus myrto coronati, 120.1
Magiſtratus petendi quæ ætas, 30.1
Magiſtratu abeuntes iurabant, 98.1
Magiſtratus quando coronati, 132.1
Magiſtratus minores, p. 206.§.7.
Magmentarium, 201.2
Magnifici nomen honeſtum: quid ex Ariſtotele, 113.2
Maiuma cantio, 344.1
Maiuma, 402.1
Maiumæ feſtum, 55.1
Maius, 401.1
Magus, ibid.
Malacion, 215.2
Maleficus, 402.2
Maleficorum pœna, 82.2
Malum, 401.1.2
Mala manſio, 244.1
Malignis oculi eruti, 82.2
Malleoli, 303.2
Mamillam alteram obnoptam à mulieribus Chalcedoniis in alieni viri occurſu, 69.2
Mamilla, 402.2
Mamillare, 215.2
Manalis, 452.1
Manalia, 401.2
Mancipium, ibid.
Mancipia pileata vendita cur? 23.1
E lapide vendita, ibid.
Mancipiorum pretium ſal, 291.2
Mancipia pileata venibant ſub corona, p. 21.1
Mandya, 215.2
Mane vnde dictum, 188.2
Mane & Matutinæ horæ commendantur, p. 289.1.2
Mane, 452.1
Manes, ibid.1
Manium euocandorum ritus fuſiſſimè, 123.2
Mango, 401.2
Maniæ & Larium idem templum & ſacrum 144.2
Manicæ ſupplicium. 244.1
Manicæ, 215.2
Manicatus, 402.2
Manicatæ tunicæ olim probroſæ, pag. 16.1.2
Manilius primus à Patribus ad plebem deſciuit, 277.2
Manipulorum ſignum, 274.1
Manipulus quis? 296.1
Manipuli Romanorum inſignia, 271.2
Manipulorum ſitus in acie, 298.1
Eorum ſigna, ibid.
Manipulus quid? 164.1.2
Manna quid? 290.2
Manna lectum mane, 289.2
Mantellum, 215.2
Mantelum, Mantile, ibid.
Mantile, 402.2
Mantilia, 467.2
Manturna, 232.1
Manubiæ à Romanis nunquam reſtauratæ cur? 41.2
Manumiſſi tribus nominibus donati, 39.1
Manumittendi circunſtantiæ, 91.1
Manumiſſio per cenſum, & per Teſtamentum, ibid.
Manumiſſi inſignia, ibid.2
Manomittere, 402.1.& ſeqq.
Manutergium, 215.2
Manus admotæ in oraculo capiendo, pag. 141.2
Manus ſublatæ ad ſuperos quando, pag. 122.1
Manus auerſa ad oſculum, 53
Manu tacta ſimulacra ad adorationem, p. 53.2
Manus lauabant oraturi, 54.1
Manibus illotis quid? ibid. & 2
Item ſacrificaturi, ibid.
Manus pro ſcriptione vſurpata, 114.2
Manus extentæ in iurgio, 97.2
Manus exertæ in ſilentio indicendo. Per manuum extenſionem electio magiſtratuum facta, ibid.
Manus dextra contacta in gaudio. Manus capiti admota in diſcrimine, ibid.
Manus Sacerdotum cur oſculemur & Pontificis ſummi pedes, 118.1
Manus lotæ ante libationem, 181.2
Manus lotæ ante ſacra, 198.2
Item à precaturis, ibid.
Manus Iudicum oſculati ſupplicantes, pag. 178.1
In Manum conuentio quid; Adire manum, 199.1
Manus elatæ in gaudio, 152.2
Manus oſculari honoris ſignum, 141.1
Manus tactæ in gaudio, ibid.
Auerſa Manus oſculata, ibid.
Manus diuiſæ in precibus, 199.2
Manuum lotiones variæ, 126.2
Manus lotæ ad ſingulos miſſus, 129.2
Manus expedire, 475.1
Manus quis, 289.1
Manus, 401.2
Manus, 451.2
Mappa, 403.1
Mappa, 215.2
Marchio quis, 335.2
Marchio vnde dictus, 313.1
Mare, 403.1
Mare antiquis ſanctiſſimum, 6.1
Maria quando aperta & quando clauſa, p. 5.2
Mareſchalli vnde dicti, 335.3
Mariani muli, 308.2

Marina fœcunda, pag. 252.2
Marious, 452.1
Maritimis Diis qoomodo ſupplicatum, 122.1
Marinorum Deorum ſacruu, 7.1
Mariſca quid, 65.2
Maritus, 403.2
Mariti veſtes à quibos textæ. 231.2
Marmor, 40.
Mars, ibid.
Mars, 452.1
Per Martem milites iurabant, 60.2
Marſyas in foro poſitus, cur? 135.2
Martiæ Calendæ celebres, 2.5.2
Martiis Kalendis muuera miſſa, 173.1
Martyrum natalitia quid, 159.1
Maſſa ferri proiecta in iuramento, 87.1.2
Maſſagetarum religio, 1.4.1
Maſtrillyum quid, 136.2
Maſtruca, Maſtruga, 2 5.2
Matella, 30..2
Matuta, ibid.
Mater, Matrona, 452.1
Materfamilias, 403.2
Matrimonia cum peregrinis vetita, 163.1
Matrimonium vſu, 230.1
Matrona, 4 3.2
Matroois claues cellæ vinariæ ioterdictæ, 121.2
Matuta cœnantibus appoſita vel data, p. 19.2
Marutinæ preces & vigiliæ, 152.1
Maximinus manum, genua, & pedes oſculari ſibi patiebatur, 14 .1
Maximi Dij & eorum victimæ, 279.2
Mecaſtor, 404 1
Mecœnas an auctor ſcribendi notis, 41.1
Mecum vt voles, 404.1
Medicina vnde creuerit, 128.2
Medica menſa, 291.1
Medicus, Medicina, 404.1
Medici olim donati anuli iure, 128.1
Coiſibet morbo ſingulares. Ignobiles habiti, quòd iidem chirurgi, ibid.
Vnde medicamenta peterent, ibid.2
Medica facultas Deorum inuentum, pag. 127.2
Medici an olim ſerui, ibid.1
Principum amici, ibid.2
Medicis quantum debeatur. Medici quos honores aſſecuti: Medici reges, ibid.
Parabolani Medici, ibid. & 128.1
Medioxumi Dij, 179.2
Meditatio, 404.1
Meditrinalia, 134.2
Medius, 404.1
Medorum fœdus, 333.2
Megalenſis, 404.1
Megarenſium ritus ſepulcrales, 260.2
Mel, 404.1
Mel ſummis digitis delibandum, pagina 18.2
De Melle mellitiſque copioſè, pag. 290. & ſeqq.
Mel à ſacris excloſum, 317.1.1
Quibus libatum, 31.2
Mel ſoli libatum, 65.2
Mel an inebriet. ibid.
Mel & ficus à feriantibus eſæ, 64.2
Melæna, 215.2
Melicratum quid, 18.1
Melinus color, 126.1
Mellonymphi, 232.1
Membrana, 45:.2
Membra, 40.1
Memoria, ibid.
Mendicula, 2 5.2
Menophagia quando permiſſa, 163.2
Mens bona in votis publicis, 59.2
Menſæ antiquorum variæ, an opertæ, pag. 255.2
Menſam præcedit oratio, 152.1
Menſa res ſacra, ibid.
Menſæ genius, 124.1
Menſæ onuſtæ cur, 181.2
Menſæ appoſitæ non opertæ, 182.1
Cur Menſa ſemper plena, ibid.
Auguria ſuperſtitioſa Menſæ antiqoorum, ibid.
Menſa cur res ſacra, 181.2
Menſæ apparatæ ex victimis, ibid.
Sacra menſa quæ, ibid.
Menſæ ſecundæ cibi, 155.1
Menſæ benedictio, 165.1
Aute Menſam preces, ibid 2
Menſa ſacra, ibid. & 166.1
Ad Menſam ſedebant priſci, 19.1
In luctu item receotiores ſedebant, ibidem, 2
Menſa, 467.2
Menſa ſecunda, 18.2
Menſæ primæ cibi, 155.1
In Menſa ſecunda precationes, 166.1
Menſa nunquam relicta vacua, 181.1
Cur, ibid.2
Menſæ dicatio, 193.1
Menſa Ægyptia, 125.2
Menſæ Delphicæ, 330.2
Menſa ſacra, 68.1
Menſarum propoma, 290.2
Menſa Pythagoræ, 291.1
Menſa medica, ibid.
Menſæ reliquiæ mortuis parentatom, pag. 135.1
Menſa nonquam vacua, cur, 255.1
Menſes vnde dicti, ad Lunæ curſum exacti, 16..1. & ſeq.
Menſis quid. Menſis Phyſicus, Solaris, Lunaris, 265.2
Menſis politicus, ibid.
Deo quiſque ſacer, 266.1
Menſtrua, 452.2
Mentio, 4 4.2
Mentum, 451.2
Mentum raſit primus Alexander magnus, 100.2
Mentum in ſalutatione tactum, 117.2
Meridies negotiorum finis, 289.2
Meridiani, 405.1
Meridiani gladiatores. 329.1
Merces, 404.2
Mercuriale quid, 63.2
Mercurialia feſta ſeruorum, 273.2
Eleutheria feſta ſeruorum liberatorum, p. 1-3.1
Eleutherios Iupiter, ibid.
Mercurij poculom, 125.1
Mercurius pacis arbiter, 280.1
Mares liberat, ibid.

Mer

Mercurij ſtarua cum olla polentæ, pagina 171.1
Mercurij ſimulacrum magicum, 82.2
Mercurius gymnaſiorum inſpector, 73.2
Eidem libri inſcripti, 75.1
Gratis aſſociatus, ibid.
Mercurius communis, 65.1
Mercurius in veſtibulo, ibid.
Crumena eius ſtatuis addita, cur? 64.2
Mercurius non è quouis ligno, cur? 103.1
Mercurius cum marſupio depictus, 4.1
Mercurio à cœna libatum, 125.1
Et cur? ibid.
Mercurius vialis quis, 70.2
Mercurius palæſtræ præſes, 171.1
Mercurius damnatus quid, 177.2
Mercurius pictus in carcere, ibid.
Mercurius, 452.2
Mercurio litatum poſt cœnam, 124.2
Eiuſdem imago in lectorum fulcris, ibidem.
Mercurij ſors, 86.1
Mercurio libatum poſt epulas cur, 181.2
Mercurius, 468.1
Merenda quid, 253.1
Merendæ etymum, 346.2
Meretrix, 404.1.& ſeq.
Meretrices cur proſtibula dictæ, p.135.2.& 136.1
Interdum Meretricis & Proſtibuli differentia, ibid.
Meretrices alicariæ; proſedæ, buſtuariæ, diobolares, erraticæ, Summœnianæ, Suburranæ, ibid.
Scrantiæ, bliridæ, nonariæ, earum domus, coma, ornatus, ibid.2
De iiſdem Plauti locus, 137.1
Meretricum cognomina quædam, 178.1
Nomen quando mutabant. Reſumebant nomen reſipiſcentes, ibid.
Meretricij vectigalis primus inſtitutor, 161.1
Velum ante Meretricum ianuam, ibid.
Meretrices coronas ſuas donabant Veneri aut Cupidini, 135.2
Meretricum notæ quibus à matronis diſtinguerentur, 72.1
Meretrices permiſſæ à Solone, cur, pagin. 159.1
Meretrices poſt ludos proſtitutæ, 137.1
In Floralibus nudæ currebant, ibid.2
Meretrices clepſydræ dictæ cur, plerumque libertinæ: Quod earum templum & ſacrum, 119.2
Meretrices myrtum ore geſtabant, 110.1
Meretricius dies feſtus & mercatus; item habitus, 135.2
Meſochorus, 405.1
Meſſeniorum ſacrificium è quolibet animali, 102.1
Meſſis, 405.1
Metallarij qui, 237.1
Metallarius, 405.1
Ad metallum damnati, 217.1
Cum Metallis homines creati, 286.1
Metallum, Metallarij, 244.1
Metata quid, 34.2
Metatores caſtrorum. 309.1
Metator, 405.1
Methyſocottabi, 155.1
Metonis annus quis, 348.2
Metonis annus, 265.2
Metopomantes, 339.1
Metroum, 350.1
Mezentij ſupplicium, 245.1
Μεσαγκυλ qui. 8.1
Micatio digitorum, 323.1
Migrans, Migratio, 405.1
Militum prandium, cibus, 309.2
Potus, 310.1
Præmia & pœna, ibid.
Milites Imperatores Romanos eligebant, 58.2
Milites nummos non geſtabant, 78.2
Cœnabant ſimul & ad ſignum, ibid. & 79.1
Milites nunquam ſoli ad commeatum ibant vel redibant, 142.2
Milites quando diſcincti cœnarint, 79.1
Militum iuſiurandum, 87.2
Milites reorum cuſtodes, 145.1
Militum locatio, 298.2
Militum ſtigmata, 21.2
Miles, 468.1
Miles, 475.2.& ſeq.
Mileſius, 405.1
Militare, 475.1
Militaris, ibid.2
Militia matutina, 289.2
Milliare, 405.1
Mimus, ibid.
Minerua, 452.1
Mineruæ feſtum cur cum lampadibus, pag. 150.1
Minerua deprecatrix, 104.1
Miniſter, 452.2
Miniſtri ſacrorum, 201.2
Miniſter, 405.1
Miſer, ibid.
Miniſtri Magiſtratuum, 109.§.10.
Miniſtri libationis, 320.1
Minium, 452.2.& 405.1
Minium cur in titulis & capitibus adhibitum, 115.1
Miſericordiæ ara, 313.2
Miſſæ etymon, 201.2
Miſſæ quæ & vnde dictæ, 182.2
Miſſile, 302.2
Miſſilia, 405.1
Mitra, ibid.
Miſſio gladiatoria, 329.2
Miſſiones quotuplices, 310.2
Miſſio, 476.2
Miſſus Circi, 323.2
Miſſus quot in cœnis, 255.2
Miſſus primi qui, 155.1
Mitella, 216.1
Mithragyttes quis eſſet, 2.1
Mithriaca, 350.1
Mitra, 216.1
Mneſteria, 233.1
Modiperator, 255.1
Modiperatores. 121.2
Modius, 405.2
Mœchi ſemitarij, 136.1
Mœnia, 405.1
Intra Mœnia qui Dij collocati, 193.2
Mola, 442.2
Mola, 405.2

Mola

Mola in ſacris. p.197.2
Mollicina. p.216.1
Molochinus color. p.227.1
Moloſſorum fœdus. p.333.2
Monachi cur nomen mutent. p.167.2
Monarchia quando optima, p.285.2
Præſtantia eius. p.286.1
Moneta. p.405 2
Monophagi. p.318.2
Monoſyllaba nomina ſeruorum. p.21.1
Monſtroſi partus vſti. p.224.1
Monſtroſus. p.403.2
Monſtrum. p.405.1
Morborũ euétus ex oraculis cogniti. p.142.2
Morbus pandemius. p.108.1
Morbus. p.451 2
Morbus epidemius. p.108.1
Morbus, p.405.2
Morbus endemius. p.108.1
Mordebant terram perempti in bello. pagina 12.1
Morituri pulcherrimis veſtibus ornati. pagina 177.1
Morphaſmus. p.323.1
Mortui coronati. p.132.1.2
Mortuorum veſtes quæ p.234.1
Vbi Mortui, ibi olim ſepulti. p.93.1
Mortuus eſt, vox infauſta. p.93.1
Mortuis iuſta quibus facta. p.92.2
Mortui ſale conditi. p.292.2
Mortui quot Romæ,& quot nati,quo pacto ſciretur. p.7.2
Mortuis parentatum ex cœnæ reliquiis. p.135.1
Mortuorum veſtis alba. p 95.2
Mortuorum veſtes geminæ. p.96.1
Mortuis quid optatum ab antiquis. p 93 2
Mora prandium finiebant æſtate. p.20.1
Morum. p.405.2
Mos ad menſam ſedendi variarum gentium, variarum perſonarum, & variorum temporum. p.19.1
Mothon. p.323.1
Motus periodicus, p.465.2
Synodicus. ibid.
Mouere ſacra. p.452.2
Mu. p.406.2
Mugilis pœnâ adulterorum. p.57 2
Mulieres Romanæ cum maritis & filiabus ad menſam diſcumbebant. p 19.2
Honeſtiores tamen ſedebant. ibid.
Mulieres Græcæ cum maritis non diſcumbebant. ibid.
Mulierum abſtinentia à vino; cur oſculatæ: illarum potus. p.121.1
De his cognoſcebant cognati. ibid.
Mulieres an cum viris lauerint. p.76.2
Mulieres eruditæ non bene audiebant. pagina 172.2
Mulier. p.468.1
Mulier. p 452.2
Mulier. p.405.2 & ſeq.
Mulier. p.452.2
Mulſum vitam producit;eſt menſarum propoma : antecœnium 1 diſcrimen illius ab alica. p.290.2
Mulieres à conuiuiis excluſæ. p.347.1
Mullei qui & quorum. p.15.2
Mullei. p.216.2

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Mulſum ex quibus fieret. p.18.1
Mulſi commoda. p.18.1
Mulſum. p.452.2
Dictum Pollionis de Mulſo. p.18.1
Mulſum. p.406.1
Mulſi nomina varia. ibid.
Mulſa aqua. ibid.
Mulſum. p.468.1
Mulſum datum ab Imperatore militibus. p 18.2
Mulſum in funere quando potum. pagina 257.2
Mulſum datum in funere. p.235.1
Mulſum antecœnium celeberrimum. pagina 18.1
Mulcta quid. p.190.2
Mulcta. p.405.2
Multitia. p.216.1
Mulus. p.406.1
Munerarius quid. p.328.1
Munerarij ludi. p.270.2
Municeps. p.406.2
Munifices. p.476.2
Munifices. p.307.1
Munus gladiatorum. p 328.1
Munera hoſpitalia. p.333.1
Munus. p.406.1
Muralis coronâ quæ. p.132.2
Murices quid. p.144.2
Murtia Venus. p.119.2
Mus, p.406.2
Muſarum numerus, numerus conuiuarum. p. 61.2
Muſæum. p.406.2
Muſca ænea. p 323.1
Muſcarum abigendarum ſacrum. p. 41.2
Muſcæ importunitas Muſca importunior. Muſcarum Deus. Muſcæ paraſiti & importuni hoſpites. Muſcæ abſunt ab Olympiis. p.141.2
Muſcarum aculeis expoſiti. p. 44 2
Muſca. p 406.2
Muſculus bellicus. p.300.2
Muſica cœna p.155.2
Muſica conuiualis apud Græcos & Romanos. p 120.2
Muſica in epulis. p.120.1
In epulis Muſica. p.120.1
Muſica. p.406.2
Muſtum ante vinalia non delibatum. pagina 134.1
Mutina. p 251.1
Mycitus. p 216.1
Myiagrus Deus. p.141.2. & 142.1
Myinda. p.323.1
Myrmillo. p.319.1
Myrmillo. p 406.2
Myodes muſcarum Deus. p.141.2
Acharon. p.141.2
Myrtea corona Veneri ſacta. p.120 2
Myrtus. p.453.1
Myrtus. p 468.1
Myrtus ore geſtata à meretricibus. pagina 120 1
Capra venalis cum myrto : Myrtus in ſepulcris, aris & coronis. Myrtus ſignum datum canendi. ibid.
Myrtus cui ſacra & vbi adhibita. p.119.2
Myrtus,Myrteus. p.406.2

Myrtus riſum excitans. p.81.1
Caſtitati inimica. ibid.
Myſterium. p.453.1
Myſteria. p.78.1
Myſi ſue abſtinebant. p 47.2
Myxoſa quid. p.150.2

N

N. L. quid. p.359.2
N. L. p.406.2
Naris. p.406.2
Naſamonum fœdus. p.335 2
Naſturtium. p.406 2
Naſus. p.406 2
Natalis. p 406.2.& ſeq.
De Natali die. p.331.1
Natalitij ritus. p.157.2
Natalitia martyrum cur ita vocata. p.27.1
Natalitia martyrum mors eorum. p.159 1
Natalitia celebrantes. p.157.2
Natalitia cõuiuia. p.330.1
Natalitia duplicia. p.158 1
Natalitia annua. Munera miſſa natalitiis. Conuiuia in Natalitiis. Natalitia ſacrorum. ibid. & 159.1
Natalitium ſacrum. p.199.1
In Natalitiis Auguſtorum in reos non animaduerſum. p.178 1
Natatio exercitium Roman. p.309.2
Natare pueri cum literis diſcebant. p.32.1
Nati quot Romæ quomodo ſciretur. p.7.2
Nati in acta publica relati. ibid.
Naualis militia viliſſima. p.299 2
Naualis corona quæ. p 252.2
Naufragium. p.4 7 2
Naufragio ſeruati crines radebant. p.99.1
De Naufragio locus D.Pauli. p.99.1
Naues onerariæ velis actæ. p.45.1
Naues luſoriæ. p 313.2
Naues turritæ. p.44.2
Nauis luſus. p.324.2
Nauis purgationes. p.9.2
Nauis, Naualis. p.407.1.2
Naues Athenienſium vſui publico deſtinatæ. p 6.1
Nauem conſcendentium formula. p.37.2
Nauium tutela quid. p.8.1
Inſigne Nauis. ibid 2
Nauis dedicatio & piacula. p.9.2
Naues coronatæ, in portu. p.9.1
Naumachia. p.327.2
Nauta, Nauigatio. p.407.2
Nautæ Herculi ſacrificabant. p.107.1
Neceſſitatis & violentiæ templum clauſum apud Corinthios. p.52.2
Necia feſta quæ. p.179 2
Necromantes. p.339.1
Necromantia. p.408.1
Nefas. p.407.1.& 408.1
Nefaſtus. p.408.1
Nefrendes quid & vnde dicti. p.47.2
Negotiorum horæ. p.289.2
Negotio peracto quid acclamatum. p.134.2
Negotiator, Negotium. p.408.1
Nemeæa. p.270 2
Nemeſis. p.453.1
Nemus. p.408.1
Neogeum. p.216.1
Neomenia. p.408.1
Nephalium. p.453 1
Nephalia ſacrificia quæ. p.132.1
Nephelomantes. p.339.1
Neptunus Circi præſes. p.171.1
Neptunus. p.453.1
Neptuni ſacrum. p.7.1
Neronis in Chriſtianos ſæuitia. p.243.1
Neronis inuentum de gelato vino. p.105.2
Neurobatæ. p 324.1
Nex. p 408.1
Nexus. p.408. 1
Nerui pœna quid. p 245.1
Nibatiſmus. p.323. 1
Niger. p 408.1
Niger color. p 226. 1
Nigredo vnde. p 281. 1
Nilus. p.408.1
Nobilitatis inſignia. p 91.2
Nobilis, Nobilitas. p 408.1
Noctu ſupplicium apud Romanos non ſumptum. p.178.1
Noctua captiuorum Athenienſium ſtigma. pag.23.1
Noctua. p.477 1
Nodi ſoluti in Lucinæ ſacris. p 69.2
Nominis mutatio quandonam fieret. pagina 167. 1.& 2 & p.168. 1
Nomina Deorum duplicia, cur. ibid.
In nominis impoſitione dona miſſa. p.157. 1. & 2
Nomen infanti quando poſitum. p 27.1
Nomen. p.408.1.& 2
Nomina tria habere. p.38. 2
Nomen. p.477 1
Nomen Dei in ſacro celatum. p.214.1
Nominis imponendi ritus. p.27 1
Nomina polyſyllaba herorum. pagina 20. & 21
Nomenclatoris etymon. p.118. 1
Nomenclatoris officium: Candidatis interdicti nomenclatores: fartores dicti, cur. Eorum munus in epulis. p 118 2
Velum alleuabant. p.118. 1
Nominalia quando. p.330. 2
Nominalia. p 408.2
Nomophylaces qui. p.36. 2
Nonariæ meretrices. p.136 2
Nonus dies naſcentium & morientium celebris. p 258. 1
Noſſides. p 216 1
Nothi terræ filij appellati. p 38 2
Notæ. p 408. 2
Notis ſcribendi quis primus auctor. p.41.2
Notæ eximere, vel dedere, quid. p.38. 2
Nouemdiale ſacrum, Nouendiales ludi, pagina p.257. 2. & p.258. 1
Nouemdiale ſacrum. p.176.1
Nouemdiale ſacrum. p 224 2
Nouilunia à præconibus indicata. pagina 162. 2
Olim à Pontifice minore notata. ibid.
Deprehenſa à Cynocephalis. ibid.
Nouilunia ſacra apud Athenienſes. pagina 163.1.
Conuiuia in nouiluniis celebrata. ibid.
Nouilunium. p 408. 2
Noui homines. p 41.1
Nox. p 408. 1

Nox.

Nox. p.477.1
Noctis diuiſio: Noctis partes. p.266.1
Noxius. p.408.2
Nubium expiatio. p.224.2
Nudatio. p.408.2
Nudare. p.477.1
Nudipedalia ad pluuiam. p.211.1
Nudus. p 408.1
Nudus, Nudipedalia. p.453.1
Numæ abſtinentia. p.138.2
Numa religioſiſſimus: Religionis inſtitutor. p 185 1
Sub illo nulla imago aut ſimulacrũ. 185.1
Numæ ſacrorum ratio. p.196.2
Numa pacificus, cur ita dictus. p.101.2
Numeliæ, quid. p.145.2
Numerus. p.409.1
Numerus certus apud antiquos pro incerto vſurpatus. p.80.2
Numerius. p.408.2
Numerare. p.408.2
Numicius, Numen. p.413.1
Numularius. p.409.1
Nummos modio metiri. p.348.1
Nummus. 408.1.& ſeq.
Nummi litigantium depoſiti quomodo. p.3.1
Nummos non portabant milites. p.78.2
Nuncij Perſarum velociſſimi. p.79.2
Nuncius. p.409.1
Nundina Dea quæ. p.27.1
Nundinæ. p.409.1
Nuptiæ antiquorum. p 228.& ſeqq. fusè.
In Nuptiarum auſpiciis tellus inuocata. p.199.2
Sacrum in Nuptiis neceſſarium. ibid.
Nuptiæ vnde dictæ. p.225.2
Nuptiæ ſecundæ quo ritu celebratæ. p.229.2
Acclamationes Nuptiales. p.232.1
Nuptæ nouæ coronatæ. p.230.2
Nuptiarum tempus infauſtum. p.229.1
Nuptæ Romanæ cum Romanis. p.229.1
Nupta noua ſublimis limen tranſibat. pagina 231.1
Laus nouæ nuptæ. ibid.
Nuptialia ſimulacra. p.231.2
Nuptiale ſacrum. p.199.1
De Nuptialibus legibus. p.261.2
Nuptialis ritus. p.757.1
Nuptialia ſacrificia. p 219 2
Nuptialis cœna. p.231 1
Nuptialia munera. p.233.1
Nutus. p.409.1
Nux. p.408.2
Nuces ſparſæ in nuptiis. p.131.1
Nucum luſus. p 323.1
Nyctileia. p 77.2
Nyctipedeces. p 216.1
Nympha p 453.1
Nymphides. p.216.1

O

Obæratus. p.409.1
Obæratorum nomina columnis inſcripta. p.178.1
Obeliſci Circenſis forma p.325.2.& 326.2
Obeliſci ferrei quid. p.245 2
Oblationes pro mortuis. p.94.2
Obnuntiare. p.409.2

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Obolus. p.409.2
Obſes. p.409.2
Obolus & Offa in ore mortuorum cur. p.235.2
Obſecratio quid; vbi facta, obſecrare quid. p.200.1
Obſequentes gladiat. p.329.2
Obſeruatio. p.409.2
Obſides redimiculo purpureo caput operiebant. p.72.1
Obſidio. p.199.2
Obſidionalis corona. p.251.2
Obſonia. p.409.2
Obſoniorum inuentores quanti habiti. pagina 156.2
Obſoniuori helluones qui. p.21.2
Obſtetrix. p.409.2
Obteſtatio. p.453 2
Obteſtatio. p.409.2
Occidere. p.409.2
Occurſus. p.409.2
Oclaſma. p.323.1
Ochra color. p 227.1
Ocinſus. p 409.2
Ocrea. p.216.1
Ocrea. p.409.2
Ocreæ. p.305.1
Ocrea quotuplex. p.210.2
Oculi Magiſtratus Athenienſes cur dicti. p.121 1
Oculi morientium clauſi & cur. p.233.2
Aperti ſupra rogum. p.234.2
Per Oculos iurare. p.88.1
Oculus. p.409.2
Odeum quid. p.327.2
Odij Prouerbia. p 349.2
Odontia quid. p.331.2
Offa in ore mortuorum, cur. p.235 2
Offenſio. p.4 9 2
Officinſus. p.409.2
Ohe. p.409 2
Oecuria. p.63.1
Oenopta. p 468.1
Oenopteria. p.532.2
Oleæ ramus tutelæ affixus. p 9.1
Olea prouidentiæ ſymbolum. ibid.
Olea. p.410.1
Quando Olea coronatæ naues. p.9 1
Oleacea corona in puppi. ibid.
Oleæ ramus ſupplicum inſigne. ibid.
Olea, Oleum. p.453.2
Oleæ ſurculus præmium Epimenidis. p.56.1
Oleæ ramus ſupplicum lana vinctus. p.55.2
Oleaginæ virgæ à ſupplicantibus Græcis vſurpatæ p.178.2
Oleatius, Oleaſter, Oleum. p.410.1
Oleaſter ante Deorum templa. p 55.1
Oligarchia p.284.2
Oliua coronata in nuptiis. p.228.2
Oliuæ inter cœnæ initia. p.17.2
Olla. p.410.1
Ollæ luſus. p.323.2
Olla ænea. p.245 2
Cum Ollis aræ dedicatæ. p.171.1
Ollæ extares. ibid.
Statua Mercurij cum Olla depicta. ibid.
Olla oſculationis genus. p.117.2
Olla petita in nuptiis. p.157.1
Olera autocœnium. p 174.1

Index Rerum,

Olympia. p.270.2
Ab Olympiis muſcæ abſunt. p.141.2
Olympicorum certaminum indices. pagina 98.1
Olympicus, Olympionices. p.410.1
Omina triſtia. p.209.1
Omeo. p.410.1
Omilla. p.323.2
Omnes. p.410.1
Oneſteria feſta. p.100.2
Oniromantes. p.339.1
Onobatis mulier quæ. p.57.2
Onus. p.410.1
Operio. p.410.1
Opigena. 453.2
Opima ſpolia. p.477.1
Opiſtocrepides. p.216.1
Opiſtoſphendone. p.216.1
Oppetere mortem quid. p.11.2
Oppidani. p.477.1
Oppidum. p.410.1
In Oppugnatione Dij euocati. p.96.1
Oppugnatio. p.477.1
Ops. p.453.2
Opſonium vnde dictum. p.156.2
Qui pararent. ibid.
οπτήρια quid. p.173.1
Opteria. p.233.1
Optimatum adminiſtratio optima. pagina 285.2
Optio. p.477.1
Optiones qui. p.296.2
Opto. p.410.1
Oraculum. p.410.2
Oracula ſcripta,&vbi. p.66.1
Oraculorum duplex genus. p.66.1
Dies ſtati iis edendis. Oraculorum initium. ibid.
Vbi data. ibid.1.2
Oraculi reſignati pœna. p.143.1
Oracula vbi edita. ibid.
Sortes in flumen proiectæ. p.143.1
Oraculorum varius ritus. p.142.2
Manus ad aures admotæ in oraculo capiendo. p.142.2
Morborum euentus ex oraculo cogniti. ibid.
Oracula conſulentibus ieiunium indictum. p.138.1
Ex Oraculis ſtipes collectæ. p.2.2
Orarium. p.410.1
Orarium. p.216.1
Orarium quid. p.122.1
Oratio. p.410.1
In Oratione Deos præfati. p.166.1
Oratio funebris prima. p.234.1
Orans. p.453.2
Orandi modi quinque. p.196.2
Orator. p.410.2
Oratores humero exerto. p.59.2
Orba. p.411.1
Orbiculare quid. p.246.1
Orchematice ode. p.120.1.2
Orcheſis quid. p.320.2
Orcheſtra quid. p.327.2
Orcomoſia. p.356.1
Ordinarij gladiat. p.392.1
Ordinarij gladiatores. p.14.1
Ordo militaris. p.477.1
Orgeones qui. p.192.1
Orgeonicæ cœnæ. p.155.2
Orgia. p.453.2
Orga. p.78.1
Orgia vnde orta. p.77.2
Orgiani etymon. p.77.2
Oriens. p.453.2
Ornamentum. p.411.1
Ornamenta militaria. p.511.1
Ornamenta mulierum. p.210.2
Ornamenta triumphalia. p.252.1
Ornamenta varia corporis. p.221.1
Ornithia. p.323.2
Orphinæ. p.216.1
Orthion quid. p.260.1
Orthoſtadiæ. p.216.1
Ortygocopus. p.322.2.& p.323.2
Oſcilla. p.411.1
Oſcillatio. p.323.2
Oſcines aues. p.186.2
Oſcines aues. p.35.2
Oſcines. p.411.1
Oſcinum tripudium. p.168.2
Oſcinum tripudium. p.351.2
Oſculum manus adorationis ſignum. p.53.2
Oſculum. p.453.2
Oſculum diminutiuum pro paruo ore ſæpè dictum. p.139.2
Sæpè pro baſio, vnde *oſcula libare*, &c. ibid.
Oſcula in omni ferè corporis parte adhibita. p.139.1.& 140.1
Oſculantes pueros auriculas apprehendebant. p.140.1
Item crines. ibid.
Oſcula per anulos miſſa. ibid.
Oſculis Dij appetiti ab Ethnicis. p.118.2
Oſculum manus fidelitatis ſignum. pagina 54.1
Oſculorum ludi. p.118.1
Oſculum, Oſculari. p.411.1
Oſculationes variæ in ſalutationibus. pagina .117.2. & 118.1
Oſchophoria. p.453.2
Oſchophoria. p.54.2.& 55.1
Os. p.453.2
Oſſa. p.411.1
Oſſa occiſorum. p.477.1
Oſſa lecta è rogo & cinere per quos. pagina 175.2
Eadem lacte & vino ſparſa per quos. p.176.1
Oſſa mortuorum diſperſa interdum. pagina 235.1
Quinam ea legerent. ibid.2
Oſſarium quid. p.253.2
Oſſilegij modus. p.235.2
Oſtentorum luſtratio. p.224.2
Oſtia, Oſtiarij. p.411.1.2
Oſtomachia. p.323.2
Oſtracinda. p.323.2
Oſtraciſmus. p.248.2
Oſtraciſmus. p.411.2
Oſtrinus color. p.218.1
Otho. p.216.1
Othonis funus. p.261.1
Otij ſui an ratio reddenda. p.334.1
Ouatio quid; Ouationis cauſa, pompa, victimæ. p.151.2

Ouans

Ouans primus. p.251.2
Ouatio. p.477.1
Ouium luſtratio. p.221.2
Oues. p.411.2.
Ouum. p.411.2
Ouum in prima menſa. p.17.2
- Sale conditum. ibid.
Oua in nuptiis inauſpicata. p.238.1
Ouum. p 453.2
Oua ad purgationem adhibita. p.9.2
Oxobata. p.216.1
Oxygarum idem ac Garum. p.17.1
Oxypederatinæ. p.216.1
Oxythymia quid. 10.1

P

PActum. p 411.2
Pæanes. p.477.1
Pæan hymnus. p.344.1
Pæan quotuplex cantatus. p.251.1.2
Pæanice ode. p 120 2
Pæan duplex. p.299 1
Pædagogi puerorum tantum. p.29.2
Pædagogus. p.411.2
Pædagogi quandiu erant. p.30 1
Pædotrophia. p 411.2
Παιδοτριβία quid. p.158.1
Paganica pila. p.321.2
Pagus. p.411 2
Palæſtra quid. p.320.2
Palæſtræ locus. p.269.1
Palæſtra quid. p.73 2
Palæſtra. p 326.2
Palæſtræ Mercurius præſes. p.371 1
Palæſtra. p.411.2
Palam factum in funere, quid. p.175.2
Palaria. p.309.1
Palaria exercitatio. p 477.1
Palatini Comites. p.335.1
Palilia Romæ. p.158.1
Palilia ſacra. p.222.2
Palla. p.216.2
Palla. p.411.2
Palladium. p.453.2
Palliare. p.40.1
Palliaſtrum. p.216.2
Pallium. p.411.2
Pallium. p.216.2
Intra Pallium Græci manus continebant. p.40.2
Pallor, Pauor Dij. p.101.2
Palma. p.454.1
Palma. p.411.2
Palma victoriæ ſignum apud quos. p.149.2
Palma. p 477.1
Palmata. p.216 2
Paludamentum. p.297.2
Paludamentum. p.216.2
Paludamentum quotuplex. p.210.2
Paludamentum. p.412.2
Paludamentum. p.477.1
Palus dentatus. p.242.2
Pali præacuti. p.245.2
Palus. p.477.1
Pamylia. p.350.1
Pan, Panicus. p.454.1
Panathenaica. p.454.1
Panathenæa Græcorum. p.6.2
Eorum origo. ibid.
Magna & parua. Ibid. & p.7.1
Panathenea. p.318.2
Pancratiaſtæ. p.170.1
Pancratiaſtæ. p 326.2
Pancratiaſtarum ſortitio. p.287.1
Pancratium. p.269.1.2
Pancratium. p.412.1
Panda Dea. p.314.2
Pandemius morbus. p.108.1
Pandicularis dies. p.109.1
Panegyra feſtum ſeruorum. p.23.1
Panis. p.412.1
Panis qualis in cœnis. p.250.1
Panis & ſal duo fœderum inſignia. p.334.1
Panis. p.477.2
Panis geſtatus in nuptiis. p.263.1
Pannicularia. p.216.2
Pannus. p.216 2
Paonus. p 412 1
Pariuiſchyſmus. p.318 1
Panthera. p.412.1
Pantheon Romæ. p.109.1
Pantomimus. p.412.1
Papauer. p.412.1
Papauer. p.468.1
Papaueris ſemen inter bellaria. p 155.2
Papaueris folia quomodo amorem ſignificarent. p.149.1
Pappa. p.454 1
Par. p 412.1
Par, impar luſus. p.323.2
Parabolani medici. p.127.1. & 128.1
Parabolus. p.117.2
Parabolare quid. p 127.2
Parachlamys. p.216 2
Paradæ. p.216.2
Paragauda. p.216.2
Paralos quid. p.5.2
Paralurges. p.216 2
Paranymphus. p.232.1
Parapechy. p.216 2
Παράσημον nauis quid. p.8.1.2
Paraſiti qui. p.347.1
Paraſitus. p 412 2
Paraſitus. p.454.2
Paraſiti opſonatores. p.156.2
Paraſiti horas nuntiabant. p.33.2
Paraſiti olim publicè Athenis enutriti. pagina 24 2. Ad omnia parati; ibid.
Ab Heliogabalo floribus oppreſſi: Sacerdotibus æquiparati. ibid.
Paratilmus. p 245.2
Parazonium. p.14.1
Parentalia vnde dicta. p 257.2
Parentatio, quid. p 94.1
Parentantes ſedebant. p.236.1
Parentes. p.412.1
Parentum auaritia in mercede perſoluenda. p.31.2. & 32.1
Parentes occiſorum. p.477.2
Parentum vitia contagioſa. p.31.1
Parietes. p.412.1
Parietes cerati. p.46 2
Parma. 304.2
Parma alba. p.477.2
Parnacides. p.216.2
Parochi qui. p.331.2
Parochus auſpex. p.331.1

Parœci. p.266.2
Parricidarum pœna. p.146.2
Parricida primus. ibid.
Parricidarum pœna. p.239.2
Parricidæ. p.412.1
Partes corporis ſingulæ Diis conſecratæ. p.118.2
Parturiens. p.454.2
Partus monſtroſi vſti. p.224.1
Paryphes. p.216.2
Paſſum. p.468.1
Paſtophori qui. p.191.1
Paragium. p.216.2
Pater patratus quis. p.114.1
Patrum reuerentia. p.159.1
Pater Iudex in cauſa filiorum. p.57.1
Patrum honores. p.159.1
Patet. p.412.1
Patet patratus. p.187.2
Pateta. p.477.2
Patibulum à cruce quomodo differt. pagina 239.1
Patibulati qui. p.247.2
Patina. p.468.1
Patricij qui & eorum auctoritas. p.278.1
Patricij maiorum gentium. p.179.1
Minorum. ibid.
Patricij plebeij facti. p.277.2
Patricij Senatores qui. p.203.1
Patriciorum puerorum inſignia. p.205.1
Patricij quot nomina haberent. p.38.2
Patricius. p.412.1
Patricij duplici nomine. p.38.2
Patrimonium. 412.2
Patroni corona donati. p.353.1
Patronus non dominus. p.353.2
Patroni & amici dicti genij. p.141.2
Patroni ſtatuas ſuas præ foribus ædium ſuarum collocabant. p.116.1
Patronus. p.412.2
Pataici Dij. p.8
Pauentia. p.454.1
Pauimentum. p.468.1
D.Pauli ſtigmata quæ. p.22.2
Pauor Deus. p.101.2
Pauperum ſepulcta. p.235.2
Pauper. p.454.1
Pauper. p.412.2.& ſeq.
Pauſanemus. p.350.1
Pauſicape quid. p.20.1
Pacem ſanitatemque petentes. p.86.2
Pacis templa. ibid.
Pacis ſimulacrum. ibid.
Pacem petentes. p.477.2
Pacis Templum à quo primum ædificatum. p.101.1
Pacis Templum frequentatum ab ægrotis. ibid.2
Simulacrum Pacis. ibid.
Pectines ferrei. p.245.2
Pectorale. p.216.2
Pectus coronatum. p.131.1
Pecudes. p.413.1
Peculium. p.413.1
Pedarij Senatores. p.203.1
Pecuniæ ſparſæ in lætitia. p.342.2
Pecuniæ apud Veſtales depoſitæ. p.3.2
Tabulæ apud eaſdem depoſitæ. ibid.
Pecuniæ ſacculi anulis obſignati. p.2.2
Pecunia Græcorum publica vbi collocata. p.2.1.2
Pecunia cuſa in nuptiis. p.229.2
Pecunia. p.454.2
Vultibus nubentium ſignata. p.ſeq.
Pecunia Romanorum vbi aſſeruata. p.2.1
Pecunia. p.477.2
Pecunia. p.413.2
Pecuniæ ſignandæ ritus antiquus. p.3.1
Pecuniæ poſitæ in ſinu Deorum. p.4.2
Pecunia in Templo Hieroſolimitano collocata. p.92.1
Pedes. p.413.1
Pedites. p.477.2
Pedicæ quid. p.245.2
Pedilon. p.216.2
Pediſequi pecuniam dominorum geſtare ſoliti. p.4.1
Pedules. p.216.2
Pegmata theatri. p.328.1
Pegmares. p.329.1
Peloria. p.318.2
Pelyntra. p.217.1
Pellex. p.413.1
Pellicea. p.218.2
Pellium vſus in templis. p.24.1
Pelles ſtratæ lectis. p.153.2
Pellis. p.413.1
In Pellibus antiqui dormiebant. pag.23.2. & 24.1
Pelta. p.304.2
Penates vbi locati. p.117.1.& p.454.2
Penates Veſtalibus crediti. p.151.1
Penetralia. p.454.1
Peniculamentum. p.217.1
Penna. p.413.1
Pennati Dij. ibid.
Penſiles lecti. p.110.1
Pentalitha. p.323.2
Pentaplum. p.269.2
Pentathlum. p.270.1
Pentectenes. p.117.1
Penteſyringon. p.143.2
Penulam ſcindere quid. p.162.1
Penula quotuplex. p.110.2
Penula. p.413.2
Penula. p.217.1
Penulams. p.454.2
Peplum quid. p.251.1
Peplum Mineruæ quid. p.7.1
Peplum. p.413.1
Peplum. p.237.1
Pera. p.413.2
Pera. p.217.1
Perduellio. p.413.2
Perforare. p.414.1
Pergræcari quando turpe. p.168.2
Pergula locus Scottorum vilium. p.168.2
Pergula. p.414.1
Peregrinantium ſacrum. p.199.1
Peregrinus. p.454.2
Peregre, Peregrinus. p.413.2.& ſeq.
Peregrini Neptuni filij nuncupati. p.38.2
Perenne. p.414.1
Peribatis. p.217.1
Periblemma. p.217.1
Periclyſis. p.217.1
Periculum. p.414.1
Periculum. p.454.2

Perileuca. p.217.1
Perineſſa. p.117.1
Perinoma. p.217.1
Perioeci. p.288.1
Periodicus motus. p.265.2
Periodo vincere. p.327.1
Periodo vincere. p.170.2
Peripetaſma. p.217.1
Peripexides. p.217.1
Peripoli qui. p.281.1
Περίῤῥαντις quid. p.76.1
Perirrhanſis quid. p.123.1
Periſcelis. p.217.1
Periſcylaciſmus. p.224.1
Peiiſcylaciſmus. p.350.1
Periſphyrion. p.217.1
Periſtiarchus quid. p.222.2.& 224.1
Periſtroma. p.217.1
Peritethion. p.217.1
Periurus. p.414.1
Perizomata. p.217.1
Perizonium. p.217.1
Pernoctare, p.454.2
Pero. p.217.1
Perſica. p.414.1
Perſæ. p.414.2
Perſarum fœdus. p.333.2
Perſarum ſepeliendi modus. pagina 259.2. & 260.1
Perſarum modeſtia coram Regibus. pagina 40.1
Perſæ cum pellicibus accumbebant menſæ. pag.19.2
Perſæ verno tempore ſolùm ſponſalia contrahunt. p.229.2
Perſarum mos educandi liberos. p.3.2
Perſæ veſtibus diſtincti. p.50.1
Perſarum opinio de Deo. p.194.2
Perſarum nulla templa. ibid.
Perſarum ſacrificium. ibid.
Perſona. p.414.1
Pertinax Imp. verbis liberalis, re verò ſordidus. p.85.2
Peruigilia quæ & quando. p.196.2
Reſponſa Deûm in peruigiliis.
Pes, Pedeſtris. p.477.2
Pes ſiniſter in ſacris exutus. p.164.1
Pedibus nudis Deus adoratus. p.164.1
Pedum oſculatio quorum propria. p.117.2
Pedes oſculandos qui primi præbuere. pagina 118.1
Pedibus nudis priſci incedebant. p.15.2
Pes. p.454.1
Peſtis Italiæ ann. 1630. & 1631. pag.107.2. & 108.1
Peſtis tempore mos Athenienſ. pag.55.1.
Peſtilentia Romæ. p.108.2
Peſtis luſtratio. p.221.1
Peſtis Attica. p.108.2
Peſtis. p.414.2
Petaſus. p.217.1
Petaurum. p.315.2
Petitor. p.414.2
Petronij laus. p.347.1
Petronij laus. p.61.1
Pexa. p.217.1
Peza. p.217.1
Phæaces cum mulieribus diſcumbebant pagina 19.2
Phæciolſon. p.117.2
Phæcaſos. p.217.2
Phæninda. p.323
Phallicum carmen, p.344.1
Phageſia quid. p.318.1
Phalanx. p.296.2
Phallus. p.414.2
Φαρμακοὶ qui. p.222.1
Pharos. p.217.2
Phiala aurea data ſponſo à ſponſa. p.157.2
Phidiiia p.315.1
Phiditia quid. p.125.1
Phiditia. p.39.2
Philelle. p.323.2
Philetica cœnæ. p.155.2
Philetica conuiuia. p.316.2
Philoſophica cœna. p.155.2
Philoſophi Athenis pulſi & reſtituti. pagina 169.2
Philoteſia, Philoteſius crater. p.147.1. & 2. & 148.1
Philotheſius crater quis. p.255.1
Phittameliades. p.323.1
Phocionis modeſtia. p.40.1
Phœnices filias proſtituebant. p.137.2
Phœnices ſue abſtinebant. p.47.2
Philyra. p.414.2
Phryginda. p.315.2
Phrygius p.414.1
Phylacterium. p.217.2
Piacula per Pontifices procurata. p.190.1
Piamenta quid. p.125.1
Piatrix quæ. p.125.1
Piceæ ante fores defunctorum. p.234.1
Pictura. p.414.2
Picumnus. p.454.2
Picumnus. p.144.1
Picus & Pilumnus Dij auſpiciis coniugalibus præſidentes. p.27.2
Pigmentum. p.414.2
Pila in ſphæriſterio. p.169.1
Pila. p.414.2
Pila. p.477.2
Pilæ genera. p.321.1
Παλλὰς Minerua cur. p.169.1
Pileus. p.117.2
Pileus libertatis indicium. p.173.2
Pileus quotuplex. p.210.2
Pileus, Pileatus p.414.2
Pileus quid, vnde dictus; an priſci illo vſi. p.68.1
Pileati qui. ibid.
Pileus p.454.1
Pilicrepi. 76.1
Pietas Romanorum in peſte. ibid.
Pilum. p.477.2
Pilum quotuplex. p.305.1
Pilumnus. p.414.1
Pilumnus Deus. p.27.1
Pilus qui. p.296.1
Pilus. p.414.1. & ſeq.
Pinachoteca. p.415.1
Pinguiorum puerorum pœna. p.30.1
Pinnirapus. p.415.1
Pinus. p.454.2
Piratica. p.415.1
Pithœgia. p.317.2
Pithœgia quæ, vnde dicta. p.333.2
Pituitæ damnum. p.119.1

Piſcarij fori lex Piſis. p.153.2
Piſcatores ſtantes in foro Piſcatorio. pagina 153. 2
Piſcatores. p.415. 1
Piſcatorius luſus. p.324.2
Piſcarorum ludi. p.154. 1. & 2
Piſcina ad remplum. p.192 2
Piſces venales vetitum aqua aſpergere cur. p.154. 1
Iuſſum mortuos vendi, ibid.
Piſces ſacri Ægyptiis. An immolati. Piſcis pro anima immolatus, ibid.2
Piſcium eſus Homeri tempore, Veteres piſcium haud appetentes. p.154 2
Piſcis nefarium repræſentat. ibid.
Piſce ſanior. p.151. 1
Piſcium pretium in tabella publicè expoſitum, p.153.2
Piſces delicatiorum cibi. p.61.1
Piſcis imperium maris innuit. p.7. 1
Piſces quanti apud antiquos. p.21.2
Piſcibus cur Heroës non paſcerentur. pagina 183. 2
Piſces. p.415.2
Piſom. p.415. 5
Piſtores, Piſtrinum. p.415 1
Placent. p 415. 1
Placentia. p 468.1
Pix. p.414 2
Placenta vigilantium in conuiuiis præmium. p.131. 2
Plaga. p.217. 2
Planetæ quibus ætatibus deſtinati. p.31.2
Plaſtrum. p.217 2
Platoni honos habitus & cœna quorannis in eius honore inſtituta, p 89
Platonis cœna. p.155. 2
Plauſus quid. 511.2
Plauſus. p.415.1
Plauti laus, p.140.2
Io plebeios Romanos quis primus nobilium adſcitus. p 277. 1
Plebeij à Patriciis adoptati. p.277.2
Plebeij facti. ibid.
Plebeij qui & quæ eorum auctoritas. pagina 278. 1
Plebeios, p 415. 1
Plebiſcitum. p 415. 1
Plebis ſepultura. p 172 2
Plenilunium nuptiarum rempus. p.229 2
Plenilunium. p.415.1
Plocion. p.217. 2
Plumbatæ. p 245.2
Plumbeus. p 4 5 1
Plumbi liquidi ſupplicium. p.146.2
Plutei quid. p.300.2
Plutonis remplum clauſum apud Eleos, pagina 52. 2
Pluto. p 454.2
Podium. p 454. 2
Pluuiæ petendæ ritus apud Græcos & apud Romanos. p 110 2
Modus eliciendæ pluuiæ. p.111.1
Pluuius Iupiter. p.111.1
Pluuia repentina rropica dicta. Nudipedalia ad pluuiam. p.111.1.
Sacra ad pluuiam auertendam, ibid.
Pluuiæ perendæ ſacrum. p.223.1
Pluuia, p 415. 1
Pocula hauſta quot literæ in nomine amicarum. p.124. 1
Poculum à cœna temperatum. p.130. 1
Ad Pocula quomodo progreſſum. pag.130. 1. & 2
Pocula in conuiuiis tria ſacra. pag.124. 2. & 125. 1
Pocula inuerſa in ſympoſiis. p.149. 1
Pocula cur tria aut nouem. p.147. 2
Pocula è cornu. Poculorum menſura triplex. Cur quatuor non pota. ibid.
Pocula tot hauſta quot digiti. p.148. 2
Pocula paria. ibid.
Pocula quibus Diis nuncupata & à quibus. p.172. 1
Poculum vltimum menſæ. p.182.2
Poculum. p.468.2
Podaſtrabe, quid. p 246. 5
Poderis. p.217. 2
Podium theatri. p.328. 2
Podonymus. p.217.2
Pœcile quid. p.73. 1
Pœna damnatorum in 30. diem dilata. pagina 178. 1
Pœnæ militum. p.310. 1
Pœna quid. p.19. 5
Pœnæ milit. p.477. 2
Pœna. p.415.2
Pœni. p.415. 2
Poëtæ aſymboli. p.318.5
Poëtarum pruritus in ſuis ſcriptis legendis. p.46.1
Poëtarum modeſtia. p 174. 1
Poëtæ ſcripturi coronati : Poëtarum corona qualis : Mali Poëtæ lapidati : Boni coronati. ibid.2
Malorum Poëtarum certamina. ibid.
Poëta. p.415.2
Polenta. p 415.2
Polemarchus quid. p 287.1
De Politica. p.284. & ſeqq.
Pollices detracti bello captis. p.80. 1
Pollicem prémere : Pollicem vertere, quid. p.112.
Pollex. p.477. 2
Pollex, p 415.2
Pollinctor & Pollinctura quid. p.257.2
Pollinctores qui. p.234.1
Dictum Pollionis de Oleo. p.18. 1
Pollucere quid & cui datum. p.201.2
Pollutus. p.454. 1
Polymita. p.217.2
Polymyxos lucerna. p.150 2
Polypus. p.415.2
Polycles. p.126.1
Pomœrium. p.415. 2
Pomœrium Pontificale. p.190.1
Pompæ Circenſis ordo. p.327.1
Pompea quid. p.225.1
Pondera lapidum. p.246.1
Pondus. p.415.2
Pontes ſubitarij. p.301.2
Pons. p.415.2
Pontificatus dignitas. p.188.2
Pontificum miniſtri nobiliores qui. pagina 191.1
Miniſtri minus nobiles. ibid.
Pontifices Imperatores plerumque fuere. p.190.2

Pontificum curæ omnia commiſſa. pagina 185 1

Pontificatus dignitas. p.188.2

Pontifices ſacris ſolemnibus præſunt. pagina 190.1

Prodigia per per Pontifices procurata. Item Piacula : Intercalationes factæ : Immunitas à militia. Pomœrium : Tutulus: Iuriſdictio : Adoptiones : Periurij punitio. Tranſlatio reliquiarum : Fiſcus, &c. p.190.1.2

Pontifices à funeſtis remoti. p.236.1

Pontificum ærarium quod. p.9. 1

Curatores ærarij Pontificij. ibid. 2

Popa. p.454. 2

Pontificia pecunia vnde lecta. ibid.

Poples. p.415.2

Populi poteſtas apud Rom. p 58. 2

Populi Romani poteſtas quæ. p.180.1

Populus. p.415. 2

Poppyſmus. p.416.1

Purcâ cadauera expiata. p.92. 2

Purca Cereri immolata. p 47 2

Porca præcidanea. p.223. 1

Porca , Porcus. p.455. 1

Porci in fœderibus & nuptiis. p.47.2

Porcus. p.416. 1

Porcus immolatus in nuptiis. p.263.2

Porcellus. p.416. 1

Porphyriacus color. p.227 2

Porriſculus. p 416,1

Porteutorum expiatio. p.224.1

Portumnus. p.455. 1

Porricere quid. p.198.1

Portis expiatio. p.61. 1

Porrum. p.455. 1

In Portis ſigna Deorum collocata. p.170.1

Portæ æratæ apud antiquos. ibid.2

Portæ nefaſtæ quid. ibid.

Porta. p.416. 1

Portentorum loca ſacra. p.192 1

Porticus. p.73. 2

In Porticu pueri edocti. p.73. 1

Porticus Gymnaſiorum. p.326. 1

Portiones diuiſæ in cœna. p.255 1

Super Portiones ſortes iactæ. p.148.4

Portiſculus in naui quis. p.62. 2

Portorium quid. p.278.2

Portorium vectigal. p.106.2

Portunus Deus. p.38.1

Poſca. p 468. 2

Poſtes ædium ſacri. p.217.1

Poſtes ſacri. p.41.2

Poſtes. p.416.1

Poſtes ornati in nuptiis. p.231. 1

Poſtes amatæ coronati. p.132. 1

Poſtliminio reuertenti qui ritus. p.93.1

Poſtriduanus. p.416.1

Poſtſignani qui. p.298. 1

Poſtulatio. p.455.1

Poſtulatitij gladiatores. p.329. 1

Poſtulatitij gladiatores. p.14.1

Poſtulio ſacrum quid. p.224.1

Potare, Potus, Potio. p 468. 2

Potare Græco more. p.147.2

Potatum pro ſalute Principis. p.148. 1

Pro felici Amicorum ſucceſſu. ibid.

Potina dea. p.158. 1

Potina. p.455.1

Potus menſura quotuplex. p.147.2 & 148.1

Potus militum Roman. p.386. 1

Potus antiquorum. p 78. 2

Potus triplex pro triplici hominum ſtatu. p.172. 1

Præcidanea hoſtia. p.195. 2. & 196. 1

Præcidanea. p 455. 1

Præciæ. p 455. 1

Præcinctiones theatri. p.328.1

Præcinctorium. p 217. 2

Præclauium. p.217.2

Præclauium. p.217. 2

Præcones qui. p. 109. 2

Præco. p.455. 1

Præco. p.416.1

Præconis vox in ſacris. p.185. 1

Præconis vox in funeribus. p.234. 1

Præcones nuuilunia indicabant. p.162.2. Iidem ſilentium in ſacris indicebant. pagina 163. 1

Præconis formula in vendendo. p.163.2

Præconis haſta inſectari, quid. p 163. 2

Præconis officia. ibid & ſeq.

Præconis etymon & officium multiplex. p 62. 1

Præconium quid. p.62. 2

Præda. p 478 1

Præda. p 455.1

Prædictionum genera. p 351.2

Prædium. p.416. 2

Præfari, Præfatio. p 416 2

Præfatio. p.416. 2

Præfecti ærarij qui & cur inſtituti. p.208 1

Præfectus. p 416. 1 & 2

Præfecti Prætorio à quo inſtituti. p.208 2

Præfecti. p.478. 1

Præfecti prouinciarum qui. p.209.1

Præfectus frumenti & alij. p 208.1

Præficæ in funere, cur. p 234. 1. & ibid. 2

Præfiſcini quid. p 232. 2

Præfiſcine. p 416 2

Prægnans. p.416.2

Præludere. p.478. 1

Prælum, ſuppl. p 246.1

Præmeſſum quid. p.134. 1

Præmium. p 416. 2

Præmia militum. p 310. 1

Præmia variarum artium. p.63. 1

Prænomen. p.416. 2

Præpetes au es. p.351. 2

Præpetes aues. p.186. 2

Prærogatiuæ centuriæ omen. p.277.2

Præſidum gladius. p.54. 1.

Prætermine quid. p.313. 1

Prætextam ponebat Prætor damnaturus. p.177.2

Prætexta. p.217.2

Prætexta quotuplex. p.210.1

Prætexta. p.455.1

Prætexta. p.462.2

Prætexta. p.416. 2

Prætextatus. p.416.2

Prætextata verba. p.231. 2

Prætextum. p 217. 2

Prætor ludis publicis præerat. p.191. 2

Prætori, Prætorium. p.416. 2.& 417.2

Prætor prætexta depoſita reum damnabat. p.177.2

Prætores qui & quomodo appellati. p 105.5

Cur creati & quotuplices. ibid.
Prætor vrbanus: Prætor peregrinus, vtriuſque diſcrimen. ibid.
Prætorum inſignia, officia, & iudicij formula, p.206.1
Prætorium militare, p.306.1
Proaroſia, p.350.2
Proaulia, p.232.1
Proaulia, p.231.2.& p.231.2
Proceſtria quid, p.306.1.
Probatorius, p.417.1
Proconſulis & Legati diſcrimen, pag. 279. 1. & 2
Proconſules quotuplices, quando & à quibus creati, p.208.& 9
Ornamenta, comitatus, poteſtas & initium, ibid.
Quomodo ſucceſſori Prouinciam tradebant, & triumphum petebant, pag. 209.1
Proconſul. p 417.1
Procurator, p.417.1
Procorum veſtitus varius, cur, pagina 157.1
Prandij tempus, p.157.1
Prandium tenue, p.346.2
Prandij etymon, p.346.2
Prandij etymon, p.43.1
An Homeri tempore fuerit, ibid.2
Prandium milit. p.109.2
Prandij frugalitas antiqua. Prandium aduentorium, ibid.
Prandium ſtatarium, p 254.2
Prandium an antiquis in vſu, p.43.1
Prandium pro guſtu, p.155.1
Initium prandij vnde, ibid.
Prandium tenue, p.156.1
Prandium antiquorum quale, p.18.2.& 19.1
Seorſum ſumptum p.19.1
Prandium ſibi olim quiſque parabat, p.21.2
Prandij etymon, p.166.1
Praſinus color, p.270.1
Prandium, Prandere, p.468.2
Pranſitare polentam quid, p.20.1
Praſinus color, p.227.1
Praſinæ veſtes, p.217.2
Bene precari functis & male, p.115.2
Precandi bene formula, p.153.1
Cyathi tot hauſti quot annos precabantur, ibid.
Precaturi coronati, p.9.2
Bene precari inter bibendum, p.166.1
Precationes variæ variorum, p.343.2
Precatio fauſta cœnantibus facta, p.125.1
Preces ante menſam, p.165.2
Preces matutinæ Indorum, p.152.1
Precatio in ſacris: Depulſoria precatio, p.200.2
Precationes quæ, ibid.
Precationes Ethnicorum manè & veſperi, p.166 1
Preces prætiæ ante ſacrum ſolemne, pag. 197.1
Preces, precari, p.455.2
Prema, p.232.1
Priapus, p.232.1
Primipili qui, p.296.2
Primipilus, p.478.1
Primitiæ diis dicatæ, p.317.2
Primitiæ fructuum Deo dicatæ, p.289.2
Primitiæ, p.455.2
Primitiæ Diis patronis dicatæ, p.170.2
Principum liberi quomodo educati, p.31 1
Princeps, p.417.1
Principes, p.478.1
Principes qui in militia, p.296.1
Principia quid, p.306.2
Πρυτανεῖα quid, p.3.1
Priuatus, p.417.1
Prodigia per Pontifices procurata, pagina 190.1
Prodigium, p.417.1
Profeſſio natorum Romæ apud præfectum ærarij, p.7.2
Profeſſionum duo genera, ibid. & p.8.1
Profeſſores publici olim acciti, pagina 72.2
Prodigus, p.417.1
Prodigæ hoſtiæ, p.196.1
Profani à ſacris arcebantur, p.198.1
Profecturi coronati, p.9.2
Profecturus, p.417.2
Profeſtus, p.417.1.2
Profugus, p.417.2
Progamia, p.233.1
Progamia, p.350.2
Progamia, p.231.2
Πρόγραμμα quid, p.34.2
Progymnaſtæ & eorum munus, pagina 29.2
Proletarius, p.417.2
Proluſio gladiat. p.329.2
Promethea ludi, p.269.2
Promethei feſtum cur cum lampadib. pag.
Promorio quæ, p.296.2
Promneſtria, p.232.1
Promulgatio, p.417.2
Promulſidaria vaſa, p.18.1
Promulſis propoma antiquiſſimum, pagina 18.1
Vilis menſa ſine promulſide, pagina 18.1
Promus Spartæ, p.170.1
Promylius, p.415.2
Propempticum carmen, p.344.1
Propinatio, p.320.1
Propinatio, p.340.1
Propinandi mos vnde ortum habuit, pag. 148.1
Propinandi mos antiquiſſimus, ibid 2
Formula propinandi, ibid.1
In propinationibus cantiunculæ, pag. 131.1
Propinatum abſentibus, p.153.1
Pro ſalute Principum, ibid.
Propinare, p.468.2
Propinare quid, p.147.1
Quis primus propinaret. Propinationis finis, ibid. 2
Propinantes quem inuocabant, ibid.
Propinandi formula, p.149.1
Propnigeum, p.326.1
Propoma menſarum, p.290.2
Propoma quid, p.340.1
Propoma quomodo factum, p.18 1
Propoma dicta promulſis, ibid.
Proprætores qui, p.109 1
Proſcenium quid, p.327.1

Propertuia

Propertia ſacrum, p.333.1
Proquæſtor, p.417.2
Proſcripti per præcones proclamati, p.62.2
Proſcriptio, p.417.2
Proſedæ meretrices, p.136.1
Proſerpina euocata, p.123.2
Proſerpina, p.455.2
Proſeucha, p.344.1
Proſiciæ, quid, p.198.1
Proſiciæ, p.455.2
Proſit, p.468.2
Proſit vnde ortum, p.166.1
Proſodia cantio, p.344.1
Proſodion, p.201.1
Proſphteria, p.233.1
Proſtibulum vnde dictum, pag. 135. 2. & pag.136.1
Proſtibulum, p.417 2
Proteſilao gratior, p.348.1
Protelij, p.344.1
Protelij, p.232.1
Protelia, p.231.2
Proteruia ſacrificium, p.127.1
Prouerbia Petroniana explanata, p.347. & ſeqq.
Prouincia quid. Prouinciæ ius deterius quàm Italiæ. Prouinciæ vectigales, p.278.1
Prouincia vnde dicta. In Prouinciam redigere quid. Prouinciarum diſcrimen, pagina 279.1
Prouinciæ deuictæ à populo Romano, pagina 312.1
Prouinciæ Conſulares quot. Prætoriæ quot, p.208.2
Prouinciarum diuiſio ab Auguſto facta, pagina 209.1
Prouincia, p.417 2
Prouocantes ad populum ſuper patronum ſedebant, p 103.2
Proxeneticum, p.63.1
Proxeni, Proxenium, p.332.2
Proxenia, p.417.2
Prytanes, p.277.1
Prytaneum, p.287.1
Prytaneum, p.36.1
Prytanei prandium, p.125.2
In Prytaneo lucerna perpetua, p.150.2
Prytanis, p.417.2
Prytanides Athenienſes, qui, p.36.1
Pſammitichi libatio, p.195.1
Pſellium, p.217.2
Pſeudoalethina, p.217.2
Pſychomanies, p.339.1
Pubertas, p.417.2
Publicum, publicare, p.417.2
Intra pudicitia maledictum, quid, p.38.1
Puella, p.418.1
Puerorum inſignia, p.158.2
Puerorum inſtitutio in tribus, p.169.2
Pueri ad fulcra lectorum cœnabant, pagina 25.2
In puerperio dona miſſa, p.157.1.& 2
Puerorum funus diuerſum à funere virorum, p.92.1 & 2
Pueri humi poſiti, ſublati, p.158.2
Pueri iurantes, p 455.2
Pueros olim interfici nefas, niſi ſumpta virili toga, p.96.2
Pueri Lacedæmonij quomodo educati, p.31.1
Puerorum reuerentia erga patres, p.159.1
Puerorum inſtitutio quæ olim, pag. 30. 1. & 2
Puerorum potus & victus, p.30.2
Pueri ſublati, qui, p.27.2
Puerorum luſtratio, p.223.2
Pueri ſedentes in menſa, p.347.1
Puer, p 417.2.& ſeqq.
Puerpera, p.418.1
Puerperarum domus corona inſignita, pagina 157.2
Puerperalia, quid, p.158.1
Puerperalia conuiuia, p.330.1
Pugiles, p.326.2
Pugiles, qui, p.269.1
Pugio, p.478.1
Pugio Tribunorum, p.14.1
Pugnæ naualis ſignum, p 45.1
Pugna, pugnare, p 478.1
Pugna Equeſtris Circenſis, p.327.1
Pugna, pugnaturus, 418.8
Pullariorum auguria, p.168.2
Pullati crepidati, p.168.1
Pullus, Pullarius, p.418.2
Pullus, p.418.2
Pullus color, p.226.2
Pulpitum, p.418.2
Pulte antiqui vſi, p.78.2
Puls, p.368.2
Puls, p.418.2
Puluinaria, p.319.1
Puluinaria Deorum, p.110.1
Puluinum, p 418.2
Pulueris iniectio ſepulturæ modus, pagina 92.2
Quomodo ab iniectione glebæ differat, ibid.
Puluis, p.418.2
Pumiculus, p.418.2
Punctorum pœna, p.246.1
Puppes coronatæ lætitiæ ſignum, pagina 9.1
Puppis, p.418.2
Pupillus, ibid.
Purgamentum, purgare, ibid.
Purgationum duo genera, p.75.2
Purgatio manus poſt cœnam fruſto panis, p.126.1
Purgationes animarum, p 92. in fin.
Purgationes nauis, p 9.2
Purificatio claſſis, p 6.1
Purificatio triplex, p.223.2
Purificationum genera fuſè, pagina 126. 1. & 2
Purificatio, puritas, purus, p.455.2
Purpura quotuplex, p.210.2
Purpura, purpureus, p.418.2
Purpura quid & quotuplex, pag. 227. 2. & p.228.1
Puti Dij iurati à quibus & quando, pagina 98.1
Puteus, p.418.2
In puteis pecunia & theſauri abſconditi, pagina 2 1
Puticuli vbi, p.96.1
Puticuli, qui, p 172.2
Putredinem mel arcet, p.290.2
Pyanepſia, p.350.2
Pyra quæ, ex quibus lignis, p.234.2

Pyramides ſepulcrales, p.236.2
Pyromantes, p.339.1
Pyrphoti qui, p.191.1
Pyrthics, p.351.2
Pyrrhica ſaltatio, p.270.1
Pyrrhica ſaltatio, p.321.2
Pythagoræ menſa, p.291.1
Pytiliſma, p.324.1
Pythagoræus, p 418.2. & ſeqq.
Pythia, p.270.2

Q

QVæſtiones conuiuiales quæ, p.131.2
Quæſtores qui & qoot, ex quibus lecti, & eorum officia, pagina 106. §. 7. & p.207.1
Quæſtores Romani primi qui, p.11.2
Quæſtorium quid, p.306.2
Quæſtura primus magiſtratus, p.106.2
Quadragenarius Rom, p.478.1
Quirites, p.478
Quadraginta, p.419.1
Quadrigæ, p.419.s
Quadrans, p.419.1
Quæſitor, Quæſtor, p.419.1
Quartana, p.419.s
Quaternio, p.419.1
Quæſtus, p.419.1
Quercus, Quernus, p.419.1
Quintilis, p.419.s
Quindecim, p.419.s
Quinqoennalis, p.419.1
Quirites, p.419.1
Quadrapola, p.217.s
Quatuoruiri viarum, p.207.2
Quiocunces calices, p.124.2
Quietis templum, p.456.2
Qoinquatria Romanorum qoando celebrata, p.6.2
Qoinquertiones, p.270.s
Quinqueuiri, p.107.2
Quirinalia, p.456.1
Quiſpiliata, p.217.2

R

RAcana, p.218.1
Radius perpendicularis, obliquus quis, p 281.1
Radios qoid. Rectus. Reflexus, ibid.2
Ralla, p.218.1
Ramalia feſta, p.55.1
Ramalia feſta, p.124.2
Ramus ſupplicum quandoque ore geſtatus, p.55.2
Ramus, p.456.2
Ramus, p.458.2
Rana, p.419.2
Rapa, p.419.2
Raphaniſmus pœna adulterorum, p.57.2
Raphaniſmus, p.245.2
Raphani obſignati, p.3.1
Raphani, p 419 2
Raſura clericalis vnde originem ſumpſerit, p.99.1
Raſura capitis probroſa, p.146.1
Raſo capite qui, p.99.1
Ratio, p.419.2
Rasus color, p.216.2
Rebrachiatorium, p.118.1
Recens, p.419 2
Rechidipna, p.218.s
Recioum, p.118.1
Recitator, Recitare, p.419.2
Recriminans, p.419.2
Recta tunica, p.218.1
Recuperator, p.419.2
Redemptor, p.419.2
Rediens, p.419.2
Redimiculum, p.218.1
Refectio antiquorum quadruplex, pagina 153.s
Refractarij qui & pœna, p.294.2
Refrigerandæ aquæ ratio, pagina 105. 2. & 106.1
Regilla, p.218.1
Regio, p.419.2
Regios, p.419.2
Reguli pœna, p.245.s
Reicophantæ, p.410.1
Relegatio quid, p.354.2
Relegatio, Relegatus, p.419 2
Reliquiæ, p 420.1
Religiooes nullæ Romam admiſſæ, pag. 190.2
De Religione aliquando Senatus decernebat, p.290.2
Religiones nullæ externæ Romam admiſſæ, ibid.
Religio veterum, p.188.2
Da Religione Romanorum fuſiſſimè, p.185. & ſeqq.
Remigum numerus in nauibus, p.45.2
Remiges, p.478.s
Remiges thalamij qui, p.5.2
Remores aues, p.186.2
Ren. p.420.s
Repetundæ, p.420.1
Repotia quid, p.158.2
Repotia, ibid. & 230.1
Repotia in noptiis quæ, p.229.2. & ſeqq.
Repotia quæ, p.330.2
Repotia, p.468.2
Repudium, p.410.1
Repudij formula, & quomodo à Diuortio differat, p.262.2
Repugnatio antiquorum quomodo facta, p.303.s
De Rebuſpublicis, p.284.& ſeqq.fusè.
Res, p.420.2
Reſecrare quid, p.103.2
Reſecrare, p.200.2
Reſponſa Deorum in pellibus, p.24.s
Reſtis, p.218.1
Reriatios, p.329.1
Reticulum mollitiei argumentum, p.72.1
Reticulum, p.118.s
Reorum capos obnuptum, p.68.1
Rei ſub patrono ſedebant, p.103.2
Prouocantes ad populum ſuper patronom ſedebant, ibid.
Obſecrabant. Capillos & barbam alebant. Soluti ponebans, ibid.
Rei abſoluti ſiniſtrum pedem Imperatorum oſculabantur, ibid.
Ad geoua Iudicum deuoluti. ibid.
Rei æs alienum profeſſi, p.56.2

Reus

Reus. p.410.1.2
Rei cuſtoditi. p.104.2
Reges bellaturi. p.478.1
Rex ſacrorum. p.456.1
Rex ſacrificulus quis. p.187.2
Regis ſacrorum priuilegia. p.188.1
Res ſacrificulus primus, ibid.
Eius dignitas, à quo creatus : Vxor eius & dignitas: Regis ſacrorum munus. ibid.
Rex ſacrorum aſcriptus collegio Pontificum. p.190.1
Res ſacrificulus quis. p.187.2.
Rex ſacrorum apud Athenienſes & Romanos. p.150.1
Regius, Rex. p.419.2
Regis perpetuum Sacerdotium. p.187.2
Rex ſacrorum & eius inſtitutio. p.187.2
Rica. p.218.1
Ridicula è poſtibus ſuſpenſa. p.42.1
Rigatorium. p.420.2
Riſus Deus apud antiquos. p.80.1
Rhadamantus vetuit iuſiurandum per Deos. p.88.1
Rhathapygiſmus. p.324.1
Rhenones. p.218.1
Rhetor. p.420.2
Rhiza. p.218.1
Rhodij primi Agyrtæ. p.61.2
Rhodus. p.420.2
Rhombus. p.420.2
Rhyſium. p.63.1
Robur Romæ quid. p.145.2
Robur. p.420.2
Rogator. p.420.2
Rogus quàm procul ab ædibus. p.259.1
Rogi defunctorum peregre. p.2,6.1
In Rogo quid peractum. p.234.1
Rogi luſtratio. p.222.1
Rogi extructi etiam abſentibus. p.177.1
Romanorum anni initium. p.265.2
Romana magnitudo Dion. Halic. p.276.2
De militia Romana fuſiſſimè. pag.293. & ſeq.
Romanorum iuramentum. p.89.1
Naſamonum iuramentum. p.89.1
Iurandi locus. p.89.1
Romanorum fœdus. p.333.1
Romani à quibus Deorum imagines mutuati. p.102.2
Quandiu ſine imaginibus. p.103.1
Romana Reſp. fusè quibus caſibus obnoxia. p.288 2
Reſpublica animi. p.288.2
Romani quando pileati. p.68.2
Romani hoſpitales. p.332.2
Roma. p.420.2
Romulus. p.420.2
Romuli aſylum. p.315.1
Romolus primus triumphator. p.240.2
Romuli annus. p.265.1
Rorarij. p.304.1
Roſa florum regina, &c. p.67.1
Roſeus color. p.227.2
Rotæ in templis. p.192.2
Rota. p.456.1
Rotæ ſupplicium. p 246.2.& p.247.1
Rotæ machinarum. p.301.2
Rota. p.420.2
Rubellos color. p.227.1
Rubiginis expiatio. p.224.2

Ioſeph. Laurentij Polymath.

Ruber color. p.127.2
Rubrica vnde dicta. p.115.1
Rubrica Ius ciuile deſignat. ibid.
Rudiarij gladiatores. p.14.1
Rudiarij gladiatores. p.330.1
Rudiarij. p.425.1
Rudis. p 4 1.2
Rudis quid. p.14.2
Rudis gladiatoris. p 3:8.2
Rufuli. p.297.1
Rufus color. p.227.2
Rumex quid. p.303 1.2
Rutilus. p.421.1
Ruſtici. p.421.1
Ruſticorum iuramentum. p.87.2
Rutuli. p.297.1

S

S. Littera. p.421.1
Salarium. p 218.1
Salita herba. p.456.1
Saccus. p.456.1
Saccus vndecimus pro ſepultura militari. p.177.1
Saccus. p.421.1
Sæculare carmen. p.457.2
Sacæa feſta ſeruorum. p 23.2
Sacra. p.318.2
Sacella nulla priuata in ædibus. p 192.2
Sacellum. p.4.6.1
Sacellum quid. p.192.2
Sacri homines impunè occiſi. p.315.2
Sacerdotes ſingulorum Deorum. p 185.2
Singularum rerum. ibid.
Sacerdotes ſine imperio. p.186.1
Numerus Sacerdotum actus. ibid.
Sacerdotes à quibus lecti. ibid.
Sacerdotum Ethnicorum abſtinentia pagina 138.2.& 139.1
Sacerdotum veſtis cuius coloris. p.93.2
Sacerdotum veſtes in ſacris p 197.2
Sacerdos, Sacerdotium. p.456.2 & p.457
Sacerdotes coronati in ſacris. p.198.2
Sacerdotia quæ. p.18;.2
Sacramentum militare quid. p.294.1
Sacramentum depoſitum quid. p.3.1
Sacramentum. p.457.1
Sponſio à Sacramento quomodo differebat. ibid.
Sacramento contendere. ibid.
Sacramentum. p 478.1
Sacramentum. p.421.1
Sacrarium quid. p.192.1
Sacrarium locus templi. p.193.2
Sacrificium Meſſeniorum à quolibet genere animalium. p.102.1
Sacrificia perfecta. p.126.1
Sacrificij ordo. p.123.3
Sacrificia Hebr. duplicia. p.316 1
Sine vino Sacrificia quæ. p.132.1
Sacrificia ſolemnia Pontificum. p.196.2
Sacrificium quid. p.197.1:2
Sacrificium priuatum quid. p.148.2
Sacrificium quid. p.195.2
De Sacrificiis antiquorum copioſiſſimè pagina 195. & ſeqq.
Sacrificium. p.457.1
Sacrificati homines olim. p 195.1
Sacrima quid. p.124 1

Zz Sacrum

Sacrum ſine fumo. p.338.2
Sacra abſtemia quid. p.138.2
Poſt Sacra conuiuium. p.257.s
Sacris ſolemnibus præſunt Pótifices. p.190.s
Sacra non interrumpenda. p.69.s
Sacrorum natalitia p.158 1.& 159.1
Sacrú piaculare ad placáda numina. p.223.2
Sacra mortuorum. p.126.s
Sacra anniuerſaria. p.236.1
Sacra via. p.421.1
Sacra deſinunt eſſe loca capta ab hoſtibus. p.193.1
Sacrum. p.456.2
Sacrorum diuiſio p.196.1. Sacra publica quæ. ibid. Sacra peregrina. p.196.2. Sacra ſolemnia. Imperatiua. Priuata. Numæ ſacrorum ſatio. ibid. Menſtrua ſacra diis maximis. p.197.1. Sacra in aperto. Sacris operaturi quid præferentur. ibid.2. Sacra varia. p.198.s. Gentilitia ſacra: anniuerſaria, repentina. ibid. Natalitium ſacrum: Nuptiale ſacrum. p.199.1. Priuata ſacra per Curiones. ibid. Pauperum ſacrum. Peregrinantium ſacrum: Sacrum in puerperio. Ante ſacrum quæ præparatio. Sacra in abditis locis: Viæ velatæ in ſacris. Sacra deſpici quid. Sacra inferorum vbi: diſcrimen à ſacris ſuperorum. ibid. Sacra diurna ſuperis, nocturna inferis. p.200.1. Sacra magica quando & à quibus facta. Precatio in ſacris quæ. p.200.2. Miniſtri ſacrorum. p.201.1. Vaſa ſacrorum. *Ilicet* à ſacro peracto.
Sagiſma. p.218.2
Sagitta. p.303.s
Sagitta. p.421.1
Sagum. p.478.1
Sagum, Sagatus. p.421.1
Sagum quotuplex. p.210.2
Sagum. p.218.1
Sagochlamys. p.218.2
Sal hoſpitalis. p.332.2
Sal [illegible], cur. p.257.s
Sal in ſacris. p.334.s
Salis commoda. Sales animi: Sal cibus olim quotidianus. p.291.1. Sal cõtra podagram. Sal in omnibus ſacris. Mortui ſale conditi. p.292.1. Sale abſtinent Ægyptij: Salis vis generatiua. Sal in omnibus. Salem figuli non apponunt. Salis modius amicitiæ ſymbolum. p.292.2
Sales qui & vnde dicti. p.187.2
Carmen Saliare. ibid.
Sal, Salinum, Salina. p.425.1
Salaria ſtipendia. p.291.1
Salaria veria. ibid.
Salacia animalia quæ. p.292.2
Saliaris. p.457.2
Salini euerſio ſignum inauſpicatum p.291.2.
Salinum nullum olim ſine ſale. Salinum ſacrum, semotum in incantationibus. p.292.1
Salinum obſignatum ſeruis. p.3.1
Salitio. p.421.1
Salſamenta in antecœnium. ibid.
Saltatio Romana. p.309.2
Saltatio Irenica. p.351.1
Saltatio quæ. Saltationum ſpecies. Saltationis finis. Saltus qualis & quantus. p.270.1
Saltationum genera. p.351.s
Saltatio cum Muſica. p.120.2
Saltatio, Saltare. p.421.1
Saltatio quibus familiaris, quibus probroſa. p.120.2
Saltationum ſpecies. p.323.1
Saltus exercitium Romanum. p.309.1
Saltus. p.326.2
Salus. p.457.2
Salus Dea. p.107.2
Salutis ædes Venetiis. p.108.s
Ædes Salutis Romæ. p.108.2
Augurium Salutis Romæ. p.108.1
Salutis augurium. p.108.2.& 109.s
Salutis natalis. p.108.2
Salutaris porta. p.107.2
Salutare, Salus. p.421.1.2
Salutaris porta. p.109.s
Salutationes Græcæ in epiſtolis. p.117.2
Salutatio hoſpitalis. p.266.2
Salutandi varij ritus: Salutatio Perſarum: Salutatio auribus prehẽſis, cũ oſculis. p.117.2
Salutaturi Imperatores excutiebantur à ſatellitibus. p.13.s
Salutationes cum iuramento. p.118.1
Salutati Romani cognomine, aut prænomine. p.39.1
Salue quando dictum. p.139.1.2
Salue æternum. p.457.2
Salue. p.421.1
Sambuca quid. p.300.s
Samitum. p.218.2
Samnites. p.329.1
Samnitum iuramentum. p.89.s
Samnites gladiatores. p.478.2
Sancta loca quæ. p.11.2
Sandalium. p.218.2
Sandapila. p.235.s
Sandarachinus. p.228.2
Sanguis humanus cur in parentalibus adhibitus. p.94.2
Sanguis. p.421.s
Sanguinis effuſio in feralibus ſacrificiis. p.123.2
Sanguis miſſus. p.478.2
Sanitas quid. p.343.1
Sanitatis ſymbolum. p.109.1
Sanitatis ſignum. p.86.2
Sannarum genera. p.421.2
Saracum. p.218.2
Sarabadena. p.218.2
Sarabaræ. p.218.2
Sarages. p.218.2
Sardia. p.218.2
Sarmentarij. p.243.1
Sarmentitium ſupplicium. p.247.1
Sarrana purpura. p.228.s
Satrapica menſa. p.125.2
Saturnalia. p.318.1
Saturnalia feſta ſeruorum. p.23.1
Saturnalia. p.422.2
Saturnalia gladiatores celebrabãt, cur. p.171.1
Saturnalia feſta ſeruorum. p.173.1
Saturnus adoratus capite aperto. p.53.1
Saturnus. p.457.2
Saturni ædes cur Ærario deſtinata. p.11.2
Saturnus primus religionis ſator. p.185.s
Saturnia cœna. p.155.2
Satyricon ad inuidiam depellendam. p.170.s
Saxum. p.457.2
Saxum ſacrum. p.70.2

Scacchia. p.321.2
Scæua verba à ſacris remota. p.202.1
Scæuus. p.422.1
Scalæ. p.421.2
Scalæ quotuplices. p.300.1
Scalaria theatri. p.318.1
Scamma quid. p.270.1
Scamnum ſeruorum ſedile. p.29.2
Scamnum Hippocratis. p.240.1
Scaphia. p.201.2
Scaphiſmus quid. p.244.2. & p.247.1
Scaphiphori qui. p.199.2
Scapularis. p.218.2
Sceleratus. p.422.1
Scena quid. p.327.2
Scarabæus. p.421.2
Sceoici ludi. p.327.2
Scenici ludi. p.270.2
Scenicus. p.422.1
Scenopegia. p.318.1
Sceptrum. p.421.1
Sciadium. p.218.2
Scipionẽ eburneũ qui ferre poſſent. p.203.1
Scipio. p.422.1
Schedula. p.422.1
Schœniſmus ſupplicium. p.247.2
Schœnobatæ. p.324.1
Scenophilinda. p.324.1
Schola Philoſophorum pro Templo habita. p.169.1
Illiterati ab ea exacti. ibid.2
Feriæ quando. ibid.
Scholares quinam eſſent. p.169.2
Scholaſticus aduocatus dictus. p.169.2
Scolion. p.256.1
Scolia quid. p.120.2
Scolia carmina. p.344.1
Scorpiones bellici. p.302.2
Scorpio ſuppl. p.247.2
Scortum deuium, vulgare, erraticum, diobolare. p.136.1
Scortum. p.422.1
Scorta erudita artibus liberalibus. p.172.2
Scrantiæ meretrices. p.136.2
Scribæ qui & eorum munus. p.109.§.10
Scribas. p.422.1
Scribere. p.422.1.2
Scribendi ratio occulta Cæſaris. p.268.1
Scriptura quid. p.278.2
Scripturæ vectigal. p.106.2
Scrobiculus. p.457.2
Sculponeæ. p.218.2
Scutum. p.304.2
Scutra. p.422.2
Scytales Spartanæ deſcriptio. p.268.1
Scytharum ritus ſepulcralis. p.259.2
Scytharum adoratio. p.185.2
Scytharum ſupplicatio. p.55.2
Scytharum fœdus. p.335.2
Seceſpita. p.457.2
Secretum conuiuij. p.256.2
Secutis. p.302.2
Securis. p.247.2
Securis. p.422.2
Secutor. p.329.1
Sedere. p.457.2. & 422.1
Sedes ferrea ſupplicium. p.247.2
Sedes pro ſepulcro. p.236.1
Segeſta. p.185.1
Segmenta. p.218.2
Seia Dea. p.185.1
Selecti Dij. p.179.2
Seleucides. p.218.2
Sella. p.422.2
Sellulatius. p.422.2
Semaxij. p.243.1. & p.246.2
Semicinctium. p.2 8 2
Semitarij mœchi. p.136.1
Semen. p.422.1
Semitogium. p.118.2
Senaculum quid. p.204.1
Senatores quot olim. p.202.§.2.& p.203.1
Senatorum genera quatuor, Patricij, conſcripti, allecti, pedarij. Senatorum veſtis. ibid.
Senatorum cenſus. p.204.1
Dignitas, inſignia, iura quatuor Senatorum, ætas, officium Senatorum. p.103.1
A quibus lecti. p.264.1
Rogati ſententiam qui priores. ibid.
Senatores quando in theatro ſecreti à populo. p.180.1
Senatu moti pauci à Cenſoribus. p.180.1
Senator. p.422.1. & ſeqq.
Senatores laureati in theatris. p.81.1
Senatores quomodo diſcumbebant. p.20.1
Senatoriam dignitatem Auguſtus reſtituit. p.204.1
In Senatu ſtantes ſententiam dicebant. pagina 451.1
Senatum qui Magiſtratus habere poterant. p.179.2
Ius in Senatum referendi penes quos. Senatus conſulta faciendi modus. ibid.
Senatus Romanus, de eo p.202.§.2. copioſè.
Senatus auctoritas. p.203.2
Princeps Senatus. ibid.
Senatum habere qui poterant. p.204.1
Tempus illum habendi. ibid.
Senatus. p.422.2. & p.423
Senatuſconſulta tribus modis condita. pagina 204.2
Senatuſconſulta tacita. Senatuſconſulta vbi aſſeruata. ibid.
Senatus auctoritas quæ apud Rom. p.58.2
Senatuſconſultum. p.422.2
Penes Senatum iudicia omnia. p.180.1
Seniorum mores laudati. p.40.1
Senis crinibus ſponſa ornata. p.230.2
Senſus. p.424.1
Sententiæ latæ per diſceſſionem. p.277.1
Formula ferendæ ſententiæ. ibid.
Sententiam Romani iurati ferebant. p.276.1
Sententia. p.424.1
Sententiæ dicendæ in Senatu ordo. p.203.1
Septa quid. p.330.1
Sophos. p.426.2
Septimus. p.424.1
Septunces calices. p.124.2
Sepulcrales ritus Græcorum. p.260.1. & 2
Sepulcrales ritus barbarorum p.259 & ſeqq
Sepulcris cibi qui appoſiti. p.94.1
Sepulcra coronata. p.132.2
Sepulcra vitrea. p.259.2
Sepulcrorum cura apud antiquos. p.93.1
Sepulcra viris illuſtribus tantum publicè exornata. p.124.1

In Sepulcris Theſauri abſconditi. p.2.1
Sepulcra myrto exornata. p.120.1
Sepulcra Pythagorica. ibid.
Sepulcra lucernis ornata, cur. p.150.2
Ignis ſit illis ſculptus. p.151.2
Sacra Diis Manibus. ibid.1
Sepulcrum commune quid & vbi. p.92.2
Quid proprium. ibid.
Sepulcrorum ius. p.93.1
Sepulcra quibus in locis ſita. p.235.2
Quomodo extructa. ibid.
Sepulti domi ſuæ olim. p.134.1
Nulli olim in Vrbe. ibid.
Sepultura intra muros, vbi vetita. p.161.1
Sepulturæ damnatorum vbi. p.96.1
Sepultura militaris. p.418.2
Sepulturæ modi varij. p.92.1.2
Sepultura collatitia quæ. p.92.1
Sepultura plebis. p.178.2
Serpens. p.424.1
Serpentes culti ab Ethnicis. p.295.1
Serpens viſus mali ominis. p.192.1
Serra militaris. p.198.1
Sermonibus ſeu literis ſcribere quid. p.41.1
Sermo. p.424.1
Serra ſupplicium. p.247.2
Sertorius primus in Hiſpania præceptores conduxit. p.72.2
Seruare de cœlo. p.351.1
Seruati ſeruatores coronabant. p. 8 1
Et eis ſeruiebant. ibid.
Serui à conuiuiis excluſi. p.347.1
Seruorum munus claues geſtare. p.121.1
Serui ſceleris conuicti aqua feruenti abluti. p.75.2
Serui à ſacris quibus excluſi. p.22.1
Ars eorum titulo inſcripta. ibid.
Serui nati & facti. p.91.1
Serui nummo, liberi talento certabant. p.52.1
Serui Comici cum pallio: Seruorum ſtrenuorum nomina columnis inciſa. ibid.
Seruorum officium cibos diuidere p.48.2
Seruis qui in pugna ceciderant, honos habitus apud Athenienſes. p.50.2
Seruus. p.424.1. & ſeq.
Seruis nomina clarorum Virorum indere illicitum. p.13.1
Seruorum duo millia Romæ. p.49.2
An eorum veſtis diuerſa à dominorum. ibid.
Serui certabant oricalcho, liberi argento & auro. p.51.2
Seruorum genus triplex. p.21.1
Mediaſtini, Ordinarij, Vicarij. ibid.
Serui conuiuales, ſerui ad pedes, ſerui ad menſam. ibid.
Seruorum nota propria. p.81.2
Serui anulo ferreo vſi. p.50.2
A militia immunes. ibid.
Seruorum formula alloquendi herum. pagina 161.1
Seruorum veſtis quæ. p.13.1
Serui à ſacris arcebantur. ibid.
Feſta ſeruorum quæ. ibid.2
Serui liberati à ſeruitute nomen mutabant. p.167.1
Seruorum nequitia. p.20.2
Fures vocati. ibid.
Homo trium literarum: parœmia de ſeruis. ibid.
Seruorum feſta & conuiuia. p.173.1
Serui cicatricibus notati. p.22.2
Serui peculiares puerorum. p.29.2
Serui. p.458.1
Serui ad pedes dominorum. p.25.1
Serui vnde dicti. p.78.2
Serui relegati in agros. p.140.1
Præcincti miniſtrabant. ibid.
Seruorum mos varius. ibid.
Manumiſſi cœnabant cum dominis ibid 2
Stipendium eorum, & dormitorium. ibid.
Serui cum ingenuis literis non ſtudebant. p.172.2
Seſſio luctus tempore. p.154.2
Seſtertium carcer. p.146.1
Seſticula. p.218.2
Setæ victimis auulſæ, cur. p.99.1
Setæ. p.458.1
Seueri intra menſem vnius diei inedia. p.158.1
Sexagenarij cur depontani dicti. p.276.1.2
Sexta hora meridica. p.35.2
Sibylla. p.458.1
Sibyllæ quomodo vaticinarentur. p.66.1
Sicariis arma à militibus ablata. p. 3.2
Siccitatis luſtratio. p.223.2
Sicilia prima Romanorum Prouincia. pagina 279.1
Sicinis. p.351.2
Sicinnis. p.324.1
Sicyonia. p.218.2
Sidera adorata à conſcendentibus nauem. p.37.2
Signorum collocatio in acie Romana, pagina 198.1
Signa militaria Romanorum. p.274.1
Signa totidem quot legiones. Signa omnium aſylum. ibid.
Signum. p.478.2
Signum naualis pugnæ. p.45.1
Signa in portis vrbium collocata. p.116.2
Signa, vbi collocata. p.193.2
Silatum quid. p.253.1
Silentium manu indictum. p.97.2
Silentium facere. p.62.1
Silentium. p.415.2
Silentium indictum à præcone in ſacris. p.163.1.2
Augurale verbum. ibid.2
Dij Silentij præſides. Quam vtile in bello. Roſa eius ſymbolum. ibid.
Silentium in ſacris. p.197.2
Silentium olim in cœna quando. pagina 181.2
Siliceraium. p.257.2
Siluanus. p.458.1
Similis dies quis. p.359.1
De Similibus Prouerb. p.349.1
Simulacra Deorum ex qua materia. p.101.1 & 102.1
Ex quo ligno. p.103.1
Claua Herculis ex quo ligno. p.108.1
Seruorum licentia. p.318.1
Simulacra Deorũ olim nefas vedere p.102.1
Seruorum officia varia. p.81.1.2 & 82.1
Simulacra Deorum præ foribus templorum poſita. p.116.1

Simulacra lignea Romæ quando. pagina 193.1
Simulacra etiam lota. p.54.2
Simulacra & imagines nullæ ſub Numa. p.185.1
Ex Etruria Romam aduecta. ibid.2
Simulacra quo verſa. p.193.2
Simulacrum. p.458.1
Simulacra Deorum tacta in adoratione. p.53.2.& p.54
Sindon. p.218.2
Singulares equi. p.325.2
Singuliones. p.218.2
Singultus. p.426.2
Siniſtra. p.426.1
Siſymbrium. p.218.2
Siſtere fana. p.192.1
Siticen in funere. p.234.1
Sitlæ. p.218.2
Sobrietas à dæmone expetita. p.158.1
Eius commoda. ibid.2
Sobrietas Laconum. p.121.1
Socci lutei nuptiarum. p.230.2
Soccus. p.218.2
Soccus. p.426.2
Socij Romanorum qui: Sociorum delectus. p.95.1
Sociorum pedites quot. p.296.2
Sociorum iuramentum. ibid.2
Præfecti Sociorum. p.197.1
Sociorum ſitus in acie. p.298.1
Socratis ſapientia. p.347.2
Sodalitatum conuiuia. p.316.2
Solis progenies quid. p.348.2
Solis templum aſylum. p.315.1
Sol adoratus. p.88.1.2
Sol inuocatus. ibid.
Cur Sol & Luna ſimulacris carerent ibid.2
Sol. p.426.1
Sol Oriens adoratus. p.151.2
Solis menſa p.329.2
Soli mel libatum. p.65.2
Sol. p.458.2
Solaris annos. p.265.1
Solarium quid. p.32.2
Solea quid. p.15.2
Solea quid. p.168.1
Solea. p.218.2
Solea. p.426.2
In Solemnitatibus non animaduerſum. pagina 178.2
Soliſtimum tripudium. p.351.2
Solitaurilia quid. p.10.2
Solium in balneo. p.76.1
Solon legiſlator optimus. p.286.2
Solum. p.426.1
Somnia purgata. p.9.2
Somniorum parens Luna. p.14.2
Somnium. p.426.2
Somniorum luſtratio. p.223.2
Somnium. p.458.2
Somnus. p.426.1.2
Somno ſacrificatum olim. p.24.1.2
Soniuium tripudium. p.251.2
Sons. p.426.2
Sophroniſtice harmonia. p.120.1
Sorores ducere Athenienſibus permiſſum. p.163.1
Soror. p.427.1
Sortilegus. p.426.2
Sors. p.426.2
Sortitiones quæ, & cui dicatæ. pagina 208.1
Modus ſortiendi multiplex. ibid.
Sortitio conuiualis: Sortiendi Dea. pagina 268.2
Sortitio. p.426.2
Sortitio nuptialis. p.230.2
Sortitio Athenis per literas. p.284.1
Sortes priuatæ, publicæ, per ſitulam. pagina 200.1
Soſpitatoris Iouis poculum. pagina 124.2 & 130.1
Soſtra. p.63.1
Soteria. p.350.2
Soteria quid. p.173.2
Spadiceus color. p.228.2
Spadonis occurſus ominoſus. p.69.2
Spado. p.428.2
Sparſio & ablutio quomodo differant. pagina 54.2
Sparſum p.427.1
Spartana patientia. p.348.1
Spartana Reſp. p.287.2
Spartanorum Imperatores. p.287.2
Spatalium. p.218.2
Sparteum. p.427.2
Spectaculum. p.427.1
Inter ſpectacula quando prandere cœptum. p.20.1
Spectator. p.427.1
Spectrum. p.427.1
Speculatores regionis Athenis qui p.279.2
Sphæra. p.427.1
Sphæriſterium. p.269.1
Sphæriſterium. p.321.2
Sphæriſterium. p.73.2
Spica. p.127.1
Spina. p.427.1
Spinter. p.218.2
Spolas. p.218.2
Spoliarium. p.247.2
Spolia ante triumphum. p.250.1
Spolia hoſtium in atriis. p.4[illegible]
Spolia. p.427.1
Spolia hoſtium templis affixa & nunquam refixa. p.41.2
Spolia in thalamis. ibid.
Sponſalia vnde dicta. p.219.1
Ætas. ibid.
Sponſa ſponſum aurea phiala donabat. pagina 157.1
De Sponſalibus antiquorum. pagina 128. Syn.8. fuſiſſime.
Sponſalium tempus, auſpicia, ritus externi. p.229.1
Horæ Sponſalium quæ. p.229.2
Acclamationes Sponſalium epulum. ibid 2
Sponſio à Sacramento quomodo differebat. p.3.2
Sportæ cœna. p.156.1
Sportula quid. p.345.2
E Sportula cœna quid. p.255.1
Sportula quid apud Romanos p.3.1
Quomodo differret à prymniis. ibid.
Sportula. p.427.1
Sportulæ nuptiales. p.13.2
Spuere. p.427.1

Spuriorum gymnaſium Athenis. p.73.1
Spurius. p.427.1
Sputum. p.427.2
Sputa in expiatione, p.225.1
St. p.421.1
Stabulum quid. p.136.1
Stadiodromi. p.269.2
Stadia curſus qualia. p.270.2
Stadium quid. p.326.1.2
Stagni rigentis pœna. p.343.2
Stalagmium. p.218.2
Stanno illita iam olim vaſa ærea, p.338.1
Stans. p.458.2
Stare. p.427.2
Stapeda. p.427.2
Statimon. p.201.1
Staſimon carmen. p.344.1
Statera. p.427.2
Stationes Romanæ. p.307.2
Statio ſub dio. p.143.2
Stationes decem Athenis. p.287.1
Statio à ieiunio quomodo differat. pagina 139.1
Statuæ Imperatorum pro aſylo. p.315.1
Statua. p.458.2
Statuæ Deorum in portis collocatæ, cur. p.170.1
Statuæ, honos maximus. p.193.2
Statua. p.427.2.& ſeqq.
Statuæ aliquando in carcerem tractæ. pagina 146.2
Stantacinæ. p.219.3
Stemmata quid. p.42.1
Stella. p.418.2
Stemmata quid. p.42.1
Sterilis. p.428.1
Sternutamentum in conuiuio mali ominis. p.256.1
Sternutamentum Deus habitus. p.109.1
Sternutationis omen quod. p.45.2
Sternutatio. p.428.1
Sternutantes cur ſalutati. ibid.
Sternutantibus ſalutem precabantur antiqui. p.109.1
Stigmata inuſta cur p.23.1
Stigmata inſcripta in fronte ſeruorum. p.2 2
Stigmata militum quæ. p.21.2
Stigmata D.Pauli. p.22.2
Capillis tegebantur. ibid.
Stigmata. p.428.1
Stigmatiæ ſerui. p.22.1
Stigmatiæ Thraces. ibid.2
Stigmatici ſerui. p.243.2
Stimuli in munitionibus. p.301.1
Stimulorum ſupplicium. p.247.2
Stipendium Romanorum. p.309.1
Stipendia equitum & peditum Romanorum quot. p.293.2
Stipendium menſtruum ſeruorum. p.15.2
Stipitis pœna. p.243.1
Stipitis pœna. p.248.1
Stipes apud Pontifices depoſita. p.3.2
Stipes ex Oraculis collectæ, p.2 2
Stips. p.428.1
Stipes quo auctore primo Romæ collecta. p.1.2
Idæi Sacerdotes colligebant. ibid.
Stipula, Stipulam, Stipulari, quid. p.344.2
Stipula. p.418.1
Stoa quid. p.73.1.& 428.1
Stoicus. p.428.1
Stola. p 219.& p 428
Stragula in lectis. p.254.2
Stragulum. p.219.1
Strangulati inſepulti. p.144.1
Stratores. p.305.1
Stratus. p.428.2
Streblæ. p 248.1
Strena quid. Strenæ initium. p.343.1
Strena quid & vnde dicta. p 113.1
Quomodo à xeniis differebat. ibid.
Strenui inde dicti. ibid.
Strena in ſacris. p.100.2
Strena. p.428.2
Strenæ antiquorum vnde dictæ. p.44.1
Strenuus. p.428.2
Streptinda. p.324.1
Strigil quid. p.76.1
Strigion. p.219.1
Stromatodeſmon. p.219.1
Strophe. p.351.2
Strophium. p.428.2
Strophium. p.219.2
Structores qui. p.148.2
Stultorum plena omnia: Curatores ſtultis dati ex legibus. p.143.2
Stultus. p 418.2
Stuppa. p.418.2
Stupri profeſſio quando conceſſa, quando ſublata. p.159.2
Styli cum pugillaribus geſtati. p.12.1
Suada. p.232.1
Suaſus color. p.226.2
Subarmalia. p.219.2
Subgrundiaria ſepulcra, quæ. p.92.1
Subiugus. p.132.1
Subitarij. p.294.2
Subitus. p.428.2
Subligaculum. p.219.1
Subuminia. p 219.1
Subucula. p.219.1
Subſannare. p.428.2
Subſellium. p.428.2
Subſcriptio. p.428.2
Subſcriptio. p.429.1
Subularum ſupplicium. p.248.1
Suburranæ meretrices. p.136.1
Succidanea hoſtia. p.196.1
Succingulum. p.429.1
Sucula. p 219.1
Sudaculum quid. p.447.2
Sudarium. p.219.1
Sudes. p.302.2
Sudes. p.429.1
Suffibulum. p.219.1
Suffitus matutinus. p.290.1
Suffocare luſtrandi genus. p 225.2
Suffragium an ſinguli ciues Romani ferrent. p.274.2
Tributa ſuffragia. p.275.2
Vix credibile ſingulos tuliſſe ſuffragia. p.276.1
Quinam ſuffragij iure priuati. ibid.
Difficultas circa Suffragia. p.276.2
Suffragium. p.419.1
Suffragiũ Athenis coronati ferebant. p.81.2
Suffragia in foliis ſcripta. p.66.1

Suilla caro in deliciis habita. p.331.1
Sulphur luſtrationi aptum. p.225.1
Sulphur ad purgationem adhibitum. p.9.2
Sulphor. p.429.1
Summates Dij. p.179.2
Summœnianæ meretrices. p.136.1
Summœnium quid. ibid.
Summi Dij. p.179.2
Summœnium. p.429.1
Sumptus funebres cohibiti. p.258.2
Suouetorilia. p.223.1
Super Terram non nauigandum, quid. pagina 344.1
Super mortuos flores congeſti, & cara quoque. p.96.2
Super teſtes equi exſecti iuratum. p.88.1
Supercilium. p.429.2
Superorum Deorum ſacrificium. p.123.1
Superis manè immolatum. p.176.1
Superûm Deorum & Inferûm ſacrificia. p.199.2
Superis altaria tantum dicata. p.192.2
Superſtitio. p.429.1
Superſtitioſi olim epilepticum intuiti in ſinum ſibi deſpuebant. p.69.2
Superuacaneæ aues. p.186.2
Suppa. p.219.1
Supparus. p.219.1
Supplices interdum coronati. pag.131.2. & p.132.1
Supplicum expiatio quomodo facta. p.94.2
Supplicum ſigna & mos triplex. p.55.2
Pedibus prouoluti. ibid.
Supplicum manus ligata. p.55.2
Supplex. p.429.2
Supplices mentum & genu tangebant. p.55.2
Supplices flebant. p.56.1
Adorabant. ibid.
Inermes erant: Cum ramis oleæ prodibant. ibid.
Supplex, Supplicans. p.438.2. & ſeq.
Supplicatio ad puluinaria, quando & cur. p.201.1
Supplicantes manus Iudicum oſculati pagina 178.1
Supplicantium varij ritus. p.178.1.2
Supplicans. p.429.2
Ad Supplicium ductorum reducta coma. p.97.1
Supplicia ſumpta ſtatis diebus. p.145.1
Nulla diebus feſtis. ibid.
Supplicum ramus oleæ lana vinctus. p.55.2
Supplicij locus extra vrbes. p.178.1
Supplicium. p.429.1
Supplicia antiquorum. p.236.& ſeqq.
Supplicium nullum ſumptum de reis noctu.
Supplicia extra portam Metiam; interdum in foro. p.144.2
Suppoſititij. p.329.1
Supputationes digitis factæ. p.114.2
Surculus. p.429.2
Surgere. p.429.2
Sus immolata Lunæ, cur. p.163.1
Suſtemum. p.429.2
Sus. p.429.1
Sues quibus immolati ab Ægyptiis. p.194.2
Sus an inſigne Æneæ. p.271.2.& p.272.1
Suſpendium. p.248.1
Sybaritarum luxus. p.156.2
Sybaritæ. p.429.2
Συκομορίζειν. p.86.1
Sycophantarum Deus. p.135.2
Syllabæ pro literis dimiſſoriis. p.334.2
Syluanus. p.429.2
Symbolum Apoſtolorũ vnde dictum. p.345.1
Symbola & Symbolum quomodo differant. p.344.2
Symbola cœnarum quæ. p.156.1
Symmachus laudatus. p.113.2
Symmetria. p.219.1
Sympoſiarcha. p.255.1
Sympulatrices feminæ. p.201.2
Synodicus motus. p.265.2
Syntheſis. p.219.1
Syntheſis. p.429.2
Syracuſanorum ſortitio. p.287.2
Syracuſanorum iuramentum. p.89.1
Syrma. p.219.1
Syrtus. p.219.2
Syſira. p.219.2
Syſſitia. p.316.2
Syſſitia. p.287.2
Syſſitia quæ. p.39.2

T

T. Litera. p.430.2
T Græcum litera abſolutionis. p.94.1
Tabæ quid. p.305.1
Tabella. p.430.1
Tabellæ votiuæ. p.459.1
Tabellæ cur inſtitutæ. p.276.2
Tabellæ per pontem in ciſtulas datæ. pagina 276.2
Taberna. p.430.1.2
Tabernaculum. p.430.1.2
Tabula. p.430.1.2
Tabula. p.219.2
Tabulæ æditituis creditæ. p.3.2
Decem Tabulæ legum. p.206.2
Taciturnitas. p.459.1
Taciti error de Iudæis. p.47.1
Tædæ. p.248.1
Tædæ Virorum, lampades Virginum. pagina p.250.2
Tædæ pronubæ quæ. p.150.2
Tædæ ad purgationem. p.9.2
Tæniæ. p.219.2
Tænia. p.459.2
Tænia. p.430.2
Tæniæ quid. p.192.2
Tæniæ mortuorum. p.94.2
Talifragium. p.430.1
Tectum. p.430.2
Talio. p.430.2
Talitrum. p.324.1
Talus. p.430.2
Talorum luſus. p.321.2
Tangere terram quid. p.45.2
Tapetum. p.219.2
Tarentidium. p.219.2
Tarentina quæ. p.258.2
Tarpeia rupes. p.248.1
Tarpeium ſaxum quid & vnde dictum. pagina 141.2
Tarquinius Priſcus primus Deorum imagines inuexit. p.102.2

Tarquinij

Index Rerum,

Tarquinij religio. p.185.2
Tau. p.430.1
Taurea quid. p 248.1
Tauricorum ritus ſepulcrales. p 260 2
Tauriliaquæ. p.158 2
Taurus. p 459.2
Tecta antiquorum quomodo extructa. pagina 342.1
Tegillum. p.430.2
Telcius Iupiter & Iuno. p.126.1
Teleſterium. p.126.1
Teletæ carmina. p.344.1
Teletarches. p.126.1
Teletes quid. p.126.1
Tellus. p.459.2
Telum quid. p.302.1
Temetum libatum bono Genio. p.130.1
Temperantia Eſſæorum. p.138.2
Tempeſtas. p.459.2
A Tempeſtate ſeruati vota perſoluebant. 101.1
Templa violare nefas. p.314.1
Templa pro curia. p.137.1
In Templis controuerſiæ compoſitæ. pagina 104.2
Templorum partes tres. p.199.1
Quinque apud Græcos. ibid.
Templorum ædificia varia. p.192.2
Templa vittata. Templorum ornamenta interiora ibid.
Templa & aræ quo verſæ. p.193.1
Templa quorum Deorum extra Vrbem: Ludi in dedicatione templi. p.194.1
Templa inſtaurata, dedicata. Templa Perſarum nulla. Augures templa conſtituebant. p.192.1
Templa Ethnicorum quam reuerenter habita p.107.2
Templorum aditus maximè religioſus. pagina 117.1
Templa clauſa noctu, iiſque apertis tædæ accenſæ p.52.2
In Templis Deorum pecunia collocata. p.?.1
Templa manè aperta & adita. pag.151.2. & 152.1
Templa omnia ſacra non ſacroſancta. pagina 191.2
Quid ſanctum efficeret templum.p.192.1
Pollutum templum.quod Templa rotundæ quæ. ibid.
Templi ſignificatio. p.191.1
Templi definitio. ibid.
Templa apud quos. Romani diu ſine templis. Qui primi Templa erexerint. Templa quadrata ad Orientem. ibid.
Templa aperta media nocte. p.196.2
Templa quando aperta. Templa perpetuo aperta quæ. Lumina in Templis. ibid.
Templa antiqui circuibant religionis gratia. p.195.2
E Templo abeuntes aliquid domum reportabant. p.107.2
Iani Templum belli tempore ſemper apertum. p.52.2
De Templis antiquorum fuſiſſimè. p.191. & ſeqq.
Templa quot modis dicata. p.122.1
Tempus. p 430.2
Temones in lucis eminentibus conſecrati. p.101.1
Teneblon. p.344.1
Tentipellium. p.16.2
Tentorium Romanum. p.307.1
Tentorium. p.430.2.& ſeq.
Tenuior. p.431.1
Tenita Dea ſortiendi. p.268.2
Tepidarium. p.76 1
Tereblothus inter bellaria. p.135.1
Tergus. p.431.1
Termerio carcer. p.141.2
Terminalia. p.318.2
Terminalia ſacra. p 71.1& p.312
Terminalem lapidem auferentes quâ pœna coërciti. ibid.
Idque cladis erat ſignum. ibid.
Terminus. p.431.1
Termini ſacrificales qui. p.70.1
Termini deſigendi ritus. Termini Dei religio apud Græcos ibid.
Termini in viis ſub arboribus. ibid.
Termini Dei figura. p.70.2
Termino templum à quo conditum. pagina 71.1
Terminus noluit cedere Ioui. p.71.1
Termino ſacrificatum. ibid.
Termini ſacellum vbi. p.71.2
Termino ſtatua erecta. p.70.1
Terminus. p.460.1
Ternio, Ternarius. p.460.1
Terra adorata eminus à nauigantibus. pagina 45.1
Terram tangentes nautæ oſculabantur. p.37.1
Terra effoſſa in adoratione Deorum inferorum p.122.1
Terra tacta. ibid.
Corpus aqua ſpargebant iis facturi. pagina 122.2
Terra in expiatione. p.125.1
Terram mordebant cadentes in acie. pagina 12.1
Terra. p.460.1
Terræmotus expiati. p.224.1
Teſca quid. p.352.1
Teſſeræ hoſpitales. p.333.1
Teſſera. p.431.1
Teſſerarum luſus. p.321.1
Teſſera militaris. p 307.2
Teſſera quid. p.266.2
Teſſerarum inuentor. Teſſeræ pretium. Teſſerarum templum. Teſſera hoſpitalitatis. ibid.
Illius faciendæ modos. p.267 1
Teſſera ſymbolum cuius: Teſſeram frangeres. Teſſeræ Collybiſticæ. ibid.
Teſſera frumentaria. Teſſera militaris: muta: vocalis: quaodo militibus data. Teſſera expeditionalis. Teſſera ſignum externum. p.267.2
Teſſera ludus quomodo differt à talo. pagina 268 1
Teſſera in acie. p.299.2
Teſſerarij qui. p.267.2
Teſſerarius. p.307.2
Teſtamentum. p.431.1
Teſtimonium. p.431.2
Teſtis. p.431.1 2

Teſtudo quid eſſet & quotuplex. p.299. 2. & 100
Θ Quid in inſcriptionibus ſignificet pagina 93. 2
Θ Mortuis præfixum. p.176. 2
Thalamegus quid. p.5. 3
Thalamij remiges. p.45. 1
Thalamij remiges qui. p.5.2
Thalami coronati. p.9. 2
Thalaſſio. p.231.1
Thalaſſicus color. p.216. 2
Thalaſſius acclamatus in nuptiis. p.132.2
Thapſinus color. p.216.2
Θαλλοφόροι qui. p.55.2
Theatri Venus præſes. p.171.1
Theatrum, & Theatri partes. p.327.2
Theatrum. p.431.2
In Theatro locariis aliquid penſum. pagina 173. 1
Thebanorum ſacrificium. p.194. 2
Themis. p.460 2
Theoſæ. p.327.1
Theoretra. p.233 1
Theoxenia feſtum omnium Deorũ. p.109.2
Theriſtrum. p.119.2
Thermæ publicæ ad plebis vſum. p.76.1
Thermæ Neronianæ. p.46 2
Thermæ quid. p.326.2
Thermæ. p.431 2
Thermopolia quid, & quando Romæ ablata. p.106.1
Theſaurus carbones erant, prou. p.70. 1
Theſaurus carcer. p.145.2.& 146 1
Theſauri in ſepulcris conditi. 2.2
Theſaurus. p.430.2
Theſea. p.318.2
Theſmophoria quid. p.173.2
Theſmophoria. p.460.2
Theſmophoria. p.308. 1
Theſmophoria. p.350.2
Theſmotheſion. p.121. 1
Thibliæ qui. p.341. 1
Thiaſæ cœnæ. p.155.2
Tholus quid. p.293.2
Thoracomachus. p.305.1
Thorax à quibus vſurpatus. p.385. 1
Thraces. p.432. 1
Thracum ſepeliendi modus. p.259. 2
Threces ad cædem adhiberi ſoliti. p.15.1
Thranitæ remiges. p.45 1
Threces. p.319.1
Threna. p.219.2
Threneſtice ode. p.120. 1
Trepterius capillus Diis conſecrandus. pagina. p.100. 1
Thronus ad menſam quid. p.19.2
Thuribulum Regibus Indis prælatum. pagina 149. 2
Thus. p.432.1
Thus. p.460.2
Thuris iniectio in ſacris. p.198. 1
Thyades vnde dictæ. p.77. 2
Thymelicus. p.432. 1
Thynnea quid. p.154.1.& 2
Thynnium. p.350. 2
Thyomantes. p.339.1
Thyſanon. p.219.2
Thyterium. p.350. 2
Tiara. p.219. 2
Tibia quid. p.337.1
Tibia. p.432.2
Ad Tibiam pueri elati, viri etiam ad tubam. p.92. 2
Tibiarum ornamenta. p.210. 2
Tibiæ in funeribus. p.235. 1
Tibia, Tibicen. p.460.2
Tibialia. p.432.1
Tibicen. p.431.1
Tibicen in funere. p.234. 2
Timentes caput operiebant. p.69.1.& 2
Timocratia. p.184. 2
Timoris templum Spartæ vbi ſitum. pagina 193. 2
Tintionabulum. p.432. 1
Tintinnabuli etymon. p. 48. 1
Vſus illius in funere: Tonante cœlo. In tumultu. In thermis. In damnatorum ſuppliciis. In foribus ædium. In arcibus cuſtodiendis. ibid.2
Tintinnabuli Carnifices dicti. p.48.2
Tiotinnabulum olim io foro piſcario. pagina 21. 2
Tirhenidia. p.331. 2
Titio aqua extinctus. p.230. 2
Titulus. p.432.2
Titulorum ambitio quanta hodie. p.213.2
Aliud in titulo, aliud in pyxide. p.34.1
Titulus cuique rei venali. p.34 1
Toga veſtis adulterarum & meretricum. p.159. 2
Toga veſtis liberorum. p.49. 2
Togam prætextam qui ferre poſſent. pagina 103. 1
Toga libera quæ. p.39.2
Togæ variæ. p.219.1.& 220. 1
Toga quotuplex. p.210. 1
Toga virilis qua ætate ſumpta. p.39. 1
Toga peruerſa quæ. p.177.2
Toga picta quibus permiſſa. p.103.1
Nonniſi togati in iudicium Romani prodibant. p.104.1
Tolleno quid. p.300.1
Tollere puerum. p.158.2
Tondere. p.433.1
Tonitrua. 433.1
Tonſores primi Romæ quando. p.100.2
Tonſores olim oulli. p.99.2
Tonſora prima. p.277.2
Tonſura clericalis. p.123.2
Tonſura Indorum pœna. p.147.1
Tonſura clericalis vnde orta. p.100.1
Tonſi, Tonſores, Tonſura. p.433.1
Tonſi ad cutem Chriſtiani maximè pij. p.99.1
Tormenta ænea. p.137.1
De Tormentis fusè. p.136.2.& ſeqq.
Tororum gradus. p.253.2
Trabea. p.433.1
Trabeæ multæ. p.220.2
Trabea quotuplex. p.220.1
Tragula. p.301.2
Tranſmigratio. p.433.1
Tranſuectio quid. p.195.1
Trepallus. p.135.2
Triarij qui. p.296.1
Triariorum ſucceſſio. p.298.1
Tribulis. p.433.2
Tribulus quid. p.303.1.2

Index Rerum,

Tribunal. p 433.2
Tribunatus, Tribunus. p.433.2
Tribuni militum qui. p.206.2
Tribuni plebis ſacroſancti. p.315.2
Tribunorum pugio. p.14.1
Tribuni militum quomodo facti. p.293.1
Tribuni qui & quot. p.297.1
Tribunorum munia. ibid.
Ornamenta. ibid.
Tribuni plebis qui & quot, eorum poteſtas & intercellio ; ſubicriptio & inſignia fusè. p.207.1
Tribus Athenienſes. p 287.1
Tributum duplex. p.97.1
Trichila. p 220 2
Tricilinium vnde dictum. p.253.2
Trierarchus nunquam bis eidem claſſi præfectus. p 45.1
Treterica. p.77.2
Triginta. p.433.2
Triglypha veſtis. p.220.2
Trigon quid p.269.1
Trigonalis pila. p.321.1.2
Trilices loricæ quid. p.305.1
Triobolus. p.433.2
Triopij Apoll. ludi. p.330.1
Tripus. p.433.2
Tripodes vaſa potiora olim. p.340.2
Tripudium ſoliſtimum. p.186.2
Tripudium quid, & quotuplex. p.351.1
Tritta. p.350.2
Triuiæ ſtatua ante ædes poſita. p.116.2
Triuia vnde dicta. ibid.
Triens quæ potus menſura. p.148.1
Triumphalis. p.460.2
Triumphalis, Triumphans. p.433.2
Triumphatoris honor. p.251.2
De Triumpho fusè. p.249.& ſeq.
Triumphus. p.434.1
Triumphorum numerus : leges triumphorum. ibid.& p.250.1
Triumphus etiam apud Græcos. p.252.1
Triumphantis habitus. ibid.
Triumphum contemnentis pœna. p.251.2. & ſeqq.
Triumuiri nocturni. p.207.2
Triumuiri epulonum. p.191.1
Triumuiri valetudinis. p.207.2
Triumuiri Capitales qui. p.207.2
Triumuiri monetales. p.207 2
Triumuiri & Triumuiratus quis. p.206.2
Trochlea ſuppl. p.248.1
Trochi luſus. p.324.1
Troja ludus. p.270.2
Trojæ ludus. p.327.2
Trojani an Aquila vſi in inſignibus. p.271.5
Tropa luſus, p.324.1
Trophæum quid. p.249.2
Trophæum. p.434.1
Tuba, Tubicen. p.434.2
Tuba Romana. p.299.1
Tuba terminalis. p 62.2
Tubiluſtria. p.223.2
Tubi theatri. p.328.1
Tuirio quid. p.315.2
Tullianus carcer. p.146.1
Tumuli floribus ornati. p.235.2
Tumuli coronati. p.132 2
Tumuli erecti peregrè mortuis. p.236.5
Tumuli amicorum ſpinis purgati. p.178.2
Inimicorum tumuli relicti horridi. ibid.
Saxis cæſi, cum imprecationibus. ibid.
Diuitum tumuli cum titulis. p.179.1
Tumuli exornati publicis & magnis viris. p.124.1
Tumuli templa dicti, cur. p.261.1
Tunica, Tunicatus. p.434.2
Tunicæ variæ. p.220.2
Tunica veſtis ſeruilis. p.49.2
Tunica manicata probroſa. p.164.1.2
Tunica ſola induti Macedones ſupplicabant. p.178.2
Tunica moleſta. p.243.1.& 248.2
Tunicatus Prætor reum damnabat. p.177.2
Turbo. p.434.2
Turma Romana quid. p.297.5
Turres. p 301.1.& 303.2
Turris militaris. p.298.2
Turres in nauibus. p 45.1
Turritæ naues. p.44.2
Tuſſire. p.434.2
Tutanus. p.460.2
Tutela. p.434.2
Tutela nauium quid. p.8.1
Animalium effigies. ibid.
Quomodo differat ab inſigni. ibid.2
Tutela locus in naui. ibid.
Oleæ ramus tutelæ affixus. p.9.1
Item laureus. ibid.
Tutelaris Deus. p.460.2
Tutelares Dij nauis pro naue. p.8.2
Quomodo placati. p.9.1
Tutor. p.434.2
Tutulus. p.460.1
Tympanum quid. p.248.2
Tyrannis. p.284.& ſeq.
Tyrannus. p.434.2
Tyrannorum vita infeliciſſima. p.285.2
Tyrianthina. p.220.2
Tyrones qui apud Romanos. p.39.2
Tyrones ſtigmatiæ qui. p.22.1
Tyrones gladiatorum. p.328.2
Tyro, Tyrocioium. p.434.2.& ſeq.
Tyromantes. p.329.1
Tyrtæus honore affectus. p.89.2
Tyrtæo quantus honor habitus. p.174.2

V

VAcatio quotuplex. p.307.2
Vacca prægnans immolata à nubente tempore luctus. p.96.2
Vacca prægnans immolata à vidua. p.263.2
Vacuna. p.460.2
Vacunalia. p.133.2
Vadimonia ad Marſyæ ſtatuam. p.135.2
Vale vbi dictum. p.139.1
Valedictum in funere. p.234.2
Valetudo. p.435.1
Valetudini operari, valetudo quantum bonum. p.86.2
Vallus quid. p.308.2
Vallum caſtorum. p.307.1
Vallum quid. p.300.2
Valuæ templorum, quæ. p.192.5
Vannus. p.435.1
Vas, Vadari, Vadimonium. p.435.1
Vaſa, p.435.1

Vaſa libatoria. p.320.1
Vaſa conclamare. p.309.1
Vaſa ſacrorum. p.201.2
Vaſa ærea iam olim ſtanno illita. pagina 338.1
Vaſa ſacra. p.460.& 461.1
Vaſalli qui. p.336.1
Vates reſponſuri ieiunabant. pag.138.2. & p.139.2
Vates, Vaticiniũ. p.435.1
Vatis etymon. p.338.2
Vaticanus. p.461.1
Vaticinantium genera. p.339.1
Vectatio. p.324.1
Vectigal certum quid. p.278.1
Vectigalia ſoluta à Britannis pro mortuis. p.97.1
Vectigales Prouinciæ quæ. p.97.1
Vectigalia Romanorũ quotuplicia. p.106.2
Vectigalia pontium. p.107.1
Vectigal ſtipendiarium. ibid.
Vectigales regiones. ibid.
Vectigal. p.435.&.2
Vectis quid. p.300.2
Velandi vias ritus in ſacris portandis. pagina 199.2
Velatio profana. p.199.2
Velati ſupplicabant Ethnici. p.53.1
Velites qui. p.295.2
Vbi collocati in acie. p.297.2.& p.298.1
Quotuplices & quomodo armati. pagina 304.1
Velare. p.460.1
Vellus album in nuptiis. p.228.2
Vellus aureum. p.461.1
Vela prætenſa religionis causâ variis locis. p.199.2
Vela, Velaria Theatri. p.328.1
Vela. p.435.2
Velum ante ianuam meretricum. p.161.1
Velo leuato cauſæ cognitæ. p.104.2
Velati manibus legati pacem petebant. p.54.2
Vena pro arteria apud antiquos. p.37.1
Venam tentandi mos apud eoſdem. ibid.
Venæ pulſatiles. ibid.
Vena valetudinis index. p.36.2
Venalia. p.435.2
Venalia libello ſignificabantur. p.34.1
Venalium rerum ſanitas explorata. pagina 34.2
Venatio Circenſis. p.327.1
Venator, Venatio. p.461.1
Venator. p.435.2
Vendens, Venditio. p.435.2
Venefica. p.461.1
Veneficis oculi exuſti. p.82.2
Veneficorum pœna apud Perſas. p.82.2
Venenum. p.435.2
Venetiarum laus. p.4.2
Venetus color. p.270.1
Veneti maris imperium obtinent. p.5.1
Venetorum mos maris aperiendi. p.6.1.2
Venetorum profeſſio. p.8.1
Venetus color. p.227.1
Venſica. p.220.2
Ventilare arma. p.329.1
Ventrale. p 220.2
Ventus. p.461.1

Venti. p.435.2
Cum Ventis litigare. p.348.2
Ventis vota credita. p.143.1
Vota irrita à ventis diſcerpta. p.143.1
Iiſdem templa poſita. ibid.2
Per Ventum iuratum. p.87.& 88.1
Venus. p.461.1
Venus Murtia. p.119.2
Venus quomodo culta. p.137.2
Veneris corona myrtea. p.120.1
Venus pandema. p 108.1
Per Venerem amantes iurabant. p.60 2
Venus Theatri præſes. p.171.1
Veneris aſtrum à Nautis adoratum. pagina 37.2
Veneris & Mercurij ſacellum. ibid.
Ver. p.462.1
Verbena. p.461.2
Verbera. p.436 1
Verberationis genus triplex. p.21.1
Verba. p.436.1
Verecundia Romana. p.40.1
Vergere quid. p.320 1
Vertumnus. p.461.2
Verutum. p 302.2
Veſicæ inflatio. p.324.1
Veſica. p.462.1
Veſpaſiani dictum. p.79.1
Veſpaſiani ieiunium ſingulis menſibus. pagina 138 1
Veſperi leuiſſima negotia peragenda. p.289.1
Veſper, Veſpertinus. p.436.1
Veſpertina conuiuia. p.346.2
Veſtæ ſacrificium. p.142.2
Veſta. p.461.2
Veſta in veſtibulis. p.169 1
Veſta in fine ſacrificij cur inuocata. pagina 77.2.1
Veſta in omnibus ſacris vltima rogata. pagina 53.2
Veſtalis. p.461.2
Veſtalium ſepulcra. p 150.2
Veſtalium munus. p 151.1
Vigilia. ibid.
Cuſtodia Penatum. Sacrificium perpetuum. ibid.
Veſtalium purificatio. p.224.1
Apud Veſtales Tabulæ depoſitæ. p.4.1
Veſtalium origo & numerus. p 188 2
Veſtalium officia, priuilegia & honores. ibid.
Veſtalibus Teſtamenta Principum credita. p.3.2
Veſtibulum. p.436 2
Veſtibulum quid. p.41 2
De Veſtimentis & calceis antiquorum, p.210.Syn.5.
Veſtimentorum diuiſio. ibid.
Sacra muliebria, caſtrenſia. ibid.
Veſtimenta interiora. p 210.2
Veſtis procorum. p.157.1
Veſtes affixæ templis laceræ, cur. p 109.1
Veſtis alba lugentium. p.95.2
Item mortuorum. ibid.
Veſtis ſciſſa in publico luctu, in ſeditione, in dolore priuato. p 95.2
Veſtis color mutatus in luctu. p.96.1
Veſtis Sacerdotum color. p.93.2
Veſtis. p.461.2

Veſtis talaris & manicata probroſa olim, p.164.1.2
Lacedæmoniorum cura circa veſtes. ibid.
Veſtis diſcolor auctoritate publica vtentium. p.264.1
Veſtes damnatorum mutatæ, aut etiam laceratæ. p.177.2
Veſtes in dolore laceratæ. ibid.
Veſtes pulcherrimæ à morituris indutæ, p.177.1
Item mulieribus quæ peperiſſent ex conceſſæ in funere. ibid.
Veſtes paratæ mortuis. p.176.2
Veſtiſpices p.210.1
Veſtis diuerſorum ſtatuum. p.50.1
Veſtis ſeruorum quæ communior. p.49.2
Veſtiſpicus, p 49.2
Veſtis. p.436.1
Veſtiſpicus quis. p.50.ſ
Veſtitus ſeruorum incertus, p.49.2
Veterani. p.194.2
Vexilla quæ. p.298.2
Vexillum à ſigno quomodo differat. p.274.1
Vexillum quid. Vexillum peditum: Centuriarum, Prætoriarum, Auxiliarium. ibid.
Via triumphalis. p.251.1
Viæ theatri. p.328.1
Via. p 436.2
Secus Vias ſepulcra. p.235.2
Via perpetua, imprecationis genus. p.115.1
Viator. p.436.2
Viatores quorum magiſtratuum. p.109.2
Vicarius ſeruus. p.82.1
Victimis ſetæ auulſæ. p.99.ſ
Victima non veſcebantur antiqui ſuper qua iurarum. p.98.1
Ea proiecta in mare. ibid.
Victimæ pili euulſi in ſacrificio. p.113.2
Victimæ ſolutæ p.198.1
Victimæ probatio. ibid.
Victimæ inferis Diis aliter atque ſuperis mactatæ. p.123.1
Victimarum carnes cui vſui. p.181.2
Menſæ apparatæ ex victimis. ibid.
Victima quid. p.195.2
Victima. p.462.1 2
Victima maior hoſtiâ. ibid.
Victimarum partes. p.197.2
Victimæ maiores & minores. p.197.1
Victimæ minorum Deorum. p.179.2
Victor. p.436.1
Victoria p 461.2
Victoria inuolucris efficta, cur. p 102.1
Sæpius volucris ibid.
Victoriæ templum: Victoriæ cultus. ibid.
Viduæ coactæ iterum nubere. p.262.1.2
Viduarum nuptiæ feriis permiſſæ. p.229.2
Viduæ in luctu nubere nefas. p.176.2
Vigilum circumitores equites. p.142.1
Vigiles ſtabant.
Aduerſi in ſtatione erant. p.142.1
Mars vigilum præſes. ibid.
Vigilantium in conuiuiis præmium. p.231.2
Vigiliæ Romanæ quæ & quot, p 308.1
Vinalia quando inſtituta. p.153.1
Duplicia. 154.1
Vinalia. p 317 2
Vinctus. p 436 2
Vincere. p.436.2
Vinculum. p 436.2
Vinculum. p.463.1
Vindemia Æſculapij. p.133.1
Vindemia. p.436.2
Vindemiam Sacerdotes auſpicabantur. pagina 134 1.2
Vindiciæ in ſeruitutem. p.23.2
Vindiciæ in libertatem. p.23.2
Vindicta quid. p.91.1
Vinea bellica quid. p.300.ſ
Vina qualia in conuiuiis. p.260.1
Vinum ſpurcum. p.319 2
Vinum niuatum & gelatum antiquis in vſu. p.105.1
Vini effuſio in menſa boni ominis. pagina 292.1
Vinum temperatum antiquis. p 171.2
Vinum dilutum. Vinum mixtum ſeruis datum. Author diluendi vini. ibid.
Vini temperatura. p.172.ſ
Vinum libatum. ibid.
Vinum in ſacris tantum adhibitum. p.256.2
Ex Vino quolibet non libatum. p.181.2
Vinum ſpurcum non libatum. Mercurio libatum vinum mixtum. Vinum quibus non libatum. ibid.
Vini commoda. p.340.1
Vina factitia. ibid.
Vini temperati commoda. ibid.2
Vini vſus olim fœminis interdictus. pagina 121.1
Vinum quod aptum promulſidi. p.18.1
Vini libatio quando facta. p.133.2
Vinum in menſam fuſum. Vino interdum aliquid ſcriptum. p.134.2
Vinum, p.462.2.& ſeq.
Vinum ante vinalia non tactum. p.134.1
Vini libatio à populo facta in ſacris. pagina 198 1
Vinum morituris datum. p.147.1
Vina coronata quid. p.81.2
Vinum in Muſarum ſacris cur non adhibitum. p. 38.2
Vinum lac dictum à quibus. p 119.2
Vinum in expeditionibus militi non conceſſum. p.79.1
Vinum ex imputata vite libari nefas. pagina 198.2.
Vinum, Vinoſus. p.436.2
Vini vſus militibus rarus. p.79.1
Violentiæ templum apud Corinthios clauſum. p.52.1
Violenter. p.436.2
Vir. p.463.1
Vir, Virilis. p.437.1
Virgæ. p.238.2
Virga. p.436.2
Virga Ianitorum. p.82.1
Virgæ quotuplices. p.248.2
Virgis cæſi qui. p.242.2
Vngulæ ferreæ. p.249.ſ
Virgata veſtis. p.221.1
Virgines prius vitiatæ quam interfectæ. p.96.2
Et cur. ibid.
Virgines in carcere necari nefas. pagina 96.2
Virgines hoſpites lauabant. p.338.2
Virgo. p.437.1

Virgines Saliæ. p.191.1
Virginum pudicitia antiqua. p.375.2
Virgo non prius ſtrangulata, quam vitiata. p.244.1
Virgines egenæ apud Athenienſes dotatæ. p.263.2
Virgines ante nuptias Dianæ ſacratæ. pagina 232.1
Virgo. p.463.1
Virginenſis dea. p.232.1
Viria. p.221.1
Viridis color in Iride. p.281.1
Viridis color. p.227.1
Viriplaca dea. p.232.1
Virtus. p.463.1
Hæc vis eſt, quid. p.156.1
Viſceratio quæ, p.182.2.& p.183.1
Viſceratio. p.251.1
Viſcus. p.463.1
Viſa nocturna in pellibus. p.24.1
Vitis Centurionum inſigne. pag.296.2. & 310.2
Vitium p.437.1
Vittea fracta. p.348.2
Vitta. p.221.1
Vittis Templa & ſimulacra Deorum exornata. p.94.1
Vitta, Vittatus. p.4.7.1
Vitulatio quid. p.201.2
Vitulus. p.463.1
Viuarium quid. p.237.1
Viuarium quid. p.327.1
Viuus. p.437.1
Viui ſepulti. p.245.1
Viuas, vbi acclamatum. p.166.1
Vixit, abiit, pro mortuus eſt. p.93.1
Vmbella. p.251.1
Vmbellæ vſus in ſacris. p.99.2
Vmbo. p.304.2
Vmbræ paraſiti. p.347.2
Vmbræ mixtio cum fulgore colores facit. p.281.2
Vndulata veſtis. p.221.1
Vnguenta quoties data in conuiuiis. pagina 129.2
Vocare. p.437.2
Vocare in ius. p.342.1
Vocatio. p.435.1
Volcanalia quæ. p.154.2
Volones. p.294.2
Voluntas Deorum quomodo exquiſita. p.200.1
Vomere. p.437.2
Vomitoria Theatri. p.328.1
Vota. p.463.2
Votum. p.437.2
Vota ſimulacris quomodo affixa. pagina 54.1
Vota ſcripta in velis nauium. p.10.2
Vota cerea. p.180.1
Vota ventis credita. Vota irrita ab iis diſcerpta. p.143.1
Voti reus quid. ibid.2
Vota militaria concepta & ſuſpenſa in portis. p.164.2
Soluta à reducibus. p.165.1
Vota publica à quibus nuncupata. pagina 200.1
Vota pro ſalute Principum. ibid.2
Vota pro populo Romano. p.223.1
Vota in ſepultos mala. p.73.1
Vnciales literæ. p.14.1
Vncini ferrei. p.349.1
Vncus. p.437.1
Vncus ferreus. p.219.1
Vngere, Vnguentum. p.437.1
Vnguentorum vſus in menſis. p.255.2
Vnguenta cuique membro propria pagina 255.2
Vngi. p.463.2
Vngues ponere in tempeſtate licitum, cur. p.98.1
Vngues cadaueribus reſecti. p.98.2
Vnguis. p.437.1
Vniremes naues quæ. p.45.1.
Vnxia Iuno. p.117.1
Vragi qui. p.196.2
Vraniæ luſus. p.324.2
Vrbs. p.437.2.& ſeq.
Vrbs. p.463.2
Vrbis nomen in ſacris occultatum. p.196.2
Vrbis luſtratio Gallorum. p.222.2
Vrinæ tormentum. p.242.1
Vrnæ mortuorum vittis exornatæ. p.94.1.
Vrnæ nomina & materia. p.2.5.2
Vrna. p.438.1
Vſu matrimonium. p.230.1
Vſura. p.438.1
Vſurpatio in matrimonio, quid. p.262.2
Vtenſilia bellica. p.308.2
Vter. p.438.1
Vua. p.438.2
Vuæ & ficus in ſecunda menſa. p.155.2
Vulcanalia. p.418.1
Vulcani feſtum cur cum lampadibus pagina 150.1
Vulcanus. p.463.2
Vulgus. p.438.1
Vulnus. p.438.1
Vxor. p.438.2
Vxores vnde dictæ. p.231.1
Vxores aliis permiſſæ, liberorum cauſæ. p.263.1
Vxorem ducturi domum ædificabant. ibid.
Vxorum duo genera. p.230.1
Vxoris delicta cognita à maritis p.231.2
Vxores per Magiſtratus conciliatæ. p.264.1
Vxores emebant Græci & Thraces. p.130.2
Vxor non erudita bona. p.72.2

X

XEnia. p.335.1
Xenia. p.206.2
Xenia cur data. p.13.1
Xenion veſtis. p.221.1
Xenium. p.63.1
Xenius Iupiter. p.266.2
Xenocrates. p.438.2
Xenodochia. p.167.1
Xenoparochi. p.266.2
Xerampelina veſtis. p.221.1
Xerampelinus color. p.228.1
Xerophagia quid. p.138.1
Xerxis ritus mare ſibi arrogandi. pagina 6.2
Xiphiſmus. p.324.2
Xiſtis. p.221.1

Xiſton. p 221. 1
Xyton. p 221. 1
Xyſtus quid. p.326. 1
Xyſti. p.73. 2
Xyſti. p.269. 1
Xyſti. p.321. 1

Z

Zanca, Zanga. p 221.1
Zenonis Cittiei abſtinentia. p.138.1
Zerolophon. p 438.2
Ζώνας. p.166. 1
Ζώνας quid & vbi dictum. p.131.2
Zeta quid. p.256.2
Zeta. p.438.2
Zoagria. p.63. 2
Zodiacus. p.438.2
Zoma. p.221.1
Zona. p.438. 2
Zona. p.221. 1
Zona virginitatis ſymbolum. p.13 2
Dicata Palladi à quibus. ibid.
Zonæ ſolutio quid ſignificet. p.14 1
Zona Dianæ à quibus ſacrata. ibid.
Zona, oleum, gladius, ſuppellex viatorum. p.13. 1
Zona militibus eſt baltheus. ibid.
Zona ſoluta nuptæ. p.23. 2
Zygitæ remiges. p.45. 1

F I N I S.